TITI LIVII

Historia

cum notis Sigonij ac Gronovij

Tomus 3

23856/B
vol 3
A. a — 19



Earl of Dalhousie.

87729

T. LIVII
PATAVINI
HISTORIARUM
AB
URBE CONDITA

Tomus Tertius.



AMSTELODAMI,
Apud Danielem Elsevirium,
CIↃ IↃC LXXVIII.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM EPITOME

LIBRI XXXI.

BElli adverſus Philippum Macedoniæ regem quod intermiſſum erat, repetiti [1] *cauſſæ feruntur hæ. Tempore Initiorum duo juvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas venerunt, & in ſacrarium Cereris,* [2] *cum aliis popularibus ſuis intraverunt. ob hoc, tamquam nefas ſummum commiſiſſent, ab Athenienſibus cæſi ſunt. Acarnanes mortibus ſuorum commoti,* [3] *ad vindicandos illos auxilium à Philippo petierunt. Paucis menſibus poſt pacem Carthaginienſibus datam,* [4] *quingenteſimo quinquageſimo anno ab urbe condita, cum Athenienſium, qui obſidebantur à Philippo, legati auxilium à ſenatu petiſſent, & ſenatus id cenſuiſſet ferendum, plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, diſſentiente, tenuit auctoritas Patrum, ut ſociæ civitati ferri opem populus juberet. Bellum id P. Sulpicio conſuli mandatum eſt: qui exercitu ad Macedoniam ducto, equeſtribus prœliis cum Philippo proſpere pugnavit. Abydeni à Philippo obſeſſi, ad exemplum Saguntino-*

1 *CAuſæ feruntur hæ*] Vet. lib. *Referuntur.* Sigon.

2 *Cum aliis pluribus ſuis intrav.*] *Cum aliis popularibus ſuis*, legendum eſt. *Idem.*

3 *Ad vindicandum illos*] Vet. lib. *Ad vindicandos illos.* Idem.

4 *Quingenteſimo quadrageſimo anno ab V. C.*] Reſtituendum eſt, ut poſt oſtendam, *Quingenteſimo & quinquageſimo.* Idem.

tinorum, ſuos ſeque occiderunt. L. Furius prætor Gallos Inſubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Amilcar eo bello occiſus eſt, & millia hominum triginta quinque. Præterea expeditiones Philippi regis, & Sulpicii conſulis, expugnationeſque urbium, ab utroque factas, continet. Sulpicius conſul, adjuvantibus rege Attalo, & Rhodiis, bellum gerebat. Triumphavit de Gallis L. Furius prætor.

1 ME quoque juvat, velut ipſe in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici perveniſſe. nam etſi profiteri auſum, perſcripturum res omneis Romanas, in partibus ſingulis tanti operis fatigari minime conveniat; tamen quum in mentem venit, tres & ſexaginta annos (tot enim ſunt à primo Punico ad ſecundum bellum finitum) æque multa volumina occupaſſe mihi, quam occuparint [1] quadringenti octoginta octo anni à condita urbe ad Appium Claudium conſulem, qui primus bellum Carthaginienſibus intulit; jam provideo animo, velut qui proximis littori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quicquid progredior, in vaſtiorem me altitudinem, ac velut profundum invehi & creſcere penè opus, quod prima quæque perficiendo minui videbatur. Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit; [2] periculo haudquaquam comparandum, aut virtute ducis, aut militum robore:

1 *Quadringenti* LXXXVII *anni à C.V. ad Ap. Claud. coſ.*] In veter. lib. eſt, LXXVIII *anni*, mendoſe illud quidem, ſed ita tamen, ut veræ lectionis veſtigia appareant. Eſt enim V in X vertendum, & duo II in V, ita ut legas LXXXVI. ſiquidem Ap. Claudius anno ab urbe cond. CCCCLXXXVI conſul fuit, quemadmodum ex Livii ſententia in Chronologia oſtendemus, quem numerum depravavit, ut ſolet, Glareanus. *Sigonius.*

2 *Periculo haudquaquam comparandum*] Offendebar aliquando τῷ *periculo* ob ea quæ ſequuntur, *aut virtute ducis aut militum robore*: & volebam *Punico haudquaquam comparandum*. Sed recte ſe habet vulgata: & ſic Livius lib. 35. *Prætor Achæorum, ſicut terreſtrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel uſu vel ingenio æquabat, ita rudis in re navali erat.* J. F. Gron.

robore: [1] claritate regum antiquorum, [2] vetuſtæque fama gentis, & magnitudine imperii, quo [3] multam quondam Europæ, majorem partem Aſiæ obtinuerant armis, prope nobilius. Cæterum cœptum bellum adverſus Philippum decem ferme ante annis, triennio prius depoſitum erat, quum Ætoli & belli & pacis fuiſſent cauſſa. vacuos deinde pace Punica jam Romanos, & infenſos Philippo, quum ob infidam adverſus Ætolos, alioſque regionis ejuſdem ſocios pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam miſſa Annibali, Pœniſque, preces Athenienſium, quos agro pervaſtato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum. Sub 2
idem fere tempus & ab Attalo rege & Rhodiis legati venerunt, nunciantes, Aſiæ quoque civitates ſollicitari. His legationibus reſponſum eſt; curæ Aſianam rem ſenatui fore. Conſultatio de Macedonico bello integra [4] ad conſules, qui tunc in prœlio cum Boiis erant, rejecta

1 *Claritate regum ant.*] Vet. lib. *Sed claritate.* Sigonius.

2 *Vetuſtaque fama gentis*] Facile fero & ſatis agnoſco vetuſtatem gentis Macedonicæ; ſed cui omnino non decedant Pœni ac Phœnices. Itaque magis placet ſcriptura Thuan. Voſſ. *vetuſtaque.* Notavit eandem ex libro S. Victoris Henr. Valeſius. 25, 24. *Illacrimaſſe dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetuſta gloria urbis.* 35, 12. *Vetuſta regum Macedoniæ fama peragratuſque orbis terrarum victoriis ejus gentis.* Nempe omnia reſpiciunt Magnum Alexandrum. 9, 43. *Vetuſta gentis gloria.* ut nuper illic reſtitutum. *Jac. Gron.*

3 *Multa q. Europæ, majorem partem Aſiæ*] Vet. lib. *Majoremque.* Sigonius.

Multa quondam Europæ, majoremque] Adjecit copulativam Sigonius, cujus hic nulla neceſſitas. Debuit autem ſcire in omnibus ab Andrea vulgatis ad Frobenium legi: *multam quondam Europæ, majorem partem Aſiæ.* Quod etiam notavimus in Barberinis membranis. Et hoc eſſe Livii confirmat locus à nobis reſtitutus lib. 27 cap. 40. *Quum in Hiſpania aliam ſuper aliam clades, duobus egregiis ducibus amiſſis, duos exercitus ex parte deleſſet multa.* Ubi vide notas. Cicero ad Atticum 3, 20. *Intelligo te multas partes ſalutis meæ & ſuſcipere & poſſe ſuſtinere.* Lib. 4 ep. 16. *Miram ſecuritatem videbis, cujus plurimæ mehercule partes in tuo reditu.* Polyænus lib. 4 de Antigono: πολὺ μέρος τῆς ἀποσκευῆς αὐτοῦ κατέσυρεν. Lib. 45. *Idemque finis incliti per Europæ plerumque atque Aſiam omnem regni.* J. F. Gron.

4 *Ad conſules qui tunc in prœlio cum Boiis erant*] Falſa & palam nugatoria lectio. Non conſulum uterque provinciam illam habuit, ſed ſolus P. Ælius Pætus, altero Cn. Cornelio Lentulo Siciliam ſortito. Quod vero illud nobile *prœlium*? aut quomodo convenit, quod mox dicit auctor, nihil memorabile geſtum à conſule, niſi quod populatus ſit Bojorum fines,

 &cum

cta eſt. Interim ad Ptolomæum Ægypti regem legati tres miſſi, C. Claudius Nero, M. Æmilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus: ut & annunciarent victum Annibalem Pœnoſque, & gratias agerent regi, quod in rebus dubiis, quum finitimi etiam ſocii Romanos desererent, in fide manſiſſet: & peterent, ut ſi coacti injuriis bellum adverſus Philippum ſuſcepiſſent, priſtinum animum erga populum Romanum conſervaret. Eodem fere tempore P. Ælius conſul in Gallia, quum audiſſet à Boiis ante ſuum adventum incurſiones in agros ſociorum factas, duabus legionibus ſubitariis tumultus ejus cauſſa ſcriptis, additiſque ad eas quatuor cohortibus de exercitu ſuo, [1] C. Oppium præfectum ſocium hac tumultuaria manu per Umbriam (quam tribum Sappiniam vocant) agrum Boiorum invadere juſſit. ipſe eodem aperto itinere [2] per medios montes duxit. Oppius ingreſſus hoſtium fines, primo populationes ſatis proſpere, ac tuto fecit. delecto deinde ad caſtrum Mutilum ſatis idoneo loco ad demetenda frumenta (jam enim maturæ erant ſegetes) profectus, neque explorato circa, nec ſtationibus ſatis firmis, quæ armatæ inermes atque operi intentos tutarentur, poſitis, improviſo impetu Gallorum cum frumentatoribus eſt circumventus. Inde pavor fugaque etiam armatos cepit. Ad ſeptem millia hominum palata per ſegetes ſunt cæſa: inter quos ipſe C. Oppius præfectus. cæteri in caſtra metu compulſi, inde ſine certo duce conſenſu militari proxima nocte, relicta magna parte rerum ſuarum, ad conſulem per ſaltus prope invios pervenere. qui, niſi quod populatus eſt Bojorum

& cum Ingaunis Liguribus fœdus icerit? Sed & libri dubii admodum & variantes inter ſe ſuſpicionem augent. Oxonienſes membranæ: *qui tum in prœlio ueis erant*. Barbarinæ & Naudæanæ: *qui tunc in prœlio Bojis erant*: omiſſa præpoſitione *cum*. Unde probabiliter Al. Rubenius: *qui tunc in provinciis erant*: J. F. Gron.

1 *C. Appium præfectum*] Vet. lib. *Cn. A. Popium*. Ego *C. Oppium*. *Oppius* enim gentis nomen eſt. *Appius* prænomen. *Sigonius*.

2 *Per montes duxit*] Vet. lib. *Per medios montes*. Idem.

1 *An-*

rum fines, & cum Ingaunis Liguribus fœdus icit, nihil,
quod eſſet memorabile, aliud in provincia quum geſſiſ-
ſet, Romam rediit. Quum primum ſenatum habuit, u- 3
niverſis poſtulantibus, ne quam prius rem quam de Phi-
lippo ſociorumque querelis ageret; relatum extemplo
eſt: decrevitque frequens ſenatus, ut P. Ælius conſul,
quem videretur ei, cum imperio mitteret, qui claſſe ac-
cepta, quam ex Sicilia Cn. Octavius reduceret, in Ma-
cedoniam trajiceret. M. Valerius Lævinus proprætor
miſſus, circa Vibonem duodequadraginta navibus ab
Cn. Octavio acceptis in Macedoniam tranſmiſit. ad quem
quum M. Aurelius legatus veniſſet, edocuiſſetque eum,
quantos exercitus, quantum navium numerum compa-
raſſet rex, & quemadmodum circa omnes non conti-
nentis modo urbes, ſed etiam inſulas, partim ipſe ad-
eundo, partim per legatos, conciret homines ad arma:
majore conatu Romanis id capeſſendum bellum eſſe,
ne cunctantibus iis auderet Philippus, quod Pyrrhus
prius auſus ex aliquanto minore regno eſſet; hæc eadem
ſcribere Aurelium conſulibus & ſenatui placuit. Exitu 4
hujus anni quum de agris veterum militum relatum eſ-
ſet, qui ductu atque [1] auſpicio P. Scipionis in Africa bel-
lum perfeciſſent; decreverunt Patres, ut M. Junius
prætor urbis, ſi ei videretur, decemviros agro Samniti
Appuloque, quod ejus publicum populi Romani eſſet,
metiendo dividendoque crearet. Creati P. Servilius,
Q. Cæcilius Metellus, C. & M. Servilii (Geminis am-
bobus cognomen erat) L. & A. Hoſtilii Catones, P. Vil-
lius Tappulus, M. Fulvius Flaccus, P. Ælius Pætus,
Q. Flaminius. Per eos dies [2] P. Ælio conſulum comitia
haben-

1 *Auſpicio proconſulis Scipionis*] In veteribus libris eſt fere, *Proconſulis Scipionis*, pro *P. Scipionis*, idque non hoc loco ſolum, ſed paſſim. Itaque *P. Scipionis* reſtitue. *Sigonius.*

2 *P. Ælio conſulum comitia habente*] Vet. lib. *Conſularia comitia*: placet tamen ut legatur, *P. Ælio conſule comitia habente conſules facti*: ſic enim alias. *Idem.*

P. Ælio conſulum com. hab.] Immo *conſule*. non enim conſularibus modo, ſed

habente, creati conſules P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta. Prætores exinde facti, Q. Minucius Rufus, L. Furius Purpureo, Q. Fulvius Gillo, Cn. Sergius Plancus. Ludi Romani ſcenici eo anno magnifice apparateque facti ab ædilibus curulibus, L. Valerio Flacco, [1] & L. Quintio Flaminino. [2] biduum inſtauratum eſt: frumentique vim ingentem, quod ex Africa [3] P. Scipio miſerat, quaternis æris populo cum ſumma fide & gratia diviſerunt. Et plebeii ludi ter toti inſtaurati ab ædilibus plebis, L. Apuſtio Fullone, & Q. Minucio Rufo: qui ex ædilitate prætor creatus erat. & Jovis epulum fuit
5 ludorum cauſſa. [4] Anno quingenteſimo quinquageſimo ab urbe condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio conſulibus, bellum cum rege Philippo initum eſt; paucis menſibus poſt pacem Carthaginienſibus datam. [5] Omnium primum eam rem Idibus Martiis, quo die tum conſulatus inibatur, P. Sulpicius conſul retulit: ſenatuſque decrevit, uti conſules majoribus hoſtiis rem divinam facerent, quibus Diis ipſis videretur, cum precatione

ne

ſed & aliorum magiſtratuum comitiis præfuit. *J. F. Gron.*

1 *Et T. Quintio Flaminio*] Reſtituo *L. Quintio Flaminino. Lucio*, quia *T. Quintius* numquam ædilitatem cepiſſe poſt à Livio & à Plutarcho traditur. *Flaminino* ex Capitolinis tabulis, & ex ratione cognominum. ut enim à *Cenſore Conſorinus*, ab *Augure Augurinus*. ſic à *Flamine Flamininus* orta cognomina ſunt. *Sigonius.*

L. Quintio Flam.] Sic Voſſ. & alii. Pighius T. hunc Quinctium quæſtorem neſcio quem fingit pag. 208. Poſtea hoc anno ædilem curulem facit 237. *J. F. Gron.*

2 *Biduum inſtaurati ſunt*] Oxon. Barberin. Patav. Naud. Florent. Venetæque membranæ, Voſſianus chartaceus conſenſu uno: *biduum inſtauratum eſt.* Deque eo dictum ad lib. 2, 36. Infra hoc libro: *& ludos Romanos magno apparatu fecerunt: biduum inſtaurarunt.* Id.

3 *Proconſul Scipio miſerat*] *P. Scipio*, ut dixi: alioquin *Scipio proconſul* dixiſſet, *Sigonius.*

4 *Anno quingenteſimo quadrageſimo quarto ab V. C.*] Vet. lib. *Anno quingenteſimo quadrageſimo.* Placuit autem Glareano, ut legeretur, *quingenteſimo quinquageſimo quarto.* Quod pro, *quadrageſimo*, reſtituat, *quinquageſimo*, laudo, quod addat, *quarto*, non poſſum non improbare. Cur ita ſentiam, cauſa extabit in Chronologiæ ſcholiis. Porro autem non *quingenteſimo quinquageſimo*, ſed *quingeſimo quinquageſimo* legendum arbitror. Hac in re ducem ſequor Priſcianum, qui libro de Numeris *quingeſimum* pro *quingenteſimo* dictum eſſe ſcribit à Livio lib. ab urbe condita XXXI. *Idem.*

5 *Omnium primum eam rem*] Forte: *primam.* J. F. Gron.

1 *Quam*

ne ea: [1] *Quam rem ſenatus populuſque Romanus de republica, deque ineundo novo bello in animo haberet; ea res uti populo Romano, ſociiſque, ac nomini Latino, bene ac feliciter eveniret.* Secundum rem divinam, precationemque, ut de republica, deque provinciis ſenatum conſulerent. Per eos dies opportune irritandis ad bellum animis, & literæ à M. Aurelio legato, & M. Valerio Lævino proprætore allatæ: & Athenienſium nova legatio venit, quæ regem appropinquare finibus ſuis nunciaret: brevique, non agros modo, ſed urbem etiam in ditione ejus futuram, niſi quid [2] in Romanis auxilii foret. Quum pronunciaſſent conſules; rem divinam rite perfectam eſſe, [3] & precationem admiſiſſe Deos aruſpices reſpondere, lætaque exta fuiſſe, & prolationem finium, victoriamque, & triumphum portendi; tum literæ Valerii Aureliique lectæ, & legati Athenienſium auditi. Senatus inde conſultum factum eſt ut ſociis gratiæ agerentur; quod diu ſollicitati, ne obſidionis quidem metu fide deceſſiſſent. de auxilio mittendo tum reſpondere placere, quum conſules provincias ſortiti eſſent: atque is conſul, cui Macedonia provincia eveniſſet, ad populum tuliſſet, ut Phi-

1 *Quam rem ſenatus*] Cl. Valeſius ex MS. Vict. notat *quod ſenatus*. Et hoc pacto eam formulam expreſſit Livius 36, 1. 43; 17. *Ne quis ullam rem in bellum magiſtratibus conferret, præterquam quod ſenatus cenſuiſſet.* Ubi eadem varietas. *Jac. Gron.*

2 *In Romanis auxilii*] Vet. lib. *Niſi quid Romani auxilii foret.* Sigonius.

3 *Et precationi annuiſſe deos*] Vet. lib. *Precationem admiſiſſe deos*, quod probo. Etenim in eodem genere lib. 4 ſic: *Ut ab auguribus, ſimul aves rite admiſiſſent, ex compoſito tolleretur ſignum.* Idem.

Precationi annuiſſe deos] Naud. *precationi admiſiſſe.* Buſlid. *precationes admiſiſſe.* Duo Veneti & Voſſ. ut Sigonianus: *precationem admiſiſſe deos.* Non puto ſpernendum. Hanc locutionem & Silio Livii imitatori ademerunt lib. 4. v. 668. *Tum demum amiſſæ vires & voce precantis, Orantique datum, ripas ſervare priores.* Vir doctus: Quanti eſt illud *voce precantis*? Legas, *devota precanti*, 6 Adverſ. 3. Quanti eſt hoc quoque? Oxonienſis ſcriptus: *admiſſæ voces & voce.* Vel cæco lucet hinc ſcribendum: *Tum demum admiſſæ voces & vota precantis, Orantique datum.* Trebiæ nimirum fluvio, poſtquam toties Vulcani lampade repreſſus eſſet, ut de viribus deſperaret, & ſupplex fieret. Petronius: *Et timidas admitte preces.* Tacitus 4 hiſtor. *Neque ante preces admiſſæ, quam in verba Galliarum jurarent.* J. F. Gron.

6 Philippo regi Macedonum indiceretur bellum. P. Sulpicio provincia Macedonia ſorte evenit, iſque rogationem promulgavit, *Vellent, juberent Philippo regi Macedonibuſque, qui ſub regno ejus eſſent, ob injurias, armaque illata ſociis populi Romani bellum indici.* alteri conſuli Aurelio [1] Italia provincia obtigit. Prætores exinde ſortiti ſunt, Cn. Sergius Plancus urbanam, Q. Fulvius Gillo Siciliam: Q. Minucius Rufus Bruttios, [2] L. Furius Purpureo Galliam. Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata eſt. id quum feſſi diuturnitate & gravitate belli ſua ſponte homines tædio laborum periculorumque fecerant, tum [3] Q. Bæbius tribunus plebis viam antiquam criminandi Patres ingreſſus, incuſaverat bella ex bellis ſeri, ne pace unquam frui plebs poſſet. Ægre eam rem paſſi Patres, laceratuſque probris in ſenatu tribunus plebis, & conſulem pro ſe quiſque hortari, ut de integro comitia rogationi ferendæ ediceret, caſtigaretque ſegnitiem populi: atque doceret, quanto damno dedecorique dilatio ea belli futura
7 eſſet. Conſul in Campo Martio [4] comitiis habitis, priuſquam

quam

1 *Italia provincia obtigit. Prætores exinde ſortiti ſunt*] Vet. lib. *Provincias prætores exinde ſortiti ſunt.* Sigonius.

Provincias prætores exinde ſortiti ſunt] Sigonius addidit *τὸ provincias*: nos delevimus, quod ſcripti editique omnes antiquitus eam vocem reſpuerent, & revera ſupervacua eſſet. Sic lib. 28. *Bruttii ambobus, ut cum Annibale bellum gererent, provincia decreta. Prætores exinde ſortiti ſunt: M. Cæcilius urbanam,* &c. Neque aliter lib. 38, quum de provinciis conſulum præmiſiſſet, *Prætores inde ſortiti ſunt. M. Claudio urbana,* &c. *J. F. Gron.*

2 *L. Furius Purpurio*] *Purpureo*, ex Capitolino ejus conſulatu. *Sigonius.*

3 *Q. Bebius*] *Bæbius*, Capitolini, & Græci ſcriptores, nummique argentei. *Idem.*

4 *Comitiis habitis*] Non ſolet ita loqui Livius, niſi omnibus, quæ comitiis agenda erant peractis. Sic cap. 9. *Supplicationibus habitis.* At hic demum iſta comitia ineuntur & incipiunt. Et ut ſuſpectior ſit vox *habitis*, facit codex Th. qui eam prorſus ignorat: ut ſane delenda ſit, niſi velis interpretari, dum habentur comitia. Sic enim quoque videtur loqui Livius & velut anticipare. Talia ſunt 5, 36. *Cladis forte Gallico bello acceptæ.* Ubi quum eam phraſim non comprehenderet Tan. Faber, mollivit eam pater ad 9, 18. Adde 31, 42. *Victis Macedonibus.* Itaque poſſes retinere 27, 45. *Gloriæ quidem ex re bene geſta partæ*, pro, quæ pareretur, pariendæ, quam mutare in *ſperatæ.* Habentque hoc Latini ab Græcorum aoriſto primo, de quo nos alias. Sed pereat potius, & fruamur beneficio codicis antiqui. Dictum *comitiis*,

quam centurias in ſuffragium mitteret, concione advocata, *Ignorare*, inquit, *videmini mihi, Quirites, non utrum bellum an pacem habeatis, vos conſuli: (neque enim liberum id vobis permittit Philippus, qui terra marique ingens bellum molitur:) ſed utrum in Macedoniam legiones tranſportetis, an hoſtem in Italiam accipiatis. Hoc quantum interſit, ſi unquam ante alias, Punico certe proximo bello experti eſtis. Quis enim dubitat, quin, ſi Saguntinis obſeſſis fidemque noſtram implorantibus impigre tuliſſemus opem, ſicut patres noſtri Mamertinis tulerant; totum in Hiſpaniam averſuri bellum fuerimus, quod cunctando cum ſumma clade noſtra in Italiam accepimus? Ne illud quidem dubium eſt, quin hunc ipſum Philippum pactum jam per legatos literaſque cum Annibale in Italiam trajicere, miſſo cum claſſe Lævino, qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus. & quod tunc fecimus, quum hoſtem Annibalem in Italia haberemus, id nunc pulſo Italia Annibale, devictis Carthaginienſibus, cunctamur facere? Patiamur expugnandis Athenis, ſicut Sagunto expugnando Annibalem* [1] *paſſi ſumus, ſegnitiem noſtram experiri regem. Non quinto inde menſe, quemadmodum ab Sagunto Annibal, ſed quinto inde die, quam ab Corintho ſolverit naves, in Italiam perveniet. Ne æquaveritis Annibali Philippum, ne Carthaginienſibus Macedonas;* [2] *Pyrrho certe æquabitis. dico, quantum vel vir viro, vel gens genti præſtat. Minima acceſſio ſemper Epirus regno Macedoniæ fuit,* [3] *& hodie eſt. Peloponneſum totam in ditione Philippus habet, Argoſque ipſos; non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos.* [4] *Noſtra nunc compara. quanto magis florentem*

tiis, ut 31, 50. *Comitiis ædiles curules creati.* 39, 39. *Comitiis acrius etiam quam ante petebat, criminando,* &c. Sic *ludis* 32, 26. Pro eo dicit 27, 21. *Comitiorum ipſorum diebus.* Jac. Gron.

1 *Sicut paſſi ſimus*] Vet. lib. *Sumus.* Sigonius.

2 *Pyrrho certe æquabitis. Dico, quantum*] Cl. Valeſius adſcripſerat libro ſuo. *Pyrrho certe æquabitis. Pyrrho dico.* non addito, utrum à ſe, an ex MS. *Jac. Gron.*

3 *Et hodie eſt*] Lege: *& hodieque eſt.* J. F. Gron.

4 *Noſtra nunc compara*] Alibi obſervamus, & quidem ad lucem loci præclare reſtituti, lib. 21, 43, eſſe hoc oratorium, quum res tibi cum multis aut pro multis ſit alloqui quaſi unum, aut loquentem inducere unum. ſed hic totus contextus orationis flagitat: *Noſtra nunc comparate.* Idem.

rentem Italiam, quanto magis integras res, ſalvis ducibus, ſalvis tot exercitibus, quos Punicum poſtea bellum abſumpſit, aggreſſus Pyrrhus, tamen concuſſit, & victor prope ad ipſam urbem Romam venit! Nec Tarentini modo, oraque illa Italiæ, quam majorem Græciam vocant, ut linguam, ut nomen ſecutos crederes, ſed Lucanus, & Bruttius, & Samnis, à nobis defecerunt. Hæc vos, ſi Philippus in Italiam tranſmiſerit, quietura aut manſura in fide creditis? Manſerunt enim Punico poſtea bello. nunquam iſti populi, niſi quum deerit ad quem deſciſcant, à nobis non deficient. Si piguiſſet vos in Africam trajicere, hodie in Italia Annibalem & Carthaginienſes hoſtes haberetis. Macedonia potius, quam Italia, bellum habeat. hoſtium urbes agrique ferro atque igni vaſtentur. Experti jam ſumus foris nobis quam domi feliciora, potentioraque arma eſſe. Ite in ſuffragium bene juvantibus Diis: & quæ Patres cenſuerunt, vos jubete. Hujus vobis ſententiæ non conſul modo auctor eſt, ſed etiam Dii immortales, qui mihi ſacrificanti precantique ut hoc bellum mihi, ſenatui, [1] vobiſque & ſociis ac nomini Latino, claſſibus exercitibuſque noſtris bene ac feliciter eveniret; læta omnia proſpe-
8 *raque portendere.* Ab hac oratione [2] in ſuffragium miſſi, uti

1 *Vobiſque & ſociis*] MS. *vobis, Quirites, & ſociis.* Henr. Valeſius.

2 *In ſuffragium miſſi, uti rogarat*] *Uti rogas*, ut jam ſæpe. *Sigonius.*

In ſuffragium miſſi, uti rogarat, bellum juſſerunt] Fuit ſane vox primum, *uti rogas*; accipientium admittentiumque Quiritium quod ferretur; poſtea tacitis ſuffragiis tabella, qua quiſque in jubendo ſciſcendoque pro ſua parte utebatur, inſcripta *V. R.* Hinc Sigonius perpetuo cenſet ab Livio ipſam formulam expreſſam eſſe, & ubicumque exſtat, *uti rogarat*, *uti rogaſſent*, ſcribendum, *uti rogas.* Nobis ſingula loca accuratius expendentibus aliter videtur: nempe ſuæ orationi narrationique formulam accommodaſſe Livium, & ubi illa pateretur, ut hæc integra maneret, ibi poſuiſſe ſimpliciter: *uti rogas*; ubi minus, paullulum inflexiſſe verbum. Etenim *uti rogas*, intelligit, tu nempe qui rogationem promulgas: *uti rogarat* vel *rogaſſent*, ille illive de quibus agitur, quoſque rogationem tuliſſe narratur. Atque hanc differentiam & librorum ſcriptorum conſenſus nobis ſubjecit. Ut lib. 6, 38. *Quum quanto jure potentior interceſſio erat, tantum vinceretur favore legum ipſarum latorumque, &, uti rogaſſent; primæ tribus dicerent.* MSS. præter Sigonianum, tres Pall. Thuaneus, duo Voſſ. *uti rogas.* Scilicet ipſarum tribuum vocem exprimit; quod ſignificatur verbo *dicerent*: fuit autem illa proprie, non *uti rogaſſent*, ſed *uti rogas.* Perinde ut apud Ciceronem lib. 2 de Legibus: *Suade igitur, ſi placet, iſtam legem, ut ego, uti rogas, poſſim dicere.* Peſſime Andreas: *& uti rogationes primæ tr.* ſic etiam lib. 10, 8 in

uti rogarat, bellum juſſerunt. Supplicatio inde à conſulibus in triduum ex Senatuſconſulto indicta eſt, obſecratique circa omnia pulvinaria [1] Dii, quod bellum cum Philippo populus juſſiſſet, id bene ac feliciter eveniret. conſultique feciales ab conſule Sulpicio, bellum quod indiceretur regi Philippo, utrum ipſi utique nunciari juberent: an ſatis eſſet, in finibus regni quod proximum præſidium eſſet, eo nunciari; [2] feciales decreverunt, utrum eorum feciſſet, recte facturum. Conſuli à Patribus permiſſum, ut quem videretur ex iis, qui extra ſenatum

in concione Decii: *Ego hanc legem, quod bonum, fauſtum felixque ſit vobis ac reipublicæ, uti rogata eſt, jubendam cenſeo.* Hæc Gelenii conjectura eſt: nam iidem ſcripti: *uti rogas.* Puta tu, ſive Quinte ſive Cnæe Ogulni: nam etſi uterque eam rem agebant, unus tamen proprie promulgabat, alter auctor & ſuaſor aderat promulganti. Quare non erat, cur primi editores ſubjicerent: *uti rogaſtis*: quamquam quia duo erant, aliquid tale, quod diximus, ſecutos apparet. At lib. 30, 43. *De pace uti rogatæ omnes tribus erant, juſſerunt.* Hæc vitioſa lectio eſt recentiorum: nam τὰ *omnes tribus* ad verbum *juſſerunt* utique pertinent, non ad τὸ *rogatæ*: & verbum ſubſtantivum expellendum. Scripti, nec non editiones antiquæ: *uti rogaſſent*, (nempe Tribuni plebis M. Atilius Q. Minucius) *omnes tribus juſſerunt.* Sigonius pariter ut illic, *uti rogas.* Sed non conſideravit hanc orationem totam hiſtorici eſſe: nemo introducitur loquens; nullius verba exprimuntur: non igitur eſt, qui dicat, *uti rogas.* Prorſus in præſenti loco: *Ab hac oratione in ſuffragium miſſi, uti rogarat, bellum juſſerunt.* Conſul nempe Sulpicius. Neque hic comparet, qui loquens inducatur, dicatque, *uti rogas* tu conſul Sulpici; neque Livium ſic ſcribere decet. Sic & lib. 33, 23. *Omnes quinque & triginta tribus, uti rogatæ juſſerunt.* Refert ſolummodo, quid factum ſit, hiſtoricus: nulla alia perſona utitur, neque fingit tribus dicentes, *uti rogas*, aut aliquem ſuadentem: *cenſeo jubendam legem, uti* tu ſive Quinte Marci rex, ſive A. Atini Labeo *rogas.* Lib. 38, 53. *Remittentibus ergo his interceſſionem, omnes tribus, uti rogaſſet, juſſerunt.* Quam ineptus foret Livius, ſi plene ſcriberet: *omnes tribus, uti tu Q. Petili rogas, juſſerunt.* Nam, *uti rogas*, eſt oratio compendiaria, quæ non ponitur aut adhibetur, niſi ut vocativi illi, pronomen videlicet cum nomine promulgantis, intelligantur. *J. F. Gron.*

1 *Dii, quod bellum*] Thuanæus interponit voculam *ut*. Certe non abjecerunt eam 21, 17. *Adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum P. R. juſſiſſet.* Non 36, 1. *Precatique, quod ſenatus de novo bello in animo haberet, ut ea res ſenatui P. que R. bene ac feliciter eveniret.* Immo & geminavit Livius 42, 28. *Imperavit ſenatus, ut precarentur, ut quod bellum P. R. in animo haberet gerere, ut id proſperum eveniret.* Qua culpa igitur hinc expelli meruit? *Jac. Gron.*

2 *Feciales decreverunt, utrum eorum feciſſet*] Vox *feciales* videtur ſupervacua & ex margine irrepſiſſe: etſi poſſit defendi repetitio vocis propter interjectam orationem longiuſculam. *J. F. Gron.*

1 *Quem*

natum eſſent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum. Tum de exercitibus conſulum prætorumque actum. conſules binas legiones ſcribere juſſi: veteres dimittere exercitus. Sulpicio, cui novum ac magni nominis bellum decretum erat, permiſſum, ut de exercitu, [1] quem P. Scipio ex Africa deportaſſet, voluntarios, quos poſſet, duceret: invitum ne quem militem veterem ducendi jus eſſet. Prætoribus L. Furio Purpureoni, & Q. Minucio Rufo quina millia ſocium Latini nominis conſul daret: quibus præſidiis alter Galliam, alter Bruttios provinciam obtineret. Q. Fulvius Gillo & ipſe juſſus, ex eo exercitu, quem P. Ælius conſul habuiſſet, ut quiſque minime multa ſtipendia haberet, legere, donec & ipſe quinque millia ſocium ac nominis Latini effeciſſet: [2] id præſidio Siciliæ provinciæ eſſet. [3] M. Valerio Faltoni, qui prætor priore anno Campaniam provinciam habuerat, prorogatum in annum imperium eſt, uti proprætor in Sardiniam [4] trajiceret. atque de exercitu, qui ibi eſſet, quinque millia ſocium nominis Latini, [5] qui eorum minime multa ſtipendia haberet, legeret. Et conſules duas urbanas legiones ſcribere juſſi: quæ, ſi quo res poſceret, multis in Italia contactis gentibus Punici belli ſocietate, iraque inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo anno uſura reſpublica
9 erat. In ipſo apparatu belli legati ab rege Ptolomæo venerunt, qui nunciarunt, *Athenienſes adverſus Philippum petiſſe ab rege auxilium. cæterum etſi communes ſocii ſint, tamen niſi ex auctoritate populi Romani, neque claſſem, neque exercitum defendendi aut oppugnandi cujuſquam cauſſa regem in Græciam*

1 *Quem Proconſul Scipio*] *P. Scipio*, ut dixi. *Sigonius.*

2 *Id præſidio Siciliæ provinciæ eſſet*] Malim: *id præſidium Siciliæ provinciæ eſſe.* Intelligitur enim ex præcedentibus, *juſſum.* Quod genus ſæpius jam reſtituimus Livio & pluries reſtituemus. *J. F. Gron.*

3 *M. Valer. Falconi*] *Faltoni*, Capitol. tabulæ. *Sigonius.*

4 *Trajic. quoque de exercitu*] Vet lib. *Atque de exercitu.* Idem.

5 *Qui eorum minime multa ſtipendia haberet*] Lege *haberent*. Muretus.

Græciam miſſurum eſſe. Vel quieturum eum in regno, [1] *ſi populo Romano ſocios defendere liceat; vel Romanos quieſcere, ſi malint, paſſurum: atque ipſum auxilia, quæ facile adverſus Philippum tueri Athenas poſſent, miſſurum.* Gratiæ regi ab ſenatu actæ, reſponſumque; *Tutari ſocios populo Romano in animo eſſe:* [2] *ſi qua re ad id bellum opus ſit, indicaturos regi. regnique ejus opes ſcire ſubſidia firma ac fidelia ſuæ reipublicæ eſſe.* Munera deinde legatis in ſingulos quinum millium æris ex Senatuſconſulto miſſa. Quum delectum conſules haberent pararentque quæ ad bellum opus eſſent; civitas religioſa, in principiis maxime novorum bellorum, ſupplicationibus habitis jam, & obſecratione circa omnia pulvinaria facta, ne quid prætermitteretur, quod aliquando factum eſſet; ludos Jovi donumque vovere conſulem, cui provincia Macedonia eveniſſet, juſſit. Moram voto publico Licinius pontifex maximus attulit, qui negavit ex incerta pecunia vovere debere. *Si ea pecunia non poſſet in bellum uſui eſſe; reponi ſtatim debere, nec cum alia pecunia miſceri. quod niſi factum eſſet, votum rite ſolvi non poſſe.* Quamquam & res, & auctor movebat; tamen ad collegium pontificum referre conſul juſſus, ſi poſſet recte votum incertæ pecuniæ ſuſcipi. poſſe, rectiuſque etiam eſſe, pontifices decreverunt. Vovit in eadem verba conſul, præeunte maximo pontifice, quibus antea quinquennalia vota ſuſcipi ſolita erant: præterquam quod tanta pecunia, quantam tum, quum ſolveretur, ſenatus cenſuiſſet, ludos, donaque facturum vovit. Toties ante ludi magni de certa pecunia voti erant: ii primi de incerta. Omnium animis in bellum Macedonicum verſis, repente nihil minus eo tempore timentibus, Gallici tumultus fama exorta eſt. Inſubres, Cenomanique, & Boii, [3] excitis

1 *Si populo Romano ſocios defendere liceat*] Forte *libeat*. Muretus.

2 *Si qua re ad id bellum opus ſit*] MS. *ſi qua res ad*. Henr. Valeſius.

3 *Excitis Salyis Ilvatibuſque*] Cluverius *Statiellis*, quando *Salyi* nullo modo in iſta hiſtoria locum habent. Barberin. & Voſſ. *Selinibus*. An *Celelatibus*? Lib. 32. *Utraque Ligurum & duæ gentis ejuſdem civitates, Celelates, Cerditia-*

tis Salyis, Ilvatibuſque, & cæteris Liguſtinis populis; Amilcare Pœno duce, qui in iis locis de Aſdrubalis exercitu ſubſtiterat, Placentiam invaſerant: & direpta urbe, ac per iram magna ex parte incenſa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinaſque relictis, trajecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinæ urbis audita clades, ſpatium colonis dedit ad claudendas portas, præſidiaque per muros diſponenda. [1] ut obſiderentur tamen prius quam expugnarentur: [2] nunciosque mitterent ad Prætorem Romanum. L. Furius Purpureo, qui tum provinciæ præerat, cætero ex Senatuſconſulto exercitu dimiſſo, præter quinque millia ſocium ac Latini nominis, cum iis copiis in proxima regione provinciæ circa Ariminum ſubſtiterat. is tum ſenatui ſcripſit, quo in tumultu provincia eſſet. *Duarum coloniarum, quæ ingentem illam tempeſtatem Punici belli ſubterfugiſſent, alteram captam ac direptam ab hoſtibus, alteram oppugnari. Nec in exercitu ſuo ſatis præſidii colonis laborantibus fore, niſi quinque millia ſocium quadraginta millibus hoſtium (tot enim in armis eſſe) trucidanda objicere velit, & tanta ſua clade jam inflatos*
11 *excidio coloniæ Romanæ* [3] *augere hoſtium animos.* His literis recitatis

ditiateſque ſeſe dediderunt. Sallyis in prima Magontiacenſi reperio. Andreas ad ultimum Aſcenſium, *Senilibus.* J. F. Gron.

Excitis Salliis, Illuatibuſque, & cæteris Liguſticis populis] *Liguſtinis*, habent vet. lib. & Græci Λιγυςίνυς edunt. Illuates Ligures etiam alibi nominat, ut lib. 32. *Inde in Liguſtinos Iluatis legiones ductæ:* non ſunt autem Iluates, qui Iluam inſulam colunt, ut putat Glareanus. Quod ex his verbis Livii cognoſcitur, lib. 32. *Et jam omnia cis Padum præter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, ſub ditione erant.* Sigonius.

1 *Ut obſiderentur tamen*] Glareanus interpretatur tantum temporis his fuiſſe, ut ad obſidionem ſe pararent, ne hoſtes tam cito expugnarent oppidum, niſi obſiderent: prius tamen obſeſſos, quam mitti nuntius Romam potuerit. At Livius dicit famam Placentinæ cladis excitaſſe Cremonenſes, ut clauderent portas & præſidia per muros diſponerent, nec ſic ex improviſo caperentur, ſed obſidione morarentur hoſtem, & nuntios mitterent auxilia petitum. Miſerunt autem non ad *populum* ſed ad *Prætorem Romanum*, ut Sigonius & integre Barberinus Voſſianuſque MSS. *J. F. Gron.*

2 *Nuncioſque mitt. ad populum Rom.*] Satis conſtat, legendum eſſe, *ad prætorem Rom.* quo de mendi genere ſupra etiam dictum eſt: prætorem autem intelligit, L. Furium Purpureonem. *Sigonius.*

3 *Augeri hoſt. animos*] Vet. lib. *Augere:* quod placet, quia dixit, *objicere.* Idem.

1 *Miſ-*

citatis decreverunt, ut C. Aurelius conſul exercitum, cui in Etruriam ad conveniendum diem edixerat, Armini eadem die adeſſe juberet, & aut ipſe, ſi per commodum reipublicæ poſſet, ad opprimendum Gallicum tumultum proficiſceretur: aut L. Furio prætori ſcriberet, ut quum ad eum legiones ex Etruria veniſſent, [1] miſſis in vicem earum quinque millibus ſociorum, qui interim Etruriæ præſidio eſſent, proficiſceretur ipſe ad coloniam liberandam obſidione. Legatos item mittendos in Africam cenſuerunt, eoſdem Carthaginem, eoſdem in Numidiam ad Maſiniſſam. Carthaginem, ut nunciarent, *civem eorum Amilcarem relictum in Gallia, haud ſatis ſcire ex Aſdrubalis prius, an ex Magonis poſtea exercitu, bellum contra fœdus facere. Exercitus Gallorum, Ligurumque excivisse ad arma contra populum Romanum. eum ſi pax placeret, revocandum illis, & dedendum populo Romano eſſe:* ſimul nunciare juſſi, *perfugas ſibi non omnes redditos eſſe. magnam partem eorum palam Carthagini obverſari dici: quos comprehendi conquirique debere, ut ſibi ex fœdere reſtituantur.* Hæc ad Carthaginienſes mandata. Maſiniſſæ *gratulari juſſi, quod non patrium modo recuperaſſet regnum, ſed parte florentiſſima Syphacis finium adjecta etiam auxiſſet.* [2] nunciare præterea juſſi, *bellum cum rege Philippo ſuſceptum, quod Carthaginienſes auxiliis juviſſet, injuriaſque inferendo ſociis populi Romani,* [3] *flagrante bello Italiæ coëgiſſet claſſes exercituſque in Græciam mitti; & diſtinendo copias, cauſſa imprimis fuiſſet ſerius in Africam trajiciendi.* [4] *Petere, ut ad id bellum mitteret auxilia Numidarum equitum.* Dona ampla data, quæ ferrent regi, vaſa aurea argenteaque, toga purpurea, & palmata tuni-

1 *Miſſis in vicem earum quinque millibus*] Forte delendum τὸ *in*. J. F. Gron.

2 *Nuntiare præterea juſſi*] Poſtrema vox ſupervacua eſſe videtur. *Idem.*

3 *Flagrante bello Italiæ*] Nonne *Italia*? 22, 13. *Quum omnia bello flagrarent.* Immo ſic jam primæ editiones, & credo mendam ex incuria ortam ita propagatam. *Jac. Gron.*

4 *Peterent ut ad id bellum mitteret*] Livius ſcripſerat: *Petere, ut ad id bellum mitteret.* Pendet enim verbum *petere* à præcedente *juſſi*. J. F. Gron.

tunica: cum [1] eburneo ſcipione, & toga prætexta cum curuli ſella: juſſique polliceri, [2] ſi quid ei ad firmandum augendumque regnum opus eſſe judicaſſet, enixe id populum Romanum merito ejus præſtaturum. Verminæ quoque Syphacis filii legati per eos dies ſenatum adierunt; excuſantes *errorem adoleſcentiamque, & culpam omnem in fraudem Carthaginienſium avertentes. Et Maſiniſſam Romanis ex hoſte amicum factum: Verminam quoque annixurum, ne officiis in populum Romanum aut à Maſiniſſa, aut ab ullo alio vincatur. Petere ut Rex, ſociuſque, & amicus ab ſenatu appellaretur.* Reſponſum legatis eſt: *& patrem ejus Syphacem ſine cauſſa ex ſocio & amico hoſtem repente populi Romani factum: & eum ipſum rudimentum adoleſcentiæ bello laceſſentem Romanos poſuiſſe. Itaque pacem illi prius petendam à populo Romano eſſe, quam ut rex, ſociuſque, & amicus appelletur. Nominis ejus honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum Romanum conſueſſe. Legatos Romanos in Africa fore: quibus mandaturum ſenatum, ut Verminæ pacis dent leges:* [3] *liberum arbitrium eis populo Romano permittente. Si quid ad eas addi, demi, mutarive vellet, rurſus ab ſenatu ei poſtulandum fore.* Legati cum iis mandatis in Africam miſſi, C. Terentius Varro, P. Lucretius, Cn. Octavius. quin-
12 queremes ſingulis datæ. Literæ deinde in ſenatu recitatæ ſunt Q. Minucii prætoris, cui Bruttii provincia erat; Pecuniam Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte clam ſublatam: nec ad quos pertineat facinus, veſtigia ulla extare. Indigne paſſus Senatus, non ceſſari ab ſacrilegiis: & ne Pleminium quidem tam clarum recenſque noxæ ſimul ac pœnæ exemplum, homines deterrere. Cn. Aurelio conſuli negotium datum, ut ad prætorem in Bruttios ſcribe-

1 *Eburneo ſcipione*] Cl. Valeſius in MS. invenit *ſceptro.* Itidem mihi in Th. obvenit. *Jac. Gron.*

2 *Si quid ei ad firmandum*] Puto *ſibi*, ut intelligatur ipſe Maſiniſſa. *J. F. Gron.*

3 *Liberum arbitrium eis*] Voſſ. & Buſlid. *ejus.* Quare Rubenius legebat & *permittenti.* ut ſit, ſi liberum ejus dandæ arbitrium populo Romano Vermina permittat. Vide lib. 28, 34 & hoc lib. infra cap. 19. *Idem.*

1 *Fieri*

ſcriberet: ſenatui placere, quæſtionem de expilatis theſauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius prætor triennio ante habuiſſet. Quæ inventa pecunia eſſet, reponi. ſi quo minus inventum foret, expleri: ac piacularia, ſi videretur, ſicut ante pontifices cenſuiſſent, [1] fieri cauſſa expiandæ violationis ejus templi. Prodigia etiam ſub idem tempus pluribus locis nunciata acciderunt. In Lucanis cœlum arſiſſe afferebant. Priverni ſereno per diem totum rubrum ſolem fuiſſe. Lanuvii templo Soſpitæ Junonis nocte ſtrepitum ingentem exortum. Jam animalium obſcœni fœtus pluribus locis nunciabantur. in Sabinis incertus infans natus, maſculus an fœmina eſſet. alter ſexdecim jam annorum item ambiguo ſexu inventus. Fruſinone agnus cum ſuillo capite, Sinueſſæ porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro publico equuleus cum quinque pedibus. Fœda omnia & deformia; errantiſque in alienos fœtus naturæ viſa. Ante omnia abominati ſemimares, juſſique in mare extemplo deportari: ſicut proxime C. Claudio, M. Livio conſulibus deportatus ſimilis prodigii fœtus erat. Nihilo minus decemviros adire libros de portento eo juſſerunt. Decemviri ex libris res divinas eaſdem, quæ proxime ſecundum id prodigium factæ eſſent, imperarunt. carmen præterea ab ter novenis virginibus cani per urbem juſſerunt, donumque Junoni Reginæ ferri. Ea uti fierent, C. Aurelius conſul ex decemvirorum reſponſo curavit. Carmen ſicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula. Expiatis omnibus 13
religionibus (nam etiam Locris ſacrilegium perveſtigatum à Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis [2] noxiorum

1 *Fieri cauſſa expiandæ violationis ejus templi*] Lib. 39. *Ne quis qui Bacchis initiatus eſſet, coiſſe aut conveniſſe cauſſa ſacrorum velit.* Lib. 40. *Cauſſa ignominiæ: uti ſemeſtre ſtipendium in eum annum eſſet ei legioni decretum.* Ibidemque, *ne major* (pecunia) *cauſſa ludorum conſumeretur.* Tamen puto delendum eſſe τὸ *cauſſa* hoc loco, ut ab interprete additum. *J. F. Gron.*

2 *Noxiorum in theſauris repoſita*] Scripti, *theſauros.* Ut & lib. 30, 19.

in theſauros repoſita) quum conſules in provincias proficiſci vellent ; privati frequentes, quibus ex pecunia, quam [1] M. Valerio M. Claudio conſulibus mutuam dederant, [2] tertia penſio debebatur eo anno, adierunt ſenatum: quia conſules, quum ad novum bellum, quod magna claſſe magniſque exercitibus gerendum eſſet, vix ærarium ſufficeret ; negaverant eſſe, unde iis in præſentia ſolveretur. Senatus querentes eos non ſuſtinuit. *Si in Punicum bellum pecunia data, in Macedonicum quoque bellum uti reſpublica vellet ; aliis ex aliis orientibus bellis,* [3] *quid aliud quam publicatam pro beneficio tanquam ob noxam ſuam pecuniam fore ?* Quum & privati æquum poſtularent, nec tamen ſolvendo ære alieno reſpublica eſſet, quod medium inter æquum & utile erat, decreverunt, *Ut, quoniam magna pars eorum agros vulgo venales eſſe diceret, & ſibimet emptis opus eſſe; agri publici, qui intra quinquageſimum lapidem eſſet, copia iis fieret. Conſules agrum æſtimaturos, & in jugera aſſes vectigales, teſtandi cauſſa publicum agrum eſſe, impoſituros, ut ſi quis, quum ſolvere poſſet populus; pecuniam habere, quam agrum mallet, reſtitueret agrum populo.* Læti eam conditionem privati accepere. [4] Trientius, Tabu-

Duplamque pecuniam in theſauros reponi. Idem.

1 *M. Valerio & M. Claudio*] Dedi hanc gratiam editioni principi, ut τὸ, & immiſſum ab poſterioribus, denuo abigerem, pro more uſitato ab Romanis & Livio; quamvis, ſi modo credimus eam particulam in ſcriptis exſtare, non parum verear relictum fuiſſe ab Livio *Marcii Valerio & Claudio conſulibus*. Jac. Gron.

2 *Tertia penſio debebatur*] Anno belli ſecundi Punici nono, in ærarium pecunia à privatis data erat, ut lib. 26 refert auctor. De ea inde anno XV ejuſdem item belli, conſtitutio facta erat, ut tribus penſionibus ea pecunia ſolveretur: primam præſentem ii Coſſ. qui tum eſſent, duas alteras tertii ac quinti Coſſ. numerarent. Anno igitur XVII altera penſio debebatur, ſed de ea nihil meminit Livius ſuperiore decade, ut credam in hunc dilatam annum. Debebatur igitur tertia penſio, & ſecunda nondum ſoluta erat. Hic igitur pro tertia ſolvitur ſecunda, & libro deinde hujus decados tertio, tertia. *Glareanus.*

3 *Quid aliud quam publicam pro beneficio*] Petav. *publicam tam pro beneficio.* Oxonienſes, Barberin. Naud. duo Veneti, *publicatam pro beneficio.* Vere & eleganter. Invidiæ cauſſa appellant quaſi confiſcatam, in publicum redactam. *J. F. Gron.*

4 *Trientius, Tabuliuſque is ager*] Vet. lib. *Trientius, Tributumque.* Ex quo conjeci legendum eſſe, *Trientius, Tributuſque.* Alioquin nulla cauſa extat, cur *Tabulius* is ager vocatus ſit: at quia

Tabuliuſque is ager, quia pro tertia parte pecuniæ datus
erat, appellatus. Tum P. Sulpicius, ſecundum vota in 14
Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profe-
ctus ab urbe, Brunduſium venit, & veteribus militibus
voluntariis ex Africano exercitu in legiones deſcriptis,
navibuſque ex claſſe conſulis Cornelii lectis; altera die,
quam à Brunduſio ſolvit, in Macedoniam trajecit. Ibi
ei præſto fuere Athenienſium legati, orantes, ut ſe ob-
ſidione eximeret. Miſſus extemplo Athenas eſt [1] C.
Claudius Cento cum viginti longis navibus, & militum
copiis. neque enim ipſe rex Athenas obſidebat, eo ma-
xime tempore Abydum oppugnabat; jam cum Rhodiis
& Attalo navalibus certaminibus, neutro feliciter prœ-
lio, vires expertus. Sed animos ei faciebat præter fero-
ciam inſitam, fœdus ictum cum Antiocho Syriæ rege:
diviſæque jam cum eo Ægypti opes; cui, morte audita
Ptolomæi regis, ambo imminebant. [2] Contraxerant au-
tem ſibi cum Philippo bellum Athenienſes haudqua-
quam digna cauſſa: dum ex vetere fortuna nihil præter a-
nimos ſervant. Acarnanes duo juvenes per Initiorum
dies non initiati, templum Cereris, imprudentes religio-
nis, cum cætera turba ingreſſi ſunt. Facile eos ſermo
prodidit, abſurde quædam percunctantes: deductique
ad

quia pro tertia parte pecuniæ tributus erat *Trientius Tributuſque* eſt dictus. *Sigonius.*

Trientius Tabuliuſque is ager, quia pro tertia] Cauſſam quare *Tabulius* is ager dictus ſit, nec Livio notam fuiſſe putat Glareanus. Ergo Sigonius, quia in libro quodam *tributumque* invenerat, legit, *Tributuſque*; Turnebus, *tributiuſque*. Nobis inventum nihil tale, & *Trientium Tabuliumque*, vel deleta copulativa *Trientium Tabulium* & *Trientabulum* contractius appellatum exiſtimamus, qui pro trientibus tabulis, pro triente tertio tabularum, pro tertia parte tertiaque penſione ejus, quod tabulis publicis debebatur, datus erat. Hoc Livius non modo non ignorabat, ſed etiam ſatis ſignificat. Adde lib. 4 Obſerv. 23. *J. F. Gron.*

1 *C. Claud. Cento*] *Centho*, ex Cap. lap. *Sigonius.*

2 *Contraxerant autem cum Philippo*] Edebatur: *contraxerant autem ſibi.* Suſtulit ultimam vocem Gelenius, hoc tantum præfatus, ſupereſſe. Id ſcripti à nobis inſpecti negant. Lib. 5. *In ſingulas noctes tantum ſibi reique publicæ piaculi contrahet.* Lib. 24. *Qui contraxerant eis cum Carthaginienſibus bellum.* Plinius lib. 11, 19. *Aliquando & ipſæ mortis ſibi contrahunt cauſas.* J. F. Gron.

ad antiſtites templi, quum palam eſſet per errorem ingreſſos; [1] tanquam ob infandum ſcelus interfecti ſunt. Id tam fœde atque hoſtiliter factum gens Acarnanum ad Philippum detulit: impetravitque ab eo, ut datis Macedonum auxiliis, bellum ſe inferre Athenienſibus pateretur. Hic exercitus primo terram Atticam ferro ignique depopulatus, cum omnis generis præda in Acarnaniam rediit: & [2] irritatio animorum ea prima fuit. poſtea juſtum bellum decretis civitatis ultro indicendo factum. Attalus enim rex, Rhodiique ſecuti cedentem in Macedoniam Philippum, quum Æginam veniſſent; rex Piræeum, renovandæ firmandæque cum Athenienſibus ſocietatis cauſſa trajecit. Civitas omnis obviam effuſa cum conjugibus ac liberis, ſacerdotes cum inſignibus ſuis, intrantem urbem, ac Dii prope ipſi exciti ſedibus ſuis, exceperunt. In concionem extemplo populus vocatus, ut rex, quæ vellet, coram ageret: deinde ex dignitate magis viſum, ſcribere eum, de quibus videretur, quam præſentem aut referendis ſuis in civitatem beneficiis erubeſcere, aut ſignificationibus acclamationibuſque multitudinis, aſſentatione immodica pudorem onerantis. In literis autem, quæ [3] miſſæ in concionem, recitatæ ſunt, commemoratio erat beneficiorum, primum [4] in civitatem ſociam: deinde rerum, quas adverſus Philippum geſſiſſet: ad poſtremum [5] adhortatio; Capeſſen-

dum

1 *Tanquam ob infandum ſcelus, interfecti ſunt*] Hinc eſt, quod Cererem, Proſerpinam, aut Iacchum, myſteriorum præſides Deos, in ſomnis videre, non initiatis malum eſſe Artemidorus dicit, Oneirocrit. lib. II cap. 44. Ac poſt mortem apud inferos in luto jacere putabantur. *Meurſ.* Eleuſiniis cap. 18.

2 *Irritatio animorum*] MSS. omnes cum Th. interjiciunt *finem*. Lege: *Et irritatio quidem animorum*. Mox idem Th. & S. Victoris. *perſecuti*, non *ſecuti*. Jac. Gron.

3 *Miſſæ recitatæ ſunt*] Th. *recitatæque ſunt*. 34, 61. *Conſpectæ tabellæ demptaque & lectæ*. 5, 12. *Collatum obedienter miſſumque ad exercitum eſt*. Alioqui ſcio placuiſſe ſæpe Livio ἀσύνδετα. *Idem*.

4 *In civitatem ſuam*] Vet. lib. *Civitatem ſociam*, recte: loquitur enim Attalus, atque Athenas civitatem ſociam appellat. *Sigonius*.

5 *Adhortatio, capeſſendum bellum*] Vet. lib. *Adhortatio capeſſendi belli*. Idem.

dum bellum, dum ſe, dum Rhodios, tum quidem dum etiam Romanos haberent. Nequicquam poſtea, ſi tum ceſſaſſent, prætermiſſam occaſionem quæſituros. Rhodii deinde legati auditi ſunt: quorum recens erat beneficium, quod naves longas quatuor Athenienſium captas nuper à Macedonibus, recuperataſque remiſerant. itaque ingenti conſenſu bellum adverſus Philippum decretum. Honores regi primum Attalo immodici, deinde & Rhodiis habiti: tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem veteres tribus addenda: & Rhodiorum populus corona aurea virtutis gratia donatus, civitaſque Rhodiis data, quemadmodum Rhodii prius Athenienſibus dederant. Secundum hæc rex Attalus Æginam ad claſſem ſe recepit. [1] Rhodii Ciam ab Ægina, inde per inſulas Rhodum navigarunt: omnibus, præter Andrum, Parumque, & Cythnum, quæ præſidiis Macedonum tenebantur, in ſocietatem acceptis. Attalum Æginæ miſſi in Ætoliam nuncii, exſpectatique inde legati aliquamdiu nihil agentem tenuere: & neque illos excire ad arma potuit, gaudentes utcumque compoſita cum Philippo pace. & ipſe, Rhodiique, ſi inſtitiſſent tunc Philippo, egregium liberatæ per ſe Græciæ titulum habere potuiſſent; patiendo rurſus eum in Helleſpontum trajicere, [2] occupantemque Græ-

1 *Rhodii Ceam ab Ægina*] Vet. lib. *Rhodii cum jam ab Ægina.* Item: *Rhodii etiam ab Ægina.* Hinc ego: *Rhodii Ciam ab Ægina.* Inſula autem eſt Cia oppoſita Eubœæ, Ptolemæo auctore. *Sigonius.*

2 *Occupantemque Græciæ opportuna loca*] Immo *Thraciæ.* Hujus enim ſunt Ænus & Maronea, & cætera, quæ mox enarrantur, loca. Homerus Ἰλ. δ. Θρηκῶν ἀγὸς ἀνδρῶν Πείρως Ἰμβρασίδης, ὃς ἄρ' Ἀινόθεν εἰληλόυθει. Livius lib. 37. *Inde tribus navibus in Thraciæ oram miſſis, ab Æno & Maronea præſidia Antiochi deduci juſſit.* Lib. 39. *Theſſalonicen ad cognoſcendum de Thraciæ urbibus proficiſcuntur.* Ibi legati Eumenis: *ſi liberas eſſe Ænum & Maroneam velint Romani*, &c. *ſin autem minor cura ſit urbium in Thracia poſitarum.* Rurſumque: *ut ab Æno & Maronea præſidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciæ ora à Philippo & Macedonibus liberaretur.* Vide & Virgilium lib. 3 Æn. v. 14 & ibi Servium. Plutarchus in Catone minore: ὁ ἀδελφὸς εἰς τὴν Ἀσίαν βαδίζων ἐνόσησε περὶ Θρᾴκην ἐν Αἴνῳ. Omitto Geographos. *J. F. Gron.*

Græciæ opportuna loca vires colligere, bellum aluere;
gloriamque ejus geſti perfectique, Romanis conceſſe-
16 runt. Philippus magis regio animo eſt uſus: qui quum
Attalum Rhodioſque hoſtes non ſuſtinuiſſet, ne Ro-
mano quidem, quod imminebat, bello territus, Philo-
cle quodam ex præfectis ſuis cum duobus millibus pedi-
tum, equitibus ducentis ad populandos Athenienſium
agros miſſo, claſſe tradita [1] Heraclidi, ut Maroneam
peteret; ipſe terra eodem cum expeditis duobus millibus
peditum, equitibus ducentis pergit. Et Maroneam qui-
dem primo impetu expugnavit: Ænum inde cum ma-
gno labore, poſtremo proditione Ganymedis præfecti
Ptolomæi cepit. deinceps alia caſtella, Cypſela, & Dori-
ſcon, & Serrheum, occupat. inde progreſſus ad Cherſo-
neſum, [2] Elæunta & Alopeconneſum, tradentibus ipſis,
recepit. Callipolis quoque & Madytos dedita, & caſtel-
la quædam ignobilia. Abydeni ne legatis quidem admiſ-
ſis, regi portas clauſerunt. ea oppugnatio diu Philippum
tenuit: eripique ex obſidione, ni ceſſatum ab Attalo &
Rhodiis foret, potuerunt. Attalus trecentos tantum mi-
lites in præſidium, Rhodii quadriremem unam ex claſ-
ſe, quum ad Tenedum ſtaret, miſerunt. eodem poſtea
quum jam vix ſuſtinerent obſidionem, & ipſe Attalus
quum trajeciſſet, ſpem tantum auxilii ex propinquo oſ-
17 tendit; neque terra neque mari adjutis ſociis. Abydeni
primo tormentis per muros diſpoſitis, non terra modo
adeuntes aditu arcebant: ſed navium quoque ſtationem
infeſtam hoſti faciebant. poſtea quum & muri pars ſtrata
ruinis, & ad interiorem raptim oppoſitum murum cu-
niculis jam perventum eſſet; [3] legatos ad regem de con-

ditio-

1 *Heraclidi*] De Heraclide hoc Philippi præfecto pluribus verbis ſcribit Polyb. lib. 13. *Sigonius.*

2 *Eleunta*] *Elæunta* ſcribendum eſt. Eſt autem Elæus, cum proximis oppidis ad Helleſpontum in Cherſoneſo; Alopeconneſus autem inſula eſt, Plinio auctore. *Idem.*

3 *Legatos ad regem miſerunt*] Legatorum nomina prætermiſit, quæ ſunt apud Polybium libro 16. πέμψαντες πρεσβευτὰς Ἰφιάδην καὶ Παντάγνωτον ἐκέλευον

ditionibus tradendæ urbis miſerunt. Paciſcebantur autem, ut Rhodiam quadriremem, cum ſociis navalibus, Attalique præſidium emitti liceret: atque ipſis urbe excedere, cum ſingulis veſtimentis. Quibus quum Philippus nihil pacati, niſi omnia permittentibus, reſpondiſſet; adeo renunciata hæc legatio ab indignatione ſimul ac deſperatione iram accendit, ut ad Saguntinam rabiem verſi, matronas omnes in templo Dianæ, pueros ingenuos, virgineſque, infantes etiam cum ſuis nutricibus, in gymnaſium includi juberent: aurum & argentum in forum deferri, veſtem pretioſam [1] in naves Rhodiam Cyzicenamque, quæ in portu erant, conjici: ſacerdotes victimaſque adduci, & altaria in medio poni. ibi delecti primum, qui ubi cæſam aciem ſuorum pro diruto muro pugnantem vidiſſent, extemplo conjuges liberoſque interficerent; aurum, argentum, veſtemque, quæ in navibus eſſet, in mare dejicerent: tectis publicis, privatiſque, quamplurimis locis poſſent, ignes ſubjicerent: & ſe facinus perpetraturos, præeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus, jurejurando adacti: tum militaris ætas jurare, neminem vivum, niſi victorem, acie exceſſurum. Hi memores Deorum adeo pertinaciter pugnaverunt, ut quum nox prœlium diremptura eſſet, rex prior, territus rabie eorum, pugna abſtiterit. [2] Principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat; quum paucos & confectos vulneribus ac laſſitudine ſupereſſe prœlio cernerent; luce prima ſacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt. Ante deditionem 18
[3] ex iis legatis Romanis, qui Alexandriam miſſi erant, M. Æ-

ἐμέλλον παραλαμβάνειν τὸν Φίλιππον τὴν πόλιν. *Sigonius.*

1 *In naves*, &c. *conjici*] Verbum poſtremum haud dubie ab alia quam Livii manu. MSS. alii *choreos*. Voſſ. & Th. *corei*. Videntur indicare: *congeri*. Jac. Gron.

2 *Principes quibus atrocior*, &c.] Nomina eorum edit Polyb. Glaucidem, & Theognetum. Eſt enim in tota hac Abydi expugnatione explicanda aliquanto, quam Livius uberior. *Sigonius.*

3 *Ex iis legatis Rom. qui Alex. miſſi er. M. Æmilius duorum conſenſu*] Suſpicor legendum eſſe: *Ex tribus legatis:*

 primum

M. Æmilius trium conſenſu minimus natu, audita obſidione Abydenorum, ad Philippum venit. qui queſtus Attalo Rhodiiſque arma illata, & quod tum maxime Abydum oppugnaret; quum rex, ab Attalo & Rhodiis ultro ſe bello laceſſitum diceret; [1] *Num Abydeni quoque*, inquit, *ultro tibi intulerunt arma?* Inſueto vera audire, ferocior oratio viſa eſt, quam quæ habenda apud regem eſſet. [2] *Ætas*, inquit, *& forma, & ſuper omnia Romanum*

primum, quia tres antea nominavit hujus lib. initio, *Interim ad Ptolemæum Ægypti regem legati tres miſſi: Claudius Nero, M. Æmilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus:* deinde, quia ait, *Duorum conſenſu*, & *Minimus natu.* Poſtremo, quia nihil tam facile eſt, quam ex III, i. tribus, facere IIS, Sic enim apud Velleium ex VII factum eſt UTI. Verba ejus ſunt libro ſecundo. *Notetur Domitiæ familiæ peculiaris quædam, & at clariſſima, ita arctato numero felicitas; VII ante hunc nobiliſſimæ ſimplicitatis juvenem Cn. Domitium fuere ſingulis omnino parentibus geniti, ſed omnes ad conſulatum, ſacerdotiaque, ad triumphi autem omnes penè pervenerunt inſignia.* Vulgo enim legitur: UTI *ante hunc.* Ita autem reſtituendum eſſe docet Suet. in principio Neronis, ubi de Domitiis agit. *Sigonius.*

M. Æmilius, duorum conſenſu, minimus natu, audita] Membranæ Oxonienſes, Barb. Naud. Pet. Venetæ, Florent. & Voſſianus: *trium conſenſu.* Quod aboleverant, qui putabant abſurde dici, quum omnes haud plures tribus eſſent, & Æmilius ipſe tertius. Sed *trium conſenſu* perinde eſt ac ſi dixiſſet, amborum collegarum & ſuo. Atque hac recepta veteri lectione, ut recipi omnino debet, apparet in illis, quæ præcedunt: *Ex iis legatis, qui Alexandriam miſſi erant, M. Æmilius, trium conſenſu:* fruſtra ſuſpicari Sigonium legendum eſſe: *Ex tribus legatis.* J. F. Gron.

1 *Num Abydeni quoque*, &c.] Uberius reſpondet apud Polybium Æmilius: nam ultra Abydenos Athenienſes quoque, & Cianos nominat à Philippo vexatos; inquit autem ita, μεσολαβήσας ὁ Μᾶρκος ἤρετο· τί δὲ Ἀθηναῖοι, τί δὲ Κιανοί, τί δὲ νῦν Ἀβυδηνοί; καὶ τούτων τίς, ἔφη, σοῦ πρότερος ἐπέλαβε τὰς χεῖρας; *Sigonius.*

2 *Ætas, inquit, & forma, --- mihi quoque in --- nobile bello ſentiatis*] Placet quemadmodum hæc Græce dixerit Polyb. demonſtrare, ut libertas in vertendo Livii pateſiat: ὁ δὲ βασιλεὺς διαπορήσας, κατὰ τρεῖς τρόπους ἔφησεν αὐτῷ συγγνώμην ἔχειν ὑπερηφάνως ὁμιλοῦντι· πρῶτον μὲν ὅτι νέος ἐστὶ καὶ πραγμάτων ἄπειρος· δεύτερον ὅτι κάλλιστος ὑπάρχει τῶν καθ' αὑτόν· καὶ γὰρ ἦν τοῦτο κατὰ τὴν ἀλήθειαν..... μάλιστα μὲν ἀξιῶ Ῥωμαίους, ἔφη, μὴ παραβαίνειν τὰς συνθήκας, μηδὲ πολεμεῖν ἡμῖν· ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν, ἀμυνούμεθα γενναίως παρακαλέσαντες τοὺς θεούς. Intelligendum eſt autem apud Polybium tertiam cauſam deſiderari, quæ eſt apud Livium. *Super omnia Romanum nomen.* Quod autem ait: *Si bello laceſſitis*, veteres libri habent, *Laceſſeritis*, quod placet. Polybius enim, ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν ait. *Idem.*

Mihi quoque in animo eſt] Oxon. & Voſſ. *mihi quoque animo eſt facere, & regnum Macedonum nomenque, haud minus quam Romanum, nobile bello ſentietis.* Phraſin illam, *animo eſſe*, jam ſupra lib. 29, 36 noſtro ex vett. libb. haud paullo, quam quibus hic contentos eſſe neceſſe eſt, melioribus, reſtituimus. Alterum etſi tuentur ſcripti & editi

manum nomen te ferociorem facit. Ego autem primum velim vos fœderum memores ſervare mecum pacem. Si bello laceſſeritis, mihi quoque in animo eſt facere, ut regnum Macedonum, nomenque, haud minus quam Romanum, nobile bello ſentiatis. Ita dimiſſo legato, Philippus auro argentoque, quæ coacervata erant, accepto; hominum prædam omnem amiſit. tanta enim rabies multitudinem invaſit, ut repente proditos rati, qui pugnantes [1] mortem occubuiſſent, perjuriumque aliis alii exprobrantes, & ſacerdotibus maxime, qui quos ad mortem devoviſſent, eorum deditionem vivorum hoſti feciſſent, repente omnes ad cædem conjugum liberorumque diſcurrerent; [2] ſeque ipſi per omnes vias lethi interficerent. Obſtupefactus eo furore rex, ſuppreſſit impetum militum: &, *triduum ſe ad moriendum Abydenis dare*, dixit. Quo ſpatio plura facinora in ſe victi ediderunt, quam infeſti edidiſſent victores: nec niſi quem vincula, aut alia neceſſitas mori prohibuit, quiſquam vivus in poteſtatem venit. Philippus [3] impoſito Abydi præſidio, in regnum rediit. Quum velut Sagunti excidium Annibali, ſic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos feciſſet, nuncii occurrerunt, conſulem jam in Epiro eſſe, & Apolloniam terreſtres copias, navales Corcyram in hiberna deduxiſſe. Inter 19
hæc legatis, qui in Africam miſſi erant de Amilcare Gallici exercitus duce, reſponſum à Carthaginienſibus eſt,

editi ante Frobenium, recte tamen mutatum exiſtimo. Eſt enim hic aptus minis ſermo. Terentius Eunucho 4, 7. *ſi quicquam hodie hic turbæ cœperis, Faciam, ut hujus loci dieique meique ſemper memineris.* J. F. Gron.

1 *Mortem occubuiſſent*] Vet. lib. *Morte.* Sigonius.

2 *Seque ipſi per omnes vias lethi interfic.*] Vett. lib. habent, *Læti.* Quod tamen non probo: Intelligendum eſt enim Abydenos quacumque ratione ſibi mortem conſciviſſe. Quod declarat Polybius cum alios ſe ferro, alios laqueo vita ſpoliaſſe ait. itemque alios ſe in ignem conjeciſſe, alios ſe è tectis, alios in puteos præcipites dediſſe. *Idem.*

3 *Impoſito Abydi præſidio*] Feremus ſane ſic loqui Livium, ut 36, 12. *Præſidio Medione impoſito.* Videas alioquin fere ubique tertium caſum huic locutioni adjungere; & MS. Th. hoc loco plane habebat *impoſito Abydenis præſidio.* Jac. Gron.

1 *Ad*

eſt, nihil ultra ſe facere poſſe, quam ut exilio eum mulctarent, bonaque ejus publicarent. Perfugas & fugitivos, quos inquirendo veſtigare potuerint, reddidiſſe: & de ea re miſſuros legatos Romam, qui ſenatui ſatisfacerent. Ducenta millia modium tritici Romam, ducenta ad exercitum in Macedoniam miſerunt. Inde in Numidiam [1] ad reges profecti legati. dona data Maſiniſſæ; mandataque edita. Equites mille Numidæ (quum duo millia daret) accepti. ipſe in naves imponendos curavit: & cum ducentis millibus modium tritici, ducentis hordei, in Macedoniam miſit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is ad primos fines regni legatis obviam progreſſus, ut ſcriberent ipſi quas vellent pacis conditiones permiſit. Omnem pacem bonam juſtamque fore ſibi cum populo Romano. Datæ leges pacis, juſſuſque ad eam confirmandam, mittere legatos Romam. Per idem tempus L. Cornelius Lentulus proconſule ex Hiſpania rediit. qui quum in ſenatu res ab ſe per multos annos fortiter feliciterque geſtas expoſuiſſet, poſtulaſſetque ut triumphanti ſibi invehi liceret in urbem; res triumpho dignas eſſe cenſebat ſenatus: ſed exemplum à majoribus non accepiſſe: [2] ut qui neque dictator, neque conſul, neque prætor res geſſiſſet, triumpharet. Proconſule illum

1 *Ad reges profecti*] Vet. lib. *Ad regem.* Maſaniſſam autem intelligit. *Sigonius.*

2 *Ut qui neque dictator, neque Coſ. neque prætor*] Congruit hic locus cum eo, qui lib. XXVIII eſt, ubi Scipio non impetrat triumphum, & eum abſque magiſtratu geſſiſſe res dicit, qui tamen proconſul fuerat. *Glareanus.*

Ut qui, &c. *Proconſulem illum Hiſpaniam obtin.*] Vet. lib. *Pro conſule.* Quem autem appellet *Pro conſule*, expoſuit, cum dixit: *Exemplum à majoribus non accepiſſe, ut qui neque Dictator, neque conſul, neque prætor res geſſiſſet, triumpharet.* Quod de Scipione dixit lib. 28 *ſine magiſtratu*: inquit enim: *Quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat.* Ex quo intelligi poteſt, eum, qui pro conſule eſt, eſſe quidem cum imperio, ſed ſine magiſtratu. Nunc autem *pro conſule* accipiamus, non qualis P. Scipio aut T. Quintius, qui prorogato ultra conſulatus annum imperio bellum Africanum & Macedonicum pro conſule confecerunt, & pro conſule triumpharunt, ſed qualis multis poſt annis adverſus Mithridatem Cn. Pompeius extra ordinem miſſus eſt, cum neque prætor, neque conſul eam provinciam contra exempla majorum adeptus eſſet. *Sigonius.*

1 T. Sem-

lum Hiſpaniam provinciam; non conſulem, aut prætorem, obtinuiſſe. Decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret; intercedente [1] Ti. Sempronio Longo tribuno plebis, qui nihilo magis id more majorum, aut ullo exemplo, futurum diceret. Poſtremo victus conſenſu Patrum tribunus ceſſit: & ex Senatuſconſulto L. Lentulus ovans urbem eſt ingreſſus. Argenti tulit ex præda quadraginta quatuor millia pondo: auri duo millia quadringenta. militibus ex præda centum viginti aſſes diviſit. Jam exercitus conſularis ab Arretio Ariminum tra- 21
ductus erat, & quinque millia ſocium Latini nominis ex Gallia in Etruriam tranſierant. itaque L. Furius magnis itineribus ab Arimino adverſus Gallos Cremonam tum obſidentes profectus, caſtra mille quingentorum paſſuum intervallo ab hoſte poſuit. Occaſio egregie rei gerendæ fuit, ſi protinus de via ad caſtra oppugnanda duxiſſet. Palati paſſim vagabantur per agros, nullo ſatis firmo relicto præſidio. laſſitudini militum timuit, quod raptim ductum agmen erat. Galli clamore ſuorum ex agris revocati, omiſſa præda, quæ in manibus erat, caſtra repetivere, & poſtero die in aciem progreſſi. nec Romanus moram pugnandi fecit. ſed vix ſpatium inſtruendi fuit: eo curſu hoſtes in prœlium venerunt. Dextra ala (in alas diviſum [2] ſocialem exercitum habebat) in prima acie locata eſt: in ſubſidiis duo Romanæ legiones. M. Furius dextræ alæ, legionibus M. Cæcilius, equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) præpoſiti. Prætor ſecum duos legatos, [3] Cn. Lætorium, & P. Titinnium habe-

1 *T. Sempronio Longo*] *Ti. Sempronio*, ex conſulatu hujus Capitolino. Nam poſt cum Africano conſul fuit. *Sigonius.*

2 *Socialem exercitum habebat*] Omnino ſcribendum, *habebant*, numero multitudinis. *Alam dextram* & *ſiniſtram* vocabant illas partes ſociorum, quamvis peditum, quia plurimum ut alæ in avibus, corpus illud legionum utrimque tegebant. Et ſtudioſe Livius hoc notat: tunc, inquit, moris dividi ſocios in duas alas: quia ejus ævo & diu ante non jam ſocii; nec omnibus fortaſſe hoc gnarum. *Lipſius.*

3 *Cn. Lectorium*] *Lætorium*, ut ſupra ſæpius admonuimus. *Sigonius.*

habebat; cum quibus circumſpicere, & obire ad omnes hoſtium ſubitos conatus poſſet. Primo Galli [1] omni multitudine in unum locum adnixi, obruere atque obterere ſeſe dextram alam, quæ prima erat, ſperarunt poſſe. ubi id parum procedebat, circumvenire à cornibus, & amplecti hoſtium aciem ([2] quod in multitudine adverſus paucos facile videbatur) conati ſunt. Id ubi vidit prætor, ut & ipſe dilataret aciem, duas legiones ex ſubſidiis dextra lævaque alæ, quæ in prima acie pugnabat, circumdat, [3] ædemque Deo Jovi vovit, ſi eo die hoſtes fudiſſet. [4] L. Valerio imperat, ut parte duarum legionum equites, altera ſociorum equitatum in cornua hoſtium

1 *Omni multitudine in unum l. adnixi*] Thuanæus *connixi*, quod Livii eſſe crediderim haud vane. 1, 33. *Omnibus copiis connixus Ancus.* 3, 63. *Undique omnes connixi.* 9, 31. *Conniterentur modo uno animo omnes.* 35, 5. *Omnes connixi tandem averterunt hoſtem.* Et ſæpius. Quod volo, agnoſcit etiam Andreana. *Jac. Gron.*

2 *Quod multitudini adverſus paucos facile videbatur*] Barber. & Petav. *quod in multitudine.* Sic noſter lib. 27. *Pugnanteſque (quod niſi in vetere exercitu & duci veteri haud facile eſt) inter tumultum ac terrorem inſtruxiſſet Annibal.* J. F. Gron.

Quod in multitudine adverſus paucos] Sic quidem etiam Thuanæus; ſed ut præterea pro *adverſus*, exhibeat *ad*, quod nec ipſum abjudicari Livio poteſt, ſive ſumas ἀντὶ τοῦ adverſus, ſive in modum comparandi. Sic 1, 19. *Rem ad multitudinem imperitam & illis ſeculis rudem efficaciſſimam.* 35, 26. *Vetus* navis *primo ſtatim incurſu ad novam & firmam navem.* Et 40, 27 ſemel dicit *legio adverſus principalem ſiniſtram portam inſtructa eſt*, poſtea *Fulvius ad quæſtoriam portam poſitus.* Jac. Gron.

3 *Æd. deo Jovi vovit*] Vox, *Deo*, mendoſa eſt. Quis enim de Jove, quin Deus ſit, dubitare poteſt? ſi quid Jovi addi ſolet, epithetum aliquod additur, ut *Statori*, *Victori*, *Tonanti*: & quæ ejuſmodi multa ei affiCta ſunt. Ego igitur ita legendum puto: *Ædeſque duas Jovi vovit.* Loquitur de L. Furio prætore cum Boiis Gallis pugnante, à quo prætore ædes duas Jovi bello Gallico, tertiam ab eodem conſule votas eſſe poſt ait: De una ſcribit lib. 35, anno DLVI, *In Inſula Jovis ædem C. Servilius duumvir dedicavit. vota erat ſex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone prætore.* De duabus alteris poſt lib. eodem anno DLVIII. *Ædes duæ Jovi eo anno in Capitolio dedicatæ ſunt. Voverat L. Furius Purpureo prætor Gallico bello unam, alteram, conſul dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir.* Sigonius.

Ædemque Deo Jovi] An *ædemque Dijovi*? ut apud Marcianum Capellam occurrit. Sic lib. 1 corrigit Sigonius, *tum Dieſpiter.* Henr. Valeſius.

4 *L. Valerio imperat, ut altera parte duarum legionum*] MSS. tollunt conſenſu prius *altera*, tenentque: *ut parte duarum legionum equites, altera ſociorum.* Quod olim probavimus ex genere illorum eſſe, de quibus ad lib. 3, 37. Nunc malim: *imperat, qua parte duarum legionum equites, altera ſociorum.* Sic loquutus liberum relinquit æſtimare, in utrum cornu equites legionarii, in utrum auxiliares fuerint

ſtium emittat, [1] nec circumvenire eos aciem patiatur. ſimul & ipſe, ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum vidit, ſigna inferre confertos milites, & perrumpere ordines jubet. Et cornua ab equitibus, & medii à pedite pulſi. ac repente, quum omni parte cæde ingenti ſternerentur, Galli terga vertunt, fugaque effuſa repetunt caſtra. fugientes perſecutus eques, mox & legiones inſecutæ in caſtra impetum fecerunt. Minus ſex millia hominum inde effugerunt. cæſa & capta ſupra quinque & triginta millia cum ſignis militaribus octoginta, carpentis Gallicis, multa præda oneratis, plus ducentis. Amilcar dux Pœnus eo prœlio cecidit, & tres imperatores nobiles Gallorum. Placentini captivi ad duo millia liberorum capitum redditi colonis. Magna 22
victoria lætaque Romæ fuit. literis allatis, ſupplicatio in triduum decreta eſt. Romanorum ſociorumque ad duo millia eo prœlio ceciderunt: plurimi dextræ alæ, in quam primo impetu [2] vis ingens hoſtium illata eſt. [3] Quamquam per prætorem prope debellatum erat, conſul quo-

fuerint emiſſi. Quaſi eſſet: qua parte duarum legionum equites, qua deinde altera. *J. F. Gron.*

1 *Nec circumvenire eos aciem patiatur*] Rurſus iidem libri: *nec circumire eos.* Cur mutarunt? Lib. 36. *Nam & Lacedæmonios quondam ita à Perſis circumitos fama erat.* Lib. 37. *Tantum lævo evecta cornu, ut amplecti & circumire dextrum cornu Romanorum poſſet.* Eodemque: *& ſubſidia circumita à tergo cædebantur.* Andreas quoque Romæ dedit, *circuire*, ſed mox mutatum eſt. *Idem.*

2 *Vis ingens hoſtium*] Non ingens modo, ſed univerſa; & palam ante dixit eos in unum hunc locum omni multitudine connixos. In MS. Thuanæo vox iſta *ingens* non reperitur, ut conſultandum de ea ſit. *Jac. Gron.*

3 *Quamquam à prætore prope debellatum erat*] Scripti: *per prætorem prope debellatum.* Etſi non agatur in hoc ſalus Livii, videntur tamen correxiſſe, quod auribus litera eadem toties repetita inſuavis accideret. At in ea re non ſuperſtitioſus noſter: quod ſemel dictum ſit, ne judicio aurium in hiſtoricis emendandis nimium fidas. Lib. 5. *Incultaque omnia diutino dominorum deſiderio domi invenerint.* Lib. 7. *Quam per pavorem amiſerant patriam, profecta poſtea à Vejis.* Eodemque: *quemadmodum exercitus tuus tibi promiſſa præſtet: piloque poſito.* Lib. 29. *Bona tamen, quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant.* Lib. 33. *Pecunia opus erat, quod ultimam penſionem pecuniæ in bellum collatæ perſolvere placuerat privatis.* Lib. 38. *In rabiem & pudorem tam parvæ perimentis peſtis verſi proſternunt corpora.* Iſta vix toleranda. Lib. 32. *Priuſquam conſules prætoreſque in provincias proficiſcerentur, prodigia per pontifices procurari placuit.*

quoque C. Aurelius perfectis, quæ Romæ agenda fuerant, profectus in Galliam, victorem exercitum à prætore accepit. Conſul alter, quum autumno ferme exacto in provinciam veniſſet, circa Apolloniam hibernabat. ab claſſe, quæ Corcyræ ſubducta erat, C. Claudius, triremeſque Romanæ (ſicut ante dictum eſt) Athenas miſſæ, quum Piræeum perveniſſent, deſpondentibus jam animos ſociis, ſpem ingentem attulerant. nam & terreſtres ab Corintho, quæ [1] per Megaram incurſiones in agros fieri ſolitæ erant, non fiebant, & prædonum à Chalcide naves, quæ non mare ſolum infeſtum, ſed etiam omnes maritimos agros Athenienſibus fecerant, non modo Sunium ſuperare, ſed nec extra fretum Euripi committere aperto mari ſe audebant. Supervenerunt his tres Rhodiæ quadriremes, & erant Atticæ tres apertæ naves ad tuendos maritimos agros comparatæ. Hac claſſe ſi urbs agrique Athenienſium defenderentur, ſatis in præſentia exiſtimanti
23 Claudio eſſe, majoris etiam rei fortuna oblata eſt. Exules ab Chalcide regiorum injuriis pulſi, attulerunt, occupari Chalcidem ſine certamine ullo poſſe. nam & Macedonas, quia nullus in propinquo ſit hoſtium metus, vagari paſſim, & oppidanos præſidio Macedonum fretos, cuſtodiam urbis negligere. His auctoribus profectus, quamquam Sunium ita mature pervenerat, ut inde provehi ad primas anguſtias Eubœæ poſſet, ne ſuperato promontorio conſpiceretur, claſſem in ſtatione uſque ad noctem tenuit. Primis tenebris movit. & tran-

placuit. Hæc meditatus eſſe quidem & ſcripſiſſe, ſed legi audiviſſe Livius non videtur. *J. F. Gron.*

1 *Per Megaram incurſiones*] Vereor ne *Megarâ* ſcripſerit, non hic modo ſed & infra cap. 25. *Megara ac potius Corinthum.* Non enim Siciliæ tantum, ſed & Græciæ dicebant τὰ Μέγαρα. Plautus Mercat. *Sed quam capiam civitatem, cogito, potiſſimum, Megara, Eretriam, Corinthum.* Juſtinus 2, 8. *Ac protinus claſſe captiva, intermixtis mulieribus, Megara contendit.* ſic MSS. ubi edunt *Megaram.* Idem.

Per Megara] Sic fideliter Thuan. non *Megaram*, & hic & cap. 25. *Idem.*

1 *Et*

[1] & tranquillo pervectus Chalcidem, paulo ante lucem, qua infrequentiſſima urbis ſunt, paucis militibus turrim proximam, murumque circa ſcalis cepit: alibi ſopitis cuſtodibus, alibi nullo cuſtodiente, progreſſi inde ad frequentia ædificiis loca, cuſtodibus interfectis, refractaque porta, cæteram multitudinem armatorum acceperunt. Inde in totam urbem diſcurſum eſt: aucto etiam tumultu, quod circa forum ignis tectis injectus erat. Conflagrarunt & horrea regia, & armamentarium cum ingenti apparatu machinarum, tormentorumque. cædes inde paſſim fugientium pariter ac repugnantium fieri cœpta eſt. nec ullo jam, qui militaris ætatis eſſet, non aut cæſo, aut fugato, Sopatro etiam Acarnane præfecto præſidii interfecto, præda omnis primo in forum collata, deinde in naves impoſita. carcer etiam ab Rhodiis refractus: emiſſique captivi, [2] quos Philippus tamquam in tutiſſimam cuſtodiam condiderat. Statuis inde regis dejectis truncatiſque, ſigno receptui dato, conſcenderunt naves; & Piræeum, unde profecti erant, redierunt. Quod ſi tantum militum Romanorum fuiſſet, ut & Chalcis teneri, & non deſeri præſidium Athenarum potuiſſet; magna res principio ſtatim belli, Chalcis & Euripus adempta regi forent. nam ut terra Thermopylarum anguſtiæ Græciam, ita mari fretum Euripi claudit. Demetriade tum Philippus erat. quo quum eſſet 24
nunciata clades ſociæ urbis, quamquam ſerum auxilium perditis erat, tamen quæ proxima auxilio eſt, ultionem petens, cum expeditis quinque millibus peditum, & trecentis equitibus extemplo profectus, curſu prope Chalcidem contendit; haudquaquam dubius opprimi Roma-

1 *Et tranquillo profectus Chalcidem*] Barber. & Perav. cum Aldina: *provectus*. Oxonienſis, Voſſ. Andreas, *pervectus*. Ita corrige. Lib. 37. *Reliquerat Epheſum Polyxenidas audita pugna, & claſſe uſque ad Patara Lyciæ pervectus*. J. F. Gron.

2 *Quos Philippus tanquam in tutiſſimam cuſtodiam*] Videtur excidiſſe: *quos eo Philippus*. Idem.

Romanos poſſe. à qua deſtitutus ſpe, [1] nec quicquam aliud, quam ad deforme ſpectaculum ſemirutæ ac fumantis ſociæ urbis quum veniſſet, paucis vix qui ſepelirent bello abſumptos relictis, æque raptim ac venerat, transgreſſus ponte Euripum, per Bœotiam, Athenas ducit; pari incepto haud diſparem eventum ratus reſponſurum. & reſpondiſſet, ni ſpeculator (hemerodromos vocant Græci, ingens die uno curſu emetientes ſpatium) contemplatus regium agmen è ſpecula quadam, prægreſſus nocte media Athenas perveniſſet. Idem ibi ſomnus, eademque negligentia erat, quæ Chalcidem dies ante paucos prodiderat. Excitati nuncio trepido & prætor Athenienſium, & Dioxippus præfectus cohortis mercede militantium auxiliorum, convocatis in forum militibus, tuba ſignum ex arce dari jubent, ut hoſtes adeſſe omnes ſcirent. ita undique [2] ad portas, poſt ad muros diſcurrunt. Paucas poſt horas Philippus, aliquanto tamen ante lucem appropinquans urbi, conſpectis luminibus crebris, & fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu) exaudito, ſuſtinuit ſigna: & conſidere ac conquieſcere agmen juſſit; vi aperta propalam uſurus, quando parum dolus profuerat. [3] Ab Dipylo acceſſit. porta ea

1 *Nec quicquam aliud quam ad deforme ſpectaculum*] Editiones olim: *nec ad quidquam aliud.* Gelenius præpoſitionem delevit priore loco. Jure optimo, neque in noſtris ſcriptis reperiebatur. Haud vulgaris & obſervanda locutio; qua gaudet Livius. Lib. 35. *Videritis regem, nunc ad portas Chalcidis ſtantem, & mox inde excluſum, nihil aliud quam Aulide & Euripo ſpectatis, in Ætoliam redeuntem.* Lib. 37. *Extemplo oppugnatione omiſſa claſſis ad inſulam ſe recepit, nihil aliud quam depopulato circa urbem hoſtium agro.* Vide ad lib. 4, 26. 26, 2. 40, 50. *J. F. Gron.*

2 *Ad portas, ad muros*] Alii: *Ita undique ad portas, poſt ad muros diſcurrunt.* Voſſ. *ad portas & ad muros.* Idem.

3 *Ad Dipylon acceſſit*] Scripti melius: *ab Dipylo acceſſit.* puta ad urbem. Et ſic noſter lib. 24. *Inde terra marique ſimul cœpta oppugnari Syracuſæ: terra ab Hexapylo, mari ab Acradina.* Lib. 34. *Parte una à Phœbeo, altera à Dictynnæo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi jubet.* Hoc libro cap. 46. *Romani à maritima arce.* Talia ſunt apud Lucanum lib. 1. *Pars ætheris illa ſereni Tota vacet, nullaque obſtent à Cæſare nubes.* & Statium in epithal. Stellæ: *& domina niveis à vultibus obſtas.* Idem.

Ab Dipylo acceſſit] Inter portas Athenarum, erant πύλαι Θριασίαι. Heſych. Θριασίαι, πύλαι οὕτω καλοῦνται. Ἀθήνησιν. Ea porta poſtea Δίπυλον appel-

ea, velut in ore urbis poſita major aliquanto patentiorque, quam cæteræ, eſt: & intra eam extraque latæ ſunt viæ, ut & oppidani dirigere aciem à foro ad portam poſſent: & extra limes mille ferme paſſus in Academiæ gymnaſium ferens, pediti equitique hoſtium liberum ſpatium præberet. Eo limite Athenienſes cum Attali præſidio, & cohorte Dioxippi, acie intra portam inſtructa ſigna extulerunt. Quod ubi Philippus vidit, habere ſe hoſtes in poteſtate ratus, & diu optata cæde (neque enim ulli Græcarum civitatum infeſtior erat) expleturum, cohortatus milites, *ut, ſe intuentes, pugnarent, ſcirentque ibi ſigna, ibi aciem eſſe debere, ubi rex eſſet*; concitat in hoſtes equum, non ira tantum, ſed etiam gloria elatus: quod ingenti turba completis etiam ad ſpectaculum muris, conſpici ſe pugnantem egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis evectus in medios hoſtes, ingentem quum ſuis ardorem, tum pavorem hoſtibus injecit. plurimos manu ſua cominus eminuſque vulneratos compulſoſque in portam, conſecutus & ipſe, quum majorem in anguſtiis trepidantium edidiſſet cædem, in temerario incepto tutum tamen receptum habuit: quia qui in turribus portæ erant, ſuſtinebant tela, ne in permixtos hoſtibus ſuos conjicerent. Intra muros deinde tenentibus milites Athenienſibus, Philippus ſigno receptui dato, caſtra ad [1] Cynoſarges (templum Herculis, gymnaſiumque & lucus erat circumjectus) poſuit. ſed Cynoſarges, & Lyceum, & quic-

appellata. Plutarchus in Pericle hoc docet, ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. Erat autem hæc maxima omnium, quæ Athenis. Meurſ. Att. Lect. lib. 3 cap. 7.

1 *Cynoſarges, templum Herculis*] De hoc templo ſic Suidas: Κυνόσαργες τόπος τίς ἐστι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους κατ' αἰτίαν τοιαύτην. Δίδυμος Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ Ἑστίᾳ· εἶτα κύων λευκὸς παρὼν ἥρπασε τὸ ἱερεῖον, καὶ ἀπελθὼν εἰς τινὰ τόπον ἀπέθετο. ὁ δὲ περιδεὴς ἦν· ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο, Ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι, ὅθεν ἐκλήθη Κυνόσαργες. Ex his verbis apparet cur & Cynoſarges hic locus dictus ſit, & cur Herculi potiſſimum conſecratus ſit. At Stephanus: Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ δῆμος. *Sigonius.*

quicquid ſancti amœnive circa urbem erat, incenſum eſt, dirutaque non tecta ſolum, ſed etiam ſepulchra: nec divini humanive juris quicquam præ impotenti ira
25 eſt ſervatum. Poſtero die quum primo clauſæ fuiſſent portæ, deinde ſubito apertæ, quia præſidium Attali ab Ægina, Romanique ab Piræeo, intraverant urbem, caſtra ab urbe retulit rex tria ferme millia paſſuum. inde Eleuſinem profectus, ſpe improviſo templi caſtellique, quod & imminet & circumdatum eſt templo, capiendi, quum haudquaquam neglectas cuſtodias animadvertiſſet, & claſſem à Piræeo ſubſidio venire; omiſſo incepto, Megaram, ac protinus Corinthum ducit. & quum Argis Achæorum concilium eſſe audiſſet, inopinantibus Achæis, concioni ipſi ſupervenit. Conſultabant de bello adverſus Nabin tyrannum Lacedæmoniorum: qui tranſlato imperio à Philopœmene ad Cycliadem, nequaquam parem illi ducem, dilapſa cernens Achæorum auxilia, redintegraverat bellum, agroſque finitimorum vaſtabat; & jam urbibus quoque erat terribilis. Adverſus hunc hoſtem, quum, quantum [1] ex quaque civitatum militum conſcriberetur, conſultarent; Philippus dempturum ſe eis curam, quod ad Nabin & Lacedæmonios attineret, pollicitus: nec tantum agros ſociorum populationibus prohibiturum, ſed terrorem omnem belli in ipſam Laconicam, ducto eo extemplo exercitu, tranſlaturum. Hæc oratio quum ingenti hominum aſſenſu acciperetur: *Ita tamen æquum eſt*, inquit, *me veſtra meis armis tutari, ne mea interim nudentur præſidiis. Itaque ſi vobis videtur, tantum parate militum, quantum ad Oreum, & Chalcidem, & Corinthum tuenda ſatis ſint: ut meis ab tergo tutis, ſecurus bellum Nabidi inferam & Lacedæmoniis.* Non fefellit Achæos, quo ſpectaſſet tam benigna pollicitatio,

1 *Ex quaque civitatum militum conſcrib.*] Th. *quantum ex quaque civitate militum ſcriberetur.* Lib. 33, 14. *Quo die & quot ex quaque civitate armati convenirent.* 34, 24. *Auxilia ut pro viribus quaque civitates mitterent.* Jac. Gron.

citatio, auxiliumque oblatum adverſus Lacedæmonios: id quæri, ut obſidem Achæorum juventutem educeret ex Peloponneſo, ad illigandam Romano bello gentem. & id quidem coarguere Cycliades prætor Achæorum nihil attinere ratus, id modo quum dixiſſet, non licere legibus Achæorum de aliis rebus referre, quam propter quas convocati eſſent, decreto de exercitu parando adverſus Nabin facto, concilium fortiter ac libere habitum dimiſit; inter aſſentatores regios ante eam diem habitus. Philippus magna ſpe depulſus, voluntariis paucis militibus conſcriptis, Corinthum, atque in Atticam terram rediit. Per eos ipſos dies, quibus Philippus in A- 26
chaia fuit, Philocles præfectus regius ex Eubœa profectus cum duobus millibus Thracum Macedonumque ad depopulandos Athenienſium fines, è regione Eleuſinis ſaltum Citheronis tranſcendit. inde dimidia parte militum ad prædandum paſſim per agros dimiſſa, cum parte ipſe occultus loco ad inſidias opportuno conſedit, ut ſi ex caſtello ab Eleuſine in prædantes ſuos impetus fieret, repente hoſtes effuſos ex improviſo adoriretur. Non fefellere inſidiæ. itaque revocatis, qui diſcurrerant ad prædandum, militibus, inſtructiſque ad oppugnandum caſtellum Eleuſinem profectus, cum multis inde vulneribus receſſit, Philippoque ſe venienti ex Achaia conjunxit. Tentata & ab ipſo rege oppugnatio ejus caſtelli eſt. ſed naves Romanæ Piræeo venientes, intromiſſumque præſidium, abſiſtere incepto coëgerunt. Diviſo deinde exercitu rex cum parte Philoclem Athenas mittit, cum parte ipſe Piræeum pergit: ut dum Philocles ſubeundo muros, & comminanda oppugnatione contineret urbe Athenienſes, ipſi Piræeum levi cum præſidio relictum expugnandi facultas eſſet. Cæterum nihilo ei Piræei, quam Eleuſinis facilior, iiſdem fere defendentibus, oppugnatio fuit. A Piræeo Athenas repente duxit. inde eruptione ſubita peditum equitumque

inter anguſtias ſemiruti muri, qui brachiis duobus Piræeum Athenis jungit, repulſus; omiſſa oppugnatione urbis, diviſo cum Philocle rurſus exercitu, ad vaſtandos agros profectus; quum priorem populationem ſepulchris circa urbem diruendis exercuiſſet; ne quid inviolatum relinqueret, templa Deum, quæ pagatim ſacrata habebant, dirui atque incendi juſſit. Exornata eo genere operum eximie terra Attica, & copia domeſtici marmoris, & ingeniis artificum, præbuit huic furori materiam. neque enim diruere modo ipſa templa, ac ſimulacra evertere ſatis habuit: ſed lapides quoque, ne integri cumularent ruinas, frangi juſſit, & poſteaquam non tam ira ſatiata, quam iræ exercendæ materia hæc deerat, agro hoſtium in Bœotiam exceſſit, nec aliud
27 quicquam dignum memoria in Græcia egit. [1] Conſul Sulpicius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium ad Apſum flumen habebat caſtra: quo arceſſitum [2] L. Apuſtium legatum, cum parte copiarum ad depopulandos hoſtium fines mittit. Apuſtius extrema Macedoniæ populatus Corrago, & Gerrunio, & Orgeſſo, caſtellis primo impetu captis, ad Antipatriam, in faucibus anguſtis ſitam urbem venit: ac primo evocatos principes ad colloquium, ut fidei Romanorum ſe committerent, perlicere eſt conatus: deinde, ubi magnitudine ac mœnibus ſituque urbis freti, dicta aſpernabantur; vi atque armis adortus, expugnavit, puberibuſque interfectis præda omni militibus conceſſa, diruit muros, atque urbem incendit. Hic metus Codrionem, ſatis validum & munitum oppidum, ſine certamine ut dederetur Romanis, effecit. Præſidio ibi relicto, [3] Ilion (nomen pro-

1 *Conſul Sulpicius e. t. i. A. & D. a. A. fl. habebat caſtra*] Hoc ſic Plutarchus in Quintio: καὶ τὸν Πόπλιον δι' ἀγρὸν μετὰ τῆς δυνάμεως ἀντιστρατοπεδεύοντα τῷ Φιλίππῳ περὶ τὸν Ἄψον ποταμὸν ἐμβολὰς καὶ τὰ στενὰ φυλάττοντι. *Sigonius.*

2 *T. Apuſtium leg.*] *L. Apuſtium*, reponendum. ſic enim alibi, ſæpe eum vocat Livius. *Idem.*

3 *Ilion nomen propter alter. notius*] Hujus nominis quinque oppida fuiſſe tradit Stephanus. Quorum tertium

propter alteram in Aſia urbem, quam oppidum, notius) vi capitur. Revertentem legatum ad conſulem cum ſatis magna præda, Athenagoras quidam regius præfectus in tranſitu fluminis à noviſſimo agmine adortus, poſtremos turbavit. ad quorum clamorem, & trepidationem quum revectus equo propere legatus ſigna convertiſſet, conjectiſque in medium ſarcinis aciem direxiſſet; non tulere impetum Romanorum militum regii. multi ex iis occiſi, plures capti. Legatus incolumi exercitu reducto ad conſulem, remittitur inde extemplo ad claſſem. Hac ſatis felici expeditione bello commiſſo, re- 28
guli ac principes accolæ Macedonum in caſtra Romana veniunt, Pleuratus Scerdilædi filius, & Amynander Athamanum rex, & ex Dardanis Bato, Longari filius. Bellum ſuo nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre geſſerat. pollicentibus auxilia, reſpondit conſul, Dardanorum & Pleurati opera, quum exercitum in Macedoniam induceret, ſe uſurum. Amynandro Ætolos concitandos ad bellum attribuit. Attali legatis (nam ii quoque per id tempus venerant) mandat, ut Æginæ rex, ubi hibernabat, claſſem Romanam opperiretur. qua adjuncta, bello maritimo, ſicut ante, Philippum urgeret. Ad Rhodios quoque miſſi legati, ut capeſſerent partem belli. Nec Philippus ſegnius (jam enim in Macedoniam pervenerat) apparabat bellum. Filium Perſea, puerum admodum, datis ex amicorum numero, qui ætatem ejus regerent, cum parte copiarum ad obſidendas anguſtias, [1] quæ ad Pelagoniam ſunt, mittit. [2] Sciathum & Peparethum, haud ignobiles urbes, ne claſſi hoſtium prædæ ac præmio eſſent, diruit. Ad Ætolos mittit legatos, ne gens inquieta adventu Romanorum fidem mutaret. Concilium Ætolorum ſtatuta die, quod Panæto- 29
lium

tium in Macedonia fuerit. *Sigonius.*

1 *Quæ ad Pelagoniam*] Pelagonia pars eſt Macedoniæ non longe à regione Daſſaritiorum. *Idem.*

2 *Sciathum, & Peparhetum urbes*] Inſulæ ſunt in Ægeo pelago. *Idem.*

lium vocant, futurum erat. Huic ut occurrerent, & legati regis iter accelerarunt, & ab conſule miſſus L. Furius Purpureo legatus venit. Athenienſium quoque legati ad id concilium occurrerunt. Primo Macedones, cum quibus recentiſſimum fœdus erat, auditi ſunt. qui, *nulla nova re, nihil ſe novi habere quod afferrent*, dixerunt: *quibus enim de cauſſis, experta inutili ſocietate Romana, pacem cum Philippo feciſſent, compoſitam ſemel ſervare eos debere. An imitari*, inquit unus ex legatis, *Romanorum licentiam, an levitatem dicam, mavultis? qui quum legatis veſtris Romæ reſponderi ita juſſiſſent, Quid ad nos venitis Ætoli, ſine quorum auctoritate pacem cum Philippo feciſtis? Iidem nunc, ut bellum ſecum adverſus Philippum geratis, poſtulant. & antea propter vos, & pro vobis arma ſumpta adverſus eum ſimulabant: nunc vos in pace eſſe cum Philippo prohibent.* [1] *Meſſanæ ut auxilio eſſent, primo in Siciliam conſcenderunt: iterum, ut Syracuſas oppreſſas ab Carthaginienſibus in libertatem eximerent. Et Meſſanam & Syracuſas, & totam Siciliam ipſi habent, vectigalemque provinciam ſecuribus & faſcibus ſubjecerunt. Scilicet, ſicut vos Naupacti legibus veſtris per magiſtratus à vobis creatos concilium habetis, ſocium hoſtemque libere, quem velitis, lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri veſtro; ſic Siculorum civitatibus, Syracuſas, aut Meſſanam, aut Lilybæum indicitur concilium. Prætor Romanus conventus agit: eo imperio evocati conveniunt: excelſo in ſuggeſtu ſuperba jura reddentem, ſtipatum lictoribus vident: virgæ tergo, ſecures cervicibus imminent: & quotannis alium atque alium dominum ſortiuntur. Nec id mirari debent, aut poſſunt, quum Italiæ urbes Rhegium, Tarentum, Capuam, ne finitimas nominem, quarum ruinis crevit*

1 *Meſſanæ ut auxilio eſſent, primo in Siciliam conſcenderunt*] Haud oblitus ſum, *conſcendere* Latinis dici, quod Græcis ἐμβαίνειν, ut cum *Epheſo conſcendiſſe*, *à Brunduſio conſcendiſſe* Cicero: ſed vereor ne hic quoque, quam pluſculis aliis locis, paſſus ſit contumeliam, ſcripſeritque, *Meſſanæ ut auxilio eſſent, primo in Siciliam exſcenderunt.* Sic enim lib. 21. *Exſcenſio hoſtium in agrum Vibonenſem facta.* Lib. 22. *Priuſquam in continentem exſcenſiones faceret.* Lib. 27. *Improviſo in agrum Uticenſem exſcenſionem fecit.* Lib. 29. *Quibus exſcenſiones in agros maritimos factæ erant.* J. F. Gron.

1 *Pro-*

crevit urbs Romana, ejuſdem ſubjectas videant imperio. Capua quidem ſepulchrum ac monumentum Campani populi, elato & extorri ejecto ipſo populo, ſupereſt; urbs trunca, ſine ſenatu, ſine plebe, ſine magiſtratibus, [1] *prodigium; relicta crudelius habitanda, quam ſi deleta foret. Furor eſt, ſi alienigenæ homines plus lingua & moribus & legibus, quàm maris terrarumque ſpatio diſcreti, hæc tenuerint, ſperare quicquam eodem ſtatu manſurum. Philippi regnum officere aliquid videtur libertati veſtræ: qui, quum merito veſtro, vobis infeſtus eſſet, & nihil à vobis ultra quam pacem petiit, fidemque hodie pacis pactæ deſiderat? Aſſuefacite his terris legiones externas, & jugum accipite. ſero ac nequicquam, quum dominum Romanum habebitis, ſocium Philippum quæretis. Ætolos, Acarnanas, Macedonas, ejuſdem linguæ homines, leves ad tempus ortæ cauſæ diſjungunt conjunguntque:* [2] *cum alienis, cum barbaris æternum omnibus Græcis bellum eſt, eritque. natura enim, quæ perpetua eſt, non mutabilibus in diem cauſſis, hoſtes ſunt. Sed unde cœpit oratio mea, ibi deſinet. Hoc eodem loco iidem homines de ejuſdem Philippi pace triennio ante decreviſtis, iiſdem improbantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam & compoſitam turbare volunt. in qua conſultatione nihil fortuna mutavit: cur vos mutetis, non video.* Secundum Macedonas, ipſis Romanis ita concedentibus jubentibuſque, Athenienſes, qui fœda paſſi, juſtius in crudelitatem ſævitiamque regis invehi poterant, introducti ſunt. Deploraverunt vaſtationem populationemque miſerabilem agrorum. *Neque id ſe queri, quod hoſtilia ab hoſte paſſi forent (eſſe enim quædam belli jura: quæ ut facere, ita pati ſit fas) ſata exuri, dirui*

1 *Prodigium relicta crudelius habitanda, quam ſi deleta foret*] Ita legendum continentibus verbis, ut ſit Capuam relictam ſic habitandam eſſe prodigium crudelius, ſeu majus crudelitatis monſtrum, quam foret deleta. *J. F. Gron.*

2 *Cum alienis, cum barbaris*] Voſſ. Thuan. & alii cum prima editione, *cum alienigenis.* Quod omnino verius. Lib. 24, 47. *Pro alienigenis ac barbaris Italici adverſus veteres ſocios Romanos bellum gererent.* 30, 12. *Tamen Numidæ quam alienigenæ & externi fidem experiri mallem.* Et hanc appellationem ſtatim legatus Athenienſis Macedoni exprobrat. *Jac. Gron.*

rui tecta, prædas hominum pecorumque agi; miſera magis, quam indigna patienti eſſe. [1] *Verum enim vero id ſe queri, quod is, qui Romanos alienigenas & barbaros vocet, adeo omnia ſimul divina humanaque jura polluerit, ut priore populatione cum infernis Diis, ſecunda cum ſuperis bellum nefarium geſſerit: omnia ſepulchra monumentaque diruta eſſe in finibus ſuis, omnium nudatos manes, nullius oſſa terra tegi: delubra ſibi fuiſſe, quæ quondam pagatim habitantes in parvis illis caſtellis vicisque conſecrata, ne in unam urbem quidem contributi majores ſui deſerta reliquerint. circa ea omnia templa Philippum infeſtos circumtuliſſe ignes: ſemiuſta & truncata ſimulacra Deum inter proſtratos jacere poſtes templorum. Qualem terram Atticam fecerit, exornatam quondam, opulentamque; talem eum, ſi liceat, Ætoliam, Græciamque omnem facturum. Urbis quoque ſuæ ſimilem deformitatem futuram fuiſſe,* [2] *niſi Romani veniſſent.* [3] *eodem enim ſcelere urbem colenteis Deos, præſidemque arcis Minervam, petitam:* [4] *eodem Eleuſine Cereris templum, eodem Piræei Jovem Minervamque; ſed ab eorum non templis modo, ſed etiam mœnibus vi atque armis repulſum, in ea delubra,*

quæ

1 *Verum enimvero id ſe queri*] Jamdudum ſuſpectum mihi τὸ *verum*. Neque exſtat in Voſſiano codice. Vide ad lib. 27, 30. Fortaſſe etiam: *Enimvero id non ferre.* Sufficit enim paullo ante conſpici *id ſe queri*. J. F. Gron.

2 *Niſi Romani veniſſent*] Thuan. *ſubveniſſent*. Nec aliter princeps editio, Quod valde amat auctor 4, 38. *Dataque terga forent, ni S. Tempanius præſenti animo ſubveniſſet.* 23, 14. *Pœnorum urbem extemplo futuram, ni ſubveniatur.* 34, 18. *Nec niſi in tempore ſubventum foret, ultra ſuſtentaturi fuerint.* Jac. Gron.

3 *Eodem enim ſcelere urbem colentem hos deos*] Multo rectius Oxon. *eodem enim ſcelere urbem colentis deos præſidemque arcis Minervam petitam.* Patet ex conjunctis: *eodem Eleuſine Cereris templum, eodem Piræei Jovem Minervamque.* Non enim dicit *Eleuſinem & Cererem, Piræea cum Jove.* Et honeſtior fit oratio deos, quos peti præcipuum ſcelus, ſolos nominando. Lib. 24. *Vos Ceres mater ac Proſerpina, precor, cæterique ſuperi infernique dii, qui hanc urbem, hos ſacratos lacus lucoſque colitis.* Lib. 29. *Divi divæque, maria terraſque qui colitis, vos precor quæſoque.* Cicero in ultima Verrina; *Vos etiam atque etiam imploro & appello, ſanctiſſimæ deæ, quæ illos Ennenſes lacus lucoſque colitis.* Plautus Pœnulo: *Deos deaſque veneror, qui hanc urbem colunt.* Æſchylo in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, πολιοσσοῦχοι & πολιοῦχοι θεοί. Noſter lib. 26, de incendio in urbe, fraude Campanorum captivorum excitato, *Veſtæ ædem petitam & æternos ignes & conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani.* J. F. Gron.

4 *Eod. Eleuſinæ Cer. t. eod. Piræi*] *Eleuſine* ſcribendum, ut ſit auferendi caſus, ſequitur enim *Piræi*, Sigonius.

1 *Eadem*

quæ ſola religione tuta fuerint, ſæviſſe. Itaque ſe orare atque obſecrare Ætolos, ut miſerti Athenienſium, ducibus Diis immortalibus, deinde Romanis, qui ſecundum Deos plurimum poſſint, bellum ſuſciperent. Tum Romanus legatus: *Totam* 31
orationis meæ formam, Macedones primum, deinde Athenienſes mutarunt. Nam & Macedones, quum ad conquerendas Philippi injurias in tot ſocias nobis urbes veniſſem, ultro accuſando Romanos, defenſionem ut accuſatione potiorem haberem, effecerunt: & Athenienſes in Deos ſuperos inferoſque neſanda atque inhumana ſcelera ejus referendo, quid mihi aut cuiquam reliquerunt, quod objicere ultra poſſim? [1] Eadem Cianos, *Abydenos, Æneos, Maronitas,* Thaſios, Parios, *Samios, Lariſſenſes, Meſſenios hinc ex Achaia, exiſtimate queri: graviora etiam acerbioraque eos, quibus nocendi majorem facultatem habuit. Nam quod ad ea attinet, quæ nobis objecit; niſi gloria digna ſunt, fateor ea defendi non poſſe. Rhegium, & Capuam, & Syracuſas nobis objecit. Rhegium, Pyrrhi bello, legio à nobis, Rheginis ipſis ut mitteremus orantibus, in præſidium miſſa, urbem ad quam defendendam miſſa erat, per ſcelus poſſedit. Comprobavimus ergo id facinus,* [2] *an bello perſecuti ſceleratam legionem, in poteſtatem noſtram redactam, tergo & cervicibus pœnas ſociis pendere quum coëgiſſemus, urbem, agros, ſuaque omnia cum libertate legibuſque Rheginis reddidimus? Syracuſanis oppreſſis ab externis tyrannis,* [3] *quo indignius eſſet, quum tuliſſemus opem, & fatigati prope per triennium terra marique urbe munitiſſima oppugnanda eſſemus, quum jam ipſi Syracuſani ſervire tyrannis, quam capi à nobis mallent; captam iiſdem armis, & liberatam urbem reddidimus. Neque inficias imus, Siciliam provinciam noſtram eſſe, & civitates, quæ in parte Carthagi-*

1 *Eadem Chios, Abyd. Æn.*] Nominat gentes à Philippo paulo ante bello vexatas, inter quas *Chii* non fuerunt, verum, ut ſupra dixi, *Ciani.* Itaque legatus Romanus objicit Philippo Athenienſes, Cianos & Abydenos. Atque Livius libro 33 ait: *De Cianorum libertate Quintius Pruſiæ Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui & decem legatis placuiſſet.* Quare hoc etiam loco pro *Chios, Cianos* eſt reponendum. *Sigonius.*

2 *An bello proſecuti*] Vet. lib. *Annon bello perſecuti.* Idem.

3 *Quo indig. eſſ.*] Vet. lib. *Quod indignius eſſet.* Idem.

thaginienſium fuerunt, & uno animo cum illis adverſus nos bellum geſſerunt, ſtipendiarias nobis ac vectigales eſſe. quin contra, hoc & vos & omnes gentes ſcire volumus, pro merito cuique erga nos fortunam eſſe. An Campanorum pœnæ, [1] *de qua neque ipſi quidem queri poſſunt, nos pœniteat? Hi homines quum pro iis bellum adverſus Samnites per annos prope ſeptuaginta, cum magnis noſtris cladibus geſſiſſemus; ipſos fœdere primum, deinde connubio atque inde cognationibus, poſtremo civitate nobis conjunxiſſemus; tempore noſtro adverſo primi omnium Italiæ populorum, præſidio noſtro fœde interfecto, ad Annibalem defecerunt: deinde indignati ſe obſideri à nobis, Annibalem ad oppugnandam Romam miſerunt. Horum ſi neque urbs ipſa, neque homo quiſquam ſupereſſet, quis durius quam pro merito ipſorum ſtatutum indignari poſſet? Plures ſibimet ipſi conſcientia ſcelerum mortem conſciverunt, quam à nobis ſupplicio affecti ſunt. Cæteris ita oppidum, ita agros ademimus, ut agrum locumque ad habitandum daremus; urbem innoxiam ſtare incolumem pateremur, ut qui hodie videat eam, nullum oppugnatæ captæve ibi veſtigium inveniat. Sed quid ego Capuam dico? quum Carthagini victæ pacem ac libertatem dederimus. Magis illud eſt periculum, ne nimis facile victis ignoſcendo, plures ob idipſum ad experiendam adverſus nos fortunam belli incitemus. Hæc pro nobis dicta ſint, hæc adverſus Philippum: cujus domeſtica parricidia, & cognatorum amicorumque cædes, & libidinem inhumaniorem prope quam crudelitatem, vos, quo propiores Macedoniæ eſtis, melius noſtis. Quod ad vos attinet Ætoli; nos pro vobis bellum ſuſcepimus adverſus Philippum. vos ſine nobis cum eo pacem feciſtis. Et forſitan dicatis; bello Punico occupatis nobis, coactos metu vos, leges pacis ab eo, qui tum plus poterat, accepiſſe: & nos quum alia majora urgerent, depoſitum à vobis bellum & ipſi omiſimus. Nunc & nos Deum benignitate Punico perfecto bello, totis viribus noſtris in Macedoniam incubuimus: & vobis reſtituendi vos in amicitiam ſocietatemque noſtram fortuna oblata*

1 *De qua neque ipſi quidem*] Scribe: *ne ipſi quidem.* J. F. Gron.

1 *Præ-*

oblata eſt: niſi perire cum Philippo, quam vincere cum Romanis mavultis. Hæc dicta ab Romano quum eſſent, incli- 32
natis omnium animis ad Romanos, Damocritus prætor Ætolorum, pecunia, ut fama eſt, ab rege accepta, nihil aut huic aut illi parti aſſenſus, *Rem magni diſcriminis conſiliis nullam eſſe tam inimicam, quam celeritatem*, dixit. *Celerem enim pœnitentiam, ſed eandem ſeram atque inutilem ſequi; quum præcipitata raptim conſilia neque revocari, neque in integrum reſtitui poſſint. Deliberationis autem ejus, cujus ipſe maturitatem exſpectandam putaret, tempus ita jam nunc ſtatui poſſe. quum legibus cautum eſſet, ne de pace bellove, niſi in Panætolico & Pylaico concilio ageretur, decernerent extemplo, ut prætor ſine fraude, quum de bello aut de pace agere velit, advocet concilium: & quod tum referatur decernaturque, ut perinde jus ratumque ſit, ac ſi in Panætolico, aut Pylaico concilio actum eſſet.* Dimiſſis ita ſuſpenſa re legatis, egregie conſultum genti ajebat. nam utrius partis melior fortuna belli eſſet, ad ejus ſocietatem inclinaturos. Hæc in concilio Ætolorum acta. Philippus impigre terra marique para- 33
bat bellum: navales copias Demetriadem in Theſſalia contrahebat. Attalum, Romanamque claſſem principio veris ab Ægina ratus moturos. navibus maritimæque oræ [1] præfecit Heraclidem, quem & ante præfecerat. ipſe terreſtres copias comparabat: magna ſe duo auxilia detraxiſſe Romanis credens; ex una parte Ætolos, ex altera Dardanos; faucibus ad Pelagoniam à filio Perſeo interclusis. Ab conſule non parabatur, ſed gerebatur jam bellum: per [2] Daſſaretiorum fines exercitum ducebat, frumentum, quod ex hibernis extulerat, integrum vehens; quod in uſum militi ſatis eſſet, præbentibus agris. Oppida vicique, partim voluntate, partim metu ſe tradebant. quædam vi expugnata, quædam deſerta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inveniebantur.

1 *Præf. Heraclidam*] Vet. lib. *Heraclidem*. Sigonius.

2 *Daſſaretiorum*] *Daſſaritiorum* ex Stephano & Euſtathio. *Idem*.

tur. [1] Ad Lycum ſtativa poſuit prope flumen Bevum: inde frumentatum circa horrea Daſſaretiorum mittebat. Philippus conſternata quidem omnia circa, pavoremque ingentem hominum cernebat; ſed parum gnarus quam partem petiſſet conſul, alam equitum ad explorandum, quonam hoſtes iter intendiſſent, miſit. Idem error apud conſulem erat. Moviſſe ex hibernis regem ſciebat, quam regionem petiſſet ignorans. is quoque ſpeculatum miſerat equites. Hæ duæ alæ ex diverſo, quum diu incertis itineribus vagatæ per Daſſaretios eſſent, tandem in unum iter convenerunt. Neutros fefellit, ut fremitus procul hominum equorumque exauditus eſt, hoſtes appropinquare. Itaque prius quam in conſpectum venirent, equos armaque expedierant. nec mora, ubi primum hoſtem videre, concurrendi facta eſt. Forte & numero & virtute, utpote lecti utrinque, haud impares, æquis viribus per aliquot horas pugnarunt. Fatigatio ipſorum equorumque, incerta victoria diremit prœlium. Macedonum quadraginta equites, Romanorum quinque & triginta ceciderunt. Neque eo magis explorati quicquam, in qua regione caſtra hoſtium eſſent, aut illi ad regem, aut hi ad conſulem retulerunt. per transfugas cognitum eſt, quos levitas ingeniorum ad cognoſcen-
34 das hoſtium res in omnibus bellis præbet. Philippus aliquid & ad caritatem ſuorum, & ut promptius pro eo periculum adirent, ratus profecturum ſe, ſi equitum, qui ceciderant in expeditione, ſepeliendorum curam habuiſſet; afferri eos in caſtra juſſit, ut conſpiceretur ab omnibus funeris honos. Nihil tam incertum nec tam in-

æſti-

1 *Ad Lingum ſt. p. prope ſl. Bevum*] Pro *Lingo* reponendum cenſet Glareanus *Lychnidum*, pro *Bevo*, *Haliacmona*, ſcilicet quia nuſquam hæc nomina legeſit, at illa *in Daſſaritiis* legerit. Ego contra, pro *Lingo*, *Lycum* repono, pro *Haliacmone*, *Bevum* defendo. *Lycum* habent libri veteres, & Plutarchus in Quintio, ubi hujus rei meminit: ἦσαν μὲν ἔνιοι τὸν Τίτον ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς Δασσαρήτιδος κατὰ Λύκον, εὔπορον ὁδὸν καὶ ῥᾳδίαν ἐπιχειροῦντες. De *Bevo* fluvio ſic Stephanus: Βεῦη πόλις Μακεδονίας, καὶ περὶ αὐτὴν Βεῦος ποταμός. *Sigonius.*

1 *Ipſis*

æſtimabile eſt, quam animi multitudinis. quod promptiores ad ſubeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum pigritiamque incuſſit: nam qui haſtis ſagittiſque, & rara lanceis vulnera facta vidiſſent, cum Græcis Illyriiſque pugnare aſſueti, poſteaquam gladio Hiſpanienſi detruncata corpora brachiis abſciſſis, aut tota cervice deſecta, diviſa à corpore capita, patentiaque viſcera, & fœditatem aliam vulnerum viderunt; adverſus quæ tela, quoſque viros pugnandum eſſet, pavidi vulgo cernebant. Ipſum quoque regem terror cepit, nondum juſto prœlio cum Romanis congreſſum. itaque revocato filio, præſidioque, quod in Pelagoniæ faucibus erat, ut iis copiis ſuas augeret, Pleurato Dardaniſque iter in Macedoniam patefecit. [1] Ipſe cum viginti millibus peditum, quatuor equitum, ducibus transfugis, ad hoſtem profectus, paulo plus ducentos paſſus à caſtris Romanis tumulum propinquum Athaco, foſſa ac vallo communivit: ac ſubjecta cernens Romana caſtra, admiratus eſſe dicitur, & univerſam ſpeciem caſtrorum, & deſcripta ſuis quæque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis: & negaſſe barbarorum ea caſtra ulli videri poſſe. Biduum conſul & rex, alter alterius conatus exſpectantes, continuere ſuos intra vallum:
tertio die Romanus omnes copias in aciem eduxit. Rex 35
vero

1 *Ipſe cum viginti millibus peditum, quatuor millibus equitum*] Sic quidem libri: at ego ſcripſiſſe Livium ajo: *ipſe cum viginti millibus peditum, quatuor equitum:* reſecto τῷ *millibus* poſteriore. Hic enim perpetuus ejus mos eſt. Lib. 21. *Qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuiſſe ſcribunt: qui minimum, viginti millia peditum, ſex equitum.* Lib. 22. *Numerus omnium peditum, qui tum ſteterunt in acie, millium fuit quadraginta, decem equitum.* Lib. 23. *Præmiſſus eſt ad conducenda viginti millia peditum, quatuor equitum.* Lib. 24. *Ad Heracleam, quam vocant, Minoam, quinque & viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos expoſuit.* Sic, ſi vacat inſpicere loca, lib. 27, 28. lib. 29, 35. lib. 30, 6 & 29. lib. 34, 21 & 59. lib. 36, 14. lib. 52, 51 & 52 aliiſque innumeris. Statim Andreas: *paullo plus ducentos paſſus à caſtris Romanis.* non *ducentis paſſibus.* Et illud amat potius. Ut lib. 34. *Totum orbem muri minus quadringentos paſſus patentem habebat.* Lib. 36. *Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæſam.* Et ſimilia, quæ cuivis obſervare pronum. *J. F. Gron.*

1 *Tri-*

vero tam celerem aleam univerſi certaminis timens, quadringentos [1] Tralleis (Illyriorum id, ſicut alio diximus loco, eſt genus) & Cretenſes trecentos, addito iis peditibus pari numero equitum cum duce Athenagora, uno ex purpuratis, ad laceſſendos hoſtium equites miſit. [2] Ab Romanis, quum aberat acies eorum paulo plus quingentos paſſus, velites & equitum duæ ferme alæ emiſſæ: ut numero quoque eques pedeſque hoſtem æquarent. [3] Credidere regii, genus pugnæ quo aſſueverant, fore; ut equites invicem inſequentes refugienteſque, nunc telis uterentur, nunc terga darent, Illyriorum velocitas ad excurſiones, & impetus ſubitos uſui eſſet, Cretenſes in invehentem ſe effuſe hoſtem ſagittas conjicerent. Turbavit hunc ordinem pugnandi non acrior quam pertinacior impetus Romanorum. nam haud ſecus, quam ſi tota acie dimicarent, & velites emiſſis haſtis cominus gladiis rem gerebant, & equites ut ſemel in hoſtem evecti ſunt, ſtantibus equis, partim ex ipſis equis, partim deſilientes immiſcenteſque ſe peditibus, pugnabant. ita nec eques

1 *Triballos, Illyriorum*] Vet. lib. habent *Trallas*, quam vocem qui ignorarunt, *Triballos* fecerunt. Sunt autem *Tralles* Illyrici, ut ait Stephanus, populi, his verbis: Τραλλία, μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας· λέγονται καὶ Τράλλοι, καὶ Τράλλεις παρὰ Θεοπόμπῳ. Itaque libro 8 in auxiliis Antiochi numerandis conjungit etiam Livius Trallas, & Cretenſes, ut hoc loco, cum ait: *Tum levis armatura trium millium pari ferme numero pars Cretenſes, pars Tralles.* Sigonius.

2 *Ab Romanis quum aberat acies eorum paullo plus*] Homini polito non poteſt non illud, *quum aberat*, ſuſpectum eſſe. MSS. cum Andrea & Aldina: *Ab Romanis autem aberat.* Scribe: *Ab Romanis item (aberat acies eorum paullo plus quingentos paſſus) velites & equitum duæ ferme alæ emiſſæ.* Quia rex periculo ſummam rerum committere noluit, ſed electos ad tentandam fortunam prœlii in campum emiſit: pariter Romani haud fere diſpari numero equitum peditumque excretam manum iis oppoſuerunt. *J. F. Gron.*

3 *Credidere regii genus pugnæ, cui adſueverant, fore*] Scripti omnes: *quo adſueverant.* Recte. Cæſar lib. 1 de Bello civili: *cum Luſitanis reliquiſque barbaris genere quodam pugnæ adſuefacti.* Cic. lib. 3 de Oratore: *Homines labore aſſiduo & quotidiano aſſueti.* Ovidius lib, 13 Met. de Polymneſtore: *prædaque aſſuetus amore.* Quod mutare non auſim. Florus lib. 1 cap. 1. *Aſſuetas ſanguine & præda volucres.* Ubi Freinſhemius. Quæ omnia videntur dici cœpta per intellectum infinitivi. Ut in propoſitis exemplis, *exerceri*, *fatigari*, *duci*, *ali.* Idem.

Quo adſueverant] Sed & MS. Thuan. *aſſuerant.* Jac. Gron.

eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnam; nec pedes concurſator, & vagus, & prope ſeminudus genere armorum veliti Romano, parmam gladiumque habenti; pariterque & ad ſe tuendum, & ad hoſtem petendum armato. Non tulere itaque dimicationem; nec alia re, quam velocitate, tutantes ſe, in caſtra refugerunt. Uno deinde intermiſſo die, quum o- 36
mnibus copiis equitum leviſque armaturæ pugnaturus rex eſſet, nocte cetratos, quos peltaſtas vocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat; præceperatque Athenagoræ & equitibus, ut ſi aperto prœlio procederet res, uterentur fortuna: ſi minus, cedendo ſenſim, ad inſidiarum locum hoſtem pertraherent. Et equitatus quidem ceſſit: duces cetratæ cohortis, non ſatis exſpectato ſigno ante tempus excitatis ſuis, occaſionem bene gerendæ rei amiſere. Romanus & aperto prœlio victor, & tutus à fraude inſidiarum, in caſtra ſeſe recepit. Poſtero die omnibus copiis conſul in aciem deſcendit; ante prima ſigna locatis elephantis: quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, uſi ſunt. Ubi latentem intra vallum ſenſit, exprobrans metum ſucceſſit. Poſteaquam ne tum quidem poteſtas pugnandi dabatur, quia ex tam propinquis ſtativis parum tuta frumentatio erat, diſperſos milites per agros equitibus extemplo invaſuris; [1] octo ferme inde millium intervallo tutiorem frumentationem habiturus; caſtra ad Octolophum (id eſt loco nomen) movit. Quum in propinquo agro frumentarentur Romani, primo rex intra vallum ſuos tenuit, ut creſceret ſimul & negligentia cum audacia hoſti. Ubi effuſos vidit, cum omni equitatu, & Cretenſium auxiliaribus, quantum equitem velociſſimi pedites curſu æquare poterant, citato profectus agmine, inter caſtra Romana & frumenta-

1 *Octo ferme inde millia intervallo*] Puderet monere, niſi ſic ſervarent omnes, quos vidi, editi, ſcribendum eſſe, *millium*. J. F. Gron.

mentatores conſtituit ſigna. Inde copiis diviſis, partim ad conſectandos vagos frumentatores emiſit, dato ſigno, ne quem vivum relinquerent; cum parte ipſe ſubſtitit, itineraque, quibus ad caſtra recurſuri videbantur hoſtes, obſedit. Jam paſſim cædes ac fuga erat, necdum quiſquam in caſtra Romana nuncius cladis pervenerat; quia refugientes in regiam ſtationem incidebant: & plures ab obſidentibus vias, quam ab emiſſis ad cædem, interficiebantur. tandem inter medias hoſtium ſtationes elapſi quidam trepidi, tumultum magis quam certum
37 nuncium intulerunt caſtris. Conſul equitibus juſſis qua quiſque poſſet, opem ferre laborantibus; ipſe legiones è caſtris educit, & agmine quadrato ad hoſtem ducit. Diſperſi equites per agros quidem aberrarunt, decepti clamoribus aliis ex alio exiſtentibus loco. Pars obvios habuerunt hoſtes. pluribus locis ſimul pugna cœpit. Regia ſtatio atrociſſimum prœlium edebat. nam & ipſa multitudine equitum peditumque prope juſta acies erat: & Romanorum, quia medium obſederat iter, plurimi in eam inferebantur. Eo quoque ſuperiores Macedones erant, quod & rex ipſe hortator aderat, & Cretenſium auxiliares multos ex improviſo vulnerabant, conferti præparatique in diſperſos & effuſos pugnantes. Quod ſi modum in inſequendo habuiſſent, non in præſentis modo certaminis gloriam, ſed in ſummam etiam belli profectum foret: nunc aviditate cædis intemperantius inſecuti, in prægreſſas cum tribunis militum cohortes Romanas incidere: & fugiens eques, ut primo ſigna ſuorum vidit, convertit in effuſum hoſtem equos: verſaque momento temporis fortuna pugnæ eſt; terga dantibus qui modo ſecuti erant. Multi cominus congreſſi, multi fugientes interfecti. nec ferro tantum periere, ſed in paludes quidam conjecti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. Rex quoque in periculo fuit; nam ruente ſaucio equo præceps ad terram datus, haud multum abfuit,

abſuit, quin jacens opprimeretur. Saluti fuit eques, qui raptim ipſe deſiluit, pavidumque regem in equum ſubjecit. Ipſe quum pedes æquare curſu fugientes non poſſet equites, ab hoſtibus ad caſum regis concitatis confoſſus periit. Rex circumvectus paludes pervias inviaſque trepida fuga, in caſtra tandem, jam deſperantibus pleriſque incolumem evaſurum, pervenit. Ducenti Macedonum equites eo prœlio periere, centum ferme capti, octoginta admodum ornati equi, ſpoliis ſimul armorum relatis, abducti. Fuerunt, qui hoc die regem 38
temeritatis, conſulem ſegnitiæ accuſarent. nam & Philippo quieſcendum fuiſſe, quum paucis diebus hoſtes exhauſto circa omni agro ad ultimum inopiæ venturos ſciret: & conſulem quum equitatum hoſtium levemque armaturam fudiſſet, ac prope regem ipſum cepiſſet, protinus ad caſtra hoſtium ducere debuiſſe. nec enim manſuros ita perculſos hoſtes fuiſſe; debellarique momento temporis potuiſſe. Id dictu, quam re, ut pleraque, facilius. nam ſi omnibus peditum quoque copiis rex congreſſus fuiſſet, forſitan inter tumultum, quum omnes victi metuque perculſi ex prœlio intra vallum, protinus inde ſupervadentem munimenta victorem hoſtem fugerent, exui caſtris potuerit rex. quum vero integræ copiæ peditum in caſtris manſiſſent, ſtationes ante portas, præſidiaque diſpoſita eſſent, quid, niſi ut temeritatem regis effuſe paulo ante ſecuti perculſos equites imitaretur, profeciſſet? neque enim ne regis quidem primum conſilium, quo impetum in frumentatores palatos per agros fecit, reprehendendum foret, ſi modum proſperæ pugnæ impoſuiſſet. Eo quoque minus eſt mirum, tentaſſe eum fortunam, quod fama erat, Pleuratum, Dardanoſque ingentibus copiis profectos domo, jam in Macedoniam tranſcendiſſe. Quibus ſi undique circumventus copiis foret, ſedentem Romanum debellaturum, credi poterat. Itaque ſecundum duas adverſas equeſtres pu-

gnas, multo minus tutam moram in iiſdem ſtativis fore Philippus ratus, quum abire inde & fallere abiens hoſtem vellet, caduceatore ſub occaſum ſolis ad conſulem miſſo, qui inducias ad ſepeliendos equites peteret; fruſtratus hoſtem ſecunda vigilia, multis ignibus per tota
39 caſtra relictis, ſilenti agmine abiit. Corpus jam curabat conſul, quum veniſſe caduceatorem, & quid veniſſet, nunciatum eſt. reſponſo tantum dato, mane poſtero die fore copiam conveniendi, id quod quæſitum erat, nox, dieique inſequentis pars, ad præcipiendum iter Philippo data eſt. montes, quam viam non ingreſſurum gravi agmine Romanum ſciebat, petit. Conſul prima luce caduceatore datis induciis dimiſſo, haud ita multo poſt abiiſſe hoſtem quum ſenſiſſet, ignarus qua ſequeretur, iiſdem ſtativis frumentando dies aliquot conſumpſit. [1] Stuberam deinde petit, atque ex Pelagonia frumentum, quod in agris erat, convexit. [2] inde ad Pellinam eſt progreſſus; nondum comperto, quam regionem hoſtes petiſſent. Philippus quum primo [3] ad Bryanium ſtativa habuiſſent; profectus inde tranſverſis limitibus, terrorem præbuit ſubitum hoſti. Movere itaque ex Pellina Romani, & ad Oſphagum flumen poſuerunt caſtra. Rex haud procul inde & ipſe, vallo ſuper ripam amnis ducto ([4] Erigonum

1 *Stuberam deinde petit*] Suſpectum nomen habet hoc Glareanus, ut cætera nomina, quæ ſequuntur; eſſe autem oppidum Illyriorum, apparet ex verbis Livii libro 44 cum ait: *Perſeus ratus ſi domuiſſet proximos, Illyriorum gentium quoque regem in ſocietatem perliciſi poſſe, cum decem millibus peditum Stuberam venit.* Meminit ejus etiam Strabo libro ſeptimo ad Erigonem flumen, & Suidas, & Στοβήραν vocant. *Sigonius.*

2 *Inde ad Pluinam*] *Pluinæ* nemo meminit, *Pellinæ* omnes. Itaque *Pellinam* reſtituo auctore maxime Arriano, qui libro 1 ita ſcribit: ἄγων δὴ παρὰ τὴν Ἐορδαίαν τε καὶ τὴν Ἐλυμιῶτιν, καὶ παρὰ τὰ τῆς Στυμφαίας, καὶ Παρυαίας ἄκρα, ἑβδομαῖος ἀφικνεῖται ἐς Πελλίνην τῆς Θετταλίας. Pellinam item ſtatuit Stephanus in Phthiotide in Theſſalia. *Idem.*

3 *Ad Bruannam ſtativa*] Strabo libro ſeptimo, ut Stuberæ, ſic Bryani meminit oppidorum ad Erigonem flumen. Quamquam Stephanus ait Βρυάνιον eſſe oppidum Theſprotiæ. *Id.*

4 *Erigonum i. vocant*] Ex Strabonis libro 7 & Arriani primo, *Erigonem* legendum. Quamquam Ptolemæus Ἐρίγωνον vocat. *Idem.*

gonum incolæ vocant) conſedit. inde ſatis comperto [1] Eordæam petituros Romanos, ad occupandas anguſtias, ne ſuperare hoſtes arctis faucibus incluſum aditum poſſent, præceſſit. ibi alia vallo, alia foſſa, alia lapidum congerie, ut pro muro eſſent, alia arboribus objectis, ita ut locus poſtulabat, aut materia ſuppeditabat, opere permuniit, atque (ut ipſe rebatur) viam ſuapte natura difficilem, objectis per omnes tranſitus operibus, inexpugnabilem fecit. Erant pleraque ſilveſtria circa, incommoda phalangi maxime Macedonum: quæ, niſi ubi prælongis haſtis velut vallum ante clypeos objecit (quod ut fiat, libero campo opus eſt) nullius admodum uſus eſt. Thraces quoque romphææ, ingentis & ipſæ longitudinis, inter objectos undique ramos impediebant. Cretenſium una cohors non inutilis erat: ſed quæ quoque ipſa, ut ſi quis impetum faceret, in patentem vulneri equum, equitemque ſagittas conjicere poterat; ita adverſus ſcuta Romana, nec ad trajiciendum ſatis magnam vim habebat, nec aperti quicquam erat quod peteret. Itaque id ut vanum teli genus ſenſerunt eſſe, ſaxis paſſim tota valle jacentibus inceſſebant hoſtem. ea majore cum ſonitu, quam vulnere ullo, pulſatio ſcutorum, parumper ſuccedentes Romanos tenuit. Deinde iis quoque ſpretis, partim teſtudine facta per adverſos vadunt hoſtes: partim brevi circuitu quum in jugum collis evaſiſſent, trepidos ex præſidiis ſtationibuſque Macedonas deturbant: &, ut in locis impeditis difficili fuga, pleroſque etiam obtruncant. Ita anguſtiæ minore certamine, quam quod animis propoſuerant, ſuperatæ: & in Eordæam

1 *Erduaam petituros*] Polybius lib. 17 ſatis indicat *Heordæam* eſſe legendum, ubi verba T. Quintii, quibus ad Cynoſcephalas pugnaturus milites accendit, exponit. Ea ſunt hæc: Οὐχ οὗτοι Μακεδόνες εἰσὶν, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν Ἑορδαίαν ὑπερβολὰς, ἐκ τῆς προφανοῦς μετὰ Σουλπικίου βιασάμενοι πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε, πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες; Et Stephanus: Ἑορδαῖαι δύο χῶραι Μυγδονίας. Et Plinius in Macedonia Heordenſium, & Arrianus libro primo meminit Ἑορδαίας. *Sigonius.*

dæam perventum; ubi pervaſtatis paſſim agris, [1] in Elimeam ſe recepit. inde impetum in Oreſtidem fecit: & oppidum Celetrum eſt aggreſſus, in peninſula ſitum. Lacus mœnia cingit: anguſtis faucibus unum ex continenti iter eſt. Primo ſitu ipſo freti, clauſis portis imperium abnuere: deinde poſtquam ſigna ferri, ac teſtudine ſuccedi ad portam, obſeſſaſque fauces agmine hoſtium viderunt, priuſquam experirentur certamen, metu in deditionem venerunt. Ab Celetro [2] in Daſſaretios proceſſit: urbemque Pelium vi cepit. ſervitia inde cum cætera præda abduxit, & libera capita ſine pretio dimiſit: oppidumque iis reddidit; præſidio valido impoſito. nam & ſita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos. Ita peragratis hoſtium agris, conſul in loca jam pacata ad Apolloniam, unde orſus bellum erat, copias reduxit. Philippum averterant Ætoli, & Athamanes, & Dardani, & tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Adverſus Dardanos jam recipientes ex Macedonia ſeſe, Athenagoram cum expeditis peditibus ac majore parte equitatus miſit, juſſum inſtare ab tergo abeuntibus, & carpendo poſtremum agmen, ſegniores eos ad movendos domo exercitus efficere. Ætolos Damocritus prætor, qui moræ ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat, idem proximo concilio ad arma conciverat: poſt famam equeſtris ad Octolophum pugnæ, Dardanorumque & Pleurati cum Illyriis tranſitum in Macedoniam, [3] ad hæc claſſis Ro-

1 *In Elimeam ſe r.*] Stephanus hanc urbem Ἐλίμειαν. Ptolemæus Ἐλίμιαν vocant, Arrianus lib. 1 agrum ejus Ἐλυμιῶτιν nominat. *Sigonius.*

2 *In Daſſaretios p. urbemq. Pelium*] *Pelium* duplex tradit Stephanus, unum in Theſſalia, alterum in Illyrio. Nunc de Pelio Illyrico intelligendum eſt. Nam Daſſaritios inter Illyrios nominat Appianus in Illyrico. *Idem.*

3 *Adhæc claſſis Romanæ adventum in Oreum*] Lib. 28 fuit: *Et Attalus primo Oreum eſt profectus.* Andreas autem hic & Voſſ. *adventu in Oreum.* Ergo deleta præpoſitione ſcribe: *adhæc claſſis Romanæ adventum Oreum.* Ut lib. 22 extremo: *neque ante conſulis Romam adventum nec poſtquam is rediit.* Ubi idem genus vitiaverant. Cicero 9 ad Atticum 4. *Sunt iſta quidem quæ diſputas,*

Romanæ adventum in Oreum, & ſuper circumfuſas tot Macedoniæ gentes, maritimam quoque inſtantem obſidionem. Hæ cauſſæ Damocritum Ætoloſque reſtitue- 41
rant Romanis: & Amynandro rege Athamanum adjuncto profecti, Cercinium obſedere. Clauſerant portas; incertum vi, an voluntate: quia regium habebant præſidium. Cæterum intra paucos dies captum eſt Cercinium, atque incenſum. qui ſuperfuerant è magna clade, liberi ſervique, inter cæteram prædam abducti. Is timor omnes, qui circumcolunt [1] Bœben paludem, relictis urbibus, montes coëgit petere. Ætoli inopia prædæ inde averſi, in [2] Perrœbiam ire pergunt. [3] Cyretias ibi vi capiunt, fœdeque diripiunt: qui Mallœam incolunt, voluntate in deditionem ſocietatemque accepti. Ex Perrœbia [4] Gomphos petendi Amynander auctor erat: & imminet [5] Athamania huic urbi, videbaturque expugnari ſine magno certamine poſſe. Ætoli campos Theſſaliæ opimos ad prædam petiere; ſequente, quanquam non probante, Amynandro, nec effuſas populationes Ætolorum, nec caſtra, quo fors tuliſſet loco, ſine ullo diſcrimine ac cura muniendi poſita. itaque ne temeritas eorum, negligentiaque, ſibi ac ſuis etiam cladis alicujus cauſſa eſſet: quum campeſtribus locis ſubjicientes eos caſtra Phecado urbi videret, ipſe paulo plus quingentorum paſſuum inde tumulum ſuis, quamvis levi munimento tutum, cepit. quum Ætoli, niſi quod populabantur, vix meminiſſe viderentur ſe in hoſtium agro eſſe:

tas, difficillima: iter ad ſuperum, navigatio infero, diſceſſus Arpinum, ne hunc fugiſſe, manſio Formiis, ne obtuliſſe nos gratulationi videamur. J. F. Gron.

1 *Bœben palud.*] Stephanus: Βοίβη λίμνη ἐν Μακεδονίᾳ. *Sigonius.*

2 *Perrœbiam*] *Perrabiam* ſcribendum: ita enim Græci: pars Theſſaliæ eſt, Stephan. *Idem.*

3 *Cyretias*] Χυρετίας ſtatuit Ptolemæus inter Eſtiotas Theſſaliæ populos. *Idem.*

Cyret. ibi vi capiunt] Andreanæ: *in via capiunt.* J. F. Gron.

4 *Gomphos petendi*] Oppidum eſt Theſſaliæ: Stephan. *Sigonius.*

5 *Athamania*] Alii Illyrii, alii Theſſaliæ partem eſſe Athamaniam tradunt: Stephanus. *Idem.*

ſe: alii palati ſemiermes vagarentur, alii in caſtris ſine ſtationibus per ſomnum vinumque dies noctibus æquarent, Philippus inopinantibus advenit. quem quum adeſſe refugientes ex agris quidam pavidi nunciaſſent, trepidare Damocritus, cæterique duces: & erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo ſopiti jacebant. Excitare igitur alii alios, jubere arma capere, alios dimittere ad revocandos, qui palati per agros prædabantur. tantaque trepidatio fuit, ut ſine gladiis quidam equitum exirent, loricas plerique non induerent. Ita raptim educti, quum univerſi ſexcentorum ægre ſimul equites peditesſque numerum expleſſent, incidunt in regium equitatum, numero, animis armiſque præſtantem. Itaque primo impetu fuſi, vix tentato certamine, turpi fuga repetunt caſtra. cæſi, captique quidam, quos equites ab agmine
42 fugientium interclusere. Philippus ſuis jam vallo appropinquantibus receptui cani juſſit. fatigatos enim equos viroſque non tam prœlio quam itineris ſimul longitudine, ſimul præpropera celeritate, habebat. Itaque turmatim equites, invicemque manipulos levis armaturæ aquatum ire & prandere jubet: alios in ſtatione armatos retinet, opperiens agmen peditum tardius ductum propter gravitatem armorum. Quod ubi advenit, & ipſis imperatum, ut ſtatutis ſignis armiſque ante ſe poſitis, raptim cibum caperent, binis, terniſve ſummum ex manipulis aquandi cauſſa miſſis; interim eques cum levi armatura paratus inſtructuſque ſtetit, ſi quid hoſtis moveret. Ætoli (jam enim & quæ per agros multitudo ſparſa fuerat, receperat ſe in caſtra) ut defenſuri munimenta, circa portas vallumque armatos diſponunt, dum quietos hoſtes ipſi feroces ex tuto ſpectabant. poſteaquam mota ſigna Macedonum ſunt, & ſuccedere ad vallum parati atque inſtructi cœpere, omnes repente relictis ſtationibus, per averſam partem caſtrorum [1] ad tumulum, ad caſtra

1 *Ad tumulum ad caſtra Athamanum*] Forte, *in tumulum*. Vel *ad tumulum in caſtra Athamanum perfugiunt*. J. F. Gron.

1 *Maxi-*

caſtra Athamanum perfugiunt. multi in hac quoque tam trepida fuga capti, cæſique ſunt Ætolorum. Philippus, ſi ſatis diei ſupereſſet, non dubius quin Athamanes quoque exui caſtris potuiſſent, die per prœlium, deinde per direptionem caſtrorum abſumpto, ſub tumulo in proxima planitie conſedit; prima luce inſequentis diei hoſtem aggreſſurus. Sed Ætoli eodem pavore, quo ſua caſtra reliquerant, nocte proxima diſperſi fugerunt. [1] Maxime uſui fuit Amynander, quo duce Athamanes itinerum periti, ſummis montibus, [2] per calles ignotos ſequentibus eos hoſtibus in Ætoliam perduxerunt. non ita multos in diſperſa fuga error intulit in Macedonum equites, quos luce prima Philippus, ut deſertum tumulum vidit, ad carpendum hoſtium agmen miſit. Per 43
eos dies & Athenagoras regius præfectus Dardanos recipientes ſe in fines adeptus, poſtremum agmen primo turbavit. dein poſteaquam [3] Dardani converſis ſignis direxere aciem, æqua pugna juſto prœlio erat. ubi rurſus procedere Dardani cœpiſſent, equite & levi armatura regii, nullum talis auxilii genus habentes Dardanos, oneratos immobilibus armis vexabant, & loca ipſa adjuvabant. Occiſi perpauci ſunt, plures vulnerati, captus nemo, quia non excedunt temere ordinibus ſuis, ſed confertim & pugnant & cedunt. Ita damna Romano accepta bello, duabus per opportunas expeditiones coërcitis genti-

1 *Maxime uſui fuit*] Thuan. *maximo*. Sic ſane maluit loqui etiam lib. 42, 59. *Theſſalorum equitatus, inclinata re, maximo uſui fuit*. Jac. Gron.

2 *Per colles ignotos ſequentibus eos*] Scribe cum Andrea & Aldina: *per calles ignotos*. Quod & nonnullæ recentiores habent. Lib. 35. *Egreſſus callibus notis nocte Pleias pervenit*. Lib. 36. *Ne quos per imminentia juga calles inveniret ad tranſitum Romanus*. Memineris etiam τὸ *ſequentibus* interpretari, ſi forte ſequerentur: neque enim longe ſecuti ſunt. Sic lib. 9. *Adulationes, etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus*. Nempe, *etiam victis*, eſt, etiamſi victi eſſent. Sic lib. 42, de Pruſia, *Nam neque pro Romanis æquum cenſere ſe adverſus fratrem uxoris arma ferre, & apud Perſea victorem veniam per ſororem impetrabilem fore*. Hoc eſt, ſi victor fuiſſet. *J. F. Gron.*

3 *Dardani converſis ſignis direxere*] Vox *Dardani* hic ſupervacua eſſe videtur. *Idem.*

gentibus reſtituerat Philippus; incepto forti, non proſpero ſolum eventu. Minuit deinde ei forte oblata res hoſtium Ætolorum numerum. Scopas princeps gentis ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolomæo miſſus, [1] ſex millia peditum, & equites mercede conductos Ægyptum avexit. nec ex juventute Ætolorum quemquam reliquiſſet, ni Damocritus, nunc belli quod inſtaret, nunc futuræ ſolitudinis admonens, (incertum cura gentis, an ut adverſaretur Scopæ, parum donis cultus) partem juniorem caſtigando domi continuiſſet. Hæc ea æſtate ab Romanis, Philippoque geſta

44 erant. Claſſis à Corcyra ejuſdem principio æſtatis cum L. Apuſtio legato profecta, [2] Malea ſuperata, circa Scyllæum agri Hermionici Attalo regi conjuncta eſt. Tum vero Athenienſium civitas, cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat, id omne in auxilii præſentis ſpem effudit. nec unquam ibi deſunt linguæ promptæ ad plebem concitandam. quod genus, quum in omnibus liberis civitatibus, tum præcipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur. Rogationem extemplo tulerunt, plebſque ſcivit, *ut Philippi ſtatuæ, imagines omnes, nominaque earum, item majorum ejus virilis ac muliebris ſexus omnium tollerentur, delerenturque: dies feſti, ſacra, ſacerdotes, quæ ipſius majorumve ejus honoris cauſſa inſtituta eſſent, omnia profanarentur. Loca quoque in quibus poſitum aliquid inſcriptumve honoris ejus cauſſa fuiſſet, deteſtabilia eſſe, neque in iis quicquam poſtea poni dedicarique placere eorum, quæ in loco puro poni dedicarique fas eſſet. Sacerdotes publicos, quotieſcumque pro populo Athenienſi, ſociiſque & exercitibus & claſſibus eorum precarentur: toties deteſtari atque execrari Philippum, liberos ejus, regnumque, terreſtres*

1 *Sex millia peditum, & equites*] Sine dubio excidit numerus equitum. Forte: *ſex millia peditum, D equites.* Aut ſi mavis, *mille*. J. F. Gron.

2 *Malea ſuperata circa Scyllæum agri Hermionici*] Malea & Scyllæum promontoria, Hermione oppidum eſt, omnia Peloponneſi: Stephanus, Strabo, Plinius, alii. *Sigonius.*

reſtres navaleſque copias, Macedonum genus omne, nomenque. additumque decreto, *Si quis quid poſtea, quod ad notam ignominiamque Philippi pertineret, ferret, id omne populum Athenienſem juſſurum: ſi quis contra ignominiam, prove honore ejus dixiſſet, feciſſetve, qui occidiſſet eum, jure cæſurum.* poſtremo incluſum, *Ut omnia quæ adverſus Piſiſtratidas decreta quondam erant, eadem in Philippo ſervarentur.* Athenienſes quidem literis verbiſque, quibus ſolis valent, bellum adverſus Philippum gerebant. Attalus, Romanique, quum Piræum primo ab Hermione petiſſent, paucos ibi morati dies, oneratique æque immodicis ad honores ſociorum, [1] ac quæ in iram adverſus hoſtem fuerant, Athenienſium decretis, navigant à Piræeo Andrum. & quum in portu, quem Gaureleon vocant, conſtitiſſent, miſſis qui tentarent oppidanorum animos, ſi voluntate tradere urbem, quam vim experiri mallent; poſtquam præſidio regio arcem teneri, nec ſe poteſtatis ſuæ eſſe reſpondebant; expoſitis copiis, omnique apparatu urbium oppugnandarum, diverſis partibus rex & legatus Romanus ad urbem ſubeunt. Plus aliquanto Græcos Romana ſigna armaque non ante viſa, animique militum, [2] tam prompte ſuccedentium muro, terruere. Itaque fuga extemplo in arcem facta eſt: urbe hoſtes potiti. & in arce quum biduum loci ſe magis quam armorum fiducia tenuiſſent; tertio die, pacti ipſi præſidium-

1 *Ac quæ in iram adverſus hoſtem fuerant*] Aliquid hic ſcabri. Videtur ſermo Latinus exigere: *atque in ira:* ſi verbum referas ad τὸ *decretis*. Aut, *quæ in ira adverſus hoſtem fecerant*, ſi ad τὸ *Athenienſium*. Et ſolent hæc verba inter ſe mutari. Apud Phædrum fabula 74 legitur: *Canes (confuſus ſubito quod fuerat fragor)*, quum legendum ſit: *Canes confuſos ſubitus fecerat fragor. Repente odorem.* Vel, *Canes (confuſos ſubitus fecerat fragor) repente odorem. Confuſos* eſt perturbatos. Poſſis etiam: *ac quæ ira adverſus hoſtem fecerat, Athenienſium decretis,* Ut lib. 34. *Legem illam ſcripſiſſe inopiam civitatis.* J. F. Gron.

2 *Tam prompte ſuccedentium muro terruere*] Non inſuper habendum, quod eſt in Voſſ. & apud Andream *ſuccedentium muros.* Ut lib. 6. *Utrimque aciem ſubeuntium jam muros aggrediuntur.* Lib. 22. *Prima levis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco ſuccedens tumulum.* Lib. 27. *Adſuetudine ſuccedendi muros & pertinacia animi ſubierant primi.* Idem.

1 *Delium*

diumque, ut cum ſingulis veſtimentis [1] Delium Bœotiæ tranſveherentur. Ea ab Romanis regi Attalo conceſſa: prædam, ornamentaque urbis ipſi avexerunt. Attalus ne deſertam haberet inſulam, & Macedonum fere omnibus, & quibuſdam Andriorum, ut manerent, perſuaſit. poſtea & ab Delio, qui ex pacto tranſvecti eo fuerant, promiſſis regis, [2] quum deſiderium quoque patriæ facilius ad credendum inclinaret animos, revocati. [3] Ab Andro Cythnum trajecerunt. ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicquam abſumpti: &, quia vix operæ pretium erat, abſceſſere. [4] Ad Praſias (continentis Atticæ is locus eſt) [5] Iſſæorum viginti lembi claſſi Romanorum adjuncti ſunt. ii miſſi ad populandos Caryſtiorum agros. cætera claſſis Geræſtum, nobilem Eubœæ portum, dum à Caryſto Iſſæi redirent, tenuit. Inde omnes velis in altum datis, maris medio præter Scyrum inſulam [6] Icum pervenere. ibi paucos dies, ſæviente Borea, retenti; ubi prima tranquillitas data eſt, Sciathum trajecere, vaſtatam urbem, direptamque nuper à Philippo. Per agros palati milites frumentum, & ſi qua alia uſui eſſe ad veſcendum poterant, ad naves retulere. prædæ nec erat quicquam, nec meruerant Græci cur diriperentur. [7] Inde Caſſandream petentes, primo ad

1 *Delium Bœotiæ*] Steph. Δήλιον, πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Τανάγρᾳ, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. *Sigonius.*

2 *Quum deſiderium quoque patriæ facilius*] Lege: *faciles ad credendum.* J. F. Gron.

3 *Ab Andro Cythnum trajec.*] Has inſulas ſupra Philippi teneri præſidio dixit, propterea nunc à Romanis vexantur. *Sigonius.*

4 *Ad Praſias, continentis Atticæ*] Iccirco ita ait, quia, ut ait Stephanus, alterum hujus nominis oppidulum eſt in Peloponneſo, Πρασίαι, δῆμος Ἀθήνησι Πανδιονίδος φυλῆς. ἔστι καὶ Λακωνικὸν πολίχνιον. Glareanus temere *Phalaſſiam* emendat. *Idem.*

5 *Iſſæorum lembi*] Iſſa una eſt oppidum in Lesbo inſula, altera ipſa eſt inſula ad Illyrium, de qua Polybius libro 2 & Stephanus. De qua nunc Livius. *Idem.*

6 *Icum pervenere*] Icus inſula una ex Cycladibus Eubœæ adhærens, Stephanus. *Idem.*

Icum perv.] Strabo lib. 9. Πρόκεινται δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ' ἐν ὀνόματι Σκίαθός τε καὶ Πεπάρηθος καὶ Ἰκὸς, Ἁλόννησός τε καὶ Σκῦρος. *J. F. Gron.*

7 *Inde Caſandream p. pr. ad Mendim*] Steph. Κασσάνδρεια πόλις Μακεδονίας πρὸς

ad Mendin, maritimum civitatis ejus vicum, tenuere. inde quum ſuperato promontorio ad ipſa mœnia urbis circumagere claſſem vellent, ſæva coorta tempeſtate prope obruti fluctibus; diſperſi magna ex parte amiſſis armamentis in terram effugerunt. Omen quoque ea maritima tempeſtas ad rem terra gerendam fuit. nam collectis in unum navibus, expoſitiſque copiis aggreſſi urbem, cum multis vulneribus repulſi (& erat validum ibi regium præſidium) irrito incepto regreſſi [1] Canaſtrum Pallenes trajecere. inde ſuperato Toronæ promontorio, navigantes Acanthum petiere. Ibi primo ager vaſtatus, deinde ipſa urbs vi capta, ac direpta. nec ultra progreſſi (jam enim & graves præda naves habebant) retro, unde venerant, Sciathum, & ab Sciatho Eubœam repetunt. Ibi relicta claſſe, decem navibus expeditis [2] ſinum 46
Maliacum intravere; ad colloquendum cum Ætolis de ratione gerendi belli. [3] Sipyrrhicas Ætolus princeps legationis ejus fuit, quæ ad communicanda conſilia [4] Heracleam cum rege & cum Romano legato venit. Petitum ex fœdere ab Attalo eſt, ut mille milites præſtaret. tantum enim numerum bellum gerentibus adverſus Philippum debebat. Id negatum Ætolis: quod illi quoque gravati prius eſſent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore Philippo circa Pergamum urente ſacra profanaque, abſtrahere eum inde reſpectu rerum ſuarum potuiſſent. Ita Ætoli cum ſpe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimiſſi. Apuſtius cum Atta-

πρὸς τῇ Θρᾴκῃ. Item, Μένδη πόλις Θρᾴκης, Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φησιν. *Sigonius.*

1 *Canaſtrum Pallenes t. i. ſ. Toronæ promont.*] Canaſtrum promontorium, reliqua oppida Thraciæ ſunt: itemque qui ſequitur Acanthus: Stephanus. *Idem.*

2 *Sinum Maliacum*] Μαλιακὸν κόλπον Græci appellant. *Idem.*

3 *Sipyrrhicas Ætolus princeps legationis ejus fuit, qui*] Male in recentiſſimis erat omiſſum τὸ *ejus*: ſed etiam ſcribe: *quæ ad communicanda.* Ut referatur ad legationem. *J. F. Gron.*

4 *Heracleam venit*] Innumeræ ſunt hujus nominis urbes. Hæc in Theſſalia ad ſinum Maliacum eſt. *Sigonius.*

Attalo ad claſſem rediit. [1] inde conſultari de Oreo oppugnando cœptum. Valida ea civitas & mœnibus, & quia ante fuerat tentata, firmo erat præſidio. Conjunxerant ſe iis poſt expugnationem Andri cum præfecto Ageſimbroto, viginti Rhodiæ naves, tectæ omnes. eam claſſem in ſtationem [2] ad Zelaſium miſerunt (Iſthmiæ id ſuper Demetriadem promontorium eſt peropportune objectum) ut ſi quid inde moverent Macedonum naves, in præſidio eſſent. Heraclides præfectus regius claſſem ibi tenebat: magis per occaſionem, ſi quam negligentia hoſtium dediſſet, quam aperta vi quicquam auſurus. Oreum diverſi Romani, & rex Attalus oppugnabant: Romani à maritima arce, regii adverſus vallem inter duas jacentem arces, qua & muro interſepta urbs eſt. & ut loca diverſa, ſic diſpari modo etiam oppugnabant: Romani teſtudinibus & vineis, & ariete admovendo muris: regii balliſtis, catapultiſque, & alio omni genere tormentorum tela ingerentes. & pondere ingenti ſaxa jaciebant, [3] & cuniculos, & quicquid aliud priore oppugnatione expertum profuerat. Cæterum non plures tantum

tum

1 *Inde conſultari de Oreo opp. cœptum*] Senſus conſtat; ſed manus Livii quæritur. Liber Thuan. *inde excitari.* Quod haud dubie innuit *inde agitari.* 6, 1. *Tum de diebus religioſis agitari cœptum.* 9, 36. *Tum de perſequendo hoſte agitari cœptum.* 10, 21. *Tum de præſidio regionis agitari cœptum.* 22, 43. *Tum de inſequendo eo conſilia agitari cœpta.* Et paſſim. *Jac. Gron.*

2 *Ad Zelaſium miſerunt (Iſthmiæ id ſuper Demetriadem*] Glareanus *Poſidium:* ſed quæſivit in Theſſalia, quæ in Eubœa quærenda erant. Scribe: *ad Phalaſiam miſerunt (Iſtiææ id.* Nam Ptolemæo, Ὠρεὸς, Φαλασία ἄκρα, Δῖον ἄκρον. *Iſtiææ*, Straboni τῆς Ἱστιαιώτιδος. Lib. 10. Χωρίον ἐν τῇ Ὠρείᾳ καλουμένῃ τῆς Ἱστιαιώτιδος. Quare poſſis ſuſpicari: *Iſtiæotidos ſuper Demetriadem.* Etenim Ἱστιαῖα etiam πόλις Εὐβοίας Stephano, & coaluit cum Oreo, ut iidem Ἱστιαιεῖς qui Ὠρεῖται, teſte Strabone. Qui tamen mox, ut de diverſis loquitur: Ἐπεὶ δ᾽ ἡ Ἑλλοπία τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἱστιαίας καὶ τοῦ Ὠρεοῦ προσηγάγετο ἡμᾶς ποιήσασθαι, τὰ συνεχῆ λέγωμεν τοῖς τόποις τούτοις. Pauſanias lib. 7. Εὐβοέων Ἑστιαίαν πόλιν. *ſuper Demetriadem*, eſt è regione Demetriadis in alto mari. *J. F. Gron.*

3 *Et cuniculos & quicquid aliud*] His verbis aſteriſcum appoſuit Aldus: nec enim *jaci* dicuntur cuniculi, ſed *agi.* Suſpicor ſupereſſe τὸ *jaciebant* & ſcripſiſſe Livium: *regii baliſtis catapultiſque & alio omni genere tormentorum tela ingerentes & pondere ingenti ſaxa, & cuniculis.* Niſi potius: *tela ingerentes (& pondere ingenti ſaxa jaciebant) & cuniculis & quicquid.* Idem.

1 Tue-

tum Macedones, quam ante [1] tuebantur urbem arceſque, ſed etiam præſentioribus animis, [2] & caſtigationibus regis in admiſſa culpa, & ſimul minarum, ſimul promiſſionum in futurum memores, ita ut parum in expugnatione celeri ſpei eſſet. Interim & aliud agi poſſe ratus legatus, [3] relictis quot ſatis videbantur ad opera perficienda militibus, trajicit in proxima continentis: [4] Lariſſamque (non illam in Theſſalia nobilem urbem, ſed alteram, quam Cremaſten vocant) ſubito adventu, præter arcem, cepit. Attalus quoque, Ægeleon, nihil minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus, oppreſſit. Et jam quum opera in effectu erant circa Oreum: tum præſidium quod intus erat, labore aſſiduo, vigiliis diurnis pariter nocturniſque, & vulneribus confectum. Muri quoque pars ariete incuſſo ſubruta, multis jam locis prociderat: perque apertum ruina iter nocte Romani, quodque ſuper portum eſt, in arcem perruperunt. Attalus luce prima, ſigno ex arce dato ab Romanis, & ipſe urbem invaſit; ſtratis magna ex parte muris: præſidium oppidanique in alteram arcem perfugere, unde biduo poſt deditio facta. urbs regi, captiva corpora Romanis ceſſere. Jam autumnale
47 æquinoctium inſtabat: & eſt ſinus Euboicus, quem

Cœla

1 *Tuebantur urbem, ſed etiam*] Meliores ſcripti: *Caterum non plures tantum Macedones quam ante tuebantur urbem arceſque.* Habebat enim Oreum duas arces, ut conſtat ex ſuperioribus. Alii alludentes: *urbem regeſque.* J. F. Gron.

2 *Et caſtigationibus regis in admiſſa culpa & ſimul minarum*] Quid eſt *tuebantur urbem caſtigationibus*? aut Macedones *præſentioribus animis & caſtigationibus*? Scribe: *& caſtigationis regia in admiſſa culpa ſimul minarum, ſimul promiſſionum in futurum memores.* Quum peccaſſent antea, Philippus eos ſermonibus ita caſtigavit, ut partim minis, ſi culpam iterarent, partim pollicitis, ſi fortiter facerent, ageret. Hujus caſtigationis memores illos dicit. Vide ſupra lib. 28, 8. *Idem.*

3 *Relictis quod ſatis videbatur ad opera*] Non moverem, ſi ſcirem qua auctoritate vel Gryphius vel Curio deſecuiſſet poſt *perficienda* vocem *militibus*, quam habent veteres libri. Scribe: *relictis, quot ſatis videbantur ad opera perficienda, militibus trajicit.* Idem.

4 *Lariſſamque --- Cremaſten vocant*] Ptolemæus & Stephanus Κρεμαστὴν Λάρισσαν hanc Pelaſgiorum eſſe tradunt. *Sigonius.*

1 *Quem*

Cœla vocant, ſuſpectus nautis. itaque ante hiemales motus evadere inde cupientes, Piræeum, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Apuſtius triginta navibus ibi relictis, ſuper Maleam navigat Corcyram. Regem ſpatium Initiorum Cereris, ut ſacris intereſſet, tenuit. ſecundum Initia & ipſe in Aſiam ſe recepit; Ageſimbroto & Rhodiis domum remiſſis. Hæc ea æſtate terra marique adverſus Philippum ſocioſque ejus, à conſule & legato Romanis, adjuvantibus rege Attalo & Rhodiis geſta. Conſul alter C. Aurelius ad confectum bellum quum in provinciam veniſſet, haud clam tulit iram adverſus prætorem, quod abſente ſe rem geſſiſſet. miſſo igitur eo in Etruriam, ipſe in agrum hoſtium legiones induxit: populandoque, cum præda majore quam gloria bellum geſſit. L. Furius, ſimul quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret, ſimul Gallico triumpho imminens, [1] quem abſente conſule irato atque invidente facilius impetrari poſſe ratus, Romam inopinato quum veniſſet, ſenatum in æde Bellonæ habuit: expoſitiſque rebus geſtis, ut triumphanti ſibi in urbem invehi liceret,
48 petit. Apud magnam partem ſenatus, & magnitudine rerum geſtarum valebat, & gratia. majores natu negabant triumphum: & quod alieno exercitu rem geſſiſſet, & quod provinciam reliquiſſet aviditate rapiendi occaſionem triumphi; id vero eum nullo exemplo feciſſe. conſulares præcipue, exſpectandum fuiſſe conſulem dicebant. potuiſſe enim caſtris prope urbem poſitis, tutanda colonia, ita ut acie non decerneret, in adventum ejus rem extrahere. & quod prætor non feciſſet, ſenatui faciendum eſſe. Conſulem exſpectarent: ubi coram diſceptantes conſulem & prætorem audiſſent, verius de cauſſa exiſtimaturos eſſe. Magna pars ſenatus nihil præter

1 *Quem abſente conſule*] Hic τὸ *quem* videtur in ſequentibus expoſcere *rebatur*. Scribe ergo: *ſimul Gallico triumpho imminens, eumque abſente conſule irato atque invidente facilius impetrari poſſe ratus.* J. F. Gron.

1 *Quos*

ter res geſtas, & an in magiſtratu ſuiſque auſpiciis geſſiſſet, cenſebant ſpectare ſenatum debere. *Ex duabus coloniis, quæ velut clauſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent, quum una direpta & incenſa eſſet, trajecturumque id incendium velut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam eſſet, quid tandem prætori faciendum fuiſſe? Nam ſi ſine conſule geri nihil oportuerit, aut ſenatum peccaſſe, qui exercitum prætori dederit: (potuiſſe enim, ſi non cum prætoris, ſed conſulis exercitu rem geri voluerit, ita finire Senatuſconſultum, ne per prætorem, ſed per conſulem gereretur:) aut conſulem, qui non, quum exercitum ex Etruria tranſire in Galliam juſſiſſet, ipſe Arimini occurrerit, ut bello intereſſet, quod ſine eo geri fas non eſſet. Non exſpectare belli tempora moras & dilationes imperatorum. & pugnandum eſſe interdum, non quia velis, ſed quia hoſtis cogat. Pugnam ipſam, eventumque pugnæ ſpectari oportere. fuſos cæſoſque hoſteis: caſtra capta ac direpta: coloniam liberatam obſidione: alterius coloniæ captivos recuperatos, reſtitutoſque ſuis: debellatum uno prœlio eſſe. Non homines tantum ea victoria lætatos, ſed Diis quoque immortalibus per triduum ſupplicationes habitas: quod bene ac feliciter, non quod male ac temere reſpublica à L. Furio prætore geſta eſſet. Data fato etiam quodam Furiæ genti Gallica bella.* Hujus generis orationibus ipſius amicorumque, victa 49
eſt, præſentis gratia prætoris, abſentis conſulis majeſtas: triumphumque frequentes L. Furio decreverunt. Triumphavit de Gallis in magiſtratu L. Furius prætor. In ærarium tulit trecenta viginti millia æris, argenti centum ſeptuaginta millia pondo: neque captivi ulli ante currum ducti, neque ſpolia prælata, neque milites ſecuti; omnia, præter victoriam, penes conſulem eſſe apparebat. Ludi deinde à P. Cornelio Scipione, [1] quos conſul in

1 *Quos conſul in Africa voverat*] *Conſul* hic accipiendum eſt pro eo, qui cum conſulari prorogato imperio eſſet, ſiquidem numquam conſul in Africam venit Scipio. *Sigonius.*

Quos conſul in Afr. vov.] Immo *proconſul.* neque enim ſatisfacit explicatio Sigonii. Etiam Muretus codici ſuo adſcripſit *proconſule.* J. F. Gron.

in Africa voverat, magno apparatu facti. Et de agris militum ejus decretum, ut quot quiſque eorum annos in Hiſpania aut in Africa militaſſet, in ſingulos annos bina jugera acciperet. eum agrum decemviri aſſignarent. Triumviri inde creati ad ſupplendum Venuſinis colonorum numerum, quod bello Annibalis attenuatæ vires ejus coloniæ erant, [1] C. Terentius Varro, T. Quintius Flamininus, P. Cornelius Cn. F. Scipio. hi colonos Venuſiam adſcripſerunt. Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconſul Hiſpaniam obtinebat, magnum hoſtium exercitum in agro Sedetano fudit. quindecim millia Hiſpanorum eo prœlio dicuntur cæſa, ſigna militaria capta octo & ſeptuaginta. C. Aurelius conſul, quum ex provincia Romam comitiorum cauſſa veniſſet, non id, quod animis [2] præceperant, queſtus eſt, *Non exſpectatum ſe ab ſenatu, neque diſceptandi cum prætore conſuli poteſtatem factam: ſed ita triumphum decreviſſe ſenatum, ut nullius, niſi ejus, qui triumphaturus eſſet, haud eorum, qui bello interfuiſſent, verba audiret. Majores ideo inſtituiſſe, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adeſſent;* [3] *ut veritas rerum geſtarum ejus, cui tantus honos haberetur,*

1 *C. Ter. Varro, T. Quintius Flaminius, P. Corn. Cn. F. Sc. ii colonos Venuſiam adſcr.*] *Flamininus*, ut dixi, ſcribendum eſt. Item vet. lib. habent, *Hi colones*; pro *Venuſia* Plutarchus edit in Quintio, *Narniam*, & *Coſſam*, διὸ καὶ πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις Ναρνειάν τε καὶ Κώσσαν, ὁ Τίτος ἄρχων ᾑρέθη καὶ οἰκιστής. de quibus poſt Livius. *Sigonius.*

L. Quintius Flam.] Seu Venuſiæ, ut ait Livius, ſeu Narniæ & Coſæ, ut putat Plutarchus notante Sigonio, reſtituendæ præfuerit hic Quintius; apparet omnino Titum fuiſſe, non Lucium, ſive Plutarchum aſpicias, ſive priores Livii editiones, quibus accedit clare MS. Thuan. Itaque ejecto Lucio Titum reponere æquum cenſuimus. *Jac. Gron.*

2 *Præceperat, queſtus*] Vet. lib. *præceperant*, id eſt, Romani. *Sigonius.*

3 *Ut virtutes rerum geſt. --- publice viderentur*] Vet. lib. *videret*. Cæterum vox *virtutes*, ineptum continet ſenſum. Itaque pro certo habeo, *Veritas* eſſe reponendum, & pro *videret*, *videretur* eſſe legendum. Inſtituiſſe enim majores ait, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adeſſent, ut veritas rerum geſtarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur. Itaque ſubdit: *Neminem huic triumpho affuiſſe, quem percunctari ſenatus potuerit, quid veri prætor, vanique referret.* Et lib. 35. *Niſi quod aut prætores ex provinciis ſcriberent, aut legati renunciarent, nihil ratum haberi debere.* Idem.

1 Quid

[v]eretur, publice videretur. Ecquem ex eo exercitu, qui cum [G]allis pugnaverit, ſi non militem, lixam ſaltem fuiſſe, quem [p]ercunctari poſſet ſenatus, [1] *quid veri prætor vanive referret?* Comitiis deinde diem indixit: quibus creati ſunt conſules L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus. Prætores inde facti L. Quintius Flamininus, L. Valerius Flaccus, L. Villius Tappulus, [2] Cn. Bæbius Tamphilus. An- 50
nona quoque eo anno pervilis fuit. frumenti vim magnam ex Africa advectam ædiles curules M. Claudius Marcellus, & Sex. Ælius Pætus binis æris in modios populo diviſerunt: & ludos Romanos magno apparatu fecerunt: diem unum inſtaurarunt: ſigna ænea quinque ex mulctaticio argento in ærario poſuerunt. Plebeii ludi ab ædilibus L. Terentio Maſſa & Cn. Bæbio Tamphilo, quem prætorem deſignaverant, ter toti inſtaurati. Et ludi funebres eo anno per quatriduum in foro, mortis M. Valerii Lævini cauſſa à P. & M. filiis ejus facti: & munus gladiatorium datum ab iis. paria quinque & viginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta, decemvir ſacrorum, mortuus. in ejus locum [3] Manius Acilius Glabrio ſuffectus. Comitiis ædiles curules creati ſunt forte ambo, qui [4] ſtatim occipere magiſtratum non poſſent. [5] nam C. Cor-

1 *Quid veri prætor vanive referret*] Barberin. & Petav. *quid veri prætor inaniſve referret.* Cicero lib. 2 de Divin. *falſa & inania.* J. F. Gron.

2 *C. Bæb. Tamphilus*] *Cn. Bæbius Tamphilus*: ex conſulatu ejus Capitolino. *Sigonius.*

3 *M. Acilius Glabrio*] *M' Acilius*, ex conſulatu ejus Capitolino. *Idem.*

4 *Statim accipere magiſtratum*] *Occipere* legendum eſt, quod eſt idem, atque inire. Sic enim lib. 41. *Collegam qui extemplo magiſtratum occiperet, creavit.* Et libro 23. *Creatur Marcellus, qui extemplo magiſtratum occiperet.* Idem.

5 *Nam C. Cornelius abſens creatus erat, cum Hiſpaniam provinciam obtineret*] Multa affert hoc loco Glareanus, ut probet, aut huic libro partem deeſſe, aut Livium parum in ſcribendo vigilantem fuiſſe, quæ quia tota re diligenter inſpecta vana eſſe animadvertimus, ne quis in errorem ab eo impellatur, operæ pretium me facturum eſſe duxi, ſi qui per hæc tempora in Hiſpania cum imperio deinceps fuerint, ex Livii ſententia expoſuero. Anno DXXXII, P. Cornelius Scipio Cos. Hiſpaniam ſortitus eſt, ut ait Livius lib. 21. *Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.* Eodem Anno Cn. Cornelius Scipio Publii frater in Hiſpaniam venit, ait enim: *Ne tamen nuda auxilii Romanis Hiſpania eſſet, quam provinciam ſortitus erat,*

C. Cornelius Cethegus abſens creatus erat, quum Hiſpaniam obtineret provinciam; C. Valerius Flaccus, quem præſentem crearant, quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat: magiſtratum autem plus quinque dies, niſi qui juraſſet in leges, non licebat gerere. Petente Flacco, ut legibus ſolveretur; ſenatus decrevit, ut ſi ædilis qui pro ſe juraret, arbitratu conſulum daret; conſules, ſi eis videretur, cum tribunis plebis agerent, uti ad plebem ferrent. Datus qui juraret pro fratre [1] L. Valerius Flaccus, prætor deſignatus. tribuni ad

Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adverſus Aſdrubalem miſit. Anno DXXXIII. P. Scipio in Hiſpaniam venit prorogato poſt conſulatum imperio. Anno DXXXVIII. Ambo fratres interfecti ſunt, ut Livius lib. 25. *Anno ſexto poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus.* Anno DXXXIX: P. Scipio, P. F. qui poſt Africanus dictus eſt, cum imperio extra ordinem pro conſule miſſus eſt in Hiſpaniam, M. Junius Silanus proprætor ei ad res gerendas adjutor datus. Anno DXLIIII: P. Scipio L. Lentulo & L. Manlio Acidino provincia tradita, Romam redit, & quia ſine magiſtratu res geſſerat, triumphum non impetrat, Livius lib. 28. Anno DL. L. Lentulus proconſul rediens ex Hiſpania ob res bene per multos annos geſtas, quia ſine magiſtratu eas geſſerat triumphare non poteſt, permiſſum eſt, ut ovans urbem iniret. Hæc cum ſcripſerit Livius lib. 31, dum anni DL res geſtas exponit, tamen in eodem lib. poſt ſubdit, ita: *Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconſul Hiſpaniam obtinebat magnum hoſtium exercitum in agro Sedetano fudit.* Et paulo poſt ita: *Comitiis ædiles curules creati ſunt forte ambo, qui ſtatim occipere magiſtratum non poſſent. Nam C. Cornelius Cethegus abſens creatus erat, cum Hiſpaniam obtineret provinciam.* Et paulo poſt: *Et de altero ædile plebiſcitum eſt factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius ædilis curulis ad magiſtratum gerendum veniret, & L. Manlius Acidinus de provincia decederet multos poſt annos. Plebes Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania juſſit.* Ex his verbis intelligi poteſt, L. Cornelio Lentulo, qui ovans ingreſſus eſt, C. Cornelium Cethegum, C. autem Cethego Cn. Cornelium Lentulum in citeriore Hiſpania ſucceſſiſſe, L. autem Manlio Acidino poſt multos annos L. Stertinium in ulteriore. Anno DLIII: Sex prætores creati ſunt, id eſt, cum quatuor ante crearentur; bini additi ſunt, quorum alter citeriorem, alter ulteriorem Hiſpaniam ſortiretur. M. Helvius L. Stertinio, Cn. Sempronius Tuditanus C. Lentulo ſuffectus eſt, atque ita deinde prætores quotannis in Hiſpaniam miſſi ſunt, niſi cum provincia graviore forte vexata bello conſulare imperium deſideravit. Anno DLIIII: Cn. Cornelius Lentulus, qui pro conſule obtinuit Hiſpaniam ante Cn. Sempronium Tuditanum ovans urbem iniit. L. Stertinius ne triumphi quidem ſpem tentavit, lib. trigeſimo tertio. *Sigonius.*

1 *L. Valerius Flaccus, prætor*] Ita MS. Thuan. ita princeps editio, cum aliis. Cur igitur poſteriores cognomen omittunt? *Jac. Gron.*

ad plebem tulerunt, plebeſque ſcivit, ut perinde eſſet, ac ſi ipſe ædilis juraſſet. Et de altero ædile ſcitum plebis eſt factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius ædilis curulis ad magiſtratum gerendum veniret, & L. Manlius Acidinus decederet de provincia multos poſt annos. plebs Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania juſſit.

EPITOME

LIBRI XXXII.

Complura prodigia ex diverſis regionibus nunciata referuntur: inter quæ, in Macedonia in puppi longæ navis lauream eſſe natam. T. Quintius Flamininus conſul adverſus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugatumque coëgit in regnum reverti. Ipſe Theſſaliam, quæ eſt vicina Macedoniæ, ſociis Ætolis & Athamanibus, vexavit. L. Quintius Flamininus conſulis frater navali prœlio, Attalo rege & Rhodiis adjuvantibus, Eubœam [1] *& maritimam oram cepit. Achæi in amicitiam recepti ſunt. Conjuratio ſervorum facta de ſolvendis Carthaginienſibus obſidibus oppreſſa eſt. Prætorum numerus ampliatus eſt, ut ſeni crearentur. Cornelius Cethegus conſul Gallos Inſubres prœlio fudit. Cum Lacedæmoniis, & tyranno eorum Nabide amicitia juncta eſt. Præterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.*

Con-

1 ET *maritimam oram cepit*] Voſſ. caret τοῖς *oram cepit*. Gud. major τῷ *cepit*: quaſi ex præcedente membro intellectum velit τὸ *vexavit*, & *navali bello*. Sed Gudianus alter plenius: *Lucius Quintius Flamininus frater conſulis. Attalo rege & Rhodiis adjuvantibus in Eubœam & maritimam oram trajectus, Eretriam expugnavit*. J. F. Gron.

1 Con-

1 [1] COnſules, prætoreſque quum Idibus Martiis magiſtratum iniſſent, provincias ſortiti ſunt. L. Cornelio Lentulo Italia, P. Villio Macedonia: prætoribus, L. Quintio urbana, [2] Cn. Bæbio Ariminum, L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia evenit. Lentulus conſul novas legiones ſcribere juſſus: Villius à P. Sulpicio exercitum accipere. in ſupplementum ejus quantum militum videretur, ut ſcriberet, ipſi permiſſum. Prætori Bæbio legiones, quas C. Aurelius conſul habuiſſet, ita decretæ, ut retineret eas, donec conſul novo cum exercitu [3] ſuccederet. in Galliam ubi is veniſſet, omnes milites exauctorati domum dimitterentur, præter quinque millia ſocium. his obtineri circa Ariminum provinciam ſatis eſſe. Prorogato imperio prætoribus prioris anni; Cn. Sergio, ut militibus, qui in Hiſpania, Sicilia, Sardinia ſtipendia per multos annos feciſſent, [4] agrum aſſignandum curaret; Q. Minucio, ut in Bruttiis idem de conjurationibus quæſtiones, quas prætor cum fide curaque exercuiſſet, perficeret; & eos, quos ſacrilegii compertos in vinculis Romam miſiſſet, Locros mitteret ad ſupplicium: quæque ſublata ex delubro Proſerpinæ eſſent, reponenda cum piaculis curaret. Feriæ Latinæ Pontificum decreto inſtauratæ ſunt: quod legati ab Ardea queſti in ſenatu erant, ſibi in monte Albano Latinis carnem, ut aſſolet,

datam

1 *Conſules prætoreſque quum*] Videtur Livius ſcripſiſſe: *Conſulibus prætoribuſque, quum Idibus Martiis magiſtratum iniſſent, provincias ſortitis, L. Cornelio Lentulo Italia* Nam & nomen vulgo alterius conſulis abeſt: *L. Lentulo.* Sed, ut poſuimus, integre Barberin. & Petav. *J. F. Gron.*

2 *C. Bæbio Ariminum*] *Cn. Bæbio*, ut dixi. *Sigonius.*

3 *Succederet in Gallia*] Vet. lib. *in Galliam.* Idem.

4 *Agrum aſſignandum curaret*] Voſſ. *aſſignare.* Scribe, *aſſignari.* per menſores puta. Sed & alia parte laborat hæc periodos. Aut enim ſcribendum, *Prorogata imperia prætoribus prioris anni, Cn. Sergio, ut militibus:* aut, *Prorogato imperio prætores prioris anni, Cn. Sergius militibus, qui in Hiſpania, Sicilia, Sardinia, ſtipendia per multos annos feciſſent, agrum aſſignari curaret; Q. Minucius in Bruttiis idem.* J. F. Gron.

1 *Als*

datam non eſſe. [1] Abs Sueſſa nunciatum eſt, duas portas, quodque inter eas muri erat, de cœlo tactum, & Formiani legati ædem Jovis, item Oſtienſes ædem Jovis, & Veliterni Apollinis & Sanci ædes; & in Herculis æde capillum enatum: & ex Bruttiis ab Q. Minucio proprætore ſcriptum, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos eſſe. Inde à P. Sulpicio proconſule ex Macedonia literæ allatæ, in quibus inter cætera ſcriptum erat; lauream in puppi navis longæ enatam. Priorum prodigiorum cauſſa ſenatus cenſuerat, [2] ut conſules majoribus hoſtiis quibus Diis videretur, ſacrificarent. ob hoc unum prodigium aruſpices in ſenatum vocati, atque ex reſponſo eorum ſupplicatio populo in diem unum edicta, & ad omnia pulvinaria res divinæ factæ. Carthaginienſes eo an- 2
no argentum in ſtipendium impoſitum primum Romam advexerunt. id quia probum non eſſe quæſtores renunciaverant, experientibuſque pars quarta decocta erat, pecuniâ Romæ mutuâ ſumptâ, intertrimentum argenti ſuppleverunt. Petentibus deinde, ut, ſi jam videretur ſenatui, obſides ſibi redderentur; centum redditi obſides. de cæteris, ſi in fide permanerent, ſpes facta. Petentibus iiſdem, qui non reddebantur obſides, ut ab Norba, ubi parum commode eſſent, alio traducerentur; [3] conceſſum, ut Signiam & Ferentinum tranſirent. Gaditanis

1 *Abs Sueſſa nuntiatum eſt*] Hæc forma verbi male convenit cum illis, quæ ſequuntur, *Formiani legati, Oſtienſes, Veliterni.* Optime autem conveniet, ſi ſcribas *nuntiarunt.* Nuntiarunt, inquit, ab Sueſſa, & Formiani legati & Oſtienſes & Veliterni. *J. F. Gron.*

2 *Ut conſul majoribus hoſtiis,&c. ſacrificaret*] Ex Barb. & Petav. cæteriſque ſcribe: *ut conſules majoribus hoſtiis, quibus diis videretur, ſacrificarent.* Uterque etiam tum ad urbem erat, & utriuſque alibi quoque facit eam curationem noſter. Præcedenti libro: *ſenatuſque decrevit, uti conſules majoribus hoſtiis rem divinam facerent, quibus deis videretur.* Idem.

3 *Conceſſum ut Signiam, & F. tranſirent*] Hoc anno, qui eſt ab urbe condita DLI, conceſſum eſſe ait, ut obſides Carthaginienſium Signiam transferrentur Norba: at ſequenti anno hoc eodem in libro ait: *Carthaginienſium obſides Setiæ cuſtodiebantur.* Puto ergo hoc loco *Setiam* pro *Signia* reponendum

 dum

ditanis item petentibus remiſſum, ne præfectus Gadeis mitteretur, adverſus quod iis in fidem populi Romani venientibus, cum [1] Marcio Septimo conveniſſet. Et Narnienſium legatis, querentibus ad numerum ſibi colonos non eſſe, & immixtos quoſdam non ſui generis pro colonis ſe gerere, earum rerum cauſſa triumviros creare L. Cornelius conſul juſſus. creati Pub. & Sex. Ælii (Pætis fuit ambobus cognomen) & C. Cornelius Lentulus. [2] quod Narnienſibus datum erat, ut colonorum numerus cogeretur, id Coſani petentes non impe-
3 traverunt. Rebus, quæ Romæ agendæ erant, perfectis, conſules in provincias profecti. P. Villium, in Macedoniam quum veniſſet, atrox ſeditio militum jam ante irritata, nec ſatis in principio compreſſa excepit. [3] duo millia ea militum fuere, qui ex Africa poſt devictum Annibalem in Siciliam, inde anno fere in Macedoniam pro voluntariis tranſportati erant. id voluntate factum negabant: *Ab tribunis recuſantes in naves impoſitos. ſed utcumque,*

ſeu

dum. Nam de Setia propter ſeditionem in eo oppido propter obſides excitatam dubitari non poteſt. De Signia non ita certa hiſtoria eſt. *Sigonius.*

1 *L. Martio Septimio*] Veteres libri, *L. Marcio Septimo*, ut ante dixi. *Idem.*

2 *Quod Narnienſibus d. e. ut colon. n. augeretur, id Coſſani*, &c.] Plutarch. utramque deductam coloniam à T. Quintio tradit, ut ante dixi. De Coſſanis ſequenti hoc anno perfectum ſcribit Livius, verum non à Quinctio. *Idem.*

Quod Narnienſibus datum erat, ut colonorum numerus augeretur] MSS. Andreas & omnes antiquæ uſque ad Moguntinam: *cogeretur.* Primus mutavit Frobenius: qua auctoritate, ipſe viderit. Mihi quidem illud oppido elegantius. *Cogitur* numerus, qui conficitur, hic quidem partim, ut infra loquitur, cogendo redire in coloniam, qui alio diſſipati erant, partim adſcribendo novos, ſi quæ familiæ interierant. Sic *cogere militem, pecuniam, ſtipendium*, eſt cujuſque rei definitum numerum conficere: ſic *cogitur pecus*, ne quod exerret. Nec aliunde *agmen cogi* dixerunt, quod qui hoc faciebant, operam dabant, ne quis reſiſteret ac deficeret numerum. Sed, inquit vir doctus, obſtant verba lib. 33. *Coſanis eo die poſtulantibus, ut ſibi colonorum numerus augeretur mille adſcribi juſſi.* Sed hoc arripuiſſe videtur corrector iſte, ut illud mutaret. Cæterum utrobique idem dicit Livius. nam quum ſic præſens augetur colonorum numerus, ut deficientium loca ſuppleantur, idem nihil aliud quam cogitur. Adde lib. 31, 49 & lib. 37, 46. *J. F. Gron.*

3 *Duo millia militum fuere*] Sic voluit ex MSS. Gelenius: non, ut interpolaverunt: *duo millia ea militum.* Idem.

1 *Sen*

[1] *ſeu injuncta ſeu ſuſcepta foret militia; & eam exhauſtam, &*
finem aliquem militandi fieri æquum eſſe. Multis annis ſeſe I-
taliam non vidiſſe. conſenuiſſe ſub armis in Sicilia, Africa, Ma-
cedonia. Confectos jam ſe labore & opere, exſangues tot acce-
ptis vulneribus eſſe. Conſul, *cauſam poſtulandæ miſſionis pro-*
babilem, ſi modeſte peteretur, videri dixit. *ſeditionis nec eam,*
nec ullam aliam ſatis juſtam cauſſam eſſe. Itaque ſi manere ad
ſigna, & dicto parere velint, ſe de miſſione eorum ad ſenatum
ſcripturum. Modeſtia facilius quam pertinacia quod velint im-
petraturos. [2] Thaumacos eo tempore Philippus ſumma 4
vi oppugnabat aggeribus vineiſque: & jam arietem mu-
ris admoturus erat. cæterum incepto abſiſtere eum coë-
git ſubitus Ætolorum adventus, qui Archidamo duce
inter cuſtodias Macedonum mœnia ingreſſi, nec die nec
nocte finem ullum erumpendi, nunc in ſtationes nunc
in opera Macedonum faciebant. & adjuvabat eos natura
ipſa loci. namque Thaumaci à Pylis ſinuque Maliaco
per Lamiam eunti, loco alto ſiti ſunt; ipſis [3] faucibus
imminentes, quam Cœlen vocant: Theſſaliæque tranſ-
eunti

1 *Seu invita ſeu ſuſcepta foret militia*] Oxonienſis clare: *ſeu injuncta ſeu ſuſcepta foret militia.* Probo: eſt enim verbum onerum munerumque fungendorum. Lib. 5. *Hoc neque importunos decemviros injunxiſſe ſervitutis, ut perennem militiam facerent.* Tacitus in vita Agricolæ: *Ipſi Britanni delectum ac tributa & injuncta imperii munera impigre obeunt.* Plinius utrumque verbum etiam conjungit lib. 6 Epiſt. 16. *Quo libentius ſuſcipio, depoſco etiam, quod injungis.* J. F. Gron.

2 *Thaumacos*] Thaumacia oppidum ad Sinum Maliacum Stephan. & cæteri. *Sigonius.*

3 *Faucibus i. quam Cœlen voc.*] Vet. lib. *Quas Cœlen.* Idem.

Quam Cœlen vocant] Sigonius, *quas.* Alterum elegantius. Sic lib. 31. *Elephantis, quo auxilio tum primum Romani uſi ſunt.* Lib. 33. *Cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant.* Lib. 38. *Ex decem legatis, quod conſilium imperatoribus majores dederunt.* Cicero in Piſonem: *P. Rutilio, quod ſpecimen habuit hæc civitas innocentiæ.* Pompejus ad Cic. lib. 8 ad Attic. *Ex quibus tamen non amplius quatuordecim cohortes contrahere potui, quod Brundiſium præſidium miſi.* Ubi vulgo *quas* ſubjiciunt. Cicero apud Quintilianum 9, 3. *Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari.* J. F. Gron.

Quam Cœlen vocant] Si de integra regione ageretur, egregie ſtabilitam hanc lectionem pronunciarem; ut κοίλην ſumerem, quomodo Συρία κοίλη, & alias. Hic non Lamia dicitur fuiſſe appellata κοίλη, ſed fauces innuit Livius, Græcos interpretari ſolitos κοῖλα, ut & στενὰ paulo poſt: quod verum eſt, & ſic Græci hujus locum dixerunt κοῖλα Λαμίας. Itaque non poſſum oculos avertere à Thuan. & Voſſ. & S. Victoris in quibus eſt

 cœle,

eunti confragoſa loca, implicataſque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem eſt, repente velut maris vaſti, ſic immenſa panditur planities, ut ſubjectos campos terminare oculis haud facile queas. Ab eo miraculo Thaumaci appellati. nec altitudine ſolum tuta urbs, ſed quod ſaxo undique abſciſſo rupibus impoſita eſt. Hæ difficultates, & quod haud ſatis dignum tanti laboris periculique pretium erat, ut abſiſteret incepto Philippus, effecerunt. hiems quoque jam inſtabat, quum inde abſceſſit, & in Macedoniam in hiberna copias reduxit.
5 Ibi cæteri quidem, [1] data quantacunque quiete temporis, ſimul animos corporaque remiſerant. Philippum, quantum ab aſſiduis laboribus [2] itinerum pugnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum in univerſum eventum belli curæ angunt: non hoſtes modo timentem, qui terra marique urgebant: ſed nunc ſociorum, nunc etiam popularium animos, ne & illi ad ſpem amicitiæ Romanorum deficerent, & Macedonas ipſos cupido novandi res caperet. itaque & in Achaiam legatos miſit, ſimul

mul

cœle, pro *cœla*, ſive *quæ cœla*, ſive *quas cœla vocant*, ſcripſerit. Lib. præced. cap. 47. *Eſt ſinus Euboicus, quem Cœla vocant*. Jac. Gron.

1 *Data quantacunque quiete temporis*] Legendum: *quanticunque*. 22, 51. *Diei quod reliquum eſſet, noctiſque inſequentis quietem daret*. Idem.

2 *Itinerum pugnarumque laxaverat animum*] Remiſſus labor itinerum & prœliorum non tam animum reficit; quam membra, quæ exercitio illo & contentione fatigantur. Et de corpore velle intelligi Livium oſtendunt proxima; alios enim docet membris ſimul animoque avide quietem ſumſiſſe; regem quantum corpore ceſſarit, tanto magis exercitam mentem habuiſſe. Matteam plane lectionis hic inſipidi ſuſtulerunt librarii, quam bonum factum ut nos Livio ſtudioſiſque reguſtandam demus. Quæ nunc obtinet, à Sigiſmundo Gelenio eſt ante ſe vulgatum fuiſſe teſtato: *laxaverat animi*. Andreas: *laxaverant animis*. Barberin. Naud. Petav. Oxon. Voſſ. cum Aldina: *laxaverat animus*. Scribe me auctore: *Philippum quantum ab aſſiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum in univerſum eventum belli curæ angunt*. Latinos eleganter *annum*, ut Græci ἐνιαυτὸν, pro tempore anni, ὥρα ἔτυς, ſeu pro qualibet ejus parte dicere, varie eſt obſervatum. Hic igitur *annus*, illa pars, qua ceſſatur ab armis, hibernum nempe. Noſter lib. 6. *Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos & res inviſere ſuas*. Sic Statius *pigrum annum*, non quidem militiæ, ſed foro & cauſſarum patronis, dicit id tempus anni, quo res ſunt prolatæ. Ad Marcellum: *Certe jam Latia non miſcent jurgia leges, Et pacem piger annus habet, meſſeſque reverſæ Dimiſere forum*. J. F. Gron.

1 Red-

mul qui jusjurandum (ita enim pepigerant quotannis juraturos in verba Philippi) exigerent: ſimul qui [1] redderent Achæis Orchomenon, & Heræam, & Triphyliam: Eleis Alipheram, contendentibus, numquam eam urbem

1 *Redderent Achæis Orchomenon*, &c. *Eleis Alipheram contendentibus*] Achæi Philippi, Elei Romanorum fœderi erant adſcripti, ut lib. 29 tradit. Itaque abſurdum eſt dictu Eleos à Philippo Alipheram contendiſſe. Hac ego ratione ductus pro *Eleis*, reſtituendum puto, *illis*, ut item Achæos intelligamus, hoc ſenſu: Cum fidem ſociorum ſuorum ſuſpectam haberet Philippus, miſit in Achaiam legatos, qui jusjurandum exigerent;& Achæis Orchomenon, & Heræam & Triphyliam redderent. illis Alipheram poſtulantibus, reſponderi juſſit, numquam eam urbem ad Triphyliam attinuiſſe: proptereaque non Achæis, ſed ſibi ipſi reſtituendam eſſe, quæ una eſſet ex iis quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent. Rem autem ita eſſe oſtendit, cum addit: *Et cum Achæis quidem per hæc ſocietatem firmabat*. Hanc eandem ſententiam edidit etiam lib. 28. *Reddidit*, inquit, *Achæis Heræam, & Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod ſuorum jus eſſe finium ſatis probabant, reſtituit*: Ut mirer, cum ſatis aperte rem eo loco expreſſerit, cur eandem hoc etiam in loco iteraverit. *Sigonius*.

Eleis Alipheram contendentibus] Abſurdum eſt dictu Eleos à Philippo *Alipheram contendiſſe*, non ſolum quia Elei Romanorum fœderi erant adſcripti, ut obſervat Sigonius, ſed etiam quia ipſa phraſis importuna eſt, *contendere urbem* pro repetere vel vindicare. Sed legerat apud Ciceronem lib. 2 in Verrem: *& propter magnitudinem poteſtatis hic magiſtratus à populo ſumma ambitione contenditur*. Id huc congruere exiſtimavit: itaque reponit: *illis Alipheram contendentibus*. Sed ne reliquus quidem ſenſus accipi ſic patitur. Ita enim interpretatur: Illis Achæis Alipheram poſtulantibus reſponderi juſſit, nunquam eam urbem ad Triphyliam attinuiſſe: proptereaque non Achæis, ſed ſibi ipſi reſtituendam eſſe. Emendationem in contextum receperunt: ſed interpretationem nemo conſideravit. Quid enim ſibi ipſi? Utrum Philippo? nempe petit reſtitui ſibi, quam cum maxime poſſidet & præſidio impoſito. an Alipheræis? atqui neque factum illud neque voluit Philippus, neque illis verbis illum ſenſum expreſſiſſet Livius. Aliphera Megalopolitarum erat, una ex illis urbibus, quæ ad condendam Megalopolin ex concilio Arcadum contributæ fuerant. Ante complures annos eam ceperant Ætolorum auxilio duce Phyllida Elei: ab his Philippus, & urgente bello Romano, ut Achæos, quorum corporis erant Megalopolitæ, ſibi conciliaret, reddidit eam veteribus dominis. Id pridem dixerat Livius lib. 28, quem fruſtra in ſuam ſententiam Sigonius adducit, *Reddidit inde Achæis Heræam & Triphyliam: Alipheram autem Megalopolitis, quam ſuorum fuiſſe* (antequam ſcilicet ab Eleis & Ætolis caperetur) *finium ſatis probabant, reſtituit*. Jam prope manibus tenes non poſſe aliter apud Livium legi quam hoc modo: *ſimul qui redderent Achæis Orchomenon, & Heræam & Triphyliam, Megalopolitis Alipheram, contendentibus nunquam eam urbem fuiſſe ex Triphylia, ſed ſibi debere reſtitui, quia una eſſet ex iis, quæ ad condendam*, &c. Verba illa, quæ Sigonius putavit eſſe reſponſum aut fruſtrationem Philippi, ſunt Megalopolitarum jus ſuum explicantium. Itaque *contendentibus* eſt dictantibus, adſeveran-

urbem fuiſſe ex Triphylia, ſed ſibi debere reſtitui: quia una eſſet ex iis quæ [1] ad condendam Megalopolim ex concilio Arcaduni contributæ forent. Et cum Achæis quidem per hæc ſocietatem firmabat. Macedonum animos ſibi conciliavit cum Heraclide. nam quum eum maximæ invidiæ ſibi eſſe cerneret multis criminibus oneratum, in vincula conjecit, ingenti popularium gaudio. Bellum, ſi quando umquam ante alias, cum magna cura apparavit, exercuitque in armis & Macedonas & mercenarios milites: principioque veris cum Athenagora, omnia externa auxilia, quodque levis armaturæ erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quæ [2] ad Antigoniam fauces ſunt (Stena vocant Græci) miſit. Ipſe poſt paucis diebus graviore ſecutus agmine, quum ſitum omnem regionis adſpexiſſet, maxime idoneum ad muniendum locum credidit eſſe, [3] præter amnem Aoum. is inter montes, quorum alterum Æropum, alterum Aſnaum incolæ vocant, anguſta valle fluit; iter exiguum ſuper ripam præbens: Aſnaum Athenago-

ſeverantibus, magna contentione allegantibus, non eſſe eam partem Triphyliæ, ut communi Achæorum cum cætera Triphylia traderetur, ſed ſuæ privatim ditionis eſſe. Quum in antiquiſſimo ſcripto aliquot literæ vocis, *Megalopolitis*, evanuiſſent, ex reſtante cauda ejus librarii fecerunt *Eleis*. J. F. Gron.

1 *Ad condendam Megalopolim*] Andreas Romæ, *Megalepolim*. Mediolani mutatum eſt. Pet. *Megalempolim*. Voſſ. *Megalẽpolin*. Significant *Megalenpolin*. Quippe & Græcis ſæpius, Stephano, Polybio, Plutarcho ἡ Μεγάλη πόλις. Polybius lib. 2. Μετὰ τὴν τῆς Μεγάλης πόλεως ἅλωσιν. Plutarchus in Philopœmene: προσαγαγὼν τῇ Μεγάλῃ πόλει. Iterum Polybius lib. 4. καὶ συνῆγε τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Μεγάλην πόλιν. Apud Strabonem bis habetur verſus Comici: ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγαλόπολις. Poſteriore loco legitur Μεγάλη πόλις. Quin & hoc libro infra cap. 22 Voſſ. *Megalipolitani* & mox *Megalipolitanos*, ut videatur *Megalepolitani* & *Megalepolitanos* voluiſſe. Etſi lib. 28 omnes *Megalopolitis*: ut & Græci. Qui & in nummis fere Νεοπολιτῶν & Νεοπολίτης. *Idem*.

2 *Ad Antigoniam fauces ſ. Sthena*] *Antigoniam* omnes in Epiro tradunt. *Stena* aut. ſcribendum eſt. Plutarch. in Quint. καὶ τὰ Στενὰ φυλάττοντι πολὺν ἤδη χρόνον. *Sigonius*.

3 *Præter Amnem Aoum*] Plin. lib. 3 cap. 23 *Aoum* ponit inter Dyrrachium atque Apolloniam, atque antiquitus *Ænata* dictum perhibet. Strabo lib. 7 eadem de Aoo, ſed Apolloniam ſuper eo eſſe ad ſtadia diſtantem decem. *Glareanus*.

nagoram cum levi armatura tenere ac communire jubet :
ipſe in Æropo poſuit caſtra. Qua abſciſſæ rupes erant,
ſtatio paucorum armatorum tenebat ; quæ minus tuta
erant , alia foſſis , alia vallis , alia turribus muniebat.
Magna tormentorum etiam vis (ut miſſilibus procul
arcerent hoſtem) idoneis locis diſpoſita eſt. tabernacu-
lum regium pro vallo in conſpecto maxime tumulo , ut
terrorem hoſtibus , ſuiſque ſpem ex fiducia faceret , po-
ſitum. [1] Conſul per Charopum Epirotem certior factus, 6
quos ſaltus cum exercitu inſediſſet rex , & ipſe quum
Corcyræ hibernaſſet , vere primo [2] in continentem tra-
jectus , ad hoſtem ducere pergit. quinque millia ferme
ab regiis caſtris quum abeſſet , loco munito relictis le-
gionibus , ipſe cum expeditis progreſſus ad ſpeculanda
loca , poſtero die concilium habuit , utrum per inſeſ-
ſum

1 *Cos. per Charopum Epirotem*] Plut. in Quint. τὸ Χάϱοπα vocat. itemque is qui de viris Illuſtribus ſcripſit. Veter. libri habent etiam *Charopem*. Sigonius.

Per Charopum Epirotem] Χάϱοπα non modo Plutarchus in Quintio, ſed etiam pluribus locis vocat Polybius. Scio ut *Harpax* Plauto in Pſeudolo reddatur *Harpagus*, ut φύλαξ φύλακος, ut Θϱᾷξ *Thraca palus* , *Arabs Arabo rore*. Tamen quia video fideliter ubique noſtrum Græca nomina ex Polybio expreſſiſſe , neque adeo differre , niſi ubi corruptus eſt , quod aliquot exemplis oſtenſum , adſentior Sigonio , tertia potius declinatione quoque *Charopem* , & alibi *Charopis* , *Charope* dixiſſe. Neque meis auribus durius accidit *Charops* quam *Pelops*. Nec in Archonte primo eorum , qui denis annis præfuerunt , id mutavit Vellejus. Scripti partis hujus Livii , qui in Bibliothecis videntur hactenus , admodum antiqui non ſunt , ut mirum non ſit in talibus omnes eſſe depravatos. *J. F. Gron.*

2 *In continentem trabeatus a. h. ducere p.*] Vox *Trabeatus* prodigii ſimilis eſt. Vet. lib. *Tralatus* , quod placet , ut ſit è Corcyra in continentem , id eſt , in Epirum cum tranſtuliſſet ſeſe. Paulo poſt : *Corcyram tranſvectus*. Sigonius.

In continentem tralatus] Et hoc ab Sigonio eſt : nam vulgares ante , *trabeatus* , quod monſtrum & calamo exarati fere ſervant. Venetæ membranæ cœnobii Antoniani expreſſe : *in continentem trajectus*. Id quod pro Liviano vendito. Lib. 21. *Exercitus Placentiam eſt perductus , in Pado trajectus Cremonam.* Infra hoc libro 32. *Hac ſumma redemti in Bœotiam inermes trajecti*. Et ſic Andreas præcedenti libro cap. 45. *Ab Delio , qui ex parte trajecti eo fuerant*. At Aldina & poſteriores , *tranſvecti*. Si tamen malis *tranſvectus* , non valde repugnabo : præſertim cum exarati manu codices hujus partis plerumque pro hac voce *travectus* habeant : quæ ſcriptura facilius potuit in *trabeatus* corrumpi. Sic infra cap. 16. *Cum duabus quinqueremibus Corcyram travectus*. J. F. Gron.

1 Sena-

ſum ab hoſte ſaltum, quamquam labor ingens, periculumque proponeretur, tranſitum tentaret: an eodem itinere, quo priore anno Sulpicius Macedoniam intraverat, circumduceret copias. Hoc conſilium per multos dies agitanti nuncius venit, T. Quintium conſulem factum, ſortitumque provinciam Macedoniam, maturato itinere jam Corcyram trajeciſſe. Valerius Antias, intraſſe ſaltum Villium tradit, & quia recto itinere nequierit, omnibus à rege inſeſſis, ſecutum vallem, per quam mediam fertur Aous amnis, ponte raptim facto in ripam, in qua erant caſtra regia tranſgreſſum, acie conflixiſſe: fuſum, fugatumque regem, caſtris exutum: duodecim millia hoſtium eo prœlio cæſa, capta duo millia & ducentos: & ſigna militaria centum triginta & duo, equos ducentos triginta. ædem etiam Jovi in prœlio votam, ſi res proſpere geſta eſſet. Cæteri Græci Latinique auctores, quorum quidem ego legi annales, nihil memorabile à Villio actum, integrumque bellum inſequen-
7 tem conſulem, T. Quintium accepiſſe tradunt. Dum hæc in Macedonia geruntur, conſul alter L. Lentulus, qui Romæ ſubſtiterat, comitia cenſoribus creandis habuit. Multis claris petentibus viris creati cenſores P. Cornelius Scipio Africanus, & P. Ælius Pætus. hi magna inter ſe concordia, & [1] ſenatum ſine ullius nota legerunt: & [2] portoria venalium Capuæ Puteoliſque item Caſtrorum portorium, quo in loco nunc oppidum eſt, fruendum locarunt: colonoſque eo trecentos (is enim numerus finitus ab ſenatu erat) adſcripſerunt, & ſub Tifatis Capuæ agrum vendiderunt. Sub idem tempus L. Manlius Acidinus ex Hiſpania decedens, prohibitus à [3] M. Porcio Læca tribuno plebis, ne ovans rediret, quum ab

1 *Senatum legebant*] Vet. lib. *Legerunt* recte: Sequitur enim *locarunt*. Sigonius.

2 *Portoria venalitium*] Vet. lib. *Venalium*. Idem.

3 *M. Porcio Lecca*] *Laca* ex vetuſtis argenteis nummis. *Idem*.

ſenatu impetraſſet, privatus urbem ingrediens mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri in ærarium tulit. Eodem anno [1] Cn. Bæbius Tamphilus, qui ab C. Aurelio conſule anni prioris provinciam Galliam acceperat, temere ingreſſus Gallorum Inſubrium fines prope cum toto exercitu eſt circumventus: ſupra ſex millia & ſexcentos milites amiſit. tanta ex eo bello, quod jam timeri deſierat, clades accepta eſt. Ea res L. Lentulum conſulem ab urbe excivit. qui ut in provinciam venit plenam tumultus, trepido exercitu accepto, prætorem multis probris increpitum provincia decedere, atque abire Romam juſſit. Neque ipſe conſul memorabile quicquam geſſit; comitiorum cauſſa Romam revocatus, quæ ipſa per [2] M. Fulvium, & Manium Curium tribunos plebis impediebantur: quod T. Quintium Flamininum conſulatum ex quæſtura petere non patiebantur. [3] *Jam ædilitatem, præturamque faſtidiri: nec, per honorum gradus documentum ſui dantes, nobiles homines tendere ad conſulatum, ſed* [4] *tranſcendendo media, ſumma imis continuare.* Res ex campeſtri certamine in ſenatum venit. Patres cenſuerunt, *Qui honorem, quem ſibi capere per leges liceret, peteret, in eo populo creandi quem velit, poteſtatem fieri æquum eſſe.* In auctoritate Patrum fuere tribuni. Creati conſules Sex. Ælius Pætus, & T. Quintius Flamininus. Inde Prætorum comitia habita. creati L. Cornelius

Meru-

1 *C. Bebius Pamphilus*] *Cn. Bæbius Tamphilus*, ut ſupra. *Sigonius.*

2 *M. Fulv. & M. Curium tribb. plebis*] *M'. Curium* lego, ex Plutarcho in Quintio: τῶν δὲ περὶ Φούλβιον καὶ Μάνιον δημάρχων ἐνισταμένων. quamquam vulgo mendoſe legitur Μάλλιον pro Μάνιον, ut ſæpe alias. *Manius* certe prænomen Curiis familiariſſimum eſt. *Idem.*

3 *Jam ædilitatem prat. que faſtidiri*] Plutarchus Quintium ad conſulatum perveniſſe ait, non ædilitate ſolum & prætura, ſed etiam tribunatu plebis omiſſis, neque intelligit Quintium quia patricius erat, tribunatum plebis ne petere quidem per leges potuiſſe, propterea de eo nihil Livius. Ille autem ita: τὰς διὰ μέσου καὶ συνήθεις τοῖς νέοις ἀρχὰς ὑπερβάντα, δημαρχίαν, καὶ στρατηγίαν, καὶ ἀγορανομίαν. Idem in Apophtheg. *idem.*

4 *Tranſcendendo media*] An *medio*? id eſt, eo quod medium eſt inter ſumma & ima. *J. F. Gron.*

Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Helvius, qui ædiles plebis fuerant. ab iis ludi plebeii inſtaurati: & epulum Jovis fuit ludorum cauſſa. Et ab ædilibus curulibus C. Valerio Flacco flamine Diali, & C. Cornelio Cethego ludi Romani magno apparatu facti. [1] Ser. & C. Sulpicii Galbæ pontifices eo anno mortui ſunt. in eorum locum M. Æmilius Lepidus, & Cn.
8 Cornelius Scipio pontifices ſuffecti ſunt. Sex. Ælius Pætus, T. Quintius Flamininus conſules magiſtratu inito ſenatum in Capitolio quum habuiſſent, decreverunt Patres, *ut provincias Macedoniam atque Italiam conſules compararent inter ſe, ſortirenturve. Utri eorum Macedonia eveniſſet, in ſupplementum legionum tria millia militum Romanorum ſcriberet, & trecentos equites. item ſociorum Latini nominis quinque millia peditum, quingentos equites.* Alteri conſuli novus omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni conſuli prorogatum imperium eſt: vetituſque aut ipſe provincia decedere prius, aut veterem exercitum deducere, quam cum legionibus novis conſul veniſſet. [2] Sortiti conſules provincias. Ælio Italia, Quintio Macedonia evenit. Prætores, L. Cornelius Merula, urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Sardiniam, C. Helvius Galliam eſt ſortitus. Delectus inde haberi eſt cœptus. nam præter conſulares exercitus [3] prætores quoque juſſi ſcribere milites erant. Marcello in Siciliam quatuor millia peditum ſociûm Latini nominis, & trecentos equites; Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, ducentos equites: ita ut hi prætores ambo quum in provincias veniſſent, veteres dimitterent

1 *Ser. Sulpitius & L. Galba pont.*] Lege *Ser. & C. Sulpicii Galbæ pontifices.* Servius creatus pontifex fuerat anno CCCCLVII, Cajus vero CCCCLIII. *Sigonius.*

2 *Sortiti conſules provincias. Ælio Italia*] Scribe: *Sortitis conſulibus provincias, Ælio Italia, Quintio Macedonia evenit.* Sic magis frequentat noſter. *J. F. Gron.*

3 *Prætores quoque juſſi ſcribere milites erant. Marcello in Siciliam*] Sic jam ab Andrea. Sed filum orationis flagitat, *Marcellus:* & mox, *Cato in Sardiniam.* non *Catoni.* Idem.

rent pedites equiteſque. Attali deinde regis legatos in ſe-
natum conſules introduxerunt. Hi, regem claſſe ſua,
copiiſque omnibus terra marique Romanam rem juva-
re, quæque imperarent Romani conſules, impigre at-
que obedienter ad eam diem feciſſe, quum expoſuiſ-
ſent, *Vereri* dixerunt, *ne id præſtare ei per Antiochum re-
gem ultra non liceret. vacuum namque præſidiis navalibus, ter-
reſtribuſque regnum Attali Antiochum invaſiſſe. Itaque Atta-
lum orare Patres conſcriptos; ſi ſua claſſe, ſuaque opera uti
ad Macedonicum bellum vellent, mitterent ipſi præſidium ad re-
gnum ejus tutandum: ſi id nollent, ipſum ad ſua defendenda
cum claſſe ac reliquis copiis redire paterentur.* Senatus lega-
tis ita reſponderi juſſit, *Quod rex Attalus claſſe, copiiſque
aliis duces Romanos juviſſet,* [1] *id gratum ſenatui fore. Auxi-
lia nec ipſos miſſuros Attalo adverſus Antiochum, ſocium &
amicum populi Romani: nec Attali auxilia retenturos ultra
quam regi commodum eſſet. Semper populum Romanum alie-
nis rebus arbitrio alieno uſum. & principium & finem in pote-
ſtate ipſorum, qui ope ſua velint adjutos Romanos, eſſe. Le-
gatos ad Antiochum miſſuros, qui nuncient, Attali, navium-
que ejus & militum opera adverſus Philippum communem ho-
ſtem uti populum Romanum.* [2] *Gratum eum facturum & ſe-
natui, ſi regno Attali abſtineat, belloque abſiſtat. Æquum eſſe,
ſocios & amicos populi Romani reges, inter ſe quoque ipſos pa-
cem ſervare.* Conſulem T. Quintium, ita habito dele- 9
ctu, ut eos fere legeret, qui in Hiſpania aut Africa me-
ruiſſent ſpectatæ virtutis milites, properantem in pro-
vinciam

1 *Id gratum ſenatui eſſe*] Membranæ: *id gratum ſenatui fore.* Nempe crediderunt pro accepto beneficio repræſentandam, non promittendam eſſe gratiam: itaque mutarunt, cum acciperent *gratum eſſe* pro placere, voluptatem adferre. At ſenſit auctor, ejus rei memorem fore ſenatum gratiis opera reque referendis. Perinde ut lib. 4. *Suadendo, monendo, pollicendoque, gratum id ſingulis privatim, gratum univerſo ſenatui fore.* hoc eſt, & ſingulos Patres & univerſum ſenatum gratiam relaturos. *J. F. Gron.*

2 *Gratum eum facturum ſenatui*] Scripti & vett. ed. *& ſenatui.* Suſtulit particulam Gelenius. Fortaſſe; *adverſus Philippum communem hoſtem utenti populo Romano gratum eum facturum & ſenatui.* Buſlid. *futurum:* unde Rubenius: *Gratum ei futurum & ſenatui.* Idem.

vinciam [1] prodigia nunciata, atque eorum procuratio, Romæ tenuerunt. De cœlo tacta erant, via publica Veiis, forum & ædes [2] Jovis Lanuvii: Herculis ædes Ardeæ, Capuæ murus & turres, & ædes, quæ Alba dicitur. Cœlum ardere viſum erat Arretii. terra Velitris trium jugerum ſpatio caverna ingenti deſederat. Sueſſæ Auruncæ nunciabant agnum cum duobus capitibus natum: & Sinueſſæ porcum humano capite. Eorum prodigiorum cauſſa ſupplicatio unum diem habita. & conſules rebus divinis operam dederunt; placatiſque Diis profecti in provincias ſunt. Ælius cum C. Helvio prætore in Galliam, exercitumque ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, prætori tradidit, ipſe novis legionibus, quas ſecum adduxerat, bellum geſturus. neque memorabilis rei quicquam geſſit. Et T. Quintius alter conſul maturius, quam priores ſoliti erant conſules, à Brunduſio quum tranſmiſiſſet, Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus octingentis. Ab Corcyra in proxima Epiri quinqueremi trajecit: & in caſtra Romana magnis itineribus contendit; inde Villio dimiſſo, paucos moratus dies, dum ſe copiæ ab Corcyra aſſequerentur, conſilium habuit, [3] utrum recto itinere per caſtra hoſtium viam facere conaretur: an ne tentata quidem re tanti laboris ac periculi, [4] per Daſſaretios potius Lycumque tuto circuitu Macedoniam intraret. Viciſſetque ea ſententia, ni timuiſſet, ne, quum [illegible] à ma-

1 *Prodigia nuntiata, atque eorum procuratio Romæ retinuerunt*] Melius Oxonienſis & Voſſ. *Romæ tenuerunt.* Lib. 44, 9. *Et ne quid profectionem ſuam teneret.* Ita namque fuit in ſcripto & habent antiquiores editiones: ubi recentiſſimæ, *retineret.* Jam alibi par mendum notavimus. *J. F. Gron.*

2 *Jovis Lanuvii*] Vet. lib. *Lavinii.* Sigonius.

3 *Utrum recto itinere per caſtra hoſtium viam facere*] Iterum cum Oxonienſi & Voſſ. malo: *per caſtra hoſtium vim facere conaretur.* Etſi non ignorem ſummi poëtæ; *Fit via vi*; idemque opportune alibi Livius. Lib. 27. *Veritus ne inter cunctationem ſuam conſul aliquam vim faceret.* Lib. 36. *Satis fidens nunquam ea vim Romanum exercitum facturum.* J. F. Gron.

4 *Per Daſſaretios pot. Lingumque*] *Per Daſſaritios potius; Lycumque*, ut ſupra oſtendi ex Plutarcho, & veteribus libris. *Sigonius.*

Quo-

à mari longius receſſiſſet, miſſo è manibus hoſte, ſi (quod antea fecerat) ſolitudinibus ſilviſque ſe tutari rex voluiſſet, ſine ullo effectu æſtas extraheretur. Utcunque eſſet igitur, illo ipſo tam iniquo loco aggredi hoſtem placuit. ſed magis fieri id placebat, quam [1] quomodo fieret, ſatis expediebat. Dies quadraginta ſine ullo conatu ſedentes in conſpectu hoſtium abſumpſerant. Inde ſpes data Philippo eſt, per Epirotarum gentem tentandæ pacis. habitoque concilio delecti ad eam rem agendam, Pauſanias prætor, & Alexander magiſter equitum, Conſulem & regem, ubi in arctiſſimas ripas Aous cogitur amnis, in colloquium adduxerunt. Summa poſtulatorum conſulis erat, præſidia ex civitatibus rex deduceret. iis, quorum agros, urbeſque populatus eſſet, redderet res, quæ comparerent. cæterorum æquo arbitrio æſtimatio fieret. Philippus *aliam aliarum civitatum conditionem eſſe* reſpondit. *quas ipſe cepiſſet, eas liberaturum. Quæ ſibi traditæ à majoribus eſſent, earum hereditaria ac juſta poſſeſſione non exceſſurum. ſi quas quererentur belli clades eæ civitates, cum quibus bellatum foret;* [2] *arbitrio quo vellent populorum, cum quibus pax utriſque fuiſſet, ſe uſurum.* Conſul, [3] *Nihil ad id quidem arbitrio aut judice opus eſſe*, dicere. *Cui enim non apparere, ab eo qui prior arma intuliſſet, injuriam ortam?* [4] *nec Philippum ab ullis laceſſitum, ipſum priorem vim omnibus feciſſe.* Inde quum ageretur, quæ civitates liberandæ eſſent, [5] Theſſalos primos omnium nominavit conſul. ad id vero adeo accenſus indignatione eſt rex, ut excla-

1 *Quomodo id fieret, ſatis expediebat*] Tolle τὸ *id*: quod nec priſcæ editiones agnoſcunt: dein ſcribe, *expediebatur*, vel *expediebant*, J. F. Gron.

2 *Arbitrio quo vellent populorum*] Lege: *quorum vellent*. Idem

3 *Nihil ad id quidem arbitrio aut judice*] An non potius *arbitro*? Idem.

4 *Nec Philippum ab ullis laceſſitum priorem*] Lege cum vett. libris: *laceſſitum, ipſum priorem.* Non otioſum eſt, quod omittitur vulgo, pronomen. Vide ad lib. 22, 26. Memineris etiam τὸ *Nec* ſenſu dividere in *Et non*: ut crebro Poëtæ. Senſus enim: cui etiam non apparere Philippum non ab ullo, vel à nemine, &c. *Idem*.

5 *Theſſalos primos omnium nomi. c.*] Vet. lib. *Theſſalonicam primam omnium.* Sigonius.

exclamaret, *quid victo gravius imperares* T. *Quinti?* atque ita ſe ex colloquio proripuit. & temperatum ægre eſt, quin miſſilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter ſe consererent. Poſtero die per excurſiones ab ſtationibus primo in planitie ſatis ad id patenti multa levia commiſſa prœlia ſunt: deinde recipientibus ſe regiis in arcta & confragoſa loca, aviditate accenſi certaminis eo quoque Romani penetravere. Pro his ordo, & militaris diſciplina, [1] & genus armorum erat, aptum urgendis regiis: pro hoſte loca, & catapultæ balliſtæque, in omnibus prope rupibus, quaſi in muris diſpoſitæ. Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis: quum etiam, ut in prœlio juſto, aliquot cecidiſſent, nox pu-
11 gnæ finem fecit. Quum in hoc ſtatu res eſſet, paſtor quidam à Charopo principe Epirotarum miſſus deducitur ad conſulem. Is ſe in eo ſaltu, qui regiis tunc oneratus caſtris erat, armentum paſcere ait: omnes montium eorum anfractus calleſque noſſe. Si ſecum aliquos mittere velit, non iniquo, nec perdifficili aditu [2] ſupra caput hoſtium

1 *Et gen. arm. erat aptum urgendis regiis*] In veteribus libris aliquot, *aptum prœlium jungendis*, in aliis, *prœlium gerendum*: ego, *aptum prœlium gerentibus*. Nam duas illas voces *urgendis regiis* quas intulit Gelenius ne ipſe quidem certas habet, verum aſteriſco notandum locum cenſet. *Sigonius.*

Genus armorum erat aptum urgendis regiis: pro hoſte] Utcumque Gelenius modeſte de hac correctione loquatur, nihil tamen hic alienum puto. Certe Sigonianum commentum: *genus armorum erat aptum prœlium gerentibus:* (ſine contumelia tanti viri dictum volo) hieme, non modo Gallica, ſed etiam Sarmatica frigidius judico. Hoc ſatis notum eſt, credo, non inepte fuiſſe unquam armatos Romanos ad prælium gerendum: ad hoc genus certaminis aliquid ipſis commodi fuiſſe in armatu ſuo explicandum erat. Olim vulgo: *ad amplum prœlium gerendum. contra illis loca.* Barberinus: *erat amplum jungendis carior his robuſta loca.* Petav. *amplum coingendis cariores his robuſta loca.* Voſſ. *erat ad prœlium cariora his roboſta loca.* Ubi licet corruptiſſimis in verbis ſatis apparent veſtigia Gelenianæ lectionis. Si quid ei addendum, forte eſt: *erat aptum urgendo cominus.* Ex *cominus* facile factum *cariora his*: ſcimuſque quoties ad manus ventum eſſet, iis ipſis, quæ recenſet Livius, ordine & diſciplina & genere armorum omnibus nationibus Romanos præſtitiſſe. Infra: *Sed ad loca anguſta, haud late patente intervallo muri, genus armorum pugnæque hoſti aptius erat.* J. F. Gron.

2 *Supra caput hoſtium deducturum*] Scribo: *educturum.* Eſt enim hoc nonnunquam in altum ducere: ut *molem* vel *turrim educere* dicimus. *Idem.*

1 Ita

hoſtium deductorum. Hæc, Charopus renunciari jubet, [1] ita crederet, ut ſuæ potius omnia, quam illius poteſtatis eſſent. Quum magis vellet credere quam auderet conſul, mixtumque gaudio ac metu animum gereret, auctoritate motus Charopi, experiri ſpem oblatam ſtatuit: & ut averteret rem à ſuſpicione, biduo inſequenti laceſſere hoſtem, diſpoſitis ab omni parte copiis, ſuccedentibuſque integris in locum defeſſorum, non deſtitit. [2] Quatuor millia inde lecta peditum & trecentos equites tribuno militum tradit. Equites, quoad loca patiantur, ducere jubet: ubi ad invia equiti ventum ſit, in planitie aliqua locari equitatum; pedites qua dux monſtraret viam, ire: [3] ubi, ut polliceatur, ſuper caput hoſtium perventum ſit, fumo dare ſignum: nec ante clamorem tollere, quam ab ſe ſigno accepto pugnam cœptam arbitrari poſſet. Nocte itinera fieri jubet: & pernox forte luna erat: interdiu cibi quietiſque ſumeret tempus. ducem promiſſis ingentibus oneratum, ſi fides exſtet, vinctum tamen tribuno tradidit.

1 *Ita crederet ut ſuæ potius omnia quam illius poteſtatis eſſent*] Non injuria Glareanus obſcurum ait eſſe horum verborum ſenſum. Poteſt autem ſenſus non unus dari. Vel, huic homini ita fidat, ut ipſum potius in poteſtate ſuorum, quos cum illo erat miſſurus habeat, quam ſuos ei ſecure committat atque in poteſtatem dedat. Vel, quam mihi crederes, ſi ego me ducem fore promitterem, tam huic, licet, credas. Hoc videtur confirmare Plutarchus: *γνώσιν δὲ τῆς πίστεως παρείχοντο καὶ βεβαιωτὴν Χάροπα τὸν Μαχάταν.* Parum enim certum notorem vademque dediſſet ſuæ fidei paſtor, qui ultro moneret, ne nimium illi fideretur. Is ſenſus videtur requirere, ut legamus: *ut ſi ſuæ.* Cicero: *mihi ita fideliter præſto fuit, ut ſi eſſet à me manumiſſus.* Nam quod Quinctius nihilominus eum vinctum tribuno tradidit, providentiam decuit ducis: non hoc prohibet tamen, quo minus ſuam pro illo fidem interpoſuerit Charops. Denique poſſunt & ſic accipi, ut videatur Charops non quidem diffidentia, ſed ſpe certa eventus, & voluntate paſtoris, & quo major fides fieret Quinctio, ultro hominem offerre ad vincula & quamvis arctam cuſtodiam, dum promiſſa præſtaret. *J. F. Gron.*

2 *Quatuor millia*, &c. *tradit*] Hoc ſic Plutarch. in Quintio: *ἐκπέμπει χιλίαρχον ἕνα πεζοὺς ἔχοντα τετρακισχιλίους, καὶ ἱππεῖς τριακοσίους. Sigonius.*

3 *Ubi ut polliceatur*] Scripti & editi veteres *pollicerentur*. Quod cur mutarent ratio non erat. Sed alia hic levicula corrigenda erant: nimirum, *arbitrari poſſent*: &, *interdiu cibi quietiſque ſumere tempus*. Pro *poſſet* & *ſumeret*. Denique iidem libri veteres: *ſi fides exſtaret*. non *exſtet*. J. F. Gron.

dit. [1] His copiis ita dimiſſis, eo intentius Romanus un-
12 dique inſtat capi ſtationes. Interim die tertio quum verticem, quem petierant, Romani cepiſſe, ac tenere ſe fumo ſignificarent; tum vero trifariam diviſis copiis conſul valle media cum militum robore ſuccedit: cornua dextra lævaque admovet caſtris. nec ſegnius hoſtes obviam eunt: & dum aviditate certaminis provecti extra munitiones pugnant, haud paullo ſuperior eſt Romanus miles, & virtute & ſcientia, & armorum genere. Poſteaquam multis vulneratis interfectiſque recepere ſe regii in loca aut munimento aut natura tuta, verterat periculum in Romanos; temere in loca iniqua, nec faciles ad receptum anguſtias progreſſos. neque impunita temeritate inde recepiſſent ſeſe, ni clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam cœpta, amentes repentino terrore regios feciſſet. Pars in fugam effuſi ſunt: [2] pars, quia magis locus fugæ deerat, quam quod animi ſatis eſſet ad pugnam, quum ſubſtitiſſent; ab hoſte, & à fronte & ab tergo urgente, circumventi ſunt. Deleri totus exercitus potuit, [3] ſi fugientes perſecuti victores eſſent: ſed equitem anguſtiæ locorumque aſperitas, peditem armorum gravitas impediit. Rex primo effuſe ac ſine reſpectu fugit: dein quinque millium ſpatium progreſſus, quum ex iniquitate locorum, id quod erat, ſuſpicatus eſſet, ſequi non poſſe hoſtem, ſubſtitit in tumulo quodam, dimiſitque ſuos per omnia juga valleſque, qui palatos in unum colligerent.

Non

1 *His copiis ita dimiſſis, eo intentius Romanus undique inſtat capere ſtationes*] Omnes ſcripti & veteres cuſi ante Moguntinum: *inſtat capi ſtationes.* Vulgatæ architecti τὸ *Romanus* de milite acceperunt: at Livius, ut alibi, deſignat conſulem: ille inſtat capi, id eſt, urget milites, ut eorum opera, capiantur ſtationes & ex iis pellatur hoſtis. Notum eſt illud Afri: *ego illud negare factum, ille inſtat factum.* Plautus Mercatore: *Inſtare factum ſimia.* Hoc eſt, perſtare, urgere dicendo & iterando, factum eſſe. Sic *ille inſtat capi*, perſtat jubendo & adigendo ad id militem, ut capiantur. *J. F. Gron.*

2 *Pars, quia magis locus fugæ deerat*] Tranſpoſitæ particulæ. Scribe: *pars magis, quia locus fugæ deerat, quam,* &c. Et hoc quoque Mureto viſum. *Idem.*

3 *Si fugientes perſecuti victores*] Clarius erit, ſi legas, *fugientem.* Idem.

1 *Non*

[1] Non plus duobus millibus hominum amiſſis, cætera omnis multitudo, velut ſignum aliquod ſecuta, in unum quum conveniſſet, frequenti agmine petunt Theſſaliam. Romani quoad tutum fuit inſecuti, cædentes ſpolianteſque cæſos, caſtra regia, etiam ſine defenſoribus, difficili aditu, diripiunt: atque ea nocte in ſuis caſtris manſerunt. Poſtero die conſul per ipſas anguſtias, qua ſe in- 13
ter valles flumen inſinuat, hoſtem ſequitur. [2] Rex primo die ad caſtra Pyrrhi pervenit. locus quem ita vocant, eſt in Triphylia terra Melotidis. inde poſtero die ingenti

1 *Non plus d. m. h. amiſſis*] Plutarchus ſic: ἔπεσον δὲ δισχιλίων οὐ πλείους. *Sigonius.*

2 *Rex primo die ad caſtra Pyrrhi perv. locus, quem ita vocant, eſt in Triphylia, terra Melotidos. inde poſtero die i. it. a. & m. u. in m. L. p. I. montes Epiri,* &c.] Pyrrhi caſtra locum eſſe celeberrimum non longe à Lacedæmone conſtat inter omnes. Nam & ipſe libro trigeſimo quinto ita ait: *Et Nabis recepto Gytheo cum expedito exercitu inde profectus, cum præter Lacedæmonem raptim duxiſſet, Pyrrhi, quæ vocant, caſtra occupavit.* Et Polybius libro quinto, ubi de alio Philippi bello ait ita: ὁ δὲ Φίλιππος τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὰς Ἀμύκλας. αἱ δ' Ἀμύκλαι καλούμεναι τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. τῇ δ' ἐπιούσῃ πορθῶν ἅμα τὴν χώραν εἰς τὸν Πύῤῥου καλούμενον κατέβη χάρακα. Quæ cum ita ſint, merito dubitari poterit, cur, cum de prœlio ad fauces Epiri facto Livius ſcribat, primo die fugatum regem ad caſtra Pyrrhi in Triphyliam perveniſſe; eſt autem Peloponneſi regio Triphylia; poſtero autem in montes Epiri Macedoniæ, Theſſaliæque interjectos, dicat. Neque n. hac oratione quicquam eſſe poteſt abſurdius. Difficilis, & magna hæc quæſtio eſt, nec niſi hæc verba tollantur, explicari poteſt, *Locus, quem ita vocant, eſt in Triphylia terra Melotidos.* Cur autem inducenda cenſeam, eſt, quod ea ex albo, ut ſæpe fit, in hiſtoriam conjecta ab inſcio librario puto. Qui autem ea in albo libri notarat, id interpretandi cauſa fecerat. Loci autem, qui in Peloponneſo eſt, ſplendor illum ipſum Liviana verba non ſatis attendentem, decepit. Neque enim dubitandum eſt, quin ejus nominis locus alter in Epiro fuerit, in quo Pyrrhus regnavit, de quo hoc loco intelligendum ſit. Nam de eo, qui eſt ad Lacedæmonem intelligi nullo modo poteſt. Accedit, quod ſi hæc verba Livii eſſent, libro trigeſimo quinto, ubi iterum Pyrrhi caſtra nominat, non dixiſſet, *Quæ vocant*, cum ſatis hic locum eſſe hujus nominis docuiſſet. Puto præterea legendum *in montem Lyncon.* Nam Λύγκος oppidum eſt Epiri, auctore Stephano, quo nomine mons etiam forte præditus eſt. Vett. habent *Lyricon.* Idem.

In Triphylia terra Melotidis] Sigonius hoc membrum delet. Fortaſſis: *eſt Stymphaliam inter & Elimiotidem.* nam Elis cum ſua Triphylia hinc longe. Livius lib. 44. *Quartam regionem Eordæi & Lynceſtæ & Pelagones incolunt: juncta his Atintania & Stymphalis & Elimiotis.* Στυμφαλίας Γυρτώνιον habet Ptolomæus. Diodorus lib. 20 Polyſperchonta cum reduceret Herculem Alexandri filium, caſtra oppoſita Caſſandro

ti itinere agminis (& metus urgebat) in montem Lingon perrexit. ipſi montes Epiri ſunt, interjecti Macedoniæ, Theſſaliæque. Latus, quod vergit in Theſſaliam, oriens ſpectat: ſeptentrio à Macedonia objicitur. Veſtiti frequentibus ſilvis ſunt. juga ſumma, campos patentes, aquaſque perennes habent. Ibi ſtativis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo eſt, utrum protinus in regnum ſe reciperet, [1] an reverti in Theſſaliam poſſet. [2] inclinavit ſententia, ſuum in Theſſaliam agmen dimitteret, Triccamque proximis limitibus petit: inde obvias urbes raptim peragravit. Homines, qui ſequi poſſent, ſedibus excibat: oppida incendebat: rerum ſuarum, quas poſſent, ferendarum ſecum dominis jus fiebat: cætera militis præda erat. nec quod ab hoſte crudelius pati poſſent, reliqui quicquam fuit, [3] quam quæ ab ſociis patiebantur. Hæc etiam facienti Philippo acerba erant, ſed è terra mox futura hoſtium, corpora ſaltem eripe-

ſandro habuiſſe περὶ τ̃ καλχυμβίλω Στυμφαλίω. *J. F. Gron.*

Inde poſtero die ingenti itinere agminis (& metus urgebat] Lege: *die (ingens iter agminis, ſed metus urgebat) in montem.* Idem.

1 *An reverti in Theſſaliam poſſet*] Vox, *poſſet*, ineptam affert ſententiam. Mallem, *præſtaret*. Nam cum eſſet ſcriptum *præſtet*, factum eſt ab inſcio, *poſſet*. *Præſtaret* autem pro *præſtantius eſſet*. Sigonius.

An reverti in Theſſaliam præſtaret] Ita quidem Sigonius de conjectura: nam vetus omnis lectio; *fluctuatus animo eſt, utrum protinus in regnum ſe reciperet, an reverti in Theſſaliam poſſet.* Inepta, ut cauſſatur ille, ſententia. Nihil profecto minus: eſt enim hoc, an reverti auderet, an commode & ſine magno periculo reverteretur. Neque enim poëtarum ſolum eſt, quod obſervavit Guilhelmus Canterus, verbum *poſſe* venuſtatis magis quam neceſſitatis cauſſa aliis jungere: ut *potuiſſe* aliquem *facere* vel *dicere* pro feciſſe vel dixiſſe uſurpent. Noſter lib. 43. *Hic tam multiplex undique objectus terror effecit, ne ſuſtinere primam procellam eruptionis Romani poſſent.* Potuiſſent utique, ſi ducem Romano nomine dignum habuiſſent, niſi incompoſiti, longo agmine effuſi, infrequentes veniſſent: & erat omnis ille terror vanus adverſus vere æſtimantes. Sed hoc vult dicere: *ne ſuſtinerent*. Infra hoc libro: *Concionem Argivorum poſtulabat rex, ut id ſciri poſſet.* Id eſt, ut ſciretur, cognoſceretur. Sic Plautus: *Poſſum ex te hodie ſcire?* J. F. Gron.

2 *Inclinavit ſententia, ſuum in Theſſaliam agmen dimitteret*] Quo ſuum? Forte: *citum in Theſſaliam agmen demittere, Triccamque.* Idem.

3 *Quam quæ ab ſociis patiebantur*] Supervacuum τὸ *quæ*, aut mutandum in *tum*. Nec fuit, inquit, reliqui quicquam, quod ab hoſte poſſent pati crudelius, quam tum patiebantur à ſociis. *Idem.*

1 *Nec*

eripere ſociorum volebat. ita evaſtata ſunt oppida, Phacium, Ireſiæ, Euhydrium, Eretria, Palæphatus. Pheras quum peteret, excluſus, quia res egebat mora ſi expugnare vellet, [1] nec tempus erat; omiſſo incepto, in Macedoniam tranſcendit. Nam, etiam Ætolos appropinquare fama erat. qui audito prœlio, quod circa amnem Aoum factum erat, proximis prius evaſtatis [2] circa Sperchias & Macran (quam vocant) Comen, tranſgreſſi inde in Theſſaliam Cymines & Angeas primo impetu potiti ſunt. à Metropoli dum vaſtant agros, concurſu oppidanorum ad tuenda mœnia facto, repulſi ſunt. Callithera inde aggreſſi, ſimilem impetum oppidanorum pertinacius ſuſtinuerunt: compulſiſque intra mœnia qui eruperant, contenti ea victoria, quia ſpes nulla admodum expugnandi erat, abſceſſerunt. Theuma inde, & Calathana vicos expugnant, diripiuntque. Achorras per deditionem receperunt. [3] Xyniæ ſimili metu à cultoribus deſertæ ſunt. Hoc ſedibus ſuis extorre agmen in præſidium incidit, [4] quod Athamanum, quo tutior frumentatio eſſet, ducebatur: incondita inermiſque multitudo, mixta imbelli turba, ab armatis cæſa eſt. Xyniæ deſertæ diripiuntur. Cyphara inde Ætoli capiunt, opportune Dolopiæ imminens caſtellum. Hæc raptim intra paucos dies ab Ætolis geſta. Nec Amynander atque Athamanes poſt famam proſperæ pugnæ Romanorum quieverunt. Cæterum Amynander, quia ſuo mi- 14
liti parum fidebat, petito ab conſule modico præſidio, quum Gomphos peteret, [5] oppidum protinus nomine Phe-

1 *Nec tempus erat; omiſſo incepto*] Voſſ. erat, *eo miſſo incepto*. J. F. Gron.

2 *Circa Sperchias*] Ad ſinum Maliacum urbs eſt, quæ Σπερχειὰ dicitur à Ptolemæo & Stephano. *Sigonius.*

3 *Xyniæ deſertæ ſunt*] Xynia, inquit Stephanus, urbs Theſſaliæ. *Idem.*

4 *Quod Athamanum, quo tutior frumentatio eſſet*] Buſlid. *quod Taumacum.* Unde Rubenius: *quod Thaumacos.* Ego ſuſpicabar, *Ithomen*. Strabo lib. 9. χωρίον ἱδρυμένον μεταξὺ τεσσάρων φρουρίων, Τρίκκης τε καὶ Μητροπόλεως, καὶ Πελινναίου καὶ Γόμφων· τῆς δὲ Μητροπολιτῶν ἐστι χώρας ἡ Ἰθώμη. *J. F. Gron.*

5 *Oppidum p. n. Phecam*] Hoc oppidum libro priore Phecadum nominavit. *Sigonius.*

Phecam, ſitum inter Gomphos fauceſque anguſtas, quæ, ab Athamania Theſſaliam dirimunt, vi cepit. inde, Gomphos adortus, & per aliquot dies ſumma vi urbem tuentes, quum ſcalas ad mœnia erexiſſet, eodem metu perpulit ad deditionem. [1] Hæc traditio Gomphorum, ingentem terrorem Theſſalis intulit. dedidêre deinceps ſeſe, qui Argenta, quique Pherinum, & Thimarum, & Liſinas, & Stimonem, & Lampſum habent, aliaque caſtella juxta ignobilia. Dum Athamanes Ætolique ſummoto Macedonum metu, in aliena victoria ſuam prædam faciunt, Theſſaliaque à tribus ſimul exercitibus, incerta quem hoſtem, quemve ſocium crederet, vaſtatur; conſul faucibus, quas fuga hoſtium aperuerat, in regionem Epiri tranſgreſſus, etſi probe ſcit cui parti, Charopo principe excepto, Epirotæ faviſſent; tamen quia ab ſatisfaciendi quoque cura imperata enixè facere videt, ex præſenti eos potius, quam ex præterito æſtimat habitu, [2] & ipſa facilitate veniæ animos eorum in poſterum conciliat. Miſſis deinde nunciis Corcyram, ut onerariæ naves in ſinum venirent Ambracium; ipſe progreſſus modicis itineribus, quarto die [3] in monte Cercetio poſuit caſtra eodem Amynandro cum ſuis auxiliis accito; non tam virium ejus egens, quam ut duces in Theſſaliam haberet. ab eodem conſilio, & plerique Epirota-
15 rum voluntarii inter auxilia accepti. [4] Primam urbium Theſſa-

1 *Hæc deditio Gomphorum ingentem*] Scripti omnes: *Hæc traditio Gomphorum*. Quid opus fuit mutare? Lib. 37. *Legationes finitimas ab Eleunte & Dardano & Rhæteo, tradentes in fidem civitates ſuas benigne audivit.* J. F. Gron.

2 *Et ipſa facilitate*] A Curione eſt. Scripti & editi ab Andrea ad Frobenium uſque: *& ea ipſa facilitate*. Idem.

3 *In monte Cercetio*] Plin. Montium Cercetorum meminit in Theſſalia. Ptolemæus montis Cercetesii, *Cerceticum* tamen eſſe legendum docet Stephanus, qui ait: Πιαλία, πόλις Θεσσαλικὴ ὑπὲρ τὸ Κερκετικὸν ὄρος· τὸ ἐθνικὸν Πιαλιεύς. *Siganius*.

4 *Primam urb. Theſſaliæ Phaleriam*] Vet. lib. *Phaleram*: ex Coſmographis, *Phalaram* ſcribendum eſt, ut ſupra etiam admonui. *Idem*.

Pr. urb. Theſſaliæ Phaleriam] Si eſt eadem, quam appellavit lib. 27, non dubito quin & hic *Phalara* dixerit: &, *Captu Phalaris*: &, *Phalara incenſa & direpta*. Stephanus: Φάλαρα, πόλις Θετταλίας, πλησίον Λαμίας· τὸ ἐθνικὸν Φαλαρεύς. Sed idem; Φαλάρη, πόλις Θετ-[Θετταλίας]

Theſſaliæ Phaleriam eſt aggreſſus. duo millia Macedonum in præſidio habebat, qui primo ſumma vi restiterunt, quantum arma, quantum mœnia tueri poterant: ſed oppugnatio continua, non die non nocte remiſſa; quum conſul in eo verti crederet cæterorum Theſſalorum animos, ſi primi vim Romanam non ſuſtinuiſſent; vicit pertinaciam Macedonum. Capta Phaleria, legati [1] à Metropoli & à Piera dedentes urbes venerunt. venia eiſdem petentibus datur. Phaleria incenſa ac direpta eſt. [2] Inde Æginium petit. quem locum quum vel modico præſidio tutum ac prope inexpugnabilem vidiſſet, paucis in ſtationem proximam telis conjectis, ad Gomphorum regionem agmen vertit. digreſſuſque in campos Theſſaliæ, quum jam omnia exercitui deeſſent, quia Epirotarum pepercerat agris; explorato ante, utrum Leucadem ac ſinum Ambracium onerariæ tenuiſſent; frumentatum Ambraciam invicem cohortes miſit. & eſt iter à Gomphis Ambraciam, ſicut impeditum ac difficile, ita ſpatio perbrevi. Intra paucos itaque dies, tranſvectis à mari commeatibus, repleta omni rerum copia ſunt caſtra. [3] Inde Atracem eſt profectus. decem ferme millia ab Lariſſa abeſt: ex Perræcia oriundi ſunt: ſita eſt urbs ſuper

Θετταλίας· ταύτην Ῥιανὸς Φαλωρείαν καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν Φαλωρείτης. Denique & Phalachthia Theſſaliæ Ptolomæo. *J. F. Gron.*

1 *A Metropoli & à Piera*] Metropolis una eſt in Theſſalia. Porro autem *Pialia* legendum, quæ, ut ait Stephanus, eſt in Theſſalia, ut dixi paulo ante, non *Pieria*, quæ in Bœotia eſt. *Sigonius.*

2 *Inde Æginium pet.*] Hoc in Illyrio ſtatuit Stephanus. *Idem.*

3 *Inde ad Rhagen eſt profectus*] Non eſt nauci illa *Rhage.* Scribe: *Inde Atracem eſt profectus.* Strabo lib. 9. ὑπόκειται δ᾽ αὐτῆς Ἄτραξ ἐν τετταράκοντα σταδίοις τοῦ ποταμοῦ (Πηνειοῦ) πλησιάζουσα καὶ αὐτή· τὴν δ᾽ ἀνὰ μέσον ποταμίαν εἶχον Περραιβοί. Vides ut mox Livius: *ex Perræbia oriundi ſunt: ſita eſt urbs ſuper Peneum amnem.* Eam fruſtra obſedit Quintius. Unde lib. 33. *Philippus acceptæ ad Aoum fluvium in anguſtiis cladi, ter à Macedonum phalange, ad Atracem vi pulſos Romanos opponebat.* Hoc nomen ſuſpicari queas corruptum eſſe & inferius cap. 17. *Conſul interim omnium ſpe longiorem atrocioremque oppugnationem habuit.* Venit aliquando in mentem: *longiorem Atracis oppugnationem habuit:* vel *ad Atracem.* Sic olim jam prior Editio noſtra. Poſtea & eruditum Horrionem *Atracem* pro *Rhage* reponendum obſervaſſe vidimus. *J. F. Gron.*

Ad

ſuper Peneum amnem. Nihil trepidavêre Theſſali ad primum adventum Romanorum. Et Philippus ſicut in Theſſaliam ipſe progredi non audebat, ita intra Tempe ſtativis poſitis, ut quiſque locus ab hoſte tentabatur,
16 præſidia per occaſiones ſubmittebat. Sub idem fere tempus, quo conſul adverſus Philippum primum in Epiri faucibus caſtra poſuit, & L. Quintius frater conſulis, cui claſſis cura maritimæque oræ imperium mandatum ab ſenatu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram tranſvectus, poſtquam profectam inde claſſem audivit, nihil morandum ratus, quum [1] ad Zamam inſulam aſſecutus eſſet, dimiſſo L. Apuſtio, cui ſucceſſerat; tarde inde ad Maleam, trahendis plerumque remulco navibus, quæ cum commeatu ſequebantur, pervenit. A Malea, juſſis cæteris quantum maximè poſſent maturatè ſequi, ipſe tribus quinqueremibus expeditis Piræeum præcepit, accepitque naves ibi relictas ab L. Apuſtio legato ad præſidium Athenarum. Eodem tempore duæ ex Aſia claſſes profectæ, una cum Attalo rege: (eæ quatuor & viginti quinqueremes erant) Rhodia altera, viginti navium tectarum. Ageſimbrotus præerat. hæ circa Andrum inſulam claſſes conjunctæ, Eubœam inde exiguo diſtantem freto trajecerunt. Caryſtiorum primum agros vaſtarunt: deinde ubi Caryſtus præſidio à Chalcide raptim miſſo, firma viſa eſt, ad Eretriam accesserunt. Eodem & L. Quintius cum iis navibus, quæ Piræei fuerant, Attali regis adventu audito venit, juſſitque,

1 *Ad Zamnam inſul. aſſequutus*] L. Quintium ſcribit Corcyra profectum claſſem ad Zamnam inſulam eſſe aſſequutum. Quæſtio exiſtit, quæ ſit hæc inſula, quæ à Corcyra ad Maleam navigantibus occurrat? Glareanus mendoſe eſſe pro *Zacyntho* ait, ego pro *Same.* in veteribus enim libris eſt, *Zamam*, non *Zamnam*. De hac inſula Pomponius: *In Ionio Prote, Hyria, Cephallenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, Ithaca.* Et Plinius libro IV cap. 12. *Cephallenia, Zacynthus, Ithaca, Dulichium, Same. Cephallenia quondam Melæna dicta. Same diruta à Romanis adhuc tamen oppida tria habet.* Et Virgilius libro 3. *Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua ſaxis.* Alii Samen urbem Cephalleniæ eſſe ſcripſerunt. *Sigonius.*

ſitque, ut quæ ex ſua claſſe veniſſent naves, Eubœam
peterent. Eretria ſumma vi oppugnabatur: nam & trium
junctarum claſſium naves omnis generis tormenta ma-
chinaſque ad urbium excidia ſecum portabant: & agri
affatim materiæ præbebant ad nova molienda opera. Op-
pidani primo haud impigre tuebantur mœnia: deinde
feſſi vulneratique aliquot, quum & muri partem ever-
ſam operibus hoſtium cernerent, ad deditionem inclina-
runt. ſed præſidium erat Macedonum, quos non minus
quam Romanos metuebant: & Philocles regius præfe-
ctus à Chalcide nuncios mittebat, ſe in tempore affutu-
rum, ſi ſuſtinerent obſidionem. Hæc mixta metu ſpes,
ultra quam vellent aut quam poſſent, trahere eos tem-
pus cogebat. deinde, poſteaquam Philoclem repulſum,
trepidantemque refugiſſe Chalcidem acceperunt, orato-
res extemplo ad Attalum veniam fidemque ejus petentes
miſerunt. Dum in ſpem pacis intenti, ſegnius munera
belli obeunt, & ea modo parte, qua murus dirutus erat,
cæteris neglectis, ſtationes armatas opponunt; Quin-
tius noctu ab ea parte, quæ minime ſuſpecta erat, impe-
tu facto, ſcalis urbem cepit. Oppidanorum omnis mul-
titudo cum conjugibus ac liberis in arcem confugit:
deinde in deditionem venit. Pecuniæ aurique & argen-
ti, haud ſane multum fuit: ſigna, tabulæ priſcæ artis,
ornamentaque ejus generis plura, quam pro urbis ma-
gnitudine, aut opibus cæteris inventa. Caryſtus inde re- 17
petita, unde priuſquam è navibus copiæ exponerentur,
omnis multitudo urbe deſerta in arcem confugit. Inde
ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. oppi-
danis extemplo vita ac libertas conceſſa eſt: Macedoni-
bus [1] trecenti nummi in capita ſtatutum eſt pretium: &
ut armis traditis abirent. Hac ſumma redempti, in
Bœotiam inermes trajecti. Navales copiæ duabus claris
urbi-

1 *Trecenti nummi*] Thuan. plane, *treceni.* 22, 52. *In capita Romana tre-cenis nummu quadrigatis.* Jac. Gron.

1 *Con-*

urbibus Eubœæ intra dies paucos captis, circumvectæ Sunium Atticæ terræ promontorium, [1] Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Conſul interim omnium ſpe longiorem atrocioremque oppugnationem habuit: & ea, qua minimum credidiſſet, reſiſtebant hoſtes. nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore: ſi aditum armatis in urbem patefeciſſet, fugam inde cædemque hoſtium fore, qualis captis urbibus fieri ſolet. cæterum, poſteaquam parte muri arietibus decuſſa, per ipſas ruinas tranſcenderunt in urbem armati; illud principium velut novi atque integri laboris fuit. nam Macedones, qui in præſidio erant & multi & delecti, gloriam etiam egregiam rati, ſi armis potius & virtute, quam mœnibus urbem tuerentur; conferti, pluribus introrſus ordinibus acie firmata, quum tranſcendere ruinas ſenſiſſent Romanos, per impeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id conſul ægre paſſus, nec eam ignominiam, ad unius modo expugnandæ moram urbis, ſed ad ſummam univerſi belli pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum penderet, purgato loco, qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promovit: & cohortes invicem ſub ſignis, quæ cuneum Macedonum (phalangem ipſi vocant) ſi poſſent, vi perrumperent, emittebat. Sed ad loca anguſta, haud late patente intervallo diruti muri, genus armorum pugnæque hoſti aptius erat. ubi conferti haſtas ingentis longitudinis præ ſe Macedones objeciſſent, velut in conſtructam denſitate clypeorum teſtudinem, Romani pilis nequicquam emiſſis quum ſtrinxiſſent gladios; neque congredi propius, neque præcidere haſtas poterant: & ſi quam incidiſſent aut præfregiſſent, haſtile fragmento ipſo acuto

inter

1 *Cenchreas Corinth. emporium*] Stephanus oppidum & navale Corinthiorum eſſe ſcribit, itemque cæteri. *Sigonius.*

1 *Par-*

inter ſpicula integrarum haſtarum velut vallum explebat. Ad hoc & muri pars adhuc integra utraque tuta præſtabat latera [1]: nec ex longo ſpatio aut cedendum, aut impetus faciendus erat. quæ res turbare ordines ſolet. Acceſſit etiam fortuita res ad animos eorum firmandos. nam quum turris per aggerem parum denſati ſoli ageretur, rota una in altiorem orbitam depreſſa ita turrim inclinavit, ut ſpeciem ruentis hoſtibus, trepidationemque inſanam ſuperſtantibus armatis præbuerit. Quum 18
parum quicquam ſuccederet, conſul minime æquo animo comparationem militum generis armorumque fieri patiebatur: ſimul nec maturam expugnandi ſpem, nec rationem procul à mari, & in evaſtatis belli cladibus locis, hibernandi ullam cernebat. itaque relicta obſidione, quia nullus in tota Acarnaniæ atque Ætoliæ ora portus erat, qui ſimul & omnes onerarias, quæ commeatum exercitui portabant, caperet; & tecta ad hibernandum legionibus præberet; Anticyra in Phocide in Corinthium verſa ſinum, ad id opportuniſſime ſita viſa; quia nec procul Theſſalia, hoſtiumque locis abibant: & ex adverſo Peloponneſum exiguo maris ſpatio diviſam; ab tergo Ætoliam Acarnaniamque, ab lateribus Locridem & Bœotiam habebant. Phocidis primo impetu [1] Phanoteam ſine certamine cepit. Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ. [2] Ambryſus inde Hyampoliſque receptæ. Daulis, quia in tumulo excelſo ſita eſt, nec ſcalis nec operibus capi poterat. laceſſendo miſſilibus eos, qui in præſidio erant, quum ad excurſiones elicuiſſent, refugiendo invicem inſequendoque,

1 *Panopeam ſ. e. cepit*] *Phanoteam* legendum eſſe, quemadmodum eſt in veteribus libris, oſtendit Stephanus: Φανοτεὺς, inquit, πόλις Φωκίδος· λέγεται καὶ Φανότη, καὶ Φανότεια. Glareano tamen placet *Panopea*. Sigonius.

2 *Ambryſus Hyampoliſque recepta*.] Duo illa nomina ubique obvia ſunt, quamvis Strabo libro nono duas faciat *Hyampoleis*: alteram Phocenſium, de qua hoc loco intelligimus: alteram in Parnaſo monte. *Glareanus*.

1 Eo

que, & levibus ſine effectu certaminibus, eo negligentiæ & contemptus adduxerunt, ut cum refugientibus in portam permixti impetum Romani facerent. [1] Sex alia ignobilia caſtella Phocidis terrore magis, quam armis in poteſtatem venerunt. Elatia clauſit portas; nec niſi vi cogerentur, recepturi mœnibus videbantur aut ducem,
19 aut exercitum Romanum. Elatiam obſidenti conſuli rei majoris ſpes affulſit; Achæorum gentem ab ſocietate regia ad Romanam amicitiam avertendi. Cycliadem, principem factionis ad Philippum trahentium res, expulerant. [2] Ariſtænus, qui Romanis gentem jungi volebat, prætor erat. Claſſis Romana cum Attalo & Rhodiis Cenchreis ſtabat, parabantque communi omnes conſilio Corinthum oppugnare. Optimum igitur ratus eſt, priuſquam eam rem aggrederentur, legatos ad gentem Achæorum mitti; pollicentes, ſi ab rege ad Romanos defeciſſent, Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium. Auctore conſule legati à fratre ejus L. Quintio, & Attalo, & Rhodiis, & Athenienſibus, ad Achæos miſſi. Sicyone datum iis eſt concilium. Erat autem non admodum ſimplex habitus animorum inter Achæos. terrebat eos Lacedæmonius, gravis & aſſiduus hoſtis: horrebant Romana arma: Macedonum beneficiis & veteribus & recentibus obligati erant: regem ipſum ſuſpectum habebant [3] pro ejus crudelitate perfidiaque: neque ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æſtimantes, graviorem poſt bellum dominum futu-

1 *Et alia ignobilia caſtella*] Quidquid eſt apud me veterum editionum ante Curionem vel Gryphium, cum ſcriptis: *Sex alia ignobilia caſtella*. J. F. Gron.

2 *Ariſthenus, qui Romanis*] Polyb. *Ariſtænum* ſcribit, Ἀρισταῖνον. *Sigonius.*

3 *Pro ejus crudelitate perfidiaque, ex iis*] MSS. *perfidiaque: neque ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æſtimantes.* Colebat tum temporis Achæos Philippus, & quædam ipſis oppida, ut ſupra dictum eſt, reſtituerat. Illi vero regem non ex ſimulata ad tempus benignitate, ſed ex inſita crudelitate ac perfidia æſtimantes, ſi victor foret, nihil ab illo boni exſpectabant. *J. F. Gron.*

futurum cernebant. neque ſolum quid in ſenatu quiſque civitatis ſuæ, aut in communibus conciliis gentis pro ſententia dicerent, ignorabant: ſed ne ipſis quidem ſecum cogitantibus, quid vellent, aut quid optarent, ſatis conſtabat. Ad homines ita incertos introductis legatis poteſtas dicendi facta eſt. Romanus primum legatus L. Calpurnius, deinde Attali regis legati, poſt eos Rhodii diſſeruerunt. Philippi deinde legatis dicendi poteſtas facta eſt. poſtremi Athenienſes, ut refellerent Macedonum dicta, auditi ſunt. [1] Ii ferè atrociſſime in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba paſſi erant, invecti ſunt. Et illa quidem concio ſub occaſum ſolis, tot legatorum perpetuis orationibus die abſumpto, dimiſſa eſt. Poſtero die 20
advocatur concilium, ubi quum per præconem; ſicut Græcis mos eſt, ſuadendi, ſi quis vellet, poteſtas à magiſtratibus facta eſſet, nec quiſquam prodiret; diu ſilentium aliorum alios intuentium fuit. neque mirum, ſi quibus ſua ſponte volutantibus res inter ſe pugnantes obtorpuerant quodammodo animi, eos orationes quoque inſuper turbaverant; utrimque quæ difficilia eſſent promendo, admonendoque, per totum diem habitæ. Tandem Ariſtænus prætor Achæorum, ne tacitum concilium dimitteret, *Ubi*, inquit, *illa certamina animorum, Achæi, ſunt, quibus in conviviis, & circulis, quum de Philippo & Romanis mentio incidit, vix manibus temperabatis? Nunc in concilio ad eam rem unam indicto quum legatorum utrimque verba audieritis, quum referant magiſtratus, quum præco ad ſuadendum vocet, obmutuiſtis. Si non cura communis ſalutis, ne ſtudia quidem, quæ in hanc aut illam partem animos veſtros inclinarunt, vocem cuiquam poſſunt exprimere? quum præſertim nemo tam hebes ſit, qui ignorare poſſit, dicendi ac ſuadendi quod quiſque aut velit, aut optimum*

1 *Ii fere atrociſſime*] Tò *ii* ab Gelenio eſt. Priores & noſtri ſcripti carent. Nec addendum cenſeo, ſed potius demendum τὸ *ſunt*: ut ſit: *poſtremi Athenienſes, ut refellerent Macedonum dicta, auditi ſunt, fere atrociſſime in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba paſſi erant, invecti*. J. F. Gron.

mum putet, nunc occaſionem eſſe priuſquam quicquam decernamus. Ubi ſemel decretum erit, omnibus id etiam quibus ante diſplicuerit, [1] *pro bono atque utili fœdere defendendum.* Hæc adhortatio prætoris, non modo quemquam unum elicuit ad ſuadendum; ſed ne fremitum quidem, aut murmur concio-
21 nis tantæ, ex tot populis congregatæ, movit. Tum Ariſtænus prætor rurſus: *Non magis conſilium vobis, principes Achæorum, deeſt, quam lingua: ſed ſuo quiſque periculo in commune conſultum non vult. forſitan ego quoque tacerem, ſi privatus eſſem. nunc prætor, video, aut non dandum concilium legatis fuiſſe, aut inde ſine reſponſo eos dimittendos non eſſe. Reſpondere autem niſi ex veſtro decreto qui poſſum? Et quando nemo veſtrum, qui in hoc concilium advocati eſtis, pro ſententia quicquam dicere vult, aut audet; orationes legatorum heſterno die dictas pro ſententiis percenſeamus: perinde ac ſi non poſtulaverint quæ è re ſua eſſent, ſed ſuaſerint quæ nobis cenſerent utilia eſſe. Romani Rhodiique, & Attalus ſocietatem amicitiamque noſtram petunt: & in bello, quod adverſus Philippum gerunt, ſe à nobis adjuvari æquum cenſent. Philippus ſocietatis ſecum admonet & jurisjurandi: modo poſtulat ut ſecum ſtemus, modo ne interſimus armis, contentum ait ſe eſſe. Nulline venit in mentem, cur qui nondum ſocii ſunt, plus petant, quam ſocius? Non fit hoc neque modeſtia Philippi, neque impudentia Romanorum.* [2] *Achæi portus & dant fiduciam poſtu-*

1 *Pro bono atque utili fœdere defendendum*] Prorſus exiſtimo ſcripſiſſe Livium *fore defendendum.* Nulla in hac adhortatio ne fœderis fit mentio, ſed tantum decreti, quod qualecunque fuerit, omnibus, etiam iis, quibus ante diſplicuerit, pro bono atque utili fore defendendum dicitur. Neque neceſſario fœdus iſto decreto erant juncturi. Si enim Romanorum & qui cum illis ſentiebant, amicitiam ſocietatemque tantum recuſaſſent, nihil decreviſſent novi. Et potuiſſent facile, quippe qui animis incerti erant & ſententiis inter ſe diſſidebant, mediam viam ex Cleomedontis conſilio ſequi, ut neque Romanis neque Philippo ſe adjungerent, ſed quieſcerent atque armis omnino abſtinerent; quod ipſe Philippi legatus ſuadebat. *Jac. Perizonius.*

2 *Achæi portus, & dant fiduciam poſtulantibus, & demunt*] Obſcuriſſimi loci ſenſum Glareano, ut profitetur, ignotum libet paucis exponere. Quod Romani, inquit, qui ſocii nobis non ſunt, plus petant à nobis, quam ſocius ipſe Philippus, id neque impudentia fit eorum, neque modeſtia hujus: Achæi, inquit, portus fiduciam Romanis dant ad poſtulandum, qui claſſem habent victricem, Philippo vero demunt, cujus nihil præter legatum videmus. Ergo portus dant fiduciam

poſtulantibus, & demunt. Philippi præter legatum videmus nihil. Romana claſſis ad Cenchreas ſtat, urbium Eubœæ ſpolia præ ſe ferens: conſulem, legioneſque ejus exiguo maris ſpatio disjunctas, Phocidem ac Locridem pervagantes videmus. Miramini, cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, ut pro rege arma caperemus adverſus Romanos, modo egerit. qui ſi ex eodem fœdere ac jurejurando, cujus nobis religionem injiciebat, rogemus eum, ut nos Philippus & ab Nabide ac Lacedæmoniis, & ab Romanis defendat; non modo præſidium, quo nos tueatur, ſed ne quid reſpondeat quidem nobis, ſit inventurus. non Hercle magis, quam ipſe Philippus priore anno, qui pollicendo ſe adverſus Nabidem bellum geſturum, quum tentaſſet noſtram juventutem hinc in Eubœam extrahere, poſteaquam nos neque decernere id ſibi præſidium, neque velle illigari Romano bello vidit, oblitus ſocietatis ejus, quam nunc jactat, vaſtandos depopulandoſque Nabidi ac Lacedæmoniis reliquit. Ac mihi quidem minime conveniens inter ſe oratio Cleomedontis viſa eſt. Elevabat Romanum bellum, eventumque ejus eundem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo geſſerint, dicebat. Cur igitur noſtrum ille auxilium abſens petit potius, quam præſens nos veteres ſocios [1] ſimul ab Nabide ac Romanis tueatur? Nos dico? Quid ita paſſus eſt Eretriam Caryſtumque capi? quid ita tot Theſſaliæ urbes? quid ita Locridem, Phocidemque? quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur? cur exceſſit faucibus Epiri, clauſtriſque illis inexpugnabilibus ſuper Aoum amnem, aut vi, aut metu, aut voluntate, relictoque, quem inſidebat, ſaltu, penitus in regnum abiit? Si ſua voluntate tot ſocios reliquit hoſtibus diripiendos, quid recuſare poteſt, quin & ſocii ſibi conſulant? ſi metu; nobis quoque ignoſcat timentibus. Si victus armis ceſſit, [2] Achæi arma

duciam claſſem habenti, demunt non habenti. *Sigonius.*

Achæi portus] Non ſatisfacit interpretatio Sigonii. Sententia requirit, *Sui exercitus*, vel *Suæ vires*: aut quid tale. *J. F. Gron.*

1 *Simul ab Nabide ac Romanis tueatur*] *Tuetur* ſufficere cenſeo. *Idem.*

2 *Achæi nos Romana arma ſuſtinebimus*] Conſenſu ſcripti elidunt τὸ *nos*. Et certe non eſt Livii. Lib. 30. *Annibal peto pacem.* Lib. 34. *De hac re vos conſulo, ſtaturus eo, quod plures cenſueritis.* Ubi & ſcripti quidam corrupte: *quod vos plures.* Lib. 37. *Romani ex iis, quæ in deorum immortalium poteſtate erant, ea habemus, quæ dii dederunt.* Lib. 38. *Neque Romani bonæ voluntatis*

arma Romana ſuſtinebimus, Cleomedon, quæ vos Macedones non ſuſtinuiſtis? An tibi potius credamus, Romanos non majoribus copiis, nec viribus, nunc bellum gerere, quam antea geſſerint, potius quam res ipſas intueamur? Ætolos tum claſſe adjuverunt: nec duce conſulari, nec exercitu bellum geſſerunt. [1] *Sociorum Philippi maritimæ urbes in terrore ac tumultu erant. mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fuerunt, ut Philippus Ætolos, nequicquam opem Romanorum implorantes depopularetur: nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per ſexdecim annos velut intra viſcera Italiæ toleraverunt, non præſidium Ætolis bellantibus miſerunt, ſed ipſi duces belli arma terra marique ſimul Macedoniæ intulerunt. Tertius jam conſul ſumma vi gerit bellum. Sulpicius in ipſa Macedonia congreſſus, fudit fugavitque regem; partem opulentiſſimam regni ejus depopulatus. nunc Quintius tenentem clauſtra Epiri, natura loci, munimentis, exercituque fretum, caſtris exuit: fugientem in Theſſaliam perſecutus, præſidia regia, ſociaſque ejus urbes prope in conſpectu regis ipſius expugnavit. Ne ſint vera quæ Athenienſes modo legati de crudelitate, avaritia, & libidine regis dixerunt: nihil ad nos pertineant, quæ in terra Attica ſcelera in ſuperos inferoſque Deos ſunt admiſſa: multo minus, quam* [2] *quæ Ciani, Abydenique qui procul à nobis abſunt, paſſi ſunt: noſtrorum ipſi vulnerum, ſi vultis, obliviſcamur: cædes*

ullum ſignum erga nos tyranni habemus. Lib. 38. *Quid Capua capta feceritis Romani.* J. F. Gron.

1 *Sociorum Philippi maritimæ urbes*] Scripti & veteres editi: *maritimæ etiam urbes.* Delevit particulam Gelenius. Forte: *Sociorum Philippi maritimæ tantum urbes in terrore ac tumultu erant.* Idem.

2 *Quæ Elæuntii, Abydenique paſſi*] Antea legebatur *Clunii, Abydenique.* Sabellicus, cujus in hac re ingenium admiratur Glareanus, reſtituendum putavit, *Elæuntii, Abydenique.* Quorum ſententiam ego vix ſatis probare poſſum. Nam cum commemoret eos Ariſtænus, qui bello crudelia à Philippo paſſi ſunt, inter quos Athenienſes, & Abydeni fuerunt, neſcio cur potiſſimum Elæuntios nominare poſſit, quos ipſe per deditionem receperit. Etenim lib. priore ita Livius ait: *Inde progreſſus ad Cherſoneſum Elæunta & Alopeconneſum tradentibus ipſis recipit.* Quamobrem ego reponendum puto, pro *Clunii*, *Ciani.* primum quia graviſſime omnium vexati à Philippo ſunt, auctore Polybio, quorum excidii ſæpe etiam meminit per hos libros Livius, ut paulo poſt, *Cium ſuæ ditionis urbem funditus deleſſe.* Deinde quia vicinior eſt vox *Clunii Cianis*, quam *Elæuntiis.* Nam ſi *l* in *i* & *v* in *a* verteris, confecta vox erit. Cianos etiam cum Abydenis conjungit Polybius, ut ſupra oſtendi. *Sigonius.*

1 *Cipa-*

des direptioneſque bonorum Meſſenæ in media Peloponneſo factas, & hoſpitem [1] Cypariſſiæ Garitenem, contra jus omne ac fas, inter epulas prope ipſas occiſum: & Aratum patrem filiumque Sicyonios, quum ſenem infelicem parentem etiam appellare ſolitus eſſet, interfectos: filii etiam uxorem libidinis cauſſa in Macedoniam aſportatam: cætera ſtupra virginum, matronarumque oblivioni dentur. Ne ſint cum Philippo res, cujus crudelitatis metu obmutuiſtis omnes: nam quæ alia tacendi advocatis in concilium cauſſa eſt? Cum Antigono mitiſſimo ac juſtiſſimo rege, & de nobis omnibus optime merito exiſtimemus diſceptationem eſſe: num id poſtularet facere nos, quod tum fieri non poſſet? Peninſula eſt Peloponneſus, anguſtis Iſthmi faucibus continenti adhærens, nulli apertior atque opportunior, quam navali bello. ſi centum tectæ naves, & quinquaginta leviores apertæ, & triginta Iſſaici lembi maritimam oram vaſtare, & expoſitas prope in ipſis littoribus urbes cœperint oppugnare, in mediterraneas ſcilicet nos urbes recipiemus? tamquam non inteſtino, & hærente in ipſis viſceribus uramur bello? Quum terra Nabis, & Lacedæmonii, mari Romana claſſis urgebunt; unde regiam ſocietatem, & præſidia Macedonum implorem? an ipſi noſtris armis ab hoſte Romano tutabimur urbes, quæ oppugnabuntur? egregie enim Dymas priore bello ſumus tutati. Satis exemplorum nobis alienæ clades præbent: ne quæramus quemadmodum cæteris exemplo ſimus. Nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id quod optandum vobis ac ſumma ope petendum erat, faſtidire. metu enim videlicet compulſi in aliena terra, quia ſub umbra auxilii veſtri latere volunt, in ſocietatem veſtram confugiunt, ut portubus veſtris recipiantur, ut commeatibus utantur. Mare in poteſtate habent, terras quaſcumque adeunt, extemplo ditionis ſuæ faciunt. Quod rogant, cogere poſſunt: quia peperciſſe volunt, committere vos, cur pereatis, non patiuntur. Nam quod Cleomedon modo, tamquam mediam & tutiſſimam vobis viam conſilii, ut quieſceretis, abſtineretiſque armis, oſtendebat; ea non media, ſed nulla via eſt. Etenim præterquam quod aut accipienda, aut

3 *Cipariſſiæ Garitenem*] Κυπαρισσήεις oppidum Meſſenæ Steph. *Sigonius.*

aut aſpernanda vobis Romana ſocietas eſt; quid aliud quam nuſquam gratia ſtabili, velut qui eventum exſpectaverimus, ut fortunæ applicaremus noſtra conſilia, præda victoris erimus? Nolite, ſi quod omnibus votis petendum erat, ultro offertur, faſtidire. Non quemadmodum hodie utrumque vobis licet, ſic ſemper liciturum eſt. nec ſæpe, nec diu eadem occaſio erit. Liberare vos à Philippo jamdiu [1] *magis vultis, quam audetis. Sine veſtro labore & periculo, qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis claſſibus exercitibuſque mare trajecerunt. Hos ſi ſocios aſpernamini, vix ſanæ*
22 *mentis eſtis: ſed aut ſocios, aut hoſtes habeatis, oportet.* Secundum orationem prætoris murmur ortum aliorum cum aſſenſu, aliorum inclementer aſſentientes increpantium. & jam non ſinguli tantum, ſed populi univerſi inter ſe altercabantur: tum inter magiſtratus gentis (Demiurgos vocant: decem numero creantur) certamen nihilo ſegnius, quam inter multitudinem eſſe. quinque relaturos ſe de ſocietate Romana ajebant, ſuffragiumque daturos: quinque lege cautum teſtabantur, [2] ne quod adverſus Philippi ſocietatem eſſet, aut referre magiſtratibus, aut decernere concilio jus eſſet. Hic quoque dies jurgiis eſt conſumptus. Supererat unus juſti concilii dies: (tertio enim lex jubebat decretum fieri) in quem adeo exarſere ſtudia, ut vix parentes ab liberis temperaverint. Rhiſiaſus Pellenenſis erat, filium Demiurgum, nomine Memnonem habebat; partis ejus, quæ decretum recitari, perrogarique ſententias prohibebat. Is diu obteſtatus filium, ut conſulere Achæos communi ſaluti pateretur, neu pertinacia ſua gentem univerſam perditum iret; poſteaquam parum proficiebant preces, juratus ſe eum ſua manu intertempturum, nec pro filio, ſed pro hoſte habiturum; minis pervicit, ut poſtero die conjungeret iis ſe, qui re-
fere-

1 *Magis votis quam armis audetis*] Omnes membr. *Liberare vos à Philippo jamdiu magis vultis quam audetis.* Voſſ. *magis votis quam audetis.* Ex *voltis* fortaſſe. *J. F. Gron.*

2 *Ne quod adverſus*] Vitium aliquot recentiorum editionum. Repone: *ne quid, quod adverſus.* Idem.

1 *Quod*

ferebant. qui quum plures facti referrent, omnibus fere
populis haud dubie approbantibus relationem, ac præ ſe
ferentibus, quid decreturi eſſent; Dymæi, ac Megalo-
politani, & quidam Argivorum priuſquam decretum
fieret, conſurrexerunt, ac reliquerunt concilium: ne-
que mirante ullo, neque improbante. Nam Megalopo-
litanos avorum memoria pulſos ab Lacedæmoniis reſti-
tuerat in patriam Antigonus: & Dymæis captis nuper
direptiſque ab exercitu Romano, quum redimi eos ubi-
cunque ſervirent, Philippus juſſiſſet, non libertatem mo-
do, ſed etiam patriam reddiderat. Jam Argivi, præter-
quam quod Macedonum reges ab ſe oriundos credunt,
privatis etiam hoſpitiis, familiarique amicitia plerique
illigati Philippo erant. ob hæc concilio, [1] quod inclina-
verat ad Romanam ſocietatem jubendam, exceſſerunt: 23
veniaque iis hujus ſeceſſionis fuit, & magnis & recenti-
bus obligatis beneficiis. [2] Cæteri populi Achæorum,
quum ſententiæ perrogarentur, ſocietatem cum Attalo
ac Rhodiis præſenti decreto confirmarunt: cum Roma-
nis, quia injuſſu populi non poterat rata eſſe, in id tem-
pus, quo Romam mitti legati poſſent, dilata eſt. in præ-
ſentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, & ex-
ercitum omnem [3] Achæorum ad Corinthum admove-
ri;

1 *Quod inclinaverat ad Romanam ſocietatem ineundam*] Barberin. Naud. Petav. Oxon. *ad Romanam ſocietatem jubendam*. Phraſis è comitiis populi Romani petita, quorum loco Græcis populis hujuſmodi concilia erant. Sic lib. 33. *Rogatio inde à Plataenſi Dicæarcho lata recitataque de ſocietate cum Romanis jungenda, nullo contradicere audente, omnium Bœotiæ civitatum ſuffragiis accipitur jubeturque*. J. F. Gron.

2 *Cæteri populi Achæorum, quum ſententiæ perrogarentur*] Omnes membranæ: *quum ſententias perrogarentur*. Quod ipſum perperam ſpreviſſe editores exiſtimo. Lib. 22. *T. Manlius Torquatus interrogatus ſententiam ita loquutus fertur*. Lib. 36. *Annibal nominatim interrogatus ſententiam*. Lib. 37. *Ibi C. Livius, is enim eſt primus rogatus ſententiam*. Neque ſane quum in conſilio vel concilio omnium ordine rogantur ſententiæ, minus ipſi perrogantur ſententias, quam in cœtu perſalutantur, quum omnes ordine ſalutantur. Voſſ. *ſententias perrogarent*. Idem.

3 *Achæorum ad Corinthum admoveri*] Voſſ. *Achæorum Corinthum*. ſine media præpoſitione. Juxta bene. Idem mox, *Et hi*. non *ii*. melius. Achæi ſcilicet. Denique idem, *Romani Cenchreas*, deleta & hic præpoſitione. Sed & interpunctione vulgo peccatur. Nam τὰ *poſuerunt caſtra* recte dicuntur de

ri; captis Cenchreis, jam urbem ipſam Quintio oppugnante. Et ii quidem è regione portæ, quæ fert Sicyonem, poſuerunt caſtra. Romani ad Cenchreas verſam partem urbis, Attalus traducto per Iſthmum exercitu, ab Lechæo alterius maris portu, oppugnabant primo ſegnius, ſperantes ſeditionem intus fore inter oppidanos ac regium præſidium. poſteaquam uno animo omnes, & Macedones tamquam communem patriam tuebantur, & Corinthii ducem præſidii Androſthenem haud ſecus quam civem & [1] ſuffragio creatum ſuo imperio juſto patiebantur; [2] omnis inde ſpes pugnantibus in vi, & armis, & operibus erat: undique aggeres haud facili aditu ad mœnia admovebantur. Aries ex ea parte, quam Romani oppugnabant, aliquantum muri diruerat. in quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis, quum Macedones concurriſſent, atrox prœlium inter eos ac Romanos ortum eſt. Ac primo multitudine facile expellebantur Romani: aſſumptis deinde Achæorum Attalique auxiliis, æquabant certamen: nec dubium erat, quin Macedonas Græcoſque facile loco pulſuri fuerint. Transfugarum Italicorum magna multitudo erat; pars ex Annibalis exercitu metu pœnæ à Romanis Philippum ſecuti, pars navales ſocii relictis nuper claſſibus, ad ſpem honoratioris militiæ tranſgreſſi. hos deſperata ſalus, ſi Romani viciſſent, ad rabiem magis quam audaciam accendebat. Promontorium eſt adverſus Sicyonem, Junonis quam vocant Acræam, in altum excurrens: trajectus inde Corinthum, ſeptem millia ferme

de Achæis, qui tum primum adventabant: at male intelliguntur ad τὰ *Romani & Attalus*, qui jampridem id fecerant, & nunc in opere oppugnandæ urbis erant, captis ante Cenchreis. Cum his igitur ambobus connectendum τὸ *oppugnabant*, hoc modo: *Romani Cenchreas verſam partem urbis, Attalus traducto per Iſthmum exercitu ab Lechæo, alterius maris portu, oppugnabant; primo ſegnius.* J. F. Gron.

1 *Suffragio creatum ſuo imperio juſto*] Suſpicor Livium edidiſſe: *& Corinthii ducem præſidii Androſthenem haud ſecus quam civem & ſuffragio creatum ſuo imperatorem juſtum patiebantur.* Idem.

2 *Omnis inde ſpes pugnantibus in vi*] Scribe: *oppugnantibus.* Idem.

I *Per-*

me paſſuum. eo Philocles regius & ipſe præfectus, mille & quingentos milites per Bœotiam duxit. præſto fuere ab Corintho lembi, qui præſidium id acceptum Lechæum trajicerent. Auctor erat Attalus, incenſis operibus omittendæ extemplo oppugnationis. [1] Pertinacius Quintius in incepto perſtabat. is quoque ut pro omnibus portis diſpoſita vidit præſidia regis, nec facile erumpentium impetus ſuſtineri poſſe, in Attali ſententiam conceſſit. ita irrito incepto, dimiſſis Achæis, reditum ad naves eſt. Attalus Piræeum, Romani Corcyram petierunt. Dum hæc ab navali exercitu geruntur, Conſul 24
in Phocide ad Elatiam caſtris poſitis, primo colloquiis rem per principes Elatienſium tentavit: poſteaquam nihil eſſe in manu ſua, & plures validioreſque eſſe regios quam oppidanos, reſpondebatur, tum ſimul ab omni parte operibus armiſque urbem eſt aggreſſus. Ariete admoto, quantum inter turres muri erat prorutum, quum ingenti fragore ac ſtrepitu nudaſſet urbem, ſimul & cohors Romana per apertum recenti ſtrage iter invaſit: & ex omnibus oppidi partibus, relictis ſuis quiſque ſtationibus, in eum, qui premebatur impetu hoſtium, locum concurrerunt. Eodem tempore Romani, & ruinas muri ſupervadebant, & ſcalas ad ſtantia mœnia inferebant. & dum in unam partem oculos animoſque hoſtium certamen averterat, pluribus locis ſcalis capitur murus, armatique in urbem tranſcenderunt. quo tumultu audito, territi hoſtes, relicto, quem conferti tuebantur, loco, in arcem omnes metu, [2] inermi quoque inſequente turba, confugerunt. Ita urbe potitur conſul. qua direpta, miſſis in arcem, qui vitam regiis, ſi abire vellent inermes,

1 *Pertinacius Quintius in incepto perſtabat*] Et hoc ex egregiis Gelenii eſt, de quo fruſtra dubitat Patricius Claronenſis. Antea legebatur abſurde: *Quintius à Miſnepio perſtabat.* Andreas: *Quintius à Miſmiſnepia.* MSS. *Quintius anuſini ncepto perſtabat.* Margo Naudæani: *Flamininus in cœpto.* Quod forte verum. *J. F. Gron.*

2 *Inermi quoque ſequenti turba confugerunt*] Barber. & Petav. *inſequente*, quod pluribus locis Livio reddidimus. *Id.*

mes, libertatem Elatienſibus pollicerentur, fideque in
25 hæc data, poſt paucos dies arcem recepit. Cæterum adventu in Achaiam Philoclis regii præfecti, non Corinthus tantum liberata obſidione, ſed Argivorum quoque civitas per quoſdam principes Philocli prodita eſt; tentatis prius animis plebis. Mos erat, comitiorum die primo, velut ominis cauſſa prætores pronunciare Jovem, Apollinemque, & Herculem. additum legi erat, ut iis Philippus rex adjiceretur, cujus nomen [1] poſt pactam cum Romanis ſocietatem quia præco non adjecit, fremitus primo multitudinis ortus: deinde clamor ſubjicientium Philippi nomen, [2] jubentiumque legitimum honorem uſurpare: donec cum ingenti aſſenſu nomen recitatum eſt. Hujus fiducia favoris Philocles arceſſitus, nocte occupat collem imminentem urbi ([3] Lariſſam eam arcem vocant) poſitoque ibi præſidio, quum lucis principio ſignis infeſtis ad ſubjectum arci forum vaderet, inſtructa acies ex adverſo occurrit. Præſidium erat Achæorum nuper impoſitum, quingenti fere juvenes delecti omnium civitatum. Æneſidemus Dymæus præerat. [4] Adhortator à præfecto regio miſſus, qui excedere urbe juberet (neque enim pares eos oppidanis ſolis, qui idem quod Macedones ſentirent, nedum adjunctis Macedonibus eſſe, quos ne Romani quidem ad Corinthum ſuſtinuiſſent) primo nihil, nec ducem nec ipſos movit: poſt paulo, ut Argivos quoque armatos ex parte altera venientes magno agmine viderunt, certam perniciem cernen-

1 *Poſt pact. cum Rom. ſocietatem*] Miratur Glareanus Livium ſcribere Argivos cum Romanis ſocietatem pactos eſſe, quod eoſdem ante ſcripſerit decreto non interfuiſſe, neque intelligit eum dixiſſe, quoſdam Argivorum, non omnes. *Sigonius.*

2 *Jubentiumque legitimum honorem uſurpare*] Modo ne fuerit, *legitimum omen.* Ut Claudianus: *ſolennia ludit omina libertas.* Dixerat autem: *velut ominis cauſa prætores pronunciare Jovem, Apollinemque & Herculem.* J. F. Gron.

3 *Lariſſam e. arcem*] Argorum arcem Lariſſam fuiſſe tradit etiam Stephanus: καὶ ἀκρόπολις Ἄργους Λάρισσα. *Sigonius.*

4 *Adhortator à præfecto regio miſſus*] Non placet ille *adhortator.* Voſſ. *ad hos tractor.* Lege: *ad hos orator.* J. F. Gron.

cernentes, omnem tamen caſum, ſi pertinacior dux fuiſſet, videbantur ſubituri. Æneſidemus, ne flos Achæorum juventutis ſimul cum urbe amitteretur, pactus cum Philocle ut abire illis liceret, ipſe quo loco ſteterat armatus cum paucis clientibus, non exceſſit. Miſſus à Philocle qui quæreret, quid ſibi vellet, [1] nihil fatus tantummodo cum projecto præ ſe clypeo ſtaret; in præſidio creditæ urbis moriturum ſe armatum, reſpondit. tum juſſu præfecti à Thracibus conjecta tela, interfectique omnes. Et poſt pactam inter Achæos & Romanos ſocietatem, duæ nobiliſſimæ civitates, Argi & Corinthus, in poteſtate regis erant. Hæc ab Romanis ea æſtate in Græ- 26
cia terra marique geſta. In Gallia nihil ſane memorabile ab Sex. Ælio conſule geſtum: [2] quum duo exercitus in provincia habuiſſet; unum retentum, quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius Proconſul præfuerat (ipſe ei [3] C. Helvium prætorem præfecit) alterum, quem in provinciam adduxit. totum prope annum [4] Cremonenſibus Placentiniſque cogendis redire in colonias, unde belli caſibus diſſipati erant, conſumpſit. Quemadmodum Gallia præter ſpem quieta eo anno fuit, ita circa urbem ſervilis prope tumultus excitatus eſt. Obſides Carthaginienſium Setiæ cuſtodiebantur: cum iis, ut principum liberis, magna vis ſervorum erat: augebant eorum numerum, ut ab recenti Africo bello, & ab ipſis Setinis captiva aliquot nationis ejus ex præda empta mancipia.

1 *Nihil fatus tantummodo reſpondit*] Vix Livii videtur viro docto, velletque: *nihil ſtatu mutato*; aut *ſtatu motus.* Sed conjungit non conjungenda. Nihil fatus, quum tantummodo projecto præ ſe clypeo ſtaret, miſſus eſt à Philocle, qui quæreret, quid ſibi vellet? Reſpondit, ſe moriturum armatum in præſidio creditæ urbis. Ita evolvenda oratio. *J. F. Gron.*

2 *Quum duos exercitus in provincia*] Voſſ. *duo.* qualia multa reſtituimus noſtro, & congeſſimus ad lib. 35,21. *Idem.*

3 *Ælium prætorem præfecit*] In comitiis prætoriis exponendis *C. Helvium* nominavit, eique Galliam obtigiſſe dixit: idem fecit in ejus ædilitate explicanda. Quamobrem hoc quoque loco pro *C. Ælio C. Helvium* reponendum. *Sigonius.*

4 *Cremonenſibus Placentiniſque cogendis redire in colonias*] Nec pejus haberet oratio, ſi deeſſet τὸ *redire.* J. F. Gron.

cipia. Quum conjurationem feciſſent, miſſis ex eo numero qui in Setino agro, deinde circa Norbam & Circeios ſervitia ſollicitarent; ſatis jam omnibus præparatis, ludis, qui Setiæ propediem futuri erant, ſpectaculo intentum populum aggredi ſtatuerant: Setia per cædem & repentinum tumultum capta, Norbam & Circeios occupare. Hujus rei tam fœdæ indicium Romam [1] ad L. Cornelium Merulam prætorem urbis delatum eſt. Servi duo ante lucem ad eum venerunt, atque ordine omnia quæ acta futuraque erant, expoſuerunt. quibus domi cuſtodiri juſſis, prætor, ſenatu vocato, edoctoque quæ indices afferrent, proficiſci ad eam conjurationem quærendam atque opprimendam juſſus; cum quinque legatis profectus, obvios in agris ſacramento rogatos arma capere & ſequi cogebat. Hoc tumultuario delectu duobus millibus ferme hominum armatis, Setiam, omnibus quo pergeret ignaris, venit. ibi raptim principibus conjurationis comprehenſis, fuga ſervorum ex oppido facta eſt. dimiſſi deinde per agros, qui veſtigarent. Egregia duorum opera ſervorum indicum, & unius liberi fuit. Ei centum millia gravis æris dari Patres juſſerunt: ſervis vicena quina millia æris, & libertatem. pretium eorum ex ærario ſolutum eſt dominis. Haud ita multo poſt, ex ejuſdem conjurationis reliquiis, nunciatum eſt, ſervitia Præneſte occupatura. Eo L. Cornelius prætor profectus, de quingentis fere hominibus, qui in ea noxa erant, ſupplicium ſumpſit. in timore civitas fuit, obſides captivoſque Pœnorum ea moliri. Itaque & Romæ vigiliæ per vicos ſervatæ: juſſique circumire eas minores magiſtratus: & triumviri carceris lautumiarum intentiorem cuſtodiam habere juſſi: & circa nomen Latinum

1 *Ad L. Cornelium Lentulum præt. urbanum*] In comitiis prætoriis explicandis *L. Cornelium Merulam* prætorem urbanum ſcripſit, quo pacto legendum eſſe oſtendit conſulatus ejus, qui ſequitur, in quo *Merulæ*, non *Lentuli* cognomine afficitur non ſolum apud Livium, ſed etiam in tabulis conſulum Capitolinis. *Sigonius.*

num à prætore literæ miſſæ; ut & obſides in privato ſervarentur, neque in publicum prodeundi facultas daretur; & captivi ne minus decem pondo compedibus vincti in nulla alia quam in carceris publici cuſtodia eſſent.
27 Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream CCXLVI pondo in Capitolio poſuerunt: gratiaſque ſenatui egerunt, quod Antiochus legatorum Romanorum auctoritate motus, finibus Attali exercitum deduxiſſet. Eadem æſtate equites ducenti, & elephanti decem, & tritici modium ducenta millia, ab rege Maſiniſſa ad exercitum, qui in Græcia erat, pervenerunt. Item ex Sicilia Sardiniaque magni commeatus, & veſtimenta exercitui miſſa. Siciliam M. Marcellus, Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat; ſanctus & innocens, aſperior tamen in fœnore coërcendo habitus. Fugatique ex inſula fœneratores, & ſumptus, quos in cultum prætorum ſocii facere ſoliti erant, circumciſi, aut ſublati. Sex. Ælius Conſul ex Gallia comitiorum cauſſa Romam quum rediſſet, creavit [1] Conſules C. Cornelium Cethegum, & Q. Minucium Rufum. Biduo poſt, prætorum comitia habita. Sex prætores illo anno primum creati; creſcentibus jam provinciis, & latius pateſcente imperio. creati autem hi, [2] L. Manlius Vulſo, [3] C. Sempronius Tuditanus, [4] M' Sergius Silus, M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Atilius. Sempronius & Helvius ex iis ædiles plebis erant. ædiles curules, Q. Minucius Thermus, & [5] Ti. Sempronius Longus. Ludi Romani eo anno 28
qua-

1 *Cos. Cn. Cornelium Cethegum*] *C. Cornelium* legendum eſt ex Cap. conſulatu. *Sigonius.*

2 *L. Manl. Volſo*] *Vulſo*, vet. lib. Cap. tab. & Appianus in Syriaco, Μάνλιον etiam Βούλσωνα edit. *Idem.*

3 *Cn. Sempronius Tudit.*] Sequenti libro hic idem dicitur *T. Sempronius.* Ego *C. Sempronius* lego. Nam *Tuditanorum* hoc frequentiſſimum prænomen eſt, neutrum eorum contra patrem, aut avum hunc eſſe reor *C. Sempronii C. F. C. N. Tuditani*, qui triumphavit de Japudibus anno DCXXVI. Ex lap. Cap. *Idem.*

4 *M. Sergius Sil.*] *M' Sergius*, argentei nummi. *Idem.*

5 *T. Sempronius Longus*] *Ti. Sempronius*, ex conſulatu Capitolino, qui ſequitur. *Idem.*

1 *Quod*

quater inſtaurati. Cn. Cornelio, & Q. Minucio Conſulibus, omnium primum de provinciis conſulum prætorumque actum. Prius de prætoribus tranſacta res, quæ tranſigi ſorte poterat. urbana Sergio, peregrina juriſdictio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hiſpaniam Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem eſt ſortitus. Conſulibus Italiam Macedoniamque ſortiri parantibus, L. Oppius, & Q. Fulvius tribuni plebis impedimento erant, *quod longinqua provincia Macedonia eſſet: neque ulla alia res majus bello impedimentum ad eam diem fuiſſet, quam quod vixdum inchoatis rebus in ipſo conatu gerendi belli prior Conſul revocaretur. Quartum jam annum eſſe ab decreto Macedonico bello. Quærendo regem, & exercitum ejus, Sulpicium majorem partem anni abſumpſiſſe. Villium congredientem cum hoſte, re infecta revocatum. Quintium rebus divinis Romæ majorem partem anni retentum: ita geſſiſſe tamen res, ut ſi aut maturius in provinciam veniſſet, aut hiems magis ſera fuiſſet, potuerit debellare. Nunc prope in hiberna profectum, ita comparare dici bellum, ut niſi ſucceſſor impediat, perfecturus æſtate proxima videatur.* His orationibus pervicerunt, ut conſules in ſenatus auctoritate fore dicerent ſe, ſi idem tribuni facerent. Permittentibus utriſque liberam conſultationem, Patres conſulibus ambobus Italiam provinciam decreverunt. T. Quintio prorogarunt imperium, donec ſucceſſor ei veniſſet. Conſulibus binæ legiones decretæ: & ut bellum cum Gallis Ciſalpinis, qui defeciſſent à populo Romano, gererent. Quintio in Macedoniam ſupplementum decretum; peditum quinque millia, & trecenti equites, & ſociorum navalium tria millia. Præeſſe idem qui præerat claſſi, L. Quintius Flamininus juſſus. Prætoribus in Hiſpanias octona millia peditum ſocium ac Latini nominis data: & quadringenti equites, ut dimitterent veterem ex Hiſpaniis militem. & terminare juſſi, qua ulterior citeriorve provincia ſervaretur. Macedoniæ legatos P. Sulpicium,

cium, & P. Villium, qui Conſules in ea provincia fuerant, adjecerunt. Prius quam Conſules prætoreſque in 29
provincias proficiſcerentur, prodigia procurari placuit: quod ædes Vulcani Summanique Romæ, [1] quod & Fregellis murus & porta de cœlo tacta erant: [2] & Fruſinone inter noctem lux orta: & Aſculo agnus biceps cum quinque pedibus natus: & Formiis duo lupi oppidum ingreſſi, obvios aliquot laniaverant: Romæ non in urbem ſolum, ſed in Capitolium penetraverat lupus. C. Acilius Tribunus plebis tulit, ut quinque coloniæ, in oram maritimam deducerentur: duæ ad oſtia fluminum Vulturni Liternique: una Puteolos: una ad caſtrum Salerni. His Buxentum adjectum. [3] tricenæ familiæ in ſingulas colonias jubebantur mitti. triumviri deducendis iis, qui per triennium magiſtratum haberent, creati, M. Servilius Geminus, Q. Minucius Thermus, Ti. Sempronius Longus. Delectu rebuſque aliis divinis humaniſque, [4] quæ per ipſos agenda erant, perfectis, Conſules ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad Inſubres via, qui tum in armis erant, Cenomanis aſſumptis, Q. Minucius in læva Italiæ ad inferum mare flexit iter: Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus orſus eſt bellum. [5] Oppida Claſtidium & Litubium, utraque

1 *Quod & Fregellis*] Alii, *& quod Fregellis.* Utroque deleto placet: *quod ædes Vulcani Summanique Romæ, Fregellis murus & porta de cœlo tacta erant.* J. F. Gron.

2 *Et Fruſinone inter noctem lux orta*] Hic quoque doctus vir, ut paupertati Latinæ linguæ conſulat, reſingit: *internoctu.* Cur non etiam lib. 43. *Quum ſine intermiſſione interdiu noctuque alii alius ſuccedentes.* Adeo autem verum eſt, *noctu* & *nocte* id eſſe, quod ille vult *internoctu*, ut hoc modo noſter & *luce* dixerit pro interdiu, lib. 38. *Quod luce inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerant.* Idem.

3 *Tricenæ familiæ*] Voſſ. & S. Vict. *treſcentenæ.* Thuan. *trecentenæ.* Jac. Gron.

4 *Quæ per ipſos agendæ erant*] Scripti & Andreas cum Aldina: *quæ per ipſos agenda erant.* Ut apud Salluſtium: *abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.* De quo aliquid 3 Obſerv. 2. *J. F. Gron.*

5 *Opp. Claſtidium, & Litub. utraque Ligurum*] Hoc loco ubi *Claſtidium* deditur, *Ligurum* eſſe dicitur. paulo poſt, ubi incenditur, *Gallorum* eſt. Aut igitur duo *Claſtidia* ſunt, aut certe in *Claſtidio Ligurum*, eſt aliquid vitii. Nam de *Gallico Claſtidio* ad Ticinum dubitari non poteſt. De quo Polybius

que Ligurum, & duæ gentis ejuſdem civitates, Celelates, Cerdiciateſque ſeſe dediderunt. Et jam omnia cis Padum, præter Gallorum Bojos, Ilvates Ligurum, ſub ditione erant. quindecim oppida, hominum viginti millia eſſe dicebantur, quæ ſe dediderant. Inde in agrum
30 Bojorum legiones duxit. Bojorum exercitus haud ita multo ante trajecerat Padum, junxeratque ſe Inſubribus & Cenomanis: quod ita acceperant, conjunctis legionibus Conſules rem geſturos, ut & ipſi collatas in unum vires firmarent. Poſteaquam fama accidit, alterum Conſulem Bojorum urere agros; ſeditio extemplo orta eſt. Poſtulare Boii, ut laborantibus opem univerſi ferrent. Inſubres negare ſe ſua deſerturos. Ita diviſæ copiæ, Boiiſque in agrum ſuum tutandum profectis, Inſubres cum Cenomanis ſuper amnis Mincii ripas conſederunt. Infra eum locum quinque millia paſſuum, & conſul Cornelius eidem flumini caſtra applicuit. inde mittendo in vicos Cenomanorum [1] Brixiamque, quod caput gentis erat; ut ſatis comperit, non ex auctoritate ſeniorum juventutem in armis eſſe, nec publico conſilio Inſubrium defectioni Cenomanos ſe adjunxiſſe; excitis ad ſe principibus, ibi agere ac moliri cœpit, ut deſciſcerent ab Inſubribus Cenomani, & ſignis ſublatis aut domos redirent, aut ad Romanos tranſirent. Et id quidem impetrari nequiit. in id data fides Conſuli eſt, ut in acie aut quieſcerent, aut ſi qua etiam occaſio fuiſſet, adjuvarent Romanos. Hæc ita conveniſſe Inſubres ignorabant:

lybius lib. 2, & cæteri qui de bello Inſubrum ſcripſerunt, quo confecto Marcellus tertia opima ſpolia retulit Virdumaro rege ad Claſtidium interfecto, quemadmodum etiam in triumpho Marcelli Capitolino ſcriptum eſt. apud Plutarchum tamen in Marcello eſt vitioſe Καπίδιον, pro Κλαςίδιον. Vereor autem, ne *Cariſtum* pro *Claſtidio* ſit reponendum, quod eſt oppidum *Ligurum* in agro Statellati, Livio auctore libro 42. *Sigonius.*

1 *Brixiamque, quæ caput gentis erat*] Et hic è ſcriptis Andreaque legendum: *Brixiamque, quod caput gentis erat.* Lib. 33. *Robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant.* Lib. 38. *Cum delectis Ætolorum, quod concilium eſſet gentis.* Cicero: *omnes tenues atque humiles, quæ maxima in populo multitudo eſt.* J. F. Gron.

rabant: ſuberat tamen quædam ſuſpicio animis, labare fidem ſociorum. Itaque quum in aciem eduxiſſent, neutrum iis cornu committere auſi, ne ſi dolo ceſſiſſent, rem totam inclinarent, poſt ſigna in ſubſidiis eos locaverunt. Conſul principio pugnæ vovit ædem Soſpitæ Junoni, ſi eo die hoſtes fuſi fugatique eſſent. A militibus clamor ſublatus, compotem voti Conſulem ſe facturos, & impetus in hoſtes eſt factus. Non tulerunt Inſubres primum concurſum. quidam & à Cenomanis terga repente in ipſo certamine aggreſſis, tumultum ancipitem injectum auctores ſunt, cæſaque in medio quinque & triginta millia hoſtium, quinque millia & ſeptingentos vivos captos: in iis Amilcarem Pœnorum imperatorem, qui belli cauſſa fuiſſet: ſigna militaria centum triginta, & carpenta ſupra ducenta. Oppida, quæ defectionem ſecuta erant, dediderunt ſe Romanis. Minucius conſul 31
primo effuſis populationibus peragraverat fines Boiorum: deinde; ut relictis Inſubribus ad ſua tuenda receperant ſeſe, caſtris ſe tenuit, acie dimicandum cum hoſte ratus. Nec Boii detrectaſſent pugnam, niſi fama victos Inſubres allata animos fregiſſet. Itaque relicto duce caſtriſque, [1] diſſipati per vicos, ſua ut quiſque defenderent, rationem gerendi belli hoſti mutarunt. omiſſa enim ſpe per unam dimicationem rei decernendæ, rurſus populari agros & urere tecta, vicoſque expugnare cœpit. Per eoſdem dies Claſtidium incenſum. inde in [2] Liguſtinos Ilvates, qui ſoli non parebant, legiones ductæ. Ea quoque gens, ut Inſubres acie victos, Boios, [3] ita ut tentare ſpem

1 *Diſſipati per vicos, ſua ut quiſque defenderent*] Scripti omnes: *ſua quiſque defendere.* An fuit: *Itaque relicto duce caſtriſque, diſſipati per vicos; ſua quiſque defenſuri, rationem belli gerendi hoſti mutarunt.* Lib. 28. *Saxis undique circa ex propinquis vallibus congeſtis augent vallum, munimento ſeſe, quando in armis parum præſidii foret, defenſuri.* J. F. Gron.

2 *Liguſticos Iluates*] *Liguſtinos*, ut ante dixi. *Sigonius.*

3 *Ita ut tentare ſpem certaminis non auderent*] Sic primi apud me Gryphius & Curio. Scripti; Andreas & editi omnes uſque ad Frobenium: *ut tentare ſpem certaminis metuerent.* Quod & ſignificationis eſt ejuſdem & multo elegantius. Lucanus lib. 3. *Illis & volucres*

ſpem certaminis metuerent, territos audivit, in ditionem venit. Literæ conſulum è Gallia de geſtis proſpere ſub idem tempus Romam allatæ. M' Sergius prætor urbanus in ſenatu eas, deinde ex auctoritate Patrum ad populum recitavit. ſupplicatio in quatriduum decreta.
32 Hiems jam eo tempore erat, quum T. Quintius, capta Elatia, in Phocide ac Locride hiberna diſpoſita haberet. Opunte ſeditio orta eſt. Factio una Ætolos, qui propiores erant; altera Romanos arceſſebat. Ætoli, priores venerunt: ſed opulentior factio, excluſis Ætolis, miſſoque ad imperatorem Romanum nuncio, uſque ad adventum ejus tenuit urbem. Arcem regium tenebat præſidium: neque [1] ut diſcederent inde, aut Opuntiorum minis, aut auctoritate imperantis conſulis Romani, perpelli potuerunt. Mora cur non extemplo oppugnarentur, ea fuit: quod caduceator ab rege venerat, locum ac tempus petens colloquio. [2] Id gravate conceſſum regi eſt: non quin cuperet Quintius per ſe partim armis, partim conditionibus confectum videri bellum (necdum enim ſciebat, utrum ſucceſſor ſibi alter ex novis conſulibus mitteretur, an, [3] quod ſumma vi ut tenderent, amicis & propinquis mandaverat, imperium proroga-

lucres metuunt inſiſtere ramis. Lib. 5. *Limine terrifico metuens conſiſtere Phœbus.* Deinde & ſcripti ſaniores: *in ditionem venit.* J. F. Gron.

1 *Ut diſcederent inde*] MSS. alii cum Thuan. *deſcenderent.* 34, 50. *Quum reſpiciunt præſidium ab Acrocorintho deſcendens.* Jac. Gron.

2 *Id gravate conceſſum regi eſt. non quin cuperet*] Hiat oratio. nam cum hanc removeat cauſam, aliam omnino ponere debuit, quæ moverit Quinctium, ut difficulter permitteret colloquium. Immo ille facile conceſſiſſe videtur, & ſcripſiſſe Livius: *Id non gravate conceſſum regi eſt, quum cuperet Quinctius per ſe partim armis, partim conditionibus confectum videre bellum,* &c. *aptum autem fore colloquium credebat;* J. F. Gron.

3 *Quod ſumma vi ut tenderent*] Perſæpe Livius ſimplici pro compoſito *contendere* utitur. Ut lib. 24. *Ut facile, ſi ultra tenderent, appareret illi timendum eſſe.* Lib. 34. *Quum adverſus tendendo nihil moveret ſocios, ſimulando ſe tranſire in eorum ſententiam.* Lib. 35. *Nequidquam contra Miccione & Xenoclide tendentibus facile tenuit, ut portæ ſibi aperirentur.* Et ſic reſtituimus è ſcriptis lib. 28, 18. *Illud magno opere tendente rege.* Ubi vulgo *contendente*, & retinet contra ſcriptum ſuum Rhenanus. Hic tamen non prætermittendum in Andrea atque Aldina & omnibus antiquis ante Gryphiũ & Curionem eſſe *ut obtinerent.* Idem.

Et

rogaretur) aptum autem fore colloquium credebat, ut ſibi liberum eſſet, vel ad bellum manenti, vel ad pacem decedenti rem inclinare. In ſinu Maliaco prope Nicæam littus elegêre. [1] eo rex ab Demetriade cum quinque lembis & una nave roſtrata venit. Erant cum eo principes Macedonum & [2] Achæorum exul vir inſignis Cycliadas. Cum imperatore Romano rex Amynander erat, & [3] Dionyſodorus Attali legatus, & [4] Ageſimbrotus præfectus Rhodiæ claſſis, & [5] Phæneas princeps Ætolorum, & Achæi duo, Ariſtænus & Xenophon. Inter hos [6] Romanus ad extremum littus progreſſus, quum rex in proram navis in anchoris ſtantis proceſſiſſet; *Commodius*, inquit, *ſi in terram* [7] *egrediaris*, *& ex propinquo dicamus invicem*, *audiamuſque.* quum rex facturum ſe id negaret; [8] *Quem tandem*, inquit Quintius, *times?* Ad hoc ille ſuperbo & regio animo: *Neminem equidem timeo, præter Deos immortales. non omnium autem credo fidei, quos circa te video, atque omnium minime Ætolis. Iſtud quidem*, ait Romanus, *par omnibus periculum eſt, qui cum hoſte ad colloquium*

1 *Eo rex --- venit*] Sic Polyb. lib. 17. παρῆν ὁ μὲν Φίλιππος ἐκ Δημητριάδος ἀναχθεὶς εἰς τὸν Μαλιέα κόλπον, πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν. *Sigonius.*

2 *Achæorum exul v. i. Cycliadas*] Polybius: Ἀχαιὸς δὲ Κυκλιάδας, ἐκπεπτωκὼς ἐκ Πελοποννήσου. *Idem.*

3 *Dionyſodorus Attali leg.*] Polybius: καὶ παρ᾽ Ἀττάλου Διονυσόδωρος. *Idem.*

4 *Ageſimbrotus præf. Rhodiæ cl.*] Παρὰ δὲ Ῥοδίων, Ἀκεσίμβροτος ὁ ναύαρχος. ex Polyb. *Idem.*

5 *Phaneas pr. Ætolorum*] Polybius: Παρὰ δὲ Αἰτωλῶν, Φαινέας ὁ στρατηγός. *Idem.*

6 *Romanus ad ext. littus p. c. rex in proram, &c.*] Οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἐπέστησαν παρ᾽ αὐτὸν τὸν αἰγιαλόν· ὁ δὲ Φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ, μετέωρος ἔμενε. *Idem.*

7 *Egred. ex prop. dicamus invicem, audiamuſque*] Vet. lib. *Dicemus invicem, audiemuſque.* Idem.

Egrediaris, ex propinquo] Membranæ adjecta copulativa: *commodius, inquit, ſi in terram egrediaris, & ex propinquo dicamus invicem audiamuſque.* Nec videtur indecens. Intelligendum vero: *commodius erit* vel *facies.* Seneca in ludo de morte Claudii: *Anteceſſerat jam compendiaria via Narciſſus libertus ad patronum excipiendum, & venienti nitidus, ut erat à balineo, occurrit, & ait: quid dii ad homines? Celerius, inquit Mercurius, & venire nos nuncia.* Non eſt igitur opus correctione Sigoniana, *dicemus invicem audiemuſque.* J. F. Gron.

8 *Quem t. inquit Quintius, times? Ad hoc ille ſup. & r. a. Neminem, &c.*] Polybius: τοῦ δὲ πάλιν ἐρομένου, τίνα φοβεῖται; φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν ὁ Φίλιππος οὐδένα πλὴν τοὺς θεούς. Aliter hanc hiſtoriam ſcribit Plutarchus in Apophthegmatibus. *Sigonius.*

quium congrediuntur, [1] *ut nulla fides ſit. Non tamen*, inquit rex, T. *Quinti, par perfidiæ præmium eſt, ſi fraude agatur, Philippus & Phæneas. neque enim æque difficulter Ætoli prætorem alium, ac Macedones regem in meum locum ſubſtituant.*

33 Secundum hæc ſilentium fuit. Quum Romanus eum æquum cenſeret priorem dicere, qui petiſſet colloquium; Rex, ejus eſſe priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet; tum Romanus, *Simplicem ſuam orationem eſſe. ea enim ſe dicturum, quæ ni fiant, nulla ſit pacis conditio.* [2] *Deducenda ex omnibus Græciæ civitatibus regi præſidia eſſe. captivos & transfugas ſociis populi Romani reddendos. reſtituenda Romanis ea Illyrici loca, quæ poſt pacem in Epiro factam occupaſſet. Ptolomæo regi Ægypti reddendas urbes, quas poſt Philopatoris Ptolomæi mortem occupaſſet. Suas populique Romani conditiones has eſſe: cæterum & ſociorum audiri poſtulata verum eſſe.* [3] Attali regis legatus, *Naves captivoſque, quæ ad Cium navali prœlio capta eſſent, & Nicephorium, Veneriſque templum, quæ ſpoliaſſet evaſtaſſetque, pro incorruptis reſtitui:* [4] Rhodii, Peræam (regio eſt continentis adverſus

1 *Ut nulla fides ſit*] Gelenii eſt, quum veteres ederent: *ut in nullo fides ſit.* Quod in ſcriptis etiam invenimus. Forte: *ut in dubio fides ſit.* Polybius: ἴσον εἶναι πᾶσι τὸν κίνδυνον καὶ κοινὸν τὸν καιρόν. *J. F. Gron.*

2 *Deducenda ex o. Græciæ civitatibus regi præſidia eſſe*] Has etiam pacis conditiones omnes quibus verbis explicuerit Polybius placet oſtendere, ut Livii ſtudium in illo vertendo auctore facilius omnes intelligant: ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, αὐτῷ μὲν ἁπλοῦν τινα λόγον ἔφη καθήκειν καὶ φαινόμενον. κελεύειν γὰρ αὐτὸν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης ἐκχωρεῖν, ἀποδόντα τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τοὺς αὐτομόλους ἑκάστοις οὓς ἔχει· τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπους παραδοῦναι Ῥωμαίοις, ὧν γέγονε κύριος μετὰ τὰς ἐν Ἠπείρῳ διαλύσεις· ὁμοίως δὲ καὶ Πτολεμαίῳ τὰς πόλεις ἀποκαταστῆσαι πάσας, ἃς παρῄρηται μετὰ τὸν Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος θάνατον. *Sigonius.*

3 *Attali regis legatus naves --- pro incorruptis reſtitui*] Sic Polyb. Πρῶτος δὲ Διονυσόδωρος ὁ παρ' Ἀττάλου μεταλαβὼν τῶν λόγων, τάς τε ναῦς, ἔφη δεῖν αὐτὸν ἀποδοῦναι τὰς τοῦ βασιλέως, τὰς γενομένας αἰχμαλώτους ἐν τῇ περὶ Χίον ναυμαχίᾳ, καὶ τοὺς ἅμα ταύταις ἄνδρας ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἀκέραιον, καὶ τὸ Νικηφόριον, ἃ κατέφθειρε. *Idem.*

4 *Rhodii Peraam --- ab Iaſſo, & Bargyllis --- & Panopolim --- A. e. portuſque*] *Peraam* ſe nuſquam legiſſe, ſuſpectumque habere nomen, itemque pro *Panopolim*, *Peneropolim* reponendam eſſe ait Glareanus. Hoc loco, ſi ut inſtitui, verba Polybii recitavero, quæ vertiſſe ſtudioſe videtur Livius, & *Peraam* recte legi, & pro *Panopolim*, *Perinthum* reſtituendum, præterea vero, *Jaſo*, & *Bargyliis*, ut in veteribus eſt libris ſcribendum eſſe facile omnibus apparebit. Ea ſunt hæc: Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ

τῶν Ῥο

ſus inſulam, vetuſtæ eorum ditionis) repetebant, poſtulabantque, *præſidia deduci ab Iaſſo, & Bargyliis, & Euromenſium urbe, & in Helleſponto Seſto atque Abydo, & Panopolim Byzantiis in antiqui formulam juris reſtitui, & liberari omnia Aſiæ emporia portuſque.* Achæi Corinthum & Argos repetebant. Prætor Ætolorum Phæneas quum eadem fere quæ Romani, ut Græcia decederetur, poſtulaſſet, redderenturque Ætolis urbes, quæ quondam juris aut ditionis eorum fuiſſent; excepit orationem ejus princeps Ætolorum Alexander, [1] vir (ut inter Ætolos) facundus. *Jamdudum ſe reticere*, ait, *non quo quicquam agi putet eo colloquio, ſed ne quem ſociorum dicentem interpellet. Neque de pace cum fide Philippum agere, neque bella vera virtute unquam geſſiſſe. In colloquiis inſidiari & captare: in bello non congredi æquo campo, neque collatis ſignis dimicare, ſed refugientem incendere ac diripere urbes, & vincentium præmia victum corrumpere. At non ſic antiquos Macedonum reges, ſed acie bellare ſolitos, urbibus parcere quantum poſſent, quo opulentius imperium haberent.* [2] *Nam de quorum poſſeſſione*

τῶν Ῥοδίων ναύαρχος Ἀκεσίμβροτος, τὸν μὲν Περαίας ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν Φίλιππον, ἧς αὐτῶν παρῄρηται· τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ Ἰασσοῦ, καὶ Βαργυλίων, καὶ τῆς Εὐρωμέων πόλεως· ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ Περινθίους εἰς τὴν Βυζαντίων συμπολιτείαν· παραχωρεῖν δὲ καὶ Σηστοῦ καὶ Ἀβύδου, καὶ τῶν ἐμπορείων καὶ λιμένων τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἁπάντων. In veteribus certe libris eſt pro *Perinthum*, *Penolum*, ut de ea lectione dubitare nemo debeat: præſertim vero cum libro ſequenti in aliis pacis conditionibus ſcribendis ita ſit. *Quæ earum ſub ditione Philippi fuiſſent, præſidia ex his Philippus deduceret. his quæ in Aſia eſſent, Euromo, Pedaſiſque & Bargyliis, & Iaſo, & Murina, & Abydo, & Iaſſo, & Perinthô.* Sigonius.

Ab Iaſo & Bargyliis, &c.] Oppida ſunt Cariæ apud Ptolomæum ac reliquos claſſicos ſcriptores. *Glareanus.*

1 *Vir, ut inter Ætolos facundus*] Veteres libri, *Vir inter ceteros facundus.* atque ita ſcripſiſſe Livium puto, quia Polybius ait: Ἀλέξανδρος ὁ προσαγορευόμενος Ἴσιος, ἀνὴρ δοκῶν πραγματικὸς εἶναι καὶ λέγειν ἱκανός. *Inter ceteros* autem legatos, qui in concilio verba fecerant, intelligit. *Sigonius.*

Ut inter Ætolos facundus] Mutat Sigonius, *inter ceteros.* Ineptiſſime. Vult facundum comparatum infacundiſſimis. ſic Ovidius. *Inter Sauromatas ingenioſus eram.* ſic *ſeculi ſui pulcerrima.* male mutat Lipſius in *ſeculi illius.* Gruterus.

Ut inter Ætolos, facundus] Delet Sigonius τὸ *ut*: ſed vitiat ſententiam. Eſt enim, quale Ciceronis ad Atticum 4, 1. *Ita ſunt res noſtræ, ut in ſecundis fluxæ; ut in adverſis, bonæ.* Bruto: *Cliſthenes multum, ut temporibus illis, dicendo valuit.* Catone majore: *Multa etiam, ut in homine Romano, literæ.* J. F. Gron.

2 *Nam de quorum poſſeſſione*, &c. *quod conſi-*

ſeſſione dimicetur tollentem, nihil ſibi præter bellum relinquere, quod conſilium eſſe? Plures priore anno ſociorum urbes in Theſſalia evaſtaſſe Philippum, quam omnes qui unquam hoſtes Theſſaliæ fuerint. ipſis quoque Ætolis eum plura ſocium, quam hoſtem ademiſſe. [1] *Lyſimachiam pulſo prætore & præſidio Ætolorum occupaſſe eum.* [2] *Cium item ſuæ ditionis urbem funditus evertiſſe ac deleſſe.* [3] *Eadem fraude habere eum Thebas Phthias,*
34 *Echinum, Lariſſam, & Pharſalum.* Motus oratione Alexandri Philippus, navem, ut exaudiretur, propius terram applicuit. Orſum eum dicere in Ætolos maxime violenter, Phæneas interfatus, *Non in verbis rem verti*, ait: *aut bello vincendum, aut melioribus parendum eſſe.* [4] *Apparet id quidem*, inquit Philippus, *etiam cæco*; jocatus in valetudinem oculorum Phæneæ. & erat dicacior natura, quam regem decet & ne inter ſeria quidem riſu ſatis temperans. [5] Indignari inde cœpit, *Ætolos, tanquam Romanos,*

conſilium eſſe] Hoc loco Glareanus ita ſcribit: Pro *Tollentem*, ego *Volentem* legendum puto, alioquin non video, quid ſenſus elicias. Hæc ille. Quam autem ſit ſtandum conjectura ejus, Polybius ipſe, cujus hæc verba ſunt, docet. *τὸ δ᾽ ἀναιροῦντα περὶ ὧν ὁ πόλεμός ἐστι, τὸν πόλεμον αὐτὸν καταλιπεῖν, μανίας ἔργον εἶναι.* id eſt, *tollentem autem ea de quibus bellum eſt, bellum ſibi relinquere, ſtultitiæ opus eſſe.* Fortaſſe enim apud Polybium legit Livius *πόλεμον αὑτῷ*, non *αὐτόν*. reprehendit enim Philippum, qui in captas urbes ſæviebat, exciderés eas, quæ belli eſſe præmia poſſent, idque ſtulti & amentis eſſe hominis ait. *Sigonius.*

1 *Lyſimachiam occupaſſe*] Lyſimachiam intelligit, quæ in Cherſoneſo eſt, non quæ in Ætolia. Quod apertius oſtendit hoc loco Polybius: *Ἤρετο γὰρ τὸν Φίλιππον, διότι Λυσιμάχειαν μετ᾽ Αἰτωλῶν ταττομένην, καὶ στρατηγὸν ἔχουσαν παρ᾽ αὐτῶν, ἐκβαλὼν τοῦτον κατάσχοι φρουρᾷ τὴν πόλιν; Idem.*

2 *Chium item ſuæ ditionis u. f. evertiſſe*] *Cium* legendum, non *Chium*, & *ſuæ ditionis*, Ætolorum, non Philippi intelligendum eſſe ſatis oſtendit Polybius, cujus hæc verba ſubſequuntur: *διότι δὲ Κιανοὺς παραπλησίως μετ᾽ Αἰτωλῶν συμπολιτευομένους ἐξανδραποδίσαιτο, φίλος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς;* Factum eſt autem ut quemadmodum Philippus Cianorum mœnia quondam, ſic inſcii librarii eorum memoriam evertere hoc tempore, atque delere conati ſint. De Cio ſic Suidas: *Κίος ἐμπόριόν τι πόλεως Μυσίας, ἀπὸ Κίου τοῦ ἡγησαμένου τῆς ἀποικίας τῶν Μιλησίων· τὸ ἐθνικὸν Κιανός.* Item: *Κιανοὶ οἱ τῆς Κίου, οὓς Προυσίας ἀνδραποδίσαι ἠθέλησε. Idem.*

3 *Ead. fraude h. e. Thebas Phthias, Echinum, Lariſſam, & Pharſalum*] Polybius: *τί δὲ λέγων, κατέχει νῦν Ἐχῖνον καὶ Θήβας τὰς Φθίας, καὶ Φάρσαλον καὶ Λάρισαν; Idem.*

4 *Apparet id quidem etiam cæco*] Apud Polybium: *τοῦτο μὲν, ἔφησεν, ὦ Φαινέα, καὶ τυφλῷ δῆλον. Idem.*

5 *Indignari inde cœpit, Ætolos tamqu. Romanos --- ipſius e. Ætoliæ Agræos Apodeotaſque --- Græciam non eſſe*] *Agraos,*

ros, decedi Græcia jubere: qui, quibus finibus Græcia ſit, diſcere non poſſint. Ipſius enim Ætoliæ, Agræos Apodeotaſque & Amphilochos, quæ permagna eorum pars ſit, Græciam non eſſe. An quod à ſociis eorum non abſtinuerim, juſtam querelam habent, quum ipſi pro lege hunc morem antiquitus ſervent, ut adverſus ſocios ipſi ſuos, publica tantum auctoritate dempta, juventutem ſuam militare ſinant, & contrariæ perſæpe acies in utraque parte Ætolica auxilia habeant: [1] Neque ego Cium expugnavi, ſed Pruſiam ſocium & amicum oppugnantem adjuvi: & [2] Lyſimachiam ab Thracibus vindicavi. ſed quia me neceſſitas ad hoc bellum à cuſtodia ejus avertit, Thraces habent. Et Ætolis hæc. [3] Attalo autem Rhodiiſque nihil jure debeo. non enim à me, ſed ab illis principium belli ortum eſt. Romanorum autem honoris cauſſa Peræam Rhodiis, & naves Attalo cum captivis, qui comparebunt, reſtituam. Nam quod ad Nicephorium Veneriſque templi reſtitutionem attinet; quid ea reſtitui poſtulantibus reſpondeam, niſi quo uno modo luci ſilvæque cæſæ reſtitui poſſunt, curam impenſamque ſationis me præſtaturum: quoniam hæc

græos, quos nuſquam ſe legiſſe ait Glareanus, *Apodotos* non *Apodeotas* legendum eſſe, Polybii verba hæc ſatis docent: Τὸ δὲ δὴ πάντων δεινότατον, οἱ ποιοῦντες ἑαυτοὺς ἐφαμίλλους Ῥωμαίοις, καὶ κελεύοντες ἐκχωρεῖν Μακεδόνας ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος. τοῦτο γὰρ ἀναφθέγξασθαι καὶ καθόλου μέν ἐστιν ὑπερήφανον· οὐ μὴν ἀλλὰ Ῥωμαίων μὲν λεγόντων ἀνεκτὸν, Αἰτωλῶν δ᾽ οὐκ ἀνεκτόν. ποίας δὲ κελεύετέ με, φησὶν, ἐκχωρεῖν Ἑλλάδος, καὶ πῶς ἀφορίζετε ταύτην; αὐτῶν γὰρ Αἰτωλῶν οὐκ εἰσὶν Ἕλληνες οἱ πλείους· τὸ γὰρ τῶν Ἀγραίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἀποδοτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ ἔστιν Ἑλλάς· ἢ τούτων μὲν παραχωρεῖτέ μοι. Porro autem *Agræos* vicinos eſſe Acarnanibus populos ait Stephanus. *Sigonius.*

1 *Neque ego Chium expugnavi, ſed Pr. adjuvi*] *Cium*, reſtitue, non *Chium*. Sic enim Polybius: Κιανεῖς δ᾽ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπολέμησα, Προυσίου δὲ πολεμοῦντος, βοηθῶν ἐκείνῳ συνεξεῖλον αὐτοὺς, ὑμῶν αἰτίων γινομένων. Itaque lib. ſequenti ait Livius: *De Cianorum libertate Quintius Pruſiæ Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui, & decem legatis placuiſſet.* Item Suidas, ut dixi. *Idem.*

2 *Lyſimachiam ab Thracibus vindicavi, ſed --- Thr. habent*] Polybius ita: ἐρωτᾷς με, φησὶν, Ἀλέξανδρε, διατί Λυσιμάχειαν προσέλαβον; ἵνα μὴ διὰ τὴν ἡμετέραν ὀλιγωρίαν ἀνάστατος γένηται ὑπὸ Θρᾳκῶν, καθάπερ νῦν γέγονεν ἡμῶν ἀπαγαγόντων τοὺς στρατιώτας διὰ τοῦτον τὸν πόλεμον. *Idem.*

3 *Attalo autem --- Nam quod --- me præſtaturum*] Hæc Polybius in hunc modum: πρὸς δὲ Ῥοδίους καὶ πρὸς Ἄτταλον, ἐν μὲν ἴσῳ κριτῇ δικαιότερον ἂν νομισθείη τούτους ἡμῖν ἀποδιδόναι τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας, ἤπερ ἡμᾶς τούτοις. οὐ γὰρ ἡμεῖς Ἀττάλῳ πρότεροι καὶ Ῥοδίοις τὰς χεῖρας ἐπεβάλομεν, οὗτοι δ᾽ ἡμῖν ὁμολογουμένως. οὐ μὴν ἀλλὰ σοῦ κελεύοντος, Ῥοδίοις μὲν ἀποδίδωμι τὴν Περαίαν, Ἀττάλῳ δὲ τὰς ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς διασωζομένους· τῆς δὲ τοῦ Νικηφορίου

φορίου

hæc inter ſe reges poſtulare & reſpondere placet. [1] Extrema ejus oratio adverſus Achæos fuit: *in qua orſus ab Antigoni primum, ſuis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum juſſit; omnes divinos humanoſque honores complexa: atque ad ea adjecit recens de exercitu, quo ab ſe deſciviſſent. invectuſque graviter in perfidiam eorum: Argos tamen ſe redditurum eis dixit. De Corintho, cum imperatore Romano deliberaturum eſſe, quæſiturumque ſimul ab eo, utrum iis tantum urbibus decedere ſe æquum cenſeat, quas à ſeipſo captas jure belli habeat,*
35 *an iis etiam, quas à majoribus ſuis accepiſſet.* Parantibus Achæis Ætoliſque ad ea reſpondere, quum prope occaſum ſol eſſet, dilato in poſterum diem colloquio, Philippus in [2] ſtationem, ex qua profectus erat, Romani ſociique in caſtra redierunt. [3] Quintius poſtero die ad Ni-

φορεῖν καταφθορὰν, καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης τεμένους, ἄλλως μὲν οὐκ εἰμὶ δυνατὸς ἀποκαταστῆσαι· φυτὰ δὲ καὶ κηπουροὺς πέμψω, τοὺς φροντιοῦντας θεραπείας τοῦ τόπου, καὶ τῆς αὐξήσεως τῶν ἐκκοπέντων δένδρων. *Sigonius.*

1 *Extrema ejus oratio adverſus Achæos fuit --- recitari decreta eorum juſſit --- adjecit recens de exercitu, quod ab ſe deſciviſſet --- qu. à majoribus ſuis accepiſſet*] Polybii primum verba quæ his reſpondent, recitabo, deinde quod hoc in loco Glareano videtur eſſe obſcuritatis tollam. Polybius ita: μεταβὰς ὁ Φίλιππος ἐπὶ τοὺς Ἀχαιοὺς, πρῶτον μὲν τὰς εὐεργεσίας ἐξηριθμήσατο τὰς ἐξ Ἀντιγόνου γεγενημένας εἰς αὐτοὺς, εἶτα τὰς ἰδίας· ἑξῆς δὲ τούτοις προσανέδειξατο τὸ μέγεθος τῶν τιμῶν τῶν ἀπηντημένων αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν. τελευταῖον δ᾽ ἀνέγνω τὸ περὶ τῆς ἀποστάσεως ψήφισμα, καὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους μεταθέσεως· ᾗ χρησάμενος ἀφορμῇ, πολλὰ κατὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς ἀθεσίαν εἶπε καὶ ἀχαριστίαν. ὅμως δ᾽ ἔφη, τὸ μὲν Ἄργος ἀποδώσειν· περὶ δὲ τῆς Κορίνθου βουλεύσεσθαι μετὰ τοῦ Τίτου. ταῦτα δὲ διαλεχθεὶς πρὸς τοὺς ἄλλους, ἤρετο τὸν Τίτον, φήσας πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ τὸν λόγον εἶναι καὶ πρὸς Ῥωμαίους· πότερον οἴεται δεῖν ἐκχωρεῖν ὧν ἐπέκτηται πόλεων καὶ τόπων ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἢ καὶ τούτων, ὅσα παρὰ τῶν γονέων παρείληφε; Hæc Polybius. Quærit autem apud Livium Glareanus, quid ſit, *Recens* decretum *de exercitu, quod ab ſe deſciviſſet*? Huic ego quæſtioni reſpondeo, primum in veteribus libris legi: *De exercitu, quo ab ſe deſciviſſent*: deinde decretum illud intelligi, quo ſe Achæi relicto Philippo Romanorum ſocietati adjunxerunt, de quo paulo ante Livius. *In præſentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, & exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoveri, captis Cenchreis, jam urbem ipſam Quintio oppugnante.* Idem.

2 *Stationem ex qua profectus*] Vett. edd. *à qua.* MSS. *in qua.* Forte: *in ſtationem, unde profectus erat.* J. F. Gron.

3 *Quintius poſtero die Nicæam, is enim locus placuerat, ad conſtitutum tempus venit. Philippi nullus* & quæ ſequuntur] Apponam hoc etiam loco verba Polybii cum loci illuſtrandi cauſa, tum Livianæ induſtriæ declarandæ. Καὶ τότε μὲν ἅπαντες ἐχωρίσθησαν, ταξάμενοι κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν εἰς Νίκαιαν πάλιν ἀπαντήσειν. τῇ δ᾽ αὔριον οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον, ἐν ᾧ πάντες ἦσαν, ὁ δὲ Φίλιππος οὐ παρεγίγνετο.

Nicæam (is enim locus placuerat) ad conſtitutum tempus

τῆς δ' ἡμέρας ἤδη παραγούσης ἐπὶ πολύ, καὶ σχεδὸν ἀπεγνωκότων τῶν περὶ τὸν Τίτον, παρῆν ὁ Φίλιππος δείλης ὀψίας ἐπιφαινόμενος μεθ' ὧν καὶ πρότερον· κατατετριφὼς τὴν ἡμέραν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔφη, διὰ τὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν τῶν ἐπιταττομένων· ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, βουλόμενος ἐκκλεῖσαι τῷ καιρῷ τήν τε τῶν Ἀχαιῶν καὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν κατηγορίαν. ἑώρα γὰρ τῇ πρόσθεν ἀπαλλαττόμενος, ἀμφοτέρους τούτους ἑτοίμους ὄντας πρὸς τὸ συμπλέκεσθαι, καὶ μεμψιμοιρεῖν αὐτῷ. Διὸ καὶ τότε συνεγγίσας ἠξίου τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐνεστώτων, ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται μόνον ἐξ ἀμφοτέρων ἀψιμαχούντων, ἀλλὰ καὶ τέλος τι τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἐπιτεθῇ. πλεονάκις δὲ αὐτοῦ παρακαλοῦντος καὶ προσαξιοῦντος, ἤρετο τοὺς συμπαρόντας ὁ Τίτος, τί δέον εἴη ποιεῖν; τῶν δὲ κελευόντων συνελθεῖν, καὶ διακοῦσαι τῶν λεγομένων, παραλαβὼν ὁ Τίτος Ἄππιον Κλαύδιον χιλίαρχον ὄντα τότε, τοῖς μὲν ἄλλοις μικρὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀναχωρήσασιν εἶπεν αὐτόθι μένειν· αὐτὸς δὲ τὸν Φίλιππον ἐκέλευεν ἐκβαίνειν. ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν Ἀπολλόδωρον καὶ Δημοσθένην, ἀπέβη. συμμίξας δὲ Τίτῳ, διελέγετο καὶ πλείω χρόνον. τίνα μὲν οὖν ἦν τὰ τότε ῥηθέντα παρ' ἑκατέρου, δυσχερὲς εἰπεῖν. ἔφη δ' οὖν ὁ Τίτος μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν Φίλιππον, διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως· Αἰτωλοῖς μὲν ἀποδοῦναι Φάρσαλον καὶ Λάρισαν, Θήβας δ' οὐκ ἀποδοῦναι. Ῥοδίοις δὲ τῆς μὲν Περαίας παραχωρεῖν, Ἰασοῦ δὲ καὶ Βαργυλιῶν οὐκ ἐκχωρεῖν. Ἀχαιοῖς δὲ παραδιδόναι τὴν Κόρινθον καὶ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν. Ῥωμαίοις δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα φάναι παραδώσειν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας. Ἀττάλῳ δὲ τάς τε ναῦς ἀποκαταστήσειν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἁλόντων ὅσοι πάρεισι. Πάντων δὲ τῶν παρόντων δυσαρεστούντων τῇ διαλύσει, καὶ φασκόντων δεῖν τὸ κοινὸν ἐπίταγμα πρῶτον ποιεῖν· τοῦτο δ' ἦν ἁπάσης ἐκχωρεῖν τῆς Ἑλλάδος· εἰ δὲ μή, διότι τὰ κατὰ μέρος μάταια γίγνεται, καὶ πρὸς οὐδέν· θεωρῶν ὁ Φίλιππος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησιν, καὶ δεδιὼς ἅμα τὰς κατηγορίας, ἠξίου τὸν Τίτον ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον εἰς τὴν αὔριον διὰ τὸ καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν· ἢ γὰρ πείσειν, ἢ πεισθήσεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, ταξάμενοι συμπορεύεσθαι πρὸς τὸν κατὰ Θρόνιον αἰγιαλόν, τότε μὲν ἐχωρίσθησαν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάντες ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον ἐν ὥρᾳ. καὶ βραχέα διαλεχθεὶς ὁ Φίλιππος, ἠξίου πάντας, μάλιστα δὲ τὸν Τίτον, μὴ διακόψαι τὴν διάλυσιν, τῶν γε δὴ πλείστων εἰς συμβατικὴν διάθεσιν ἠγμένων· ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεται, δι' αὐτῶν συμφώνους γενέσθαι περὶ τῶν ἀντιλεγομένων· εἰ δὲ μή, πρεσβεύσειν ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον, κἀκείνην πείσειν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, ἢ ποιήσειν ὅ, τι ποτ' ἂν ἐπιτάττῃ. Ταῦτα δ' αὐτοῦ προτείνοντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφασαν δεῖν πράττειν τὰ τοῦ πολέμου, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἀξιουμένοις· ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγός, οὐκ ἀγνοεῖν μὲν οὐδ' αὐτὸς ἔφη, διότι τὸν Φίλιππον οὐκ εἰκός ἐστι ποιῆσαι τῶν παρακαλουμένων οὐδέν· τῷ δ' ἁπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πράξεις τὴν αἰτουμένην χάριν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐκποιεῖν, ἔφη, χαρίζεσθαι· κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδ' ὡς εἶναι δυνατὸν οὐδὲν τῶν νῦν λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου. πρὸς δὲ τὸ λαβεῖν πεῖραν τῆς ἐκείνων γνώμης, εὐφυῶς ἔχειν τὸν ἐπιφερόμενον καιρόν. Τῶν γὰρ στρατοπέδων οὐδ' ὡς δυναμένων οὐδὲν πράττειν διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦτον ἀποθέσθαι τὸν χρόνον εἰς τὸ προσανενεγκεῖν τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν προσπιπτόντων, οὐκ ἄθετον, ἀλλ' οἰκεῖον εἶναι πᾶσι. Ταχὺ δὲ συγκαταθεμένων ἁπάντων διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν Τίτον οὐκ ἀλλότριον ὄντα τῆς ἐπὶ τὴν σύγκλητον ἀναφορᾶς, ἔδοξε συγχωρεῖν τῷ Φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥώμην, ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὐτῶν πέμπειν ἑκάστους πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ καὶ κατηγορήσοντας τοῦ Φιλίππου. Τοῦ δὲ πράγματος τῷ Τίτῳ τοῦ κατὰ τὸν σύλλογον κατὰ νοῦν καὶ κατὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς διαλογισμοὺς προκεχωρηκότος, παραυτίκα τὸ συνεχὲς τῆς ἐπιβολῆς ἐξύφαινε, τά τε καθ' αὑτὸν ἀσφαλιζόμενος ἐπιμελῶς, καὶ πρόλημμα τῷ Φιλίππῳ ποιῶν οὐδέν. δοὺς γὰρ ἀνοχὰς διμήνους αὐτῷ, τὴν

pus venit. Philippi nullus uſquam [1] nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat: & jam deſperantibus venturum, repente apparuerunt naves. Atque ipſe quidem, *quum tam gravia & indigna imperarentur, inopem conſilii diem ſe conſumpſiſſe deliberando*, ajebat. Vulgo credebatur, de induſtria rem in ſerum tractam, ne tempus dari poſſet Achæis Ætoliſque ad reſpondendum. & eam opinionem ipſe affirmavit, petendo, ut ſummotis aliis, ne tempus altercando tereretur, & aliquis finis rei imponi poſſet, [2] cum imperatore Romano liceret ſibi colloqui. Id primo non acceptum, ne excludi colloquio viderentur ſocii: deinde quum haud abſiſteret petere, ex omnium conſilio Romanus imperator cum Appio Claudio Tribuno militum cæteris ſummotis, ad extremum littus proceſſit. Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram eſt egreſſus. Ibi quum aliquamdiu ſecreto locuti eſſent, quæ acta ad ſuos Philippus retulerit, minus compertum eſt. Quintius hæc retulit ad ſocios. *Romanis eum cedere tota Illyrici ora, perſugas remittere, ac ſi qui eſſent captivi. Attalo naves, & cum iis captos navales ſocios: Rhodiis regionem, quam Peræam vocant, reddere: Iaſſo & Bargyliis non ceſſurum. Ætolis Pharſalum Lariſſamque reddere, Thebas non*

μὲν πρεσβείαν τὴν εἰς τὴν Ῥώμην ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συντελεῖν ἐπέταξε· τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν παραχρῆμα τὰς ἐκ τῆς Φωκίδος καὶ Λοκρίδος ἐκέλευσε. Ex hac verborum collatione cum ſingulare Livii in vertendo Polybio ſtudium cognoſcitur: tum vero alia multa, quæ Livianam patefacere ſententiam poſſunt. Quorum exempli cauſa unum illud eſt: *Quintius poſtero die ad Nicaam venit*, quo loco ſubaudiendum eſt, *iterum*, ut recte Glareanus intellexit. habet enim Polybius πάλιν. Alterum, quod cum ait: *Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat*, Apollodorum & Demoſthenem intelligit, de quibus laborat Glareanus. Tertium, quod cum ait, *litus ad Thronium*, recte habet. Nam etiam κατὰ Θρόνιον αἰγιαλὸν edit Polybius, quamquam in veteribus libris eſt *Athonium*. Reliqua ejuſmodi ſunt, quæ ſi diligentius comparentur, cum voluptatem, tum utilitatem afferre ei, qui id fecerit, incredibilem poſſint. *Sigonius.*

1 *Nec nuncius ab eo*] Videtur delendam præpoſitionem eſſe. *J. F. Gron.*

2 *Cum imperatore Romano*] Id ſane jam pridie fecerat, & potuit quoque adhuc facere. Sed vim orationi ſummam addunt MSS. inque iis Thuan. *cum ipſo imperatore Rom.* quod non meretur negligi: ſolum enim vult, nullis ſociis cinctum. 23, 42. *Hoſtes populi Rom. fuimus primum per nos ipſi; poſtea Pyrrho regi nos adjunximus.* Jac. Gron.

1 *Cauſſas*

non reddere. Achæis non Argis modo, ſed etiam Corintho ceſſurum. Nulli omnium placere partium, quibus ceſſurus, aut non ceſſurus eſſet, deſtinatio. *plus enim amitti in iis, quam acquiri. nec unquam, niſi tota deduxiſſet Græcia præſidia*[1] *cauſſas certaminum deponere.* Quum hæc toto ex con- 36
cilio certatim omnes vociferarentur, ad Philippum quoque procul ſtantem vox eſt perlata. itaque à Quintio petit, ut rem totam in poſterum diem differret, profecto aut perſuaſurum ſe, aut perſuaderi ſibi paſſurum. Littus ad Thronium colloquio deſtinatur. eo mature conventum eſt. Ibi Philippus primo & Quintium, & omnes qui aderant, rogare, ne ſpem pacis turbare vellent. Poſtremo petere tempus, quo legatos Romam ad ſenatum mittere poſſet. *Aut his conditionibus ſe pacem impetraturum, aut quaſcunque ſenatus dediſſet, leges pacis accepturum.* Id cæteris haudquaquam placebat. nec enim aliud, quam moram & dilationem ad colligendas vires quæri. Quintius, *verum id futurum fuiſſe*, dicere: *ſi æſtas, & tempus rerum gerendarum eſſet. nunc hieme inſtante nihil amitti, dato ſpatio ad legatos mittendos. Nam neque ſine auctoritate ſenatus quicquam eorum ratum fore, quæ cum rege ipſi pepigiſſent: & explorari (dum bello neceſſariam quietem ipſa hiems daret) ſenatus auctoritatem poſſe.* In hanc ſententiam & cæteri ſociorum principes conceſſerunt: induciiſque datis in duos menſes, & ipſos mittere ſingulos legatos ad edocendum ſenatum, ne fraude regis caperetur, placuit. Additum induciarum pacto, ut regia præſidia Phocide ac Locride extemplo deducerentur. Et ipſe Quintius cum ſociorum legatis Amynandrum Athamanum regem;[2] utque ſpeciem legationis adjiceret, Q. Fabium (uxoris Quintii ſororis filius erat)[3] & Q. Fulvium, & Appium Claudium miſit.

1 *Cauſſas certaminum deponere*] Scribe: *cauſas certaminum deſore.* J.F.Gron.

2 *Utque ſpeciem legationis adjiceret*] Immo, *legationi.* Lib. 34. *Præbuerunt ſpeciem triumpho capitibuſque raſis ſecuti, qui ſervitute exempti fuerant.* Idem.

3 *Et Q. Fulvium, & P. Claudium miſit*] Veteres libri habent, *App. Claudium.* Polybius: *App. Claudium Neronem.* Verba ejus ſunt: καὶ τὸν μὲν Ἀμυναν-

37 ſit. [1] Ut ventum Romam eſt, prius ſociorum legati, quam regis auditi ſunt. cætera eorum oratio conviciis regis conſumpta eſt. Moverunt eo maxime ſenatum, demonſtrando maris terrarumque regionis ejus ſitum: ut omnibus appareret, ſi Demetriadem in Theſſalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaia rex teneret; non poſſe liberam Græciam eſſe: & ipſum Philippum non contumelioſius, quam verius compedes eas Græciæ appellare. [2] Legati deinde Regis intromiſſi, quibus longiorem exorſis orationem, brevis interrogatio, ceſſuruſne iis tribus urbibus eſſet, ſermonem incidit. quum manda-

Ἀμινάνδρον εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπε παραχρῆμα, γινώσκων αὐτὸν δυσάγωγον μὲν ὄντα, καὶ ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις, ἐφ᾽ ὁπότερα ἂν ἄγωσιν αὐτόν· φαντασίαν δὲ ποιήσοντα καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. μετὰ δὲ τοῦτον ἐξέπεμπε τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ πρέσβεις, Κόϊντόν τε τὸν Φάβιον, ὃς ἦν αὐτοῦ τῆς γυναικὸς ἀδελφιδοῦς, καὶ Κόϊντον Φούλβιον· σὺν δὲ τούτοις Ἄππιον Κλαύδιον ἐπικαλούμενον Νέρωνα. Ejuſdem Ap. Claudii Neronis meminit etiam poſt libro trigeſimo quarto Livius. *Sigonius.*

1 *Ut ventum Romam eſt --- moverunt eo maxime --- eas Græciæ appellare*] Hæc à Polybio quoque ſumpta ſunt, cujus hæc verba ſunt: εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες, κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παραπλήσια τοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα πρότερον εἰρημένοις ἦν· τοῦτο δ᾽ ἐπιμελῶς ἐντίκλειν ἐπειρῶντο τῇ συγκλήτῳ πάντες, διότι τῆς Χαλκίδος καὶ τῆς Κορίνθου καὶ τῆς Δημητριάδος ὑπὸ τῷ Μακεδόνι ταττομένων, οὐχ οἷόν τε τοὺς Ἕλληνας ἔννοιαν λαβεῖν ἐλευθερίας. ὁ γὰρ αὐτὸς Φίλιππος εἶπε τοῦτο, καὶ λίαν ἀληθὴς ἔφασαν ὑπάρχειν· ὃς ἔφη τοὺς προειρημένους τόπους εἶναι πέδας Ἑλληνικάς. Idem fere de compedibus Græciæ, quas πέδας Græci vocant, Plutarchus in Quintio. *Idem.*

Moverunt eo maxime ſenatum] Recidendum τὸ eo. J. F. Gron.

2 *Legati deinde regis intromiſſi --- cum mandatum ſibi --- Quintio l. a. pacis ac belli permiſſum*] Polybius ſic: οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευάζοντο μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους, ἐν ἀρχαῖς δ᾽ εὐθέως ἐκωλύθησαν. ἐρωτηθέντες γὰρ, εἰ ἀποχωροῦσι τῆς Χαλκίδος, καὶ Κορίνθου, καὶ Δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν. οὗτοι μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες, οὕτω κατέπαυσαν τὸν λόγον. ἡ δὲ σύγκλητος, τοὺς μὲν ὑπάτους ἀμφοτέρους εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλε, τὸν δὲ πρὸς Φίλιππον πόλεμον ἐψηφίσατο κατάμονον εἶναι, δοῦσα τῷ Τίτῳ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν. *Sigonius.*

Quum mandatum ſibi de his nominatim negarent quidquam] Scripti: *quum mandati ſibi de his nominatim negarent quidquam.* Intelligitur ſubſtantivum verbum. Amat autem genus illud Livius, & reſtituimus ex MSS. lib. 29, 18. *Nec tamen illi unquam poſtea proſperi quidquam evenit.* Eodem cap. 21. *Ut quod ſui quiſque cognoſſet, prenderet.* Lib. 31. *Neque eo magis explorati quidquam retulerunt.* Lib. 34. *Nec quidquam in exercitu ſuo præcipui præter honorem atque imperium haberet.* Lib. 39, 30. *Prætores Romani omne id temporis contrahendis ex civitatibus ſociis Hiſpanorum auxiliis,*&c. *conſumpſerunt.* Sic Naud. integre. Barber. & Petav. *omne id opus*: vulgo, *id tempus*, quæ varietas indicio non ſanum eſſe locum. Lib. 42. *De quibus nihil*

nandati ſibi de his nominatim negarent quicquam, ſic nfecta pace regii dimiſſi. Quintio liberum arbitrium pa-:is ac belli permiſſum. [1] Quo ut ſatis apparuit, non tæ-lere belli ſenatum, & ipſe victoriæ quam pacis avidior, ieque colloquium poſtea Philippo dedit, neque legatio-iem aliam, quam quæ omni Græcia decedi nunciaret, idmiſſurum dixit. Philippus quum acie decernendum 38
videret, & undique ad ſe contrahendas vires, maxime de Achaiæ urbibus regionis ab ſe diverſæ, & magis tamen le Argis, quam de Corintho ſollicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiducia-:iam dare, ut victori ſibi reſtitueret: ſi quid adverſi ac-:idiſſet, ipſe haberet. Philocli, qui Corintho Argiſque oræerat, ſcribit, ut tyrannum ipſe conveniret. Philo-cles, præterquam quod jam veniebat cum munere, ad-iicit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitiæ, filias ſuas regem Nabidis filiis matrimonio conjungere velle. Tyrannus primo negare, aliter urbem eam ſe acceptu-rum, niſi Argivorum ipſorum decreto arceſſitus ad au-xilium urbis eſſet. deinde, ut frequenti concione non aſpernatos modo, ſed abominatos etiam nomen tyranni audivit: cauſſam ſe ſpoliandi eos nactum ratus, tradere ubi vellet urbem, Philoclem juſſit. Nocte ignaris omni-bus acceptus in urbem eſt tyrannus. prima luce occupat ſuperiora omnia loca, [2] portæque clauſæ. Paucis princi-pum tumultum inter primum elapſis, eorum abſentium direptæ fortunæ: præſentibus aurum atque argentum abla-

nihil mandati haberet. Ovidius lib. 1 Faſtorum: *Ne tamen ignores variorum jura dierum, Non habet officii Jupiter omnis idem.* Sic vetuſtiſſimæ membranæ Petavianæ. Vulgo, *officium.* Idem in epiſtola Hypermneſtræ: *Fert male cognatæ jacturam mortis in uno, Et queritur facti ſanguinis eſſe parum.* Sic MSS. plures melioreſque: non *factum.* Palladius Junio tit. 7. *Solent hoc ſigni &, cum pugnatura ſunt, facere.* Sic MSS. at editi, *hac ſigna.* A. Gellius lib. 9. 12. *Metus quoque & injuria, atque alia quædam id generis ſic utroqueverſum dici poſſunt.* Ita quoque membranæ Petav. non *id genus.* J. F. Gron.

1 *Quod ut ſatis apparuit non tædere belli ſenatum*] Scio τὸ *quod* interdum παρέλκειν: ſed hic ſcribendum: *Quo ut ſatis apparuit.* Idem.

2 *Portæque clauſæ*] Vet. lib. *Portæ clauſæ.* Sigonius

Poſtea-

ablatum: pecuniæ imperatæ ingentes. qui non cunctan-
ter contulere, ſine contumelia & laceratione corporum
ſunt dimiſſi: quos occulere aut retrahere aliquid ſuſpi-
cio fuit, in ſervilem modum lacerati atque extorti. Con-
cione inde advocata, rogationem promulgavit; unam
de tabulis novis, alteram de agro viritim dividendo. duas
faces novantibus res ad plebem in optimates accenden-
39 dam. [1] Poſteaquam in poteſtate Argivorum civitas erat,
nihil ejus memor tyrannus, à quo eam civitatem, & quam
in conditionem accepiſſet, legatos Elatiam ad Quintium
& Attalum Æginæ hibernantem mittit, qui nunciarent,
Argos in poteſtate ſua eſſe. eo ſi veniret Quintius ad col-
loquium, non diffidere ſibi omnia cum eo conventura.
Quintius, ut eo quoque præſidio Philippum nudaret,
quum annuiſſet ſe venturum, mittit ad Attalum, ut ab
Ægina Sicyonem ſibi occurreret, ipſe ab Anticyra de-
cem quinqueremibus, quas iis forte ipſis diebus L. Quin-
tius frater ejus adduxerat ex hibernis Corcyræ, Sicyo-
nem tranſmiſit. Jam ibi Attalus erat, qui quum, tyran-
no ad Romanum imperatorem, non Romano ad tyran-
num eundum diceret; in ſententiam ſuam Quintium
traduxit; ne in urbem ipſam Argos iret. Haud procul
urbe Mycenica vocatur. in eo loco ut congrederentur,
convenit. Quintius cum fratre & tribunis militum pau-
cis, Attalus cum regio comitatu, Nicoſtratus Achæo-
rum prætor cum auxiliaribus paucis venit. tyrannum ibi
cum omnibus copiis opperientem invenerunt. [2] progreſ-
ſus

1 *Poſteaquam in poteſtate Argivorum*] Vet. lib. *Poſteaquam in poteſtate Nabidis Argivorum civitas erat.* Sigonius.

Poſteaquam in poteſtate Nabidis Argivorum civitas] Gelenii codices, ad quorum bonitatem non adſpirant Sigoniani, Barberin. Pet. Oxon. refutant τὸ *Nabidis.* Et mihi quoque rectius abeſſe videtur, quia ſtatim ſequitur: *nihil ejus memor tyrannus.* Andreas quoque Romæ: *in poteſtate Argivorum civitas:* in Tarviſina jam adjectum *Nabidis* video. *J. F. Gron.*

2 *Progreſſus armatus cum ſatellitibus eſt*] Voſſianus & alii augent *armatus cum ſatellitibus armatis eſt.* Idem facit quoque Thuan. niſi quod *armatus.* Et genuinum illud puto. Etſi enim ſatis per ſe pateat ſatellites armatos fuiſſe, tamen ſic expreſſe rurſum Livius 34, 27. *Eorum concioni ſatellites armatos circumde-*

us armatus cum ſatellitibus eſt in medium fere interja-
centis campi: inermis Quintius cum fratre & duobus
ribunis militum: inermes item Regi prætor Achæo-
um, & unus ex purpuratis latus cingebant. Initium ſer-
monis ab excuſatione tyranni ortum: *quod armatus ipſe
rmatiſque ſeptus, quum inermes Romanum imperatorem, re-
emque cerneret, in colloquium veniſſet.* [1] *neque enim ſe illos ti-
mere, ſed exules Argivorum.* Inde ubi de conditionibus a-
micitiæ cœptum agi eſt, Romanus duas poſtulare res:
unam, ut bellum cum Achæis finiret: alteram, ut ad-
verſus Philippum mitteret ſecum auxilia. Auxilia ſe miſſu-
um dixit. pro pace cum Achæis, induciæ impetratæ,
donec bellum cum Philippo finiretur. De Argis quoque 40
diſceptatio ab Attalo Rege eſt nata: quum fraude Philo-
clis proditam urbem vi ab eo teneri argueret: ille, ab
ipſis Argivis, ut ſe defenderet, accitum. Concionem Ar-
givorum rex poſtulabat, ut id ſciri poſſet. Nec tyran-
nus abnuere: ſed deductis ex urbe præſidiis, liberam
concionem, non immixtis Lacedæmoniis declaraturam
quid Argivi vellent, præberi debere dicebat rex. Ty-
rannus negavit deducturum. Hæc diſceptatio ſine exitu
fuit. de colloquio diſceſſum: ſexcentis Cretenſibus ab ty-
ranno datis Romano; induciiſque inter Nicoſtratum
Prætorem Achæorum & Lacedæmoniorum tyrannum
in quatuor menſes factis. Inde Quintius Corinthum eſt
profectus: & ad portam cum Cretenſium cohorte acceſ-
ſit, ut Philocli præfecto urbis appareret tyrannum à Phi-
lippo deſciſſe, Philocles & ipſe ad imperatorem Roma-
num in colloquium venit: hortantique ut extemplo
tranſiret, urbemque traderet, ita reſpondit; ut diſtuliſſe
rem magis, quam negaſſe, videretur. A Corintho Quin-
tius

eumdedit. 24, 5. *Conſpexere purpuram ac diadema ac ſatellites armatos.* Et cur mox ipſe? *armatus ipſe armatiſque ſeptus.* Jac. Gron.

1 *Neque enim ſe illos timere dixit, ſed exules Argivorum*] Freinshemius cancellat τὸ *dixit*. Neque ego contra contendam. *J. F. Gron.*

1 *Fir-*

tius Anticyram trajecit: inde fratrem ad tentandam Acarnanum gentem miſit. Attalus ab Argis Sicyonem eſt profectus. Ibi & civitas novis honoribus veteres regis honores auxit: & rex ad id, quod ſacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemerat eis, tum quoque ne ſine aliqua munificentia præteriret civitatem ſociam atque amicam, decem talenta argenti dono dedit: & decem millia medimnum frumenti. atque ita Cenchreas ad naves rediit. Et Nabis [1] firmato præſidio Argis Lacedæmonem regreſſus, quum ipſe viros ſpoliaſſet; ad fœminas ſpoliandas uxorem Argos remiſit. Ea nunc ſingulas illuſtres, nunc ſimul plures genere inter ſe junctas domum arceſſendo, blandiendoque ac minando, non aurum modo iis, ſed & poſtremo veſtem quoque, mundumque omnem muliebrem ademit.

EPI-

1 *Firmato præſidio Argis*] Leg. *firmatis præſidio Argis*. Tan. Faber.

Firmato præſidio Argis] Sic Tacitus Ann. 13. *Nec nobis id virium, quod firmando præſidio & capeſſendo bello divideretur.* In Agricola: *ſubactis nationibus præſidiiſque firmatis.* Quæ nihil aliud quam *firmo collocando* & *firmis collocatis.* Ex more tamen Livii magis, *firmatis.* Lib. 35. *Oppidaque omnia maritima, quæ in Græciam verſa erant, præſidiis firmavit.* Auctor belli Africani: *ne maritima oppida poſt ſe vacua relinqueret præſidioque firmata ad claſſim receptacula muniret.* Tacitus ipſe in dicto Agricola: *Glota & Bodotria anguſto terrarum ſpatio dirimuntur, quod tum præſidiis firmabatur.* Vide ad lib. 21, 57. J. F. Gron.

1 Ob

EPITOME

LIBRI XXXIII.

Titus Quintius Flamininus proconſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus frater proconſulis, Acarnanes, Leucade urbe, quod caput Acarnanum, expugnata, in deditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus prætor à Celtiberis cum exercitu cæſus eſt. Attalus à Thebis [1] *ob ſubitam valetudinem Pergamum tranſlatus deceſſit. Pax petenti Philippo, Græciæ libertas data eſt.* [2] *L. Furius Purpureo & Claudius Marcellus conſules, Boios, & Inſubres Gallos ſubegerunt. Marcellus triumphavit. Annibal fruſtra in Africa bellum molitus, & ob hoc Romanis per epiſtolas adverſæ factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginienſium ſenatum de eo miſerant, profugus ad Antiochum regem Syriæ ſe contulit; bellum contra Romanos parantem.*

HÆc per hiemem geſta. Initio autem veris [3] I
Quinctius Attalo Elatiam excito, Bœotorum gentem, incertis ad eam diem animis fluctuantem, ditionis ſuæ facere cupiens, profectus per Phocidem quinque millia ab Thebis, quod caput eſt Bœotiæ, poſuit caſtra. Inde poſtero die cum unius ſigni militibus, & Attalo, legationibuſque, quæ frequentes undique convenerant, pergit ire ad urbem, juſſis

1 OB *ſubitam valetudinem tranſlatus*] Vet. lib. *Pergamum tranſlatus*, recte. Livius enim ita: *Attalus ager Thebis Pergamum advectus moritur*. Sigonius.

2 *L. Furius, & Claud. Marcell.*] Vet. lib. *L. Furius Purpureo, & M. Claudius Marcellus*. Idem.

3 *Hac per hiemem geſta*] Neque principium hoc, quod è codice Bambergenſi optimo publico vulgarunt, neque quæ antehac publicata erant libri hujus, in ſcriptis uſquam nobis obvia fuerunt. Quod & de ſe in poſteriori conqueritur Sigonius. Providimus tamen ne ingenium quoque noſtrum atque induſtria in aliquibus certe nos deſererent. *J. F. Gron.*

juſſis legionis haſtatis (ea duo millia militum erant) [1] ſe-
qui ſe, mille paſſuum intervallo diſtantes. Ad medium
ferme viæ Bœotorum prætor Antiphilus obvius fuit: cæ-
tera multitudo è muris adventum imperatoris Romani
regiſque proſpeculabatur. rara arma, paucique milites
circa eos apparebant: haſtatos, ſequentes procul, anfra-
ctus viarum valleſque interjectæ occulebant. Quum jam
adpropinquaret urbi, velut obviam egredientem tur-
bam ſalutaret, tardius incedebat. Cauſſa erat moræ, ut
haſtati conſequerentur. [2] Oppidani, ante lictorem tur-
ba acta, inſecutum confeſtim agmen armatorum, non
ante, quam ad hoſpitium imperatoris ventum eſt, con-
ſpexere. Tum, velut prodita dolo Antiphili Prætoris
urbe captaque, obſtupuerunt omnes. Et apparebat ni-
hil liberæ conſultationis concilio, quod in diem poſte-
rum indictum erat, Bœotis relictum. [3] Texerunt dolo-
rem, quem & nequicquam, & non ſine periculo oſten-
2 diſſent. In concilio Attalus primus verba fecit. Orſus à
majorum ſuorum, ſuiſque, & communibus in omnem
Græciam & propriis in Bœotorum gentem meritis; [4] ſe-
gnior jam & infirmior, quam ut contentionem dicendi
ſuſtineret, obmutuit, & concidit. Et [5] dum regem au-
ferunt perferuntque, parte membrorum captum, pau-
liſper

1 *Sequi ſe mille paſſuum intervallo diſtantis*] Sic unica membrana. Sed quo referatur τὸ *diſtantis*, difficile dictu eſt. nam, ſi τὸ *haſtatis* reſpicias, *diſtantibus* requiritur: ſi τὸ *ſe*, *diſtantem*. Nec vero ſi abſit hæc vox, eam deſideres. *J. F. Gron.* Haud dubie Livius ſcripſit *intervallo diſtante*. Jac. Gron.

2 *Oppidani ante lictorem turba acta*] Scribe: *Oppidani, ante lictorum turba acti.* Ut infra: *caſtra his ante objectis ſepſiſſent*. J. F. Gron.

3 *Texerunt tamen dolorem*] Non fuit in ſcripto τὸ *tamen*: etſi videatur id ſenſus requirere. Scribe: *Texere tamen dolorem*. nam *texerent*, ut compendio ſcriptum erat, librarius reddidit *texerunt*. Idem.

4 *Segnior jam & infirmior*] Puto *ſenior*. Virgilius: *Jam ſenior, ſed cruda deo viridiſque ſenectus*. Idem.

5 *Dum regem auferunt perferuntque*] Fortaſſe: *refoventque*. Tacitus 12 Ann. *Claudius valetudine adverſa corripitur, refovendiſque viribus mollitie cœli & ſalubritate aquarum Sinueſſam pergit.* Niſi malis, *reficiuntque*. Lib. 39 de Philopœmene: *diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur.* Et, *haud ſecus quam ducem ſuum attollunt reficiuntque.* Ovidius lib. 13. *Ego Telephon haſta Pugnantem domui, victum orantemque refeci.* Idem.

1 *Maſt*

liſper concio intermiſſa eſt. Ariſtænus inde Achæorum prætor, eo cum majori auctoritate auditus, quod non alia, quam quæ Achæis ſuaſerat, Bœotis ſuadebat. Pauca ab ipſo Quinctio adjecta; fidem magis Romanam, quam arma, aut opes extollente verbis. Rogatio inde à Platæenſi Dicæarcho lata, recitataque de ſocietate cum Romanis jungenda, nullo contra dicere audente, omnium Bœotiæ civitatum ſuffragiis accipitur jubeturque. Concilio dimiſſo Quinctius tantum Thebis moratus, quantum Attali repens caſus coëgit, poſtquam non vitæ præſens periculum vis morbi attuliſſe, ſed membrorum debilitatem viſa eſt, relicto eo ad curationem neceſſariam corporis, Elatiam, unde profectus erat, redit: Bœotis quoque, ſicut prius Achæis ad ſocietatem adſcitis, quoniam tuta ea pacataque ab tergo relinquebantur, omnibus jam cogitationibus in Philippum, & quod reliquum belli erat, converſis. Philippus quoque primo ve- 3
re, poſtquam legati ab Roma nihil pacati retulerant, delectum per omnia oppida regni habere inſtituit, in magna inopia juniorum: abſumpſerant enim per multas jam ætates continua bella [1] Macedonas, ipſo quoque regnante: & navalibus bellis adverſus Rhodios, Attalumque, & terreſtribus adverſus Romanos ceciderat magnus numerus. ita & tirones ab decem & ſex annis milites ſcribebat, & emeritis quidam ſtipendiis, quibus modo quidquam reliqui roboris erat, ad ſigna revocabantur. Ita ſuppleto exercitu, ſecundum vernum æquinoctium omnes copias Dium contraxit, ibique ſtativis poſitis, exercendo quotidie milite, hoſtem opperiebatur. Et Quinctius per eoſdem ferme dies ab Elatia profectus, [2] præter Thro-

1 *Macedonas, ipſo quoque regnante: & navalibus*] Diſtinguendum ita: *Abſumpſerant enim per multas jam ætates continua bella Macedonas: ipſo quoque regnante & navalibus bellis adverſus Rhodios Attalumque, & terreſtribus adverſus Romanos ceciderat magnus numerus.* Jac. Perizonius.

2 *Præter Thronium & Scharpeam*] Sic MS. Quærengus corrigit *Scarphen.* Propius eſt *Scarpheam.* Oppidum eſt Locrorum, qui Epicnemidii dicti,

 Græ-

Thronium & Scarpheam, ad Thermopylas pervenit. Ibi concilium Ætolorum, Heracleam indictum, tenuit, conſultantium quantis auxiliis Romanum ad bellum ſequerentur. Cognitis ſociorum decretis, tertio die ab Heraclea Xynias progreſſus, in confinio Ænianum Theſſalorumque poſitis caſtris, Ætolica auxilia opperiebatur. Nihil morati Ætoli ſunt. [1] Phænea duce duo millia peditum cum equitibus quadringentis venerunt. Ne dubium eſſet quid exſpectaſſet, confeſtim Quinctius movit caſtra. Tranſgreſſo in Phthioticum agrum quingenti Gortynii Cretenſium, [2] duce Cydate, & trecenti Apolloniatæ, [3] haud diſpari armatu ſe conjunxere: nec ita multo poſt Amynander cum Athamanum peditum ducentis & mille. Philippus, cognita profectione ab Elatia Romanorum, ut cui de ſumma rerum adeſſet certamen, adhortandos milites ratus, multa jam ſæpe memorata de majorum virtutibus, ſimul de militari laude Macedonum quum diſſeruiſſet, ad ea quæ tum maxime animos terrebant, quibuſque erigi ad aliquam ſpem poterant,
4 venit. [4] Acceptæ ad Aoum flumen in anguſtiis [5] cladi, terri-

Græcis Σκάρφη & Σκάρφεια. Ita enim Euſtathius de Strabone: Ὅρα ὅτι καὶ Σκάρφην λέγει καὶ Σκάρφειαν τὴν αὐτήν. Ptolomæus lib. 4. cap. 7. item Σκάρφειαν vocat & Pauſanias in Achaicis & Plinius 4, 7. *Horrion.*

1 *Phanea duce ducenti pedites*] Membranaceus: *DC.* Quærengus, *MM.* vel *duo millia.* Plutarchus de copiis Titi: ὑπὲρ ἑξακισχιλίους καὶ δισμυρίους ἔχων στρατιώτας· ὧν Αἰτωλοὶ πεζοὺς ἑξακισχιλίους καὶ ἱππεῖς τετρακοσίους παρεῖχον. *J. F. Gron.*

2 *Duce Cyndate*] MS. *Cydante:* ſed omnino legendum *Cydate.* Hoc enim nomen uſitatum apud Gortynios diſcimus ex Polybio in Excer. Legat. num. 54. Κοσμοῦντος ἐν Γορτύνῃ Κυδάτου Ἀντιτάλκους. *Horrion.*

3 *Haud diſpari armatu*] Sic exſtat in MS. Puer, qui exemplum fecit, ex quo pars hæc Livii primum in Italia typis deſcripta eſt, reddiderat *armatum.* Quærengus *armatura.* Nobis nihil mutare libuit. *Idem.*

4 *Accepta ad Aunum*] Immo *Aoum*, ut conſtat ex lib. 32. & Straboni lib. 7 eſt Ἆῳος. Ex quo diſces cur inter ſe ſuper hac clade diſſentiant Livius & Plutarchus in T. Quinctio. hic enim ad Apſum flumen contigiſſe tradit. Nimirum exiguo intervallo diſtant Apſus & Aous. *Idem.*

5 *Cladi terra Macedonum phalange*] Quærengus *territa.* Legendum, *terra à Macedonum phalange.* Hiſtoria eſt lib. 32. ubi pro illis, *Inde ad Rhagen eſt profectus*, ſcribe, *Inde Atracem.* Oppidum eſt Atrax ſuper Peneum. Romani obſidentes id oppidum, decuſſa jam arietibus muri parte, poſteaquam per ipſas ruinas tranſcenderunt,

territa Macedonum phalange, ad Atracem vi pulſos Romanos opponebat: & illic tamen ubi inſeſſas fauces Epiri non tenuiſſent, primam culpam fuiſſe eorum, qui negligenter cuſtodias ſervaſſent: ſecundam, in ipſo certamine, levis armaturæ mercenariorumque militum. Macedonum vero phalangem, & tunc ſtetiſſe, & loco æquo juſtaque pugna ſemper manſuram invictam. Decem & ſex millia militum hæc fuere; robur omne virium, & regni. Ad hoc duo millia cetratorum, quos peltaſtas appellant, Thracumque & Illyriorum, ([1] Trallis nomen eſt genti) par numerus bina millia erant, & miſti ex pluribus gentibus mercede conducti auxiliares mille ferme, & [2] duo millia equitum. Cum iis copiis Rex hoſtem opperiebatur. Romanis ferme par numerus erat, [3] equitum copiis

runt, objectu phalangis ſunt expulſi. Inde multis fruſtra tentatis, quia nec maturam expugnandi ſpem, nec rationem procul à mari & in evaſtatis belli cladibus locis hibernandi cernebat, Quinctius relicta obſidione Anticyram in Phocidem ſe contulit. Hoc igitur eſt, quod ait hic Philippus, à Macedonum phalange ad Atracem *terra vi pulſos* Romanos. *Horrion.*

Territa Macedonum phalange] Sic Romæ dederunt, quod locum habere non poſſe demonſtravit eruditus Horrion: ipſe quod in unica membrana erat, *terra Macedonum*, præpoſitione tantum adjecta, ut ſit, *terra à Macedonum*, tuetur, quod obſidione relicta Anticyram ſe contulerit in Phocidem Quinctius. Acute; niſi nimium eſt. nam diſceſſerunt illi quidem, non tamen à phalange terra pulſi, ſed quod procul à mari & in evaſtatis belli cladibus locis hibernandi non erat copia. Forte: *ter à Macedonum phalange ad Atracem vi pulſos Romanos opponebat.* Quod & in margine habet Patherbornenſis editio. Vide lib. 32, 17. *J. F. Gron.*

1 *Triballi nomen eſt gentis*] Sic correxerunt Romæ. In ſcripto: *Trailis.* Scribendum autem: *Trallis nomen eſt genti.* Neque enim hi alii quam qui appellantur in auxiliis ejuſdem Philippi lib. 27. *Contracto jam inter Ætolos & Trallos (Illyriorum id eſt genus) certamine.* Et lib. 31. *Quadringentos Trallos (Illyriorum id, ſicut alio diximus loco, eſt genus) & Cretenſes trecentos.* Idem.

2 *Bis mille equitum*] Sic reddiderunt notis expreſſa: *CIↃ CIↃ equitum:* hoc eſt, ut ſolet Livius: *duo millia equitum.* Impingit eodem modo Rhenanus lib. 3, 5. *Romanos cecidiſſe in Hernico agro quinque millia ac trecentos.* Ait eſſe in ſcripto: *V A CCC.* hoc eſt, *quinquies mille trecentos.* Ut aliquid ei concedamus, delere licet copulativam: nam & Pal. unus, *V millia ac CC.* quod parum refert: cæteræ notæ ſignificant vulgatum. *Idem.*

3 *Qui tamen copiis tantum quod Ætoli acceſſerant, ſuperabant*] Alii ediderunt, *qui tum copiis.* Reſtitue: *Romanis ferme par numerus erat; equitum copiis tantum quod Ætoli acceſſerant, ſuperabant.* nempe copias hoſtium numero. Lib. 5. *Haud dubius facilem in æquo campi tantum ſuperanti multitudine victoriam fore.* Junctas eaſdem particulas habes lib. 22. *Tantum quod ex-*

copiis tantum, quod Ætoli acceſſerant, ſuperabant.
5 Quinctius ad Thebas Phthioticas caſtra quum moviſſet, ſpem nactus per Timonem principem civitatis prodi urbem, cum paucis equitum leviſque armaturæ ad muros ſucceſſit. Ibi adeo fruſtrata ſpes eſt, ut non certamen modo cum erumpentibus, ſed periculum quoque atrox ſubiret: ni caſtris exciti repente pedites equiteſque in tempore ſubveniſſent. Et poſtquam nihil conceptæ temere ſpei ſuccedebat, urbis quidem amplius tentandæ in præſentia conatu abſiſtit: cæterum ſatis gnarus jam in Theſſalia regem eſſe, nondum comperto quam in regionem veniſſet, milites per agros dimiſſos, vallum cædere & parare

ſtaret aqua, quærentibus ad quietem. Quamvis hic τὸ *quod* potius videtur pronomen. Eſt & breviſſimi temporis intercedentis deſcriptio. Cornelius Nepos in vita Datamis: *Hac re probata exercitum educit, Mithrobarzanem perſequitur, qui tantum quod ad hoſtes pervenerat. Datames ſigna inferri jubet.* Id eſt, commodum: eo ipſo momento, quo Datames eum aſſecutus eſt, ſic ut conſilii ſui rationem nondum illis edere ac probare ſatis potuerit. Suetonius Octavio cap. 63. *Juliam primum Marcello Octaviæ ſororis ſuæ filio, tantum quod pueritiam egreſſo.* Cap. 98. *De navi Alexandrina, quæ tantum quod appulerat.* Nerone cap. 6. *Natus eſt Antii, XVIII Cal. Januarias, tantum quod exoriente ſole.* Potuiſſet etiam dicere: *qui tantum quod ad hoſtes pervenerat, cum Datames ſigna inferri jubet.* Ut Cicero lib. 7 Fam. 23. *Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literæ redditæ ſunt.* Lib. 15 ad Atticum: *Hæc cum ſcriberem, tantum quod exiſtimabam ad te orationem eſſe prolatam.* Vellejus lib. 2. *Tantum quod ultimam impoſuerat Pannonico ac Dalmatico bello Cæſar manum, cum intra quinque conſummati tanti operis dies, funeſtæ ex Germania epiſtolæ.* Libri, in quibus eſt: *qui dum ad hoſtes*: aut *qui tantum dum*: partim ſunt mutili, partim interpretationem habent pro verbis auctoris. Tolerabilius tamen poſterius: nam *tantum dum* eſt id ipſum, quod *tantum quod.* Male huc trahit Heraldus in poſtremis obſervationibus illud Tertulliani: *Bonus vir C. Sejus: tantum quod Chriſtianus*: vultque eſſe, repente factus Chriſtianus. Rectius alii, & ipſe olim πλὴν ὅτι. Non enim ſimpliciter aliquid nuper factum narratur: ſed laudatur Sejus iſte cum exceptione. Suavis ejuſdem formulæ alius uſus apud Ciceronem, ut *Tantum quod non facit*, ſit, propemodum facit: minimum deeſt, quin faciat. lib. 1 in Verrem: *Componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere poſſit, unius hominis cauſſa conſcriptum eſſe: tantum quod hominem non nominat: cauſſam quidem totam perſcribit.* Et lib. 3. 53. *Ait ſe miſiſſe & confirmaſſe, ſuam interpoſuiſſe auctoritatem, tantum quod aratoribus Metellus obſides non dedit, ſe nulla in re Verri ſimilem futurum.* Ita cum fuiſſet olim in editis & inveniret Gruterus in ſuis ſcriptis, non debuit probare Victorianum: *tantum non aratoribus Met. obſides dedit.* Eſt enim non obſervata hac formula mutilatum. *J. F. Gron.*

x *Den-*

rare jubet. Vallo, & Macedones, & Græci uſi ſunt, ſed uſum nec ad commoditatem ferendi, nec ad ipſius munitionis firmamentum aptaverunt. Nam & majores & magis ramoſas arbores cædebant, quam quas ferre cum armis miles poſſet, & quum caſtra his ante objectis ſepſiſſent, facilis molitio eorum valli erat. nam & quia rari ſtipites magnarum arborum eminebant, multique & validi rami præbebant quod rectè manu caperetur, duo aut ſummum tres juvenes connixi arborem unam evellebant. qua vulſa, portæ inſtar extemplo patebat, nec in promptu erat quod obmolirentur. Romanus leves, & bifurcos pleroſque, & trium, aut cum plurimum, quatuor ramorum vallos cædit, ut & ſuſpenſis ab tergo armis ferat plures ſimul aptè miles; & ita [1] denſos offigunt implicantque ramos, [2] ut neque quæ cujuſque ſtipitis palma ſit, pervideri poſſit; adeo acuti aliuſque per alium immiſſi radii locum ad inſerendam manum non relinquunt, ut neque prehendi, quod trahatur, neque trahi, cum inter ſe innexi rami vinculum invicem præbeant, poſſit, & ſi evulſus forte eſt unus, nec loci multum aperit, & alium reponere perfacile eſt. Quinctius poſtero die, vallum ſe- 6
cum ferente milite, ut paratus omni loco caſtris ponendis eſſet, progreſſus modicum iter, ſex ferme millia à Pheris quum conſediſſet, ſpeculatum in qua parte Theſſaliæ hoſtis eſſet, quidve pararet, miſit. Circa Lariſſam erat rex, qui certior jam factus, Romanum ab Thebis Pheras moviſſe, defungi quam primum & ipſe certamine cupiens, ducere ad hoſtem pergit, & quatuor millia fere à Pheris poſuit caſtra. Inde poſtero die quum expediti utrinque ad occupandos ſuper urbem tumulos proceſſiſſent,

1 *Denſos affigunt*] MS. *offigunt*. Quod verbum hoc loco magis convenit, & eo uſus Plautus Moſtellaria. *Horrion.*

2 *Ut neque quæ cujuſque ſtipitis palma ſit, pervideri poſſit*] Hæc mutila. ſententiam habes in his verbis Polybii: Τιθέασι γὰρ εὐθέως ἐμπλέκοντες εἰς ἀλλήλους οὕτως, ὥστε μήτε τὰς κεραίας εὐχερῶς ἐπιγνῶναι, ποίας εἰσὶν ἐκφύσεως τῶν ἐν τῇ γῇ κατωρυγμένων, μήτε τὰς ἐκφύσεις, ποίων κεραιῶν. *J. F. Gron.*

ceſſiſſent, pari ferme intervallo ab jugo, quod capiendum erat, quum inter ſe conſpecti eſſent, conſtiterunt, nuncios in caſtra remiſſos, qui quid ſibi, cum præter ſpem hoſtis occurriſſet, faciendum eſſet, conſulerent, quieti opperientes. Et illo quidem die nullo inito certamine in caſtra revocati ſunt. Poſtero die circa eoſdem tumulos equeſtre prœlium fuit: in quo [1] non minima Ætolorum opera regii fugati, atque in caſtra compulſi ſunt. Magnum utriſque impedimentum ad rem gerendam fuit ager conſitus crebris arboribus, hortique, ut in ſuburbanis locis, & coarctata itinera maceriis, & quibuſdam locis intercluſa. Itaque pariter ducibus conſilium fuit excedendi ea regione, & velut ex prædicto, ambo Scotuſſam petierunt: Philippus ſpe frumentandi inde: Romanus ut prægreſſus corrumperet hoſti frumenta. Per diem totum, quia colles perpetuo jugo intererant, nullo conſpecta inter ſe loco agmina ierunt. [2] Romani ad Eretriam Phthiotici agri, Philippus ſuper amnem Oncheſtum poſuit caſtra. Ne poſtero quidem die, cum Philippus

1 *Non minimum Ætolorum opera regii fugati*] Scribe: *non minima Ætolorum opera.* id eſt, egregia. Polybius de iiſdem Ætolis: συνέβαλον ἐκθύμως. Ita ſolet Livius loqui. Vide ad lib. 28, 25. Sic etiam forte ſcribendum lib. 21, 40. *Aut eos equites qui equitatum hoſtium ad Rhodanum flumen non ægre viciſſent.* hoc eſt, facile, non magno molimento & labore. Sic optimus Pal. Alii libri omiſſa negativa, *ægre:* unde exſtitit à Vallæ conjectura vulgatum *egregie.* J. F. Gron.

2 *Rom. ad Eretriam Phthiotici agri*] Hunc totum locum mire depravatum reſtituimus ex Polybio lib. 17. At viciſſim Polybius Livio noſtro debet. Nam ubi eſt Ἐρετείαν τῆς φ**ς, interpretes in illa voce extrita hallucinati ſunt. At cum Livius, qui ſe hoc ipſo loco Polybium ſequi profitetur, *Eretriam Phthiotici agri* faciat, quis ambigat, quin à Polybio ſit ſcriptum Ἐρετείαν τῆς Φθιωτικῆς; Ex eodem Polybio reſtituimus *Melambium* & *Thetideum.* Sic enim ille: Φίλιππος μὲν ἐπὶ Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Σκοτουσαίας· Τίτος δὲ περὶ τὸ Θετίδειον τῆς Φαρσαλίας. De Thetideo vide Euripidem & ejus Scholiaſten initio Andromaches. *Horrion.*

Romani ad Eretriam Phthiotici agri] Hinc vides in Polybio ſcribendum & ſupplendum: ὁ μὲν Τίτος ἐπὶ τὴν προσαγορευομένην Ἐρετείαν τῆς Φθιώτιδος, ὁ δὲ Φίλιππος ἐπὶ τὸν Ὀγχηστὸν ποταμὸν αὐτοῦ κατέζευξαν. non Φεραίας, ut ſuſpicatus eſt vir ſummus. Strabo inter τοὺς ὑπὸ τῷ Φθιωτικῷ τέλει τῷ ὑπ' Ἀχιλλεῖ κατοικίας nominat Ἐρέτειον ὁμώνυμον τῇ Ἐυβοϊκῇ lib. 9. Cæterum hæc ſcripſeramus ante viſum Horrionem, ne quis ex eo deformata putet. *J. F. Gron.*

1 *Decem*

lippus ad Melambium, quod vocant Scotuſſæi agri, Quinctius circa Thetidium Pharſaliæ terræ poſuiſſet caſtra, aut hi, aut illi, ubi hoſtis eſſet, ſatis compertum habuerunt. Tertio die primo nimbus effuſus, dein caligo noctis ſimillima Romanos metu inſidiarum tenuit. Philip- 7
pus maturandi itineris cauſſa, poſt imbrem nubibus in terram demiſſis, nihil deterritus, ſigna ferri juſſit. ſed tam denſa caligo obcæcaverat diem, ut neque ſigniferi viam, nec ſigna milites cernerent; agmen ad incertos clamores vagum velut errore nocturno turbaretur. Supergreſſi tumulos, qui Cynoſcephalæ vocantur, relicta ibi ſtatione firma peditum, equitumque, poſuerunt caſtra. Romanus eiſdem ad Thetidium caſtris quum ſe tenuiſſet, exploratum tamen ubi hoſtis eſſet, [1] decem turmas equitum, & mille pedites miſit: monitos ut ab inſidiis, quas dies obſcurus apertis quoque locis tecturus eſſet, præcaverent. Ubi ventum ad inſeſſos tumulos eſt, pavore mutuo injecto velut torpentes quieverunt. dein nunciis retro in caſtra ad duces miſſis, ubi primus terror ab necopinato viſu conſedit; non diutius certamine abſtinuere. Principio à paucis procurrentibus laceſſita pugna eſt, deinde [2] ſubſidiis tuentum pulſos aucta: in qua quum haudquaquam pares Romani, alios ſuper alios nuncios ad ducem mitterent, premi ſeſe; quingenti equites, & duo millia peditum, maxime Ætolorum, cum duobus tribunis militum propere miſſa, rem inclinatam reſtituerunt: verſaque fortuna Macedones laborantes, opem

1 *Decem turmas equitum & mille pedites miſit*] Polybius: ὁ δὲ Τίτος στρατοπεδεύων περὶ τὸ Θετίδιον καὶ διαπορούμενος ὑπὲρ τῶν πολεμίων, ποῦ ποτ᾽ εἰσὶ, δέκα προθέμενος οὐλαμοὺς, καὶ τῶν εὐζώνων εἰς χιλίους ἐξαπέστειλε. Iterumque: οὐ μόνον τοὺς εὐζώνους καὶ τοὺς ἱππέας ἐγκεκλικότας. Audeo affirmare vertiſſe Livium: *& mille velites miſit*. Nam idem prorſus habes lib. 31. *Ab Romanis item (aberat acies eorum paullo plus quingentos paſſus) velites & equitum duæ alæ emiſſæ*. J. F. Gron.

2 *Subſidiis tuentum pulſos*] Sic quærengus non male, quum in MS. eſſet: *tuentum pliſſis*. Nobis placuerat, *utrimque miſſis*. Ita enim Plutarchus: Γενομένων δὲ, οἷον εἰκὸς, ἐν τόποις σκληροῖς μεταβολῶν κατὰ τὰς φυγὰς καὶ διώξεις, ἑκάτεροι τοῖς πονοῦσιν ἀεὶ καὶ ὑποχωροῦσιν ἐπιπέμποντες βοήθειαν ἐκ τῶν στρατοπέδων. *Herrion.*

opem regis per nuncios implorabant. Sed ut qui nihil mi-
nus illo die [1] propter effuſam caliginem quam prœlium
exſpectaſſet, magna parte hominum omnis generis pabu-
latum miſſa, aliquamdiu inops conſilii trepidavit: dein-
de poſtquam nuncii inſtabant, & jam juga montium de-
texerat nebula, & in conſpectu erant Macedones, in tu-
mulum maxime editum inter alios compulſi, loco ſe ma-
gis quam armis tutantes; committendam rerum ſummam
in diſcrimen utcunque ratus, ne partis indefenſæ jactura
fieret; Athenagoram ducem mercede militantium cum
omnibus, præter Thracas, auxiliis, & equitatu Macedo-
num, & Theſſalorum mittit, eorum adventu, depulſi
ab jugo Romani, non ante reſtiterunt, quam in planio-
rem vallem perventum eſt. Ne effuſa detruderentur fu-
ga, plurimum in Ætolis equitibus præſidii fuit. is lon-
ge tum optimus eques in Græcia erat: [2] pedite inter fini-
8 timos vincebantur. Lætior res quam pro ſucceſſu pugnæ
nunciata, quum alii ſuper alios recurrentes ex prœlio cla-
marent fugere pavidos Romanos, invitum & cunctabun-
dum, & dicentem temere fieri, non locum ſibi placere,
non tempus, perpulit, ut educeret omnes copias in a-
ciem. Idem & Romanus, magis neceſſitate quam occa-
ſione pugnæ inductus fecit. dextrum cornu, elephantis
ante ſigna inſtructis, in ſubſidiis reliquit: lævo cum o-
mni levi armatura in hoſtem vadit. ſimul admonens,
*cum iiſdem Macedonibus pugnaturos, quos ad Epiri fauces, mon-
tibus fluminibuſque ſeptos, victa naturali difficultate locorum, ex-
puliſſent, acieque expugnaſſent:* [3] *cum iis quos P. Sulpicii prius*
ductu

1 *Propter effuſam caliginem*] Vitium ſolenne. Scribe: *offuſam*, nempe oculis videntium. Vide 4 Obſerv. & ad Senecam. *J. F. Gron.*

2 *Pedites vincebantur*] Videtur ſcripſiſſe, *pedite*. Ut ſupra: *equitum copiis ſuperabant*. Poſſis dubitare, annon ita & fuerit lib. 26, 4. *Equeſtria prælia ferme proſpera faciebant: pedite ſuperabantur.* Ubi libri *pedites*: quamquam hic facilius id ſenſus ferat. Sed illic *pedite* fuiſſe in MS. jam monuit Horrion. *Idem.*

3 *Cum iis, quos P. Sulpitii prius ductu obſidentes in eodem aditu viciſſent*] Non *eodem* profecto, ſi memineris, quæ & 31 & 32 præcedentibus libris tradidit. Adhibeamus Polybium:

ὡς

ductu obſidentes Eordæa aditum viciſſent. Fama ſtetiſſe, non viribus, Macedoniæ regnum. Eam quoque famam tandem evanuiſſe. Jam perventum ad ſuos in ima valle ſtantes erat, qui adventu exercitus imperatoriſque, pugnam renovant, impetuque facto rurſus avertunt hoſtem. Philippus cum cetratis, & cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant, propero curſu ad hoſtem vadit. Nicanori ex purpuratis uni, ut cum reliquis copiis confeſtim ſequatur, imperat. Primo ut in jugum evaſit, & jacentibus ibi paucis armis corporibuſque hoſtium, prœlium eo loco fuiſſe, pulſoſque inde Romanos, & pugnari prope caſtra hoſtium vidit, ingenti gaudio eſt elatus: mox refugientibus ſuis & terrore verſo, pauliſper, incertus an in caſtra reciperet copias, trepidavit: deinde ut adpropinquabat hoſtis, [1] & præterquam quod cædebantur averſi, nec niſi defenderentur, ſervari poterant, [2] ac ne ipſi quidem in tuto jam receptus erat; coactus nondum adſecuta parte ſuorum periculum ſummæ rerum facere, equites, levemque armaturam, qui in prœlio fuerant, dextro in cornu locat. cetratos & Macedonum phalangem, haſtis poſitis, quarum longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere jubet. ſimul ne facile perrumperetur acies dimidium de fronte demptum

οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν Ἐορδαίαν ὑπερβολὰς ἐκ τῶν προτέρους μετὰ Σουλπικίου βιασάμενοι πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε. Hinc licet mecum audacter & tuto reſcribas: *quos, P. Sulpicii prius ductu, obſidentes Eordæa aditum, viciſſent.* Adfirmat & expoſcit ipſe auctor in ea parte hiſtoriæ: *Inde ſatis comperto Eordæam petituros Romanos, ad occupandas anguſtias, ne ſuperare hoſtes arctis faucibus incluſum aditum poſſent, præceſſit.* Et deinde jam victoribus Romanis: *Ita anguſtiæ minore certamine, quam quod animis propoſuerant, ſuperatæ, & in Eordæam perventum.* J. F. Gron.

1 *Et præterquam quod cædebantur adverſi*] Qui adverſi cæduntur, illi nondum fugiunt, ſed referunt pedem repugnantes, atque ita recipiendo ſervant ſeipſos. At dixerat ante: *mox refugientibus ſuis & terrore verſo.* Ergo lego: *quod cædebantur averſi.* præbitis videlicet tergis. Et ita fuiſſe in MS. teſtatur Horrion. *Idem.*

2 *Ac ne ipſi quidem in tuto jam receptus erat*] Inducendum eſſe τὸ *ac* attendenti accuratius ad ſenſum verborum manifeſte, ut reor, apparebit. *Jac. Perizonius.*

ptum introrſus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius, quam lata acies eſſet. ſimul & denſari ordines juſſit,
9 ut vir viro, arma armis jungerentur. Quinctius his, qui in prœlio fuerant, inter ſigna & ordines acceptis, tuba dat ſignum. Raro alias tantus clamor dicitur in principio pugnæ exortus. nam forte utraque acies ſimul conclamavere. nec ſolum qui pugnabant, ſed ſubſidia etiam, quique tum maxime in prœlium veniebant. Dextro cornu rex, loci plurimum auxilio, ex jugis altioribus pugnans, vincebat; ſiniſtro tum cum maxime adpropinquante phalangis parte, quæ noviſſimi agminis fuerat, ſine ullo ordine trepidabatur. Media acies quæ propior dextrum cornu erat, ſtabat ſpectaculo velut nihil ad ſe pertinentis pugnæ intenta: phalanx, quæ venerat, agmen magis quam acies, aptiorque itineri quam pugnæ, vix dum in jugum evaſerat. In hos incompoſitos Quinctius, [1] quamquam pedem referentes in dextro cornu ſuos cernebat, elephantis prius in hoſtem actis, impetum facit; ratus partem profligatam cætera tracturam. Non dubia res fuit. extem-

1 *Quamquam pedem referentes in dextro cornu ſuos cernebat*] Non potuit dextrum cornu Macedonum idem & ſimul opponi dextro Romanorum, ipſa natura docente, quæ adverſa ſe reſpiciunt, eorum cujuſque dextrum obverti alterius ſiniſtro; & viciſſim ſiniſtrum dextro. Sic igitur qua dextrum Macedonum ſtabat, reſiſtebat Romanæ aciei ſiniſtrum cornu, quemadmodum ſiniſtrum Macedonum incurrit in dextrum Romanorum. Potiores autem fuerant Philippici in dextro, impares in ſiniſtro. Polybius. Τὸ μὲν οὖν δεξιὸν τοῦ Φιλίππου λαμπρῶς ἀπήλλαττε κατὰ τὸν κίνδυνον. Noſter: *Dextro cornu rex loci plurimum auxilio, ex jugis altioribus pugnans, vincebat; ſiniſtro, tum cum maxime adpropinquante phalangis parte, quæ noviſſimi agminis fuerat, ſine ullo ordine trepidabatur.* Ergo neceſſario ſcribendum: *In hos incompoſitos Quinctius, quamquam pedem referentes in ſiniſtro cornu ſuos cernebat, elephantis prius in hoſtem actis, impetum facit.* Phalangem Macedonum, quæ ut ſiniſtrum cornu conſtitueret, tantum quod venerat duce Nicanore Elephante, aptior itineri quam prœlio, vocat hos *incompoſitos.* In eam dextro cornu Romanorum, cui præerat ipſe Quinctius, quamquam vacillare ſiniſtrum ſuum videret, invadit. Non aliter Achæorum princeps: Ὁ δὲ Τίτος θεωρῶν οὐ δυναμένους τοὺς παρ' αὐτοῦ στέγειν τὴν τῆς φάλαγγος ἔφοδον, ἀλλ' ἐκπιεζομένους τοὺς ἐπὶ τῶν εὐωνύμων. Nempe ipſius Titi. Niſi malis, *in lævo.* Quæ vox vereor ne obliterata ſit & in iſtis præcedentis membri: *phalanx quæ venerat*: ut fuerit: *phalanx, quæ læva erat, agmen magis quam acies.* J. F. Gron.

1 *Nu-*

extemplo terga vertêre Macedones, terrore primo beſtiarum averſi. & cæteri quidem hos pulſos ſequebantur: unus è tribunis militum extemplo capto conſilio cum viginti ſignorum militibus relicta ea parte ſuorum, quæ haud dubie vincebat, brevi circuitu dextrum cornu hoſtium averſum invadit. [1] Nullam aciem ab tergo adortus non turbaſſet; cæterum ad communem omnium in tali re trepidationem acceſſit, quod phalanx Macedonum gravis atque immobilis, nec circumagere ſe poterat, nec hoc qui à fronte paulo ante pedem referentes, tunc ultro territis inſtabant, patiebantur. Ad hoc, loco etiam premebantur, quia jugum ex quo pugnaverant, dum per proclive pulſos inſequuntur, tradiderant hoſti ad terga ſua circumducto. Pauliſper in medio cæſi, deinde omiſſis plerique armis capeſſunt fugam. Philippus cum paucis peditum equitumque, primo tumulum altiorem inter cæteros [2] cepit, ut ſpecularetur, quæ in læva parte ſuorum fortuna eſſet: deinde, poſtquam fugam effuſam animadvertit, & omnia circa juga [3] ſignis atque armis fulgere,

1 *Nudam aciem ab tergo adortus cum turbaſſet*] Non hæc veteris codicis lectio eſt, ſed conjectura doctiſſimi Quærengi. In ſcripto erat, *nullam aciem*, & deinde, *non turbaſſet*. Quod utique mutandum non fuit, ut vidit & Horrion, ſed diſtinctione illuſtrandum. Hoc modo: *brevi circuitu dextrum cornu hoſtium averſum invadit. Nullam aciem ab tergo adortus non turbaſſet: cæterum ad communem omnium in tali re trepidationem acceſſit, quod phalanx Macedonum gravis atque immobilis, nec circumagere ſe poterat, nec hoc qui à fronte paullo ante pedem referentes* (in ſiniſtro cornu Romanorum, ut diximus) *tunc ultro territis inſtabant, patiebantur.* Ridiculo errore poſt τὸ *nec hoc* poſtremis inſertum *tredecim*. Significat eo deventum, ut nec ipſa ſalus ultra ſervare Macedonas valeret. Etenim nullam aciem tam firmam eſſe quam ſic ex improviſo ab tergo impugnatam conſtare nec turbari contigiſſet. Præter autem illud periculum, quod alia quævis acies, non ad hunc caſum ante inſtructa præparataque, ſubitura foret, hoc opportuniorem phalangem Macedonum fuiſſe, quod natura ſua immobilis erat, nec poſſet circumagi, quin diſſolveretur. Denique abſque hoc etiam foret, & quamvis ſalvis ordinibus phalanx ſe vertere potuiſſet, (quod non poterat) tamen ne id quidem licuiſſe propter novos animos recentemque impetum illorum ex Romanis, qui paullo ante modicum ceſſerant, ac pedem retulerant. *J. F. Gron.*

2 *Cepit, ut ſpecularetur*] In MS. poſt *cepit* erat lacuna. In quam Romæ inſerta vocula *ut*, nos *unde* repoſuimus. Lector eligat, utrum volet. *Horrion.*

3 *Signis atque armis fulgere, tum & ipſe*]

gere, tum & ipſe acie exceſſit. Quinctius, quum cedentibus inſtitiſſet, repente quia erigentes haſtas Macedonas conſpexerat, quidnam pararent incertus, pauliſper novitate rei conſtituit ſigna: deinde, ut accipit hunc morem eſſe Macedonum tradentium ſeſe, parcere victis [1] in animum habebat. Cæterum ab ignaris militibus omiſſam ab hoſte pugnam & quid imperator vellet, impetus in eos factus, & primis cæſis, cæteri in fugam diſſipati ſunt. Rex effuſo curſu Tempe petit. Ibi ad Gonnos diem unum ſubſtitit, ad excipiendos ſi qui prœlio ſupereſſent. Romani victores in caſtra hoſtium ſpe prædæ irruunt: verum ea magna jam ex parte, direpta ab Ætolis inveniunt. [2] Cæſa eo die octo hoſtium millia, quinque capta. Ex victoribus ſeptingenti ferme ceciderunt. Si Valerio quis credat omnium rerum immodice numerum augenti, quadraginta millia hoſtium eo die ſunt cæſa; capta, ubi modeſtius mendacium eſt, quinque millia ſeptingenti, ſigna militaria ducenta unum & quadraginta. Claudius quoque duo & triginta millia hoſtium cæſa ſcribit, capta quatuor millia & trecentos. Nos non minimo potiſſimum numero credidimus, ſed Polybium ſecuti ſumus, non incertum auctorem, cum omnium Romana-

11 rum rerum, tum præcipue in Græcia geſtarum. Philippus

ipſe] Ex *rom.* quod erat *Romanis*, factum eſt τὸ *tum*. Ita enim reliquerat Livius: *poſtquam fugam effuſam animadvertit, & omnia circa juga ſignis atque armis fulgere Romanis, & ipſe acie exceſſit.* J. F. Gron.

1 *In animum habebat*] Fortaſſe Livius ſcripſerat, *in animo*, ut Romæ correctum eſt ad marginem. Nobis nihil mutare libuit. Licuit enim Livio ſic loqui, quomodo Plautus in Amphitruone dixit: *Numero mihi in mentem fuit.* Vide Manutium in Orat. pro Quintio. *Horrion.*

2 *Cæſa eo die VIII hoſtium*] Poſt hæc verba in MS. erat lacuna: ſequebatur enim: *capta ex victoribus.* Sed eam expleas licet ex Oroſio 4, 20. *Victi Macedones caſtra amiſerunt. Octo millia hoſtium eo die cæſa, quinque millia capta Polybius tradit. Valerius dicit quadraginta millia trucidata: Claudius vero triginta millia interfecta commemorat.* Ex quo pro *Vario* (ſic enim MS.) ſcribendum apparet *Valerio*. Eſt autem is Valerius Antias. Infra Polybius: Ἔπεσον δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων περὶ τοὺς ἑπτακοσίους· τῶν δὲ Μακεδόνων ἀπέθανον μὲν οἱ πάντες εἰς ὀκτακισχιλίους· ζωγρείᾳ δὲ ἑαλώκεσαν οὐκ ἐλάττους πεντακισχιλίων. Plutarchus: ἔπεσον μὲν οὖν ὀκτακισχιλίων οὐκ ἐλάττους, ἑαλώκεσαν δὲ περὶ πεντακισχιλίους. *Idem.*

pus collectis ex fuga, qui variis caſibus pugnæ diſſipati veſtigia ejus ſecuti fuerant, miſſiſque Lariſſam ad commentarios regios comburendos, ne in hoſtium venirent poteſtatem, in Macedoniam ceſſit. Quinctius, captivis prædaque venundatis, partim militi conceſſis, Lariſſam eſt profectus; haud dum ſatis gnarus quam regionem petiſſet rex, quidve pararet. Caduceator eo regius venit; ſpecie ut induciæ eſſent, donec tollerentur ad ſepulturam, qui in acie cecidiſſent; re vera ad petendam veniam legatis mittendis. Utrumque ab Romano impetratum. adjecta & illa vox, *bono animo eſſe regem ut juberet:* quæ maxime Ætolos offendit, [1] tumentes jam querenteſque, *mutatum victoria imperatorem. Ante pugnam omnia magna parvaque communicare cum ſociis ſolitum, nunc omnium expertes conſiliorum eſſe: ſuo ipſum arbitrio cuncta agere: cum Philippo jam gratiæ privatæ locum quærere; ut dura atque aſpera belli Ætoli exhauſerint, pacis gratiam, & fructum Romanus in ſe vertat.* Et haud dubie deceſſerat iis aliquantum honoris. ſed cur negligerentur, ignorabant. Donis regiis imminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum: ſed & ſuccenſebat non immerito Ætolis ob inſatiabilem aviditatem prædæ, & arrogantiam eorum, victoriæ gloriam in ſe rapientium, [2] quæ vanitate ſua omnium aures offendebat: & Philippo ſublato, fractis opibus Macedonici regni, Ætolos habendos Græciæ dominos cernebat. Ob eas cauſſas multa ſedulo, ut viliores levioreſque apud omnes eſſent & viderentur, faciebat. Induciæ quindecim dierum datæ hoſti erant, & cum ipſo 12
rege conſtitutum conloquium: cujus priuſquam tempus

1 *Timentes jam querenteſque*] Placet *tumentes*, quod erat in ſcripto: non tamen, ut id referam ad arrogantiam eorum victoriæ gloriam in ſe rapientium, ſed ut ſignificet indignantes, iratos. Sic lib. 31. *Multis in Italia contactu gentibus Punici belli ſocietate, iraque inde tumentibus.* Plautus Caſina. *Nunc in fermento tota eſt: ita turget mihi.* Cicero 3 Tuſc. ex verſu Homerico. *Cor penitus turgeſcit triſtibus iris.* Ovidius: *Intumuit Juno.* J. F. Gron.

2 *Quæ vanitate ſua omnium aures offendebat*] Lege: *qua vanitate ſua omnium aures offendebant.* Idem.

1 *In*

pus veniret; [1] in conſilium advocavit ſocios. Retulit quas leges pacis placeret dici. Amynander Athamanum rex paucis ſententiam abſolvit; *ita componendam pacem eſſe, ut Græcia etiam abſentibus Romanis ſatis* [2] *potens tuendæ ſimul pacis libertatiſque eſſet.* Ætolorum aſperior oratio fuit; qui pauca [3] præfati, *recte atque ordine imperatorem Romanum facere, quod quos belli ſocios habuiſſet, cum iis communicaret pacis conſilia. falli autem eum tota re, ſi aut Romanis pacem, aut Græciæ libertatem ſatis firmam ſe credat relicturum, niſi Philippo aut occiſo, aut regno pulſo: quæ utraque proclivia eſſe, ſi fortuna uti vellet.* Ad hæc Quinctius, *negare* [4] *Ætolos, aut moris Romanorum memores, aut ſibiipſis convenientem ſententiam dixiſſe; & illos prioribus omnibus* [5] *conciliis conloquiiſque, de conditionibus pacis ſemper, non ut ad internecionem bellaretur, diſſeruiſſe, & Romanos, præter vetuſtiſſimum morem victis*

1 *In conſilium advocavit ſocios. Retulit quas leges*] Videtur fuiſſe: *in conſilium advocatis ſociis retulit, quas leges pacis placeret dici.* J. F. Gron.

2 *Potens tuendæ* * *ſimul pacis libertatiſque eſſet*] Adeo ſuſpectus hic fuit locus doctis, ut eum non uno, ſed quatuor aſteriſcis infamem redderent. Tu vero dele omnes: eſt enim Crotonë, ut ajunt, ſanior: *ita componendam pacem eſſe, ut Græcia etiam abſentibus Romanis ſatis potens tuendæ ſimul pacis libertatiſque eſſet.* Non intellexerunt vim particularum, quæ eadem eſt, ac ſi dictum eſſet: *ſimul pacis, ſimul libertatis.* Lib. 4. *In ſuos quæque ſimul corpore atque animo vix præ gaudio compotes effuſæ.* Lib. 21. *Inde partiens curas ſimul inferendi atque arcendi belli.* Hoc libro: *ſilentium mox verecundia ſimul priſtinæ dignitatis ac miſericordia præſentis fortunæ ortum eſt.* Idem.

3 *Præfati nec recte atque ordine Imperatorem Romanum facere*] Polybius: Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἀναστὰς, καθότι μὲν ἤθροικε τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὸ περὶ τῶν διαλύσεων συμβούλιον, καὶ καθότι νῦν ἑκάστους ἀξιοῖ λέγειν τὸ φαινόμενον, ἐπῄνεσε τὸν Τίτον. Ergo dele τὸ *nec*: quod & ſententia refutat, & procul habet ſcriptus. *Idem.*

4 *Ætolos aut moris Romanorum memores aut ſibiipſis*] Legendum eſt: *memorem aut ſibi ipſos.* Utrumque ex more Livii. *Memorem* ut referatur ad *ſententiam.* Lib. 1. *Primum ultimumque illud ſupplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit.* Et eodem libro: *Medium erat in Anco ingenium & Numæ & Romuli memor.* Sic lib. 4. *Si temporis interdum potius quam majeſtatis memor adhibeatur oratio.* Lib. 7. *Ut preces Campanorum, reſponſum ſenatus amicitiæ Samnitium memor, deditionem poſtremo factam, Samnitibus exponerent.* Idem.

5 *Conſiliis conloquiiſque, de conditionibus pacis ſemper, ut ad*] Scribe: *conciliis.* Deinde excidit negativa particula. Flagitat enim ſenſus: *non ut ad internecionem bellaretur.* Ideo enim diſconveniebant ſecum, quod prius haudquaquam præ ſe tulerant optare ac velle. ut cum internecione Philippi finiretur bellum; nunc id apertum cenſebant. *Idem.*

1 *Ani-*

victis parcendi, præcipuum clementiæ documentum dediſſe, pace
Hannibali & Carthaginienſibus data. Omittere ſe Carthaginien-
ſes. Cum Philippo ipſo quoties ventum in colloquium, nec un-
quam ut cederet regno actum eſſe: an quia victus prœlio foret,
inexpiabile bellum factum? Cum armato hoſte infeſtis animis con-
curri debere: adverſus victos, mitiſſimum quemque, [1] animum
maximum habere. Libertati Græciæ videri graves Macedonum
reges. ſi regnum, genſque tollatur, [2] Thracas, Illyrios, Gallos
deinde, gentes feras & indomitas, in Macedoniam ſe, & in
Græciam effuſuras. Ne proxima quæque amoliendo, majoribus
gravioribuſque aditum ad ſe facerent. Interfanti deinde Phæ-
neæ prætori Ætolorum teſtificantique, ſi elapſus eo tem-
pore Philippus foret, mox gravius eum rebellaturum,
Deſiſtite tumultuari, inquit, *ubi conſultandum eſt.* [3] *Non iis*
conditionibus inligabitur pax, ut movere bellum poſſit. Hoc di- 13
miſſo concilio, poſtero die rex ad fauces, quæ ferunt in
Tempe ([4] is datus erat locus colloquio) venit: tertio
die datur ei Romanorum ac ſociorum frequens conci-
lium. Ibi Philippus perquam prudenter iis, ſine quibus

1 *Animum maximum habere*] Sic dederunt Romæ. Sed τὸ *animum* non exſtat in ſcripto. Itaque Horrion conjicit: *mitiſſimum quemque maximum haberi*. Quid ſi retineamus omnem veterem lectionem, & explicemus *mitiſſimum quemque* hominem *maximum* animum *habere*. Commode enim omiſſa hic ea vox ex præcedenti membro repetitur. *J. F. Gron.*

2 *Thracas, Illyrios, Gallos deinde*] Videndum ait vir doctus, ſintne hi *Galli* gens Aſiatica, cum qua negotium fuit Attalo regi, an pro Gallis reſtituendi *Triballi*, qui viciniores Macedonibus. Immo retineantur potius *Galli*, vel ob locum lib. 45 de tertia regione Macedoniæ quam fecit Paullus: *incolas quoque permultos Gallos & Illyrios, impigros cultores.* Certe hi Galli ſunt Scordiſci: nam qui Delphos oppugnaverant, amiſſo Brenno duce, pars in Aſiam, pars in Thraciam extorres fugerunt: inde per eadem veſtigia, qua venerant, antiquam patriam repetivere. *ex his manus quædam in confluente Danubii & Sabi conſedit, Scordiſcoſque ſe appellari voluit*, verbis Juſtini lib. 32. Livius Epit. 63. *Livius Druſus conſul adverſus Scordiſcos, gentem à Gallis oriundam in Thracia feliciter pugnavit.* Adde Polybium lib. IV cap. 64. *Idem.*

3 *Non iis conditionibus inligabitur pax*] Mallem, *pacis*. Lib. 36. *Invitum ſe gravioris fortunæ conditioni illigantem.* Poſtea monuit me Rubenius, ſe quoque hic offendi, & conjeciſſe: *illi dabitur pax*. Idem.

4 *Is datus erat locus colloquio*] Malim: *dictus*. Ut Terentius: *hic nuptiis dictus eſt dies.* Eunucho: *quo in loco dictum eſt, parati nihil eſt.* Cæſar 1 Gall. *dies colloquio dictus eſt ex eo die quintus*, Vide ad lib. 25, 16. *Idem.*

pax impetrari non poterat, ſua potius voluntate omiſſis, quam ut altercando extorquerentur, quæ priore colloquio aut imperata à Romanis, aut poſtulata ab ſociis eſſent, omnia ſe concedere, de cæteris ſenatui permiſſurum dixit. [1] Quamquam vel inimiciſſimis omnibus præcluſiſſe vocem videbatur, Phæneas tamen Ætolus cunctis tacentibus, *Quid nobis*, (inquit) *Philippe, reddiſne tandem Pharſalum, & Lariſſam Cremaſten, & Echinum, & Thebas Phthias?* Quum Philippus nihil morari diceret quo minus reciperent; diſceptatio inter imperatorem Romanum & Ætolos orta eſt de Thebis: nam eas populi Romani jure belli factas eſſe, Quinctius dicebat, quod integris rebus, exercitu ab ſe admoto vocati in amicitiam, quum poteſtas libera deſciſcendi ab rege eſſet, regiam ſocietatem Romanæ prępoſuiſſent. Phæneas, & pro ſocietate belli, quæ ante bellum habuiſſent, reſtitui Ætolis æquum cenſebat, & ita in fœdere primo cautum eſſe, ut belli præda, rerumque quæ ferri agique poſſent, Romanos; ager, urbeſque captæ Ætolos ſequerentur. *Vos*, inquit, *ipſi*, Quinctius, *ſocietatis iſtius leges rupiſtis, quo tempore relictis nobis cum Philippo pacem feciſtis: quæ ſi maneret, captarum tamen urbium illa lex foret. Theſſaliæ civitates ſua voluntate in ditionem noſtram venerunt.* Hæc cum omnium ſociorum adſenſu dicta, [2] Ætolis non in præſentia modo gravia auditu, ſed mox belli etiam cauſſæ, magnarumque ex eo cladium iis fuerunt. Cum Philippo ita convênit, ut Demetrium filium, & quoſdam ex amicorum numero obſides & ducenta talenta daret: de cæteris Romam mitteret legatos. ad eam rem quatuor menſium induciæ eſſent. Si pax non impetrata ab ſenatu foret, obſides pecuniamque reddi Philippo receptum eſt. Cauſſa Romano imperatori non alia major fuiſſe dicitur pacis ma-

1 *Quamquam vel inimiciſſimis omnibus*] Malo, *iniquiſſimis.* Cicero lib. 3 ad Quintum ep. 4. *Ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum.* J. F. Gron.

2 *Ætolis non præſentia modo gravia auditu*] Scribe: *in præſentia.* Idem.

1 *Quod*

maturandæ, quam quod Antiochum bellum tranſitum-
que in Europam moliri conſtabat. Eodem tempore, at- 14
que, ut quidam tradidere, eodem die ad Corinthum
Achæi ducem regium Androſthenem juſto prœlio fude-
runt. Eam urbem pro arce habiturus Philippus adverſus
Græciæ civitates, & principes inde evocatos per ſpeciem
conloquendi, quantum equitum dare Corinthii ad bel-
lum poſſent, retinuerat pro obſidibus, & præter quin-
gentos Macedonas, miſtoſque ex omni genere auxilio-
rum octingentos, [1] quod jam ante ibi fuerat, mille Ma-
cedonum eo miſerat, & mille ac ducentos Illyrios, Thra-
caſque, & Cretenſes, qui in utraque parte militabant;
octingentos. His additi Bœoti, Theſſalique; & Acarna-
nes mille, ſcutati omnes, & ex ipſorum Corinthiorum
juventute, impleta ut eſſent ſex millia armatorum, fidu-
ciam Androſtheni fecerunt acie decernendi. [2] Nicoſtra-
tus prætor Achæorum Sicyone erat cum duobus milli-
bus peditum, centum equitibus, ſed imparem ſe & nu-
mero & genere militum cernens, mœnibus non excede-
bat. [3] Regiæ copiæ peditum equitumque vagæ, Pelle-
nenſem, & Phliaſium, & Cleonæum agrum, depopu-
labantur. Poſtremo exprobrantes metum hoſti, in fines
Sicyoniorum tranſſcendebant: navibus etiam circumve-
cti omnem oram Achaiæ vaſtabant. Quum id effuſius
hoſtes, &, ut fit ab nimia fiducia, negligentius etiam fa-
cerent, Nicoſtratus ſpem nactus nec opinantes eos ad-
grediendi, circa finitimas civitates nuncium occultum
mittit, quo die, & quot, ex quaque civitate armati, ad
Apelaurum (Stymphaliæ terræ is locus eſt) convenirent.
Omni-

1 *Quod jam ante ibi fuerat*] Aut deeſt vox *præſidium*, aut ſcribendum: *qui jam ante ibi fuerant*. J. F. Gron.

2 *Niceratus prætor Achæorum*] *Nicoſtratum* appellandum puto, ut & poſteriore loco hujus capitis in membrana ſcribitur, & nominatur lib. 32 cap. 39 & 40. *Idem.*

3 *Regiæ copiæ peditum equitumque vagantes*] Scriptus habuit, *vagare*: quod factum erat ex *vagae*, non *vagantes*. Infra: *in vagos palatoſque*. Supra: *agmen ad incertos clamores vagum*. Sic alibi *vagam populationem*. Idem.

Omnibus ad diem edictam paratis, profectus inde extemplo, per Phliaſiorum fines, nocte Cleonas, inſciis omnibus quid pararet, pervenit. Erant autem cum eo quinque millia peditum, ex quibus [1] armaturæ levis, & trecenti equites, cum iis copiis dimiſſi, qui ſpecularentur, quam in partem hoſtes effunderent ſeſe, opperiebantur.

15 Androſthenes, omnium ignarus, Corintho profectus, ad [2] Nemeam (amnis eſt Corinthium & Sicyonium interfluens agrum) caſtra locat. Ibi parte dimidia exercitus dimiſſa, dimidiam trifariam diviſit, & omnes equites diſcurrere ad depopulandos ſimul [3] Pellenenſium Sicyoniumque agros, & Phliaſium, jubet. Hæc tria diverſa agmina diſceſſère. quod ubi Cleonas ad Nicoſtratum perlatum eſt, extemplo validam mercenariorum manum præmiſſam ad occupandum ſaltum, per quem tranſitus in Corinthium eſt agrum, ante ſigna equitibus ut prægrederentur locatis, ipſe confeſtim agmine duplici ſequitur. Parte una mercenarii milites ibant cum levi arma-

1 *Armaturæ levis, & trecenti equites, cum iis copiis dimiſſi*] Sive *armaturæ levis*, referas ad *pedites*, eumque nominativum intelligas, ſive ad *equites*, quod ſequitur, non niſi inepta evadit oratio. Præterea abundat vox *copiis*, quam omnino tollendam exiſtimo, & refingendum: *ex quibus armaturam levem & trecentos equites cum iis dimiſſos, qui ſpecularentur, quam in partem hoſtes effunderent ſeſe, opperiebatur.* Milites levis armaturæ & cum illis una trecentos equites exploratum miſſos ait: & his ducem aliaſque copias præſtolatas. Tò *iis* ad intellectum refertur, militibus ſcilicet levium armorum. *J. F. Gron.*

Armatura levis & trecenti equites] Excidiſſe hic numerum levis armaturæ militum reor. Cætera quam mitiſſime poteſt, dempta una unaque addita litera hoc modo reſtituo: *Erant autem cum eo q. m. peditum, (ex quibus.... armatura levis) & trecenti equites. Cum iis copiis, dimiſſis qui ſpecularentur, quam in partem hoſtes effunderent ſeſe, opperiebatur.* Nempe exſpectabat cum copiis ſuis, quam in partem hoſtes ſeſe effunderent, dimiſſis qui id ſpecularentur, quamvis etiam ſimpliciter ac abſolute poſitum intelligi poſſit *τὸ opperiebatur*, ut apud Corn. Nepotem in Eumene cap. 9. *Ibique diem unum opperitur, ad laſſitudinem ſedandam militum.* Cicero 6 Fam. 20. *Nihil puto tibi eſſe utilius, quam ibidem opperiri, quoad ſcire poſſis, &c. Cum iis copiis* ut ſupra 31, 10. *Cætero exercitu dimiſſo præter quinque millia Socium ac Latini nominis. Cum iis copiis circa Ariminum ſubſtiterat.* Jac. Perizonius.

2 *Nemeam (amnis eſt Corinthium*] Strabo lib. 8. Ὁρίζει δὲ τὴν Σικυωνίαν καὶ τὴν Κορινθίαν ποταμὸς Νεμέα. *J. F. Gron.*

3 *Pellenenſium Sicyoniumque agros*] An non ſcripſit Livius *Pellenenſem*? Jac. Gron.

armatura, altera clypeati, dein aliarum gentium exercitus robur erat. Jam haud procul caſtris aberant pedites equiteſque, & Thracum quidam in vagos palatoſque per agros hoſteis impetum fecerunt, quum repens terror caſtris infertur. Trepidare dux, ut qui hoſtes nuſquam, niſi raro, in collibus ante Sicyonem, non audentes agmen demittere in campos, vidiſſet; ad Cleonas quidem acceſſuros nunquam credidiſſet. revocari tuba jubet vagos à caſtris dilapſos. Ipſe raptim capere arma juſſis militibus, infrequenti agmine [1] porta egreſſus, ſuper flumen inſtruit aciem. Cæteræ copiæ vix colligi atque inſtrui cum potuiſſent, primum hoſtium impetum non tulerunt. Macedones, & maxime omnium frequentes ad ſigna fuerant, & diu ancipitem victoriæ ſpem fecerunt: poſtremo fuga cæterorum nudati, quum duæ jam acies hoſtium ex diverſo, levis armatura ab latere, clypeati cetratique à fronte urgerent; & ipſi re inclinata primo retulere pedem: deinde impulſi terga vertunt, & plerique abjectis armis, nulla ſpe caſtrorum tuendorum relicta, Corinthum petierunt. Nicoſtratus mercenariis militibus ad hos perſequendos, equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii miſſis, [2] magnam ubique cædem edidit: majorem prope quam in prœlio ipſo. Ex iis quoque qui Pellenen Phliuntaque depopulati erant, incompoſiti partim omniumque ignari, ad caſtra revertentes, in hoſtium ſtationes tanquam in ſuas inlati ſunt: partim ex diſcurſu id quod erat, ſuſpicati, ita ſe in fugam paſſim ſparſerant, ut ab ipſis agreſtibus errantes circumvenirentur. Ceciderunt eo die mille & quingenti, capti tre-

1 *Porta egreſſus per flumen inſtruit aciem*] Scribe: *egreſſus ſuper flumen.* Ut lib. 38. *Ipſe nihil via digreſſus, ad Antiochiam ſuper Mæandrum amnem poſuit caſtra.* Lib. 42. *Inde quum tria millia ferme abeſſet à Tripoli (Scæam vocant) ſuper Peneum amnem poſuit caſtra.* J. F. Gron.

2 *Magnam ubique cædem edidit*] Lege, *utrobique.* Duo enim genera ſignificat, in quibus ſit cædes facta; alterum eorum eſt, qui ex prœlio fugerant, alterum populatorum agri Sicyonii. Lib. 36. *Depopulatus Hypatenſem, primo, dein Heraclienſem agrum, inutili utrobique Ætolorum auxilio.* Idem.

36 trecenti. Achaia omnis magno liberata metu. Priuſquam dimicaretur ad Cynoſcephalas, L. Quinctius Corcyram excitis Acarnanum principibus, quæ ſola Græciæ gentium in ſocietate Macedonum manſerat, initium quoddam ibi motus fecit. Duæ autem maxime cauſſæ eos tenuerant in amicitia regis; una fides inſita genti, altera metus odiumque Ætolorum. Concilium Leucadem indictum eſt. Eo neque cuncti convenere Acarnanum populi, nec ipſis qui convenerant, idem placuit. [1] ſed & principes & magiſtratus pervicerunt, ut privatum decretum Romanæ ſocietatis fieret. Id omnes qui abfuerant, ægre paſſi, & in hoc fremitu gentis à Philippo miſſi duo principes Acarnanum, Androcles & Echedemus, non ad tollendum modo decretum Romanæ ſocietatis valuerunt, ſed etiam ut Archelaus & Bianor, principes gentis ambo, quod auctores ejus ſententiæ fuiſſent, proditionis in concilio damnarentur, & Zeuxidæ prætori, quod de ea re retuliſſet, imperium abrogaretur. Rem temerariam, ſed eventu proſperam damnati fecerunt. Suadentibus namque amicis, cederent tempori, & Corcyram ad Romanos abirent; ſtatuerunt, offerre ſe multitudini, & aut eo ipſo lenire iras, aut pati quod caſus tuliſſet. Quum ſe frequenti concilio intuliſſent, primo murmur ac fremitus admirantium, ſilentium mox à verecundia ſimul priſtinæ dignitatis ac miſericordia præſentis fortunæ ortum eſt. poteſtate quoque dicendi facta, principio ſuppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda ventum eſt, cum tanta fiducia, quantam innocentia dabat, diſſeruerunt: poſtremo ultro aliquid etiam queri, & caſtigare iniquitatem ſimul in ſe crudelitatemque auſi, ita adfecerunt animos, ut omnia, quæ in eos decreta erant, frequentes tollerent. neque eo minus

1 *Sed & principes & magiſtratus*] Suſpecta mihi τὰ *Sed &* : videturque ſub iis latere; *Duo principes & magiſtratus*. Hoc eſt, Archelaus ac Bianor cum Zeuxida prætore. *J. F. Gron.*

1 *Leu-*

minus redeundum in ſocietatem Philippi, abnuendamque Romanorum amicitiam, cenſerent. Leucade hæc 17
ſunt decreta: id caput Acarnaniæ erat, eoque in concilium omnes populi conveniebant. Itaque quum hæc repentina mutatio Corcyram ad legatum Flamininum perlata eſſet, extemplo cum claſſe profectus Leucadem, ad Heræum quod vocant, naves adplicuit. Inde cum omni genere tormentorum machinarumque, quibus expugnantur urbes, ad muros acceſſit; ad primum terrorem ratus inclinari animos poſſe. Poſtquam pacati nihil oſtendebatur; tum vineas, turreſque erigere, & arietem admovere muris cœpit. Acarnania univerſa, inter Ætoliam atque Epirum poſita, ſolem occidentem & mare Siculum ſpectat. [1] Leucadia nunc inſula, & vadoſo freto, quod perfoſſum manu eſt, ab Acarnania diviſa, tum peninſula erat, occidentis regione [2] arctis faucibus cohærens Acarnaniæ. Quingentos ferme paſſus longæ fauces erant: latæ haud amplius centum & viginti. in his anguſtiis Leucas poſita eſt, colli applicata verſo in orientem, & Acarnaniam. [3] Ima urbis plana ſunt, jacentia ad mare:

1 *Leucadia nunc inſula eſt*] Scribe: *Leucadia nunc inſula, & vadoſo freto, quod perfoſſum manu eſt, ab Acarnania diviſa; tum peninſula erat, occidentis regione arctu faucibus cohærens Acarnaniæ.* Aliter alii. *J. F. Gron.*

2 ** *In partibus cohærens Acarnaniæ. quingentos*] In hoc libro emendando veterum manuſcriptorum librorum ope caruimus, judicio tantummodo, ſi quid inſidere alicubi nobis vitii viſum eſt, uſi ſumus. Deeſt autem huic libro expoſitio prœlii, quo Philippus ad Cynoſcephalas eſt fugatus ac victus à T. Quintio, itemque magna pars ejus, quo L. Quintius frater ejus Leucadem expugnavit. Quod ex epitome libri intelligi poteſt, in qua hæc prima verba ſunt: *T. Quintius Flamininus proconſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus frater proconſulis Acarnanes Leucade urbe, quæ caput eſt Acarnaniæ expugnata, in deditionem accepit.* itaque ait Livius: *Et poſt dies paucos audito prœlio, quod ad Cynoſcephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniæ in deditionem venerunt:* Legatum autem L. Flamininum intelligit. Et paulo poſt: *Hæc in Theſſalia, hæc in Achaia, hæc in Aſia per eoſdem dies ferme geſta.* Intelligit autem, quæ T. Quintius ad Cynoſcephalas, quæ Lucius in Acarnania, quæ Rhodii in Peræa geſſerunt, quæque ab iis geſta paulo ante ipſe expoſuerat. Prœlium ad Cynoſcephalas pugnatum extat adhuc apud Polybium diligentiſſime deſcriptum, reliqua apud eum interciderunt. *Sigonius.*

3 *Ima urbis plana ſunt, jacentia ad mare*] An melius: *patentia ad mare.* id eſt

mare: quo Leucadia ab Acarnania dividitur. Inde terra marique expugnabilis eſt, nam & vada ſunt ſtagno ſimiliora, quam mari: & campus terrenus omnis, operique facilis. Itaque multis ſimul locis aut ſubruti, aut ariete decuſſi ruebant muri. Sed quam urbs ipſa opportuna oppugnantibus erat, tam inexpugnabiles hoſtium animi. die ac nocte intenti reficere quaſſata muri, obſtruere quæ patefacta ruinis erant; prœlia impigre inire, & armis magis muros quam ſeipſos mœnibus tutari. diutiuſque ſpe Romanorum obſidionem eam extraxiſſent, ni exſules quidam Italici generis Leucade habitantes, ab arce milites accepiſſent. eos tamen ex ſuperiore loco magno cum tumultu decurrentes, acie in foro inſtructa juſto prœlio aliquamdiu Leucadii ſuſtinuerunt. Interim & ſcalis capta multis locis mœnia, & per ſtragem lapidum ac ruinas tranſcenſum in urbem. jamque ipſe legatus magno agmine circumvenerat pugnantes. pars in medio cæſi, pars armis abjectis dediderunt ſe victori. Et poſt dies paucos audito prœlio, quod ad Cynoſcephalas pugnatum erat, omnes populi Acarna-
18 niæ in deditionem legati venerunt. Iiſdem diebus, omnia ſimul inclinante fortuna, Rhodii quoque ad vindicandam à Philippo continentem regionem (Peræam vocant) poſſeſſam à majoribus ſuis, Pauſiſtratum prætorem [1] cum octingentis Achæis peditibus, mille & nongentis fere armatis ex vario genere auxiliorum collectis, miſerunt: [2] Galli, & Niſuetæ, & Piſuetæ, Tamiani, & Arei, ex Africa, & Laodiceni ex Aſia erant.

eſt, quæ porrigitur planicies uſque ad mare. *J, F. Gron.*

1 *Cum octingentis Achæis, mille & nongentis fere armatis*] Numquid ergo *pedites* illi non *armati*? Scribe: *nongentis levi armatu.* Ut hoc libro ſupra: *haud diſpari armatu.* Vel, ſi mavis, *leviter armatis.* Infra: *equites leviſque armaturæ quod erat.* Idem.

2 *Galli & Niſuetæ & Piſuetæ*] Scribendum: *& Piſuetæ & Niſuetæ.* Nam Piſuetæ non erant ex Africa. Stephanus: Πιτύη, πόλις Καρίας· λέγεται καὶ Πιτύη· τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Πισυήτης. At de Niſua Ptolomæus ordine: Καρχηδὼν μέγα ἄστυ. Κατάδα ποταμοῦ ἐκβολή. Μαζοῦλα. Καρπίς. Νίσουα. Κλυπέα. *Idem.*

rant. [1] cum his copiis Pauſiſtratus Tendeba in Stratonicenſi agro locum peropportunum, ignaris regiis, qui tenuerant, occupavit. In tempore & ad id ipſum excitum auxilium mille Achæi pedites cum centum equitibus ſupervenerunt. Theoxenus iis præerat. Dinocrates, regius præfectus, recuperandi caſtelli cauſſa primo caſtra ad ipſa Tendeba movit, inde ad alterum caſtellum, item Stratonicenſis agri: Aſtragon vocant. omnibuſque ex præſidiis, quæ multifariam disjecta erant, devocatis, & ab ipſa Stratonicea Theſſalorum auxiliaribus, Alabanda, ubi hoſtes erant, ducere pergit. Nec Rhodii pugnam detrectaverunt. atque caſtris, in propinquum collatis, extemplo in aciem deſcenſum eſt. Dinocrates quingentos Macedonas dextro cornu, [2] lævo Agrianas locat: in medium accipit contractos ex caſtellorum (Cares maxime erant) præſidiis: equites cornibus circumdat. [3] Cretenſium auxilia-

1 *Cum his copiis Pauſiſtratus tendebat in Stratonicenſi agro*] Præclaram hujus loci reſtitutionem debemus eruditioni & virtuti Freinshemii noſtri. Verbum *tendebat* eſt nihili, cæterum occultat nomen caſtelli, quod Rhodii duce Pauſiſtrato ceperunt. Stephanus: Τένδηβα, πόλις Καρίας. Ita ergo repone: *Cum his copiis Pauſiſtratus Tendeba in Stratonicenſi agro, locum peropportunum, ignaris regiis, qui tenuerant, occupavit.* Et deinde: *Dinocrates regius præfectus recuperandi caſtelli cauſſa, primo caſtra ad ipſa Tendeba movit.* ſed quid eſt, *ignaris regiis qui tenuerant*? An credibile eſt nullum in eo caſtello, tam opportuno præſidium fuiſſe? & qua de cauſſa deſeruerunt, quod occupatum ab hoſtibus reciperare ſunt aggreſſi? Nec habeo, quod ſupponam, niſi forte nimis audacter: *ignaris regiis, qui Stratoniceæ erant.* Felicius forte Rubenius: *qui Theræ erant.* Thera enim urbs Perææ regionis, Rhodo inſulæ oppoſita apud Ptolomæum & Stephanum. *J. F. Gron.*

2 *Lævo Agrianos*] *Agrianas* puto legendum è Stephano, qui quum multis modis hanc vocem editam doceat, *Agrianos* tamen nunquam, *Agrianas* certe dictos affirmat. Fœdius apud Ciceronem in Piſonem *Aggrinarum & Dolopum* legitur pro *Agrianum*. Sigonius.

3 *Cretenſium auxiliares Thracumque Rhodia cohors*] Glareanus notat conjungendum: *Rhodia cohors & Cretenſium auxiliares Thracumque habuere*, qui ſteterint adverſus Agrianas. De Cretenſibus utcumque fero: etſi ſuperius eos in Philippi ſociis invenio. Sed Thraces unde Rhodiis? Dein quomodo *cohors Rhodia* pro exercitu? Magnum hic mendum latere ſuſpicor, quod haud ſcio an de conjectura poſſit ſanari. Tentare licet: *equites cornibus circumdat, Cretenſiumque auxiliares Thracumque. Rhodia cohors ſiniſtrum cornu, dextro mercenarios milites, lectam peditum manum habuere.* Mercenarios intelligo Achæos, ut & Glareanus. Nam in lævo Macedonum erant Agrianes, quos Achæi pepulere. Ergo hi in dextro Rhodiorum. *J. F. Gron.*

xiliares Thracumque Rhodia cohors dextro cornu, ſiniſtro mercenarios milites, lectam peditum manum, habuêre: medios miſta ex pluribus gentibus auxilia: equites leviſque armaturæ quod erat, cornibus circumjectum. Eo die ſteterunt tantum acies utræque ſuper ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis: pauciſque telis emiſſis, in caſtra receperunt ſeſe. Poſtero die eodem ordine inſtructi, majus aliquanto prœlium quam pro numero edidere pugnantium. nec enim plus terna millia peditum fuere, & centeni ferme equites, cæterum non numero tantum, nec armorum genere, ſed animis quoque paribus, & æqua ſpe pugnaverunt. Achæi primi, torrente ſuperato, [1] in Agrianas impetum fecêre; deinde tota prope curſu tranſgreſſa amnem acies eſt. Diu anceps pugna ſtetit. [2] numero Achæi mille & ipſi quadringentos loco expulere. [3] Inclinat dein dextrum omne cornu. Macedones,

Cretenſium auxiliares Thracumque] Locus corruptiſſimus; in quo tamen aliquantulum nos juvat antiquiſſima hujus libri editio, quæ eſt Moguntina, exhibens *circumdaret*. Unde manifeſto apparet legendum eſſe *circumdat, & Cretenſium auxiliares Thracumque*, ut recte, Vir ſummus, hæc ſuperioribus eſſe conjungenda vidit. Catera ſic dedit Livius: *Rhodii Achæos dextro cornu, ſiniſtro mercenarios milites*, &c. Rhodios dicit, quia illorum res agebatur, eorumque auſpiciis & ductu, licet pauciſſimi forſan ejus civitatis fuerint milites. Sic paulo poſt; *Rhodii, quantum diei ſuperfuit, ſecuti*. Achæos dextrum tenuiſſe cornu ex ſequentibus conſtat, neque minore negotio, quam nunc à me factum, in illud reſtitui poſſe puto. *Jac. Perizon.*

1 *In Agrianas impetum fecere*] Glareanus *Macedonas*. Putat enim Achæos ſiniſtrum cornu tenuiſſe. Sed ſuperius peccatum, ut diximus. *J. F. Gron.*

2 *Numero Achæi mille & ipſi quadringentos*] Glareanus *quingentos*, Macedones intelligens. Sed Agrianes Achæis oppoſiti fuere. Scribe igitur: *Numero Achæi mille & ipſos octingentos loco expulere*. Significat pari numero Achæos & Agrianes fuiſſe. Achæi autem 1800. erant: nam octingentos habebat olim Pauſiſtratus: Theoxenus adduxerat alios mille. Nec mirandum, ſupra ab Rhodiorum partibus 3700 colligi, dein dici terna tantum millia peditum pugnaſſe: interque hos Rhodiam cohortem, cujus prius facta non fuerat mentio. Accipio enim partem auxiliorum cuſtodiæ caſtrorum & Tendeborum relictam. *Idem.*

3 *Inclinat dein dextrum omne cornu*] Atqui dextro in cornu ſtabant Macedones, de quibus dicturus eſt. Quomodo autem hi ſunt lævo latere nudati altero cornu cæſo? Nonne lævum illorum latus protegebat acies media? Prima editio: *Inclinato dein dextrum omnis cornu*. Nec aliter Aldus, Saveterius, Frobenius. Scribe: *Inclinata dein omnis media acies. Dextrum cornu, Macedones, uſque dum ordines & velut ſtipata phalanx conſiſtebat*. Idem.

1 Bar-

dones, uſque dum ordine & velut ſtipata phalanx conſiſtebat, moveri nequiverunt. poſtquam lævo latere nudato circumjacere haſtas in venientem ex tranſverſo hoſtem conati ſunt: turbati extemplo, tumultum primo inter ſe fecerunt: terga deinde vertunt: poſtremo abjectis armis, in præcipitem fugam effuſi, [1] Bargylias petentes fugerunt. Eodem & Dinocrates perfugit. Rhodii quantum diei ſuperfuit, ſecuti, receperunt ſeſe ad caſtra. Satis conſtat, ſi confeſtim victores Stratoniceam petiſſent, recipi eam urbem ſine certamine potuiſſe. Prætermiſſa ejus rei occaſio eſt, dum in caſtellis viciſque Perææ recipiendis tempus teritur. Interim animi eorum, qui Stratoniceam præſidio obtinebant, confirmati ſunt. mox & Dinocrates cum iis, quæ prœlio ſupererant, copiis intravit muros. Nequicquam inde obſeſſa oppugnataque urbs eſt. recipi niſi aliquanto poſt per Antiochum non potuit. Hæc in Theſſalia, hæc in Achaia, hæc in Aſia per eoſdem dies ferme geſta. Philippus quum audiſſet 19
[2] Dardanos tranſgreſſos fines ab contemtu conceſſi tum regni,

1 *Bargyllas petentes*] *Bargylia* aut *Bargyiias* legendum eſt. Quamquam Stephanus non niſi *Bargylia* neutro genere & *Bargyliam* muliebri dici ait. *Sigonius.*

2 *Dardanos tranſgreſſos fines regni*] Hic legebatur antea: *fines ab contentu conceſſit cum regni.* Eas quatuor voces pro ſupervacuis induxit Gelenius. Videtur potius leviter corrigendum fuiſſe: *Dardanos tranſgreſſos fines ab contemtu conceſſi velut regni.* Philippus dum contrahit undique militem in bellum adverſus Romanos, oppoſitam Dardanis regni partem præſidio nudaverat: atque eam velut in prædam, ſeipſum contemtui, latrocinio gaudentium populorum expoſuerat atque conceſſerat. Infra: *Smyrna & Lampſacus libertatem uſurpabant: periculum erat, ne, ſi conceſſum his foret, aliæ urbes ſequerentur.* Lib. 10. *Poſtremo ſe collegæ honores præmiaque conceſſurum verecundia ætatis ejus majeſtatiſque. quum periculum, dimicatio propoſita ſit, neque cedere ſua ſponte, neque ceſſurum,* Lib. 23. *Quia ſilentium erat, ſolitudo viſa, metuque conceſſum barbarus ratus, moliri portas, & clauſtra refringere parat.* Lib. 37. *Quum confeſſionem conceſſi maris ultimam hoſti expreſſiſſet.* Lib. 42 in oratione Eumenis: *Hæc cum vobis quieſcentibus & patientibus fecerit, & conceſſam ſibi Græciam eſſe à vobis videat.* Glareanus, qui nec Gelenio ſcit adſentiri (non hic, ſed in aliis quoque certioribus) nec ipſe quid melius adfert, quid muginetur, non intelligo. *J. F. Gron.*

Ab contemptu conceſſi tum regni] Lego minima mutatione, *concuſſi tum regni.* Scilicet toto prope orbe terrarum in Theſſalia, Achaia & Aſia profligabat Macedonas fortuna, regnumque illud

regni, ſuperiora Macedoniæ evaſtare; quamvis toto prope orbe terrarum, undique ſe ſuoſque profligante fortuna, urgebatur; tamen morte triſtius ratus Macedoniæ etiam poſſeſſione pelli, delectu raptim per urbes Macedonum habito, cum ſex millibus peditum & quingentis equitibus [1] circa Stobos Pæoniæ improviſo hoſtes oppreſſit. Magna multitudo hominum in prœlio, major prædandi cupidine palata per agros cæſa eſt. quibus fuga expeditior fuit, ne tentato quidem caſu pugnæ in fines ſuos redierunt. Ea una expeditione non pro reliquo ſtatu fortunæ facta; refectis ſuorum animis, Theſſalonicam ſeſe recepit. Non tam in tempore Punicum bellum terminatum erat, ne ſimul & cum Philippo foret bellandum, quam opportune jam Antiocho in Syria moliente bellum, Philippus eſt ſuperatus. nam præterquam quod facilius cum ſingulis, quam ſi in unum ambo ſimul contuliſſent vires, bellatum eſt; Hiſpania quoque ſub idem tempus magno tumultu ad bellum conſurrexit. Antiochus quum priore æſtate omnibus quæ in Cœle Syria ſunt, civitatibus Ptolomæi in ſuam poteſtatem redactis, in hiberna Antiochiam conceſſiſſet; nihilo quietiores poſtea res habuit. omnibus enim regni viribus connixus, quum ingentes copias terreſtres maritimaſque comparaſſet,

illud gravibus damnis afficiebat & labefactabat. Id enim eſt *concutere*. Nepos Epam. 6. *Ut non minus illa oratione opes eorum concuſſerit, quam Leuctrica pugna.* Florus 2, 15. *Ut quam urbem concuſſerat avus, nepos ejus everteret.* Vellejus 2, 78. *Quas* provincias *Labienus magnis momentis concuſſerat.* Et cap. 79. *Virum humana ope invictum, graviter eo tempore fortuna concuſſit.* Jac. Perizon.

1 *Circa Stobos Pelagoniæ improviſo hoſtes oppreſſit*] Ab Glareani conjectura ſic receptum, quum codex Moguntinus, unde primum typis deſcriptus hic liber, haberet, *Stobos Pæoniæ.* Auctore Ptolomæo utitur Glareanus, qui Pelagonum id oppidum dicat. Quid tum? Excerpta Strabonis libri ſeptimi: Ὅτι παρ' Ὁμήρῳ Ἀστεροπαῖος υἱὸς Πηλεγόνος ἐκ Παιονίας τῶν ἐν Μακεδονίᾳ ἱστορεῖται· διὸ καὶ Πηλεγόνος υἱός· οἱ γὰρ Παιόνες Πελαγόνες ἐκαλοῦντο. Noſter lib. 39. *Pæonia ea regio eſt prope Erigonum fluvium, qui ex Illyrico per Pæoniam fluens in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, veteri urbe.* Lib. 40. *Stobos Pæoniæ exercitu indicto in Mædicam ducere pergit.* Lib. 45. *Salis commercium dedit: tertiæ regioni imperavit, ut Stobos Pæoniæ deveherent.* Plinio lib. 4, 10 inter Pæoniæ gentes *Pelagones, Mygdones.* J. F. Gron.

1 *Su-*

ſet, principio veris præmiſſis terra cum exercitu filiis duobus Ardue ac Mithridate, juſſiſque Sardibus ſe opperiri, ipſe cum claſſe centum tectarum navium, ad hoc levioribus navigiis, cercuriſque ac lembis ducentis, proficiſcitur: ſimul per omnem oram Ciliciæque & Cariæ tentaturus urbes, quæ in ditione Ptolomæi eſſent; ſimul Philippum (necdum enim debellatum erat) exercitu navibuſque adjuturus. Multa egregia Rhodii pro fide erga populum Romanum proque univerſo nomine Græcorum, terra marique auſi ſunt: nihil magnificentius, quam quod ea tempeſtate non territi tanta mole imminentis belli, legatos ad regem miſerunt Nephelida, (promontorium Ciliciæ eſt, inclitum fœdere antiquo Athenienſium) ſi eo non contineret copias ſuas, ſe obviam ituros; non ab odio ullo, ſed ne conjungi cum Philippo paterentur, & impedimento eſſe Romanis liberantibus Græciam. Coraceſium eo tempore Antiochus operibus oppugnabat: Zephyrio, & Solis, & Aphrodiſiade, & Coryco, & [1] ſuperato Anemurio (promontorium id quoque Ciliciæ eſt) Selinunte recepto, omnibus his aliiſque ejus oræ caſtellis, aut metu aut voluntate ſine certamine in deditionem acceptis, Coraceſium præter ſpem clauſis portis tenebat eum. Ibi legati Rhodiorum auditi. & quamquam ea legatio erat, quæ accendere regium animum poſſet, temperavit iræ: &, legatos ſe Rhodum miſſurum, reſpondit: *Iiſque mandaturum, ut renovarent vetuſta jura, cum ea civitate, ſua majorumque ſuorum: & vetarent eos adventum pertimeſcere regis. Nihil his aut ſociis eorum noxæ futurum fraudive. nam Romanorum amicitiam ſe* [2] *non violaturum. Argumen-*

to

1 *Superato Anemurio*] Fortaſſis: *& Coryco & ſupra Anemurium (promontorium id quoque Ciliciæ eſt) Selinunte; omnibus his aliiſque ejus oræ caſtellis, aut metu aut voluntate, ſine certamine in deditionem acceptis*: deleto τοῦ *recepto*: quod interpoſuerunt, quibus ſerum fuit ad omnia ſuperiora revocare verbum commodum, quod intelligerent ex eo, quod ſequitur *acceptis*. J. F. Gron.

2 *Non violaturum. Argumento eſſe*] Tolle τελείαν στιγμὴν, & continua orationem hoc modo: *Nam Romano-*

rum

to & ſuam recentem ad eos legationem eſſe, & ſenatus honorifica in ſe decreta, reſponſaque. [1] Tum forte legati redierunt ab Roma, comiter auditi, dimiſſique, ut tempus poſtulabat, incerto adhuc adverſus Philippum eventu belli. Quum hæc legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuncius venit, debellatum ad Cynoſcephalas eſſe. Hoc nuncio accepto, Rhodiis, dempto metu à Philippo omni, erat conſilium obviam eundi claſſe Antiocho. Illam alteram curam non omiſerunt, tuendæ libertatis civitatum ſociarum Ptolomæi, quibus bellum ab Antiocho imminebat. nam alias auxiliis juverunt, alias providendo ac præmonendo conatus hoſtis: cauſſaque libertatis fuerunt Cauneis, Mindiis, Halicarnaſſenſibus Samiiſque. Non operæ eſt perſequi, ut quæque acta in his locis ſint, quum ad ea, quæ proprie Romani belli ſunt, vix ſuffi-
21 ciam. Eodem tempore & Attalus rex æger Thebis Pergamum advectus [2] moritur; altero & ſeptuageſimo anno: quum quatuor & quadraginta annos regnaſſet. Huic viro, præter divitias, nihil ad ſpem regni fortuna dederat. his ſimul prudenter, ſimul magnifice utendo, effecit, primum ut ſibi, deinde ut aliis non indignus videretur regno. Victis deinde prœlio uno Gallis, quæ tum gens recenti adventu terribilior Aſiæ erat, regium aſcivit nomen, cujus magnitudini ſemper animum æquavit. Summa juſtitia ſuos rexit: unicam fidem ſociis præſtitit: uxorem ac liberos quatuor ſuperſtites habuit. [3] mitis ac munificus amicis fuit. regnum adeo ſtabile ac firmum reliquit, ut ad

rum amicitiam ſe non violaturum argumento & ſuam recentem ad eos legationem eſſe. J. F. Gron.

1 *Tum forte legati redierunt*] Lege, *redierant*. Idem.

2 *Moritur altero & ſeptuag. anno, q. q. & q. a. r.*] Suidas in voce Ἄτταλος hunc locum vertit, ac duos & ſeptuaginta annos vixiſſe hunc ait. Quod autem ſequitur: *Uxorem ac liberos duos ſuperſtites habuit*, legendum eſt, *quatuor* Eumenem, Attalum, Athenæum & Philetærum, quorum meminit Livius libro 42 & Appian. in Syriaco. *Sigonius.*

3 *Mitis ac munificus amicus fuit*] Lege: *amicis*. Juſtinus de Philippo & Alexandro lib. 9. *Regnare ille cum amicis volebat: hic in amicos regna exercebat.* J. F. Gron.

1 *Culcâ*

ad tertiam ſtirpem poſſeſſio ejus deſcenderit. Quum is ſtatus rerum in Aſia Græciaque & Macedonia eſſet, vix dum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hiſpania ulteriore coortum eſt bellum. M. Helvius eam provinciam obtinebat. Is literis ſenatum certiorem fecit, *Colcam & Luſcinum regulos in armis eſſe. Cum* [1] *Colca decem & ſeptem oppida, cum Luſcino validas urbes, Cardonem & Bardonem, & maritimam oram omnem,* [2] *quæ nondum animos nudaverat, ad finitimorum motus conſurrecturam.* [3] His literis à M' Sergio Prætore, cujus juriſ-

1 *Culca decem & ſeptem oppida*] Lib. 28 *Colcam* appellat duo de triginta oppidis regnantem. Idem à Polybio Κόλιχας dicitur. Suſpicor autem ne hoc etiam loco XXVII pro XVII oppidis ex ſuperiore loco ſit reponendum. Verum libri deſunt, quos inſpiciamus. *Sigonius.*

2 *Quæ nondum animos nudaverat*] Sic Gelenius ex V. C. quum male expreſſiſſent ante : *mutaverat.* Sed requirit Latinitas: *nudaverit.* J. F. Gron.

3 *His litt. à M' Sergio, cujus juriſdictio inter cives & peregrinos erat, recitatis*] Opinor hæc verba inducenda eſſe : *Cujus juriſdictio inter cives & peregrinos erat.* Cur ita opinor hæ cauſæ ſunt : primum quod M' hic Sergius prætor urbanus erat, hæc autem verba, peregrinum deſcribunt. Deinde quia prætoris urbani negotium erat literas recitare, non peregrini. Tertio loco, quia paulo ante libro ſuperiore idem M' Sergius præt. urb. hoc officium præſtitiſſe dicitur ab eodem Livio cum ait: *M' Sergius prætor urb. in ſenatu eas recitavit.* Quarto, quia non ſolet Livius, ubi ſemel prætorem urbanum nominavit quemquam, ſi ſit iterum idem nominandus, niſi prætorem addere, ut paulo poſt: *Hæ literæ prius in ſenatu à Sergio prætore recitatæ* : prætermiſit autem, *urbano.* puto autem ea verba eſſe ex albo libri deſumpta, ubi illuſtrandi loci cauſa ab inſcio aliquo fuerant ſcripta. Significari autem prætorem peregrinum, cum ait: *Inter cives & peregrinos*, inferiora, quæ recitabo teſtimonia, demonſtrabunt. Eſt autem primum intelligendum, prætores duos creari conſueviſſe, qui Romæ jus dicerent, alterum qui civibus, alterum qui peregrinis. ut Livius libro quadrageſimo ſecundo: *His prætorib. provinciæ decretæ duæ jure Romæ dicundo.* Et lib. 43. *Deſignatis prætoribus præter duas urbanas, quatuor provinciæ ſunt decretæ.* Itaque plerumque ſolet unam urbanam, alteram peregrinam provinciam nominare, alias vero unam urbanam juriſdictionem, alteram vel inter peregrinos, vel inter cives & peregrinos, ut lib. 40. *Juriſdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit.* Et lib. 41. *Prætores L. Papyrius Maſo urbanam, M. Aburius inter peregrinos ſortiti ſunt.* Lib. 42. *Prætores deinde provincias ſortiti ſunt: A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives & peregrinos.* Lib. 33. *Prætores deinde provincias ſortiti, L. Apuſtius Fullo urbanam juriſdictionem, M. Acilius Glabrio inter cives & peregrinos.* Et libro vigeſimo ſecundo, *Romæ juris dicundi urbana ſors Pomponio, inter cives Romanos & peregrinos P. Furio Philo evenit.* Hoc autem anno Q. Minucio peregrinam provinciam obtigiſſe tradit idem Livius in comitiis prætoriis exponendis. *Sigonius.*

A Manio Sergio Prætore, cujus juriſdictio

juriſdictio inter cives erat, recitatis, decreverunt Patres, ut comitiis prætorum perfectis, cui prætori provincia Hiſpania obveniſſet, is primo quoque tempore de bello Hi-
22 ſpaniæ ad ſenatum referret. Sub idem tempus Conſules Romam venerunt, quibus in æde Bellonæ ſenatum habentibus, poſtulantibuſque triumphum ob res proſpere bello geſtas, C. Atinius Labeo, & C. Urſanius Trib. plebis, ut ſeparatim de triumpho agerent Conſules, poſtularunt. communem ſe relationem de ea re fieri non paſſuros, ne par honos in diſpari merito eſſet. Cumque Minucius utrique provinciam Italiam obtigiſſe diceret, communi animo conſilioque ſe & collegam res geſſiſſe; Cornelius adjiceret, Boios adverſus ſe tranſgredientes Padum, ut Inſubribus Cenomaniſque auxilio eſſent, depopulante vicos eorum atque agros collega, ad ſua tuenda averſos eſſe; Tribuni *res tantas bello geſſiſſe Cornelium fateri, ut non magis de triumpho ejus, quam de honore Diis immortali-*

dictio inter cives & peregrinos] Clauſulam, quæ prætorem deſcribit, inducendam eſſe pugnat Sigonius quatuor argumentis: primum, quod Manius hic Sergius Prætor urbanus eſſet, non peregrinus: deinde, quia prætoris urbani negotium fuerit recitare literas in ſenatu, non peregrini: tertio, quia libro ſuperiore hoc officium præſtitiſſe dicatur Manius Sergius prætor urbanus: quarto, quia non ſoleat Livius, ubi ſemel *prætorem urbanum* nominavit quemquam, ſi ſit iterum nominandus, niſi *prætorem* addere: ut paullo poſt: *Hæ literæ prius in ſenatu à Sergio prætore recitatæ:* ubi prætermiſit ſcilicet: *urbano*. Ex his tria priora argumenta evincunt, non totam clauſulam, quod contendit Sigonius, ſed duo verba, *& peregrinos*, inducenda eſſe. Nam urbanus haud dubie erat, non peregrinus: quod etiam advertit Glareanus, ſed male pro *Sergio*, *Minucium* obducit. Quartum quod proprie ſententiam Sigonii probare videtur, fallit: non enim hoc perpetuum Livio, ut ſemel tantum urbanum prætorem vocitet. M. Æmilius prætor urbanus lib. 22 quæ decemviri ex libris Sibyllinis ediderant, ab ſenatu curare juſſus. De eo lib. eodem cap. 33. *Duumviri ad eam rem creati ab Æmilio prætore urbis Cn. Pupius & Cæſo Quinctius Flamininus.* De eodem lib. 27, 35. *Ludos magnos, quos M. Æmilius prætor urbis C. Flaminio Cn. Servilio Coſſ. fecerat, & in quinquennium voverat.* Sic lib. 36, 3. *Diemque comitiis ab C. Calpurnio prætore urbis petit.* De eodem cap. 10. *C. Calpurnium prætorem urbanum Capitolio atque arci præeſſe.* Habes lib. 27 cap. 22. *P. Licinio Varo eveniſſe provinciam urbanam.* Legis deinde: *P. Licinio Varo prætori urbis negotium datum.* Neque eo minus cap. ſequenti: *P. Licinius Varus prætor urbis legem ferre ad populum juſſus.* Ergo ſcribe: *à Manio Sergio prætore, cujus juriſdictio inter cives erat.* J. F. Gron.

I Et

mortalibus habendo dubitari poſſet. Non tamen nec illum, nec quenquam alium civem tantum gratia atque opibus valuiſſe, ut quum ſibimet triumphum impetraſſet, collegæ eundem honorem impudenter petenti daret. Q. Minucium in Liguribus levia prœlia, vix digna dictu feciſſe: in Gallia magnum numerum militum amiſiſſe. Nominabant etiam *tribunos militum T. Juventium,* [1] *& Cn. Labeonem ejus fratrem, qui adverſa pugna cum multis aliis viris fortibus civibus ac ſociis cecidiſſent. Oppidorum paucorum ac vicorum falſas, & in tempus ſimulatas, ſine ullo pignore deditiones factas eſſe.* Hæ inter conſules tribunoſque altercationes biduum tenuerunt, victique perſeverantia
tribunorum conſules, ſeparatim retulerunt. Cn. Corne- 23
lio omnium conſenſu decretus triumphus. & Placentini Cremonenſeſque addiderunt favorem conſuli, gratias agentes, commemoranteſque, obſidione ſe eſſe ab eo liberatos. [2] pleroſque etiam, quum apud hoſtes eſſent, ſervitute exceptos. Q. Minucius, tentata tantum relatione, quum adverſum omnem ſenatum videret, in monte Albano ſe triumphaturum, & jure imperii conſularis & multorum clarorum virorum exemplo, dixit. Cn. Cornelius de Inſubribus Cenomaniſque in magiſtratu triumphavit. multa ſigna militaria tulit, multa Gallica ſpolia captivis carpentis tranſvexit: multi nobiles Galli ante currum traducti; inter quos quidam Amilcarem ducem Pœnorum fuiſſe, auctores ſunt. Cæterum magis in ſe convertit oculos Cremonenſium Placentinorumque colono-

1 *Et Cn. Labeonis fratrem*] Quo auctore factum ſit ignoro: apud Gryphium jam invenio. Moguntiaci & Aldo editum: *& Cn. Labeonem ejus fratrem.* Aut uterini fuerunt, aut alter in adoptionem datus. *J. F. Gron.*

2 *Pleroſque etiam, quum apud hoſtes eſſent, ſervitute acceptos*] An non potius: *ſervitute exemptos:* Ut *eximere obſidione.* Lib. 24. *Ibi quoque circumſeſſus adventu fratris obſidione eximitur.* Lib. 36. *Quum App. Claudium, ut obſidione Lariſſam eximeret, in Theſſaliam miſiſſent.* Lib. 38. *Dedala & quædam alia parva caſtella obſidione exemerunt.* At lib. 34. *Præbuere ſpeciem triumpho capitibus raſis ſecuti, qui ſervitute exempti fuerant.* Aut: *è ſervitute ereptos.* Ut in nobilibus verbis Craſſi: *Eripite nos ex miſeriis, eripite nos ex faucibus eorum,* &c. Illud potius. Alterum non tam aliquos liberatos, quam plures in ſervitute relictos ſignificat. *Idem.*

lonorum turba pileatorum, currum ſequentium. Tulit in triumpho ducenta triginta ſeptem millia quingentos æris, argenti bigati ſeptuaginta novem millia. ſeptuagenos æris militibus diviſit: duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius Conſul de Liguribus Boiiſque Gallis in monte Albano triumphavit. is triumphus, ut loco, & fama rerum geſtarum, & quod ſumptum non erogatum ex ærario omnes ſciebant, inhonoratior fuit: ita ſignis, carpentiſque, & ſpoliis ferme æquabat. Pecuniæ etiam prope par ſumma fuit: æris tranſlata ducenta & quinquaginta quatuor millia: argenti bigati quinquaginta tria millia, & ducenti. militibus centurionibuſque & equitibus item
24 in ſingulos datum, quod dederat collega. Secundum triumphum conſularia comitia habita. creati Conſules L. Furius Purpureo, & M. Claudius Marcellus. Prætores poſtero die facti, Q. Fabius Buteo, Ti. Sempronius Longus, Q. Minucius Thermus, Manius Acilius Glabrio, L. Apuſtius Fullo, C. Lælius. Exitu ejus anni litteræ à T. Quintio venerunt, ſe ſignis collatis cum Rege Philippo in Theſſalia pugnaſſe: hoſtium exercitum fuſum, fugatumque. Hæ literæ prius in ſenatu à Sergio prætore, deinde ex auctoritate Patrum in concione ſunt recitatæ. Ob res proſpere geſtas in dies quinque ſupplicationes decretæ. Brevi poſt legati & à T. Quintio & ab rege venerunt. Macedones deducti extra urbem in villam publicam: ibique iis locus & lautia præbita: & ad ædem Bellonæ ſenatus eſt habitus. Haud multa verba facta, quum Macedones, [1] quæcumque ſenatus cenſuiſſet, id regem facturum eſſe dicerent. Decem legati more majorum, quorum ex conſilio [2] T. Quintius imperator leges pacis Phi-

1 *Quæcumque ſenatus cenſuiſſet, id regem facturum eſſe*] Quid impedit legere *ea regem facturum eſſe*? Aut *quodcunque ſenatus cenſuiſſet*. J. F. Gron.

2 *T. Quintius*] Negligenter poſtremæ editiones efferebant *L. Quintius*; quæ etiam mox vitioſe edunt *M. Cornelium & Ti. Sempronium*; alias etiam video habere *M. Cornelium & P. Sempronium*. Haud dubie vera nomina ſunt *P. Cornelium & Ti. Sempronium*. Similiter cognomen Marcii *Rex* ſcribebatu

Philippo daret, decreti, adjectumque, ut in eo numero
legatorum P. Sulpicius, & P. Villius eſſent: qui conſules
provinciam Macedoniam obtinuiſſent. Coſanis eo die
poſtulantibus ut ſibi colonorum numerus augeretur, mil-
le aſſcribi juſſi: dum ne quis in eorum numero eſſet, qui
[1] poſt P. Cornelium & Ti. Sempronium conſules hoſtis
fuiſſet. Ludi Romani eo anno in circo ſcenaque ab ædi- 25
libus curulibus, [2] P. Cornelio Scipione, & Cn. Manlio
Vulſone, & magnificentius quam alias facti, & lætius
propter res bello bene geſtas ſpectati: totique ter inſtau-
rati, plebeii ſepties inſtaurati. Acilius Glabrio, C. Læ-
lius eos ludos fecerunt. Ex argento mulctaticio tria ſigna
ænea, Cereri Liberoque & Liberæ, poſuerunt. L. Fu-
rius, & M. Claudius Marcellus conſulatu inito, quum
de provinciis ageretur, & Italiam utrique provinciam ſe-
natus decerneret; ut Macedoniam cum Italia ſortiren-
tur, petebant. Marcellus provinciæ cupidior, pacem ſi-
mulatam ac fallacem dicendo, & rebellaturum, ſi exer-
citus inde deportatus eſſet, regem, [3] dubios ſententiæ
Patres fecerat. Et forſitan obtinuiſſent conſules, ni Q.
Marcius Rex, & C. Atinius Labeo, tribuni plebis, ſe
inter-

tur minore litera. Quæ omnia mutavimus. *Jac. Gron.*

1 *Poſt M. Cornelium & Ti. Sempronium conſules*] Antiquiſſima editio *L. Cornelium & T.* (ſolenni errore pro *Ti.* hoc eſt, Tiberio) *Sempronium Coſſ.* Glareanus ſubſtituit *M. Cornelium & P. Sempronium*, qui Coss. fuerint octo abhinc annis extremo tempore belli Punici, quando Italici generis vix ulli amplius hoſtes fuerunt populi Romani præter Bruttios. Mirum vero Gruterianam & recentiores edd. in altero tantum conſule Glareanum ſequi, in altero antiquam lectionem, cum nunquam ſimul Conſules fuerint M. Cornelius & Ti. Sempronius. Mutandum fuerat L. in P. reſtituendumque *poſt P. Cornelium & Ti. Sempronium Coſſ.* qui primo anno belli Annibalici conſulatum geſſerunt, ex quo tempore quicunque cum cæteris à populo Rom. ad Annibalem deſeciſſet, eum colonorum numero adſcribi vetuit ſenatus. *Jac. Perizonius.*

2 *L. Cornelio Scipione*] *P. Cornelius Scipio Naſica* hic ædilis vocari debet. Quæ nominum vitia ſæpius in auctoribus occurrentia ex fide marmorum Capitolinorum & ordine magiſtratuum reſtauranda eſſe videntur. Nam P. Naſicæ prætura tertio abhinc anno ſequitur prior, & L. Scipionis Aſiatici deinde anno quarto, ut ejus ædilitas potius in annum 558, non in hunc 556, cadat. *Pighius.*

3 *Dubios ſententia*] Vet. lib. *Sententia.* Sigonius.

interceſſuros dixiſſent: ni prius ipſi ad plebem tuliſſent; vellent juberentne cum rege Philippo pacem eſſe. Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata eſt. omnes quinque & triginta tribus, [1] uti rogatæ, juſſerunt. Et quo magis pacem ratam eſſe in Macedonia vulgo lætarentur, triſtis ex Hiſpania nuncius allatus effecit, vulgatæque literæ, *C. Sempronium Tuditanum proconſulem, in citeriore Hiſpania prælio victum: exercitum ejus fuſum fugatumque, & illuſtres viros in acie cecidiſſe. Tuditanum cum gravi vulnere latum ex prælio, haud ita multo poſt exſpiraſſe.* Conſulibus ambobus Italia provincia, cum his legionibus, quas ſuperiores conſules habuiſſent, decreta, & ut quatuor legiones novas ſcriberent; duas, quæ quo ſenatus cenſuiſſet, mitterentur, & T. Quintius Flamininus cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere juſſus: [2] imperium ei pro-
26 rogatum ſatis jam ante videri. Prætores deinde provincias ſortiti, L. Apuſtius Fullo urbanam juriſdictionem, [3] Manius Acilius Glabrio inter cives & peregrinos, Q. Fabius Buteo Hiſpaniam ulteriorem, Q. Minucius Thermus citeriorem, C. Lælius Siciliam, [4] Ti. Sempronius Longus Sardiniam. Q. Fabio Buteoni, & Q. Minucio, quibus Hiſpaniæ provinciæ evenerant, Conſules legiones ſingulas ex quatuor ab ſe ſcriptis quas videretur, uti darent, decretum eſt. ſociûm ac nominis Latini quaterna millia peditum, trecenos equites. hique primo quoque tempore in provincias ire juſſi. Bellum in Hiſpania

1 *Uti rogatæ juſſ.*] *Uti rogas*, ut ſupra ſæpe admonui. *Sigonius.*

2 *Imperium ei prorogatum*] Vetus unum quod extat exemplar hujus libri, ut ajunt, habet: *Imperium ei prorogatum ſatis jam ante dividere.* Quæ verba Gelenius profitetur ſe, ut ad rei ſententiam non pertinentia, ſuſtuliſſe. Fecit autem injuſte: nam ſententia optima eſt, ſi quod in iis vitium eſt, tollas ita: *imperium ei prorogatum ſatis jam ante videri.* Cauſam enim affert, cur Quintio non prorogarint imperium, quia, inquit, priore decreto ſatis prorogatum judicabant. Hoc autem decretum ſcriptum eſt anno ſuperiore, de quo ſic Livius: *T. Quintio prorogarunt imperium, donec ſucceſſor ei veniſſet.* Idem.

3 *M. Acilius Gl.*] *M' Acilius*, ex conſulatu Capitol. & Plutarcho. *Idem.*

4 *T. Sempronius L.*] *Ti. Sempronius*, ex conſulatu Capitolino. *Idem.*

1 *Quin-*

nia [1] quinto poſt anno exortum eſt, quam ſimul cum Punico bello fuerat finitum. Priuſquam hi prætores ad bellum prope novum, quia tum primum ſuo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant, proficiſcerentur, aut ipſi conſules ab urbe moverent; procurare, ut aſſolet, prodigia, quæ nunciabantur, juſſi. L. Julius Sequeſtris in Sabinos proficiſcens, fulmine ipſe equuſque exanimati fuerant: ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta erat: ad Monetæ duarum haſtarum ſpicula arſerant: lupus Æſquilina porta ingreſſus, frequentiſſima parte urbis, quum in forum decurriſſet, Tuſco vico [2] atque inde Melio, per portam Capenam prope intactus evaſerat. Hæc prodigia majoribus hoſtiis ſunt procurata. Iiſdem 27
diebus [3] Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium [illegible] Tudi- [illegible]

1 *Quinto poſt anno, quam ſecundum bellum Punicum, finitum eſt*] In veteri illo uno exemplari, teſte Gelenio, ita eſt, *Bellum in Hiſpania quinto poſt anno exortum eſt, quam ſimul cum Punico bello fuerat finitum.* Quæ verba ſic legenda eſſe cenſet Glareanus: *Bellum in Hiſpania quinto ante anno, quam ſecundum bellum Punicum finitum eſt.* Ego autem ita: *Bellum in Hiſpania quinto poſt anno exortum eſt, quam ſecundum bellum fuerat finitum.* Hanc lectionem ſi confirmavero nihil erit, quod quiſquam duas illas ſequatur. Bellum novum in Hiſpania excitatum eſſe ſignificat annos quinque, poſtquam cum Pœnis debellatum erat. Finitum eſt enim anno DXLIX. Hoc declarat Livius, cum ait paulo ante: *Ingens in Hiſpania ulteriore coortum eſt bellum.* & hoc loco exponit cauſam, cur novum hoc bellum appellet, quia tum primum ſuo nomine nullo Punico exercitu, aut duce ad arma ierant. Neque vero bellum aliquando in Hiſpania finitum poteſt intelligere, quemadmodum duabus illis lectionibus ſignificatur, cum & ante, & poſt confectum Punicum bellum à proconſulibus in provincia bellatum ſit, ut ſupra oſtendi. *Sigonius.*

2 *Atque inde Melio*] Quid ſit Romæ *Melium* nemo ſcit, *Æquimælium*, omnes. Itaque legendum puto, *ac Æquimælio.* Nam ante legebatur, *Atque Intemælio.* Lib. 38. *Subſtructionem ſuper Æquimælium in Capitolio, & viam ſilice ſternendam à porta Capena ad Martis locaverunt.* Idem.

3 *Cn. Corn. Lentulus, &c. cum ex S. C. urbem eſſet ingreſſus*] Hic eſt ille Cn. Lentulus, de quo ſupra lib. 31 extremo. *Plebes Cn. Cornelio Lentulo & L. Stertinio proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania juſſit.* Probo autem valde conjecturam Glareani, qui ſuſpicatur legendum eſſe: *Ex S. conſulto ovans urbem eſſet ingreſſus*: vel *ex S. C. triumphans urbem eſſet ingreſſus.* Conjecturam autem ſuam ille recte inde ducit, quod de Stertinio collega ſubdit ita: *L. Stertinius ex ulteriore Hiſpania ne tentata quidem triumphi ſpe, quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit.* Egregie. Cur enim neceſſe erat dicere *Ne tentata quidem triumphi ſpe* niſi collegam ejus Lentulum triumphaſſe dixiſſet? Puto tamen *ovantem* eum ingreſſum

Tuditanum citeriorem Hiſpaniam obtinuerat, quum ex ſenatuſconſulto ovans urbem eſſet ingreſſus, tulit præ ſe auri mille & quingenta quindecim pondo, argenti viginti millia, ſignati denariûm triginta quatuor millia, & quingentos quinquaginta. L. Stertinius ex ulteriore Hiſpania, ne tentata quidem triumphi ſpe, quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit: & de manubiis duos fornices in foro Boario ante Fortunæ ædem, & [1] matris Matutæ, unum in Maximo Circo fecit: & his fornicibus ſigna aurata impoſuit. Hæc per hiemem ferme acta. [2] Hibernabat eo tempore Athenis Quintius, à quo quum multa ſocii peterent, Bœoti petierunt, impetraveruntque, ut hi, qui ſuæ gentis militaſſent apud Philippum, ſibi reſtituerentur. id à Quintio facile impetratum; non quia ſatis dignos eos credebat, ſed quia, Antiocho rege jam ſuſpecto, favor conciliandus nomini Romano apud civi-

greſſum eſſe, non *triumphantem*. Primum, quia uſitatior dicendi forma eſt, ut in Ovatione dicatur, *ingreſſus eſt*, aut *iniit Ovans urbem*. Deinde quia ei, qui ſine magiſtratu res geſſerat adhuc; niſi ut Ovans iniret permiſſum fuerat, ut de L. Lentulo ſupra libro trigeſimo primo, *Decurrerunt eo, ut ovans urbem iniret*. Sigonius.

Quum ex SC. urbem eſſet ingreſſus] Suſpicor, immo fere perſuaſum habeo librarios ſcribas vocem *ovans* in *cum* mutaſſe, poſtea *eſt* in *eſſet*. Itaque legendum ſic eſſe puto; *ovans ex SC. urbem eſt ingreſſus. Tulit præ ſe auri*. Pighius.

1 *Matris Matutæ, unum*] Forte repetendum bis; *Matutæ unum, unum in Maximo*, &c. *Gruterus*.

2 *Hibernabat eo tempore Athenis Quintius*] Certum eſt legi debere *Elatiæ*, ubi hibernavit Quintius, non Athenis. Hinc enim eduxit mox copias ſuas, cum in hoſtem exiret. Cap. 29. *Evaſtatis prius agris, quæ ab Elatia duo diverſa agmina iere*. Et ne Athenis eum fuiſſe exiſtimare poſſimus, ex hibernis antequam moveret, *legatos Athenas & in Achajam miſit*, eod. cap. atque inde viciſſim legati ad ipſum in caſtra venere, ibid. quibus pro Bœotis intercedentibus atque illis imperata jam facientibus, rediiſſe eum Elatiam ex cap. 31 colligitur. Neque vero hoc tantum tempore illic hiberna egit, ſed quamdiu fuit in Græcia. De priore anno conſtat ex lib. 32 c. 32, 39 & lib. 33 c. 1, 2. De ſequentibus duobus, quibus exactis ad triumphum deceſſit ex lib. 34 c. 25 & capp. 41, 48, 50. Iſta jam congeſſeram, quum vidi Polybium aperte hanc confirmare emendationem Excerpt. Legat. 8, ubi ait, μετὰ τὴν μάχην Τίτου παραχειμάζοντος ἐν Ἐλατίᾳ, Βοιωτοὶ, &c. Ad quem locum etiam diligentiſſimus Urſinus obſervavit diſcrepantiam hanc apud Livium in nomine Elatiæ. Sed quod adfert quaſi ex hoc libro 33 Quintium *Eodem hoc anno Elatiam in hiberna reduxiſſe copias*, in eo lapſus eſt memoriæ vitio. Leguntur enim illa demum ſecundo abhinc anno l. 34 c. 48. *Jac. Perizonius*.

1 *Perin-*

civitates erat. Reſtitutis, confeſtim apparuit, quam nulla inita apud Bœotos gratia eſſet. nam & ad Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, [1] perinde atque ipſi id à Quintio & Romanis datum eſſet, miſerunt: & comitiis proximis Bœotarchen nullam aliam ob cauſſam [2] Brachyllam quendam, quam quod præfectus Bœotorum apud regem militantium fuiſſet, fecerunt: præteritis Zeuxippo, & Piſiſtrato, aliiſque [3] qui Romanæ ſocietatis auctores fuerant. Id ægre & in præſentia hi paſſi, & in futurum etiam metum ceperunt, quum ad portas prope ſedente exercitu Romano ea fierent; quidnam ſe futurum eſſet profectis in Italiam Romanis: Philippo ex propinquo ſocios adjuvante, & infeſto his, qui partis adverſæ fuiſſent. Dum Romana arma propinqua habebant, 28
tollere Brachyllam principem fautorum regis ſtatuerunt. & tempore ad eam rem capto, quum in publico epulatus reverteretur domum temulentus, proſequentibus mollibus viris, qui joci cauſa convivio celebri interfuerant; ab ſex armatis, quorum tres Italici, tres Ætoli erant,

1 *Perinde atque id ipſi à Quintio*] Ante legebatur: *Perinde atque ab ipſo id, & non à Quintio.* Quam lectionem probo in primis. Hæc enim à ſenſu aliena eſt. *Sigonius.*

Atque ab ipſo hi & non à Quintio Romanis dati eſſent] Non hæc Moguntini codicis lectio eſt, ſed illa teſte Gelenio: *atque ipſi id à Quinctio & Romanis datum eſſet.* Unde facile eſt conficere: *perinde atque ipſis id non à Quinctio & Romanis datum eſſet.* Quod & voluit Fulvius Urſinus. Eſt quidem aliqua ſententia lectionis veteris, prout ex unico codice eam produximus, quaque acquievit Gelenius: videlicet, quaſi gratia & reverentia Philippi id beneficium tribuiſſent Bœotis Romani, apud quem credibile eſt illos etiam tum exſulaſſe. Sed hanc exprimere Livium voluiſſe non exiſtimo. Utcumque Philippi gratiæ datum hoc fuiſſet, tamen dantibus quoque, etſi propter alium dantibus, obligati erant: habet enim propter quem datur, beneficii honorem; cui datur, utilitatem. At ipſæ particulæ *perinde atque* ſatis indicant voluiſſe auctorem ponere rationem aliquam hujus rei recte faciundæ, aut quomodo juſte potuerint Philippo tantum ab illis grates agi, Romani præteriri. Ea erat ſi ab his non accepiſſent, ab illo accepiſſent; non autem, ſi in hujus gratiam quidem, ab illis tamen accepiſſent. Cauſam vero, cur Bœoti magno ſuo malo Macedonibus obnoxii tum eſſent, habes apud Polybium in Excerptis lib. 20. *J. F. Gron.*

2 *Barcillam quendam*] Hunc in aliis libris nominat Livius *Brachillam*, ut eſt in Manuſcriptis. Polybius Βραχύλλην itemque Plutarchus. *Sigonius.*

3 *Qui Rom. ſocietatis auctores fuerunt*] Lege: *fuerant.* J. F. Gron.

rant, circumventus occiditur. Fuga comitum, & quiritatio facta, & tumultus tota urbe diſcurrentium cum luminibus. percuſſores proxima porta evaſerunt. Luce prima concio frequens, velut extante indicio, ad vocem præconis convocata in theatro erat. Palam ab ſuo comitatu, & obſcœnis illis viris fremebant interfectum: animis autem Zeuxippum auctorem deſtinabant cædis. In præſentia placuit comprehendi eos, qui ſimul fuiſſent, quæſtionemque ex his haberi. qui dum quæruntur, Zeuxippus, conſimili animo avertendi ab ſe criminis cauſſa in concionem progreſſus, errare ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiviros crederent, multaque in eam partem probabiliter [1] argumentatus, quibus fidem apud quoſdam fecit, numquam ſi conſcius eſſet, oblaturum ſe multitudini, mentionemve cædis nullo laceſſente facturum fuiſſe. Alii non dubitare, obviam eundo impudenter criminis ſuſpicionem averti. Torti poſt paulo inſontes, quum ſcirent ipſi opinionem omnium, ea pro indicio uſi, Zeuxippum & Piſiſtratum nominaverunt: nullo adjecto, cur ſcire quicquam viderentur, argumento. Zeuxippus tamen cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagram; ſuam magis conſcientiam quam indicium hominum nullius rei conſciorum metuens. Piſiſtratus ſpretis indicibus Thebis manſit. Servus erat Zeuxippo, totius internuncius & miniſter rei; quem indicem Piſiſtratus timens, eo ipſo timore ad indicium protraxit. literas ad Zeuxippum mittit, ſervum conſcium tolleret. Non tam idoneum ad celandam rem eum videri ſibi, quam ad agendam fuerit. Has qui tulit literas, [2] juſſit Zeuxippo dare quamprimum. is, quia non ſibi conveniendi ejus copia fuit, ipſi illi ſervo, quem ex omnibus

1 *Argumentatus quibus fidem*] Τὸ *quibus* delendum videtur. *J. F. Gron.* Niſi potius: *argumentatur.* Ait & multa argumentatur, quibus fidem facit. *Jac. Gron.*

2 *Juſſit Zeuxippo dare quamprimum. is quia*] Moguntinus ignorat τὸ *is*. Scribe: *Has qui tulit literas, juſſus Zeuxippo dare quamprimum, quia non ſibi conveniendi ejus copia fuit,* &c. *J. F. Gron.*

mnibus domino fidiſſimum credebat, tradidit: & adjecit, à Piſiſtrato de re magnopere pertinente ad Zeuxippum eſſe. Conſcientia ictus, quum extemplo traditurum eas affirmaſſet, aperit. Perlectis literis pavidus Thebas refugit. & Zeuxippus quidem fuga ſervi motus, Athenas, tutiorem exilio locum ratus, conceſſit. [1] De Piſiſtrato aliquæ quæſtiones tormentis habitæ: & ſumptum ſupplicium eſt. [2] Efferavit ea cædes Thebanos Bœotoſ- 29
que omnes ad execrabile odium Romanorum; Zeuxippum principem gentis id facinus conſciſſe. ad rebellandum neque vires, neque ducem habebant. Proximum bello quod erat, in latrocinium verſi, alios hoſpites, alios vagos per hiberna milites, ad varios commeantes uſus excipiebant. quidam in ipſis itineribus ad notas latebras inſidiantibus, pars in deſerta per fraudem diverſoria devecti deductique opprimebantur. poſtremo non tantum odio, ſed etiam aviditate prædæ ea facinora faciebant: quia negotiandi ferme cauſſa argentum in zonis habentes in commeatibus erant. Quum primo pauci, dein indies plures deſiderarentur, infamis eſſe Bœotia omnis cœpit: & timidius quam in hoſtico egredi caſtris miles. Tum Quintius legatos ad quærendum de latrociniis per

civi-

1 *De Piſiſtrato aliquæ quæſtiones*] Forte, *aliquot*. J. F. Gron. Verba Polybii ſunt Leg. 8. ἃ συνορῶντες οἱ περὶ τὸν Ζεύξιππον καὶ Πεισίστρατον, καὶ πάντες οἱ δοκοῦντες εἶναι Ῥωμαίων φίλοι. Quæ etſi non de his tormentis agunt, declarant tamen factionem hujuſmodi & corpus fuiſſe, atque inde ſuſpicabar: *de Piſiſtrato aliiſque quæſtiones*, &c. ut etiam cap. 27 auctor loquutus eſt. *Jac. Gron.*

2 *Efferavit ea cædes Thebanos*] Moguntiæ ediderunt: *efferaverat cædes*. Gelenius inde exſtruxit vulgatum. Verum non modo pronomen id ſupereſt, ſed etiam nomen proximum, *cædes*. *Efferaverat* (videtur ſcripſiſſe) *Thebanos Bœotoſque omnes ad exſecrabile odium Romanorum, Zeuxippum principem gentis id facinus conſciſſe*. Forte etiam fuit, *in principem*. ut Brachyllas intelligatur. *J. F. Gron.*

Efferavit ea cædes Theb.] Fuit ante Gelenium *efferaverat cædes*. Unde legendum videtur: *efferaverat ea res Thebanos Bœotoſque omnes ad exſecrabile odium Romanorum, Zeuxippum in principem gentis* (ut optime mea ſententia conjecit ὁ πάνυ) *id facinus conſciſſe*. Ita per Appoſitionem poſtrema hæc dicta erunt, quo nihil uſitatius veteribus, Supra 25, 28. *Quæ ubi in caſtra Siculorum nunciata ſunt Epicydem Syracuſis ceſſiſſe, à Carthaginienſibus relictam inſulam*. 36, 26. *Id ad dignitatem ejus fidemque pertinere non prodi ſocios.* Et alibi. *Jac. Perizonius.*

L 5 1 *P. Clau-*

civitates mittit. Plurimi pedites circa Copaidem paludem inventi: ibi ex limo eruta extractaque ex ſtagno cadavera, ſaxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, annexa. multa facinora Acræphiæ, & Coroneæ facta inveniebantur. Quintius primo noxios tradi ſibi juſſit. & pro quingentis militibus (tot enim intercepti erant) quingenta talenta, Bœotos conferre. Quorum neutrum quum fieret, verbis tantum civitates excuſarent, nihil publico conſilio factum eſſe: miſſis Athenas & in Achaiam legatis, qui teſtarentur ſociis, juſto pioque bello ſe perſecuturum Bœotos, & cum parte copiarum [1] P. Claudio Acræphiam ire juſſo, cum parte Coroneam circumſedit: evaſtatis prius, agris, qua ab Elatia duo diverſa agmina iere. Hac perculſi clade Bœoti, [2] quum omnia terrore ac fuga compleſſent, legatos mittunt. qui quum in caſtra non admitterentur, Achæi Athenienſeſque ſupervenerunt. [3] Plus auctoritatis Achæi habuerunt, deprecantes: ac ni impetraſſent pacem Bœotis, bellum ſimul gerere decreverunt. [4] Per Achæos Bœotis copia adeundi alloquendique Romanum facta eſt, juſſiſque tradere noxios, & mulctæ nomine triginta talenta conferre, pax data: & ab oppugnatione receſſum. Poſt paucos dies decem legati ab Roma venerunt, quorum ex conſilio pax data Philippo in has leges eſt. *Omnes Græcorum civitates, quæ in Europa, quæque in Aſia eſſent, libertatem ac ſuas leges haberent. quæ earum ſub ditione Philippi fuiſſent, præſidia ex his Philippus deduceret: his, quæ in Aſia eſſent, Euromo Padaſiſque &* [5] *Bargyliis, & Iaſſo, & Myrina, & Abydo & Thaſſo, & Perintho: eas quoque enim placere*

1 *P. Claudio Acræph.*] *Ap. Claudio*, ut ante ex Polybio. *Sigonius.*

2 *Quum omnia terrore ac fuga compleſſent*] Malim: *terror.* J. F. Gron.

3 *Plus auctoritatis Achæi habuerunt deprecantes: ac ni impetraſſent*] Prima editio: *ac qui impet.* Scribe: *nam, ni impetraſſent pacem Bœotis, bellum ſimul gerere decreverant.* nempe adverſus eoſdem Bœotos. *Idem.*

4 *Per Achæos Bœotis copia*] Prima editio: *Per Achæos & Bœotis.* Scribe: *Per hos ergo Bœotis.* Vel, *Per Achæos ergo Bœotis.* Idem.

5 *Bargyllis & Iaſſo*] *Bargyliis & Iaſo*, ut ante. *Sigonius.*

1 *Libe-*

cere [1] *liberas eſſe. De Cianorum libertate, Quintius Pruſiæ Bithynorum regi ſcriberet, quid ſenatui & decem legatis placuiſſet. Captivos, transfugaſque reddere Philippum Romanis, & naves omnes* [2] *tectas tradere; quin & regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam ſexdecim verſus remorum agebant. Ne plus quingentis armatorum haberet, neve elephantum ullum. Bellum extra Macedoniæ fines ne injuſſu ſenatus gereret. Mille talentum daret populo Romano: dimidium præſens, dimidium penſionibus decem annorum.* Valerius Antias, quaternum millium pondo argenti vectigal in decem annos, [3] triginta quaterna millia pondo, & ducenta, præſens viginti millia pondo. idem nominatim adjectum ſcribit, ne cum Eumene Attali filio (novus is tum rex erat) bellum gereret. In hæc obſides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius. Adjicit Valerius Antias, Attalo abſenti Æginam inſulam elephantoſque dono datos, & Rhodiis Stratoniceam Cariæ, atque alias urbes, quas Philippus tenuiſ-

1 *Liberas eſſe Decianorum libertate*] Merito hæſitavit hoc loco Glareanus. Non eſt autem mentem auctoris, & veritatem lectionis aſſequutus, cum pro, *Decianorum*, *decem legatorum* ſupplendum eſſe cenſuit. Sunt enim duæ voces, *De Cianorum*, quæ ſequenti ſententiæ annectendæ, hoc modo: *De Cianorum libertate Quintius Pruſiæ Bithyniorum regi ſcriberet.* De Cianis & eorum clade ſupra ſæpius dictum eſt. Sic enim Philippus libro priore: *Neque ego Cium expugnavi, ſed Pruſiam ſocium, & amicum oppugnantem adjuvi.* Et Polybius libro decimo quinto: φίλων γὰρ ὑπαρχόντων καὶ συμμάχων Αἰτωλῶν, Λυσιμαχέων, Χαλκηδονίων, καὶ Κιανῶν, βραχεῖ χρόνῳ πρότερον· πρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν Λυσιμαχέων πόλιν ἀποσπάσας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίας· δευτέραν δὲ τὴν Χαλκηδονίων, τρίτην δὲ καὶ τὴν Κιανῶν ἐξηνδραποδίσατο, στρατηγοῦ παρ' Αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντος, καὶ προεστῶτος τῶν κοινῶν. Προυσίας δὲ καθὸ μὲν ἡ πρόθεσις αὐτοῦ συντελείας ἔτυχε, περιχαρὴς ἦν· καθὸ δὲ τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀπέφερεν, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς διέκειτο. Et Suidas: Κιανοί, οἱ τῆς Κίου, οὓς Προυσίας ἀνδραποδίσαι ἠθέλησε διά τινας αἰτίας. *Sigonius.*

2 *Tectas tradere quin & unam*] Videtur ex Polybio legendum: *tradere, præter lembos quinque & regiam unam.* Verba ejus: Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καταφράκτους ναῦς, πλὴν πέντε σκαφῶν, καὶ τῆς ἑκκαιδεκήρους. Appianus: Ναῦς τε ὅσας ἔχει, χωρὶς ἑκκαιδεκήρους μιᾶς καὶ σκαφῶν πέντε καταφράκτων. Ful. Urſinus.

3 *Triginta quaterna millia pondo*] Turbata hæc ſunt, ut cuivis videre pronum. Glareanus: *Vectigal* præceſſit, *præſens* pecunia ſequitur: hæc ſumma in medio quid ſibi velit, haud equidem ſcire poſſum. Fortaſſe ſcripſit Livius: *Valerius Antias quaternum millium pondo argenti vectigal in decem annos, præſens tricena quaterna millia & ducenta viginti pondo.* Non deſunt rationes & alibi dabuntur. *J. F. Gron.*

1 *Sine*

tenuiſſet: Athenienſibus inſulas datas, Paron, Imbrum,
31 Delum, Scyrum. Omnibus Græciæ civitatibus hanc pacem approbantibus, ſoli Ætoli id decretum decem legatorum clam muſſantes carpebant. *literas inanes vana ſpecie libertatis adumbratas eſſe. Cur enim alias Romanis tradi urbes, nec nominari eas, alias nominari, &* [1] *ſine traditione juberi liberas eſſe? niſi ut quæ in Aſia ſint, liberentur, longinquitate ipſa tutiores: quæ in Græcia ſint, ne nominatæ intercipiantur, Corinthus, & Chalcis, & Oreum, cum Eretria & Demetriade.* Nec tota ex vano criminatio erat. dubitabatur enim de Corintho, & de Chalcide, & Demetriade, quia in ſenatuſconſulto, quo miſſi decem legati ab urbe erant, cæteræ Græciæ atque Aſiæ haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus legati, quod tempora reipublicæ poſtulaſſent, id è republica fideque ſua facere ſtatuere juſſi erant. Antiochus rex erat, quem tranſgreſſurum in Europam, quum primum ei res ſuæ placuiſſent, non dubitabant. ei tam opportunas ad occupandum patere urbes nolebant. Ab Elatia Anticyram cum decem legatis, inde Corinthum trajecit. ibi conſilia decem legatorum tractabantur. Identidem Quintius, liberandam omnem Græciam, ſi Ætolorum linguas [2] retundere, ſi veram caritatem, majeſtatem, apud omnes nominis Romani vellent eſſe: ſi fidem facere, ad liberandam Græciam, non ad transferendum à Philippo ad ſe imperium, ſe mare trajeciſſe. Nihil contra ea de libertate urbium alii dicebant. cæterum ipſis tutius eſſe, manere pauliſper ſub tutela præſidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi. Poſtremo ita decretum eſt: *Corinthus redderetur Achæis, ut in Acrocorintho tamen præſidium eſſet: Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho deceſſiſſet.*

1 *Sine traditione jubere liberas*] Scribe: *juberi*: & mox: *quæ in Græcia, non nominatæ intercipiantur.* Neque enim huc convenit τὸ *ne*, & abundat τὸ *ſint*. J. F. Gron.

2 *Retunderet*] *Retundere*, perſpicue legendum eſt, ut ſit: *ſi Ætolorum linguas retundere vellet.* Sigonius.

1 Co-

ceſſiſſet. Iſthmiorum ſtatum ludicrum aderat; ſemper qui- 32
dem & alias frequens; quum propter ſpectaculi ſtudium inſitum genti, quo certamina omnis generis artium viriumque ac pernicitatis viſuntur; tum quia propter opportunitatem loci per duo diverſa maria omnium Græcorum undique conventus erat. Sed exſpectatione erecti, qui deinde ſtatus futurus Græciæ, quæ ſua fortuna eſſet: alii non taciti ſolum opinabantur, ſed ſermonibus etiam ferebant. Romani ad ſpectaculum conſederunt, & præco cum tubicine, ut mos eſt, in mediam arenam unde ſolenni carmine ludicrum indici ſolet, proceſſit: & tuba ſilentio facto ita pronunciat: SENATUS POPULUSQUE ROMANUS, ET T. QUINTIUS IMPERATOR, PHILIPPO REGE, MACEDONIBUSQUE DEVICTIS, LIBEROS, IMMUNES, SUIS LEGIBUS ESSE JUBET [1] CORINTHIOS, PHOCENSES, LOCRENSESQUE OMNES, ET INSULAM EUBOEAM: ET MAGNETAS, THESSALOS, PERRAEBOS, ACHÆOS PHTHIOTAS. Percenſuerat omnes gentes, quæ ſub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce præconis, majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines caperent. Vix ſatis credere

1 *Corinthios, Phocenſ. Locr. o. & i. E. & M. Th. Perrab. A. Phth.*] Glareanum non laudo, qui arbitratur hoc loco nomina aliquot populorum intercidiſſe; cur non laudem, Plutarchus in cauſa eſt, qui totidem penè verbis hanc rem in Flaminino exponit: *προσελθὼν εἰς μέσον ὁ κήρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους, καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις* Κορινθίους, Λοκροὺς, Φωκεῖς, Εὐβοέας, Ἀχαιοὺς, Φθιώτας, Μάγνητας, Θετταλοὺς, Περραιβούς. Cum igitur totidem apud Plutarchum ſint nomina populorum, quot apud Livium, à quo hæc ſumpſit Plutarchus, profecto nihil hoc loco deſiderari judicandum eſt. Quod autem vocibus illis movetur Glareanus, *percenſuerat omnes gentes, quæ ſub ditione Philippi regis fuerant*, intelligendum eſt eas vitioſe legi. placet autem ut legatur: *percenſuit inde omnes gentes*, id eſt, poſt Græcos, Macedoniæ etiam populos nominavit, ut Dolophas, Oreſtas, Lycum, Parthinos, utraque enim gens cum ſit Illyriorum, ſub ditione Philippi fuerat. Error ortus eſt ex compendioſa ſcriptura, ex *percenſuit in*, factum eſt, *percenſuerat*. Porro autem apparet ex Plutarcho legendum eſſe *Perrabi*, non *Perræbii*. Sigonius.

dere ſe quiſque audiſſe: alii alios intueri mirabundi velut ſomnii vanam ſpeciem quod ad quemque pertineret, ſuarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Revocatus præco, quum unuſquiſque non audire, ſed videre libertatis ſuæ nuncium averet: [1] iterum pronunciaret eadem. Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plauſus eſt ortus, totieſque repetitus, ut facile appareret, nihil omnium bonorum multitudini gratius, quam libertatem eſſe. Ludicrum deinde ita raptim peractum eſt, ut nullius nec animi nec oculi ſpectaculo intenti eſſent. adeo unum gaudium præoccupaverat omnium aliarùm ſenſum voluptatum.

33 Ludis vero dimiſſis, curſu prope omnes tendere ad imperatorem Romanum: ut ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniſcoſque jacientium, haud procul periculo fuerit. Sed erat trium ferme & triginta annorum, & quum robur juventæ, tum gaudium ex tam inſigni gloriæ fructu, vires ſuppeditabant. nec præſens omnium modo effuſa lætitia eſt; ſed per multos dies gratis & cogitationibus & ſermonibus revocata: *Eſſe aliquam in terris gentem, quæ ſua impenſa, ſuo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum: nec hoc finitimis, aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præſtet: maria trajiciat; ne quod toto orbe terrarum injuſtum imperium ſit, & ubique jus, fas, lex potentiſſima ſint. Una voce præconis liberatas omnes Græciæ atque Aſiæ urbes.* [2] *Hoc ſpe concipere audacis animi fuiſſe: ad effectum adducere, virtutis & fortunæ ingentis.*

34 Secundum iſta jam Quintius, & decem legati, legationes regum, gentium, civitatumque audivere. Primi omnium regis Antiochi vocati legati ſunt. his eadem, quæ fere Romæ

1 *Iterum pronuntiaret eadem*] Malim hæc verba ita accipere, ut non ſint revocantium præconem, ſed narrantis, quid revocatus præco fecerit, Livii, ſcribique: *averet, iterum pronuntiare eadem.* id eſt, pronunciavit, vel pronuntiabat. *J. F. Gron.*

2 *Hoc ſpe concipi --- & fortunæ gentis*] Apertior erit locus, ſi ita legas: *Hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe, ad effectum adducere virtutis & fortunæ ingentis.* Sigonius.

1 *Sine*

Romæ erant, verba [1] ſine fide rerum jactata. Nihil jam perplexe, ut ante, quum dubiæ res incolumi Philippo erant, ſed aperte pronunciatum, ut excederet Aſiæ urbibus, quæ aut Philippi, aut Ptolomæi regum fuiſſent. [2] abſtineret liberas, omneſque Græcas. Ante omnia denunciatum, ne in Europam aut ipſe tranſiret, aut copias trajiceret. Dimiſſis regis legatis, conventus gentium civitatumque eſt haberi cœptus. eoque maturius peragebatur, quod decreta decem legatorum civitates nominatim pronunciabant. Oreſtis, (Macedonum ea gens eſt) quod primi ab rege defeciſſent, ſuæ leges redditæ. Magnetes & Perræbi, & Dolopes, liberi quoque pronunciati. Theſſalorum genti, præter libertatem conceſſam, Achæi Phthiotæ dati; Thebis Phthioticis & Pharſalo excepto. Ætolos de Pharſalo & Leucade poſtulantes, ut ex fœdere ſibi reſtituerentur; ad ſenatum rejecerunt. Phocenſes, [3] Locrenſes, & quæ ſicut ante fuerant adjecta, decreti auctoritate, his contribuerunt. Corinthus, & Triphylia, & [4] Heræa (Peloponneſi & ipſa urbs eſt) reddita Achæis. Oreum & Eretriam decem legati Eumeni regi Attali filio dabant. diſſentiente Quintio, venit res in arbitrium ſenatus: ſenatus libertatem his civitatibus dedit, Caryſto adjecto. [5] Pleurato Lycus & Parthini dati: Illy-

1 *Sine fide rerum jactantibus*] Sic Gelenius legendum ait, dubium ex conjectura ſua, an quia ſic erat in unico codice: nam ex eodem Moguntini ediderunt: *his eadem, quæ fere Romæ erant, verba ſine fide rerum jactata. nihil jam perplexe, ut ante*, &c. *pronuntiatum*. Quod poteſt ferri, & τὸ *erant* non belle videtur congruere τῷ *jactantibus*. Itaque hoc ſi malis, illud dele. *J. F. Gron.*

2 *Abſtineret liberas omneſque Græcas*] Obſcuritatem ait Glareanus his verbis ineſſe. Ego vero & vitium ineſſe puto & reſtituendum: *pronuntiatum, ut excederet Aſiæ urbibus, quæ aut Philippi aut Ptolomæi regum fuiſſent: ſineret liberas omnes eſſe Græcas*. Idem.

3 *Locrenſis & quæ ſicut ante*] Legendum: *Locrenſeſque ſicut ante fuerant*. Ex Polybio: Τὰς τε Φωκέας καὶ τοὺς Λοκροὺς συνεχώρησαν αὐτοῖς ἔχειν, καθάπερ εἶχον καὶ πρότερον, ἐν τῇ συμπολιτείᾳ. Urſinus.

4 *Herea*] *Heræa*, ut ſupra. *Sigonius*.

5 *Pleurato Lingus, & Partheni*] *Lycus, & Parthini*. Lycus in Daſſaritiis, ut ait Plutarchus in Quintio, quos eoſdem cum Parthinis Illyriorum populos facit Appianus in principio Illyrici: *Parthinos* etiam Capitolini lapides habent. *Idem*.

Illyriorum utraque gens ſub ditione Philippi fuerat. Amynandrum tenere juſſerunt caſtella, quæ per belli tempus Philippo capta ademiſſet.
35 Dimiſſo conventu, decem legati partiti munia inter ſe, ad liberandas ſuæ quiſque regionis civitates diſceſſerunt: [1] P. Lentulus Bargylias, L. Stertinius Hephæſtiam & Thaſſum & Thraciæ urbes, P. Villius & L. Terentius ad regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum. qui de minoribus rebus editis mandatis percunctatus, ſi conſilium non utile ſolum, ſed etiam ſalutare admittere auribus poſſet, quum rex, gratias quoque ſe acturum, diceret, ſi quid, quod in rem ſuam eſſet, exprομeret; magnopere ei ſuaſit, quoniam pacem impetraſſet, ad ſocietatem amicitiamque petendam mitteret Romam legatos. ne ſi quid Antiochus moveret, exſpectaſſe, & temporum opportunitates captaſſe ad bellandum videri poſſet. Ad Tempe Theſſalica Philippus eſt conventus. qui quum ſe miſſurum extemplo legatos reſpondiſſet; Cornelius [2] Thermopylas, ubi frequens Græciæ ſtatis diebus eſſe ſolet conventus (Pylaicum appellant) venit: Ætolos præcipue monuit, ut conſtanter & fideliter in amicitia populi Romani permanerent. Ætolorum principes alii interqueſti ſunt, quod non idem erga ſuam gentem Romanorum animus eſſet poſt

Lycus & Parthini] Videtur legendum *Lychnidus & Parthini*, ex Polybio & Strabone. Ille enim ſic in frag. 9. Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ Λυχνιδοῦντα καὶ Πάρθον, οὔσας μὲν Ἰλλυριίδας, ὑπὸ Φίλιππον δὲ ταττομένας. Hic lib. 7. Ἐξ Ἐπιδάμνου καὶ Ἀπολλωνίας περὶ τὴν Κανδαουίας ὁδὸν αἵ τε λίμναι εἰσὶν αἱ περὶ Λυχνιδοῦντα. Urſinus.

1 *P. Lentulus Bargylias, L. Stertinius Hephæſtiam*, &c.] Hæc ſic Plutarch. ἅμα γὰρ ἐξέπεμπεν ὁ Τίτος Λέντυλον μὲν εἰς Ἀσίαν Βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα, Τιτίλλιον δ᾽ εἰς Θρᾴκην, τὰς αὐτόθι πόλεις καὶ τὰς νήσους ἀπαλλάξοντα τῶν Φιλίππου φρουρῶν· Πόπλιος δ᾽ Οὐίλλιος ἔπλει διαλεξόμενος Ἀντιόχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπὲρ αὐτῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. Ex his apparet pro *Stertinio Titillium*, eſſe reſtituendum: ſiquidem ante etiam legebatur *L. Thermus*. Sigonius.

2 *Thermopylas, ubi frequens*, &c.] Polybius legat. 9, quæ ex libro 17 hiſtoriarum excerpta eſt, ἧκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον. Dubitari poteſt, ne Polybius eo loco non de conventu Græcorum ad Thermopylas, ſed de concilio gentis Ætolorum in urbe Thermo intelligendus. Ibi enim concilium publicum gentis habebatur, ut eſt in Legat. 73. Tamen ex itinere ipſo legati id refelli videtur. *Henr. Valeſius*.

poſt victoriam, qui in bello fuiſſet: alii ferocius incuſarunt, exprobraruntque, Non modo vinci ſine Ætolis Philippum, ſed ne tranſire quidem in Græciam Romanos potuiſſe. Adverſus ea reſpondere ([1] ne in altercationem excederet res) quum ſuperſediſſet Romanus; omnia eos æqua impetraturos, ſi Romam miſiſſent, dixit. itaque ex auctoritate ejus decreti legati ſunt. Hunc finem 36
bellum cum Philippo habuit. Quum hæc in Græcia Macedoniaque & Aſia gererentur, Etruriam infeſtam prope conjuratio ſervorum fecit. ad quærendam opprimendamque eam Manius Acilius prætor, cui inter cives peregrinoſque juriſdictio obtigerat, cum una ex duabus legione urbana miſſus, alios jam congregatos pugnando vicit; ex his multi occiſi, multi capti: alios verberatos crucibus affixit, qui principes conjurationis fuerant: alios dominis reſtituit. Conſules in provincias profecti ſunt. Marcellum Boiorum ingreſſum fines, fatigato per diem totum milite via facienda, caſtra in tumulo quodam ponentem, Corolamus, regulus Boiorum cum magna manu adortus, ad tria millia hominum occidit, & illuſtres viri aliquot in illo tumultuario prœlio ceciderunt: inter quos præfecti ſocium, [2] Ti. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus: & tribuni militum de legione ſecunda, A. Ogulnius & P. Claudius. caſtra tamen ab Romanis impigre permunita retentaque, quum hoſtes à proſpera pugna nequicquam oppugnaſſent. Stativis deinde eiſdem per dies aliquot ſeſe tenuit; dum & ſaucios curaret, [3] & à tanto terrore animos militum reficeret. Boii, ut eſt gens minime ob moræ tædium patiens, in caſtella ſua vicoſque dilapſi ſunt. [4] Marcellus Pado confeſtim trajecto in agrum

1 *Ne altercationem exc. res*] Perſpicue legendum eſt, *Ne in altercationem excederet res.* ut lib. 34. *Quæ ſtudiis in magnum certamen exceſſerit*. Sigonius.

2 *T. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus*] Ex Capitol. lapidibus. *Idem.*

3 *Et tanto terrore animos militum reficeret*] Perſpicuum eſt legi debere: *& à tanto terrore.* J. F. Gron.

4 *Marcellus Pado c. trajecto in agrum Comenſem, ubi --- caſtra habebant, ducit, legiones in ipſo*] Vox, *ducit*, à Gla-

grum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant, ducit legiones. in ipſo itinere prœlium committunt: & primo adeo acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint. quod ubi animadvertit, veritus ne moti ſemel pellerentur, cohortem Marſorum oppoſuit: & equitum Latinorum omnes turmas in hoſtem emiſit. Quorum quum primus ſecunduſque impetus retudiſſet inferentem ſe ferociter hoſtem, confirmata & reliqua acies Romana reſtitit primo, deinde ſigna acriter intulit. nec ultra ſuſtinuerunt certamen Galli, quin terga verterent, atque effuſe fugerent. In eo prœlio ſupra quadraginta millia hominum cæſa, Valerius Antias ſcribit: & [1]quingenta ſeptem ſigna militaria capta, & carpenta quadraginta triginta duo, & aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius, in Capitolio Jovi donum in æde poſitum, ſcribit. Caſtra eo die Gallorum expugnata direptaque. & Comum oppidum in-

tra

reano addita eſt; quæ ante nulla erat. Recte, quod loci vitium ſenſit; non ſat recte, quod multas alias voces deſiderari non ſenſit. Nam ſi dicamus legiones Romanorum in ipſo itinere prœlium commiſiſſe, eaſdem etiam intelligendum eſt adeo acriter invaſiſſe, ut anteſignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiendum eſt. Videntur autem hæc omnia deſiderari. *Marcellus Pado confeſtim trajecto, in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant, legiones induxit. Cujus adventu audito, Galli confeſtim occurrunt, atque in ipſo itinere prœlium committunt, & primo adeo acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint. Quod ubi conſul animadvertit, veritus*, &c. Itaque aſteriſco, ut ante, hunc locum ſignandum cenſeo, ſic: *Legiones * in ipſo.* Sigonius.

Marcellus Pado confeſtim trajecto, &c. *ducit*] Vocem, *ducit*, à Glareano additam (eſt tamen apud illum: *legiones induxit: ſtatim in ipſo itinere*) recte ait Sigonius: ſed parum attentum fuiſſe, qui multas alias voces deſiderari non ſenſerit. Nam ſi dicamus, legiones in ipſo itinere prœlium commiſiſſe; eaſdem etiam intelligendum adeo acriter invaſiſſe, ut anteſignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiendum eſt. Itaque poſito ſupplemento cenſet tamen locum ſignandum aſteriſco, ſic: *legiones * in ipſo itinere.* Fortaſſis id tutius. Videtur tamen haud incommode concinnari poſſe: *Marcellus Pado confeſtim trajecit legiones in agrum Comenſem; ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant. In ipſo itinere prœlium commiſſum. Et primo adeo acriter invaſerunt.* Sic poſtremum de hoſtibus Gallis commode intelligitur. *J. F. Gron.*

1 *Quingenta ſeptem ſigna*] Quamquam Antiatem Valerium mirifice numerum ſemper augere meminerim alibi Livio notatum, malim: *& quinquaginta ſeptem ſigna militaria capta.* Idem.

1 Le-

ra dies paucos captum. Caſtella inde duodetriginta ad onſulem defecerunt. Id quoque inter ſcriptores ambigi- ur, utrum in Boios prius, an Inſubres conſul exercitum nduxerit, adverſamque proſpera pugna obliteraverit: an victoria ad Comum parta, deformata clade in Boiis ac- epta ſit. Sub hæc tam varia fortuna geſta, L. Furius 37
Purpureo alter conſul per tribum Sappiniam in Boios ve- nit. Jam caſtro Mutilo appropinquabat, quum veritus ne intercluderetur ſimul à Boiis Liguribuſque; eadem ia, qua adduxerat, reduxit, & magno circuitu per a- perta, eoque tuta loca, ad collegam pervenit. dein junctis xercitibus primum Boiorum agrum uſque ad Felſinam ppidum populantes peragraverunt. Ea urbs cæteraque aſtella, & Boii fere omnes, præter juventutem, quæ præ- landi cauſſa in armis erat, (tunc in devias ſilvas receſſe- at) in ditionem venerunt. In Ligures deinde traductus xercitus. Boii negligentius coactum agmen Romano- um, quia ipſi procul abeſſe viderentur, improviſo ag- reſſuros ſe rati, per occultos ſaltus ſecuti ſunt. quos non depti, Pado repente navibus trajecto, [1] Lævos Libuoſ- que quum pervaſtaſſent, redeuntes inde Ligurum extre- mo fine cum agreſti præda in agmen incidunt Roma- num. Celerius prœlium acriuſque commiſſum, quam ſi empore locoque ad certamen deſtinatis, præparatis ani- mis concurriſſent. Ibi quantam vim ad ſtimulandos ani- mos ira haberet, apparuit. nam ita cædis magis quam vi- ctoriæ avidi pugnarunt Romani, ut vix nuncium cladis hoſti relinquerent. Ob eas res geſtas, conſulum literis Romam allatis, ſupplicatio in triduum decreta eſt. Bre- vi poſt Marcellus Romam venit: triumphuſque ei ma- gno conſenſu Patrum eſt decretus. Triumphavit in ma- giſtratu de Inſubribus, Comenſibuſque. Boiorum trium- phi ſpem collegæ reliquit: quia ipſi proprie adverſa pu- gna

1 *Levos Libuoſque*] *Lævos Lebuoſque* gendum puto, ut lib. 5. Hos vocat lib. 2 Polyb. Λάους & Λεβεκίους. Sigo- nius.

 1 *In*

gna in ea gente evenerat, collegæ ſecunda. Multa ſpolia hoſtium captivis carpentis traducta: multa militaria ſigna lata, æris trecenta viginti millia, argenti bigati ducenta triginta quatuor millia. [1] in pedites ſingulos dati octin-
38 genti æris: triplex equiti, centurionique. Eodem anno Antiochus rex, quum hibernaſſet Epheſi, omnes Aſiæ civitates in antiquam imperii formulam redigere eſt conatus: reliquas quidem, aut quia locis planis poſitæ erant, aut quia parum mœnibus armiſque ac juventuti fidebant, haud difficulter jugum accepturas. Smyrna & Lampſacus libertatem uſurpabant, periculumque erat, [2] ne ſi conceſſum his foret, quos metuebat; Smyrnam in Æolide Ioniaque, Lampſacum in Helleſponto, aliæ urbes ſequerentur. Igitur & ipſe ab Epheſo ad Smyrnam obſidendam miſit: & quæ Abydi copiæ erant, præſidio tantum modico relicto, duci ad Lampſacum oppugnandum juſſit. Nec vi tantum terrebat: ſed per legatos leniter alloquendo caſtigandoque temeritatem & pertinaciam, ſpem conabatur facere, [3] brevi quæ peterent habituros.

1 *In pedites ſingulos dati octingenti æris*] Malim, *octogeni:* neque enim credibile eſt Marcellum plus largitum è præda Gallica, quam T. Quinctium è Macedonica, qui ducenos quinquagenos æris, aut L. Scipionem è Syriaca, qui quinos vicenoſque denarios (æraria ratione, quadringenos æris) viritim diſtribuerunt. *J. F. Gron.*

2 *Ne ſi conceſſum his foret, quos metuebat*] Haud ſcio cujus ſit: ſed nec quid ſit. In Frobenio jam invenio. Moguntiæ datum eſt, ſervaruntque Aldus, Junta, Saveterius: *quos in Theba.* Scribe: *ne, ſi conceſſum his foret, quaſi tabe, Smyrnam,* &c. *aliæ urbes ſequerentur.* ne illa velut peſtis regni ſui ad plures ſerperet. Lib. 2. *Primo ſe agro paterno avitoque exſuiſſe, deinde fortunis aliis, poſtremo velut tabem perveniſſe ad corpus.* Lib. 29. *Poſtremo Romani quoque jam contagione quadam rapto gaudentes.* Lib. 39, 9. *Hujus mali tabes ex Etruria Romam, velut contagione morbi, penetravit.* Sic veteres, non *labes*, quod Gelenius intulit. Sed & lib. 42. *Ea contagione, velut tabes, in Perrabiam quoque id pervaſerat malum.* Ad mentem Antiochi Cæſar lib. 3 Gall. *Tot civitatum conjuratio: in primis, ne hac parte neglecta, reliquæ nationes idem ſibi licere arbitrarentur.* Idem.

3 *Brevi, quæ peterent, habituros*] Vera lectio eſt: *brevi, quam peterent, habituros, ſed quum ſatis & ipſis & aliis omnibus appareret, ab rege impetratam eos libertatem, non per occaſionem raptam, habere.* Pollicetur illis, quam uſurparent, libertatem poſt breve tempus, tum tamen, quum conſtaret eam non rebellione quæſitam, ſed regium munus eſſe. Ex conjectura fecimus *quam* pro *quæ:* etſi ferri poſſit: cætera ſic habuit codex Moguntinus, & ſervat Aldina. *Idem.*

1 *Ter-*

uros. & tum ſatis & ipſis & omnibus aliis apparere, ab rege impetratam eos libertatem, non per occaſionem raptam habere. Adverſus quæ reſpondebant, *Nihil neque mirari, neque ſuccenſere Antiochum debere, ſi ſpem libertatis differri non ſatis æquo animo paterentur.* Ipſe initio veris, navibus ab Epheſo profectus, Helleſpontum petit: [1] terreſtres copias Madytum trajicit, Cherſoneſi urbem: terreſtri navalem exercitum junxit. & quia clauſerant portas, [2] circumdedit mœnia armatis, & jam opera admoventi, deditio eſt facta: idem metus tum incolentes alias Cherſoneſi urbes in deditionem dedit. Lyſimachiam inde omnibus ſimul navalibus terreſtribuſque copiis venit. quam quum deſertam ac ſtratam prope ruinis inveniſſet, (ceperant autem direptamque incenderant Thraces paucis ante annis) cupido eum reſtituendi nobilem urbem, & loco ſitam opportuno, cepit. Itaque omni cura ſimul eſt aggreſſus, & tecta muroſque reſtituere, & partim redimere ſervientes Lyſimachienſes, partim fuga ſparſos per Helleſpontum Cherſoneſumque conquirere contrahereque: partim novos colonos, ſpe commodorum propoſita, aſſcribere, & omni modo frequentare. ſimul ut Thracum ſummoveretur metus, ipſe parte dimidia terreſtrium copiarum ad depopulandum proxima Thraciæ eſt profectus: partem, navaleſque ſocios omnes reliquit in operibus reficiendæ urbis. Sub hoc tempus & 39
L. Cornelius, miſſus ab ſenatu ad dirimenda inter Antiochum Ptolomæumque reges certamina, Selymbriæ ſubſtitit: [3] & decem legatorum P. Lentulus à Bargyliis, P. Vil-

1 *Terreſtres copias ab Abydo trajicit Cherſ. urb.*] Ante legebatur, *ad Abydum.* Quia vero Abydus non eſt in Cherſoneſo, ſed in Helleſponto, placet Glareano legi *Madytum*, cujus urbis etiam ſupra in Cherſoneſo meminit Livius, quod probo. *Sigonius.*

2 *Circumdedit mœnia armatis: (& jam*] Lege: *ſed jam opera admoventi.* J. F. Gron.

3 *Et decem Legatorum P. Lentulus --- Antiochus convenerunt*] Hæc à Polybio verſa ſunt, qui ſic ait: Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἧκον μετὰ τῶν δέκα Πόπλιος μὲν Λέντυλος ἐκ Βαργυλίων, Λεύκιος δὲ Τερέντιος καὶ Πόπλιος Οὐίλλιος ἐκ Θάσου. ταχὺ δὲ τῷ βασιλεῖ διασαφηθείσης

Villius & L. Terentius à Thaſſo, Lyſimachiam petierunt. eodem & à Selymbria L. Cornelius, & ex Thracia poſt paucos dies Antiochus convenerunt. [1] Primus congreſſus cum legatis, & deinceps invitatio benigna & hoſpitalis fuit. ut de mandatis ſtatuque præſenti Aſiæ agi cœptum eſt, animi exaſperati ſunt. [2] Romani, omnia acta ejus, ex quo tempore è Syria claſſe ſolviſſet, diſplicere ſenatui non diſſimulabant, reſtituique Ptolomæo civitates omnes, quæ ditionis ejus fuiſſent, æquum cenſebant. *Nam quod ad eas civitates attineret, quas à Philippo poſſeſſas Antiochus per occaſionem, averſo Philippo in Romanum bellum, intercepiſſet, id vero ferendum non eſſe; Romanos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhauſiſſe, Antiochum belli præmia habere.* [3] *Sed ut in Aſiam adventus ejus diſſimulari ab Romanis, tamquam nihil ad eos pertinens, potuerit; quod jam etiam in Europam omnibus navalibus terreſtribuſque copiis tranſierit, quantum à bello aperto Romanis abeſſe? Illum quidem, etiamſi in Italiam trajiciat, negaturum.* [4] Ad ea rex, *Satis jam ante videre ſe Romanos inquirere, quid regi Antiocho faciendum:*

at

θείσης τῆς τούτων παρουσίας, πάντες ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἠθροίσθησαν εἰς τὴν Λυσιμάχειαν. *Sigonius.*

1 *Primus congreſſus-- exaſperati ſunt*] Polybius ita: Αἱ μὲν οὖν κατ᾽ ἰδίαν ἐντεύξεις τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν Ῥωμαίων, τελέως ἦσαν ἀφελεῖς καὶ φιλάνθρωποι· μετὰ δὲ ταῦτα γινομένης συνεδρείας κοινῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀλλοιοτέραν ἔλαβε τὰ πράγματα διάθεσιν. *Idem.*

2 *Romani omnia acta --- verſo Philippo --- Antiochum belli præmia habere*] Polyb. ita: ὁ γὰρ Λεύκιος ὁ Κορνήλιος ἠξίου μὲν καὶ τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων πόλεων, ὅσας νῦν εἴληφε κατὰ τὴν Ἀσίαν, παραχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον· τῶν δ᾽ ὑπὸ Φιλίππου διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξίστασθαι. γελοῖον γὰρ εἶναι τὰ Ῥωμαίων ἆθλα τοῦ γεγονότος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον, τὸν Ἀντίοχον ἐπελθόντα παραλαμβάνειν. *Idem.*

3 *Sed ut in Aſiam adventus --- quantum à bello ap. Romanis abeſſe*] Hæc Polyb. multo apertius: Καθόλου δ᾽ ἔφη θαυμάζειν, τίνι λόγῳ τοσαύταις μὲν πεζικαῖς, τοσαύταις δὲ ναυτικαῖς δυνάμεσι πεποίηται τὴν εἰς Εὐρώπην διάβασιν, πλὴν γὰρ τοῦ προτίθεσθαι Ῥωμαίοις ἐγχειρεῖν αὐτὸν, οὐδ᾽ ἔννοιαν ἑτέραν καταλείπεσθαι παρὰ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις. *Idem.*

Quantum à bello aperto Romanis abeſſe] Adde, quæ excidit, particulam: *à bello aperto cum Romanis abeſſe.* J. F. Gron.

4 *Ad ea rex --- quid in It. populus Rom. faciat*] Polybius ita: ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν διαπορεῖν ἔφη κατὰ τίνα λόγον ἀμφισβητοῦσι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεων· πᾶσι γὰρ μᾶλλον ἐπιβάλλειν τοῦτο ποιεῖν, ἢ Ῥωμαίοις. δεύτερον δ᾽ ἠξίου μηδὲν αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν καθόλου τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς περιεργάζεσθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἁπλῶς οὐδέν. *Sigonius.*

1 Quo

at quouſque terra marique progrediendum fuerit ipſis, non cogitare. Aſiam nihil ad populum Romanum pertinere: nec magis illis inquirendum eſſe, quid Antiochus in Aſia, quam Antiocho, quid in Italia populus Romanus faciat. [1] *Quod ad Ptolomæum attineat, cui ademptas civitates querantur; ſibi cum Ptolomæo & amicitiam eſſe; & id agere ſe, ut brevi etiam affinitas jungatur.* [2] *Nec ex Philippi quidem adverſa fortuna ſpolia ulla ſe petiſſe: aut adverſus Romanos in Europam trajeciſſe ****** fuerit. quo victo omnia, quæ illius fuiſſent, jure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.* [3] *Occupatis majoribus ſuis rerum*

1 *Quod ad Ptolemæum attinet --- affinitas jungatur*] Polybius ita: Τὰ δὲ πρὸς Πτολεμαῖον, αὐτὸς ἔφη διεξάξειν εὐδοκουμένως ἐκείνῳ· κρίνειν γὰρ οὐ φιλίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῆς φιλίας ἀναγκαιότητα συντίθεσθαι πρὸς αὐτόν. *Sigonius.*

2 *Nec ex Philippi quidem --- in Europ. trajeciſſe * fuerit --- exiſtimare ſuæ ditionis eſſe*] Polybius ita: εἰς δὲ τὴν Εὐρώπην ἔφη διαβεβηκέναι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἀνακτησάμενος τὰ κατὰ τὴν Χερρόνησον καὶ τὰς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεις· τὴν γὰρ τῶν τόπων τούτων ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ καθήκειν. εἶναι μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν δυναστείαν ταύτην Λυσιμάχου· Σελεύκου δὲ πολεμήσαντος πρὸς αὐτὸν, καὶ κρατήσαντος τῷ πολέμῳ, πᾶσαν τὴν Λυσιμάχου βασιλείαν δορίκτητον γενέσθαι Σελεύκου. Ex his verbis intelligi poteſt verſum unum aut alterum apud Livium intercidiſſe: eum autem ad Livianam ſententiam ita reſtitui poſſe. *Nec ex Philippi quidem adverſa fortuna ſpolia ulla ſe petiſſe, aut adverſus Romanos in Europam trajeciſſe, ſed ut Cherſoneſi urbes Thraciaque recuperaret. Eorum enim locorum imperium in primis ad ſe pertinere, quippe quod ab initio Lyſimachi regnum fuerit, quo victo omnia, quæ illius fuiſſent, quod jure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.* Hanc autem hiſtoriam lib. 34 Livius ita exponit: *Enimvero id auditu etiam dicere indignum eſſe Hegeſianax, Thracia & Cherſoneſi urbibus arceri Antiochum, quæ Seleucus proavus ejus Lyſimacho rege bello victo, & in acie cæſo per ſummum decus parta liquerit.* Idem etiam tradit Appianus initio libri, quo bellum Antiochinum expoſuit. *Idem.*

*In Europam trajeciſſe *** fuerit*] Quæ hic deſunt, ſic ſonant apud Polybium: εἰς δὲ τὴν Εὐρώπην ἔφη διαβεβηκέναι, &c. Hinc Sigonius ſupplet: *aut adverſus Romanos in Europam trajeciſſe, ſed ut Cherſoneſi urbes Thraciaque recuperaret. Eorum enim locorum imperium imprimis ad ſe pertinere, quippe quod initio Lyſimachi regnum fuerit. quo victo omnia, quæ illius fuiſſent, quod jure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.* Nihil reprehendo: tamen non videtur bis voluiſſe vertere Livius Polybii ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ καθήκειν, *imperium ad ſe pertinere*, dein *exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.* Rubenius paullo brevius rotundiuſque: *aut adverſus Romanos in Europam trajeciſſe. Cherſoneſum, quæ Lyſimachi fuerit (quo victo omnia, quæ illius fuiſſent, jure belli Seleuci facta ſint.) exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.* De Thraciæ urbibus mox ſequitur: *ſicut quædam ex proxima Thracia.* Porro inter hæc & ſcribendum cenſeo: *Occupatis majoribus ſuis rerum aliarum aliis cura.* non *alia.* Vel *ex aliis.* J. F. Gron.

3 *Occupatis majoribus ſuis --- ad ea facienda in --- ſedem regni habeat*] Polyb. ita: κατὰ δὲ τὰς τῶν αὐτοῦ προγόνων περισπασμοὺς ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, πρῶτον μὲν

rerum aliarum alia cura, primo quædam ex his Ptolomæum, deinde & Philippum uſurpando aliena poſſediſſe: ſicut quædam ex proxima Thracia, quæ indubitate Lyſimachi fuerint. Ad ea facienda in antiquum veniſſe: & Lyſimachiam deletam Thracum impetu, de integro condere, ut Seleucus filius eam ſedem regni
41 *habeat.* His diſceptationibus per dies aliquot habitis, rumor ſine ullo ſatis certo auctore allatus de morte Ptolomæi regis, ut nullus exitus imponeretur ſermonibus. nam diſſimulabat pars utraque ſe audiſſe; & L. Cornelius, cui legatio ad duos reges, Antiochum Ptolomæumque mandata erat, ſpatium modici temporis ad conveniendum Ptolomæum petebat; ut prius quam moveretur aliquid in nova poſſeſſione regni, perveniret in Ægyptum; & Antiochus [1] ſuam fore Ægyptum, ſi tum occaſio eſſet, cenſebat. Itaque dimiſſis Romanis, relictoque Seleuco filio cum terreſtribus copiis ad reſtituendam, ut inſtituerat, Lyſimachiam; ipſe omni claſſe navigans Epheſum, legatis ad Quintium miſſis, [2] qui ad fidem de ſocietate agerent, oram Aſiæ legens, pervenit in Lyciam: Patariſque cognito vivere Ptolomæum, navigandi quidem in Ægyptum omiſſum conſilium eſt. Cyprum nihilominus

μὲν Πτολεμαῖον παρασπασάμενον σφετερίσασθαι τοὺς τόπους τούτους, δεύτερον δὲ Φίλιππον. αὐτὸς δὲ νῦν οὐ κτᾶσθαι τοὺς Φιλίππου καιροῖς συνεπιθέμενος, ἀλλ' ἀνακτᾶσθαι τοῖς ἰδίοις καιροῖς συγχρώμενος. Λυσιμαχεῖς δὲ παραλόγως ἀναστάτους γεγονότας ὑπὸ Θρᾳκῶν οὐκ ἀδικεῖν Ῥωμαίους κατάγων καὶ συνοικίζων. ποιεῖν γὰρ τοῦτ' ἔτι, βουλόμενος οὐ Ῥωμαίοις τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, Σελεύκῳ δὲ οἰκητήριον ἑτοιμάζειν. *Sigonius.*

Ad ea facienda in antiquum] Magis placeret: *Ad ea redigenda in antiquum jus* vel *ſtatum.* Lib. 34. *Civitates in aliquam tolerabilem formam redigendæ.* Lib. 35. *Bello ſuperatas a majoribus & ſtipendiarias ac vectigales factas in jus antiquum repetit.* Sequenti periodo τὸ *effecit* excidiſſe videtur, cum ſcripſiſſet; *rumor ſine ullo ſatis certo a. d. m. Pt. regis effecit, ut nullus.* J. F. Gron.

1 *Suam fore Ægyptum, ſi tum occaſio eſſet*] Aliquid hic infuſcatum. Succurrunt illa lib. 34. *Dum liceret, dum occaſio eſſet, ſibi ac ſuis conſuleret.* Lib. 35. *Nunquam habiturum recuperandi ſua occaſionem, ſi eam, quæ tum eſſet, prætermiſiſſet.* Lib. 38 exſules Lacedæmonii: *Nunquam talem occaſionem habituros, ſi eam prætermiſiſſent.* An fuit ergo: *ſi eam occaſionem non amiſiſſet.* An potius: *ſi tum non ceſſaſſet.* Lib. 31. *Nequicquam poſtea, ſi tum ceſſaſſent, prætermiſſam occaſionem quæſituros.* Lib. 38. *Stipendium ſcitote pependiſſe ſocios veſtros Gallis, & nunc fuiſſe penſuros, ſi à me foret ceſſatum.* Idem.

2 *Qui ad fidem de ſocietate*] Forte: *qui ibidem.* Vide lib. 34, 25. *Idem.*

ius tendens, quum Chelidonium promontorium ſupe-raſſet, paulisper ſeditione remigum eſt retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem. [1] Inde profectum eum ad capita (quæ vocant) Sari fluminis, fœda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit. multæ naves ejectæ: multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enaverit. Magna vis hominum ibi interiit, non remigum tantum militumque ignotorum, ſed etiam inſignium amicorum. Collectis reliquiis naufragii, quum res non in eo eſſet, ut Cyprum tentaret; minus opulento agmine quam profectus erat, Seleuciam redit. ibi ſubduci navibus juſſis (jam enim hiems inſtabat) ipſe in hiberna Antiochiam proceſſit. In hoc ſtatu regum erant res. Romæ 42
eo primum anno triumviri epulones facti, [2] C. Licinius Lucullus, P. Manlius, qui legem de creandis his tulerat,

1 *Inde profectum --- claſſe demerſit*] Hoc ſic Appianus in Syriaco: *χειμῶνος δ' ἀμφὶ τὸν Σάρον ποταμὸν συμπεσὼν, καὶ πολλὰς τῶν νεῶν ἀποβαλών. Sigonius.*

2 *C. Lic. Lucull. T. Romuleius --- & P. Porcius Lecca*] Pro *T. Romuleius*, reponendum puto, *P. Manlius*. primum, quia una etiam paulo poſt fiunt prætores, P Manlius & P. Porcius Læca, quorum P. Manlius Hiſpaniam citeriorem, P. Porcius Piſas ſortitur: deinde quia lib. 40 anno DLXX ait: Q. Fulvium triumvirum epulonem in locum P. Manlii, qui ex Hiſpania redierat eſſe factum: neminem autem factum eſſe poſt hos præter Q. Fulvium memoriæ tradidit, ut ubique claret. fuiſſe autem duplicem Manliam gentem oſtendit Cicero in prima Philippica, *Ut propter unius M. Manlii ſcelus decreto gentis Manliæ neminem patricium Manlium vocari licet.* Adde quod *Romulus* non *Romuleius* eſſet ſcribendum, ut ex *P. Manlius*, *Romulius* factum ſit. *Idem.*

C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem] Sigonius *Titum* iſtum *Romuleium* expungit, cui vix adſentirer, niſi obſervaſſem in Buſlid. codice perpetuo, loco τ̃ *tribunus plebis*, legi *T. Romuleius*. Ut innumeros locos omittam, in principio lib. 34. *M. Fundanius & L. Valerius Titus Romuleius plebei ad plebem retulerunt*: & deinde: *M. & T. Junius Brutus Titus Romuleius plebei legem Oppiam tuebantur.* Et ne exiſtimemus ſolum Buſlid. codicem hac macula eſſe adſperſum, ita etiam in Mog. Modius repperit. Exiſtimo itaque ſcripſiſſe Livium: *C. Licinius Lucullus, tribunus, qui legem de creandis his tulerat.* Tertium autem triumvirum, qui fuit P. Manlius, ut Sigonius probat, ab indoctis librariis refectum fuiſſe puto, cum tres jam triumviros (ſi ſuppoſiticium T. Romuleium computes) nominatos eſſe viderent. Sic acute ad me Alb. Rubenius. De *Tito Romuleio* teſtari poſſum me idem nomen pro *tribuno* ſubjectum obſervaſſe etiam in compluribus Italicis. Et tertium eſt exemplum in fronte lib. 34. nam pro eo, quod recte eſt, *Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis Q. Fabio Tib. Sempronio Coſſ.*

rat, & [1] P. Porcius Læca. his triumviris item, ut pontificibus, lege datum togæ prætextæ habendæ jus. Sed magnum certamen cum omnibus ſacerdotibus eo anno fuit quæſtoribus urbanis, Q. Fabio Labeoni, & L. Aurelio. Pecunia opus erat, quod ultimam penſionem pecuniæ in bellum collatæ perſolvere placuerat privatis. Quæſtores ab auguribus, pontificibus, quod ſtipendium per bellum non contuliſſent, petebant. ab ſacerdotibus tribuni nequicquam appellati, omniumque annorum, per quos non dederant, exactum eſt. Eodem anno duo mortui pontifices, novique in eorum locum ſuffecti, M. Marcellus conſul in locum [2] C. Sempronii Tuditani, qui prætor in Hiſpania deceſſerat: & [3] L. Valerius in locum M. Cornelii Cethegi. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus eſt admodum adoleſcens; priuſquam ullum magiſtratum caperet: nec eo anno augur in ejus locum eſt ſuffectus. Comitia inde conſularia habita à M. Marcello conſule. creati Conſules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato. Prætores inde facti C. Fabricius Lucinus, C. Atinius Labeo, [4] Cn. Manlius Vulſo, Ap. Claudius Nero, P. Manlius, P. Porcius Læca. Ædiles curules, M. Fulvius Nobilior, & C. Flaminius, tritici decies centum millia binis æris populo diviſerunt: id C. Flaminii honoris cauſſa ipſius, patriſque, advexerant Siculi Romam. Flaminius gratiam ejus communicaverat cum collega. Ludi Romani & apparati magnifice ſunt, & ter toti inſtaura-

Andreas omneſque antequam ex Mog. corrigeretur: *Tulerant eam M. Oppsus & T. Romuleius tribuni pl.* J. F. Gron.

1 *P. Porc. Lecca*] *Læca*, ex nummis argenteis. *Sigonius.*

2 *T. Sempronii Tuditani, qui*] Superiore libro *Cn.* dicitur. Dixi autem videri C. Sempronium appellandum. *Idem.*

3 *L. Valerius in locum*] Flaccum intelligit, nam anno DLXX ait: *L. Valerius Flaccus pontifex mortuus eſt.* Idem.

4 *C. Manlius Volſo*] *Cn. Manlius Vulſo.* ex conſulatu Capitolino. *Idem.*

Et Manlius Vulſo] Quaſi vero iſta ſine copulæ ſubſidio ſtare non poſſent, aut ſoli Vulſoni prænomen invidiſſet Livius. Sed eſt temeritas quarundam editionum, quam recorrexi, quum jam ante monuiſſet Sigonius nomen eſſe *Cn. Manlius Vulſo.* Jac. Gron.

1 *Cn.*

ſtaurati. Ædiles plebis [1] Cn. Domitius Ænobarbus, & C. Scribonius curio maximus, multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt: tres ex his condemnati ſunt; ex eorum mulctaticia pecunia [2] ædem in inſula Fauni fecerunt. Ludi plebis per biduum inſtaurati, & epulum fuit
ludorum cauſa. L. Valerius Flaccus, & M. Porcius, quo 43
die magiſtratum inierunt, de provinciis quum ad ſenatum retuliſſent, Patres cenſuerunt, *Quum in Hiſpania tantum gliſceret bellum, ut jam conſulari & duce & exercitu opus eſſet, placere, conſules Hiſpaniam citeriorem & Italiam provincias aut comparare inter ſe, aut ſortiri. Utri Hiſpania provincia eveniſſet, eum duas legiones & quinque millia ſocium Latini nominis & quingentos equites ſecum portare, & naves longas viginti ducere. Alter Conſul duas legiones ſcriberet. His Galliam provinciam obtineri ſatis eſſe, fractis proximo anno Inſubrium & Boiorum animis.* Cato Hiſpaniam, Valerius Italiam eſt ſortitus. Prætores deinde provincias ſortiti, C. Fabricius Luſcinus urbanam, C. Atinius Labeo peregrinam, Cn. Manlius Vulſo Siciliam, Ap. Claudius Nero Hiſpaniam ulteriorem, P. Porcius Læca Piſas, ut ab tergo Liguribus eſſet, P. Manlius in Hiſpaniam citeriorem adjutor conſuli datur. T. Quintio, ſuſpectis non ſolum Antiocho & Ætolis, ſed etiam Nabide Lacedæmoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium eſt, duas legiones ut haberet. in eas ſi quid ſupplementi opus eſſet, conſules ſcribere & mittere in Macedoniam juſſi. Ap. Claudio præter legionem, quam Q. Fabius habuerat, duo millia peditum & ducentos equites novos conſcribere permiſſum. Par numerus peditum equitumque novorum P. Manlio in citeriorem Hiſpaniam decretus: & legio eadem quæ fuerat ſub Minucio prætore data. Et P. Porcio Læ-

cæ

1 *Cn. Dom. Ænobarbus*] Lapides Capitolini, & nummi argentei & Græci annales ſatis oſtendunt *Ahenobarbum* eſſe ſcribendum, In Græcis enim Ἀηνόβαρβος eſt. *Sigonius.*

2 *Ædem in inſula Fauni fecer.*] Sic lib. 35. *In inſula Jovis ædem dedicavit.* De hac Fauni æde dedicata eodem in libro. Inſulam autem Tiberis intelligit. *idem.*

1 *Quod*

cæ ad Etruriam circa Piſas duo millia peditum & quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. In Sardinia pro-
44 rogatum imperium Sempronio Longo. Provinciis ita diſtributis, conſules priuſquam ab urbe proficiſcerentur, ver ſacrum ex pontificum juſſu fecere; [1] quod A. Cornelius Mammula Prætor voverat, de ſenatus ſententia, populique juſſu, Cn. Servilio, C. Flaminio conſulibus; annis poſt uno ac viginti factum eſt, quam votum. Per eoſdem dies C. Claudius Ap. filius, Pulcher, augur in Q. Fabii Maximi locum, qui priore anno mortuus erat, lectus inauguratuſque eſt. Mirantibus jam vulgo hominibus, quod Hiſpania moviſſet bellum, negligi: literæ à Q. Minucio allatæ ſunt, *Se ad Turbam oppidum cum Budare & Beſaſide imperatoribus Hiſpanis, ſignis collatis proſpere pugnaſſe. duodecim millia hoſtium cæſa. Budarem imperatorem captum: cæteros fuſos fugatoſque.* His literis lectis, minus terroris ab Hiſpanis erat, unde ingens bellum exſpectatum fuerat. Omnes curæ poſt adventum utique decem legatorum in Antiochum regem converſæ. Hi expoſitis prius quæ cum Philippo acta eſſent, & quibus legibus data pax, non minorem belli molem reſtare ab Antiocho docuerunt. *Ingenti claſſe, egregio terreſtri exercitu, in Europam eum trajeciſſe. niſi avertiſſet vana ſpes, ex vaniore rumore orta, Ægypti invadendæ, mox bello Græciam arſuram fuiſſe. neque enim ne Ætolos quidem quieturos, quum ingenio inquietam, tum iratam Romanis gentem. Hærere & aliud in viſceribus Græciæ ingens malum; Nabin nunc Lacedæmoniorum, mox*

ſi li-

1 *Quod C. Cornelius Mammula prætor voverat*]. Hunc prætorem *M. Æmilium* lib. 22 vocavit, cum inquit: *Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura eſſet, M. Æmilium prætorem ex collegii pontificum ſententia omnia ea, ut mature fiant, curare jubet.* Fuiſſe autem eodem anno prætorem A. Cornelium Mammulam, apparet ex eo, quod idem ab eodem libro 23, ſequenti anno pro prætore obtinuiſſe Sardiniam provinciam traditur. Quare aut *M. Æmilius*, aut *A. Cornelius Mammula* hoc loco legendum eſt. nam anno etiam DLIX alter A. Cornelius Mammula prætor, atque alio tempore alii nominantur. Niſi autem emendatorum vitium ſit, lapſus ſit memoriæ Livianæ neceſſe eſt. *Sigonius.*

1 *Hæc*

ſi liceat, univerſæ Græciæ futurum tyrannum; avaritia & crudelitate omneis fama celebratos tyrannos æquantem. Cui ſi Argos velut arcem Peloponneſo impoſitam tenere liceat, deportatis in Italiam Romanis exercitibus, nequicquam liberatam à Philippo Græciam fore. pro rege, ſi nihil aliud, longinquo, vicinum tyrannum dominum habituram. [1] Hæc quum jam ab gravi- 45
bus auctoribus, tum qui omnia per ſeipſos explorata referrent, audirent majores; [2] quod ad Antiochum attineret, maturanda his, quum rex quacumque de cauſſa in Syriam conceſſiſſet, de tyranno conſultatio viſa eſt. Quum diu diſceptatum eſſet, utrum jam cauſſæ ſatis videretur, cur decerneretur, an permitterent T. Quintio: quod ad Nabin Lacedæmonium attineret, [3] faceret quæ è republica cenſeret eſſe, permiſerunt. [4] eam rem eſſe rati, quæ maturata dilatave non tam magni momenti ad ſummam rem populi Romani eſſet. Magis id animadvertendum eſſe, quid Annibal & Carthaginienſes, ſi cum Antiocho ortum foret bellum, acturi eſſent. Adverſæ Annibali factio-

1 *Hæc quum jam ab gravibus auctoribus*] Locus haud dubie corruptus non meo tantum, ſed & Glareani judicio. Ut enim taceam obſcura & confuſa hic eſſe omnia, nunquam abſolute *majores* in ſenatu vocat Livius, quos alibi fere ſemper *ſeniores* aliquando etiam *majores natu*, ut lib. 31 c. 48, appellat. Tum receſſum eſt, ubi minime oportuit ab antiquiſſima editione, quæ rectius præfert *audirentur majores*, non *audirent*. Legendum cenſeo: *Hæc quum tam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per ſe ipſos explorata referrent, audirentur, major res, quod ad Antiochum attineret, maturanda magis, quum Rex*, &c. Sic omnia levi mutatione aperta & clara erunt. *Jac. Perizonius.*

2 *Quod ad Antiochum attineret, maturanda*] Videtur fuiſſe: *audirent majores, maturanda his (quod ad Antiochum attineret, quum rex quacumque de cauſa in Syriam conceſſiſſet, dilato) de tyranno conſultatio viſa eſt.* J. F. Gron.

3 *Faceret quæ è republica*] Scribendum *facere*. Idem.

4 *Eam rem eſſe rati, quæ maturata dilatave non tam*] Particulam hanc, utrum Gryphius an Curio prior addiderit, incertum mihi. Cætera ſic Gelenius, arguens, qui Moguntiaci dederunt: *eam rem rati maturatam dilatamve non magni momenti ad ſummam rem populi Romani eſſe.* Vix eſt tamen, ut hoc non prævaleat apud me tamquam multo rotundius: etſi meminerim, quæ ſcripſi ad Senecam de Benef. 7, 24. ſed & ſcripſiſſe Livium puto: *ad ſummam rempublicam populi Romani.* Utramque formulam, & *ſumma republica* & *reſpublica populi Romani*, ſæpius alibi noſtro reddidimus. Libro ſequenti: *Verſis itaque ſubito voluntatibus, facere quod è republica populi Romani ſociorumque eſſe crederet, permiſerunt.* Idem.

1 *Et*

factionis homines principibus Romanis, amicis quiſque ſuis, identidem ſcribebant, *Nuncios literaſque ab Annibale ad Antiochum miſſas, & ab rege ad eum clam legatos veniſſe. Ut feras quaſdam nunquam miteſcere; ſic immitem, implacabilem ejus viri animum eſſe. marceſcere otio ſituque civitatem, queri eum, [1] & inertia operis; nec ſine armorum ſonitu, excitari poſſe.* Hæc probabilia memoria prioris belli, per unum illum non magis geſti, quam moti, faciebat. Irritaverat
46 etiam recenti facto multorum potentium animos. Judicum ordo Carthagine ea tempeſtate dominabatur; eo maxime, quod iidem perpetui judices erant. Res, fama, vitaque omnium in illorum poteſtate erat. qui unum ejus ordinis, idem omnes adverſos habebat; nec accuſator apud judices infenſos deerat. Horum in tam impotenti regno (neque enim civiliter nimiis opibus utebantur) Prætor factus Annibal, vocare ad ſe quæſtorem. [2] Idem pro nihilo habuit. nam & adverſæ factionis erat: & quia ex quæſtura in judices, potentiſſimum ordinem, referebantur, jam pro futuris mox opibus animos gerebat. Enimvero indignum id ratus Annibal, viatorem ad prehendendum quæſtorem miſit: [3] ſubductumque in concionem, non ipſum magis quam ordinem judicum, præ quorum ſuperbia atque opibus nec leges quicquam eſſent, nec magiſtratus, accuſavit. & ut ſecundis auribus accipi orationem animadvertit, & infimorum quoque libertati gravem eſſe ſuperbiam eorum; legem extemplo promulgavit, pertulitque, Ut in ſingulos annos judices legerentur, ne quis biennium continuum judex eſſet. Cæterum, quantam eo facto ad plebem inierat gratiam, tantum magnæ partis principum offendebat animos. Adjecit

1 *Et inertia operis, nec ſine armorum ſonitu excitari poſſe*] Non incommode Rubenius: *& inertia ſopiri.* J. F. Gron.

2 *Idem pro nihilo*] Scribe: *id is pro nihilo habuit.* Idem. Vel proxime veſtigia vulgatæ lectionis *Is rem pro nihilo habuit.* Jac. Perizonius.

3 *Subductumque in concionem*] Utrum quia in loco ſuperiore ſtatutus eſt, an, ut alibi, *productumque*? J. F. Gron.

1 Qua

ecit aliud, quo, bono publico, ſibi proprias ſimultates irritavit. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur; partim prædæ ac diviſui principum quibuſdam & magiſtratibus erant: quin & pecunia, [1] quæ in ſtipendium Romanis ſuo quoque anno penderetur, deerat, tributumque grave privatis imminere videbatur. An- 47
nibal poſtquam vectigalia quanta terreſtria maritimaque eſſent, & in quas res erogarentur, animadvertit, & quid eorum ordinarii reipublicæ uſus conſumerent, quantum peculatus averteret; omnibus reſiduis pecuniis exactis tributo privatis remiſſo, ſatis locupletem rempub. fore ad vectigal præſtandum Romanis, pronunciavit in concione, & præſtitit promiſſum. Tum vero iſti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus, velut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infenſi & irati, Romanos in Annibalem, & ipſos cauſſam odii quærentes, inſtigabant. Itaque diu repugnante Scipione Africano, [2] quia parum ex populi Romani dignitate eſſe ducebat, ſubſcribere odiis [3] accuſationibuſque Annibalis, & factionibus Carthaginienſium inſerere publicam auctoritatem; nec ſatis habere bello viciſſe Annibalem, niſi velut accuſatores [4] calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent: tandem pervicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur, qui apud ſenatum eorum arguerent, Annibalem cum Antiocho rege conſilia belli faciendi

1 *Quæ in ſtipendium Romanis ſuo quoque anno penderetur*] Lego: *ſuo quæque anno*. J. F. Gron.

2 *Quia parum ex dignitate ſua ducebat*] Ante legebatur, *Quia parum expugnantes ſe ducebat*. Emendatum eſt deinde: *Ex dignitate ſua*. Quam emendationem non probat Paulus Manutius. Verum ita legendum eſſe aſſerit, *Quia parum ex P. R. dignitate eſſe ducebat*. Qua lectione nihil poteſt eſſe præſtantius. Ita libro 30. *Non videri ſibi ſatis ex dignitate populi Rom. eſſe*. Sigonius.

3 *Accuſationibuſque Annibalis*] Forte, *accuſatorum*: aut, *accuſantium Hannibalem*. J. F. Gron.

4 *Calumniam in eum jurarent*] Apud antiquos erat ſolenne jusjurandum de calumnia, quod accuſator præſtare ſolebat, ſe non calumniæ nec vexandi cauſa accuſationem ſuſcepiſſe. Hujus mentio eſt in Digeſtis, & apud Aſconium in orat. pro Cornelio, ubi *per calumniam jurarem* ſcribitur male. *Henr. Valeſius*.

ciendi inire. Legati tres miſſi, C. Servilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo, qui quum veniſſent, ex conſilio inimicorum Annibalis, quærentibus cauſſam adventus, dici juſſerunt; veniſſe ad controverſias, quæ cum Maſiniſſa rege Numidarum Carthaginienſibus eſſent, dirimendas. id creditum vulgo. Annibalem unum ſe peti ab Romanis non fallebat; & ita pacem Carthaginienſibus datam eſſe, ut inexpiabile bellum adverſus ſe unum maneret. Itaque cedere tempori & fortunæ ſtatuit; & præparatis jam omnibus ante ad fugam, obverſatus eo die in foro, avertendæ ſuſpicionis cauſſa, primis tenebris veſtitu forenſi ad portam cum duobus comitibus

48 ignaris conſilii eſt egreſſus. Quum equi quo in loco juſſi erant præſto fuiſſent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani tranſgreſſus, poſtero die mane [1] inter Achollam & Thapſum [2] ad ſuam turrim pervenit. Ibi eum parata inſtructaque remigio excepit navis. ita Africa Annibal exceſſit, [3] ſæpius patriæ quam ſuorum eventus miſeratus. Eo die in Cercinam inſulam trajecit. ubi quum in portu naves [4] aliquot onerarias cum mercibus inveniſſet, & ad egreſſum eum è nave concurſus ſalutantium eſſet factus; percontantibus, legatum ſe Tyrum dici juſſit. veritus tamen ne qua earum navis nocte profecta Thapſum aut Achollam nunciaret, ſe Cercinæ viſum; ſacrificio apparari juſſo, magiſtros navium mercatoreſque invitari juſ-

1 *Inter Acyllam & Th.*] Ptolemæus, Strabo, Stephanus maximo inter ſe conſenſu hoc oppidum Ἀχόλλαν vocant. Quare & ipſe *Achollam* legendum cenſeo. *Sigonius.*

2 *Ad ſuam turrim pervenit*] Juſtinus ſuburbanum vocat libro trigeſimo primo, *Appropinquante veſpere equum conſcendit, & ſuburbanum, quod prope litus habebat, ignaris ſervis juſſiſque ad portam divertentem opperiri, contendit.* Idem.

Ad ſuam turrim] Plinius lib. 2 cap. 71. *In Africa Hiſpaniaque turrium Annibalis, in Aſia vero propter piraticos terrores ſimili ſpecularum præſidio excitato.* J. F. Gron.

3 *Sæpius patriæ quam ſuorum*] Immo quam ſuos. Idem.

4 *Aliquot Pœni onerarias cum mercibus inveniſſent*] Et hoc à Gryphio an Curione accepimus. Peſſime mediuſfidius, quum rectius & apertius nihil ſit prius vulgato: *ubi quum in portu naves aliquot onerarias cum mercibus inveniſſet.* Ipſe ſcilicet Annibal. *Idem.*

I Vela

juſſit : & [1] vela cum antennis & navibus corrogari, ut umbra (etenim media æſtas forte erat) cœnantibus in littore fieret. Quantum res & tempus patiebatur apparatæ celebratæque ejus diei epulæ ſunt : multoque vino in ſerum noctis convivium productum. Annibal, quum primum fallendi eos, qui in portu erant, tempus habuit, navem ſolvit. cæteri ſopiti quum poſtero die tandem ex ſomno pleni crapulæ ſurrexiſſent, [2] id quod ſerum erat, aliquot horas remis in naves collocandis & aptandis armamentis, abſumpſerunt. Carthagine & multitudinis aſſuetæ domum Annibalis frequentare, concurſus ad veſtibulum ædium eſt factus : & ut non comparere eum vulgatum eſt, in forum turba convenit, principem civitatis quærentium, & alii fugam conſciſſe (id quod erat) alii fraude Romanorum interfectum, idque magis, ferebant : varioſque vultus cerneres ut in civitate aliorum alias partes foventium factionibus. Viſum deinde Cercinæ eum, tandem allatum eſt. Romani legati quum in 49
ſenatu expoſuiſſent, *Compertum Patribus Romanis eſſe, & Philippum regem ante ab Annibale maxime accenſum, bellum populo Romano feciſſe, & nunc literas nuncioſque ab eo ad Antiochum regem profectos : haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum conſciſſet.* [3] *Ne his debere impune eſſe, ſi ſatisfacere Carthaginienſes populo Romano vellent, nihil eorum ſua voluntate, nec publico conſilio factum eſſe.* Carthaginienſes reſponderunt, quicquid æquum cenſuiſſent Romani, facturos eſſe. Annibal proſpero curſu Tyrum pervenit : exce-

1 *Vela cum antennis & navibus corrogari*] Deſperatum hoc. Cogitabam tamen : *& malis collocari*. Lib. 30. *Malis antenniſque de nave in navem trajectis.* Niſi tamen hujuſmodi aliquid deeſt : *& vela cum antennis & malis remiſque prompta è navibus collocari.* J. F. Gron.

2 *Id quod ſerum erat, aliquot horas*] Lege : *id quod quaſitum erat.* Idem.

3 *Ne his debere impune eſſe*] Nihil huic loco deeſt, *his* intellige : Annibali & nunciis ab eo ad Antiochum profectis : ejuſmodi autem dicendi genere uſus eſt libro quadrageſimo tertio, *Neque enim ne his cunctationem aperuerat ſuam* pro *ne his quidem.* Sigonius.

Ne his deb. imp. eſſe] Corruptum. Numquid : *id his debere impune eſſe.* An, *Pœnus debere*, ut deleatur mox tamquam ab interprete ſumptum, *Carthaginienſes.* J. F. Gron.

exceptuſque à conditoribus Carthaginis, ut alia patria, vir tam clarus omni genere honorum, paucos moratus dies, Antiochiam navigat. ibi profectum jam regem quum audiſſet, filium ejus ſolenne ludorum ad Daphnen [1] celebrantem conveniſſet: comiter ab eo exceptus, nullam moram navigandi fecit. Epheſi regem eſt conſecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello, ſed haud parvum momentum animo ejus ad moliendum, adventus Annibalis fecit. Ætolorum quoque eodem tempore alienati ab ſocietate Romana animi ſunt: quoniam legatos Pharſalum & Leucadem, & quaſdam alias civitates ex primo fœdere petentes, ſenatus ad Quintium rejecit.

1 *Celebrantem conveniſſet*] Videtur requiri vox forte abſumpta ob ſimilitudinem vocis antecedentis, vel *quum conveniſſet*. Gruterus. Legendum apparet: *convenit, & comiter ab eo*. Jac. Gron.

EPITOME

LIBRI XXXIV.

Lex Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis [1] *bello Punico* [2] *de ſingendis cultibus matronarum tulerat, cum maxima contentione abrogata eſt: quum Porcius Cato auctor fuiſſet, ne ea lex aboleretur. Is in Hiſpa-*

1 *Bello Punico*] Obſcurus & mutilus locus. Supplemus nos nota numeri quæ exciderat interjecta, *bello Punico* II. In ſummo enim ejus fervore A.U. 541 latam eſſe novimus. *Reineſius* lib. I Variarum. Quod eruditi ſenis acumen ſatis vanum eſt: nec magis neceſſarium, quam 45, 14, ubi ſenatus Rom. reſpondet Maſiniſſæ filio: *populum Romanum ab eo* (n. patre) *bello Punico fortiſideliqꝫ opera adjutum*. Et ſic aliis locis multis. *Jac. Gron.*

2 *De ſtringendis cultibus matronar.*] Vet. lib. *De ſingendis cultibus*. Sigonius.

De ſingendis cult. mat.] Ita Sigonius ex vett. libris, cum ederetur, *ſtringendis*. Sed illa veterum librorum ſcriptura una litera adjuvanda eſt ut ſit: *de finiendis*. *Finire cultus* eſt modum finemque cultibus & eorum ſumptibus ſtatuere. Cicero 2 de Leg. *Sepulchris autem novus finivit modum. nam ſuper terra*

Hiſpaniam profectus bello, quod Emporiis orſus eſt, citeriorem Hiſpaniam pacavit. T. Quintius Flamininus bellum adverſus Lacedæmonios, & tyrannum eorum Nabidem proſpere geſtum, data iis pace, qualem ipſe voluit, liberatiſque Argis, qui ſub ditione tyranni erant, finivit. Senatus tunc primum ſecretus à populo ludos ſpectavit: ut id fieret, Sex. Ælius Pætus, & [1] *C. Cornelius Cethegus, cenſores intervenerunt, cum indignatione plebis.* [2] *Coloniæ pleræque deductæ ſunt. M. Porcius Cato de Hiſpania triumphavit.* [3] *Res præterea in Hiſpania, & adverſus Boios, & Inſubres Gallos feliciter geſtæ referuntur. T. Quintius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem, & Nabidem Lacedæmoniorum tyrannum, vicerat, Græciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum geſtarum multitudinem, triduo triumphavit. Legati Carthaginienſium nunciaverunt, Annibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri.* [4] *Tentaverat autem Annibal per Ariſtonem Tyrium, ſine literis Carthaginem miſſum, ad rebellandum Pœnos concitare.*

INter bellorum magnorum, aut vixdum finitorum, aut imminentium curas, interceſſit res parva dictu, ſed quæ ſtudiis in magnum certamen exceſſerit. M. Fundanius, & L. Valerius tribuni plebei ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, [5] Q. Fabio, Ti. Sempronio conſulibus in medio ardore Punici belli, *Ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimento* 1

ræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem. 2 de Finibus 9. *De cupiditatibus finiendis.* Hoc libro: *ſi iſta lex ideo lata eſſet, ut finiret libidinem muliebrem.* Vide ad lib. 35, 7. Quin etiam Gud. alter minore forma, ut conjeceramus: *de finiendis matronarum cultibus tulerat, cum magna contentione:* Sic enim quoque, ut & major Voſſianuſque, non *maxima:* quod aliquoties in his epitomis pro illo inculcatum eſt. *J. F. Gron.*

1 *L. Cornelius Cethegus cenſores*] *C. Cornelius*, ex Capitol. cenſura. *Sigonius.*

2 *Coloniæ pleræque deductæ ſunt*] Vet. lib. *Coloniæ plures.* Idem.

3 *Res præterea adv. Boios*] Vet. lib. *Res præterea in Hiſpania, & adverſus Boios & Inſubres.* Idem.

4 *Tentav. autem per Ariſton.*] Vet. lib. *Tentaverat autem Annibal per Ariſtonem.* Idem.

5 *Q. Fab. T. Semp. COS.*] *Ti. Sempronio* ut ſupra. *Idem.*

mento verſicolori uteretur: neu juncto vehiculo in urbe oppidove, aut propius inde mille paſſus: niſi ſacrorum publicorum cauſſa, veheretur. M. & P. Junii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebantur. nec eam ſe abrogari paſſuros aiebant. Ad ſuadendum diſſuadendumque multi nobiles prodibant. Capitolium turba hominum faventium adverſantiumque legi complebatur. Matronæ, nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum, contineri limine poterant: omnes vias urbis, aditusque in forum obſidebant: viros deſcendentes ad forum orantes; ut florente republica, creſcente indies privata omnium fortuna, matronis quoque priſtinum ornatum reddi paterentur. Augebatur hæc frequentia mulierum indies. nam etiam ex oppidis conciliabuliſque [1] convenerant. Jam & conſules prætoreſque, & alios magiſtratus adire & rogare audebant. cæterum minime exorabilem alterum utique conſulem M. Porcium Catonem habebant, [2] qui pro lege,
2 quæ abrogabatur, ita diſſeruit: [3] *Si in ſua quiſque noſtrum matre-*

1 *Nam conveniebant*] Vet. lib. *Convenerant.* Sigonius.

2 *Qui pro lege, quæ abrogabatur*] Vet. lib. *Pro lege ne abrogaretur.* Quod placet. Citat enim Priſcianus hanc orationem cum hoc indice. Cato in oratione: *Ne lex Oppia abrogetur.* Item alibi Cato Nepos de actionib. ad populum: *Ne lex ſua obrogaretur.* Item alibi Æmilius Porcina in oratione: *Uti lex Æmilia abrogetur.* Feſtus, Cato in diſſuaſione, *Ne lex Bebia derogaretur.* Idem.

Pro lege quæ abrogab.] Sic MSS. non, ut pleræque editiones, & fecit Sigonius: *ne abrogaretur.* Neque aliter infra in concione Valerii: *ex utro tandem genere ea lex eſſe videtur, quam abrogamus.* Latinius immo eſt, & hoc verbo non modo eventus effectuſque, ſed etiam intentio & præſumptus finis actionis ſuſceptæ ſignificatur. Lib. 21 de C. Flaminio: *Memori veterum certaminum cum Patribus, quæ tribunus plebis, & quæ poſtea conſul, prius de conſulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat.* Quem tamen conſulatum invitis Patribus ille geſſit. Cicero 7 Att. ep. 23. *Mutavi conſilium de mulieribus, quas, ut ſcripſeram ad te, Romam remittebam.* id eſt, in eo eram, ut remitterem. Rurſum Livius lib. 32. *Minis pervicit, ut poſtero die conjungeret iis ſe, qui referebant.* hoc eſt, referendum cenſebant. vel, referre geſtiebant. *J. F. Gron.*

3 *Si in ſua quiſque noſtrum matrefamilias*] In prima reperio Tarviſina. Romæ Andreas & ex eo Mediolani dederunt *matrefamiliæ.* Neque aliter ſcripti, & ſic maluerant interdum. Infra cap. 7 iidem: *Matremfamiliæ tuam purpureum amiculi habere non ſines.* Lib. 8, 22 omnes libri: *quod eum die dicta ab ædilibus crimine ſtupratæ matrisfamiliæ abſolviſſent.* Similiter lib. 39, 5 ſcripti & eædem primæ editiones *hunc tamen juſta matrefamiliæ, illum pel lic*

natreſamiliæ, Quirites, jus & majeſtatem viri retinere inſtituiſſet, minus cum univerſis fœminis negotii haberemus. nunc domi victa libertas noſtra impotentia muliebri, hic quoque in foro obteritur & calcatur: & quia ſingulas ſuſtinere non potuimus, univerſas horremus. Equidem fabulam & fictam rem ducebam eſſe, virorum omne genus in aliqua inſula conjuratione [1] *muliebri ab ſtirpe ſublatum eſſe. Ab nullo genere* [2] *non æque ſummum periculum eſt; ſi cœtus & concilia, & ſecretas conſultationes eſſe ſinas. Atque ego vix ſtatuere apud animum meum poſſum, utrum pejor ipſa res, an pejore exemplo agatur. Quorum alterum ad nos conſules, reliquoſque magiſtratus; alterum ad vos, Quirites, magis pertinet. nam utrum è republica ſit, necne, id quod ad vos fertur,* [3] *veſtra exiſtimatio eſt, qui in ſuffragium ituri eſtis. Hæc conſternatio muliebris, ſive ſua ſponte, ſive auctoribus vobis, M. Fundani, & L. Valeri, facta eſt, haud dubio* [4] *ad culpam magiſtratuum pertinens, neſcio vobis, Tribuni, an conſulibus magis ſit deformis. vobis, ſi fœminas ad concitandas tribunicias ſeditiones jam adduxiſtis: nobis, ſi ut plebis quondam, ſic*

lice ortum eſſe. Et hoc primum Tarviſii mutatum video. M. Seneca controv. 1. *Quamvis filiusfamiliæ ſim, licet mihi & ſtipem porrigere mendico & humum cadaveri.* Idem præfat. 5. *Dixit enim: Nunquam audivi patremfamiliæ diſertiorem. Erat cum patremfamiliæ præferret, oratorem ſubduceret.* Sic in tribus ſcriptis inveni. *J. F. Gron.*

1 *Mul. à ſtirpe*] Vet. lib. *Ab ſtirpe.* Sigonius.

2 *Non ſummum peric.*] Vet. lib. *Non æque ſummum.* Idem.

3 *Veſtra exiſtimatio eſt*] Vir doctus ad Curtium, *æſtimatio.* Et, quamvis hoc fortaſſe quis toleret, inquit, ego intereſſe putem: eorum enim qui in ſuffragium ibant, non *exiſtimationem* tantum, ſed etiam *judicium* fuiſſe: quæ duo longe ſeparet Cicero pro Cluentio cap. 29. Equidem non hic modo, ſed & 5 Verr. 68 & alibi, hæc duo ſeparat: non tamen ut genera alia atque alia, ſed ut gradus quoſdam ſub eodem genere: ita, ut judicium faciat aliquid amplius & plenius. Sed quum Cicero dicit: *exiſtimare vere de omni cauſa: ex quibus exiſtimari de ingeniis poteſt: ex eventu homines de tuo conſilio exiſtimaturos:* quid aliud hoc verbo vult intelligi quam judicare: quum *exiſtimatorem doctum, intelligentem, acerrimum*, numquid aliud quam judicem? Et ſic noſter lib. 9. *Qua de cauſa vos exiſtimare, quam me pro magiſtratu quicquam incompertum dicere melius.* Lib. 22. *Utrum avarior an crudelior ſit, vix exiſtimari poteſt.* Retineamus igitur & hic: tam hercle quam apud Trogum lib. 12, 6. *In locum iræ ſucceſſit exiſtimatio.* Ubi etiam ſubjecerunt nuper Muſis non probantibus *æſtimatio.* J. F. Gron.

4 *Ad culpam magiſtratuum pertinens*] Mogunt. *pertineret.* Scribe: *haud dubie ad culpam magiſtratuum pertinet, neſcio vobis, tribuni, an conſulibus magis deformis.* Idem.

ſic nunc mulierum ſeceſſione leges accipiendæ ſunt. Equidem non ſine rubore quodam paulo ante per medium agmen mulierum in forum perveni. quod niſi me verecundia ſingularum magis majeſtatis & pudoris, quam univerſarum tenuiſſet, ne compellatæ à conſule viderentur, dixiſſem: Qui hic mos eſt in publicum procurrendi & obſidendi vias, & viros alienos appellandi? Iſtud ipſum ſuos quæque domi rogare non potuiſtis? An blandiores in publico quam in privato, & alienis quam veſtris eſtis? quamquam ne domi quidem vos, ſi ſui juris finibus matronas contineret pudor, quæ leges hic rogarentur abrogarenturve, curare decuit. Majores noſtri, nullam ne privatam quidem rem agere fœminas ſine auctore voluerunt: in manu eſſe parentum, fratrum, virorum. nos (ſi Diis placet) jam etiam rempublicam capeſſere eas patimur, [1] & foro quoque, & concionibus, & comitiis immiſceri. Quid enim nunc aliud per vias & compita faciunt, quam quod aliæ rogationes tribunorum plebis ſuadent, aliæ legem abrogandam cenſent? Date frenos impotenti naturæ, & indomito animali, & ſperate ipſas modum licentiæ facturas; niſi vos faciatis. Minimum hoc eorum eſt, quæ iniquo animo fœminæ ſibi, aut moribus aut legibus injuncta patiuntur. omnium rerum libertatem, imo licentiam (ſi vera dicere volumus) deſiderant. quid enim ſi
3 hoc expugnaverint, non tentabunt? Recenſete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores noſtri, per quæque [2] ſubjecerint viris: quibus omnibus conſtrictas vix tamen continere poteſtis. Quid ſi carpere ſingula & [3] extorquere, & exæquari ad extremum viris patiemini; tolerabiles vobis eas fore creditis? extemplo, ſimul pares eſſe cœperint, ſuperiores erunt. At, Hercule, ne quid novum in eas rogetur, recuſant. non jus, ſed injuriam deprecantur. Imo ut quam accepiſtis, juſſiſtis ſuffragiis veſtris legem, quam uſu tot annorum & experiendo comprobaſtis, hanc ut abrogetis: id eſt, ut unam tollendo legem cæ-

tera

1 *Et foro prope & conc.*] Vet. lib. *Et foro quoque & concionibus*. Sigonius.

2 *Subjecerint viris*] Hinc Cicero lib. quarto de Repub. *Nec vero mulierib. præfectus reponatur, qui apud Græcos creari ſolet, ſed ſit cenſor qui viros doceat moderari uxoribus*. Idem.

3 *Extorquere & exæquari*] Th. *& aquiri*. Voſſ. *& acquiri*. Volunt *& æquari*, ut habet prima editio. *Jac. Gron.*

1 Ma

teras infirmetis. Nulla lex ſatis commoda omnibus eſt: id modo
quæritur, ſi majori parti, & in ſummam prodeſt. Si quod cui-
quam privatim officiet jus, id deſtruet ac demolietur, quod atti-
nebit univerſos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latæ
ſunt, poſſint? Volo tamen audire quid ſit, propter quod matronæ
conſternatæ procurrant in publicum, ac vix foro ſe & concione abſ-
tineant. Ut captivi ab Annibale redimantur, parentes, viri, li-
beri, fratres earum? Procul abeſt, abſitque ſemper talis fortuna
reipublicæ. ſed tamen quum fuit, negaſtis hoc piis precibus ea-
rum. At non pietas, nec ſollicitudo pro ſuis, ſed religio congre-
gavit eas. [1] *Matrem Idæam à Peſſinunte ex Phrygia venientem*
accepturæ ſunt. Quid honeſtum dictu ſaltem ſeditioni prætenditur
muliebri? [2] *Ut auro & purpura fulgeamus, inquit;* [3] *ut carpen-*
tis feſtis profeſtiſque diebus, velut triumphantes de lege victa &
abrogata, & captis & ereptis ſuffragiis veſtris, per urbem vecte-
mur: [4] *ne ullus modus ſumptibus, nec luxuriæ ſit. Sæpe me que-* 4
rentem

1 *Matrem Idæam Peſſinunte*] Mog. *à Peſſinunte.* Ut etiam è Put. reſtituimus lib. 10. *Si Mater Idæa à Peſſinunte Romam advecta foret.* J. F. Gron.

2 *Ut auro & purpura fulgeamus, inquiunt*] Scripti & editi ante Mog. *Ut auro & purpura fulgeamus, inquit.* Obſervavimus ſcriptoribus antiquis, ante alios Senecæ, perpetuam formulam proponendæ adverſationis eſſe, *inquit*, ſic abſolute, ut intelligere videantur, aliquis ex iſto numero, aliquis contradicturus. Sic lib. 1 de Ira 3. *Iraſcimur, inquit, ſæpe non illis, qui læſerunt.* Ubi Henricus Stephanus conjectat *inquis.* Infinitis ſic locis Seneca: nos paucula notabimus, quæ Gruterus & Stephanus aut alteruter mutari perperam cenſuere. Lib. 2 de Ira 15. *Ut ſcias, inquit, iram habere in ſe generoſi aliquid, videbis liberas gentes, quæ iracundiſſimæ ſunt.* Lib. 2 de Beneficiis cap. 34. *Quid ergo, inquit? retulit gratiam qui nihil fecit.* Lib. 3, 29. *Quicquid, inquit, eſt, quod dat patri filius, utique minus eſt.* Lib. 4, 2. *Quid, inquit, tua refert? Et ego ſine virtute nego beatam vitam poſſe conſtare.* Eodem c. 7. *Natura, inquit, hæc mihi præſtat.* Eodem cap. 39. *Quare ergo, inquit, Zeno veſter, cum quingentos denarios mutuos cuidam promiſiſſet,* &c. Itaque & reſtituendum ex melioribus MSS. lib. 5, 18. *In infinitum, inquit, me obligas.* Ubi vulgati ante noſtram, *inquis*, lib. 7, 4. *Non ideo quod habeo, mecum non eſt, ſi tuum eſt: poteſt enim idem eſſe meum & tuum. Is, inquit, cujus proſtitutæ ſunt, leno eſt.* Sic optimus Nazarianus comite uno ex Pall. ſic & codices Eraſmi: non *inquis*, ut vulgo. Sic de Vita Beata cap. 18. *Aliter, inquit, loqueris, aliter vivis:* quum tamen & quæ præcedunt & quæ ſequuntur, ad plures dirigantur. Valerius Maximus lib. 4, 3. *At, inquit, ærario abeſſe tribunus plebis querebatur quindecim millia æris.* Ubi par offenſio Lipſii. *Idem.*

3 *Ut carpentis, profeſtis quoque dieb.*] Vet. lib. *ut carpentis feſtis, profeſtiſque diebus.* Quod venuſtius & gravius eſt. *Sigonius.*

4 *Ne nullus modus ſumptibus, nec luxuriæ*] Thuan. *ne ullus modus ſumptus ne luxuriæ.*

rentem de fœminarum, ſæpe de virorum, nec de privatorum modo ſed etiam magiſtratuum ſumptibus audiſtis; diverſiſque duobus vitiis, avaritia & luxuria civitatem laborare: quæ peſtes omnia magna imperia everterunt. Hæc ego quo melior lætiorque indies fortuna [1] *reipublicæ eſt, imperiumque creſcit: & jam in Græciam Aſiamque tranſcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas, & regias etiam attrectamus gazas: eo plus horreo, ne illæ magis res nos ceperint, quam nos illas. Infeſta, mihi credite, ſigna ab Syracuſis illata ſunt huic urbi. jam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes miranteſque, &* [2] *antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes. Ego hos malo propitios Deos, & ita ſpero futuros, ſi in ſuis manere ſedibus patiemur. Patrum noſtrorum memoria per legatum Cineam Pyrrhus, non virorum modo, ſed etiam mulierum animos donis tentavit. nondum lex Oppia ad coërcendam luxuriam muliebrem lata erat:* [3] *tamen nulla accepit. Quam cauſſam fuiſſe cenſetis? Eadem fuit, quæ majoribus noſtris, nihil de hac re lege ſanciendi. nulla erat luxuria, quæ coërceretur. Sicut ante moribus neceſſe eſt cognitos eſſe, quam remedia eorum; ſic cupiditates prius natæ ſunt quam leges, quæ iis modum facerent. Quid* [4] *legem Liciniam excitavit de quingentis jugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi? Quid legem Cinciam de donis & muneribus, niſi quia vectigalis jam & ſtipendiaria plebes eſſe ſenatui cœperat*

luxuriæ. Quod eſt egregium; niſi quod MS. habebat *ſumptus.* Etiam prima edit. *Ne nullus modus ſumptibus, ne luxuria.* Jac. Gron.

1 *Reipublicæ eſt, quo magis imperium creſcit*] Ex uno Moguntino admiſſum. Prius edebatur, ut omnes, quos vidimus, ſcripti: *quo melior lætiorque indies fortuna reipublicæ eſt, imperiumque creſcit.* Quod mutarunt, qui non crederent *τὸ quo melior lætiorque* dividenda eſſe hoc modo: *quo magis bona lætaque:* atque duas inde particulas ad eam, qua ſequens membrum adnectitur, ſubaudiendas, perinde ac ſi dictum quoque eſſet: *& quo magis imperium creſcit.* De quo compendio & arcana elegantia diximus ad lib. 1, 25. *Eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.* J. F. Gron.

2 *Ante fixa fictilia deorum*] *Antefixa* ſcribendum eſt, ut una vox ſit tantum. Sic enim Feſtus. *Antefixa, quæ ex opere figulino tectis affiguntur ſub ſtillicidio.* Sigonius.

3 *Tamen nulla accepit*] Hanc ſententiam ſic expreſſit Varro de vita Popul. Rom. 11 auctore Nonio. *Quæ abſtinentia viri mulieresque Rom. fuerint, apparet, quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere.* Idem.

4 *Legem Liciniam de quing. jug.* Stolonis legem, lib. 6 & 7. *Idem.*

1 *Ipſi*

rat? Itaque minime mirum eſt, nec Oppiam, nec aliam ullam tum legem deſideratam eſſe, quæ modum ſumptibus mulierum faceret; quum aurum & purpuram data & oblata ultro non accipiebant. Si nunc cum illis donis Cineas urbem circumiret; ſtantes in publico inveniſſet quæ acciperent. Atque ego nonnullarum cupiditatum ne cauſſam quidem aut rationem inire poſſum. nam ut quod alii liceat, tibi non licere, aliquid fortaſſe naturalis aut pudoris, aut indignationis habeat: ſic æquato omnium cultu, quid unaquæque veſtrum veretur, ne in ſe conſpiciatur? Peſſimus quidem pudor eſt vel parſimoniæ, vel paupertatis: ſed utrumque lex vobis demit, quum id quod habere non licet non habetis. Hanc, inquit, ipſam exæquationem non fero, illa locuples. cur non inſignis auro & purpura conſpicior? cur paupertas aliarum ſub hac legis ſpecie latet, ut quod habere non poſſunt, habituræ, ſi liceret, fuiſſe videantur? Vultis hoc certamen uxoribus veſtris injicere, Quirites, ut divites id habere velint, quod nulla alia poſſit; pauperes, ne ob hoc ipſum contemnantur, ſupra vires ſe extendant? Næ, ſimul pudere, quod non oportet, cœperit; quod oportet, non pudebit. quæ de ſuo poterit, parabit: quæ non poterit, virum rogabit. Miſerum illum virum, & qui exoratus & qui non exoratus erit! quum quod ipſe non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vulgo alienos viros rogant, & quod majus eſt, legem & ſuffragia rogant; & à quibuſdam impetrant, adverſus te & rem tuam & liberos tuos inexorabiles. ſimul lex modum ſumptibus uxoris tuæ facere deſierit, tu nunquam facies. Nolite eodem loco exiſtimare, Quirites, futuram rem, quo fuit, antequam lex de hoc ferretur. Et hominem improbum non accuſari tutius eſt, quam abſolvi: & luxuria non mota tolerabilior eſſet, quam erit nunc; [1] ipſis vinculis, ſicut fera beſtia, irritata, deinde

1 *Ipſis vinculis, ſicut fera beſtia, irritata, deinde emiſſa*] Ab Gelenio eſt, qui recte delevit τὸ *ſolutis*, quod adjecerant in editionibus. Sed ſcripti: *ipſis vinculis, ſicut feræ beſtiæ irritatæ, deinde emiſſa.* Forſan erit, cui placeat: tamen eſſe durius judico & legendum: *ipſis vinculis, ſicut feræ beſtiæ, irritata, deinde emiſſa.* Nihil impedit, quo minus luxuria cum multis feris recte comparetur. Lib. 35 de Philippo: *noſſe ſe ſpiritus ejus, noſſe animum: ferarum modo, quæ clauſtris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore*

de emiſſa. Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam cenſeo.
5 *vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.* Poſt hæc tribuni quoque plebei, qui ſe interceſſuros profeſſi erant, quum pauca in eandem ſententiam adjeciſſent; tum L. Valerius pro rogatione ab ſe promulgata ita diſſeruit. *Si privati tantummodo ad ſuadendum diſſuadendumque id quod à nobis rogatur, proceſſiſſent, ego quoque quum ſatis dictum pro utraque parte exiſtimarem, tacitus ſuffragia veſtra exſpectaſſem. nunc quum vir graviſſimus conſul M. Porcius, non auctoritate ſolum, quæ tacita ſatis momenti habuiſſet, ſed oratione etiam longa & accurata inſectatus ſit rogationem noſtram; neceſſum eſt paucis reſpondere. qui tamen plura verba in caſtigandis matronis, quam in rogatione noſtra diſſuadenda conſumpſit: & quidem ut in dubio poneret, utrum id quod reprehenderet, matronæ ſua ſponte, an nobis auctoribus feciſſent. Rem defendam, non nos:* [1] *in quos jecit magis hæc conſul verbotenus, quam ut re inſimularet. Cœtum & ſeditiones, & interdum ſeceſſionem muliebrem appellavit, quod matronæ in publico vos rogaſſent, ut legem in ſe latam per bellum temporibus duris, in pace & florente ac beata republica abrogaretis. Verba magna, quæ rei augendæ cauſſa conquirantur, & hæc & alia eſſe ſcio:* [2] *& M. Catonem oratorem non ſolum gravem, ſed interdum etiam trucem eſſe ſcimus omnes, quum ingenio ſit mitis. Nam quid tandem novi matronæ fecerunt, quod frequentes in cauſſa ad ſe pertinente in publicum proceſſerunt? Nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas adverſus te Origines revolvam. Accipe quoties id fecerint, & quidem ſemper bono publico. Jam à principio, regnante Romulo, quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro ſignis collatis dimicaretur; nonne intercurſu matronarum inter acies duas prœlium ſedatum eſt? Quid? regibus exactis, quum Coriolano Marcio duce legiones Volſcorum caſtra ad quintum lapidem poſuiſſent; non-*

ne

pectore volvere. Lib. 36. *Ille quidem feræ beſtiæ vinctæ aut clauſæ & reſtringere clauſtra cupienti regis iram verbis æquabat.* J. F. Gron.

1 *In qu. jecit magis conſul*] Vet. lib. *In quos jecit magis hæc conſul.* Sigonius.

2 *Et M. Catonem*] Sic MS. Thuan. & principes editionum. Nunc vulgo negligunt pronomen, neſcio qua auctoritate. *Jac Gron.*

1 *Alia*

ne id agmen, quo obruta hæc urbs eſſet, matronæ averterunt? Jam urbe capta à Gallis aurum, quo redempta urbs eſt, nempe matronæ conſenſu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello (ne antiqua repetam) nonne & quum pecunia opus fuit, viduarum pecuniæ adjuverunt ærarium, & quum Dii quoque novi ad opem ferendam dubiis rebus arceſſerentur, matronæ univerſæ ad mare profectæ ſunt, ad matrem Idæam accipiendam? diſſimiles, inquit, cauſſæ ſunt. nec mihi cauſſas æquare propoſitum eſt: nihil novi factum, purgare ſatis eſt. Cæterum, quod in rebus ad omnes pariter viros fœminaſque pertinentibus feciſſe eas nemo miratus eſt, in cauſſa proprie ad ipſas pertinente miramur feciſſe? Quid autem fecerunt? ſuperbas medius fidius aures habemus, ſi quum domini ſervorum non faſtidiant preces, nos rogari ab honeſtis fœminis indignamur. Venio nunc ad id de quo agitur, in 6 *quo duplex conſulis oratio fuit. nam & legem ullam omnino abrogari eſt indignatus: & eam præcipue legem, quæ luxuriæ muliebris coërcendæ cauſſa lata eſſet. Et illa communis pro legibus, viſa conſularis oratio eſt: & hæc adverſus luxuriam, ſeveriſſimis moribus conveniebat. Itaque periculum eſt, niſi quid in utraque re vani ſit, docuerimus, ne quis error vobis offundatur. Ego enim, quemadmodum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, ſed perpetuæ utilitatis cauſſa in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere fatcor, niſi quam aut uſus coarguit, aut ſtatus aliquis reipublicæ inutilem fecit; ſic quas tempora aliqua deſideraverunt leges, mortales (ita ut dicam) & temporibus ipſis mutabiles eſſe video. Quæ in pace latæ ſunt, plerumque bellum abrogat. quæ in bello, pax: ut in navis adminiſtratione [1] alia in ſecundam, alia in adverſam tempeſtatem uſui ſunt. Hæc quum ita natura diſtincta ſint, ex utro tandem genere ea lex eſſe videtur, quam abrogamus? [2] An vetus regia lex, ſimul cum ipſa urbe nata?*

1 *Alia in ſecunda, alia in adverſa tempeſtate uſui ſunt*] Mog. *ſecundam, & adverſam tempeſtatem.* Ut lib. 37. *In duas res magnas id uſui fore.* Voſſ. *alia in ſecundam, alia adverſa tempeſtate uſui ſunt.* Quæ varietas alicui placere poſſet. *J. F. Gron.*

2 *Quid, vetus r. l. ſ. c. i. u. nata? aut, quod*] Vet. lib. *An vetus regia lex ſimul cum ipſa urbe nata, an, quod,* &c. *Sigonius.*

1 *Cur*

ta? An (quod ſecundum eſt) ab decemviris ad condenda jura creatis in duodecim tabulis ſcripta? Sine qua quum majores noſtri non exiſtimarint matronale decus ſervari poſſe, nobis quoque verendum ſit, ne cum ea pudorem ſanctitatemque fœminarum abrogemus? Quis igitur neſcit, novam iſtam legem eſſe, Q. Fabio, Ti. Sempronio conſulibus viginti annis ante latam? ſine qua quum per tot annos matronæ optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum eſt? Nam ſi iſta lex ideo lata eſſet, ut finiret libidinem muliebrem; verendum foret, ne abrogata incitaret: [1] *cur ſit autem lata, ipſum indicabit tempus. Annibal in Italia erat victor ad Cannas: jam Tarentum, jam Arpos, jam Capuam habebat: ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur. defecerant ſocii. non milites in ſupplementum, non ſocios navales ad claſſem tuendam, non pecuniam in ærario habebamus: ſervi, quibus arma darentur, ita ut pretium pro iis bello profecto dominis ſolveretur, emebantur:* [2] *in eandem diem pecuniæ, frumentum & cætera quæ belli uſus poſtulabant, præbenda publicani ſe conducturos profeſſi erant: ſervos ad remum, numero ex cenſu conſtituto, cum ſtipendio noſtro dabamus: aurum & argentum omne, ab ſenatoribus ejus rei initio orto, in publicum conferebamus: viduæ & pupilli pecunias ſuas in ærarium deferebant. cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti,*

1 *Cur ſit autem lata, ipſum indicavit tempus*] Si jam indicavit, non opus te dicere. Lege: *indicabit*. J. F. Gron.

2 *In eandem diem frumentum & cætera*] Andreas & proximi: *In eadem die pecuniæ frumentum.* Aſcenſius: *emebantur: deerant pecuniæ frumentum*: & in margine pro varia lectione: *in eodem die*: quod ex eodem expreſſit Saveterius. At neſcio quo errore Mog. & inde Aldus, Juntas, Frobenius: *in eadem die deerant pecuniæ.* Pro hoc Gelenius dedit, quod nunc receptum eſt. Indigebat locus ſectione, ſed una voce plus recidit, quam decuit. Nam legi volunt ſcripti: *in eandem diem pecuniæ frumentum & cætera, quæ belli uſus poſtulabat, præbenda publicani ſe conducturos profeſſi erant.* Dies pecuniæ eſt dies ſolutionis ex ærario faciendæ: ut juriſconſultis *diem venire, diem cedere.* Cicero lib. 10 ad Atticum: *diem pecuniæ Idus Novembres eſſe.* Noſter lib. 37. *Et ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus, jus creditori diceretur.* Cato de re Ruſt. 147. *Dies argento ex Cal. Novemb.* Columella 1, 7. *Sed nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligaverit, tenax eſſe juris ſui debet, ſicut diebus pecuniarum.* Idem.

1 Tali

genti, & æris domi haberemus. [1] *Tali tempore in luxuria & ornatu matronæ occupatæ erant, ut ad eam coërcendam lex Oppia deſiderata ſit: quum, quia Cereris ſacrificium lugentibus omnibus matronis intermiſſum erat, ſenatus finiri luctum triginta diebus juſſit.* [2] *Cui non apparet, inopiam & miſeriam civitatis, quia omnium privatorum pecuniæ in uſum publicum vertendæ erant, iſtam legem ſcripſiſſe, tamdiu manſuram, quamdiu cauſſa ſcribendæ legis manſiſſet? Nam ſi quæ tunc temporis cauſſa aut decrevit ſenatus, aut populus juſſit, in perpetuum ſervari oportet, cur pecunias reddimus privatis? cur publica præſenti pecunia locamus? cur ſervi, qui militent, non emuntur? cur privati non damus remiges, ſicut dedimus? Omnes alii ordines, o-* 7
mnes homines mutationem in meliorem ſtatum reipublicæ ſentient; ad conjuges tantum noſtras, pacis & tranquillitatis publicæ fructus non perveniet? Purpura viri utemur, prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtri prætextis purpura togis utentur, magiſtratibus in coloniis municipiiſque, hic Romæ infimo gene-

1 *Tali temp.*] Vet. lib. *Tali eo tempore.* Sigonius.

2 *Cui non apparet, inopiam & miſ. &c. iſtam legem ſcripſiſſe*] Vet. lib. *Ob inopiam & miſeriam, &c. iſtam legem ſcriptam.* Idem.

Cui non apparet, ob inopiam & miſeriam civitatis, &c. iſtam legem ſcriptam] Sic Sigonius ex interpolato codice: nam noſtri multo elegantius, ut ante illum editiones habebant: *Cui non apparet, inopiam & miſeriam civitatis, &c. iſtam legem ſcripſiſſe.* Ita Plinius lib. 8 Epiſt. 18. *Quo laudabilius teſtamentum eſt, quod pietas, fides, pudor ſcripſit.* Cicero in tertia Agraria: *Eſt invidioſa lex, ſicut dixi; verumtamen habet excuſationem: non enim videtur hominis lex eſſe, ſed temporis.* Dionyſius Longinus περὶ ὕψους laudat merito illud Hyperidis: τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Salvianus de ſuo Timotheo ad Catholicam: *Nam ſicut Theophili vocabulo amor, ſic Timothei honor divinitatis exprimitur. Itaque quum legis Timotheum ad Eccleſiam ſcripſiſſe, hoc intelligere debes, pro honore Dei ad Eccleſiam ſcriptum eſſe: immo potius ipſum honorem Dei ſcripta miſiſſe: quia recte ipſe ſcripſiſſe dicitur, per quem factum eſt ut ſcriberetur.* Q. Aurelius, reperto ſe inter proſcriptos, apud Plutarchum in vita Sullæ: Οἴμοι τάλας, διώκει με τὸ ἐν Ἀλβανῷ χωρίον. Libanius in oratione περὶ προστασιῶν. τῆς ψήφου δὲ τεθείσης, ἣν τὸ κράνος καὶ ὁ θώραξ ἤθελεν. Livius lib. 8, 12. *Dictatura popularis & orationibus in Patres criminoſis fuit & quod tres leges ſecundiſſimas plebi, adverſas nobilitati tulit.* Sigonius pari temeritate legit *Dictator*: nam ſequitur, ait, *leges tulit*: alioqui fiet, ut dicamus: *dictatura leges tulit.* Et cur non diceremus? Cicero Bruto de Graccho: *propter turbulentiſſimum tribunatum ab ipſa republica eſt interfectus.* Lib. 3 Fam. 11. *Quod te ab ipſa republica defenſum ſcribis.* J. F. Gron.

1 *Navi-*

generi magiſtris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus; nec id ut vivi ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam ut cum eo crementur mortui; fœminis duntaxat purpuræ uſum interdicemus, & quum tibi viro liceat purpurea in veſte ſtragula uti, matremfamiliæ tuam purpureum amiculum habere non ſines? & equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quam uxor veſtita? Sed in purpura, quæ teritur, abſumitur, injuſtam quidem, ſed aliquam tamen cauſſam tenacitatis video: in auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti ſit, quæ malignitas eſt? præſidium potius in eo eſt & ad publicos & ad privatos uſus, ſicuti experti eſtis. Nullam æmulationem inter ſe ſingularum, quando nulla haberet, eſſe ajebat. At, Hercule, univerſis dolor & indignatio eſt, quum ſociorum Latini nominis uxoribus vident ea conceſſa ornamenta, quæ ſibi adempta ſint: quum inſignes eas eſſe auro & purpura, quum illas vehi per urbem, ſe pedibus ſequi; tamquam in illarum civitatibus, non in ſua, imperium ſit. Virorum hoc animos vulnerare poſſet: quid muliercularum cenſetis, quas etiam parva movent? Non magiſtratus, nec ſacerdotia, nec triumphi, nec inſignia, nec dona aut ſpolia bellica his contingere poſſunt. Mundiciæ & ornatus, & cultus, hæc fœminarum inſignia ſunt: his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt majores noſtri. Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? quid quum eluxerunt, ſumunt? quid in gratulationibus ſupplicationibuſque, niſi excellentiorem ornatum adjiciunt? Scilicet ſi legem Oppiam abrogaveritis, non veſtri arbitrii erit, ſi quid ejus vetare volueritis, quod nunc lex vetat. minus filiæ, uxores, ſorores etiam quibuſdam in manu erunt. Numquam ſalvis ſuis exuitur ſervitus muliebris. & ipſæ libertatem, quam viduitas & orbitas facit, deteſtantur. In veſtro arbitrio ſuum ornatum, quam in legis, malunt eſſe. & vos in manu & tutela, non in ſervitio, debetis habere eas: & malle patres vos aut viros, quam dominos dici. Invidioſis nominibus utebatur modo conſul; ſeditionem muliebrem & ſeceſſionem appellando. Id enim periculum eſt, ne Sacrum montem, ſicut quondam irata plebs, aut Aventinum capiant. Patiendum huic infirmitati eſt, quod-

cunque

-cunque vos cenſueritis. quo plus poteſtis, eo moderatius imperio uti debetis. Hæc quum contra legem proque lege dicta eſ- 8
ſent, aliquanto major frequentia mulierum poſtero die ſeſe in publicum effudit, unoque agmine omnes tribunorum januas obſederunt, qui collegarum rogationi intercedebant: nec ante abſtiterunt, quam remiſſa interceſſio ab tribunis eſſet. Nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent. anno vigeſimo poſt abrogata eſt, quam lata. M. Porcius conſul poſteaquam abrogata eſt Oppia lex, extemplo viginti quinque [1] navibus longis, quarum quinque ſociorum erant, ad Lunæ portum profectus, eodem exercitu convenire juſſo, & edicto per oram maritimam miſſo, navibus omnis generis contractis, [2] ab Luna proficiſcens edixit, ut ad portum Pyrenæi ſequerentur. inde ſe frequenti claſſe ad hoſtes iturum. [3] Prætervecti Liguſtinos montes, ſinumque Gallicum, ad diem quam edixerat, convenerunt. inde Rhodam ventum: & præſidium Hiſpanorum, quod in caſtello erat, vi dejectum. Ab Rhoda ſecundo vento Emporias perventum. ibi copiæ omnes præter ſocios navales, in terram expoſitæ. Jam tunc Emporiæ duo oppida e- 9
rant muro diviſa. Unum Græci habebant à Phocæa, unde & Maſſilienſes oriundi: alterum Hiſpani. ſed Græcum oppidum in mare expoſitum, totum orbem muri minus quadringentos paſſus patentem habebat: Hiſpanis retractior à mari [4] trium millium paſſuum in circuitu murus erat. Tertium genus Romani coloni ab Divo Cæſare poſt devictos Pompeii liberos adjecti. nunc in corpus unum con-

1 *Navibus longis, quarum quinque ſociorum*] Thuan. excludit τὸ *quarum.* Lege: *navibus longis (quinque ſociorum erant) ad Lunæ.* Adde infra ad cap. 56. *Jac. Gron.*

2 *A Luna prof.*] Vet lib. *ab Luna proficiſcens.* Sigonius.

3 *Prætervecti Liguſtinos montes, ſinumque Gallicum*] Cato in oratione de conſulatu ſuo teſte Chariſio ita hanc rem expreſſit: *Poſtquam Maſſiliam præterimus, inde omnem claſſem ventus auſter lenis fert, mare velis florere videres ultra angulum Gallicum, inde noctu aura profecti ſumus.* Idem.

4 *Millium paſſuum in*] Vet. lib. *Trium millium.* Idem.

confuſi omnes; Hiſpanis prius, poſtremo & Græcis in civitatem Romanam aſcitis. [1] Miraretur, qui tum cerneret aperto mari ab altera parte, ab altera Hiſpanis, tam feræ & bellicoſæ genti objectos, quæ res eos tutaretur. diſciplina erat cuſtos infirmitatis, quam inter validiores optime timor continet. Partem muri verſam in agros egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem porta impoſita: [2] cujus aſſiduus cuſtos ſemper aliquis ex magiſtratibus erat. [3] nocte pars tertia civium in muris excubabant: neque moris tantum aut legis cauſſa, ſed quanta, ſi hoſtis ad portas eſſet, [4] & ſervabant vigilias & circumibant cura. Hiſpanum neminem in urbem recipiebant. ne ipſi quidem temere urbe excedebant. ad mare patebat omnibus exitus. porta ad Hiſpanorum oppidum verſa nunquam niſi frequentes, pars tertia fere, cujus proxima nocte vigiliæ in muris fuerant, egrediebantur. Cauſſa exeundi hæc erat: commercio eorum Hiſpani imprudentes maris gaudebant: mercarique & ipſi ea, quæ externa navibus inveherentur, [5] & agrorum exigere fructus,

1 *Miraretur quis cum cerneret*] Non video, cur ſpreverint, quod eſt in ſcriptis, Andrea, Tarviſ. *Miraretur, qui tum cerneret.* ſua enim reſpicit tempora Livius, quibus id non cernebatur. Lib. 29. *Miretur, qui ſciat, quomodo aut nos ad patientiam ſufficiamus, aut illos, qui faciunt, nondum tantarum injuriarum ſatietas ceperit.* J.F. Gron.

2 *Cujus aſſiduus cuſtos ſemper aliquis*] Ita videtur loqui 35, 16. *Uno & perpetuo tenore juris ſemper uſurpato, nunquam intermiſſo.* Sed & illic poſt τὸ *juris* nota diſtinctionis ponenda eſt, & hic vocabulum *ſemper* plane ignorat membrana Thuan. Certe abſque illo ſcribit lib. 35, 10. *Alter decimum jam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat.* & lib. 1, 20 dixit *ut aſſiduæ templi antiſtites eſſent*, non addito iſto adverbio neque nunc magis deſideratur. *Jac. Gron.*

3 *Nocte pars tertia civium in muris excubabat*] Scripti elegantius *excubabant*. J. F. Gron.

4 *Et obſervabant vigilias*] Membranæ *ſervabant*. Et ita fere malunt. Lib. 26. *Cum monuiſſet præfectos navium, ut vigilias nocturnas intenti ſervarent.* Lib. 36. *Nec quiſquam eorum aut arma induit, aut ſtationem aut vigilias ſervavit*, Seneca de Tranq. Animi cap. 3. *Vigiliaſque ſervat & armamentario præeſt.* Tacitus lib. 3 Hiſt. *Non principia noſcere, non ſervare vigilias, neque labore firmari.* Idem.

5 *Et agrorum exhibere fructus volebant*] Omnes ſcripti & antiquitus cuſi: *agrorum exigere fructus.* Sed Gelenius, lege, ait, *exhibere:* nam Græci illi nullos agros habebant. Ego tamen, ne illi adſenſum præbeam, Latinoſque *exigere merces* dixiſſe pro eo, quod Horatius dicit *venales extrudere*, putem, adducor imprimis loco ſingulari

ctus, volebant. hujus mutui uſus deſiderium, ut Hiſpa-
ia urbs Græcis pateret, faciebat. Erant etiam eo tutio-
es, quod ſub umbra Romanæ amicitiæ latebant. quam
icut minoribus viribus, quam Maſſilienſes, [1] pari cole-
ant fide. tunc quoque conſulem exercitumque comi-
er ac benigne acceperunt. Paucos ibi moratus dies Ca-
o dum exploraret, ubi & quantæ hoſtium copiæ eſ-
ent; ut ne mora quidem ſegnis eſſet, omne id tempus
xercendis militibus conſumſit. Id erat forte tempus
nni, ut frumentum in areis haberent. itaque redempto-
ibus vetitis frumentum parare, ac Romam dimiſſis,
ellum, inquit, *ſeipſum alet*. Profectus ab Emporiis a-
ros hoſtium urit, vaſtatque: omnia fuga & terrore
omplet. Eodem tempore M. Helvio decedenti ex ul- 10
eriore Hiſpania cum præſidio ſex millium, dato ab
p. Claudio prætore, Celtiberi agmine ingenti ad op-
idum Illiturgi occurrunt. Viginti millia armatorum
uiſſe, Valerius ſcribit; duodecim millia ex iis cæſa; op-
idum Illiturgi receptum, & puberes omnes interfectos.
nde ad caſtra Catonis Helvius pervenit. & quia tuta
am ab hoſtibus regio erat, præſidio in ulteriorem Hi-
paniam remiſſo, Romam eſt profectus, & ob rem feli-
iter geſtam ovans urbem eſt ingreſſus. Argenti infecti
[illegible] tulit

ari ex Declamationibus, quæ Quin-
iliani ſub nomine feruntur. Unde-
ima, quæ inſcribitur, Paſti cadave-
ibus: *Sacroſanctus mercator opportu-
um, opinor, invenit mercis exactum.*
Quod nihil aliud eſt quam forum,
undinas, locum & occaſionem mer-
is exigendæ & magno cum lucro ve-
umdandæ. Græcis quoque recepta
ξάγειν σῖτον pro exportare, ἐξαγωγὴ
ίτυ, unde Plautus, *facere exagogam*
τὰ ἐξαγώγιμα merces quæ exportan-
ur. Eſt auctor alter Columella, ma-
is etiam adfirmans, lib. 10. *Nexos
eſerte maniplos, Et celebres Fortis Fortu-
æ dicite laudes Mercibus exactis, hilareſ-
que recurrite in hortos.* Nam τὸ *deferre*
eodem pertinet, eſtque venale propo-
nere. Petronius: *Cum ergo & ipſi ra-
ptum latrocinio pallium detuliſſemus.* Pli-
nius lib. 36, 5. *Duas fecerat ſimulque
vendebat, alteram velatæ ſpecie, quam
ob id prætulerunt optione, quorum conditio
erat, Coi, cum alteram etiam eodem pre-
tio detuliſſet.* Sic malim, quam *velata.*
Mercibus exactis, eſt venditis traditiſ-
que & diſtractis. *J. F. Gron.*

1 *Ita pari colebant fide*] Scripti bre-
vius: *quam ſicut minoribus viribus, quam
Maſſilienſes, pari colebant fide.* Non e-
rat neceſſe, ut editores adjicerent: *ita
pari.* Idem.

tulit [1] in ærarium quatuordecim millia pondo ſeptingent triginta duo: & ſignati bigatorum ſeptemdecim millia viginti tria; & [2] Oſcenſis argenti viginti millia quadringent triginta octo. Cauſſa triumphi negandi ſenatui fuit, quod alieno auſpicio, & in aliena provincia, pugnaſſet. Cæterum biennio poſt redierat, [3] quum provincia ſucceſſori Q. Minucio tradita, annum inſequentem retentus ibi longo & gravi morbo fuiſſet. itaque duobus modo menſibus ante Helvius ovans urbem eſt ingreſſus, quam ſucceſſor ejus Q. Minucius triumpharet. Hic quoque tulit argenti pondo triginta quatuor millia octingenta: bigatorum ſeptuaginta octo millia, & Oſcenſis argenti ducenta ſeptuaginta octo

31 millia. In Hiſpania interim conſul haud procul Emporii caſtra habebat. Eo legati tres ab Ilergetum regulo Biliſtage, in quibus unus filius erat, venerunt: querentes, caſtella ſua oppugnari; nec ſpem ullam eſſe reſiſtendi, [4] niſi præſidium

1 *In ærarium quatuordecim millia pondo*] Iterum ſcripti: *decem quatuor pondo.* Vox quidem *millia* in optimis quoque libris omiſſa ſæpe, ubi abeſſe non poteſt per uſum Latini ſermonis. Quod inde ortum crediderim, quia & reliquo numero notis ſcripto virgula ſuperducta ſignificata erat: cujus rationem ſecuti poſtea librarii non habuerunt. *J. F. Gron.*

2 *Oſcenſis argenti viginti millia quadringenta triginta octo*] Credo *Oſcenſes* nummos, ſeu argentum Oſcenſe vocatum ab Oſca Hiſpaniæ urbe, cujus Ptolomæus lib. 2 Geogr. cap. 6. & Plinius lib. 3 cap. 1 & 3 meminere. *Oſcenſes* vero inter Hiſpaniæ populos non ignobiles fuiſſe modo, ſed inter principes connumeratos docet Cæſar lib. 1 de bello Civili. *Interim Oſcenſes & Calagurritani, qui erant cum Oſcenſibus contributi, mittunt ad eum legatos, &c.* In Oſcenſium autem ditione argentifodinas celebres fuiſſe, credendum: nam Hiſpaniam argenti fodinis abundare, docet Livius per initia lib. 27. *Marcell. Donat.*

3 *Provincia Q. Minucio ſucceſſori tradita*] Q. Minucius ſucceſſiſſe dicitu M. Helvio, cum tamen Helvius ulteriorem Hiſpanjam, Minucius citeriorem ſit ſortitus, quia Helvius ex ſua provincia decedens, in aliena rem bene geſſit, id eſt, in citeriore. Quia vero Minucius citeriorem obtinuit, idcirco ſucceſſor ejus appellatur. Quare nihil mutandum eſt, contra atque cenſet Glareanus, *Sigonius.*

4 *Niſi præſidio Romanus miles eſſet*] Sic quidem Gelenius è Moguntino. At noſtri retinent omnes prius vulgatum: *niſi præſidium Romani miſiſſent.* Diſplicuit ſcilicet, quod *miſiſſent* dixit pro *mitterent.* Sed hoc neque noſtro neque purgatiſſimis aliis ſcriptoribus inſolens. Cicero in Topicis: *agens de eo, qui teſtamento ſic hæredem inſtituiſſet, ut ſi filius natus eſſet in decem menſibus, iſque mortuus prius quam in ſuam tutelam veniſſet: ſecundus hæres hæreditatem obtinuiſſet.* id eſt, obtineret. Cæſar lib. 1 de bello Civili: *ſi qua facultas fuiſſet, ad ſe cum omnibus copiis veniret.* Cicero Philipp. 2. *Ut frangeret animi*

ſidium Romani miſiſſent. Quina millia militum ſatis eſſe: nec hoſtes ſi tanta manus veniſſet, manſuros. Ad ea conſul, *Moveri quidem vel periculo eorum vel metu* dicere. *Sed ſibi nequaquam tantum copiarum eſſe, ut quum magna vis hoſtium haud procul abſit,* [1] *cum qua mox ſignis collatis dimicandum ſibi ndies exſpectet; dividendo exercitum, minuere tuto vires poſſet.* Legati ubi hæc audierunt, flentes ad genua conſulis provolvuntur. Orant, *Ne ſe in rebus tam trepidis deſerat. Quæ nim ſe, repulſos ab Romanis, ituros? nullos ſe ſocios; nihil uſquam n terris aliud ſpei habere. Potuiſſe ſe extra id periculum eſſe, ſi lecedere fide, ſi conjurare cum cæteris voluiſſent. nullis minis, nullis*

imo propter vitæ cupiditatem, quæ me aanens conficeret angoribus, dimiſſa mo-:ſtiis omnibus liberaſſet. Male corrigit ambinus, *liberaret.* Curtius lib. 4. *i ſaniora conſilia pati potuiſſet, contentus atrio cederet alieni imperii finibus.* Statius de equo maximo Domitiani: *poraret culmina montis Cœliferique attrita enu duraſſet Atlantis.* Ubi fruſtra Berartius: *duraret.* Sic viciſſim, quod ſt apud Ulpianum: *ſocietas coiretur & onveniret*, pro coita eſſet & conveniſ:t, non tantum illius & Spartiani & ampridii ævo frequens erat, ut ſollicite vir primarius, (qui etiam dubiit, an Latinitas patiatur: *ſocietas coi: eſſet.* immemor eundem Ulpianum 1 l. 7. eodem tit. dixiſſe: *videtur coi: eſſe univerſorum*) ſed & longe purioım in ſermone ſcriptorum. Cæſar b. 5 de bello Gall. *prope omnes naves dflictas atque in litore ejectas eſſe, quod :que anchoræ funeſque ſubſiſterent, neque autæ gubernatoreſque vim tempeſtatis papoſſent.* Salluſtius Jugurthino: *Neue diutius Numidæ ſubſiſtere quiviſnt, ni pedites equiteſque permixti maıam cladem in congreſſu facerent.* Plauis Mercatore: *Si hercle ſciviſſem, ſive deo joculo dixiſſet mihi, Se illam amare, unquam facerem, ut illam amanti abıcerem.* Rudente: *Utinam, te priuſuam oculis vidiſſem meis, Malo cruciaı in Sicilia perbiteres.* Sic Milite a. 1 ſc. 1 eſt *tranſmitteres* & *occideres*, pro tranſmiſiſſes & occidiſſes: perperamque *tranſmitteras* & *occideras* ſupponunt. Sic Mercat. a. 1 ſc. 2. *Neque niſi quinto anno quoque poſſe tum viſere Urbem.* Ubi *adſuetum* alii volunt; alii fingunt neſcio quam craſin in *poſſe* pro *potuiſſe.* Tacitus 15 Annal. 68. *Percontanti Neroni, cur in cædem ſuam conſpiraviſſet, breviter reſpondens: non aliter tot flagitiis ejus ſubveniri poſſe.* Utro modo interpreteris, non tanta apud me in tali quidem re unius libri auctoritas, ut immutatum velim *potuiſſe.* Inſigne eſt illud Juliani. l. 7. §. 3 de curatoribus furioſor. *Eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furioſi legitime mercaretur, uſucapturum.* J. F. Gron.

1 *Cum qua mox ſignis collatis dimicandum ſibi indies exſpectet*] Thuan. *Et quam mox ſignis collatis dimicandum ſit indies exſpectet.* Quod eſt oppido elegans & purum putum Livii. Lib. 3, 37. *Exſpectabant, quam mox conſulibus creandis comitia edicerentur.* 5, 45. *Corpora curant, intenti quam mox ſignum daretur.* Cicero pro Q. Roſcio 15. *Quid expectas, quam mox ego Luſcium & Maxilium dicam, ordine eſſe ſenatores.* Sic apud eundem Ennius, Sic Plautus. Feſtus. *Quam mox ſignificat quam cito; ſed ſi per ſe ponas mox, ſignificabit paulo poſt, vel poſtea:* Jac. Gron.

nullis terriculis ſe motos, ſperantes ſatis opis & auxilii ſibi in Ro-
manis eſſe. Id ſi nullum ſit, ſi ſibi à conſule negetur, Deos homi-
neſque ſe teſtes facere, invitos & coactos ſe, ne eadem quæ Sa-
guntini paſſi ſunt patiantur, defecturos: & cum cæteris potiu
12 *Hiſpanis, quam ſolos perituros eſſe.* Et illo quidem die ſic ſi-
ne reſponſo dimiſſi. Conſulem nocte, quæ inſecuta eſt,
anceps cura agitare: nolle deſerere ſocios: nolle minue-
re exercitum; quod aut moram ſibi ad dimicandum, aut
in dimicando periculum afferre poſſet. Stat ſententia;
non minuere copias, ne quid interim hoſtes inferant igno-
miniæ: ſociis [1] ſpem pro re oſtentandam cenſet. Sæpe
vana pro veris, maxime in bello valuiſſe: & credentem ſe
aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipſa fidu-
cia & ſperando atque audendo ſervatum. Poſtero die
legatis reſpondit, *Quamquam vereatur ne ſuas vires, aliis ea*
commodando minuat; tamen illorum ſe temporis ac periculi ma-
gis quam ſui rationem habere. [2] *Denunciari militum parti ter-*
tiæ ex omnibus cohortibus jubet, ut cibum, quem in naves impo-
nant, mature coquant. Naveſque in diem tertium expediri
juſſit. Duos ex legatis Biliſtagi atque Ilergetibus nuncia-
re ea jubet; filium reguli comiter habendo & muneribus
apud ſe retinet. Legati non ante profecti, quam impoſi-
tos in naves milites viderunt: id pro haud dubio jam nun-
ciantes, non ſuos modo, ſed etiam hoſtes fama Romani
13 auxilii adventantis impleverunt. Conſul ubi ſatis quod in
ſpeciem fuit, oſtentatum eſt, revocari ex navibus milites
jubet. ipſe quum jam id tempus anni appeteret, quo ge-
ri res poſſent, caſtra hiberna mille paſſuum ab Emporii
poſuit

1 *Spem pro re oſtendendam*] Vet. lib. *Oſtentandam.* Sic paulo poſt: *Conſul ubi ſatis, quod in ſpeciem fuit, oſtentatum eſt.* Hujus conſilii Catonis meminit Frontinus libro 4. *Sigonius.*

2 *Denunciari militum parti,* &c.] Diſtinguuntur hæc & interpunctione & alia literarum forma quaſi priora ad legatos dixerit Cato (quamvis etiam ſic ineptum plane & alienum eſſet τὸ *jubet*) poſteriora ſint Livii. Conjungenda neceſſario omnia, expungendumque τὸ *jubet*, ſive ſint ipſius auctoris verba, ſeu potius Catonis ad legatos, atque ita inſuper pro *juſſit* ſcribendum *juſſiſſe.* Jac. Perizonius. Ad eundem tamen modum ter repetitum habes τὸ *juſſi* 31, 11 & bis 32, 26.

Præ

poſuit. inde per occaſiones nunc hac parte, nunc illa, modico præſidio caſtris relicto, prædatum milites in hoſtium agros educebat. Nocte ferme proficiſcebantur, ut & quam longiſſime è caſtris procederent, & inopinantes opprimerent, & excercebat ea res novos milites, & hoſtium magna vis excipiebatur: nec jam egredi extra munimenta caſtellorum audebant. Ubi ſatis admodum & ſuorum & hoſtium animos eſt expertus, convocari tribunos [1] præfectoſque & equites omnes & centuriones juſſit. *Tempus*, inquit, *quod ſæpe optaſtis, venit: quo vobis poteſtas fieret virtutem veſtram oſtendendi. Adhuc prædonum magis quam bellantium militaſtis more: nunc juſta pugna hoſtes cum hoſtibus conſeretis manus. non agros inde populari, ſed* [2] *urbium opes haurire licebit. Patres noſtri,* [3] *quum Hiſpania Carthaginienſium, & imperatores ibi & exercitus eſſent, ipſi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent; tamen addere hoc in fœdere voluerunt, Ut imperii ſui Iberus fluvius eſſet finis. Nunc, quum duo prætores, quum conſul, quum tres exercitus Romani Hiſpaniam obtineant, Carthaginienſium jam prope decem annis nemo in his provinciis ſit; imperium nobis citra Iberum amiſſum eſt. Hoc armis & virtute recuperetis oportet: & nationem rebellantem magis temere, quam conſtanter bellantem,*

1 *Præfectoſque & equites omnes & centuriones*] Præfectos accipio ſociorum, qui tribunis pares. Miror tamen de *omnibus equitibus*: nam duas legiones Cato habuit, ergo equites ſexcentos. Adde centum viginti centuriones, duodecim tribunos, totidem præfectos ſociales, concio iſta, non conſilium. Dubitavi legere: *præfectoſque equitum omnes*. Atque ii ſint decuriones, merito ſane vocati, ubi omnes centuriones. *Lipſius.*

Et equites omnes & centuriones] Sunt honoratiſſimi caſtrorum, ut alibi Livius. Tamen Lipſius in Milit. emendat. Ego potius ejecerim copulam *&*, quæ ante *centuriones* eſt. neque habetur in Ven. ut velit, quotquot fuerint centuriones equis bellantes, qui certe primorum erant ordinum inter ſuos. *Gruterus.*

2 *Urbium opes haurire licebit*] Mog. *exhaurire*. Lib. 38, *Quinque & viginti talenta tyrannidem tuam exhaurirent?* Et, *in domo, quam ſumptus non exhauſerint.* Lib. 43. *Oneribus impenſiſque quibus alia aliis impetrantibus exhauriebantur.* Lib. 5. *Humanæ opes egeſtæ aſportatæque à Veiis eſſent.* Lib. 9. *Prædæ plus pene quam ex omni Samnio egeſtum.* J. F. Gron.

3 *Quum in Hiſpania Carthaginienſium, & imperator ibi*] Aut τὸ *in* aut τὸ *ibi* recidendum. Sed potius illud: nam & editi veteres, non modo ſcripti, ignorant. Primum video Magontiaci additum. *Idem.*

tem, [1] *jugum quo ſe exuit, accipere rurſus cogatis.* In hunc modum maxime adhortatus pronunciat, ſe nocte ad caſtra hoſtium ducturum. ita ad corpora curanda dimiſſi.

14 Media nocte quum auſpicio operam dediſſet, profectus, ut locum quem vellet, priuſquam hoſtes ſentirent, caperet; præter caſtra hoſtium circumducit, & prima luce acie inſtructa ſub ipſum vallum tres cohortes mittit. Mirantes barbari ab tergo apparuiſſe Romanum, diſcurrere ipſi ad arma. interim conſul apud ſuos, *Nuſquam, niſi in virtute ſpes eſt, milites*, inquit, [2] *& ego ſedulo ne eſſet, feci. inter caſtra noſtra & nos medii hoſtes. ab tergo hoſtium ager eſt. quod pulcherrimum, idem tutiſſimum eſt; in virtute ſpem poſitam habere.* Sub hæc cohortes recipi jubet, ut barbaros ſimulatione fugæ eliceret. Id quod crediderat, evenit. pertimuiſſe & cedere rati Romanos, porta erumpunt: & quantum inter caſtra ſua & hoſtium aciem relictum erat loci armatis complent. Dum trepidant acie inſtruenda, conſul jam paratis ordinatiſque omnibus, incompoſitos aggreditur. equites primos ab utroque cornu in pugnam educit. ſed in dextro extemplo pulſi, cedenteſque trepidi, etiam pediti terrorem intulere. Quod ubi vidit conſul, duas cohortes delectas ab dextro latere hoſtium circumduci jubet: & ab tergo ſe oſtendere, prius quam concurrerent peditum acies. is terror objectus hoſti, rem metu Romanorum equitum inclinatam æquavit. tamen adeo turbati erant dexteræ alæ equites pediteſque, ut quoſdam conſul manu ipſe [3] reprehenderit, & adverſos in hoſtem verterit. ita & quamdiu miſſilibus pugnatum eſt, anceps pugna erat: & jam à dextra parte, unde terror & fuga

1 *Jugum, quo exuit*] Vet. lib. *Jugum, quo ſe exuit.* Sigonius.

2 *Et ego ſedulo ne eſſet feci*] Etiam naves Maſſiliam ablegando. Appianus p. 276. *J. F. Gron.*

3 *Reprehenderit, & adverſos in hoſtem verterit*] Si toleremus, tamen erit ſcribendum, *averſos.* id eſt, qui averſi ab hoſte erant & fugam quærebant. Sed admiſſum eſt ex Moguntino. Priores & nobis viſi ſcripti: *ut quoſdam conſul manu ipſe reprehenderit, verteritque in hoſtem.* Idem.

1 *Ægro*

fuga cœperat, [1] ægre Romanus reſtabat. A ſiniſtro cornu, & ab fronte urgebantur barbari: & cohortes ab tergo inſtantes pavidi reſpiciebant. Ut emiſſis ſoliferreis falaricisque gladios ſtrinxerunt, tum velut redintegrata eſt pugna. non cæcis ictibus procul ex improviſo vulnerabantur: ſed pede collato, tota in virtute ac viribus ſpes erat. Feſſos jam ſuos conſul ex ſecunda acie ſubſidiariis cohortibus in pugnam inductis, accendit. nova acies facta. integri recentibus telis fatigatos adorti hoſtes primum acri impetu velut cuneo perculerunt: deinde diſſipatos in fugam averterunt: effuſoque per agros curſu, caſtra repetebantur. Ubi omnia fuga completa vidit Cato; ipſe ad ſecundam legionem quæ in ſubſidio poſita erat, equo revehitur: & ſigna præ ſe ferri, plenoque gradu ad caſtra hoſtium oppugnanda ſuccedere jubet. ſi quis extra ordinem avidius procurrit, & ipſe interequitans ſparo percutit, & tribunos centurioneſque caſtigare jubet. Jam caſtra hoſtium oppugnabantur: ſaxiſque & ſudibus & omni genere telorum ſummovebantur à vallo Romani. ubi recens admota legio eſt; tum & oppugnantibus animus crevit, & infenſius hoſtes pro vallo pugnabant. Conſul omnia oculis perluſtrat, ut qua minima vi reſiſtitur, ea parte irrumpat. ad ſiniſtram portam infrequentes videt: eo ſecundæ legionis principes haſtatoſque inducit. Non ſuſtinuit impetum eorum ſtatio, quæ portæ oppoſita erat. & cæteri, poſteaquam intra vallum hoſtes vident, ipſis caſtris exuti, ſigna armaque abjiciunt. cæduntur in portis ſuometipſi agmine in arcto hærentes: ſecundani terga hoſtium cædunt, cæteri caſtra diripiunt. Valerius Antias [2] ſupra quadraginta millia hoſtium cæſa eo die ſcribit. Cato ipſe [3] haud ſane detrectator laudum ſuarum, mul-

1 *Ægre Romanus reſiſtebat*] Andreas, *reſtabant*. In Tarviſ. jam mutatum eſt. Voſſ. & alii ſcripti: *reſtabat*. Quod alibi quoque Livio reſtituimus. *J. F. Gron.*

2 *Supra quadraginta millia*] Τεσσαρακισμυρίους tantum in exercitu Hiſpanorum fuiſſe ſcribit Appianus. *Idem.*

3 *Haud ſane detrectator laudum ſuarum*] Ut Ovidius: *neque enim benefa-*

 cta

16 multos cæſos ait; [1] numerum non adſcribit. Tria eô die laudabilia feciſſe putatur. unum, quod circumducto exercitu, procul navibus ſuis caſtriſque, [2] ubi ſpem niſi in virtute haberent, inter medios hoſteis prœlium commiſit: alterum, quod cohortes ab tergo hoſtibus objecit: tertium, quod ſecundam legionem, cæteris omnibus effuſis ad ſequendos hoſteis pleno gradu ſub ſignis compoſitam, inſtructamque ſubire ad portam caſtrorum juſſit. Nihil deinde à victoria ceſſatum: quum receptui ſigno dato ſuos ſpoliis onuſtos in caſtra reduxiſſet, paucis horis noctis ad quietem datis, ad prædandum in agros duxit. Effuſius, ut ſparſis hoſtibus fuga, prædati ſunt. quæ res non minus, quam pugna pridie adverſa Emporitanos Hiſpanos, accolaſque eorum in deditionem compulit. multi & aliarum civitatum, qui Emporias perfugerant, dediderunt ſe. quos omnes, appellatos benigne, vinoque & cibo curatos, domos dimiſit. Confeſtim inde caſtra movit: & quacumque incedebat agmen, legati deden-

tium

cta maligne detrectare meum eſt. MSS. vero apud Livium retinent *detractor.* Sic Tullius IV Acad. 5. *Socrates de ſe ipſe detrahens.* Et alibi non ſemel, ut vix auſim hoc rejicere. *Jac. Gron.*

1 *Num. non ſcribit*] Vet. lib. *non adſcribit.* Sigonius.

2 *Ubi ſpem niſi in virtute haberent*] Sic apud Ciceronem in ſcriptis notarunt Victorius, Turnebus, Gruterus, lib. 1 de Legib. cap. 20. *Hic niſi quod honeſtum eſſet, putarit bonum.* Addit Turnebus Columellam lib. 3 cap. 3. *Quo magis etiam propter hos caſus, niſi validiſſima (quæ non comprehendatur hieme) novaque progenie repleatur numerus.* Inclino tamen eo, ut his omnibus locis excidiſſe negandi particulam ſuſpicer: niſi forte Cicero ſcripſerit, *negarit.* Freinshemius Florum quoque ſic locutum tradit lib. 1 cap. 12. *Adactus miles ſua ſponte jurejurando, niſi capta urbe remearet.* Ita enim Nazar. Sed aliæ membranæ, quarum partem ipſi vidimus: *niſi capta urbe non remeare.* Quibus omnino ſubſcribimus. At ſimiliter, inquit ille, Livius in re non abſimili lib. 10, 38. *Jurare cogebatur diro quodam carmine in exſecrationem capitis familiaque compoſito, niſi iſſet in prœlium.* Hic, *jurare cogebatur niſi iſſet in prœlium,* quantum diſtat, ait, à phraſi Floriana? Immo Livii verba ab ea, quam ille Flori formulam putavit, diſtant plurimum. Non enim tantum Livius, *jurare, niſi,* ſed *jurare compoſito carmine in execrationem niſi.* Quod eſt jurare & dira imprecari in caput ſuum familiæque, niſi iſſet. Plinium quid ſcripſiſſe velit pari ratione ὁ πάνυ, video, & poni pro ſanctione, Pliniana loquutio *Niſi* pro *non niſi:* cur vel hoc vel illud credam, nihil video. In Floro certe hanc locutionem idem non agnovit, apud quem fecit: *ne niſi capta urbe remearet.* J. F. Gron.

1 *Ber-*

tium civitates ſuas occurrebant. & quum Tarraconem venit, jam omnis cis Iberum Hiſpania perdomita erat, captivique & Romani, & ſocium ac Latini nominis variis caſibus in Hiſpania oppreſſi, donum conſuli à barbaris reducebantur. Fama deinde vulgatur, conſulem in Turdetaniam exercitum ducturum, & ad devios montanos profecturum, etiam falſo perlatum eſt. Ad hunc vanum, & ſine auctore ullo rumorem, [1] Bergiſtanorum civitatis ſeptem caſtella defecerunt. [2] eos deducto exercitu conſul ſine memorando prœlio in poteſtatem redegit. Haud ita multo poſt iidem, regreſſo Tarraconem conſule, priuſquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum ſubacti: ſed non eadem venia victis fuit. ſub corona veniere omnes, ne ſæpius pacem ſollicitarent. Inte- 17
rim P. Manlius prætor, exercitu vetere à R. Minucio, cui ſucceſſerat, accepto, adjuncto & Ap. Claudii Neronis ex ulteriore Hiſpania vetere item exercitu, [3] in Turdetaniam proficiſcitur. Omnium Hiſpanorum maxime imbelles habentur Turdetani. freti tamen multitudine ſua obviam ierunt agmini Romano. Eques immiſſus turbavit extemplo aciem eorum. pedeſtre prœlium nullius ferme certaminis fuit. milites veteres periti hoſtium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna

1 *Bergiſtanorum civitatis ſeptem caſtella*] Sic Gelenius è Moguntiaco. Edebatur: *civitates ſeptem & aliquot caſtella.* Barber. *civitates & ſeptem caſtella.* Buſlid. *civitas ſeptem & caſtella.* Sed ut eruditior ita verior Mog. ſcriptura: mutationum cauſſa, quod non intelligerent *Bergiſtanorum civitatem* dici, non pro una urbe, ſed pro Bergeſtanis, pro ipſa gente. Ut Cæſari *civitas Helvetiorum* pro Helvetiis, *civitas Æduorum* pro Æduis. Juſtinus lib. 41, de Arſace Parthis jam potito, *Non magno deinde poſt tempore, Hyrcanorum quoque regiam occupavit, atque ita duarum civitatium imperio præditus.* J. F. Gron.

2 *Eos deducto exercitu conſul*] Lego, *educto.* Idem.

3 *In Turdetaniam proficiſcitur*] Loquitur de Catone Cos. in Turdetaniam movente. Qua de re ſic Cato in oratione de conſulatu ſuo auctore Chariſio. *Inde pergo porro ire Turtam.* Item: *Itaque porro in Turtam proficiſcor ſervatum illos.* Dixit enim *Turtam*, pro *Turdetaniam*, ſiquidem *Turdetani*, *Turduli*, & *Turti* etiam appellati ſunt, auctore Stephano qui ita ſcribit: Τουρδητανία χώρα τῆς Ἰβηρίας. οἱ οἰκοῦντες Τουρδητανοὶ καὶ Τουρδοῦλοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ Τουρτυτανίαν αὐτὴν καλεῖ, καὶ Τούρτους τοὺς οἰκήτορας καὶ Τουρτανούς. *Sigonius.*

gna debellatum eſt. [1] decem millia Celtiberum mercede Turduli conducunt, alieniſque armis parabant bellum. Conſul interim rebellione Bergiſtanorum ictus, cæteras quoque civitates ratus per occaſionem idem facturas, arma omnibus cis Iberum Hiſpanis ademit. quam rem adeo ægre paſſi, ut multi mortem ſibimetipſis conciſcerent: ferox genus nullam vitam rati ſine armis eſſe. Quod ubi conſuli renunciatum eſt, ſenatores omnium civitatum ad ſe vocari juſſit, atque iis, *Non noſtra*, inquit, *magis, quam veſtra refert,* [2] *vos non rebellare. ſiquidem id majore Hiſpanorum malo, quam exercitus Romani labore, ſemper adhuc factum eſt. Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri poſſe,* [3] *ſi effectum erit ne poſſitis rebellare. Volo id quam molliſſima via conſequi. vos quoque in ea re conſilio me adjuvate. nullum libentius ſequar, quam quod voſmetipſi attuleritis.* Tacentibus, ſpatium ſe ad deliberandum dierum paucorum dare dixit. quum revocati ſecundo quoque concilio tacuiſſent: uno die muris omnium dirutis, ad eos, qui nondum parebant, profectus, ut in quamque regionem venerat, omnes, qui circa incolebant, populos in deditionem accepit. Segeſticam tantum, gravem atque opulentam civitatem, vineis & pluteis cepit.
18 Eo majorem habebat difficultatem in ſubigendis hoſtibus, quam qui primi venerant in Hiſpaniam; quod ad illos tædio imperii Carthaginienſium Hiſpani deficiebant; huic ex uſurpata libertate in ſervitutem velut aſſe-

1 *Decem millia Celt. m. Turduli conducunt*] Vet. lib. *Turdetani conducunt.* ut paulo poſt: *Difficilius bellum in Turdetania prætori L. Manlio Celtiberi mercede exciti ab hoſtibus faciebant.* Sigonius.

Decem millia Celtiberum mercede Turdetani conducunt] Sic Sigonianus non optimus. Noſtri omnes cum veteribus editis: *mercede Turduli conducunt.* Et quum norit Sigonius, etiam ſic appellatum populum, quæ prurigo variationem hanc Livii invidere? Varro lib. 2 de re Ruſtica: *Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Baſculus neque Turdulus idonei.* Plinius lib. 7 Nat. hiſt. 15. *Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente.* Et infra noſter: *dum conſul exercituſque Turdulo bello eſt occupatus.* Jamque reſtituimus eidem lib. 28, 39. *J. F. Gron.*

2 *Vos non rebellare*] Vet. lib. *non bellare*, optime: quia ait poſt: *ſi effectum erit, ne poſſitis rebellare.* Sigonius.

3 *Si effectum erit, ne poſſitis rebellare*] Poſtremum verbum non Livii, ſed ex margine exiſtimo eſſe. *J. F. Gron.*

1 Quum

aſſerendi erant: & ita mota omnia accepit, ut alii in ar-
mis eſſent, alii obſidione ad defectionem cogerentur: nec,
niſi in tempore ſubventum foret, ultra ſuſtentaturi fue-
rint. Sed in conſule ea vis animi atque ingenii fuit, ut o-
mnia maxima minimaque per ſe adiret atque ageret: nec
cogitaret modo imperaretque quæ in rem eſſent, ſed ple-
raque ipſe per ſe tranſigeret; nec in quemquam omnium
gravius ſeveriuſque, quam in ſemetipſum imperium ex-
erceret; parſimonia & vigiliis & labore cum ultimis mi-
litum certaret; nec quicquam in exercitu ſuo præcipui,
præter honorem atque imperium haberet. Difficilius bel- 19
lum in Turdetania prætori P. Manlio Celtiberi, merce-
de exciti ab hoſtibus, ſicut ante dictum eſt, faciebant.
itaque eo conſul, arceſſitus litteris prætoris legiones du-
xit. Ubi eo venit (caſtra ſeparatim Celtiberi & Turde-
tani habebant) cum Turdetanis extemplo levia prœlia,
incurſantes in ſtationes eorum Romani facere: ſemper-
que victores ex quamvis temere cœpto certamine abire.
Ad Celtiberos in colloquium tribunos militum ire con-
ſul, atque iis trium conditionum electionem ferre, ju-
bet. Primam, ſi tranſire ad Romanos velint, & duplex
ſtipendium accipere, quam quantum à Turdetanis pepi-
giſſent: alteram, ſi domos abire, publica fide accepta,
nihil eam rem noxæ futuram, quod hoſtibus ſe Roma-
norum junxiſſent: tertiam, ſi utique bellum placeat,
diem locumque conſtituant, ubi ſecum armis decernant.
A Celtiberis dies ad conſultandum petita. concilium im-
miſtis Turdetanis habitum magno cum tumultu: eo mi-
nus decerni quicquam potuit. [1] Quum incertum bellum
an

1 *Quum incertum, bellum an pax Celtiberis eſſet*] Scripti: *Quum incerta bellum an pax cum Celtiberis eſſent.* Nollem mutatum. Lib. 22. *Quæ urbs Vulturno flumine dirempta Falernum ac Campanum agros dividit.* Lib. 26. *Minuere etiam ſpes ejus & alia parva magnaque res.* Lib. 33. *Si tempore locoque ad certamen deſtinatis, præparatis animis, concurriſſent.* Lib. 36. *Foſſa valloque circumdatis naves ſubductæ.* Lib. 34. *Quum aurum & purpuram ultro data & oblata non accipiebant.* Lib. 36. *Aut pacem aut bellum utrobique habenda.* J. F. Gron.

1 *Com-*

an pax cum Celtiberis eſſet; [1] commeatus tamen haud ſecus quam in pace, ex agris caſtelliſque hoſtium Romani portabant: dein ſæpe munimenta eorum, velut communi pacto commercio privatis induciis ingredientes. Conſul ubi hoſtes ad pugnam elicere nequit: primum prædatum ſub ſignis aliquot expeditas cohortes in agrum integræ regionis ducit: deinde, audito, Seguntiæ Celtiberum omnes ſarcinas impedimentaque relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Poſteaquam nulla moventur re, perſoluto ſtipendio, non ſuis modo, ſed etiam prætoris militibus, relictoque omni exercitu [2] in caſtris prætoriis, ipſe cum ſeptem cohortibus ad Iberum eſt regreſſus. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. defecere ad eum Sedetani, Auſetani, Sueſſetani. [3] Lacetanos, deviam & ſilveſtrem gentem, quum inſita feritas continebat in armis: tum conſcientia, dum conſul exercituſque Turdulo bello eſt occupatus, depopulatorum ſubitis incurſionibus ſociorum. Igitur ad oppidum eorum oppugnandum

1 *Commeatus tamen --- dein ſæpe munimenta --- ingredientes*] Glareanus ſuſpenſæ huic orationi deeſſe aliquid arbitratur, immerito. non enim vitium eſt in participio, *Ingredientes*, ut ſuſpicatur, ſed in voce *Dein*, quæ vitioſa eſt, pro *perinde*; hoc ſenſu, Romani portabant commeatus ex agris hoſtium haud ſecus, quam in pace, perinde ſæpe munimenta eorum ingredientes, id eſt, æque ſæpe. Vitium ex compendioſa ſcriptura natum eſt *perinde*, quod, *dein* factum eſt. *Sigonius.*

Dein ſæpe munimenta eorum] Neque defectum hoc neque vitioſum, ut ſuſpicantur Glareanus & Sigonius. Ille ſuſpenſæ orationi aliquid deeſſe cenſet, hic corrigit: *perinde ſæpe.* Sed ſententia veteris lectionis eſt primum quidem ex hoſtico Romanos ſine metu & injuria cujuſquam pabulatos & frumentatos: deinde, quod majoris diſcriminis eſt, aucta ſecuritate etiam intra præſidia Celtiberum veniſſe. Hæc ellipſis τοῦ *primum* fraudi doctis viris fuit. Lib. 35. *Numidæ adequitare, dein refugere.* Salluſtius Jugurt. *Quibus illi freti, non, uti equeſtri prœlio ſolet, ſequi, dein cedere, ſed adverſis equis concurrere.* Et idem: *Numidæ ab Jugurtha pro tempore parati inſtructique ſunt: dein prœlium incipitur.* Seneca de Ira 3, 2. *Sine more, ſine auſpiciis, populus ductu iræ ſuæ egreſſus fortuita, raptaque pro armis geſſit; dein magna clade temeritatem audacis iræ luit.* Idem de Tranquillitate animi cap. 12. *Inconſultus illis vanuſque curſus eſt: quales formicis per arbuſta repentibus, quæ in ſummum cacumen, deinde in imum inanes aguntur.* J. F. Gron.

2 *In caſtr. prætorianis*] Vet. lib. *prætoriis.* Sigonius.

3 *Lacetanos d. & ſ. gentem*] Plut. in Catone: κατεστρέψατο μὲν τὸ Λακεθανῶν ἔθνος. *Idem.*

dum conſul ducit, non Romanas modo cohortes, ſed juventutem etiam merito infenſorum iis ſociorum. Oppidum longum, in latitudinem haudquaquam tantundem patens habebant. quadringentos inde ferme paſſus conſtituit ſigna. ibi delectarum cohortium ſtationem relinquens, præcepit eis, ne ſe ex eo loco ante moverent, quam ipſe ad eos veniſſet. cæteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. Maximum ex omnibus auxiliis numerum Sueſſetanæ juventutis habebat. eos ad murum oppugnandum ſubire jubet. Quorum ubi arma ſignaque Lacetani cognovere; memores, quam ſæpe in agro eorum impune perſultaſſent, quoties ipſos ſignis collatis fudiſſent, fugaſſentque: patefacta repente porta, univerſi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſetani tulere: quod poſteaquam, ſicut futurum ratus erat, conſul fieri etiam vidit; equo citato ſubter murum hoſtium ad cohortes advehitur: atque eas arreptas, effuſis omnibus ad ſequendos Sueſſetanos, qua ſilentium ac ſolitudo erat, in urbem inducit: priuſque omnia cepit, quam ſe reciperent Lacetani. mox ipſos nihil præter arma habentes in deditionem accepit. Confeſtim inde vi- 22
ctor ad Vergium caſtrum ducit. receptaculum id maxime prædonum erat: & inde incurſiones in agros pacatos provinciæ ejus fiebant. Transfugit inde ad conſulem [1] princeps Vergeſtanus: & purgare ſe ac populares cœpit; non eſſe in manu ipſis rempublicam. prædones receptos totum ſuæ poteſtatis id caſtrum feciſſe. Conſul eum domum redire, conficta aliqua probabili cur abfuiſſet cauſſa, juſſit. Quum ſe muros ſubiſſe cerneret, intentoſque prædones ad tuenda mœnia eſſe; tum uti cum ſuæ factionis hominibus meminiſſet arcem occupare. Id uti præceperat, factum. Repente anceps terror, hinc muros aſcendenti-
bus

1 *Princeps Vergiſtanus*] *Vergitanus:* lego. Nam ut ab Emporiis Emporitanus, ab Oreo Oritanus: ſic à Vergio, Vergitanus, non Vergiſtanus oritur. *Sigonius.*

1 *Utri-*

bus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvaſit. Hujus potitus loci conſul, eos qui arcem tenuerant, liberos eſſe cum cognatis ſuaque habere juſſit: Vergeſtanos cæteros quæſtori ut venderet, imperavit: de prædonibus ſupplicium ſumpſit. Pacata provincia, vectigalia magna inſtituit ex ferrariis argentariiſque, quibus tum inſtitutis locupletior indies provincia fuit. Ob has res geſtas in Hiſpania, ſupplicationem in triduum Patres decreverunt.

22 Eadem æſtate alter conſul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum manu propter Litanam ſilvam ſignis collatis ſecundo prœlio conflixit. Octo millia Gallorum cæſa traduntur: cæteri omiſſo bello in vicos ſuos atque agros dilapſi. Conſul reliquum æſtatis circa Padum Placentiæ & Cremonæ exercitum habuit, reſtituitque quæ in iis oppidis bello diruta fuerant. Quum hic ſtatus rerum in Italia Hiſpaniaque eſſet, T. Quintio in Græcia ita hibernis actis, ut exceptis Ætolis, quibus nec pro ſpe victoriæ præmia contigerant, nec diu quies placere poterat, univerſa Græcia ſimul pacis libertatiſque perfruens bonis, egregie ſtatu ſuo gauderet; nec magis in bello virtutem Romani ducis, quam in victoria temperantiam juſtitiamque & moderationem miraretur, ſenatuſconſultum, quo bellum adverſus Nabin Lacedæmonium decretum erat, affertur. Quo lecto Quintius, conventu Corinthum omnium ſociarum civitatum legationibus in diem certam edicto, ubi frequentes undique principes convenerunt, ita ut ne Ætoli quidem abeſſent; tali oratione eſt uſus: *Bellum adverſus Philippum non magis communi animo conſilioque Romani & Græci geſſerunt, quam* [1] *utrique ſuas cauſſas belli habuerunt. Nam & Romanorum amicitiam, nunc Carthaginienſes hoſtes eorum juvando, nunc hic ſociis noſtris oppugnandis, violaverat; & in vos talis fuit, ut nobis, etiamſi noſtrarum obliviſceremur injuriarum, veſtræ injuriæ ſatis digna cauſſa belli fuerint.*

1 *Utrique ſuas cauſas belli habuerunt*] Malim, *bellandi*. J. F. Gron.

1 *Ultro*

rint. Hodierna conſultatio tota ex vobis pendet. Refero enim ad vos, utrum Argos, ſicut ſcitis ipſi, ab Nabide occupatos pati velitis ſub ditione ejus eſſe: an æquum cenſeatis nobiliſſimam vetuſtiſſimamque civitatem, in media Græcia ſitam, repeti in libertatem; & eodem ſtatu, quo cæteras urbes Peloponneſi & Græciæ eſſe. Hæc conſultatio, ut videtis, tota de re pertinente ad vos eſt; Romanos nihil contingit, niſi quatenus liberatæ Græciæ unius civitatis ſervitus, non plenam nec integram gloriam eſſe ſinit. Cæterum ſi vos nec cura ejus civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne ſerpat latius contagio ejus mali; nos æqui bonique facimus. De hac re vos conſulo, ſtaturus eo, quod plures cenſueritis. Poſt orationem Romani imperatoris, percenſeri 23 aliorum ſententiæ cœptæ ſunt. Quum legatus Athenienſium quantum poterat gratiis agendis, Romanorum in Græciam merita extuliſſet, imploratos auxilium, adverſus Philippum tuliſſe opem: non rogatos, [1] ultro adverſus tyrannum Nabin offerre auxilium, indignatuſque eſſet, hæc tanta merita ſermonibus tamen aliquorum carpi; futura calumniantium, quum fateri potius præteritorum gratiam deberent; apparebat inceſſi Ætolos. Igitur Alexander princeps gentis invectus primum in Athenienſes, [2] qui libertatis quondam duces & auctores, aſſentationis propriæ gratia communem cauſſam proderent. queſtus deinde, *Achæos Philippi quondam milites, poſtremum ab inclinata ejus fortuna transfugas, & Corinthum recepiſſe, & id agere, ut Argos habeant: Ætolos, primos hoſtes Philippi, ſemper ſocios Romanorum, pactos in fœdere ſuas urbes agroſque fore devicto Philippo, fraudari Echino & Pharſalo*; inſimulavit fraudis Romanos, *Quod vano titulo libertatis oſtentato, Chal-*

cidem

1 *Ultro adverſus tyrannum Nabin offerre auxilium*] Vox ultima ſapit additamentum. Videtur enim ſcripſiſſe Livius: *imploratos auxilium adverſus Philippum tuliſſe; opem non rogatos ultro adverſus tyrannum Nabin offerre: indignatuſque eſſet.* J. F. Gron.

2 *Qui libertatis quondam, &c. cauſſam proderent*] Barber. Petav. Naud. Voſſ. *in Athenienſes, libertatis quondam duces & auctores, aſſentationis propria gratia, communem cauſſam prodentes, queſtus deinde.* Idem.

1 *Obji-*

cidem & Demetriadem præſidiis tenerent: qui Philippo cunctanti deducere inde præſidia, [1] *objicere ſemper ſoliti ſunt; nunquam, donec Demetrias, Chalciſque, & Corinthus, tenerentur, liberam Græciam fore.* [2] *Poſtremo, qui remanendi in Græcia retinendique exercitus, Argos & Nabin cauſſam facerent, deportarent legiones in Italiam. Ætolos polliceri, aut conditionibus & voluntate ſua Nabin præſidium Argis deducturum, aut vi atque*
24 *armis coacturos in poteſtate conſentientis Græciæ eſſe.* Hæc vaniloquentia primum Ariſtænum prætorem Achæorum excitavit. [3] *Ne iſtuc*, inquit, *Jupiter Optimus Maximus ſirit, Junoque regina, cujus in tutela Argi ſunt, ut illa civitas inter tyrannum Lacedæmonium & latrones Ætolos* [4] *præmium ſit poſita in eo diſcrimine, ut miſerius à nobis recipiatur, quam ab illo capta eſt. Mare interjectum ab iſtis prædonibus non tuetur nos, T. Quinti. Quid, ſi in media Peloponneſo arcem ſibi fecerint, futurum nobis eſt? Linguam tantum Græcorum habent, ſicut ſpeciem hominum.* [5] *Moribus ritibuſque efferatioribus, quam*

ulli

1 *Objicere ſemper ſoliti ſunt*] Lege *ſint*, ut voluit pater meus. Mox in hac orat. *qui emanendi in Græcia Nabin cauſam facerent.* Jac. Perizonius.

2 *Poſtremo manendi in Græcia.*] Iidem: *Poſtremo, qui remanendi in Græcia retinendique exercitus Argos & Nabin cauſſam facerent, deportarent legiones in Italiam. Ætolos polliceri, aut conditione.* Nec ſecus editiones priſcæ. Gryphium & Curionem reſecuiſſe τὸ *qui* & feciſſe *manendi*; mutata etiam diſtinctione, & *conditionibus* primus video. At *conditio* non modo unum caput tranſactionis, ſed eam totam multis capitibus conſtantem interdum ſignificat. Sic Cicero 6 Fam. 2. *Armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis.* Lib. 1 de Offic. *Sunt autem privata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, &c. aut lege, pactione, conditione, ſorte.* In Topicis: *à natura ne jus profectum ſit, an ab aliqua quaſi conditione hominum & pactione.* Curtius lib. 4. *Optimum regnum occupari poſſe conditione, non bello.* Quæ in mentem ſi veniſſent Grutero, non mutaſſet lib. 3 in Verrem. cap. ult. *Hinc una decumæ lege & conditione trahantur.* hoc eſt, certis & legitimis pactis. Sic fatetur fuiſſe & in Pall. probavit tamen aliorum *conſuetudine*. quod plebeiæ pulpæ eſt. Supra in eadem orat. *Revera, hoc eſt, lege, edicto, conditione, plus etiam quam dimidia.* J. F. Gron.

3 *Ne iſtuc, inquit, Jupiter optimus Maximus ſiverit*] MSS. *Syria.* Legendum eſſe, *ſirit*, jam probavimus. *Idem.*

4 *Præmium ſit poſita*] Thucyd. 3 p. 111. οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες, μετ' ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες, ἆθλα ἐποιοῦντο. *Idem.*

5 *Immo quam rapaciſſimæ belluæ, vituntur*] Et hoc Gelenii eſt, non pro cæteris meritis. Omnes ſcripti adfirmant veterum editionum lectionem: *Moribus ritibuſque efferatioribus, quam*

ulli

ulli barbari, immanes belluæ vivunt. Itaque vos rogamus, Romani, ut & ab Nabide Argos recuperetis; & ita res Græciæ conſtituatis, ut ab latrocinio quoque Ætolorum ſatis pacata hæc relinquatis. Romanus, cunctis undique increpantibus Ætolos, *reſponſurum ſe fuiſſe iis* dixit, *niſi ita infenſos omneis in eos videret, ut ſedandi potius, quam irritandi eſſent. Contentum itaque opinione ea, quæ de Romanis Ætoliſque eſſet, referre ſe* dixit, *quid de Nabidis bello placeret, niſi redderet Achæis Argos?* Quum omnes bellum decreſſent; auxilia ut pro viribus ſuis quæque civitates mitterent, eſt hortatus. Ad Ætolos legatum etiam miſit: magis ut nudaret animos, id quod evenit, quam ſpe impetrari poſſe. Tribunis mi- 25 litum, ut exercitum ab Elatia arceſſerent, imperavit. Per eoſdem dies & Antiochi legatis de ſocietate agentibus reſpondit, *Nihil ſe abſentibus decem legatis ſententiæ habere. Romam eundum ad ſenatum iis eſſe.* Ipſe copias eductas ab Elatia ducere Argos pergit. atque ei circa Cleonas Ariſtænus prætor cum decem millibus Achæorum, equitibus mille occurrit: & haud procul inde junctis exercitibus poſuerunt caſtra. Poſtero die in campum Argivorum deſcenderunt: & quatuor fere millia ab Argis locum caſtris capiunt. Præfectus præſidio Laconum erat Pythagoras; gener idem tyranni, & uxoris ejus frater: qui ſub adventum Romanorum & utraſque arces (nam duas habent Argi) & loca alia quæ aut opportuna, aut ſuſpecta erant, validis præſidiis firmavit. ſed inter agenda hæc, pavorem injectum adventu Romanorum diſſimulare haudquaquam poterat: & ad externum terrorem, inteſtina etiam ſeditio acceſſit. Damocles erat Argivus, adoleſcens

ulli barbari, immanes belluæ, vivunt. Illud vehementius arbitratur eſſe. Vero, cavis & inanibus & impolitis auribus; at non doctis, & grandem orationem ex ſententiæ potius pondere quam ex tumore & ſono verborum æſtimantibus. Hic appellantur & dicuntur eſſe *belluæ*, quibuſcum illic modo comparantur: *vivere* autem *moribus* quanto eſt efficacius quam *uti*? Plautus Amphitr. *Virtute dixit vos victores vivere.* Cicero 3 ad Att. 15. *Aut occubuiſſemus honeſte, aut victores hodie viveremus.* J. F. Gron.

leſcens majoris animi quam conſilii: qui primo, jurejurando interpoſito, de præſidio expellendo cum idoneis collocutus, dum vires adjicere conjurationi ſtudet, incautior fidei æſtimator fuit. Colloquentem eum cum ſuis ſatelles à præfecto miſſus quum arceſſeret, ſenſit proditum conſilium eſſe: hortatuſque conjuratos qui aderant, ut potius quam extorti morerentur, arma ſecum caperent: atque ita cum paucis in forum ire pergit. clamitans, ut qui ſalvam rempublicam vellent, auctorem & ducem ſe libertatis ſequerentur. Haud ſane movit quemquam, quia nihil uſquam ſpei propinquæ, nedum ſatis firmi præſidii cernebant. Hæc vociferantem eum Lacedæmonii, circumventum cum ſuis interfecerunt. comprehenſi deinde quidam & alii: ex iis occiſi plures, pauci in cuſtodiam conjecti. multi proxima nocte funi-
26 bus per murum demiſſi ad Romanos transfugerunt. Quintius affirmantibus iis, ſi ad portas Romanus exercitus fuiſſet, non ſine effectu futurum eum motum fuiſſe; & ſi propius caſtra admoverentur, non quieturos Argivos; miſit expeditos pedites equiteſque, qui [1] circa Cylarabin (gymnaſium id eſt minus trecentos paſſus ab urbe) cum erumpentibus à porta Lacedæmoniis prœlium commiſerunt, atque eos haud magno certamine compulerunt in urbem. & caſtra eo ipſo loco, ubi pugnatum erat, imperator Romanus poſuit. Diem inde unum in ſpeculis fuit, ſi quid novi motus oriretur. poſteaquam oppreſſam metu civitatem vidit, advocat concilium de oppugnandis Argis. Omnium principum Græciæ, præter Ariſtænum, eadem ſententia erat; quum cauſſa belli non alia

1 *Circa Cylarabin (gymnaſium id eſt, &c.*] Legendum: *circa Cylarabis gymnaſium (id eſt,* &c. Neque enim Cylarabis appellatus eſt ille locus, ſed Cylarabis gymnaſium. Pauſanias Κυλαράβου γυμνάσιον in Corinthiacis. Caſaubonus ad Strabonem. Habes tamen apud Plutarchum in Pyrrho, Πύῤῥου εἰσιὼν μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ βοῆς παρὰ τὸ Κυλάραβιν. Et Livius quoque ſe defendit libro 41 cap. 20. *Cyzici in prytaneo (id eſt penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus eſt, veſcuntur) vaſa,* &c. *Jac. Gron.*

1 *Inde*

lia eſſet, [1] inde potiſſimum ordiendum bellum. Quinio id nequaquam placebat, ſed Ariſtænum contra onnium conſenſum differentem, cum haud dubia approbatione audivit. & ipſe adjecit, *quum pro Argivis adverſus yrannum bellum ſuſceptum ſit, quid minus conveniens eſſe, quam miſſo hoſte Argos oppugnari? Se vero caput belli Lacedæmonem & tyrannum petiturum.* Et dimiſſo concilio, frumentatum xpeditas cohortes miſit. Quod maturi erat circa, deneſſum & convectum eſt. viride, ne hoſtes mox haberent, protritum & corruptum. Caſtra deinde movit, & Parthenio monte ſuperato, præter Tegeam tertio die ad Caryas poſuit caſtra. ibi priuſquam hoſtium intraret agrum, ſociorum auxilia exſpectavit. Venerunt Macedones à Philippo mille quingenti, & Theſſalorum equites quadringenti. nec jam auxilia, quorum affatim erat, ſed commeatus finitimis urbibus imperati morabantur Romanum. Navales quoque magnæ copiæ conveniebant. Jam ab Leucade L. Quintius cum quadraginta navibus vene-

1 *Inde potiſſimum ordiendum bellum*] ic Gelenius. At quicquid eſt nobis viſorum: *ordiendi belli.* vel *ordiandi.* Mogunt. *ordiundi bellum.* Quid i plurium ſcripturam tueamur? Neque offendat quemquam illa compoitio: *principum ſententia ordiendi belli*: quia forte publici ſaporis non eſt. Nam ita Valerius Maximus lib. 4, 4. *Ut mos eſt hominum parvula initia pertiaci ſtudio perſequendi.* Etiam Cicero in Piſonem. *Jamne vides, bellua, jamne entis, quæ ſit hominum querela frontis tuæ?* Querela & hominum, qui conqueuntur, & frontis, de qua querunur, ut ſententia & principum, qui cenſent, & belli ordiendi, quod cenſent. Philippica 12. *Naſidieno, cujus ego excubias & cuſtodias capitis mei cognovi n conſulatu meo.* Lib 2 de nat. Deorum: *Canum vero tam fida cuſtodia tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos.* Lib. 4 Tuſcul. quæſt. *Similiter definitur & mulierum odium, ut Hippolyti, &, ut Timonis, generis humani.* Lib. 2 ad Attic. ep. 5. *Cupio ab hominum ſatietate noſtri diſcedere.* Sic & in Sextiana: *ſuperioris anni reipublicæ naufragium*, quod ſuperior annus reipublicæ attulit. Si ſatis hoc intellexiſſent viri docti, deeſſe ſibi cauſſam noſſent, cur mallent: *ſuperioris anni in republica naufragium.* Dies ſeu tempus ſecum vehit fortunam & publicam & privatam: unde inſcriptio: *Fortunæ hujus diei*: cui ædem vovit Q. Catulus belli Cimbrici magno die, laudante Cicerone lib. 2 de Legibus. Naufragium autem ejus, qui facit, non minus quam incendium ſuum apud Salluſtium vocat Catilina, quo fortunæ ejus conflagrarunt. Lib. 10 Famil. 3. *Maxima orbitate reipublicæ talium virorum.* Cæſar lib. 1 de bello Civili: *Potentium oſtentatio ſui, & omnium temporum injurias inimicorum.* J. F. Gron.

venerat: jam Rhodiæ decem & octo tectæ naves: jam Eumenes rex circa Cycladas inſulas erat cum decem tectis navibus, triginta lembis, miſtiſque aliis minoris formæ navigiis. ipſorum quoque Lacedæmoniorum exules permulti tyrannorum injuria pulſi, ſpe recuperandæ patriæ in caſtra Romana convenerant. Multi autem erant jam per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem, alii ab aliis pulſi. Princeps erat exulum Ageſipolis, cujus jure gentis regnum Lacedæmone erat: pulſus infans ab Lycurgo tyranno poſt mortem Cleomenis, qui pri-
27 mus tyrannus Lacedæmone fuit. Quum terra marique tantum belli circumſtaret tyrannum, & prope nulla ſpes eſſet [1] vires ſuas hoſtiumque æſtimanti, non tamen omiſit bellum: ſed & à Creta mille delectos juventutis eorum excivit, quum mille jam haberet: & tria millia mercenariorum militum, decem millia popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit: & foſſa valloque urbem communivit. & ne quid inteſtini motus oriretur, metu & acerbitate pœnarum tenebat animos. Quoniam ut ſalvum vellent tyrannum, ſperare non poterat, quum ſuſpectos quoſdam civium haberet; eductis in campum omnibus copiis ([2] Dromon ipſi vocant) poſitis armis ad concionem vocari juſſit Lacedæmonios, atque eorum concioni ſatellites armatos circumdedit. & pauca præfatus *Cur ſibi omnia timenti caventique ignoſcendum in tali tempore foret: & ipſorum referre, ſi quos ſuſpectos ſtatus præſens rerum faceret, prohiberi potius ne quid moliri poſſint, quam puniri molientes*

1 *Vires ſuas hoſtiumque æſtimanti*] Mog. *vere ſuas hoſtiumque æſtimanti vires.* Lib. 30. *Senatui ac populo Carthaginienſi, ſi quis vere æſtimet; fœdus ad eam diem inviolatum eſſe cum Romanis.* Fragmentum apud M. Senecam: *præter mortem quæ vere æſtimanti minus indigna videri potuit.* J. F. Gron.

2 *Dromon ipſi vocant*] Δρόμος erat extra urbem Spartanam campus, in quo ſe juventus exercebat. Pauſanias in Laconicis: Καλοῦσι δὲ Λακεδαιμόνιοι Δρόμον, ἔνθα τοῖς νέοις καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι δρόμου μελέτη καθέστηκεν. Et occurrit plurima illic ejus mentio. Verba illa Livii, luxata aliquantum, ita ordinare malim. *Eductis in campum (Dromon ipſi vocant) omnibus copiis* Meurſ. Att. Lect. lib. 1 cap. 24.

1 D

*lientes. Itaque quoſdam ſe in cuſtodia habiturum, donec ea quæ
inſtet tempeſtas prætereat. Hoſtibus repulſis (à quibus, ſi modo
proditio inteſtina ſatis caveatur, minus periculi eſſe) extemplo eos
emiſſurum.* Sub hæc citari nomina octoginta ferme princi-
pum juventutis juſſit. atque eos, ut quiſque ad nomen
reſponderat, in cuſtodiam tradidit: nocte inſequenti o-
mnes interfecti. Ilotarum deinde quidam (hi ſunt jam
nde antiquitus caſtellani, agreſte genus) transfugere vo-
uiſſe inſimulati, per omnes vicos ſub verberibus acti ne-
cantur. hoc terrore obſtupuerant multitudinis animi ab o-
mni conatu novorum conſiliorum. Intra munitiones co-
pias continebat, nec parem ſe ratus, ſi dimicare acie vel-
let: & urbem relinquere tam ſuſpenſis & incertis omnium
animis metuens. Quintius ſatis jam omnibus paratis pro- 28
fectus ab ſtativis, [1] die altero ad Sellaſiam ſuper Oenunta
fluvium pervenit: quo in loco Antigonus, Macedonum
rex, cum Cleomene Lacedæmoniorum tyranno, ſignis
collatis dimicaſſe dicebatur. [2] inde, quum audiſſet eſcen-
ſum difficilis & arctæ viæ eſſe; brevi per monteis circuitu
præmiſſis qui munirent viam, lato ſatis & patenti limite
ad Eurotam amnem ſub ipſis prope fluentem mœnibus,
pervenit. ubi caſtra metantes Romanos, Quintiumque
ipſum cum equitibus atque expeditis prægreſſum auxilia-
res

1 *Die altero ad Sellas ſuper Eurotam, &c.*] Scripti codices habent: *Die altero ad Sellaſiam ſuper Oenunta.* Sic hunc fluvium & Polybius nominat. *Gelenius.* Hæc hiſtoria eſt apud Polybium libro 1. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν Σελλασίαν καλουμένην μετὰ τῆς δυνάμεως ἐστρατοπέδευε. Et paulo poſt: τὴν δ' ὁδὸν μεταξὺ τούτων παρὰ τὸν Οἰνοῦντα ποταμὸν φέρουσαν εἰς Σπάρτην. Glareanus autem negat Polybium Oenuntis fluminis meminiſſe. Legit enim interpretem qui profluens flumen imperite vertit. Eodem errore alii quidam ex noſtris ducti Q. Metellum Scipionem Pium, ex ſententia Dionis Aſiatici filium eſſe ſcripſerunt, cum Dio Naſicæ ſcribat, Aſiatici vero interpres, idque imperite. *Sigonius.*

2 *Inde, quum audiſſet, aſcenſum difficilis & arctæ viæ eſſe*] Scripti quidam, ut & Mogunt. *deſcenſum.* Perſpicue volunt: *quum audiſſet eſcenſum.* Quod Cæſari ſuperius reddidimus. Lib. 35, 13. *Legati Romani Elæam venere: inde Pergamum (ubi regia Eumenis fuit) aſcenderunt.* Sic Gelenius: nam ad mediterranea aſcenditur, non deſcenditur, inquit. Recte quod ad ſenſum. Habuerunt autem prius editi cum pluribus ſcriptis: *deſcenderunt.* Lege igitur: *eſcenderunt.* J. F. Gron.

res tyranni adorti : in terrorem ac tumultum conjecerunt ; nihil tale exſpectantes : quia nemo his obvius toto itinere fuerat, ac veluti pacato agro tranſierant. Aliquamdiu peditibus equites, equitibus pedites vocantibus, quum in ſe cuique minimum fiduciæ eſſet, trepidatum eſt. tandem ſigna legionum ſupervenerunt: & quum primi agminis cohortes inductæ in prœlium eſſent; qui modo terrori fuerant, trepidantes in urbem compulſi ſunt. Romani quum tantum à muro receſſiſſent ut extra ictum teli eſſent, acie directa pauliſper ſteterunt. Poſteaquam nemo hoſtium contra exibat; redierunt in caſtra. Poſtero die Quintius [1] prope flumen præter urbem ſub ipſas Menelaii montis radices ducere copias inſtructas pergit. primæ legionariæ cohortes ibant: levis armatura & equites agmen cogebant. Nabis intra murum inſtructos paratoſque ſub ſignis habebat mercenarios milites, in quibus omnis fiducia erat; ut ab tergo hoſtem aggrederetur. poſteaquam extremum agmen præteriit, tum ab oppido, [2] eodem quo pridie eruperant tumultu, pluribus ſimul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat: qui ad id quod futurum erat, ne inopinatum accideret, præparatis ſuorum animis; ſigna extemplo convertit, totumque in hoſtem agmen circumegit. Itaque velut rectæ acies concurriſſent, juſtum aliquamdiu prœlium fuit. tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. quæ minus infida ac trepida fuiſſet; ni Achæi locorum prudentes inſtitiſſent. hi

& cæ-

1 *Prope flumen præter urbem ſub ipſas Mænali montis radices*] Urbem Lacedæmonem, flumen Eurotam intelligit. Itaque quia Mænalus non in Laconica eſt, ſed in Arcadia, Glareanus peritiſſimus emendator, *Taygetum* ſubſtituendum putat. Ego, autem nec *Mænalum*, nec *Taygetum* probo, ſed *Menelaïum* legendum eſſe affirmo. Hujus lectionis auctor eſt Polybius, qui libro quinto Eurotam flumen ad collis Menelai radicem fluere ſcribit, his verbis : Τοῦ δὲ ποταμοῦ παραῤῥέοντος ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μερῶν, ὃ καλεῖται μὲν Εὐρώτας, συμβαίνει τοὺς βουνοὺς, ἐφ' ὧν τὸ Μενελάϊόν ἐστιν, πέραν μὲν εἶναι τοῦ ποταμοῦ, &c. Meminit autem ſæpius ejus nominis, ita ut Stephanus etiam ita ſcriptum reliquerit: ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης Μενελάϊον. *Sigonius.*

2 *Eodem quo pridie eruperant tumultu*] Videtur inſiticium τὸ *eruperant.* J. F. Gron.

1 *Null*

& cædem ingentem ediderunt, & diſperſos paſſim fuga
pleroſque armis exuerunt. Quintius prope Amyclas po-
ſuit caſtra. inde, quum perpopulatus omnia circumjecta
urbi frequentis & amœni agri loca eſſet, [1] nullo jam ho-
ſtium porta excedente, movit caſtra ad flumen Euro-
tam. inde vallem Taygeto ſubjectam, agroſque ad ma-
re pertinentes evaſtat. Eodem fere tempore L. Quintius 29
maritimæ oræ oppida, partim voluntate, partim metu
aut vi recepit. certior deinde factus, Gythium oppi-
dum, omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis rece-
ptaculum eſſe; nec procul à mari caſtra Romana abeſſe;
omnibus id copiis aggredi conſtituit. Erat eo tempore
valida urbs, & multitudine civium incolarumque, & o-
mni bellico apparatu inſtructa. In tempore Quintio rem
haud facilem aggredienti, rex Eumenes & claſſis Rho-
diorum ſupervenerunt. ingens multitudo navalium ſo-
ciorum è tribus contracta claſſibus intra paucos dies o-
mnia, quæ ad oppugnationem urbis terra marique muni-
tæ facienda opera erant, effecit. Jam teſtudinibus admo-
tis murus ſubruebatur: jam arietibus quatiebatur. Ita-
que una crebris ictibus everſa eſt turris; quodque circa
muri erat, caſu ejus proſtratum: & [2] Romani ſimul à
porta, unde aditus planior erat, ut diſtenderent ab aper-
tiore loco hoſtes; ſimul per patefactum ruina iter irrum-
pere conabantur. nec multum abfuit, quin, qua inten-
derant, penetrarent. ſed tardavit impetum eorum ſpes
objecta dedendæ urbis, mox deinde eadem turbata. De-
xagoridas & Gorgopas pari imperio præerant urbi. Dexa-
gori-

1 *Nullo jam hoſtium porta excedente*] Andreas & veteres ante Mog. *portam excedente.* Cujuſmodi nonnulla olim adſeruimus noſtro. Seneca epiſtola 104. *Quæris ergo, quomodo mihi conſilium profectionis ceſſerit? Ut primum gravitatem urbis exceſſi, & illum odorem culinarum fumigantium.* J. F. Gron.

2 *Romani ſimul à porta*] Quænam iſta tam memorabilis porta, aut ubinam? Longe verius profecto legebam in MS. Thuan. *ſimul à portu*: quod eſt etiam in prima editione. Ita enim oſtendit L. Quintium & Romanos terra marique vere inſtitiſſe, ut ait paulo poſt. *Jac. Gron.*

goridas [1] miſerat ad legatum Romanum, traditurus urbem. & quum ad eam rem tempus & ratio conveniſſet, à Gorgopa proditor interficitur. intentiuſque ab uno urbs defendebatur: & difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quintius cum quatuor millibus delectorum militum ſuperveniſſet. Is quum ſupercilio haud procul diſtantis tumuli ab urbe inſtructam aciem oſtendiſſet, & ex altera parte L. Quintius ab operibus ſuis terra marique inſtaret; [2] tum vero deſperatio Gorgopam quoque coëgit id conſilii, quod in altero morte vindicaverat, capere. & pactus ut abducere inde milites, quos præſidii cauſſa habebat, liceret, tradidit Quintio urbem. Priuſquam Gythium traderetur, Pythagoras præfectus Argis relictis, tradita cuſtodia urbis Timocrati Pellenenſi, cum mille mercenariis militibus, & duobus millibus Argivorum, Lacedæmonem ad Nabin venit. Nabis ſicut primo adventu Romanæ claſſis, & traditione oppidorum maritimæ oræ conterritus erat, ſic parva ſpe quum acquieviſſet, Gythio ab ſuis retento; poſteaquam id quoque traditum Romanis audivit eſſe; quum ab

1 *Miſerat nuntium ad legatum Romanum, traditurum ſe urbem*] Conſentiens ſcriptorum & editorum veterum lectio: *Dexagoridas miſerat ad legatum Romanum, traditurus urbem.* Sic Andreas, Tarv. Ven. Aſc. ſic etiam Moguntiæ editum exemplar; ſed annotatum ibidem in MS. fuiſſe: *Dexag. miſerat eum ad leg. R. traditurum ſe urbem.* Subſequentes igitur poſterius amplexi, ex τοῦ *eum* fecerunt *nuntium.* At illud ipſum *eum*, malæ manus germen, ſuſpectam facere debuerat & alteram varietatem. Nam *miſerat* ita poſitum, ut lib. 8, 22 notavimus. Cic. 2 ad Att. 2. *Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione.* Marcus Seneca in contr. Ab archipirata: *Si non poteras, negaſſes, & miſiſſes ad me, non poſſe te.* Contr. Ter abdicatus ven. t. *Cicero in utramque rem jocatus, miſit ad Laberium tranſeuntem: Recepiſſem te, niſi anguſte ſederem. Laberius Ciceroni remiſit: atqui ſoles duabus ſellis ſedere.* Neque aliter lib. 37. *Armatos duobus agminibus ad promontoria ducit, inde facile telis ancipitibus hoſtem ſubmoturus.* Lib. 27. *Haud multùm proceſſit, ubi prima lux tranſitum opportunum oſtendiſſet, tranſiturus.* Omnia enim ſic concepta ſunt, ut ſignificent miſiſſe, proceſſiſſe, duxiſſe, hac fini, ut traderet urbem, ut tranſiret, ut hoſtem ſubmoveret. Cornelius Nepos in vita Themiſtoclis: *Quare ſi ſuos legatos recipere vellent, quos Athenas miſerant, ſe remitterent; aliter illos nunquam in patriam recepturi.* Nam quod vulgo additur, *eſſent*, alienum eſt. *J. F. Gron.*

2 *Tum vera deſperatio*] Scribe: *tum vero deſperatio Gorgopam coëgit.* non *vera.* Idem.

1 *Omni-*

ab terra, [1] omnibus circa hoſtium, nihil ſpei eſſet; à mari quoque toto ſe interclusum; cedendum fortunæ ratus, caduceatorem primum in caſtra miſit ad explorandum, ſi paterentur legatos ad ſe mitti. qua impetrata re, Pythagoras [2] ad imperatorem venit, nullis cum aliis mandatis, quam ut tyranno colloqui cum imperatore liceat. Concilio advocato, quum omnes dandum colloquium cenſuiſſent; dies locuſque conſtituitur. In mediæ regionis tumulos modicis copiis ſequentibus quum veniſſent, relictis ibi in ſtatione conſpecta utrimque cohortibus, Nabis cum delectis cuſtodibus corporis, Quintius cum fratre & Eumene rege, & Soſilao Rhodio, & Ariſtæno Achæorum prætore, tribuniſque militum paucis deſcendit. Ibi permiſſo, ut, ſeu dicere prius, ſeu audire mallet, 31
ita cœpit tyrannus. *Si ipſe per me, T. Quinti, voſque qui adeſtis, cauſam excogitare, cur mihi aut indixiſſetis bellum, aut inferretis, poſſem; tacitus eventum fortunæ meæ exſpectaſſem. nunc imperare animo nequivi, quin priuſquam perirem, cur periturus eſſem ſcirem. Et, hercule, ſi tales eſſetis, quales eſſe Carthaginienſes fama eſt, apud quos nihil ſocietatis fides ſancti haberet; in me quoque vobis quid faceretis minus penſi eſſe, non mirarer. Nunc, cum vos intueor, Romanos eſſe video, qui rerum divinarum fœdera, humanarum fidem ſocialem ſanctiſſimam habeatis. Quum me ipſe reſpexi, eum eſſe ſpero, cui & publice ſicut cæteris Lacedæmoniis, vobiſcum vetuſtiſſimum fœdus ſit: & meo nomine privatim amicitia ac ſocietas, nuper Philippi bello renovata. At enim ego eam violavi & everti quod Argivorum civitatem teneo. Quomodo hoc tuear? Re, an tempore? Res mihi duplicem defenſionem præbet. nam & ipſis vocantibus ac tradentibus urbem eam accepi, non occupavi. & accepi, quum Philippi partium, non in veſtra ſocietate eſſet.* [3] *Tempus autem eo me libe-*

1 *Omnibus circa hoſtibus*] Malim *hoſtium* vel *hoſtilibus*. J. F. Gron.

2 *Ad imperatorem venit, nullis cum aliis mandatis*] Acceptum ex Moguntino. noſtri perinde ut prius editi, [illegible] *cum* carebant. *Idem.*

3 *Tempus autem eo me liberat*] Ut paulo ante non dixit, Res mihi dupli-

 cem

liberat, quod quum jam Argos haberem, ſocietas mihi vobiſcum convenit: & ut vobis mitterem ad bellum auxilia, non ut Argis præſidium deducerem, pepigiſtis. At, hercle, in ea controverſia, quæ de Argis eſt, ſuperior ſum; & æquitate rei, quod non veſtram urbem, ſed hoſtium: quod volentem, non vi coactam accepi: & veſtra confeſſione, quod in conditionibus ſocietatis mihi Argos reliquiſtis. [1] *Cæterum nomen tyranni & facta premunt, quod ſervos ad libertatem voco, quod in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc reſpondere poſſum. me qualiſcumque ſum, eundem eſſe, qui fui, quum tu ipſe mecum,* T. *Quinti, ſocietatem pepigiſti. Tum me regem appellari à vobis memini: nunc tyrannum vocari video. Itaque ſi ego nomen imperii mutaſſem, mihi meæ inconſtantiæ; quum vos mutetis, vobis veſtræ reddenda ratio eſt.* [2] *Quod ad multitudinem ſervis liberandis auctam, & egentibus diviſum agrum attinet; poſſum quidem & in hoc me jure temporis tutari. Jam feceram hæc, qualiacumque ſunt, quum ſocietatem mecum pepigiſtis, & auxilia in bello adverſum Philippum accepiſtis. Sed ſi nunc ea feciſſem, non dico, quid in eo vos læſiſſem, aut veſtram amicitiam violaſſem? ſed illud, me more atque inſtituto majorum feciſſe. Nolite ad veſtras leges atque inſti-*

cem ejus defenſionem præbet, aut ſimili modo, ita nunc neceſſarium non eſt illud *ea*, quod nec habet MS. Thuan. nec prima editio. *Jac. Gron.*

1 *Cæterum nomen tyranni & facta me premunt*] Abeſt ſcriptis noſtris è Mog. additum pronomen, & intelligitur eleganter. Tacitus tertio Annali de Silano: *non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu, eo quod creberrime interrogabat.* Eſt autem *premi* verbum de reis frequenter uſitatum. Plinius lib. 2 Ep. 11. *Quem ut premebat atrocitas criminis, ita quaſi peractæ damnationis miſeratio tuebatur.* Lib. 5, 14. *Legati Vicentinorum non modo non preſſerunt eum, verum etiam ſublevaverunt.* Sine caſu autem utitur & Seneca epiſt. 95. *At quam celebres culinæ ſunt, quanta circa nepotum focos juventus premit?* nempe ſe invicem. Epiſt. 104. *Indulgendum eſt enim honeſtis affectibus, & interdum etiamſi premant cauſſæ, ſpiritus in honorem ſuorum vel cum tormento revocandus.* Statiuſque in Lacrimis Hetruſci: *vice cuncta reguntur, Alterniſque premunt.* hoc eſt, potentiora & ſuperiora ſunt, incumbunt, urgent. Ut Varro: *Qui pote plus, urget.* Non mutandum igitur in Statio. *J. F. Gron.*

2 *Quod ad multitudinem ſervis liberatis auctam*] Recipimus ex vetuſtioribus & MSS. *Servis liberandis.* Quod perperam ſequiores ex Mog. mutarunt. Eſt enim dictum pro *ſervos liberando:* de quo jam non ſemel monitum. Lib. 36. *Ipſe ſollicitabat civitatum animos mittendis legatis.* Et inferius: *Placatis diis nunc votis rite ſolvendis, nunc prodigiis expiandis.* Idem.

inſtituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. Nihil comparare ſingula neceſſe. vos à cenſu equitem, à cenſu peditem legitis: & paucos excellere opibus, plebem ſubjectam eſſe illis vultis. Noſter legumlator non in paucorum manu rempublicam eſſe voluit, quem vos ſenatum appellatis: nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate: ſed per æquationem fortunæ ac dignitatis fore credidit, ut multi eſſent, qui arma pro patria ferrent. [1] *Pluribus me peregiſſe, quam pro patriæ ſermone brevitatis, fateor. Et breviter peroratum eſſe potuit; Nihil me, poſteaquam vobiſcum amicitiam inſtitui, cur ejus vos pœniteret, commiſiſſe.* Ad 32
hæc imperator Romanus: *Amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed* [2] *cum Pelope rege Lacedæmoniorum juſto ac legitimo facta eſt. Cujus jus tyranni quoque, qui poſtea per vim tenuerunt Lacedæmone imperium (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupaverant) uſurparunt; ſicut tu quoque hoc Macedonico bello feciſti.* [3] *Nam quid minus conveniret, quam nos, qui pro libertate Græciæ adverſus Philippum gereremus bellum, cum tyranno inſtituere amicitiam? & tyranno quam, qui umquam, ſæviſſimo & violentiſſimo in ſuos? Nobis vero, etiamſi Argos nec cepiſſes per fraudem nec teneres; liberantibus omnem Græciam, Lacedæmon quoque vindicanda in antiquam*

1 *Pluribus me ipſe egiſſe, quam pro patriæ*] Non auſim cum Gelenio damnare veterem lectionem: *Pluribus me peregiſſe.* Repoſcit hoc ipſe Livius auctoritate eorum, quæ habentur lib. 7. *Ubi ſententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem tranſibitis.* Lib. 22. *Sine ullius inſectatione eorum, brevi ſententiam peregiſſem.* J. F. Gron.

2 *Cum Pelope rege*] Lycurgus mortuo Cleomene rex ab ephoris per ambitum conſtitutus fuerat Olymp. 140, ut docet Polybius lib. 4. Hujus filius Pelops à Livio hic nominatur, cujus etiam meminiſſe videtur Diodorus in excerptis lib. 26. Ὅτι Νάβις ὁ τύραννος τῶν Λακεδαιμονίων ἀνεῖλε Πέλοπα, τὸν Λυκούργου μὲν τοῦ βασιλεύσαντος υἱὸν, παῖδα δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντα· εὐλαβεῖτο γὰρ μήποτε ὁ παῖς ἁδρυνόμενος εἰς ἡλικίαν, ἀποκαταστήσῃ τῇ πατρίδι ἐλευθερίαν, πεφρονηματισμένος διὰ τὴν εὐγένειαν. Henr. Valeſius.

3 *Nam quid minus conveniret, quam nos qui pro*] Scripta lectio: *quam eos, qui pro libertate Græciæ adverſus Philippum gereremus bellum, cum tyranno inſtituere amicitiam? & tyranno quam, qui unquam, ſæviſſimo & violentiſſimo in ſuos?* Probo utrumque. Dictum eſt, *eos qui gereremus*, ut lib. 32 *Achæi ſuſtinebimus.* Alterum intelligit caſum patrium, *omnium*, & ita explicandum eſt: *& tyranno quam ſæviſſimo & in ſuos violentiſſimo omnium, qui unquam fuerunt.* Vides in hac ſcita brevitate nihil eſſe abſurdi neque obſcuri niſi indoctis, niſi malis: *& tyranno, omnium qui unquam.* J. F. Gron.

tiquam libertatem erat, atque in leges ſuas: quarum modo, tamquam æmulus Lycurgi, mentionem feciſti. An, ut ab [1] *Iaſſo & Bargiliis præſidia Philippi deducantur, curæ erit nobis: Argos & Lacedæmonem, duas clariſſimas urbes, lumina quondam Græciæ, ſub pedibus tuis relinquemus: quæ titulum nobis liberatæ Græciæ ſervientes deforment? At enim cum Philippo Argivi ſenſerunt. Remittimus hoc tibi, ne noſtram vicem iraſcaris. Satis compertum habemus, duorum, aut ſummum trium in ea re, non civitatis culpam eſſe: tam hercle, quam in te tuoque præſidio arceſſendo accipiendoque in arcem,* [2] *nihil ſit publico conſilio actum. Theſſalos, & Phocenſes, & Locrenſes, conſenſu omnium ſcimus partium Philippi fuiſſe. tamen* [3] *quum cæteram liberaverimus Græciam, quid tandem cenſes in Argivis, qui inſontes publici conſilii ſint, facturos? Servorum ad libertatem vocatorum, & egentibus hominibus agri diviſi crimina tibi objici dicebas. non quidem nec ipſa mediocria: ſed quid iſta ſunt præ iis, quæ à te tuiſque quotidie alia ſuper alia facinora eduntur? Exhibe liberam concionem vel Argis, vel Lacedæmone, ſi audire juvat vera dominationis impotentiſſimæ crimina. Ut omnia alia vetuſtiora omittam, quam cædem Argis Pythagoras iſte gener tuus penè in oculis meis edidit? quam tu ipſe, quum jam prope in finibus Lacedæmoniorum eſſem? Agedum, quos in concione comprehenſos, omnibus audientibus civibus tuis, in cuſtodia te habiturum eſſe pronunciaſti; jube vinctos produci, ut miſeri parentes, quos falſo lugent, vivere ſciant.* [4] *Enim ut jam ita ſint hæc, quid ad vos*

1 *Iaſſo & Bargyliis*] *Iaſo & Bargyliis*, ut ſupra. *Sigonius.*

2 *Nihil ſit publico*] Vox *ſit* non deſideraretur, ſi non adeſſet. *Gruterus.*

Nihil ſit publico conſilio actum] Si legas attente, apparet *τὸ ſit* Latinæ compoſitioni conveniens hic non eſſe. Aut in poſteriore membro (quod eſt, *tam hercle quam*) reſpectum haberi oportet ad proxima, *culpam eſſe*; & requiritur *eſt*, non *ſit*: aut ad remotiora, *ſatis compertum habemus*, & iterum exigitur *eſſe*, non *ſit*. Nam hæc Latina ſunt: *habeo compertum tam hoc eſſe, quam illud eſt*: &, *habeo compertum tam hoc eſſe, quam illud quoque eſſe.* ſcilicet, compertum habeo. Sed & jam vett. quoſdam editos olim concepiſſe video: *nihil eſſe publico conſilio actum*: idque teneamus. *J. F. Gron.*

3 *Quum cæteram liberaverimus Græciam*] Scripti & vetuſtæ edd. *liberavimus*. Scribe: *liberarimus*. Qualia plura Livio antiquiſſimus codex in bello Annibalico vindicavit. *Idem.*

4 *At enim ut jam ita ſint hæc*] Scripti conſenſu tollunt adverſativam, & ſolum exhibent: *Enim ut jam ita ſint hæc.*

vos Romani? Hoc tu dicas liberantibus Græciam? hoc iis, qui ut liberare poſſent, mare trajecerunt, terra marique geſſerunt bellum? Vos tamen, inquis, veſtramque amicitiam ac ſocietatem proprie non violavi. Quoties vis te id arguam feciſſe? Sed nolo pluribus: ſummam rem complectar. Quibus igitur amicitia violatur? Nempe his duabus rebus maxime, ſi ſocios meos pro hoſtibus habeas: ſi cum hoſtibus te conjungas. [1] *Utrum non à te factum eſt? nam & Meſſenen uno atque eodem jure fœderis, quo & Lacedæmonem in amicitiam noſtram acceptam, ſocius ipſe ſociam nobis urbem vi atque armis cepiſti: & cum Philippo hoſte noſtro, non ſocietatem ſolum, ſed, ſi Diis placet, affinitatem etiam per Philoclem præfectum ejus pepigiſti: & bellum adverſum nos gerens, mare circa Maleam infeſtum navibus piraticis feciſti: & plures prope cives Romanos, quam Philippus, cepiſti atque occidiſti: tutiorque Macedoniæ ora, quam promontorium Maleæ commeatus ad exercitus noſtros portantibus navibus fuit.* [2] *Proinde parceſis fidem ac jura ſocietatis jactare: & omiſſa populari oratione, tamquam tyrannus & hoſtis loquere.* Sub hæc Ariſtænus,
nunc monere Nabin, nunc etiam orare, ut dum liceret, 33
dum occaſio eſſet, ſibi, ac fortunis ſuis conſuleret. Referre

hac. Quod quidem Livii eſſe, judico, ut quod uſquam maxime. Obſervarunt eruditi ex Plauto hanc particulam interdum à fronte orationis inducere vim adverſativæ, & eadem vi poni, qua junctim alias, *at enim*, *ſed enim.* Caſina: *Repulit mihi manum, nec quietum dare ſibi ſuavium me ſinit. Enim jam magu jam adpropero.* Epidico: *ni ergo matris filia eſt, In meum nummum, in tuum talentum, pignus da.* Pe. *Enim iſthæc captio eſt.* Perſa: *quid eo?* So. *quid id ad te attinet?* Pæ. *Enim non ibis nunc viciſſim: niſi ſcio.* Et ne contère, ſic ipſe noſter lib. 23, 45. *Romam vos expugnaturos, ſi quis duceret, fortes lingua jactabatis. Enim minor eſt res: hic experiri vim virtutemque volo.* Ut ibi ex optimis libris reſtituimus. *J. F. Gron.*

1 *Utrumque à te factum eſt*] Sic Gelenius, quum prius editi haberent: *utrum non à te factum eſt?* At ſcripti omnes: *utrumnam à te factum eſt.* Repone igitur ſenſu præcipiente, nec veſtigiis ſcripturæ veteris abjudicantibus: *Utrumnam non à te factum eſt?* Eam particulam reſtituimus & Livio ex ſcriptis ac vetuſtis editionibus lib. 37, 17. *Utrumnam Pataris univerſa claſſis in portu ſtare poſſet.* Idem.

2 *Proinde parce ſic fidem ac jura ſocietatis jactare*] Barberinus: *parce ſis.* Verum eſt: *Proinde parceſis fidem ac jura ſocietatis jactare.* Quod integrum manſiſſe in Petaviano poſtea deprehendimus. Nota apud Plautum, quæ frequentabantur in colloquiis & ſermone vulgari, *abiſis*, *accipeſis*, *apageſis*, *caveſis*, & ſimilia. *Ageſis* Cicero 2 Tuſc. 8. *Idem.*

ferre deinde nominatim tyrannos civitatum finitimarum cœpit: qui depoſito imperio, reſtitutaque libertate ſuis, non tutam modo, ſed etiam honoratam inter cives ſenectutem egiſſent. His dictis invicem, auditiſque, nox prope diremit colloquium. Poſtero die Nabis Argis ſe cedere ac deducere præſidium, quando ita Romanis placeret, & captivos & perfugas redditurum dixit. Aliud ſi quid poſtularent, ſcriptum ut ederent petiit, ut deliberare cum amicis poſſet. Ita & tyranno ad conſultandum tempus datum eſt: & Quintius ſociorum etiam principibus adhibitis, habuit concilium. Maximæ partis ſententia erat, *Perſeverandum in bello eſſe, & tollendum tyrannum. numquam aliter tutam libertatem Græciæ fore. Satius multo fuiſſe; non moveri bellum adverſus eum, quam omitti motum. & ipſum velut comprobata dominatione firmiorem futurum: auctore injuſti imperii aſſumpto populo Romano. & exemplo multos in aliis civitatibus ad inſidiandum libertati civium ſuorum incitaturum.* Ipſius imperatoris animus ad pacem inclinatior erat. videbat enim, compulſo intra mœnia hoſte, nihil præter obſidionem reſtare. Eam autem fore diuturnam. *Non enim Gythium, quod ipſum tamen traditum, non expugnatum eſſet, ſed Lacedæmonem validiſſimam urbem viris armiſque oppugnaturos. Unam ſpem fuiſſe, ſi qua admoventibus exercitum diſſenſio inter ipſos ac ſeditio excitari poſſet. quum ſigna portis prope inferri cernerent, neminem ſe moviſſe. Adjiciebat, & cum Antiocho infidam pacem, Villium legatum inde redeuntem nunciare: multo majoribus quam ante, terreſtribus navalibuſque copiis in Europam eum tranſiſſe. Si occupaſſet obſidio Lacedæmonis exercitum, quibus aliis copiis adverſus regem tam validum ac potentem bellum geſturos?* Hæc propalam dicebat: illa tacita ſuberat cura, ne novus conſul Græciam provinciam ſortiretur, & inchoati belli victoria ſucceſſori tradenda

34 eſſet. Quum adverſus tendendo nihil moveret ſocios; ſimulando ſe tranſire in eorum ſententiam, omnes in aſſenſum conſilii ſui traduxit. *Bene vertat!* inquit, *obſideamus*

mus Lacedæmonem, quando ita placet. [1] *Cæterum quum res tam lenta, quam ipſi ſcitis, oppugnatio urbium ſit, & obſidentibus prius ſæpe quam obſeſſis tædium afferat; jam nunc hoc ita proponere vos animis oportet; hibernandum circa Lacedæmonis mœnia eſſe. Quæ mora ſi laborem tantum ac periculum haberet, ut & animis & corporibus ad ſuſtinenda ea parati eſſetis, hortarer vos. Nunc impenſa quoque magna eget in opera, in machinationes, & tormenta, quibus tanta urbs oppugnanda eſt; in commeatus nobis vobiſque in hiemem expediendos. Itaque ne aut repente trepidetis, aut rem inchoatam turpiter deſtituatis, ſcribendum ante veſtris civitatibus cenſeo, explorandumque, quid quæque animi, quid virium habeat. Auxiliorum ſatis ſuperque habeo: ſed quo plures ſumus, pluribus rebus egebimus. Nihil jam præter nudum ſolum ager hoſtium habet. Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis.* Hæc oratio primum animos omnium ad reſpicienda cuique domeſtica mala convertit; ſegnitiem, invidiam & obtrectationem domi manentium adverſus militantes: libertatem difficilem ad conſenſum, inopiam publicam, malignitatem conferendi ex privato. Verſis itaque ſubito voluntatibus, facere, quod è republica populi Romani ſociorumque eſſe crederet, imperatori permiſerunt.
35 Inde Quintius adhibitis legatis tantum tribuniſque militum, conditiones, in quas cum tyranno pax fieret, has conſcripſit. *Sex menſium induciæ ut eſſent Nabidi Romaniſque, & Eumeni regi, & Rhodiis. Legatos extemplo mitterent Romam, T. Quintius & Nabis, ut pax ex auctoritate ſenatus confirmaretur. Ex qua die ſcriptæ conditiones pacis editæ Nabidi forent, ea dies ut induciarum principium eſſet: & ut ex ea die intra decimum diem ab Ar-*

gis

1 *Cæterum quum res tam lenta*] Mog. auctior: *Illud modo ne fallat cæterum, quum res tam lenta*, &c. Quod mihi germanum Livii videtur, tum quia nulla vel neceſſitas vel obſcuritas orationis ad hujuſmodi ſupplementum invitare interpretem poterat, tum quia doctius ſonat, quam ſolent marginum ſtipes. Illud *cæterum*, ut cap. 36. *ad cæteram fidem.* & lib. 40. *Cætera inſectatio.* Sententia quæ illius lib. 2. *Ne prædictum negetis.* J. F. Gron.

1 *Quæ*

gis cæteriſque oppidis, [1] quæ in Argivorum agris eſſent, præſidia omnia deducerentur: vacuaque & libera traderentur Romanis. ne quod inde mancipium regium publicumve aut privatum educeretur; & ſi qua ante educta forent, dominis recte reſtituerentur. Naves, quas civitatibus maritimis ademiſſet, redderet: neve ipſe navem ullam, præter duos lembos, qui non plus quam ſexdecim remis agerentur, haberet. Perfugas, captivos, omnibus ſociis populi Romani civitatibus redderet, & Meſſeniis omnia quæ comparerent, quæque domini cognoſcerent. Exulibus quoque Lacedæmoniis liberos & conjuges reſtitueret, quæ earum viros ſequi voluiſſent: invita ne qua exulis comes eſſet. Mercenariorum militum Nabidis, qui aut in civitates ſuas, aut ad Romanos tranſiiſſent, iis res ſuæ omnes recte redderentur. In Creta inſula ne quam urbem haberet: quas habuiſſet, redderet Romanis. Ne quam ſocietatem cum ulla Cretenſium, aut quoquam alio inſtitueret, neu bellum gereret. Civitatibus omnibus quas ipſe reſtituiſſet, quæque ſe ſuaque in fidem ac ditionem populi Romani tradidiſſent, omnia præſidia deduceret: ſeque ipſe ſuoſque ab his abſtineret. Ne quod oppidum, ne quod caſtellum in ſuo alienove agro conderet. Obſides ea ita futura, daret quinque, quos imperatori Romano placuiſſet. filium in his ſuum, & talenta centum argenti in præſenti, & quinquaginta talenta in ſingulos annos per

36 *annos octo.* Hæc conſcripta, caſtris propius urbem motis, Lacedæmonem mittuntur. nec ſane quicquam eorum ſatis placebat tyranno: niſi quod præter ſpem, reducendorum exulum mentio nulla facta erat. maxime autem omnium ea res offendebat, quod & naves & maritimæ civitates ademptæ erant. Fuerat autem ei magno fructui mare, omnem oram à Malea prædatoriis navibus infeſtam habenti. juventutem præterea civitatum earum ad ſupplementum longe optimi generis militum habebat. Has conditiones, quamquam ipſe in ſecreto volutaverat cum

1 *Quæ in Argivorum agris eſſent*] MS. Thuan. & prima editio *agro.* neque id debuit mutari. Hoc lib. cap. 45. *Adriani nunciaverant in agro ſuo lapidibus pluiſſe.* Jac. Gron.

cum amicis, vulgo tamen omnes fama ferebant: vanis, ut ad cæteram fidem, ſic ad ſecreta tegenda, ſatellitum regiorum ingeniis. Non tam omnia univerſi, quam ea quæ ad quemque pertinerent, ſinguli carpebant. qui exulum conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid poſſederant; tamquam amiſſuri, non reddituri, indignabantur. ſervis liberatis à tyranno non irrita modo futura libertas, ſed multo fœdior, quam fuiſſet ante, ſervitus, redeuntibus in iratorum dominorum poteſtatem, ante oculos obverſabatur. mercenarii milites & pretia militiæ caſura in pace ægre ferebant, & reditum ſibi nullum eſſe in civitates videbant; infenſas non tyrannis magis, quam ſatellitibus eorum. Hæc inter ſe primo 37
in circulis ſerentes fremere: deinde ad arma ſubito diſcurrerunt. Quo tumultu quum per ſe ſatis irritatam multitudinem cerneret tyrannus, concionem advocari juſſit. ibi quum ea quæ imperarentur ab Romanis, expoſuiſſet, & graviora atque indigniora quædam falſo affinxiſſet, & ad ſingula nunc ab univerſis, nunc à partibus concionis acclamaretur, interrogavit, *Quid ſe reſpondere ad ea, aut quid facere vellent?* Prope una voce omnes, *Nihil reſpondere, bellum geri* juſſerunt. & pro ſe quiſque, qualia multitudo ſolet, bonum animum habere, & bene ſperare jubentes, fortes fortunam adjuvare, ajebant. His vocibus incitatus tyrannus, & Antiochum Ætoloſque adjuturos pronunciat: & ſibi ad obſidionem ſuſtinendam copiarum affatim eſſe. Exciderat pacis mentio ex omnium animis; & in ſtationes non ultra quieturi diſcurrunt. Paucorum laceſſentium excurſio, & emiſſa jacula extemplo Romanis dubitationem, quin bellandum eſſet, exemerunt. Levia inde prœlia per quatriduum primum ſine ullo ſatis certo eventu commiſſa. quinto die prope juſta pugna adeo paventes in oppidum Lacedæmonii compulſi ſunt, ut quidam milites Romani terga fugientium cædentes per intermiſſa, ut tunc erant, mœnia urbem intrarint. Et 38

tunc quidem Quintius ſatis eo terrore coërcitis excurſionibus hoſtium nihil præter ipſius oppugnationem urbis ſupereſſe ratus; miſſis qui omnes navales ſocios à Gythio arceſſerent, ipſe interim cum tribunis militum ad viſendum urbis ſitum mœnia circumvehitur. Fuerat quondam ſine muro Sparta. tyranni nuper locis patentibus planiſque objecerant murum: altiora loca, & difficiliora aditu, ſtationibus armatorum pro munimento objectis tutabantur. Ubi ſatis omnia inſpexit; corona oppugnandam ratus, omnibus copiis (erant autem Romanorum ſociorumque, ſimul peditum equitumque, ſimul terreſtriumque ac navalium copiarum ad quinquaginta millia hominum) urbem cinxit. Alii ſcalas, alii ignem, alii alia quibus non oppugnarent modo, ſed etiam terrerent, portabant. juſſi clamore ſublato ſubire undique omnes, ut qua primum occurrerent, quave opem ferrent, ad omnia ſimul paventes Lacedæmonii ignorarent. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diviſum. [1] parte una à Phœbeo, altera à Dictynneo, tertia ab eo loco quem Heptagonias appellant (omnia autem hæc aperta ſine muro loca ſunt) aggredi jubet. Quum tantus [2] undique terror circumvaſiſſet; primo tyrannus & ad clamores repentinos, & ad nuncios trepidos motus, ut quiſque maxime laboraret locus, aut ipſe occurrebat, aut aliquos mittebat. deinde circumfuſo undique pavore, ita obtorpuit, ut nec dicere quod in rem eſſet, nec audire poſſet: nec
39 inops modo conſilii, ſed vix mentis compos eſſet. Romanos primo ſuſtinebant in anguſtiis Lacedæmonii: ternæque acies tempore uno locis diverſis pugnabant. deinde

creſcen-

1 *Parte una à Phœbæo*] Reſtituo: *parte una ab Ephebæo*. Meminit Pauſanias: Θύουσι περὶ τῆς μάχης ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ. Τὸ δὲ Ἐφηβαῖόν ἐστι καὶ ἐκτὸς τῆς πόλεως, Θεράπνης οὐ πολὺ ἀφεστηκός. Meurſ. Lect. Attic. Sed retractat Lacon. 1, 2.

2 *Undique terror circumvaſiſſet*] Thuanæus addita voce, *undique terror urbem circumvaſiſſet*. Sic quoque lectum fuit in Voſſ. & habuerunt Moguntiæ. Cur igitur omittitur? utique & lib. 9, 40. *Is novus additus terror quum ex parte utraque circumvaſiſſet aciem*. Jac. Gron.

1 Nunc

creſcente certamine, nequaquam erat prœlium par. miſſilibus enim Lacedæmonii pugnabant, à quibus ſe & magnitudine ſcuti perfacile Romanus tuebatur miles, & quod alii vani, alii leves admodum ictus erant. nam propter anguſtias loci, confertamque turbam non modo ad emittenda cum procurſu, quo plurimum concitantur tela, ſpatium habebant: ſed ne ut de gradu quidem libero ac ſtabili conarentur. Itaque ex adverſo miſſa tela, nulla in corporibus, rara in ſcutis hærebant. à circumſtantibus ex ſuperioribus locis quidam vulnerati ſunt: mox progreſſos jam etiam ex tectis non tela modo, ſed tegulæ quoque inopinantes perculerunt. Sublatis deinde ſupra capita ſcutis continuatiſque ita inter ſe, ut non modo ad cæcos ictus, ſed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quicquam eſſet, teſtudine facta ſubibant. & primo anguſtiæ paulisper ſua hoſtiumque refertæ turba tenuerunt: poſteaquam in patentiorem viam urbis paulatim urgentes hoſtem proceſſere; non ultra vis eorum atque impetus ſuſtineri poterant. Quum terga vertiſſent Lacedæmonii & effuſa fuga ſuperiora peterent loca; Nabis quidem, ut capta urbe trepidans, quanam ipſe evaderet, circumſpectabat. Pythagoras quum ad cætera animo officioque ducis fungebatur; tum vero unus, ne caperetur urbs, cauſſa fuit. ſuccendi enim ædificia proxima muro juſſit. quæ quum momento temporis arſiſſent, ut adjuvantibus ignem, qui alias ad extinguendum opem ferre ſolent, ruere in Romanos tecta: nec tegularum modo fragmenta, ſed etiam ambuſta tigna ad armatos pervenire, & flamma late fundi, fumus terrorem etiam majorem quam periculum facere. Itaque & qui extra urbem erant Romanorum, tum maxime impetus facientes receſſere à muro: & qui jam intraverant, ne incendio à tergo oriente intercluderentur ab ſuis, receperunt ſeſe. & Quintius poſteaquam quid rei eſſet, vidit; receptui canere juſſit. ita jam à capta prope urbe revocati, redierunt

40 runt in caſtra. Quintius plus ex timore hoſtium quam ex re ipſa ſpei nactus, per triduum inſequens territavit eos; [1] nunc prœliis laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quædam; ne exitus ad fugam eſſet. His comminationibus compulſus tyrannus, Pythagoram rurſus oratorem miſit, quem Quintius primo aſpernatus, excedere caſtris juſſit. deinde ſuppliciter orantem, advolutumque genibus, tandem audivit. Prima oratio fuit, omnia permittentis arbitrio Romanorum: deinde, quum ea velut [2] vana & ſine effectu nihil proficerent, eo deducta res eſt, ut his conditionibus, quæ ex ſcripto paucis ante diebus editæ erant, induciæ fierent: pecuniaque & obſides accepti. Dum oppugnatur tyrannus, Argivi nunciis aliis prope ſuper alios afferentibus, tantum non jam captam Lacedæmonem eſſe; erecti & ipſi, ſimul eo quod Pythagoras cum parte validiſſima præſidii exceſſerat, contempta paucitate eorum, qui in arce erant; duce Archippo quodam præſidium expulerunt. Timocratem Pellenenſem, quia clementer præfuerat, vivum fide data emiſerunt. Huic lætitiæ Quintius ſupervenit; pace data tyranno, dimiſſiſque ab Lacedæmone Eumene & Rhodiis, & L.
41 Quintio fratre ad claſſem. Læta civitas celeberrimum feſtorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die ſtata propter belli mala prætermiſſum, in adventum Romani exercitus duciſque indixerunt: [3] præfeceruntque ludis ipſum imperatorem. Multa erant quæ gaudium cumularent. reducti cives ab Lacedæmone erant, quos nuper Pythagoras, quoſque ante Nabis abduxerant: redierant, qui poſt compertam à Pythagora conjurationem, & cæde jam cœpta effugerant: libertatem ex longo intervallo, libertatiſque auctores Romanos, quibus cauſſa bellandi cum

1 *Nunc prœliis laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quædam*] Barberin. & Petav. *interſepiendoque quædam.* quod conſiderandum. *J. F. Gron.*

2 *Vana & ſine effectu nihil proficerent*]. Forte, *proficeret.* nempe oratio. *Idem.*

3 *Præfeceruntque ludis ipſum imperatorem*] Plutarchus item: Ἀγωνοθέτης τῶν Νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν Ἄργει τὴν πανήγυριν ἄριστα ἔθηκεν. *Sigonius.*

Reſti-

cum tyranno ipſi fuiſſent, cernebant. teſtata quoque ipſo Nemeorum die voce præconis libertas eſt Argivorum. Achæis quantum [1] reſtituti Argi in commune Achaiæ concilium lætitiæ afferebant; tantum ſerva Lacedæmon relicta, & [2] lateri adhærens tyrannus, non ſincerum gaudium præbebant. Ætoli vero eam rem omnibus conciliis lacerare. *Cum Philippo non ante deſitum bellari, quam omnibus excederet Græciæ urbibus. Tyranno relictam Lacedæmonem: regem autem legitimum, [3] qui in Romanis fuerat caſtris, cæteroſque nobiliſſimos cives in exilio victuros. [4] Nabidis dominantis ſatellitem factum populum Romanum.* Quintius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit. [5] Sunt, qui non ex oppido proficiſcentem bellum geſſiſſe tyrannum tradant, ſed caſtris adverſus Romana caſtra poſitis. diuque cunctatum, quum Ætolorum auxilia exſpectaſſet, coactum ad extremum acie confligere,

1 *Reſtituti Argi & in concilium*] Ita quidem etiam editio & codex Moguntiacenſis: nulla tamen dubitatione ejicio τὸ &. Reſtituti nempe erant Argi in commune Achaiæ concilium, cujus participes ante fuerant. Vide ſupra 32, 22. Sic *Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium* 32, 19. Jac. Perizonius.

2 *Lateri adhærens tyrannus*] Ab Andrea & Moguntiæ editum *tyranni*. Neque aliter habetur in Thuan. & videtur dediſſe auctor *lateri adhærens tyrannis*. Sed & paulo ante edidi *reſtituti Argi in commune Achaiæ concilium*, omiſſa copula *&* poſt vocem *Argi*, obſecutus in eo aliis editionibus. *Jac. Gron.*

3 *Qui in Romanis fuerat caſtris*] Lege: *fuerit*. J.F. Gron.

4 *Nabidis dominantis ſatellitem factum populum Romanum*] Sic Gelenius pro eo quod erat, *tribunum militum*. Sed necdum placet ille *populus ſatelles*, non magis quam alibi *exercitus ſemilixa*. Forte: *imperatorem Romanum*. MSS. omnes, aut *T. Romuleum*. aut *Titus Romuleus*. Neſcio quomodo in eo vocabulo nugantur librarii hujus partis Livii, nam & ſupra cap. 33 quatuor MSS. *plures prope cives Romuleos*. Rubenio placebat, *Titum* vel *Titum Romanum*. quoniam prænomine fere ſolo à Græcis appellabatur, ut ex Polybio & Plutarcho notum. *Idem.*

5 *Sunt qui non ex oppido proficiſcentem — poſitis*] Agam, ut ſoleo, paucis; nihil vitii hic locus continere videtur, contra atque tradit Glareanus: duas enim contrarias opiniones de ratione belli à tyranno geſti expoſiturus eſt: unam, quam ipſe tueri videtur, alteram, quam alii tradiderunt. quid ſentit ipſe? tyrannum ex oppido Lacedæmone exeuntem pugnaſſe, ac in oppido ipſo caſtra habuiſſe. quid alii? eundem non ex oppido exeuntem pugnaſſe, ſed ex caſtris, quæ ante Romana caſtra poſuerit. Glareanus autem ſine cauſa de voce, *proficiſcentem*, laboravit. *Sigonius.*

ſligere, impetu in pabulatores ſuos ab Romanis facto; eo prœlio victum, caſtriſque exutum pacem petiſſe: quum cecidiſſent quindecim millia militum, capta plus quatuor
42 millia eſſent. Eodem fere tempore & à T. Quintio de rebus ad Lacedæmonem geſtis, & ab M. Porcio conſule, ex Hiſpania literæ allatæ. utriuſque nomine ternos in dies ſupplicatio à ſenatu decreta eſt. L. Valerius conſul quum poſt fuſos circa Litanam ſilvam Boios, quietam provinciam habuiſſet, comitiorum cauſſa Romam rediit: & creavit conſules P. Cornelium Scipionem Africanum iterum, & [1] Ti. Sempronium Longum. Horum patres primo anno ſecundi Punici belli conſules fuerant. Prætoria inde comitia habita. creati P. Cornelius Scipio, & duo Cn. Cornelii, Merenda & Blaſio, & Cn. Domitius [2] Ænobarbus, & Sex. Digitius, & [3] T. Juvencius Thalna. Comitiis perfectis conſul in provinciam rediit. [4] Novum jus eo anno à Ferentinatibus tentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, cives Romani eſſent. Puteolos, Salernumque & Buxentum aſſcripti coloni, qui nomina dederant, quum ob id ſe pro civibus Romanis ferrent, ſenatus judicavit, non eſſe eos cives Ro-
43 manos. Principio anni quo P. Scipio Africanus iterum, & Ti. Sempronius Longus conſules fuerunt, legati Nabidis tyranni Romam venerunt duo. His extra urbem in æde Apollinis ſenatus datus eſt. pax, quæ cum T. Quintio conveniſſet, ut rata eſſet petierunt, impetraveruntque. De provinciis quum relatum eſſet, ſenatus frequens in eam ſententiam ibat: ut quoniam in Hiſpania & Macedonia debellatum foret, conſulibus ambobus Italia provincia eſſet. Scipio, ſatis eſſe Italiæ unum conſulem cenſebat: alteri decernendam Macedoniam eſſe.

Bellum

1 *T. Sempronium Long.*] *Ti. Sempronium*, ex conſulatu ejus Capitol. *Sigonius.*

2 *Ænobarbus*] *Ahenobarbus*, ut ſupra. *Idem.*

3 *T. Juvenc. Talna*] Vet. lib. *Alna.* legendum eſt, *Thalna*, ex Capitol. tabulis. *Idem.*

4 *Novum jus in eo anno tentat.*] Vet. lib. *Novum jus eo anno.* Idem.

1 *Hinc*

Bellum grave ab Antiocho imminere. jam ipſum ſua ſponte in Europam tranſgreſſum. Quid deinde facturum cenſerent quum [1] *hinc Ætoli haud dubie hoſtes vocarent ad bellum, illinc Annibal Romanis cladibus inſignis imperator ſtimularet?* Dum de provinciis conſulum diſceptatur, prætores ſortiti ſunt. Cn. Domitio urbana juriſdictio, T. Juvencio peregrina evenit. P. Cornelio Hiſpania ulterior, Sex. Digitio citerior: duobus Cn. Corneliis, Blaſioni Sicilia, Merendæ Sardinia. In Macedoniam novum exercitum tranſportari non placuit. eum qui eſſet ibi, reduci in Italiam à Quintio, ac dimitti. item eum exercitum dimitti, qui cum M. Porcio Catone in Hiſpania eſſet. Conſulibus ambobus Italiam provinciam eſſe, & [2] duas urbanas eo legiones ſcribere: ut dimiſſis, quos ſenatus cenſuiſſet, exercitibus, octo omnino Romanæ legiones eſſent. Ver ſacrum factum 44
erat priore anno, M. Porcio, & L. Valerio conſulibus. id quum P. Licinius pontifex, non eſſe recte factum, collegio primum, deinde ex auctoritate collegii Patribus renunciaſſet, de integro faciendum arbitratu pontificum cenſuerunt; ludoſque magnos, qui una voti eſſent, tanta pecunia, quanta aſſoleret, faciendos. Ver ſacrum videri pecus, quod natum eſſet inter Cal. Martias, & pridie Calendas Maias, P. Cornelio Scipione & Ti. Sempronio Longo conſulibus. Cenſorum inde comitia habita ſunt. creati cenſores Sex. Ælius Pætus, & C. Cornelius Cethegus; principem ſenatus P. Scipionem conſulem, quem & priores cenſores legerant, legerunt. treis omnino ſenatores, neminem curuli honore uſum, præterierunt. Gratiam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt, quod ludis Romanis, ædilibus curulibus imperarunt, [3] ut loca ſenatoria ſecernerent à populo. nam antea in

1 *Hinc Ætoli haud dubie hoſtes*] Velim, *haud dubii*. J. F. Gron.

2 *Duas urbanas eo legiones ſcribere*] Potius, *eos*. Idem.

3 *Ut loca ſenatoria ſecernerentur à p.*] Idem Pædianus in orat. pro Cornelio, cum ait: *Id autem eos feciſſe juſſu cenſorum Sex. Ælii Pæti, C. Cornelii Cethegi*. Sigonius.

in promiſcuo ſpectabant. Equitibus quoque perpaucis adempti equi, nec in ullum ordinem ſævitum. Atrium Libertatis & Villa publica ab eiſdem refecta amplificataque. Ver ſacrum, ludique votivi, quos voverat Ser. Sulpicius Galba conſul, facti. Quum ſpectaculo eorum occupati animi omnium eſſent, Q. Pleminius, qui propter multa in Deos hominesque ſcelera Locris admiſſa, in carcerem conjectus fuerat, comparaverat homines, qui pluribus ſimul locis urbis nocte incendia facerent; ut in conſternata nocturno tumultu civitate refringi carcer poſſet: ea res indicio conſciorum palam facta, delataque ad ſenatum eſt. [1] Pleminius in inferiorem demiſſus carcerem eſt,
45 necatusque. Coloniæ civium Romanorum eo anno deductæ ſunt Puteolos, Vulturnum, Liternum; treceni homines in ſingulas. Item Salernum, Buxentumque coloniæ civium Romanorum deductæ ſunt. [2] deduxere triumviri, Ti. Sempronius Longus, qui tum conſul erat, M. Servilius, Q. Minucius Thermus. Ager diviſus eſt, qui Campanorum fuerat. Sipontum item in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam civium Romanorum alii triumviri, D. Junius Brutus, M. [3] Bæbius Tamphilus, M. Helvius deduxerunt. Tempſam item, & Crotonem civium Romanorum coloniæ deductæ. Tempſanus ager de Bruttiis captus erat. Bruttii Græcos expulerant: Crotonem Græci habebant. Triumviri Cn. Octavius, L. Æmilius Paullus, C. Pletorius Crotonem; Tempſam L. Cornelius Merula, [4] & C. Salonius deduxerunt. Prodigia

1 *Pleminius in inferiorem carcerem demiſſus*] Salluſtius Catil. *in eum locum poſtquam demiſſus Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus preceptum erat, laqueo gulam fregere.* Barberin. & Petav. *ad inferiorem.* J. F. Gron.

2 *Deduxere triumviri T. Semp.*] Dubium an hi in Campaniæ tantum oppida, Puteolos, Vulturnum ac Liternum, an etiam Salernum Buxentumque, illud in Picentinis, hoc in Lucanis oppidum, colonos duxerint: neque enim veriſimile eſt his poſterioribus agrum Campanum diviſum cum prioribus eſſe. Certe alteris deeſſe ſui videntur ductores, atque ita aliquot verbis defectum locum eſſe. *Glareanus.*

3 *Bebius Pamphilus*] *Bæbius Tamphilus*, ut ſupra. *Sigonius.*

4 *Et C. Salonius deduxerunt*] Deſideratur nomen tertii Triumviri. *Idem.*

1 *Septua-*

digia quoque alia viſa eo anno Romæ ſunt, alia nunciata. In foro & comitio & Capitolio ſanguinis guttæ viſæ ſunt: & terra aliquoties pluit: & caput Vulcani arſit. Nunciatum eſt, Interamnæ lac fluxiſſe: pueros ingenuos Arimini ſine oculis ac naſo; & in Piceno agro non manus, non pedes habentem natum. Ea prodigia ex pontificum decreto procurata, & ſacrificium novendiale factum; quod Adriani nunciaverant, in agro ſuo lapidibus pluiſſe. In 46
Gallia L. Valerius Flaccus proconſul circa Mediolanum cum Gallis Inſubribus, & Boiis, qui Dorulaco duce ad concitandos Inſubres Padum tranſgreſſi erant, ſignis collatis depugnavit. decem millia hoſtium ſunt cæſa. Per eos dies collega ejus M. Porcius Cato ex Hiſpania triumphavit. tulit in eo triumpho argenti infecti viginti quinque millia pondo, bigati centum viginti tria millia, Oſcenſis quingenta quadraginta: auri pondo mille quadringenta. Militibus ex præda diviſit, in ſingulos ducenos [1] ſeptuagenos æris, triplex equiti. Ti. Sempronius conſul in provinciam profectus, in Boiorum primum agrum legiones duxit. Boiorix tum regulus eorum, cum duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum, [2] caſtra locis idoneis poſuit: ut appareret dimicaturos, ſi hoſtis fines intraſſet. Conſul ubi quantæ copiæ, quanta fiducia eſſet hoſti, ſenſit; nuncium ad collegam mittit, ut, ſi videretur ei, maturaret venire. ſe tergiverſando in adven-

1 *Septuagenos æris, triplex equiti*] Videtur excidiſſe: *duplex centurioni*. J. F. Gron.

2 *Caſtra locis idoneis poſuit, ut appareret dimicaturos*] Hæc ſatis ſunt perplexa. Non enim is ſolet dici caſtra locis idoneis poſuiſſe, qui fidens militi ſuo, campum æquum planumque deligit caſtris, commodumque explicandis ordinibus, ſed potius qui impeditis ſe tenet confragoſiſque, unde nec invitus expelli, nec hoſtis facile accedere poteſt. 25, 26. *Trinis caſtris per idonea diſpoſitis loca*, non ad dimicandum ſed ut obſidere ex iis diu hoſtem poſſet. 7, 25. *Locum idoneum ſtativis delegit*. Quid tamen, ſi τὸ *idoneis* defendatur à libris antiquis? Ego vero teſtor in membr. Thuan. perſpicue haberi *caſtra locis apertis poſuit*. Quo nihil convenientius. 1, 33. *Caſtris in aperto poſitis aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis ſigna contulerat*. 36, 17. *Ne caſtra quidem in aperto ponere*. Jac. Gron.

tum ejus rem extracturum. Quæ cauſſa conſuli cunctandi, eadem Gallis, (præterquam quod cunctatio hoſtium animos faciebat) rei maturandæ erat, ut priuſquam conjungerentur conſulum copiæ, rem tranſigerent. per biduum tamen nihil aliud, quam ſteterunt parati ad pugnandum ſi quis contra egrederetur: [1] tertio vi ſubiere ad vallum, caſtraque ab omni ſimul parte aggreſſi ſunt. Conſul extemplo arma capere milites juſſit. armatos inde paulliſper continuit: ut & ſtolidam fiduciam hoſti augeret, & diſponeret copias, quibus quæque portis erumperent. Duæ legiones duabus principalibus portis ſigna efferre juſſæ. ſed in ipſo exitu ita conferti obſtitere Galli, ut clauderent viam. Diu in anguſtiis pugnatum eſt. nec dextris magis gladiiſque gerebatur res, quam ſcutis corporibuſque ipſis obnixi urgebant: Romani, ut ſigna foras efferrent; Galli, ut aut ipſi in caſtra penetrarent, aut exire Romanos prohiberent. nec ante in hanc aut illam partem moveri acies potuerunt, quam [2] Q. Victorius primi pili centurio, & C. Atinius Tribunus militum quartæ hic, ille ſecundæ legionis (rem in aſperis prœliis ſæpe tentatam) ſigna adempta ſigniferis in hoſtes jecerunt. dum repetunt enixe ſignum, priores ſecundani ſe porta ejecere.
47 Jam hi extra vallum pugnabant, quarta legione in porta hærente, [3] quum alius tumultus ex averſa parte caſtro-

rum

1 *Tertio ſubiere ad vallum*] Vetus lectio: *tertio vi ſubiere ad vallum.* Mutavit Gelenius, haud ſcio, an volente Livio. *J. F. Gron.*

2 *Q. Victorius*] Vet. lib. *Q. Fictorius.* Sigonius.

3 *Quum alius tumultus ab adverſa parte caſtrorum*] Sic jam apud Curionem reperio: ſed MSS. & Andreas: *ex adverſa parte.* Scribe haud dubie: *ex averſa parte caſtrorum:* ut Moguntiæ editum: immo paſſim poſt Tarviſ. Illic enim porta quæſtoria. Lib. 10. *Et ab tergo caſtrorum porta decumana impetus factus, itaque captum quæſtorium.* Lib. 31. *Omnes repente relictis ſtationibus per averſam partem caſtrorum ad tumulum ad caſtra Athamanum perfugiunt.* Velleius Paterculus lib. 2. de Antonio, *per averſa caſtrorum proruto vallo a militibus eſt receptus.* Eadem dicit *averſa caſtra* noſter lib. 22. *Simul & per averſa caſtra equitatus cum levi armatura emiſſus in frumentatores late cædem fugamque hoſtium palatorum fecit.* Averſam portam intelligit. Lib. 24. *Claudium Neronem cum robore equitum ſilentio noctis per averſam maxime ab hoſte portam emittit.* Lib. 26. *Per averſam portam emiſſus, adſumpto comite Epicyde, cum*

paucis

rum eſt exortus. in portam quæſtoriam irruperant Gal-
li: reſiſtenteſque pertinacius occiderant L. Poſtumium
quæſtorem, cui Tympano fuit cognomen, & M. Ati-
nium, & P. Sempronium, præfectos ſocium, & ducen-
tos ferme milites. Capta ab ea parte caſtra erant, donec
cohors extraordinaria miſſa à conſule ad tuendam quæſto-
riam portam, & eos qui intra vallum erant, partim occi-
dit, partim expulit caſtris, & irrumpentibus obſtitit. Eo-
dem fere tempore & quarta legio cum duabus extraordi-
nariis cohortibus porta erupit. ita ſimul tria prœlia circa
caſtra locis diſtantibus erant: clamoreſque diſſoni ad in-
certos ſuorum eventus à præſenti certamine animos pu-
gnantium avertebant. Uſque ad meridiem æquis viribus,
ac prope pari ſpe, pugnatum eſt. [1] labor & æſtus mollia
& fluida corpora Gallorum, & minime patientia ſitis,
quum decedere pugna coëgiſſet, in paucos reſtantes im-
petum Romani fecerunt, fuſoſque compulerunt in ca-
ſtra. Signum inde receptui à conſule datum eſt. ad quod
pars major receperunt ſeſe; pars certaminis ſtudio, & ſpe
potiundi caſtris hoſtium perſtitit ad vallum. Eorum pau-
citate contempta, Galli univerſi ex caſtris erumpunt: fu-
ſi inde Romani; quæ imperio conſulis noluerant, ſuo pa-
vore ac terrore caſtra repetunt. ita varia hinc atque illinc
nunc victoria, nunc fuga fuit. Gallorum tamen ad un-
decim millia, Romanorum quinque millia, ſunt occi-
ſa. Galli recepere in intima finium ſeſe. Conſul Placen- 48
tiam legiones duxit. Scipionem alii conjuncto exercitu
[2] cum collega, per Boiorum Ligurumque agros populan-
tem

paucis ad mare pervenit. Etiam Lipſium video dubitaſſe principe loco *averſa* an *diverſa* mallet. *J. F. Gron.*

1 *Labor & æſtus mollia*] Ab Andrea uſque ad Frobenium, *emollida* editum invenio; ut & ſcripti, niſi quod quidam *molida*. Forte, *ſeminuda & fluida corpora Gallorum.* Vide lib. 38. *Idem.*

2 *Cum collega Boiorum Ligurumque agros populatum iſſe*] Scripti: *cum collega per Boiorum Ligurumque agros populantem iſſe.* Et hoc Livii fuiſſe judico. Lib. 2. *Sabini uſque ad portas urbis populantes inceſſere.* Lib. 3. *Conſul quum aliquoties per omnem hoſtium agrum populabundus iſſet.* Lib. 25. *Et alia ingens præda fuit, quam Hanno populabundus paſſim quum iſſet, ex ſociorum populi Roma-*

ni

tem iſſe, quoad progredi ſilvæ paludeſque paſſæ ſint, ſcribunt: alii, nulla memorabili re geſta, comitiorum cauſſa rediiſſe Romam. Eodem hoc anno T. Quintius Elatiæ, quo in hiberna reduxerat copias, totum hiemis tempus jure dicundo conſumpſit: mutandiſque iis quæ aut ipſius Philippi, aut præfectorum ejus licentia in civitatibus facta erant, quum ſuæ factionis hominum vires augendo, jus ac libertatem aliorum deprimeret. Veris initio Corinthum, conventu edicto, venit. ibi omnium civitatum legationes in concionis modum circumfuſas eſt allocutus: orſus ab inita primum Romanis amicitia cum Græcorum gente, & imperatorum, qui ante ſe in Macedonia fuiſſent, ſuiſque rebus geſtis. Omnia cum approbatione ingenti ſunt audita; præterquam quum ad mentionem Nabidis ventum eſſet: *Id minime conveniens liberanti Græciam videbatur; tyrannum reliquiſſe, non ſuæ ſolum patriæ gravem, ſed omnibus circa civitatibus metuendum; hærentem viſceribus nobiliſſimæ civitatis.*
49 Nec ignarus hujus habitus animorum Quintius, *Si ſine excidio Lacedæmonis fieri potuiſſet*, fatebatur, *pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuiſſe. nunc quum aliter quam*[1] *ruina graviſſima civitatis opprimi non poſſet, ſatius viſum eſſe, tyrannum debilitatum, ac totis prope viribus ad nocendum cuiquam ademptis, relinqui, quam intermori vehementioribus, quam quæ pati poſſet, remediis civitatem ſinere; in ipſa vindicta libertatis perituram.* Præteritorum commemorationi ſubjecit, *Proficiſci ſibi in Italiam, atque omnem exercitum deportare, in animo eſſe. Demetriadis Chalcidiſque præſidia intra decimum diem audituros deducta: Acrocorinthum ipſis extemplo videntibus vacuam Achæis traditurum: ut omnes ſcirent, utrum Romanis an*

Ætolis

ni agris traxerat. Nec aliter priſcæ editiones, niſi quod *Ligúrumque* ex Mog. adjectum. In Gryphio & Curione primis reperio vulgatum. *J. F. Gron.*

1 *Ruina graviſſima civitatis*] Thuan. *graviſſimæ.* In quo ſignificatu ſupra cap. 17. *Segeſticam gravem atque opulentam civitatem.* Et de eadem Lacedæmone. 39, 36. *Muros dirutos urbis nobiliſſimæ eſſe*, ut etiam nunc ſtatim præceſſit. *Jac. Gron.*

1 Et

Ætolis mentiri mos eſſet; qui male commiſſam libertatem populo Romano ſermonibus diſtulerint, & mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. Sed illis nec quid dicerent, nec quid facerent, quicquam umquam penſi fuiſſe. Reliquas civitates monere, ut ex factis non ex dictis, amicos penſent: intelligantque, quibus credendum, & à quibus cavendum ſit. Libertate modice utantur. temperatam eam ſalubrem [1] *& ſingulis & civitatibus eſſe: nimiam & aliis gravem, & ipſis qui habeant effrenatam & præcipitem eſſe. Concordiæ in civitatibus principes, & ordines inter ſe, & in commune omnes civitates conſulerent. adverſus conſentientes nec regem quemquam ſatis validum, nec tyrannum fore. Diſcordiam & ſeditionem omnia opportuna inſidiantibus facere, quum pars quæ domeſtico certamine inferior ſit, externo potius ſe applicet, quam civi cedat. Alienis armis partam, externa fide redditam libertatem ſua cura cuſtodirent, ſervarentque. ut populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus ſuum bene poſitum ſciret.* Has velut parentis voces quum audirent, manare omnibus gaudio lacrimæ, adeo ut ipſum quoque confunderent dicentem. Pauliſper fremitus approbantium dicta fuit: monentiumque aliorum alios, ut eas voces velut oraculo miſſas in pectora animoſque demitterent. Silentio deinde facto petiit ab iis, ut cives Romanos, ſi qui apud eos in ſervitute eſſent, conquiſitos intra duos menſes mitterent ad ſe in Theſſaliam. *Ne ipſis quidem honeſtum eſſe in liberata terra liberatores ejus ſervire.* Omnes acclamarunt; gratias ſe inter cætera etiam ob hoc agere, quod admoniti eſſent, ut tam pio, tam neceſſario officio fungerentur. Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Annibal, quum à ſuis non redimerentur, venundederat. [2] Multitudinis eorum argumentum eſt, quod

1 *Et ſingulis & civitatibus eſſe*] Aut hic aut in ſequenti membro abundat verbum ſubſtantivum. *J. F. Gron.*

2 *Multitudinis eorum argumentum eſt*] Codex Moguntinus, *ſit*: idque confirmat Priſcianus in libello de Ponderibus. Subjicit autem: *Qua ratione oſtenditur, ſex millia denariorum habere talentum. Nam quum quingeni denarii pro mille ducentis captivis dati, colligantur, ſexcenta millia donariorum, centum ea oſtendit fuiſſe talenta: Centeſima autem*

quod Polybius ſcribit centum talentis eam rem Achæis ſtetiſſe : quum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, ſtatuiſſent. [1] Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit. Adjice nunc pro portione quot veriſimile ſit totam Græciam habuiſſe. Nondum conventus dimiſſus erat, quum reſpiciunt præſidium ab Acrocorintho deſcendens, protinus ad portam duci atque abire. [2] Quorum agmen imperator ſecutus, proſequentibus cunctis, ſervatorem liberatoremque acclamantibus. Salutatis, dimiſſiſque eis, eadem qua venerat via Elatiam rediit. inde cum omnibus copiis Ap. Claudium legatum dimittit. per Theſſaliam atque Epirum ducere Oricum jubet, atque ibi ſe opperiri. inde namque in animo eſſe, exercitum in Italiam trajicere. & L. Quintio fratri legato & præfecto claſſis ſcribit, ut onerarias ex

51 omni Græciæ ora eodem contraheret. Ipſe Chalcidem profectus, deductis non à Chalcide ſolum, ſed etiam ab Oreo atque Eretria præſidiis, conventum ibi Euboicarum civitatum habuit : commonitoſque, in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, & in quo relinqueret, dimiſit. Demetriadem inde proficiſcitur : deductoque præſidio, proſequentibus cunctis, ſicut Corinthi & Chalcide, pergit ire in Theſſaliam : ubi non liberandæ modo civitates erant, ſed ex omni colluvione & confuſione in aliquam tolerabilem formam redigendæ. Nec enim temporum modo vitiis, ac violentia & licentia regia turbati erant : ſed

tem pars ſexcentorum millium ſex millia inveniuntur. Nimirum quingenties mille ducenta efficiunt ſexcenta millia. Ergo centum talenta 600000 denarium. Hæc autem viginti quatuor ſeſtertium millia. Ergo talentum ſex millia denarium, viginti quatuor ſeſtertia. Ergo & denarius drachma. nam talentum eſt ſex millia drachmarum. *J. F. Gron.*

1 *Mille enim ducentos,* &c.] Sic Plut. in Quintio : ἐν δὲ τῇ Ἑλλάδι χίλιοι καὶ διακόσιοι τὸ πλῆθος ἦσαν. *Sigonius.*

2 *Quorum agmen imperator ſecutus*] Et hic Livio fraudi fuit quæſita elegantia per infinitivum modum ſuſpendendæ orationis. Scripti cum Andrea, Med. Tarv. duabus Venetis : *imperatorem ſecutum.* Lege : *quum reſpiciunt præſidium, ab Acrocorintho deſcendens, protinus ad portam duci atque abire, quorum agmen imperatorem ſequi, proſequentes cuncti & ſervatorem liberatoremque acclamantes.* J. F. Gron.

1. Per

ſed inquieto etiam ingenio gentis; nec comitia, nec conventum, nec concilium ullum, non per ſeditionem ac tumultum, jam inde à principio ad noſtram uſque ætatem traducentes. A cenſu maxime & ſenatum & judices legit: potentioremque eam partem civitatum fecit, cui ſalva tranquillaque omnia magis eſſe expediebat. Ita quum per- 52
cenſuiſſet Theſſaliam, [1] per Epirum in Oricum, unde erat trajecturus, venit. Ab Orico copiæ omnes Brunduſium tranſportatæ. inde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes non minore agmine rerum captarum, quam ſuo, præ ſe acto, venerunt. Poſteaquam Romam ventum eſt; ſenatus extra urbem Quintio ad res geſtas edisſerendas datus eſt: triumphuſque meritus ab lubentibus decretus. Triduum triumphavit. die primo [2] arma, tela, ſignaque ærea, & marmorea tranſtulit; [3] plura Philippo adempta, quam quæ ex civitatibus ceperat: [4] ſecundo die aurum argentumque, factum infectumque & ſignatum. [5] Infecti argenti fuit decem & octo millia pondo, & ducenta ſeptuaginta facti. vaſa multa omnis generis, cælata pleraque, quædam eximiæ artis: & ex ære multa fabrefacta. ad hoc clypea argentea decem. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum. tetradrachmum vocant: [6] trium fere denariorum in ſingulis argenti eſt

1 *Per Epirum in Oricum---venit*] Vet. lib. *Per Epirum Oricum*, ut paulo ante, *per Theſſaliam, atque Epirum ducere Oricum jubet*. Sigonius.

2 *Arma tela*] Plutarchus accuratius: Ἑλληνικὰ κράνη καὶ πέλται Μακεδονικαὶ, καὶ σάρισσαι. *Idem.*

3 *Plura Philippo adempta quam quæ*] Me auctore ſcribe: *quam ex civitatibus ceperat*. inducto τοῦ *quæ*, quod Livii numquam fuit. *J. F. Gron.*

4 *Secundo die aurum*] Vet. lib. *Secundo aurum*, recte, præceſſit enim paulo ante, *die primo*. Sigonius.

5 *Infecti argenti fuit decem & octo millia pondo, &c.*] Ἀργύρου δὲ ἀσήμου μυριάδας τετρακισχιλίας διακοσίας ἑβδομήκοντα λίτρας. Idem.

6 *Trium fere denariorum*] Sic jam legit Priſcianus in libello de Ponderibus, & hinc collegit denarium illo tempore fuiſſe quatuor & viginti ſiliquarum: hoc eſt drachmæ & trientis pondere: quod minime convenit iſti rationi, quam paucis ante verſibus iniit. *Vide*, inquit, *quod quatuor drachmæ ſunt ſeptuaginta duæ ſiliquæ: diximus autem ſæpius, quod tres ſcrupuli, quorum ſinguli ſex ſiliquas habeant, drachmam faciunt: tres autem denarii item habebant ſeptuaginta duas ſiliquas.* Sed Livius niſi ſecum & cum omnibus ante-

eſt pondus. [1] Auri pondo fuit tria millia ſeptingenta quatuordecim, & clypeum unum ex auro totum: & [2] Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quingenti quatuordecim. Tertio die coronæ aureæ, dona civitatum, tranſlatæ, centum quatuordecim. & hoſtiæ ductæ: & ante currum multi nobiles captivi, obſideſque, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit, & Armenes Nabidis tyranni filius, Lacedæmonius. Ipſe deinde Quintius in urbem eſt invectus. milites ſecuti currum frequentes; ut omni ex provincia exercitu deportato. His ducenti quinquageni æris in pedites diviſi: duplex centurioni, triplex equiti. [3] Præbuerunt ſpeciem triumpho capitibus raſis ſecuti, qui ſervitute exempti fuerant.
53 Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex ſenatuſconſulto tulit ad plebem, plebeſque ſcivit, Ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum, deducerentur. His deducendis triumviri, creati, quibus in triennium imperium eſſet, in Bruttios Q. Nævius, M. Minucius Rufus, M. Furius Craſſipes: in Thurinum agrum [4] Cn. Manlius, P. Ælius, L. Apuſtius. ea bina comitia Cn. Domitius prætor urbanus in Capitolio habuit. Ædes eo anno aliquot dedicatæ ſunt: una [5] Junonis Soſpitæ in foro olitorio; vota locataque quadriennio ante à

C. Cor-

antiquis pugnare voluit, ſcripſit: *IIII fere denariorum*. J. F. Gron.

1 *Auri pondo tria millia*, &c.] Plutarch. χρυσίου συγκεχωνευμένου λίτρας τρισχιλίας ἑπτακοσίας δέκα τρεῖς. *Sigonius.*

2 *Philippei nummi aurei XIV millia, quingenti XIV.*] Plutarchus: Φιλιππείους δὲ χρυσοῦς μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίας δεκατέσσαρας. *Idem.*

3 *Præb. ſpeciem triumpho*] Non eſt audiendus Glareanus, qui *ſpecimen* legit. *Speciem* enim vertit Plutarchus cum ait: παρεῖχεν ὄψιν. *Idem.*

4 *A. Manl. P. Ælius, L. Apuſt.*] Hos triumviros in eadem colonia deducenda ſequenti anno vocat Cn. Manlium Vulſonem, P. Ælium Tuberonem, L. Apuſtium Fullonem. Cum autem P. Ælius ſit is, ut ait, cujus lege deducebatur colonia, profecto. *Q. Ælius* legendum eſt, is enim tribunus pl. legem tulit. *Idem.*

5 *Junonis Matutæ in foro*] Duæ cauſæ ſunt, cur legendum ſit *Junonis Soſpitæ*. Una, quod nuſquam alibi *Juno Matuta* dicta eſt, ſed *Mater Matuta*, quæ Græce Λευκόθεα eſt; altera, quod quadriennio ante C. Cornelius *Junoni Soſpitæ*, non *Matutæ*, voviſſe ædem traditur. Verba ſunt Livii lib. 32. *Conſul principio pugnæ ædem vovit Soſpitæ Junoni, ſi eo die hoſtes fuſi, fugatique eſſent.* Idem etiam probe Glareano videtur. *Idem.*

1. Ve-

C. Cornelio conſule Gallico bello; cenſor idem dedica-
vit: altera Fauni. ædiles eam biennio ante ex mulctati-
cio argento faciendam locarant, C. Scribonius, & Cn.
Domitius; qui prætor urbanus, eam dedicavit. & ædem
Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicavit Q. Mar-
cius Ralla; duumvir ad idipſum creatus. [1] voverat eam
decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus:
locaverat idem cenſor. Et in inſula Jovis ædem C. Servi-
lius duumvir dedicavit. vota erat ſex annis ante Gallico
bello ab L. Furio Purpureone prætore; ab eodem poſtea
conſule locata. Hæc eo anno acta. P. Scipio ex provin- 54
cia Gallia ad conſules ſubrogandos rediit. Comitia con-
ſulum fuere, quibus creati ſunt L. Cornelius Merula, &
Q. Minucius Thermus. Poſtero die creati ſunt prætores
L. Cornelius Scipio, M. Fulvius Nobilior, C. Scribo-
nius, M. Valerius Meſſala, [2] L. Porcius Licinus, & C.
Flaminius. Megaleſia, ludos ſcenicos, [3] C. Atilius Serra-
nus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt.
Ho-

1 *Voverat --- P. Sempronius Sophus. Locaverat id. cenſor*] Hic P. Sempronius & in conſulatu, & in cenſura *Tuditanus*, non *Sophus* dicitur à Livio. Quare cognomen *Sophus*, ex hoc loco delendum videtur; puto tamen non eſſe reponendum, *Tuditanus*, ut cenſet Glareanus, ſed *conſul*: ut ita legatur, *voverat eam P. Sempronius conſul, locaverat idem cenſor*. Sic enim libro 29, ubi de P. Sempronio vovente ait: *conſul principio pugnæ ædem fortunæ Primigeniæ vovit*. Errandi cauſam dedit compendioſa ſcribendi ratio COS. *Sop*' Ita autem locutus eſt paulo ante: *Vota, locataque quadriennio ante à C. Cornelio conſule Gallico bello, cenſor idem dedicavit*. Sigonius.

Locaverat idem cenſor] P. Sempronius cenſor quinque annis ante fuerat, quam conſul eſt factus. Non igitur cenſor locare potuit, cum ædem hanc nondum voviſſet. Quare legendum erit: *Locaverat idem conſul*. nam in conſulatu, teſte Livio, primum voverat. Cur autem Sophi cognomen hic Sempronio tribuat Livius, quem ipſe prius & Cicero aliique *Tuditanum* vocant, obſcurum eſt. Utrumque ſane cognomen Semproniæ gentis eſt. Et multos duplici cognomine inſignes fuiſſe ex Faſtis palam eſt. Sic & Sempronius hic tam *Sophus* quam *Tuditanus* vocari potuit, prognatus forſan ab illo Sempronio Sopho, cui caput tuditi vel malleo ſimile novum *Tuditani* cognomen alterum indidit, ſicut ex Atejo Feſtus Pompejus annotavit. *Pighius*.

2 *L. Porcius Licinus*] *Licinius*, ex Capitol. tabulis. *Sigonius*.

3 *C. Attil. Serr. L. Scr. Libo æd. cur. primi fecer.*] Eoſdem ædiles in iiſdem ludis faciendis edit etiam Pædianus in Cornelianam. *Idem*.

Horum ædilium ludos Romanos primum ſenatus à populo ſecretus ſpectavit, præbuitque ſermones (ſicut omnis novitas ſolet) aliis *tandem, quod multo ante debuerit, tributum* cenſentibus *ampliſſimo ordini*; aliis, *demptum ex dignitate populi, quicquid majeſtati Patrum adjectum eſſet*, interpretantibus. *& omnia diſcrimina talia, quibus ordines diſcernerentur, &* [1] *concordiæ & libertatis æque minuendæ eſſe.* [2] *Ad quingenteſimum quinquageſimum octavum annum in promiſcuo ſpectatum eſſe. Quid repente factum, cur immiſceri ſibi in cavea Patres plebem nollent? Cur dives pauperem conſeſſorem faſtidiret? novam & ſuperbam libidinem, ab nullius ante gentis ſenatu neque deſideratam neque inſtitutam.* Poſtremo ipſum quoque Africanum, quod conſul auctor ejus rei fuiſſet, pœnituiſſe ferunt. adeo nihil motum ex antiquo, probabile eſt. veteribus, niſi quæ uſus evidenter arguit, ſtari malunt.

55 Principio anni, quo L. Cornelius, Q. Minucius conſules fuerunt, terræmotus ita crebri nunciabantur, ut non rei tantum ipſius, ſed feriarum quoque ob id indictarum homines tæderet. nam neque ſenatus haberi, neque reſpublica adminiſtrari poterat; ſacrificando expiandoque occupatis conſulibus. Poſtremo decemviris adire libros juſſis, ex reſponſo eorum ſupplicatio per triduum fuit. coronati ad omnia pulvinaria ſupplicaverunt. edictumque eſt, ut omnes qui ex una familia eſſent, pariter ſupplicarent. item ex auctoritate ſenatus conſules edixerunt, ne quis, quo die terræmotu nunciato feriæ indictæ eſſent, eo die alium terræmotum nunciaret. Provincias deinde conſules prius, tum prætores ſortiti. [3] Cornelius Galliam;

1 *Concordiæ & libertati, &c.*] Vet. lib. *Libertatis.* Ita autem legendum eſſe alio loco, ubi de ejuſmodi dicendi genere docui, oſtendi. *Sigonius.*

Et libertati] Sigonius è vetere ſuo, *libertatis*, id quod non modo noſtri confirmant ſcripti, ſed & quidquid eſt editorum ante Gryphium & Curionem. *J. F. Gron.*

2 *Ad quinq. octavum ann.*] *Quinquageſimum ſextum* legendum eſſe alio loco doceo, in Chronologia: in vet. lib. eſt CVIII. Menda ex notis eſt nata, cum debeat ſcribi DLVI. L enim in V verſum eſt, & V in duo II, ut alias. *Sigonius.*

3 *Cornelius Galliam; Minucius Ligures ſortiti ſunt*] Mogunt. *Cornelio Gallia*

liam, Minucius Ligures ſortiti ſunt. C. Scribonius urbanam, M. Valerius peregrinam, L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hiſpaniam citeriorem, M. Fulvius Hiſpaniam ulteriorem. Nihil belli eo 55
anno exſpectantibus conſulibus, [1] literæ M. Cincii (præfectus Piſis erat) allatæ: *Ligurum viginti millia armatorum, conjuratione per omnia conciliabula univerſæ gentis facta, Lunenſem primum agrum depopulatos, Piſanum deinde finem tranſgreſſos, omnem oram maris peragraſſe.* Itaque Minucius conſul, cui Ligures provincia evenerat, ex auctoritate Patrum [2] in Roſtra aſcendit: & edixit, Ut legiones duæ urbanæ, quæ ſuperiore anno conſcriptæ eſſent, poſt diem decimum Arretii adeſſent. in earum locum ſe duas legiones urbanas ſcripturum. item ſociis & Latini nominis magiſtra-

lia Minucio Ligures evenerunt. Recte ſentit Modius parum intereſſe utrum recipias: ſed falſa ratione, quod nempe utroque modo alibi Livius. Vera ratio eſt, quia utrumque ſuppoſitiium & correctorum. Moguntinum ſtare nequit propter *urbanam, peregrinam, Siciliam,* &c. tum propter nomina prætorum: quæ omnia ſimul erant mutanda. *Sortiti ſunt* eſt interpretis, quia verbum idem proxime præceſſit. Fuit igitur Livii: *provincias deinde conſules prius, tum prætores ſortiti Cornelius Galliam, Minucius Ligures: C. Scribonius urbanam.* Statimque: *C. Flaminius Hiſpaniam citeriorem, M. Fulvius ulteriorem.* Ut cap. 43 hujus libri & lib. 33 cap. 26. & ſæpe alibi. Voſſianus: *Cornelio Gallia, Minucio Ligures ſortiti: cæterum Scribonius.* Quod ſi Moguntinum placeat, ſic omnia formanda: *Provincias deinde, conſulibus prius, tum prætoribus ſortitis, Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt: C. Scribonio urbana, M. Valerio peregrina, L. Cornelio Sicilia, L. Porcio Sardinia, C. Flaminio Hiſpania citerior, M. Fulvio ulterior.* J. F. Gron.

1 *Literæ M. Cincii (præfectus is Piſis erat) allatæ*] Libri veteres abolent pronomen à Mog. additum, retento: *literæ M. Cincii (præfectus Piſis erat) allatæ.* Recte. Diximus in principio operæ hujus. Lib. 27, 33. *Dictator Manlius magiſtrum equitum Cn. Servilium (tum ædilis curulis erat) dixit.* Sic noſtri meliores & Rhenani liber. Vulgo: *qui tum ædilis.* Lib. 31, 10. *L. Furius Purpureo tum provinciæ præerat, cætero ex ſenatuſconſulto exercitu,* &c. Andreas ſane immiſit *qui*, & retinent eum ſequuti, ſed non eſt in ſcriptis. Lib. 37, 17. *Erant Iaſſenſium exules cum Romanis. frequentes Rhodios orare inſtiterunt, ne urbem & vicinam ſibi & cognatam innoxiam periſſe liceret.* Sic omnes MSS. ut & Andreas cum vetuſtiſſimis. Aldina *ibi frequentes.* Poſteriores magis ſcilicet naſuti: *ii frequentes.* Eodem libro cap. 40. *Et totidem Trallos & tria millia cetratorum (Piſidæ erant & Pamphylii & Lycii) tum Cyrtæorum,* &c. Ita ſcribendum. Vulgo: *Piſidæ hi erant.* ſed libri veteres pronomen ignorant. *Idem.*

2 *In Roſtra aſcendit*] Thuan. *in roſtre aſcendit.* Haud dubie inverſum pro *in roſtra eſcendit.* Jac. Gron.

giſtratibus, legatiſque eorum, qui milites dare debebant, edixit, ut in Capitolio ſe adirent. [1] Ex iis quindecim millia peditum & quingentos equites pro numero cujuſque juniorum deſcripſit: & inde è Capitolio protinus ire ad portam; & ut maturaretur res, proficiſci ad delectum juſſit. Fulvio Flaminioque terna millia Romanorum peditum, & centeni equites in ſupplementum, & quina millia ſocium Latini nominis & duceni equites decreti: mandatumque prætoribus, ut veteres dimitterent milites, quum in provinciam veniſſent. Quum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes [2] tribunos plebeios adiſſent, uti cauſſas cognoſcerent eorum, quibus aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſſæ eſſent, quo minus militarent; eam rem literæ Ti. Sempronii diſcuſſerunt, in quibus ſcriptum erat, [3] *Ligurum quindecim millia in agrum Placentinum veniſſe: & eum uſque ad ipſa coloniæ mœnia & Padi ripas cum cædibus & incendiis perpopulatos eſſe. Boiorum quoque gentem ad rebellionem ſpectare.* Ob eas res [4] tumultum eſſe decrevit ſenatus, tribunos plebei non placere

1 *Ex iis quindecim millia peditum*] Andreas & ſcripti præpoſitionem ignorant. Mediolani adjectam video: ſed ab iis, qui vim verbi *deſcribere* non capiebant. Id adhibet Livius, ut Cicero 5 Verr. *Civitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere.* Ad Quintium fratrem: *vectigal, quod iis æqualiter Sulla deſcripſerat.* Cæſar 3 Civil. *Locis certis horrea conſtituit, vecturaſque frumenti finitimis civitatibus deſcripſit.* Juſtinus lib. 16. *Cum Athenienſes Græciæ & Aſiæ tributum in tutelam claſſis deſcripſiſſent.* Ubi vides illi præpoſitioni locum nullum eſſe. Eſt enim idem quod imperare, & quidem non modo in univerſum, ſed ſingulis pro ratione & copia cujuſque. Si in ſcriptis eſſet τὸ *Ex*, faceremus, *Et iis.* J. F. Gron.

2 *Trib. plebeios adiſſ.*] Vet. lib. *Tribunos plebis.* Sigonius.

Tribunos plebeios adiſſent] Thuan. *tribunos plebei.* Jac. Gron.

3 *Ligur. decem mill.*] Vet. lib. *xv millia.* Sigonius.

4 *Tumultum eſſe. Decrevit ſenatus trib. plebei, &c.*] Pulcherrimum ſenſum inepta verborum interpunctio depravavit. Sic autem interpungendum cenſeo, *ob eas res tumultum eſſe decrevit ſenatus*, tum infer, *tribunos plebis*, &c. loquitur de tumultu Gallico, de quo ſic Cicero in 8 Philippica. *Poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt. quid enim aliud eſt tumultus niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. gravius autem eſſe tumultum, quam bellum hinc intelligi licet, quod bello Gallico vaca-*

cere cauſſas militares cognoſcere, [1] quo minus ad edictum convenirent. Adjecerunt etiam, ut ſocii nominis Latini, qui in exercitu P. Cornelii, Ti. Sempronii fuiſſent, & dimiſſi ab iis conſulibus eſſent; ut ad quam diem L. Cornelius conſul edixiſſet, & in quem locum edixiſſet Etruriæ, convenirent: [2] & ut L. Cornelius conſul in provinciam proficiſcens in oppidis agriſque, qua iturus eſſet, ſi quos ei videretur, milites ſcriberet, armaretque, & duceret ſecum. dimittendique ei, quos eorum, quandoque vellet, jus eſſet. Poſteaquam conſules delectu habito profe- 57
cti ſunt in provincias, tum T. Quintius poſtulavit, ut de his, quæ cum decem legatis ipſe ſtatuiſſet, ſenatus audiret: eaque, ſi videretur, auctoritate ſua confirmaret. Id eos facilius facturos, ſi legatorum verba, qui ex univerſa Græcia, & magna parte Aſiæ, quique ab regibus veniſſent, audiſſent. Hæ legationes à C. Scribonio prætore urbano in ſenatum introductæ ſunt; benigneque omnibus reſponſum. Cum Antiocho, quia longior diſceptatio erat, decem legatis, quorum pars in Aſia aut Lyſimachiæ apud regem fuerant, delegata eſt. T. Quintio mandatum, ut adhibitis iis legatorum regis verba audiret: reſponderetque iis, quæ ex dignitate atque utilitate populi Romani reſponderi poſſent. [3] Menippus & Hegeſianax principes regiæ legationis erant. ex iis Menippus, *Ignorare ſe* dixit, *quidnam perplexi ſua legatio haberet, quum ſimpliciter ad amicitiam petendam jungendamque ſocietatem veniſſent.*

vacationes valent, tumultu non valent. Et Phil. 5. *Tumultum decerni, juſtitium indici, ſaga ſumi dixi oportere.* Sic hoc loco ſenatus decrevit, ut tumultus eſſet quia Boii ad rebellionem ſpectabant. Demum ex vet. lib. pro *Tribunos plebei, Plebis.* Sigonius.

1 *Quo minus ad edictum conveniretur*] A Mog. eſt. Noſtri ſcripti cum prius editis: *convenirent.* Quod rejicere nondum poſſum, qui tam facile in hoc intelligam, *ſcripti milites,* quam in illo, *à ſcriptis militibus.* Immo agnoſco in hoc aliquid magis Romanum. *J. F. Gron.*

2 *Et ut L. Cornelius conſul*] Vet. lib. *Et ut L. Cornelius conſul.* Sigonius.

3 *Men. & Heg. pr. regiæ legationis*] Appianus meminit hujus legationis in Syriaco, additque Lyſiam his verbis: ϗ πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἔπεμπε Λυσίαν τε ϗ Ἡγησιάνακτα ϗ Μένιππον. *Idem.*

niſſent. Eſſe autem tria genera fœderum, [1] *quibus inter ſe paciſcerentur amicitias civitates regeſque. Unum quum bello victis dicerentur leges. ubi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos velit, ipſius jus atque arbitrium eſſe. Alterum, quum pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent. tunc enim repeti reddique per conventionem res, & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriuſque commodo componi. Tertium eſſe genus, quum, qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coëant. eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris & victi eſſe. Ex eo genere quum Antiochus eſſet,* [2] *mirari ſe, quod Romani æquum cenſeant, ei leges dicere; quas Aſiæ urbium liberas & immunes, quas ſtipendiarias eſſe velint; quas intrare præſidia regia regemque vetent. cum Philippo enim hoſte pacem, non cum Antiocho a-*
58 *mico ſocietatis fœdus ita ſanciendum eſſe.* Ad ea Quintius; *Quoniam vobis diſtincte agere libet, & genera jungendarum amicitiarum enumerare, ego quoque duas conditiones ponam, extra quas nullam eſſe regi nuncietis amicitiæ cum populo Romano jungendæ. Unam, ſi nos nihil, quod ad urbes Aſiæ attinet, curare velit, ut & ipſe omni Europa abſtineat. Alteram, ſi ſe ille Aſiæ finibus non contineat & in Europam tranſcendat, ut & Romanis jus ſit, Aſiæ civitatum amicitias & tueri quas habeant, & novas complecti. Enimvero id auditu etiam* dicere *indignum eſſe* Hegeſianax, *Thraciæ & Cherſoneſi urbibus arcere Antiochum. quæ Seleucus proavus ejus, Lyſimacho rege bello victo, & in acie cæſo,* [3] *per ſummum decus parta reliquerit; pari cum laude* [4] *partim ab Thracibus poſſeſſa, armis receperit Antiochus, partim*

1 *Quibus integre paciſcerentur*] Vet. lib. *Inter ſe paſciſcerentur*, non *integre*: optime. ſic paulo poſt: *amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam*. Sigonius.

2 *Mirari ſe, quod Romani æquum cenſeant*] Non eſt hoc Livii, ſed *quid* vel *qui Romani*. Sic juvimus etiam noſtrum lib. 2, 54. *J. F. Gron.*

3 *Per ſummum decus parta liquerit*] Quid opus fuit *liquerit* ſubdere pro *reliquerit*. An non Maro: *cui pauca relicti Jugera ruris erant*. An non Martialis: *Res non parta labore, ſed relicta*. Idem.

4 *Eadem ab Thracibus poſſeſſa partim*] Hoc admiſſum ex Moguntino. Prius aberat *eadem*. Sed rotundius noſtri ſcripti: *pari cum laude partim ab Thracibus*

tim deſerta; ſicut ipſam Lyſimachiam, & revocatis cultoribus frequentaverit, & quæ ſtrata ruinis atque incendiis erant, ingentibus impenſis ædificaverit. Quid igitur ſimile eſſe, ex ea poſſeſſione ita parta, ita recuperata, deduci Antiochum, & Romanos abſtinere Aſia, quæ nunquam eorum fuerit? Amicitiam Romanorum expetere Antiochum: ſed quæ impetrata gloriæ ſibi, non pudori ſit. Ad hæc Quintius: *Quandoquidem*, inquit, *honeſta penſamus; ſic, ut aut ſola aut prima certe penſari decet principi orbis terrarum populo, & tanto regi; utrum tandem videtur honeſtius, liberas velle omnes quæ ubique ſunt Græciæ urbes, an ſervas & vectigales facere? Si ſibi Antiochus pulchrum eſſe cenſet, quas urbes proavus belli jure habuerit, avus paterque nunquam uſurpaverint pro ſuis, eas repetere in ſervitutem; & populus Romanus ſuſceptum patrocinium libertatis Græcorum non deſerere, fidei conſtantiæque ſuæ ducit eſſe. Sicut à Philippo Græciam liberavit,* [1] *ità & ab Antiocho Aſiæ urbes, quæ Graii nominis ſint, liberare in animo habet. neque enim in Æolidem Ioniamque coloniæ in ſervitutem regiam miſſæ ſunt: ſed ſtirpis augendæ cauſſa, gentiſque vetuſtiſſimæ per orbem terrarum propagandæ.* Quum hæſitaret Hegeſianax, nec inficiari poſſet, 59
honeſtiorem cauſſam libertatis quàm ſervitutis prætexi titulo; *Quin mittimus ambages*, inquit P. Sulpicius, qui maximus natu ex decem legatis erat, *alteram ex duabus conditionibus,* [2] *quæ modo diſerte à Quintio datæ ſunt, legite: aut ſuperſedete*

cibus poſſeſſa armis receperit. Suſpicor autem gravius hunc locum laborare. Nam τὸ *quæ*, ut nunc eſt, non poteſt reſpicere niſi ſuperiora, & in illis aut *urbes* aut *Thraciam & Cherſoneſum*: u-trumvis ſatis durum. Videtur autem ab Livio fuiſſe: *quæ Seleucus proavus ejus, Lyſimacho rege, bello victo & in acie cæſo, per ſummum decus parta reliquerit; pari cum laude partim ab Thracibus poſſeſſa armis recepiſſe Antiochum, partim deſerta, ſicut ipſam Lyſimachiam, & revocatis cultoribus frequentaſſe & quæ ſtrata ruinis atque incendiis erant, ingentibus impenſis ædificaſſe.* Abutitur autem vocabulo *proavus* pro abavo. Nam Antiochus Magnus Seleuci Callinici, hic Antiochi Divi, hic Antiochi Soteris, hic Seleuci Nicatoris. *Idem.*

1 *Ita ab Ant.*] Vet. lib. *Ita & ab Antiocho.* Sigonius.

2 *Quæ modo diſerte à Quintio datæ ſunt*] Scribe: *latæ.* ita enim loquebantur. Lib. 27. *Enimvero indignum ratus Philippus victos victori ſibi ultro conditiones ferre.* Lib. 37 de Ætolis: *Duæ conditiones ei latæ ſunt: vel ſenatui liberum*, &c. Lib. 39. *In extrema oratione Catonis conditio Quinctio fertur, ut ſi id factum negaret, ſponſione defenderet*

 ſeſe

ſedere de amicitia agere. *Nos vero*, inquit Menippus, *nec volumus, nec poſſumus paciſci quicquam, quo regnum Antiochi minuatur.* Poſtero die Quintius legationes univerſas Græciæ Aſiæque quum in ſenatum introduxiſſet, ut ſcirent quali animo populus Romanus, quali Antiochus erga civitates Græciæ eſſent; poſtulata & ſua & regis expoſuit. *Renunciarent civitatibus ſuis, populum Romanum qua virtute quaque fide libertatem eorum a Philippo vindicaverit, eadem ab Antiocho, niſi decedat Europa, vindicaturum.* Tum Menippus deprecari & Quintium & Patres inſtitit, *Ne feſtinarent decernere, quo decreto turbaturi orbem terrarum eſſent. Tempus & ſibi ſumerent, & regi ad cogitandum darent. cogitaturum, quum renunciatæ conditiones eſſent: & impetraturum aliquid,* [1] *aut pacis cauſſa conſenſurum.* Ita integra dilata res eſt. legatos mitti ad regem eoſdem, qui Lyſimachiæ apud eum fuerant, placuit: P. Sulpicium, P. Villium, P. Ælium.

60 Vixdum ii profecti erant, quum à Carthagine legati, bellum haud dubie parare Antiochum Annibale miniſtro attulerunt. injeceruntque curam, ne ſimul & Punicum bellum excitaretur. Annibal patria profugus pervenerat ad Antiochum, ſicut ante dictum eſt: & erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, niſi quod volutanti diu conſilia de Romano bello, nemo aptior ſuper tali re particeps ſermonis eſſe poterat. Sententia ejus una atque eadem ſemper erat, ut in Italia bellum gereretur. *Italiam & commeatus & militem præbituram externo hoſti. Si nihil ibi moveatur, liceatque populo Romano viribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere; neque regem neque gentem ullam parem Romanis eſſe. Sibi centum tectas naves, decem millia peditum, mille equites depoſcebat. Ea ſe claſſe primum Africam petiturum. magnopere confidere, & Carthaginienſes ad rebellandum ab ſe com-*

ſeſe. Cælius ad Cicer. *Eandem rationem fore Cæſaris in dimittendis adverſariis & conditionibus ferendis.* Cæſar 4 Gall. *Ea conditione, quæ a Cæſare ferretur, ſe uſuros oſtendebant.* J. F. Gron.

1 *Aut pacis cauſa conſenſurum*] Buſlid. & Voſſ. *conceſſurum.* Idem.

1 *Ariſto-*

*compelli poſſe. Si illi cunctentur, ſe aliqua parte Italiæ bellum ex-
citaturum Romanis. Regem cum cæteris omnibus tranſire in Eu-
ropam debere, & in aliqua parte Græciæ copias continere: neque
trajicientem, & (quod in ſpeciem ſamamque belli ſatis ſit) pa-
ratum trajicere.* In hanc ſententiam quum adduxiſſet re- 61
gem, præparandos ſibi ad id popularium animos ratus;
literas, ne quo caſu interceptæ palam facerent conata, ſcri-
bere non eſt auſus. [1] Ariſtonem quendam Tyrium nactus
Epheſi, expertuſque ſolertiam levioribus miniſteriis; par-
tim donis, partim ſpe præmiorum oneratum, quibus
etiam ipſe rex annuerat, Carthaginem cum mandatis mit-
tit: edit nomina eorum, quibus conventis opus eſſet: in-
ſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubie agnoſce-
rent ſua mandata eſſe. Hunc Ariſtonem Carthagine ob-
verſantem, non prius amici quam inimici Annibalis, qua
de cauſa veniſſet, cognoverunt. Et primo in circulis con-
viviiſque celebrata ſermonibus res eſt. deinde in ſenatu
quidam; *Nihil actum eſſe* dicere *exilio Annibalis, ſi abſens
quoque novas moliri res, ſollicitandoque animos hominum turba-
re ſtatum civitatis poſſet. Ariſtonem quendam Tyrium advenam,
inſtructum mandatis ab Annibale & ab Antiocho rege, veniſſe:
certos homines quotidie cum eo ſecreta colloquia ſerere, & in oc-
culto colloqui; quod mox in omnium perniciem erupturum eſſet.*
Conclamare omnes, *Vocari Ariſtonem debere, & quæri quid
veniſſet: & niſi exprameret, cum legatis Romam mitti. ſatis pro
temeritate unius hominis ſuppliciorum penſum eſſe. Privatos ſuo
periculo peccaturos. rempublicam non extra noxam modo, ſed
etiam extra ſamam noxæ conſervandam eſſe.* Vocatus Ariſto,
purgare ſeſe, & firmiſſimo propugnaculo uti, quod ni-
hil literarum ad quemquam attuliſſet. cæterum nec cauſ-
ſam adventus ſatis expediebat: & in eo maxime hæſitabat,
quod cum Barcinæ ſolum factionis hominibus collocu-
tum

1 *Ariſtonem quendam Tyrium*] Mercatorem fuiſſe ait Appianus in Syriaco: Ἀρίστωνα δὲ ἔμπορον Τύριον ἐπὶ προφάσει τῆς ἐμπορίας ἔπεμπε πρὸς τοὺς φίλους. *Sigonius.*

tum eum arguebant. Orta deinde altercatio eſt, aliis, pro ſpeculatore comprehendi jam & cuſtodiri, jubentibus; aliis negantibus, tumultuandi cauſſam eſſe. mali rem exempli eſſe, de nihilo hoſpites corripi. Idem Carthaginienſibus, & Tyri, & in aliis emporiis, in quæ frequenter commeent, eventurum. Dilata eo die res eſt. Ariſto Punico ingenio inter Pœnos uſus, tabellas conſcriptas celeberrimo loco ſupra [1] ſedem quotidianam magiſtratus prima veſpera ſuſpendit. [2] ipſe de tertia vigilia navem conſcendit & profugit. Poſtero die quum [3] Sufetes ad jus dicendum conſediſſent, conſpectæ tabellæ, demptæque & lectæ. Scriptum erat, ARISTONEM PRIVATIM AD NEMINEM, PUBLICE AD SENIORES (ita ſenatum vocabant) MANDATA HABUISSE. Publicato crimine, minus intenta de paucis quæſtio erat. mitti tamen legatos Romam, qui rem ad conſules & ſenatum deferrent, placuit: ſimul qui de injuriis Maſiniſſæ que-
62 rerentur. Maſiniſſa poſteaquam & infames Carthaginienſes, & inter ſe ipſos diſcordes ſenſit, [4] principes propter colloquia Ariſtonis ſenatui; ſenatum [5] propter indicium ejuſdem Ariſtonis populo ſuſpectum: locum injuriæ eſſe ratus, agrum maritimum eorum & depopulatus eſt, & quaſdam urbes vectigales Carthaginienſium ſibi coëgit ſtipen-

1 *Sedem quotidianam magiſtratus*] Mala cura Cælii ſecundi Curionis: nam Andreas & omnes uſque ad poſtremum Frobenium cum ſcriptis, *magiſtratuum*. Recte, & paullo poſt *Suffetes* appellando plures oſtendit fuiſſe. *Magiſtratum* pro collegio vel numero hominum conſilium publicum conſtituentium dicere noſtri ſeculi eſt. Veteribus *magiſtratus* aut officium eſt, aut homo unus, non multi: quot autem homines cum poteſtate ſunt, tot ſunt *magiſtratus*. Sic apud Juſtinum lib. 2, 10. *Omnia in tabellis ligneis magiſtratui perſcribit: & juſſo magiſtratui Spartanorum tradere:* ubi in Bongarſii Variis videbis in quibuſdam libris eſſe *magiſtratibus*. Haud dubie verius: ephoros enim ſignificat. *J. F. Gron.*

2 *Ipſe de tert. vig.*] Vet. lib. *Ipſe deinde tertia vigilia*. Sigonius.

3 *Suffetes*] *Sufetes*, ut ſupra. *Idem.*

4 *Principibus propter colloquia Ariſtonis*] Bene hic in parte Gelenius: partem ita melius conſtituere, puto ſcriptos: *principes propter colloquia Ariſtonis ſenatui, ſenatum propter indicium ejuſdem Ariſtonis populo ſuſpectum*. J. F. Gron.

5 *Propter judicium ej. A.*] Vet. lib. *Indicium*. Sigonius.

1 *Em-*

ſtipendium pendere. [1] Emporia vocant eam regionem. ora eſt minoris Syrtis, & agri uberis. Una civitas ejus Leptis, ea ſingula in dies talenta vectigal Carthaginienſibus dedit. Hanc tum regionem & totam infeſtam Maſiniſſa, & ex quadam parte dubiæ poſſeſſionis, ſui regni an Carthaginienſium eſſet, effecerat. & quia ſimul ad purganda crimina, & queſtum de ſe Romam eos ituros comperit; qui & illa onerarent ſuſpicionibus, & de jure vectigalium diſceptarent, legatos & ipſe Romam miſit. Auditi de Tyrio advena primum Carthaginienſes, curam injecere Patribus, ne cum Antiocho ſimul & Pœnis bellandum eſſet. maxime ea ſuſpicio crimen urgebat, quod quem comprehenſum Romam mitti placuiſſet, nec ipſum nec navem ejus cuſtodiſſent. De agro deinde cum regis legatis diſceptari cœptum. Carthaginienſes jure finium cauſſam tutabantur. *Quod intra eos terminos eſſet, quibus P. Scipio victor, agrum, qui juris eſſet Carthaginienſium, finiſſet: & confeſſione regis, qui quum* [2] *Aphirem profugum ex regno ſuo cum parte Numidarum vagantem circa Cyrenas perſequeretur: precario ab ſe iter per eum ipſum agrum,* [3] *tanquam haud dubie Carthaginienſium juris, petiſſet.* Numidæ *& de terminatione Scipionis mentiri eos* arguebant: *& ſi quis veram originem juris exigere vellet, quem proprium agrum Carthaginienſium in Africa eſſe? Advenis, quantum ſecto bovis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communiendam precario datum. quicquid Byrſam ſedem ſuam exceſſerint, vi atque injuria partum habere.* [4] *Neque enim de quo agatur, probare eos poſſe: non modo*

1 *Emporia voc. e. reg. ora eſt minoris Syrtis*] Horum Emporiorum meminit non ſolum Livius lib. 29 ſed etiam Polyb. lib. 1. ἅμα δὲ τούτοις καὶ τὰς προσαγορευομένας ἀγορὰς ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων Ἐμπορείων, ἐφ' αἷς εἶχον τὰς μεγίστας ἐλπίδας. Et lib. 3. μήτε τοὺς κατὰ τὴν μακρὰν Σύρτιν τόπους, ἃ καλοῦσιν Ἐμπόρεια διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας. *Sigonius.*

2 *Aphirem profugum*] Ἀφθήρατον vocat Polybius Legat. 118, quo loco eum omnem agrum à Romanis adjudicatum eſſe Maſiniſſæ ſcribit, & 500 talenta fructuum nomine pendere Carthaginienſes coactos. Appianus in Libyco. *Henr. Valeſius.*

3 *Tanquam haud dubie Carthaginienſium juris*] Malim: *haud dubii.* J.F.Gron.

4 *Neque enim de quo agatur*] Thuan. *neque eum de quo.* Id omnino reſtituendum videtur. *Jac. Gron.*

do

1 *Ab*

do ſemper, ex quo cœperint, ſed ne diu quidem eos poſſediſſe. Per opportunitates, nunc illos, nunc reges Numidarum, uſurpaſſe jus: ſemperque penes eum poſſeſſionem fuiſſe, qui plus armis potuiſſet. Cujus conditionis res fuerit, priuſquam hoſtes Romani Carthaginienſes, ſocius atque amicus, rex Numidarum eſſet, ejus ſinerent eſſe: nec ſe interponerent, quo minus qui poſſent, tenerent. Reſponderi legatis utriuſque partis placuit, miſſuros ſe in Africam, qui inter populum Carthaginienſem, & Regem, in re præſenti diſceptarent. Miſſi P. Scipio Africanus, & C. Cornelius Cethegus, & M. Minucius Rufus; audita inſpectaque re, ſuſpenſa omnia, neutro inclinatis ſententiis, reliquere. Id utrum ſua ſponte fecerint an quia mandatum ita fuerit, non tam certum eſt, quam videtur tempori aptum fuiſſe, integro certamine eos relinqui. Nam ni ita eſſet, unus Scipio vel notitia rei vel auctoritate, ita de utriſque meritus, finire nutu diſceptationem potuiſſet.

EPITOME

LIBRI XXXV.

PUb. Scipio Africanus legatus ad Antiochum Epheſi cum Annibale, qui ſe Antiocho junxerat, collocutus eſt: ut, ſi fieri poſſet, metum ei, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia quum quæreret, quem fuiſſe maximum imperatorem Annibal crederet, reſpondit: Alexandrum Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet: quodque ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet. Quærenti deinde quem ſecundum poneret; Pyrrhum, inquit, caſtra metari primum docuiſſe. ad hoc neminem elegantius loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe. Exequenti, quem tertium diceret; ſemetipſum dixit. Ridens

cipio, Quidnam tu diceres, ſi me, *inquit*, viciſſes? Tunc vero, *inquit*, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios poſuiſſem. *Inter cætera prodigia, quæ plurima fuiſſe traduntur, bovem, Cn. Domitii conſulis, locutum,* Roma cave tibi, *refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis Lacedæmoniorum tyrannus incitatus ab Ætolis; qui & Philippum, & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano ſollicitabant, à populo Romano deſcivit: & bello adverſus Philopœmenem Achæorum prætorem geſto,* [1] *ab Ætolis interfectus eſt. Ætoli quoque ab amicitia populi Romani deſecerunt. cum quibus ſocietate juncta Antiochus Syriæ rex quum bellum Græciæ intuliſſet, complures urbes occupavit. inter quas Chalcidem, & totam Eubœam. Res præterea in Liguribus geſtas, & apparatum belli ab Antiocho continet.*

PRincipio anni, quo hæc geſta ſunt, Sex. Digitius prætor in Hiſpania citeriore cum civitatibus iis, quæ poſt profectionem M. Catonis permultæ rebellaverant, crebra magis quam digna dictu prœlia fecit: & adeo pleraque adverſa, ut [2] vix dimidium militum, quam quod acceperat, ſucceſſori tradiderit. Nec dubium eſt, quin omnis Hiſpania ſublatura animos fuerit, ni alter prætor [3] P. Cornelius Cn. F. Scipio, trans Iberum multa ſecunda prœlia feciſſet: quo terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt. Prætor hæc geſſerat Scipio. [4] Idem pro prætore Luſitanos pervaſtata ulteriori provincia cum ingenti præda domum redeuntes, in ipſo itinere aggreſſus, ab hora tertia diei ad octavam incerto eventu pugnavit; numero militum impar, ſupe- 1

1 AB *Ætolis interfectus eſt*] Gud. minor: *ab Ætolis & Alexameno duce eorum interfectus eſt.* J. F. Gron.

2 *Vix dimidium militum quam quod acceperat*] De conjectura *τὸ quod* tollebam, quum vidi non agnoſcere illud Voſſianum. Sic præcedenti libro cap. 52 & lib. 28, 43. *Idem.*

3 *P. Corn. Cn. F. Scipio*] Is qui vir optimus à ſenatu judicatus fuerat. *Sigonius.*

4 *Idem proprætor Luſitanos*] Vet. lib. *Idem pro prætore Luſitanos*, quod eſt prorogato ultra præturam prætorio imperio. *Idem.*

ſuperior aliis: nam & acie frequenti armatis adverſus longum & impeditum turba pecorum agmen, & recenti milite adverſus feſſos longo itinere concurrerat. Tertia namque vigilia exierant hoſtes: huic nocturno itineri tres diurnæ horæ acceſſerant: nec ulla quiete data, laborem viæ prœlium exceperat. itaque principio pugnæ vigoris aliquid in corporibus animiſque fuit & turbaverant primo Romanos: deinde æquata pauliſper pugna eſt. in hoc diſcrimine ludos Jovi, [1] ſi vi fudiſſet cecidiſſetque hoſtes, proprætor vovit. Tandem gradum acrius intulere Romani, ceſſitque Luſitanus. deinde prorſus terga dedit, & quum inſtitiſſent fugientibus victores, ad duodecim millia hoſtium ſunt cæſa: capti quingenti quadraginta, omnes ferme equites: & ſigna militaria capta centum triginta quatuor. de exercitu Romano ſeptuaginta & tres amiſſi. [2] Pugnatum haud procul Ilipa urbe eſt. [3] Eo victorem opulentum prædæ exercitum P. Cornelius reduxit. ea omnis ante urbem expoſita eſt: poteſtaſque dominis ſuas res cognoſcendi facta. cætera vendenda quæſtori data:
2 [4] quod inde refectum eſt, militi diviſum. Nondum ab

Roma

1 *Si vi fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes, proprætor vovit*] Vet. lib. *Si fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes prætor vovit.* prætorem autem videtur vocare eum, qui cum prætorio erat imperio, alioquin *pro prætore* legendum eſt. *Sigonius.*

2 *Pugnatum inde haud pr.*] Vox, *inde*, ſupervacanea eſt, & a veteribus quos legi libris abeſt. *Idem.*

3 *Eo victorem opulentum præda exercitum*] Sic apud me primus Aſcenſius, mox Aldus & cæteri. Scripti vero omnes noſtri & Andreas, Med. Tarv. Venetæ, Becc. *opulentum prædæ.* Ut apud Tacitum 2 Hiſt. *Aſia & cæteræ provinciæ nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ.* Sic noſter lib. 9, 36. *Cæſis fugatiſque iis late depopulato agro victor Romanus, opulentus rerum omnium, in caſtra rediit.* Juſtinus lib. 2 caſtra Xerxis ait *referta regalis opulentiæ.* J. F. Gron.

4 *Quod inde effectum eſt, militi diviſum*] Sic Gelenius pro *revectum*, quod erat in Aldina & Froben. & Saveterii. Naud. *repertum.* Sed verum eſt, quod habent Barberin. Petav. Voſſ. cum Romana, Mediolanenſi cæteriſque prioribus: *quod inde refectum eſt.* Hoc enim verbum idem eſt hac in re, quod redigere. Cicero in Paradoxis: *Igitur propoſito nunquam eris dives, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut eo tueri ſex legiones & magna equitum ac peditum auxilia poſſis.* Lib. 3 in Verrem: *Primo dominus ignarus incommodi ſui gaudeat villicoque delectetur, quod tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum ſit.* Varro lib. 1 de re Ruſtica cap. 2. *Nemo enim ſanus debet velle impenſam ac ſumtum facere in culturam, ſi videt non poſſe refici: nec ſi poteſt reficere fructus, ſi videt eos fore ut peſtilentia diſpereant.*

Roma profectus erat C. Flaminius prætor, quum hæc in Hiſpania gerebantur. itaque tam adverſæ quam ſecundæ res per ipſum amicoſque ejus magnis ſermonibus celebrabantur: & tentaverat, quoniam bellum ingens in provincia exarſiſſet, & exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio, atque eas ipſas plenas pavoris ac fugæ accepturus eſſet, ut unam ſibi ex urbanis legionibus decernerent: ad quam quum militem ab ſe ipſo ſcriptum ex Senatuſconſulto adjeciſſet, eligeret ex omni numero tria millia & quingentos pedites, & equites trecentos. Ea ſe legione (nam in Sex. Digitii exercitu haud multum ſpei eſſe) rem geſturum. Seniores negare, *ad rumores à privatis temere in gratiam magiſtratuum conjictos, ſenatuſconſulta facienda eſſe. niſi quod aut prætores ex provinciis ſcriberent, aut legati renunciarent, nihil ratum haberi debere. Si tumultus in Hiſpania eſſet, placere, tumultuarios milites extra Italiam ſcribi à prætore.* Mens ea ſenatus fuit, ut in Hiſpania tumultuarii milites legerentur. Valerius Antias & in Siciliam navigaſſe delectus cauſſa C. Flaminium ſcribit: & ex Sicilia Hiſpaniam petentem, tempeſtate in Africam delatum, vagos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe: his duarum provinciarum delectibus, tertium in Hiſpania adjeciſſe.
Nec in Italia ſegnius Ligurum bellum creſcebat. Piſas jam 3
quadraginta millibus hominum, affluente quotidie multitudine ad famam belli ſpemque prædæ, circumſedebant. Minucius Conſul, Arretium [1] die, quem edixerat ad conveniendum militibus, venit. inde quadrato agmine

vereant. Celſus in l. 88 de v. s. *Tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis ejus refici poteſt.* J. F. Gron.

1 *Die, quem edixerat ad conveniendum militibus venit*] Non membranæ modo Magontiacenſes, ſed & noſtrarum potiores editique omnes ante Aldum: *quem dixerat.* Modius ait utrumque ferri poſſe propter Terentii *nuptiis dictum diem:* hoc tamen ſe loco malle alterum. Sed non in nuptiis tantum ſic loquuntur. Cæſar lib. 5 Gall. *Nuntios mittit ad finitimas civitates, equiteſque undique convocat: iis certum diem conveniendi dicit.* Noſter lib. 45. *Jam primum cum legionibus diem dixit, non auſpicato templum intravit: vitio diem dictam eſſe augures decreverunt.* Et mox: *Quod vitio dies exercitui ad conveniendum dicta erat.* Idem.

gmine ad Piſas duxit, & quum hoſtes non plus paſſuum tribus millibus ab oppido trans fluvium moviſſent caſtra, conſul urbem, haud dubie ſervatam adventu ſuo, eſt ingreſſus. Poſtero die & ipſe trans fluvium ferme mille paſſus ab hoſte poſuit caſtra. inde levibus prœliis à populationibus agrum ſociorum tutabatur. in aciem exire non audebat; novo milite & ex multis generibus hominum collecto, nec dum noto ſatis inter ſe, ut fidere alii aliis poſſent. Ligures multitudine freti & in aciem exibant, parati de ſumma rerum decernere: & abundantes militum numero paſſim multas manus per extrema finium ad prædandum emittebant: & quum coacta vis magna pecorum prædæque eſſet, paratum erat præſidium, per quod in
4 caſtella eorum vicoſque ageretur. Quum bellum Liguſtinum ad Piſas conſtitiſſet, conſul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit, ubi longe alia belli ratio, quam cum Liguribus erat. Conſul in aciem exibat, hoſtes pugnam detrectabant: prædatumque ubi nemo obviam exiret, diſcurrebant Romani; Boii diripi ſua impune, quam tuendo ea conſerere certamen malebant. Poſteaquam omnia ferro ignique ſatis evaſtata erant, conſul agro hoſtium exceſſit, & ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat. Boii ubi egreſſum, è finibus ſuis hoſtem ſenſere, ſequebantur ſilenti agmine; locum inſidiis quærentes. nocte prætergreſſi caſtra Romana ſaltum, qua tranſeundum erat Romanis, inſederunt. Id quum parum occulte feciſſent, conſul, qui multa nocte ſolitus erat movere caſtra, ne nox terrorem in tumultuario prœlio augeret, lucem exſpectavit. & quum luce moveret; tamen turmam equitum exploratum miſit. Poſteaquam relatum eſt, quantæ copiæ & in quo loco eſſent, totius agminis ſarcinas in medium conjici juſſit, ¹ & triarios vallum circumjicere: cætero exercitu inſtructo ad hoſtem acceſ-

1 *Et triarios*] Forte eo. J. F. Gron.

acceſſit. Idem & Galli fecerunt, poſteaquam apertas eſſe inſidias, & recto ac juſto prœlio, ubi vera virtus vinceret, dimicandum viderunt. Hora ſecunda ferme con- 5
curſum eſt. ſiniſtra [1] ſociorum equitum ala, & extraordinarii prima in acie pugnabant. præerant duo conſulares legati, M. Marcellus, & [2] Ti. Sempronius, prioris anni conſul. Novus conſul nunc ad prima ſigna erat, nunc legiones continebat in ſubſidiis; ne certaminis ſtudio prius concurrerent, quam datum ſignum eſſet. equites earum extra aciem in locum patentem Q. & P. Minucios tribunos militum educere juſſit. inde, quum ſignum dediſſet, [3] impetum ex aperto facerent. Hæc agenti nuncius venit à Ti. Sempronio Longo, non ſuſtinere extraordinarios impetum Gallorum. & cæſos permultos eſſe, *& qui ſuperſint, partim labore, partim metu remiſiſſe ardorem pugnæ. legionem alteram ex duabus, ſi videretur, ſummitteret, priuſquam ignominia acciperetur.* Secunda legio miſſa eſt, & extraordinarii recepti. Tum redintegrata eſt pugna; quum & recens miles & frequens ordinibus legio ſucceſſit. ſiniſtra ala ex prœlio ſubducta eſt: dextra in primam aciem ſubiit. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æſtus corpora Gallorum: denſis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in ſcuta incumbentes, ſuſtinebant impetus Romanorum. Quod ubi animadvertit conſul, ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui præerat alariis equitibus, quam concitatiſſimos equos immittere jubet: & legionarios equites in ſubſidiis eſſe. Hæc procella equeſtris, primo confudit & turbavit, deinde diſſipavit aciem Gallorum; non tamen ut terga darent. Obſtabant duces, haſtilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes: ſed interequitantes alarii

1 *Sociorum equitum ala*] Ajo equites ...pi nullos fuiſſe: & pedeſtrem intel...exerat illam partem. Ni ita ſit, (to...m narrationem vide) nunquam mi...i apud te ſiet fides. *Lipſius.*

2 *T. Sempronius pr. a. coſ.*] *Ti. Sempronius*, ut ſup. *Sigonius.*

3 *Impetum ex aperto facerent*] Lego: *facere*: Intelligendum enim de proximo *juſſit*. J. F. Gron.

alarii non patiebantur. [1] Conſul obteſtabatur milites; *Ut paullulum adniterentur: victoriam in manibus eſſe. dum turbatos & trepidantes viderent, inſtarent. ſi reſtitui ordines ſiviſſent, integro rurſus eos prœlio & dubio dimicaturos.* Inferre vexillarios juſſit ſigna. omnes connixi tandem averterunt hoſtem. Poſtquam terga dabant, & in fugam paſſim effundebantur; tum ad perſequendos eos legionarii equites immiſſi. Quatuordecim millia Boiorum eo die cæſa ſunt; vivi capti mille nonaginta duo: equites ſeptingenti viginti unus, tres duces eorum, ſigna militaria ducenta duodecim, carpenta ſexaginta tria. Nec Romanis incruenta victoria fuit. ſupra quinque millia militum ipſorum aut ſociorum ſunt amiſſa: centuriones tres & viginti, præfecti ſocium quatuor, [2] & M. Genucius, & M.
6 Marcius, tribuni militum ſecundæ legionis. Eodem fere tempore duorum conſulum literæ allatæ ſunt; L. Cornelii de prœlio ad Mutinam cum Boiis facto, & Q. Minucii à Piſis. *Comitia ſuæ ſortis eſſe. cæterum adeo ſuſpenſa omnia in Liguribus ſe habere, ut abſcedi inde ſine pernicie ſociorum & damno reipublicæ non poſſit. Si ita videretur Patribus, mitterent ad collegam, ut is, qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret; ſi id facere gravaretur, quod non ſuæ ſortis id negotium eſſet, ſe quidem facturum quodcunque ſenatus cenſuiſſet; ſed etiam atque etiam viderent, ne magis è republica eſſet interregnum iniri, quam ab ſe in eo ſtatu relinqui provinciam.*

Sena-

1 *Conſul obteſtabatur milites*] Hæc eſt Moguntini codicis lectio (antea edebatur, *orabat*) cujus tamen bonitas non intelligitur, niſi levi conjectura adjuvetur: *Conſul obteſtatus milites, ut paullulum adniterentur, victoriam in manibus eſſe: cum perturbatos & trepidantes viderent, inſtarent: ſi reſtitui ordines ſiſſent, integro rurſus eos prœlio* & *dubio dimicaturos: inferre vexillarios juſſit ſigna.* Scripſimus etiam *ſiſſent* pro *ſiviſſent*: nam in ſcriptis reperimus, *ſciſſent*. Sic alibi, *ſi edoceri ſe ſiſſent*. J. F. Gron.

2 *Et M. Genucius & M. Marcius tribunus*] Et hoc Moguntino debetur. Vulgo aberat *M. Genucius*. Modius affert, *& Genucius eques*. Sed non eſt credibile unum modo equitem deſideratum, ubi quinque millia militum occubuere. Nos invenimus in ſcriptis: *quatuor & M. Marci tribuni militum.* Lege: *præfecti ſocium quatuor & Marci Genucius & Marcius tribuni militum ſecundæ legionis.* Gelenius quoque è Mogunt. advocat, *tribuni*. Idem.

1 Obl

ſenatus C. Scribonio negotium dedit, ut duos legatos ex ordine ſenatorio mitteret ad L. Cornelium conſulem, qui literas collegæ ad ſenatum miſſas deferrent ad eum; & nunciarent, ſenatum, ni is ad magiſtratus ſubrogandos Romam veniret, potius quam Q. Minucius à bello integro avocaretur, interregnum iniri paſſurum. Miſſi legati renunciarunt, L. Cornelium ad magiſtratus ſubrogandos Romam venturum. De literis L. Cornelii, quas ſcripſerat ſecundum prœlium cum Boiis factum, diſceptatio in ſenatu fuit: quia privatim pleriſque ſenatoribus legatus M. Claudius ſcripſerat, *Fortunæ populi Romani & militum virtuti gratiam habendam, quod res bene geſta eſſet. Conſulis opera & militum aliquantum amiſſum: & hoſtium exercitum, cujus delendi* [1] *oblata fortuna fuerit, elapſum. Milites eo plures periiſſe, quod tardius ex ſubſidiis, qui laborantibus opem ferrent, ſucceſſiſſent. Hoſtes è manibus emiſſos, quod equitibus legionariis & tardius datum ſignum eſſet, & perſequi fugientes non licuiſſet.* De ea re nihil temere decerni placuit: [2] ad frequentiores 7
conſultatio dilata eſt. Inſtabat enim cura alia, quod civitas fœnore laborabat: & quum multis fœnebribus legibus conſtricta avaritia eſſet, via fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur iis legibus, nomina tranſſcriberent; ita libero fœnore obruebant debitores. [3] Cujus cernendi quum

1 *Obl. fort. fuerat, non deletum*] Vet. lib. pro *non deletum*, habent *elapſum*. Sequitur enim: *Hoſtes è manibus emiſſos.* Sigonius.

2 *Ad frequentibres conſultatio delata eſt*] Scribe: *dilata.* J. F. Gron.

3 *Cujus coërcendi cum ratio quær.*] Vet. lib. *Cernendi*, pro *coërcendi*, quod placet: Sic enim lib. 6. *Quia nolint conſpici ſummam æris alieni.* Item, *deinde inſpecto ære alieno, initaque ratione minuendi ejus.* Sic hoc loco, quærunt rationem cernendi fœnoris, proptereaque profiteri cogunt eos, qui pecunias crediderint. Itaque ait: *Poſtquam detecta magnitudo æris alieni per hanc fraudem contracti.* Sigonius.

Cujus coërcendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit fœneralia] Quantum paullo ante profuit, tantum hic nocuit Livio Moguntinus cum ſuo *coërcendi.* nam *cernendi* non Sigonii modo codex, ſed omnes ante iſtum editi: quod recte probat Sigonius non auditus, ubi debebat audiri. Cicero pro Balbo: *hoc igitur cauſſam dicente, cum ipſius tabulæ circumferrentur inſpiciendi nominis cauſa.* Valerius Maximus lib. 2, 10. *Cum cauſam repetundarum diceret, tabulæque ejus ab accuſatore expoſtulatæ ad nomen inſpiciendum circa judices ferrentur.* Ita legendum ex MS. J. F. Gron.

quum ratio quæreretur, [1] diem finiri placuit, Feralia quæ proxime fuiſſent: ut qui poſt eam diem ſocii civibus Romanis

1 *Diem finiri placuit Feralia quæ proxime fuiſſent*] Ante legebatur *Fœneralia*. Gelenius, *Feralia* immutavit. Mihi placet magis prior lectio. Proxima enim *Fœneralia* vocat, diem, quo proxime de fœnore conſtringendo actum erat. Juſſerunt ergo, ut omnes ſocii profiterentur pecunias, quas credidiſſent Romanis ab illo die, quo cautum erat, ne civis civem fœnore opprimere poſſet. Cui legi fraus facta fuerat nomina in ſocios tranſcribendo. *Sigonius.*

Diem finiri placuit] Prave idem codex, quicquid oſtentet Modius, *diem inire placuit*. Cicero 3 in Verrem: *exiguam diem præfiniri operi, quæ cæteros ab negotio excluderet*. Noſter lib. 31. *Potuiſſe enim, ſi non cum prætoris, ſed conſulis exercitu rem geri voluerit, ita finire ſenatuſconſultum, ne per prætorem, ſed per conſulem gereretur*. Lib. 32. *Colonoſque eo trecentos (is enim numerus ab ſenatu finitus erat) adſcripſerunt*. Lib. 40. *De pecunia finitur, ne major cauſſa ludorum conſumeretur, quam*, &c. Lib. 42. *Indicere prius quam gerere ſolitos bella, denuntiare etiam; interdum locum finire, in quo dimicaturi eſſent*. Sic reſtituendum apud Cæſarem ex laudatis illis membranis Andinis lib. 6 de bello Gallico: *Noſtri, ut ſuperioribus diebus ſuus cuique erat locus definitus, ad munitiones accedant*. Vulgo ex interpretatione, *attributus*. Et gaudet ille quoque hoc uſu verbi. lib. 7 de Gall. *Occulte inter ſe conſtituunt: adeundi tempus definiunt*. Lib. 1 de Civili: *Neque ante quem diem iturus ſit, definire*. Auctor de bello Hiſpanienſi: *Quod quum à Cæſare eſſet animadverſum, ne quid temere culpa ſua ſequius admitteretur, eum locum definire cœpit*. Illud quoque notabile apud Varronem 3 de re Ruſt. 14. *Cochleæ aqua finiendæ, ne fugitivarius ſit parandus*. Fabius declam. 280. *Quotiens finitur dies exſpectandus*. Prave item *fœneralia*. cujus hiſtoriam noſſe operæ pretium eſt. Andreas & omnes, *feralia*, uſque ad Moguntinos, hi ex ſuo illo codice ſuſceperunt alterum, traxeruntque in partes Aldum, Juntam, Frobenium. Interceſſit Gelenius, & juſſit redire *feralia*, cui paruerunt Gryphius & Curio. Ægre id paſſus Sigonius, ſibi placere ait priorem lectionem. Non denuntiat tamen codici ſuo, credo, quia, ut noſtri omnes, habuit *feralia*. Interim ſecuti illum proximi editores, ubi minime debebant. Quæ enim bella illa *fœneralia*? ita vocat diem, inquit, quo proxime de fœnore conſtringendo actum eſt. Primum ratio iſtius appellationis nulla eſt; neque unquam venire in mentem hujuſmodi titulo dies potuit antiquis. Niſi Fœnori & locus inter deos fuit, ejuſque numinis dies feſtus *Fœneralia*. Deinde quæſtio ex eo die, quo ultimum de fœnore coërcendo actum eſſet, fuiſſet infinita, neque explicari potuiſſet unquam. Omnes ſcripti: *diem finiri placuit feralia, quæ proxime fuiſſent*. ut etiam bene monuit Gelenius: iſque dies notus ex faſtis & Februarii menſis diebus feſtis. Cicero lib. 3 ad Atticum epiſt. 14. *Eodem enim die video Cæſarem à Corfinio poſt meridiem profectum eſſe, (id eſt, feralibus) quo Canuſio mane Pompeium*. hoc eſt, ante diem octavum Kal. Martias, ut ipſe explicat prima libri ſequentis epiſtola. Perinde eſt igitur ac ſi dixiſſet Livius: *diem finiri placuit ante diem octavum Kal. Martias, qui proxime fuiſſet*. Vel, *ante diem undecimum Kal. Mart.* ut Ovidius aliique computant, de qua diverſitate Boſius. Ex eodem Mog. eſt tolerabile: *jus creditori diceretur*: ubi habebatur, *redderetur*. Lib. 2. *Quam aſperrime poterat, jus de creditis pecuniis dicere*. Lib. 3. *Quod jus ſibi pridie per ambitionem dictum non eſſet*. Etſi alterum æque frequens. *J. F. Gron*

manis credidiſſent pecunias, profiterentur: & ex ea die
pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus, jus cre-
ditori diceretur. Inde poſteaquam profeſſionibus detecta
eſt magnitudo æris alieni per hanc fraudem contracti; M.
Sempronius tribunus plebis ex auctoritate Patrum plebem
rogavit: plebeſque ſcivit, ut cum ſociis ac nomine La-
tino, pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Ro-
manis, eſſet. Hæc in Italia domi militiæque acta. In
Hiſpania nequaquam tantum belli fuit, quantum auxe-
rat fama. C. Flaminius in citeriori Hiſpania oppidum Ilu-
ciam in Oretanis cepit: deinde [1] in hiberna milites dedu-
xit. & per hiemem prœlia aliquot, nulla memoria digna,
adverſus latronum magis quam hoſtium excurſiones, va-
rio tamen eventu, nec ſine militum jactura, ſunt facta.
Majores res geſtæ à M. Fulvio. Is apud Toletum oppi-
dum cum Vaccæis Vectonibuſque & Celtiberis ſignis col-
latis dimicavit: exercitum earum gentium fudit, fugavit-
que: regem Hilermum vivum cepit. [2] Dum hæc in Hi- 8
ſpania agerentur, comitiorum jam appetebat dies. itaque
L. Cornelius conſul, relicto ad exercitum M. Claudio
legato, Romam venit. Is in ſenatu quum [3] de rebus ab
ſe geſtis diſſeruiſſet, quoque in ſtatu provincia eſſet; que-
ſtus eſt cum Patribus conſcriptis, Quod tanto bello una
ſecunda

1 *In hiberna milites deduxit*] Omnes ante Aldum *hibernacula*: Lib. 4. *Hibernacula etiam, res nova militi Romano, ædificari cœpta.* Lib. 30: *Hibernacula Carthaginienſium lignea ferme tota erant.* J.F. Gron.

2 *Dum hæc in Hiſpania agerentur*] Profert lectionem membranarum Modius; *Quum hæc in Hiſpania gerebantur*: & *gerere* huic loco magis convenire quam *agere* contendit. Hoc quidem parum intereſt hic certe: at non parum, utram ex particulis præferas: nam ſive, *Quum hæc agerentur*, ſive *quum hæc gerebantur*, Latina ſunt; *dum hæc agerentur*, ſic poſitum & in ea vicinitate σύλληψις. Petronius: *dum hæc magno tempore Crotone aguntur.* Noſter lib. 22. *Dum conſul placandis Romæ diis trahendoque dilectu dat operam.* Et paſſim. Mutavimus ergo particulam: & quamvis hoc vix adnotatione dignum poſſit cenſeri, tamen identidem obſervo complures hodie, etiam qui Latine admodum ſcribere videri volunt, turpi errore hæc non diſtinguere. *Idem.*

3 *De rebus à ſe geſtis diſſeruiſſet, quoque in ſtatu*] Barberin. & Petav. membranæ: *ab ſe*, &, *quoque ſtatu provincia eſſet.* Adſertum plus quam ſemel noſtro ſuperius: Lib. 34. *Repeti in libertatem, & eodem ſtatu, quo cætera urbes Peloponneſi & Græciæ eſſe.* Idem.

ſecunda pugna tam feliciter perfecto, non eſſet habitus Diis immortalibus honos. poſtulavit deinde, ut ſupplicationem ſimul triumphumque decernerent. Prius tamen quam relatio fieret, Q. Metellus, qui conſul dictatorque fuerat, *Literas eodem tempore*, dixit, *& conſulis L. Cornelii ad ſenatum, & M. Marcelli ad magnam partem ſenatorum, allatas eſſe, inter ſe pugnantes: eoque dilatam eſſe conſultationem, ut præſentibus auctoribus earum literarum diſceptaretur. Itaque exſpectaſſe ſeſe, ut conſul, qui ſciret ab legato ſuo adverſus ſe ſcriptum aliquid, quum ipſi veniendum eſſet,* [1] *deduceret eum ſecum Romam: quum etiam verius eſſet,* [2] *Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato. Nunc videri eſſe amotum de induſtria, qui ea quæ ſcripſiſſet, præſens diceret, aut argueret coram: & ſi quid vani afferret, argui poſſet, donec ad liquidum veritas explorata eſſet. Itaque nihil eorum, quæ poſtularet conſul, decernendum in præſentia cenſere.* Quum pergeret nihilo ſegnius referre, ut ſupplicatio decerneretur, triumphantique ſibi in urbem invehi liceret; M. & C. Titinii tribuni plebis, ſe interceſſuros, ſi de ea re fieret Senatuſconſultum, dixerunt.
9 Cenſores erant priore anno creati Sex. Ælius [3] Pætus, & C. Cornelius Cethegus. Cornelius luſtrum condidit. cenſa ſunt civium capita centum quadraginta tria millia ſeptingenta quatuor.

1 *Duceret eum ſecum Romam*] Ex Mog. receptum. Scripti noſtri & editi priores: *deduceret eum ſecum Romam.* Nempe è provincia, In quibus uſurpare ſolent, *decedere, deducere, deferre, deportare.* Plinius lib. 7, 30. *Cato unum ex tribunatu militum philoſophum, alterum ex Cypria legatione deportavit.* Vide Obſervat. 1, 12. *J. F. Gron.*

2 *Ti. Sempronio imperium habenti*] Nota Sempronio, imperium habenti tradi exercitum quaſi legato. Ergo legati imperium non habebant. Atqui Scipionis legatus conſularis erat c. 5, atque ac Claudius Marcellus. Sed reſponderi poteſt Sempronio qui priore anno conſul fuerat, prorogatum eſſe imperium, Itaque & proconſul & legatus Cornelii Merulæ erat. Ita cenſeo cap. 23. *Ut cum imperio eſſet, qui eam claſſem duceret.* 36, 1. *L. Quintium ſuperioris anni conſulem legari ad id bellum placuit.* & 17. *Conſulares legati.* Henr. Valeſius.

Tib. Sempronio imperium] Voſſianus: *verius eſſet Sempronio Tito imp.* Lege: *quum etiam verius eſſet Sempronio Tiberio imperium habenti exercitum tradi.* Ut amat noſter interdum prænomina ſecundum ponere. *J. F. Gron.*

3 *Pætus, & Cn. Cornel. Ceth.*] *C. Cornelius*, ex cenſura Capitolina. *Sigonius.*

1 *Colo-*

tuor. Aquæ ingentes eo anno fuerunt: & Tiberis loca plana urbis inundavit. Circa portam Flumentanam etiam collapſa quædam ruinis ſunt. & porta Cœlimontana fulmine icta eſt; muruſque circa multis locis de cœlo tactus. Et Ariciæ, Lanuvii, & in Aventino, lapidibus pluit. & à Capua nunciatum eſt, examen veſparum ingens in forum advolaſſe, & in Martis æde conſediſſe. eas collectas cum cura, & igni crematas eſſe. Horum prodigiorum cauſſa decemviri libros adire juſſi, & novendiale ſacrum factum, & ſupplicatio indicta eſt, atque urbs luſtrata. Iiſdem diebus ædiculam Victoriæ Virginis, prope ædem Victoriæ M. Porcius Cato dedicavit; biennio poſt, quam vovit. Eodem anno [1] coloniam Latinam in agrum Thurinum triumviri deduxerunt Cn. Manlius Vulſo, L. Apuſtius Fullo, Q. Ælius Tubero; cujus lege deducebatur. tria millia peditum iere, trecenti equites: numerus exiguus pro copia agri. Dari potuere tricena jugera in pedites, ſexagena in equites. Apuſtio auctore tertia pars agri

1 *Coloniam Lat. in agrum Ferentinum triumviri ded. --- P. Æl. Tubero. cujus lege deducebantur tria millia peditum fere, ccc equites*] Vet. lib. habent, pro *deducebantur*, *deducebatur*. Quæ lectio me admonuit locum hunc ita mendoſe legi, ut ſententiæ Livianæ ſanitas non extaret. Extabit autem certe, ſi non ſolum, *deducebatur*, ſed pro *Fere*, *iere*, legerimus. Ita: *Ælius Tubero cujus lege deducebatur*, id eſt, colonia. *Tria millia peditum iere, ccc equites.* Sic paulo poſt in alius coloniæ deductione: *Tria millia & ſeptingenti pedites ierunt: trecenti equites.* Quod autem ſcriptum eſt *in agrum Ferentinum*, legendum eſt *in agrum Thurinum*: Primum, quia vet. lib. habent, *Trentinum*. Tum autem quia ſuperiore anno dixit, *Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero tribunus pl. ex S. C. tulit ad plebem plebeſque ſcivit, ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in agrum Thurinum deduceretur. his deducendis triumviri creati, quib. in triennium imperium eſſet, in Bruttios. Q. N. M. Minucius Rufus; M. Furius Craſſipes. in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Ælius, L. Apuſtius.* porro autem legendum eſt, *Q. Ælius Tubero*, quia ait: *Cujus lege deducebatur.* & Q. Tubero legem tulit, non P. *Sigonius.*

In agrum Ferentinum Triumviri] Laborat in hoc agro Ferentino Cluverius lib. 3 Ital. ant. cap. 6. Valde probabiliter Sigonius *Thurinum*. Sed præterea τὸ *agrum* patrem habet Badium Aſcenſium. Andreas, Mediolanenſes, Tarviſini, Veneti bis, Becharius cum ſcriptis: *caſtrum Ferentinum*. Numquid igitur ſcripſit Livius: *in caſtrum Thurinum*: atque is eſt, qui Suetonio pagus Thurinus in Octavio cap. 2. Sic *caſtrum Truentinum* Pompeio in epiſtola ad conſules lib. 8 ad Atticum. *J. F. Gron.*

agri dempta eſt: quo poſtea ſi vellent, novos colonos aſſcribere poſſent. Vicena jugera pedites, quadragena equites acceperunt.

10 In exitu jam annus erat, & ambitio magis quam unquam alias exarſerat conſularibus comitiis. multi & potentes petebant patricii, plebeiique: P. Cornelius Cn. filius Scipio, qui ex Hiſpania provincia nuper deceſſerat magnis rebus geſtis: & L. Quintius Flamininus, qui claſſi in Græcia præfuerat: & Cn. Manlius Vulſo. hi patricii. Plebeii autem, C. Lælius, Cn. Domitius, C. Livius Salinator, Manius Acilius. ſed omnium oculi in Quintium Corneliumque conjecti. nam & in unum locum petebant ambo patricii, & rei militaris gloria recens utrumque commendabat. Cæterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clariſſimi ætatis ſuæ imperatores. [1] major gloria Scipionis: & quo major, eo propior invidiæ. Quintii recentior, ut qui eo anno triumphaſſet. Accedebat, quod alter decimum jam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat; quæ res minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit: conſul iterum poſt devictum Annibalem, cenſorque fuerat. In Quintio nova & recentia omnia ad gratiam erant: nihil nec petierat à populo poſt triumphum, nec adeptus erat: pro fratre germano, non patruele, ſe petere ajebat: pro legato & [2] participe adminiſtrati belli. ſe terra, fratrem mari, rem geſſiſſe. His obtinuit, ut præferretur candidato, [3] quem Africanus frater deducebat: quem

1 *Maj. gloria Scip. --- eo,&c.*] Videtur ſcribendum: *major glor a in P. Scipione, & quo major, eo propior invidiam.* Prius ex Mogunt. admittimus. Infra: *Poſtremo in quibus ut fortuna aliqua aut dignitas erat, ad mille quingentos ad coſſ. transfugerunt.* Lucanus lib. 1. *Sed non in Cæſare tantum nomen erat nec fama ducis.* Poſterius Sigoniani & Pet. codicum eſt: ut alii tamen alludant. nam Bar. Naud. Voſſ. *invidia.* J. F. Gron.

Eo propior invidiæ] Vet. lib. *Invidiam.* Sigonius.

2 *Participe adminiſtrandi belli*] Vet. lib. *Adminiſtrati*, recte; nam dixit *L. Quintius qui Claſſi in Græcia præfuerat.* Idem.

3 *Quem Africanus frater deducebat*] Vet. lib. *Quem Africanus, fraterque ducebant.* Significat autem Cn. Scipionem à P. & L. Scipione Africano, & eo, qui poſt Aſiaticus dictus eſt, eſſe deductum. *Idem.*

Quem

quem Cornelia gens, Cornelio conſule comitia habente, quem tantum præjudicium ſenatus; virum è civitate optimum judicatum, qui matrem Idæam Peſſinunte venientem in urbem acciperet. L. Quintius & Cn. Domitius [1] Ænobarbus conſules facti. adeo ne in plebeio quidem conſule, quum pro C. Lælio niteretur, Africanus valuit. Poſtero die prætores creati, L. Scribonius Libo, M. [2] Fulvius Centumalus, A. [3] Atilius Serranus, M. [4] Bæbius Tamphilus, L. Valerius Tappus, Q. Salonius Sarra. Ædilitas inſignis eo anno fuit [5] M. Æmilii Lepidi, & L. Æmilii Paulli. Multos pecuarios damnarunt: ex ea pecunia clypea inaurata in faſtigio Jovis ædis poſuerunt. Porticum unam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto; alteram à porta Fontinali ad Martis aram, qua in Campum iter eſſet, perduxerunt. Diu nihil 11
in Liguribus dignum memoria geſtum erat. Extremo ejus anni bis in magnum periculum res adducta eſt. nam & caſtra conſulis oppugnata, ægre ſunt defenſa: & non ita multo poſt per ſaltum anguſtum quum duceretur agmen Romanum, ipſas fauces exercitus Ligurum inſedit. qua quum exitus non pateret, converſo agmine [6] redire inſtitit conſul: & à tergo fauces ſaltus occupatæ à parte hoſtium erant: Caudinæque cladis memoria non animis modo, ſed prope oculis, obverſabatur. Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat. eorum præfectus

Quem Africanus fraterque deducebat] Ab Sigonio, cum prius eſſet, *Africanus frater*. nempe patruelis. Sic Cicero I ad Atticum: *Lucii fratris noſtri morte*. Lucium, qui poſtea dictus Aſiaticus, ſufficit in Cornelia gente intelligi. *J. F. Gron.*

1 *Ænobarbus*] *Ahenobarbus*, ut ſupra. *Sigonius.*

2 *Fulv. Centimalus*] *Centumalus*, ut ſupra. *Idem.*

3 *Attilius Seranus*] *Atilius Serranus*, ut ſupra. *Idem.*

4 *Bæbius Pamp.*] *Bæbius Tamphilus*, ut ſupra. *Idem.*

5 *M. Æmilii Lepidi & L. Æmilii Paulli*] Voſſ. *M. Lepidi Æmilii & P. Æmilii Paulli*. Suſpicor fuiſſe: *M. Lepidi & L. Paulli Æmiliorum*. Sic certe ſolet Livius. *J. F. Gron.*

6 *Redire inſtitit conſul: & à tergo fauces*] Scribe: *qua quum exitus non pateret, converſo agmine redire inſtitit conſul: ſed & à tergo fauces ſaltus occupatæ à parte hoſtium erant*. Idem.

ctus conſuli pollicetur *Se parte, utra vellet, cum ſuis eruptu-rum. Tantum uti diceret, utra pars frequentior vicis eſſet. in eos ſe impetum facturum: & nihil prius quam flammam tectis inje-cturum. ut is pavor cogeret Ligures excedere ſaltu, quem obſide-rent, & diſcurrere ad opem ferendam ſuis.* Collaudatum eum conſul ſpe præmiorum onerat. Numidæ equos conſcen-dunt, & obequitare ſtationibus hoſtium neminem laceſ-ſentes cœperunt. Nihil primo adſpectu contemptius. e-qui homineſque paululi & graciles: diſcinctus & inermis eques, præterquam quod jacula ſecum portat: equi ſi-ne frenis, deformis ipſe curſus; rigida cervice & extento capite currentium. Hunc contemptum de induſtria au-gentes, labi ex equis, & per ludibrium ſpectaculo eſſe. Itaque qui primo intenti paratique, ſi laceſſerentur, in ſtationibus fuerant, jam inermes ſedenteſque pars maxi-ma ſpectabant. Numidæ adequitare, dein refugere, ſed propius ſaltum paulatim evehi: [1] velut quos impoten-tes regendi equi invitos efferrent. poſtremo ſubditis cal-caribus [2] per medias ſtationes hoſtium erupere: & in a-grum

1 *Velut impotentes regendi equos invitos efferrent*] Fortaſſis, *auferrent*. Id enim videtur eſſe, quod Francis *emporter*. Sic Ovidius lib. 1 Met. *Crura nec ablata proſunt velocia cervo.* de quo valde aliena Gebhardus 2 Crep. 7. quaſi *ablatus* ſit velox & pernici curſu ac volubilibus pedibus ex oculis abreptus: ut taceam inſanum illud ſine exemplo, *ablatam prædam* pro cervinam. Nam in his non tam velocitas quam vis externa ſignificatur. Si hoc, quod ille vult, eſſet ablatus, crura ei ſua profuiſſent. Horatius Sat. 5. *Somnus tamen aufert Intentum Veneri.* Ovidius Remed. Am. *Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur Omnia. pars minima eſt ipſa puella ſui.* Cicero 2 Famil. Ep. 7. *Ne te auferant aliorum conſilia.* Livius in libro: *In agris paſſim inundatis pecua ablata, villarum ſtrages facta eſt.* Curtius lib. 8. *Qui effugerant hoſtem, aut impetu amnis ablati ſunt, aut verticibus impliciti. Ablatus*, non ſuæ poteſtatis. Hinc & pro mentis parum compote in Epiſt. Hypſipyles: *O demens Colchiſque ablate venenis.* J. F. Gron.

2 *Per medias ſtationes hoſtium erupere*] Probo, quod Magunt. *inter medias ſtationes*. Sic lib. 21. *Cum aliquot navibus onuſtis in portum Tarentinum inter hoſtium cuſtodias pervenit.* Lib. 31. *Tandem inter medias hoſtium ſtationes elapſi quidam trepidi.* Lib. 32. *Qui Archidamo duce inter cuſtodias Macedonum mœnia ingreſſi.* Lib. 44. *Quos paucos inter media hoſtium præſidia præmiſerat.* Et ita ſcribendum lib. 24, 41 quamvis diſſimulantibus ſcriptis: *Inter bina caſtra cum magna cæde hoſtium urbem eſt ingreſſus.* Ubi male *intra* legitur. Viciſſim lib. 25, 31 ſcribendum: *Qui per ſeditiones pulſi ab domo intra præſidia Romana fuerant.* non *inter*. Et lib. 38, 11. *Quum intra præſidia*

grum latiorem evecti, omnia propinqua viæ tecta incendunt. proximo deinde vico inferunt ignem, ferro flammaque omnia pervaſtant. Fumus primo conſpectus, deinde clamor trepidantium in vicis auditus, poſtremo ſeniores puerique refugientes tumultum in caſtris fecerunt. itaque ſine conſilio, ſine imperio, pro ſe quiſque currere ad ſua tuenda: momentoque temporis caſtra relicta erant, & obſidione liberatus conſul, quo intenderat, pervenit. Sed neque Boii, neque Hiſpani, cum quibus eo 12
anno bellatum erat, [1] tam inimici infeſtique erant Romanis, quam Ætolorum gens. Ii poſt deportatos ex Græcia exercitus, primo in ſpe fuerant, *& Antiochum in vacuam Europæ poſſeſſionem venturum: nec Philippum aut Nabin quieturos.* Ubi nihil uſquam moveri viderunt, agitandum aliquid miſcendumque rati, ne cunctando ſeneſcerent conſilia; concilium Naupactum indixerunt. Ibi Thoas prætor eorum conqueſtus injurias Romanorum, ſtatumque Ætoliæ, Quod omnium Græciæ gentium civitatumque inhonoratiſſimi poſt eam victoriam eſſent, cujus cauſſa ipſi fuiſſent; legatos cenſuit circa reges mittendos, qui non ſolum tentarent animos eorum, ſed ſuis quemque ſtimulis moverent ad Romanum bellum. Damocritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicæarchus frater prætoris ad Antiochum eſt miſſus. Tyranno Lacedæmonio Damocritus, *ademptis maritimis civitatibus enervatam tyrannidem* dicere: *inde militem, inde naves, navaleſque ſocios habuiſſe. incluſum ſuis prope muris Achæos videre dominantes in Pelopon-*

ſidia Romana Ætoli eſſent. Eodemque cap. 48. *Qui intra ejus præſidia fuiſſent.* Utrobique vulgo: *inter.* Cujuſmodi & alia jam attigimus. Cæterum hinc differentia utriuſque, *inter præſidia*, & *intra præſidia*, quam editores hactenus non deprehenderunt, colligi facile poteſt. *J. F. Gron.*

1 *Tam inimici infeſtique erant Romanis*] Scripti omnes conſenſu: *tam inimice infeſti erant Romanis.* Literæ conſulum C. Fabricii Q. Æmilii ad Pyrrhum regem apud A. Gellium lib. 3, 8. *Nos pro tuis injuriis continuo animo ſtrenui commoti, inimiciter tecum bellare ſtudemus.* Etſi alterum Cicero 3 in Verrem: *Quis hunc audet dicere aratoribus infeſtum aut inimicum fuiſſe?* Et noſter alibi: *inimicius infeſtiuſque.* ſatis tamen placet ſcripta lectio. *Idem.*

1 *Habi-*

loponneſo. nunquam [1] *habiturum recuperandi ſua occaſionem, ſi eam quæ tum eſſet, prætermiſiſſet.* [2] *Nullum exercitum Romanum in Græcia eſſe: nec propter Gythium, aut maritimos alios Laconas, dignam cauſſam exiſtimaturos Romanos, cur legiones in Græciam rurſum tranſmittant.* Hæc ad incitandum animum tyranni dicebantur; ut quum in Græciam Antiochus trajeciſſet, conſcientia [3] violatæ per ſociorum injurias Romanæ amicitiæ, conjungeret ſe cum Antiocho. Et Philippum Nicander haud diſſimili oratione incitabat. erat etiam major orationi materia, quo ex altiore faſtigio rex, quam tyrannus, detractus erat; quoque plures ademptæ res. *Ad hoc vetuſta regum Macedoniæ fama, peragratuſque orbis terrarum victoriis ejus gentis referebatur. Et tutum vel incepto vel eventu ſe conſilium afferre. nam neque ut ante ſe moveat Philippus, quam Antiochus cum exercitu tranſierit in Græciam, ſuadere; & qui ſine Antiocho adverſus Romanos Ætoloſque tamdiu ſuſtinuerit bellum, ei adjuncto Antiocho, ſociis Ætolis, qui tum graviores hoſtes quam Romani fuerint; quibus tandem*

1 *Habiturum recuperandi ſua occaſionem*] In Voſſiano non invenio τὸ *recuperandi*. Et videntur interpoſuiſſe ex eo quod infra: *occaſionem recuperandi ea, quæ bello amiſiſſent.* Vellem plures codices ſuper hoc loco conſulere mihi liceret! Nam ſi in hoc conſentirent, ſcriberem: *nunquam habiturum ſuam occaſionem, ſi eam, quæ tum eſſet, prætermiſiſſet.* Eſt enim noſtri lib. 4. *Tantum abfuit, ut ex incommodo alieno ſua occaſio peteretur.* Et Juſtini lib. 38. *Utrum ſua occaſione, an illorum.* J. F. Gron.

2 *Nullum exercitum Romanum in Græcia eſſe*] Barberin. & Petav. *Romanorum.* Inducor, ut in proximo membro τὸ *Romanos* ex interpretatione adjectum ſcribendumque exiſtimem: *Nullum exercitum Romanorum in Græcia eſſe, nec propter Gythium aut maritimos alios Laconas dignam cauſſam exiſtimaturos, cur legiones in Græciam rurſum tranſmittant.* Profecto alterum ſordet. Sed & τὸ *propter* haud ineleganter exeſſet. *Idem.*

3 *Violatæ per ſociorum injurias Romanæ amicitiæ conjungeret ſe*] Hoc Aldo debemus. Nam Andreas Romæ, Mediolani, Tarviſii, & bis Venetiis dederunt: *Romæ amicitias jungerent cum Antiocho.* Becharia: *violati per ſoc. inj. Romani jungeret ſe cum Antiocho.* Badius & Mog. *Romanæ amicitiæ jungeret ſe cum Antiocho.* Sed ut primi illi, Voſſianus, niſi quod *jungeret.* Unde faciendum fuit: *Ut cum in Græciam Antiochus trajeciſſet, conſcientia violatæ per ſociorum injurias Romanæ amicitiam jungeret cum Antiocho.* Τὸ *amicitiæ* eleganter intellectum voluit auctor, ut in fine lib. 21. *Conſcientia ſpretorum.* Eſt & Livii *jungere amicitiam.* Lib. 28. *Cum quo nec fœdere nec æquis legibus jungeretur amicitia.* Sic enim legendum diximus ad lib. 36, 28. Lib. 34. *Ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coëant.* Et mox: *genera jungendarum amicitiarum.* Idem.

dem viribus reſiſtere Romanos poſſe? Adjiciebat *de duce Anni-
bale, nato adverſus Romanos hoſte, qui plures & duces & mili-
tes eorum occidiſſet, quam quot ſupereſſent.* Hæc Philippo Ni-
cander. Alia Dicæarchus Antiocho: *& omnium primum,
prædam de Philippo Romanorum eſſe dicere, victoriam Ætolo-
rum, & aditum in Græciam Romanis nullos alios, quam Æto-
los dediſſe; & ad vincendum vires eoſdem præbuiſſe. deinde quan-
tas peditum equitumque copias præbituri Antiocho ad bellum eſ-
ſent: quæ loca terreſtribus copiis, quos portus maritimis.* Tum
de Philippo & Nabide libero mendacio abutebatur: para-
tum utrumque ad rebellandum eſſe: & primam quamque
occaſionem recuperandi ea, quæ bello amiſiſſent, arre-
pturos. Ita per totum ſimul orbem terrarum Ætoli Ro-
manis concitabant bellum. reges tamen aut non moti, aut
tardius moti ſunt. Nabis extemplo circa omnes vicos ma- 13
ritimos dimiſit ad ſeditiones in iis miſcendas: & alios
principum donis ad ſuam cauſſam perduxit; alios perti-
naciter in ſocietate Romana manentes occidit. Achæis o-
mnium maritimorum Laconum tuendorum ab T. Quin-
tio cura mandata erat. itaque extemplo & ad tyrannum
legatos miſerunt, qui admonerent fœderis eum Roma-
ni, denunciarentque ne pacem, quam tantopere petiſſet,
turbaret: & auxilia ad Gythium, quod jam oppugnaba-
tur à tyranno, & Romam qui ea nunciarent, legatos mi-
ſerunt. Antiochus rex ea hieme [1] Raphiæ in Phœnice
Ptolemæo regi Ægypti filia in matrimonium data, quum
Antiochiam ſe recepiſſet, per Ciliciam Tauro monte ſu-
perato, extremo jam hiemis Epheſum pervenit: inde prin-
cipio veris, Antiocho filio miſſo in Syriam ad cuſtodiam
ulti-

1 *Raphiæ in Phœn.*] Stephanus: Ῥαφία πόλις Συρίας. *Sigonius.*

Raphiæ in Phœnice] In omnibus, quos Livio Glareanus opponit, non eſt Strabo, qui ſic lib. 16: Ἐπεὶ οὖν τῆς ἰδίως λεγομένης Κοίλης Συρίας ἀπηλλάγημεν, ἐπὶ τὴν Φοινίκην μέτειμεν. Et inde ponit poſt Berytum, Sidona, Tyron, Ptolemaida, Joppen, Gadarin, Azoton, Aſcalona, Jamniam, Gazam, Raphiam, Rhinocolura, *&c.* Tandem: Τοιαύτη μὲν ἡ Φοινίκη. *J. F. Gron.*

ultimarum partium regni, ne quid abſente ſe à tergo moveretur; ipſe cum omnibus terreſtribus copiis [1] ad Piſidas, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos eſt profectus. Eo tempore legati Romani P. Sulpicius, P. Villius, qui ad Antiochum (ſicut ante dictum eſt) miſſi erant, juſſi prius Eumenem adire, Elæam venere; inde Pergamum (ibi regia [2] Eumenis fuit) aſcenderunt. Cupidus belli adverſus Antiochum Eumenes erat: *gravem, ſi pax eſſet, accolam tanto potentiorem regem credens: eundem ſi motum bellum eſſet, non magis parem Romanis fore quam Philippus fuiſſet: & aut funditus ſublatum iri: aut ſi pax victo daretur, multa illi detracta ſibi acceſſura: ut facile deinde ſe ab eo ſine ullo Romano auxilio tueri poſſet. Etiam ſi quid adverſi caſurum foret, ſatius eſſe Romanis ſociis quamcumque fortunam ſubire, quam ſolum aut imperium pati Antiochi, aut abnuentem vi atque armis cogi.* Ob hæc quantum auctoritate, quantum conſilio valebat, incitabat Romanos ad bellum. Sulpicius æ-
14 ger Pergami ſubſtitit. [3] Villius quum Piſidiæ bello occupatum eſſe regem audiſſet, Epheſum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam, ut cum Annibale, qui tum ibi forte erat, ſæpe congrederetur: ut animum ejus & tentaret, ſi qua poſſet, & metum demeret periculi ei quicquam ab Romanis eſſe. His colloquiis aliud

1 *Ad Piſidas, qui circa Selgam incol.*] Steph. Σέλγη πόλις Πισίδας. *Sigon.*

Ad Piſidas qui circa Selgam incolunt] Sic Gelenius: & eſt quidem *Selga* haud dubie Piſidarum. Sed veteres libri, *Sicam* vel *Sitam*: ut videatur adſentiendum Glareano corrigenti *Sidam*. Quod & Rubenio placet. Strabo de Piſidis: τὰ μὲν οὖν πλεῖον αὐτῶν μέρος τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου κατέχει· τινὲς δὲ καὶ ὑπὲρ Σίδης καὶ Ἀσπένδου Παμφυλικῶν πόλεων. Et fuerunt hi olim ſocii Achæi, teſte Polybio lib. 5. Ἐτεννεῖς μὲν οἱ τῆς Πισιδικῆς τὴν ὑπὲρ Σίδης ὀρεινὴν κατοικοῦντες, ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας ἔπεμψαν. Puta Garſyeri præfecto Achæi. *J. F. Gron.*

2 *Eumenis fuit, adſcenderunt*] Mog. Voſſ. Thuan. *deſcenderunt*, pro *eſcenderunt*; quomodo legendum. Ita rurſus cap. 43 *Ilium a mari deſcendit* Thuan. habet pro vulgato *aſcendit*; nec dubitare fas eſt id mutatum ex *eſcendit*. Et 36, 30 item MS. Thuan. *Ipſe Oetam deſcendit* ex eodem priſcæ lectionis veſtigio deformatum. *Jac. Gron.*

3 *Villius cum Piſidiæ, &c. Epheſum profectus*] Hoc de P. Scipione ait Appianus: Ῥωμαῖοι δὲ πρέσβεις ἕτεροί τε καὶ ὁ Σκιπίων ἐπεὶ τὸν βασιλέα ἔγνων οἰχόμενον εἰς Πισίδας, ἐν Ἐφέσῳ περιέμενον. *Sigonius.*

iud quidem actum [1] nihil eſt: ſecutum tamen ſua ſponte eſt, velut conſilio petitum eſſet, ut vilior ob ea regi Annibal & ſuſpectior ad omnia fieret. Claudius ſecutus Græcos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuiſſe legatione tradit: eumque Epheſi collocutum cum Annibale. Et ſermonem etiam unum refert, quo quærenti Africano, *quem fuiſſe maximum imperatorem Annibal crederet*, [2] reſpondiſſe, *Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodque ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet.* Quærenti deinde, *quem ſecundum poneret; Pyrrhum*, dixiſſe, *caſtrametari primum docuiſſe. ad hoc neminem elegantius loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe, artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicæ gentes regis externi, quam populi Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent.* Exſequenti, *quem tertium duceret; haud dubie ſemetipſum* dixiſſe. [3] Tum riſum obortum Scipioni, & ſubjeciſſe. *Quidnam tu diceres, ſi me viciſſes? tum me vero*, inquit, *& ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omnes alios imperatores eſſe.* Et perplexum Punico aſtu [4] reſponſum, & improviſum aſſentationis genus Scipionem moviſſe: quod è grege ſe imperatorum velut inæſtimabilem ſecreviſſet. Villius ab Epheſo Apameam proceſſit. eo & Antiochus audito Romanorum legatorum adventu occurrit: Apameæ congreſſis diſceptatio eadem ferme fuit, quæ Romæ inter Quintium & legatos regis fuerat. mors nunciata Antiochi filii regis, quem miſſum paulo ante dixeram in Syriam, diremit colloquia.

1 *Nihil eſt: ſecutum tamen ſua ſponte eſt*] Poſterius *eſt* tutò deleas licet. *J. F. Gron.*

2 *Reſpondiſſet Alexandrum*] Vet. lib. *Reſpondiſſe*, ita paulo poſt: *Dixiſſe*, ſic Appianus: τοῦ Σκιπίωνος ἐρομένου, τίς δοκεῖ οἱ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι, τὸν Ἀννίβαν εἰπεῖν, ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος. *Sigonius.*

3 *Tum riſum obortum Scipioni, &c. ſubjeciſſe*] Sic Appianus: ὡς αὐτὸν ὁ Σκιπίων εἶδεν ἀπομνημονεύοντα τῆς σεμνολογίας ἔφη γελάσας. *Idem.*

4 *Reſponſum & adſentationis genus*] A Frobenio jam ſic omnes dediſſe comperio. Sed ſcripti & Andreas editique omnes prius: *reſponſum & improviſum adſentationis genus.* Quod excludendi nulla ratio videtur. *J. F. Gron.*

1 Quod

loquia. Magnus luctus in regia fuit, magnumque ejus juvenis deſiderium. id enim jam ſpecimen ſui dederat, ut ſi vita longior contigiſſet, magni juſtique regis in eo indolem fuiſſe appareret. Quo carior acceptiorque omnibus erat, eo mors ejus ſuſpectior fuit; gravem ſucceſſorem eum inſtare ſenectuti ſuæ patrem credentem, per ſpadones quoſdam, talium miniſteriis facinorum acceptos regibus, veneno ſuſtuliſſe. Eam quoque cauſſam clandeſtino facinori adjiciebant, [1] quod quum Seleuco filio Lyſimachiam dediſſet: Antiocho quam ſimilem daret ſedem, [2] ut procul ab ſe honore eum quoque ablegaret, non habuiſſet. Magni tamen luctus ſpecies per aliquot dies regiam tenuit: legatuſque Romanus, ne alieno tempore incommodus obverſaretur, Pergamum conceſſit. Rex Epheſum, omiſſo quod inchoaverat bello, rediit. ibi per luctum regia clauſa, cum Minione quodam, qui princeps amicorum ejus erat, ſecreta conſilia agitavit. Minio ignarus omnium externorum, vireſque æſtimans regis ex rebus in Syria aut Aſia geſtis, non cauſſa modo ſuperiorem eſſe Antiochum, quod nihil æqui poſtularent Romani, ſed bello quoque ſuperaturum credebat. Fugienti regi diſceptationem cum legatis, ſeu jam experto eam minus proſperam, ſeu mœrore recenti confuſo, profeſſus Minio, ſe quæ pro cauſſa eſſent dicturum, perſuaſit ut à Pergamo arceſſerentur legati. Jam convalue-
16 rat Sulpicius: itaque ambo Epheſum venerunt. Rex à Minione excuſatus, & abſente eo res agi cœpta eſt. Ibi præparata oratione Minio; *Specioſo titulo*, inquit, *uti vos, Romani, Græcarum civitatum liberandarum video: ſed facta veſtra*

1 *Quod quum Seleuco*] In Thuanæo non reperitur τὸ *quum*. Sed & poſtea *habuiſſe* non *habuiſſet*, & videtur elegantius: *cauſam adjiciebant, quod Seleuco filio Lyſimachiam dediſſet; Antiocho, quam ſimilem daret ſedem non habuiſſe*. Jac. Gron.

2 *Ut procul ab ſe honorem eum qu. ablegaret*] Perſpicue legendum eſt; *Per honorem*. Sigonius.

Procul ab ſe per honorem eum quoque ablegaret] Gelenii & Sigonii conjectura. Vetus lectio: *ab ſe honore eum quoque*. Quod defendimus 4 Obſerv. 16. J. F. Gron.

Aliud

veſtra orationi non conveniunt. & [1] aliud Antiocho juris ſtatuiſtis, alio ipſi utimini. Qui enim magis Smyrnæi Lampſacenique Græci ſunt, quam Neapolitani & Rhegini, & Tarentini, à quibus ſtipendium, à quibus naves ex fœdere exigitis? Cur Syracuſas atque in alias Siciliæ Græcas urbes prætorem quotannis cum imperio & virgis & ſecuribus mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quam armis ſuperatis vos iis has leges impoſuiſſe. Eandem de Smyrna & Lampſaco, civitatibuſque, quæ Ioniæ aut Æolidis ſunt, cauſſam ab Antiocho accipite. Bello ſuperatas à majoribus, & ſtipendiarias ac vectigales factas, in antiquum jus repetit. itaque ad hæc ei reſponderi velim, ſi ex æquo diſceptatur, & non belli cauſſa quæritur. Ad ea Sulpicius: Fecit verecunde, inquit, Antiochus, qui, ſi alia pro cauſſa ejus non erant quæ dicerentur, quemlibet iſta quam ſe dicere maluit. Quid enim ſimile habet civitatum earum quas comparaſti cauſſa? Ab Rheginis, & Neapolitanis, & Tarentinis, ex quo in noſtram venerunt poteſtatem, uno & perpetuo tenore juris ſemper uſurpato, numquam intermiſſo, quæ ex fœdere debent, exigimus. Poteſne tandem dicere, ut ii populi non per ſe, non per alium quemquam fœdus mutaverint; ſic & Aſiæ civitates, ut ſemel venerunt in majorum Antiochi poteſtatem, in perpetua poſſeſſione regni veſtri permanſiſſe, & non alias earum in Philippi, alias in Ptolomæi fuiſſe poteſtate, alias per multos annos nullo ambigente libertatem uſurpaſſe? Nam ſi, quod aliquando ſervierunt temporum iniquitate preſſi, jus poſt tot ſecula aſſerendi eos in ſervitutem facit; quid abeſt quin actum nobis nihil ſit, quod à Philippo liberavimus Græciam, & repetant poſteri ejus Corinthum, Chalcidem, Demetriadem & Theſſalorum totam gentem? Sed quid ego cauſſam civitatum ago, quam ipſis agentibus & nos, & regem ipſum cognoſcere æquius eſt? Vocari deinde civitatum legationes juſſit; præparatas jam ante & inſtructas ab Eumene, qui quantum- 17
cunque virium Antiocho deceſſiſſet, ſuo id acceſſurum regno ducebat. Admiſſi plures, dum ſuas quiſque nunc quere-

1 Aliud Antiocho juris ſtatuiſtis] Immo ſtatuitis. Jac. Gron.

querelas nunc poſtulationes inſerit, æqua iniquis miſcentes, è diſceptatione altercationem fecerunt. itaque neque remiſſa ulla re, neque impetrata, æque ac venerant omnium incerti legati Romam redierunt. Rex, dimiſſis iis, conſilium de bello Romano habuit. Ibi alius alio ferocius: quia quo quiſque aſperius adverſus Romanos locutus eſſet, eo ſpes gratiæ major erat. Alius ſuperbiam poſtulatorum increpare, tamquam Nabidi victo, ſic Antiocho, maximo Aſiæ regum, imponentium leges. quamquam Nabidi tamen dominationem in patriam ſuam, & patriam Lacedæmonem remiſſam. Antiocho, ſi Smyrna & Lampſacus imperata faciant, indignum videri. alii, parvas & vix dictu dignas belli cauſſas tanto regi eas civitates eſſe. ſed initium ſemper [1] per jus injuſta impetrandi fieri. niſi crederent Perſas, quum aquam terramque ab Lacedæmoniis petierunt, gleba terræ & hauſtu aquæ eguiſſe. *Per ſimilem tentationem Romanis de duabus civitatibus agi. & alias civitates, ſimul duas jugum exuiſſe vidiſſent, ad liberatorem populum defecturas. Si non libertas ſervitute potior ſit, tamen omni præſenti ſtatu ſpem cuique novandi res ſuas blandiorem eſſe.* Alexander Acarnan in concilio erat, Philippi
18 quondam amicus, nuper relicto eo ſecutus opulentiorem regiam Antiochi: & tamquam peritus Græciæ, nec ignarus Romanorum, in eum gradum amicitiæ regis, ut conſiliis quoque arcanis intereſſet, acceptus erat. Is tamquam non utrum bellandum eſſet, nec ne, conſuleretur; ſed ubi & qua ratione bellum gereretur, *Victoriam ſe haud dubiam proponere animo* affirmabat; *ſi in Europam tranſiſſet rex, & in aliqua Græciæ parte ſedem bello cepiſſet. Jam primum Ætolos, qui umbilicum Græciæ incolerent, in armis eum inventurum; anteſignanos ad aſperrima quæque belli paratos. In duobus velut cornibus Græciæ Nabin à Peloponneſo concitaturum omnia, repe-*

1 *Per jus injuſta impetrandi*] Lege cum Rubenio: *ſed initium ſemper à parvis injuſta imperandi fieri.* Sic & mox velim: *per ſimilem tentationem à Romanis de duabus civitatibus agi.* J. F. Gron.

ſ An

repetentem Argivorum urbem, repetentem maritimas civitates: quibus eum depulſum Romani Lacedæmonis muris incluſiſſent. à Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audiſſet, arma capturum. Noſſe ſe ſpiritus ejus, noſſe animum: ſcire ferarum modo, quæ clauſtris aut vinculis teneantur, ingentes jamdiu iras eum in pectore volvere. meminiſſe etiam ſe, quoties in bello precari omnes Deos ſolitus ſit, ut Antiochum ſibi darent adjutorem. cujus voti ſi compos nunc ſiat, nullam moram rebellandi facturum. Tantum non cunctandum, neque ceſſandum eſſe. in eo enim victoriam verti, ſi & loca opportuna, & ſocii præoccuparentur. Annibalem quoque ſine mora mittendum in Africam eſſe ad diſtringendos Romanos. [1] Annibal non adhibitus in concilium, propter colloquia cum Villio ſuſpectus regi, & in nullo 19
poſtea honore habitus; primo eam contumeliam tacitus tulit: deinde melius eſſe ratus, & percunctari cauſſam repentinæ alienationis, & [2] purgare ſe tempore apto, quæſita ſimpliciter iracundiæ cauſſa, auditaque, *Pater Amilcar*, inquit, *Antioche, parvum admodum me quum ſacrificaret, altaribus admotum jurejurando adegit, numquam amicum fore populi Romani. Sub hoc ſacramento ſex & triginta annos militavi: hoc me in pace* [3] *patria mea extulit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit:* [4] *hoc duce, ſi tu ſpem meam deſtitueris,*

1 *Annibal non adhibitus eſt in---tacitus tulit*] Ex veteribus libris verbum *eſt*, tolli debet, ut omnia ad verbum *tulit* referantur. *Sigonius.*

2 *Purgare ſe tempore apto*] Forſan *capto*. quod & ſupra reddidimus Livio lib. 26, 12. Lib. 3, 9. *Inſidiatum eum & tempore capto adortum rempublicam.* Ubi fruſtra Glareanus *captato*. Quare & incipio dubitare in illo lib. 4, 36. *Captatum deinde tempus ab tribunis militum.* & Flori lib. 3, 5. *Repente, quaſi captato tempore.* Quin illi ſcripſerunt *captum* & *capto*, J. F. Gron.

3 *Patria mea extulit*] Mog. Voſſ. Thuan. *expulit*; quod violentius eſt, & excitatiorem jurisjurandi memoriam in Annibale exprimit. 38, 50. *Siquidem victa Carthago victum Annibalem in exilium expuliſſet, Roma victrix victorem Africanum expellat.* Jac. Gron.

4 *Hoc duce, ſi tu ſpem meam deſtitueris*] Poſſet alicui ποιητικώτερον videri: *duce ſacramento.* Non mutant tamen aut hæſitant nec ſcripti nec editi veteres. Qui ſi adſtipularentur, mallem: *hoc ducente.* Curtius lib. 4. *Ite, nuntiate regi veſtro, & quæ amiſit, & quæ adhuc habet, præmia eſſe belli. Hoc regente utriuſque terminos regni id quemque habiturum, quod proximæ lucis adſignatura fortuna eſt.* Ubi nonnulli ſcripti codices inepte: *Hoc regem eſſe, & utriuſque.* J. F. Gron.

ris, ubicunque vires, ubi arma eſſe ſciam, huc veniam toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hoſtes. Itaque ſi quibus tuorum meis criminibus apud te creſcere libet, aliam materiam creſcendi quam ex me quærant. Odi odioque ſum Romanis. id me verum dicere pater Amilcar, & Dii teſtes ſunt. Proinde quum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto. [1] *ſi qua res te ad pacem compellet, in id conſilium alium, cum quo deliberes, quærito.* Non movit modo talis oratio regem, ſed etiam reconciliavit Annibali. Ex conſilio ita diſceſſum eſt, ut bellum gereretur. Romæ deſtinabant quidem ſermonibus hoſtem Antiochum, ſed nihil dum ad id bellum præter animos parabant. Conſulibus ambobus Italia provincia decreta eſt: ita ut inter ſe compararent, ſortirenturve, uter comitiis ejus anni præeſſet. ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus eſſet, ſi quo eum extra Italiam opus eſſet ducere legiones. Huic conſuli permiſſum, ut duas legiones ſcriberet novas, & ſocium ac [2] Latini nominis viginti millia, & equites nongentos. Alteri conſuli duæ legiones decretæ, quas L. Cornelius conſul ſuperioris anni habuiſſet: & ſocium ac Latini nominis [3] ex eodem exercitu pedites quindecim millia, & equites quingenti. Q. Minucio cum exercitu, quem in Liguribus habebat, prorogatum imperium. additum in ſupplementum, ut quatuor millia peditum Romanorum ſcriberentur, & centum quinquaginta equites; & ſociis eodem quinque millia peditum imperarentur, CCL equites. Cn. Domitio extra Italiam, quo ſenatus cenſuiſſet, provincia evenit, L. Quintio Gallia [4] & comitia habenda.

1 *Si qua te res ad pacem compellet*] Thuan. *in pacem.* Et ſic 39, 22. *In id neceſſitate ipſa compulſi.* 36, 39. *In jus judiciumque cogantur.* Seneca Suaſor. VI. *Jam intelliges Ciceronem in mortem cogi poſſe, in preces non poſſe.* Jac. Gron.

2 *Latini nominis viginti millia*] In Scripto invenio: *Latini nominis millia viginti & equites DCCC.* J. F. Gron.

3 *Ex eodem exercitu pedites quindecim millia*] Scribe: *peditum.* nam id expoſcit Latini ſermonis ratio & mos Livii. In Voſſiano ea vox deerat. *Idem.*

4 *Et comitia prætorum habita*] Inſanum bene Gelenius: *L. Quintio Gallia & comitia habenda. Prætores deinde provincias ſortiti.* Nam de conſularibus in inſequentem annum ſenſit Livius, & re-

da. Prætores deinde provincias ſortiti: M. Fulvius Centumalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam, L. Valerius Tappus Siciliam, Q. Salonius Sarra Sardiniam, M. Bæbius Tamphilus Hiſpaniam citeriorem, A. Atilius Serranus ulteriorem. Sed his duobus [1] primum Senatuſconſulto, deinde plebis etiam ſcito permutatæ provinciæ ſunt. Atilio claſſis & Macedonia, Bæbio Bruttii decreti. Flaminio Fulvioque in Hiſpaniis prorogatum imperium. Bæbio Tamphilo in Bruttios duæ legiones decretæ, quæ priore anno urbanæ fuiſſent: [2] ut & ſociis eodem millia peditum quindecim imperarentur, & quingenti equites. Atilius triginta naves quinqueremes facere juſſus, & ex navalibus veteres deducere, ſi quæ utiles eſſent, & ſcribere navales ſocios. Et conſuli imperatum, ut ei duo millia ſociûm ac Latini nominis, & mille pedites daret Romanos. Hi duo prætores & duo exercitus, terreſtris navaliſque adverſus Nabin aperte jam oppugnantem ſocios populi Romani dicebantur parari. Cæterum legati ad Antiochum miſſi exſpectabantur: priuſquam ii rediſſent, vetuerat Cn. Domitium conſulem ſenatus ab urbe
diſcedere. Prætoribus Fulvio & Scribonio, quibus ut 21
jus dicerent Romæ provincia erat, negotium datum, ut præter eam claſſem, cui Atilius præfuturus erat, centum quinqueremes pararent. Priuſquam conſul prætoreſque in provincias proficiſcerentur, ſupplicatio fuit prodigio-

& reſpicit illo, quod ante dixerat: *Conſulibus ambobus Italia provincia decreta eſt: ita ut inter ſe compararent ſortirenturve, uter comitiis ejus anni præeſſet: ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus eſſet, ſi quo eum extra Italiam opus eſſet ducere legiones.* Nunc igitur ſignificat hanc poſteriorem ſortem Cn. Domitio excidiſſe, priorem L. Quintio. Sic ſupra hoc libro: *Q. Minucii* (conſ. literæ allatæ ſunt) *à Piſis: comitia ſuæ ſortis eſſe.* Et mox: *ad comitia Romam rediret. ſi id facere gravaretur, quod non ſuæ ſortis id negotium eſſet.* Lib. 39. *Jam conſularium comitiorum appetebat tempus, quibus quia M. Æmilius, cujus ſortis ea cura erat, occurrere non potuit.* Et iterum: *prior tamen Claudius, cui ſors comitia habendi, obtigerat, Romam venit.* J. F. Gron.

1 *Primum ſenatuſconſulto, deinde plebis etiam ſcito*] Petavianus & Voſſianus: *primum SC. deinde plebei jam permutatæ.* Scribe: *primum ſenatuſconſulto, ſcito deinde plebei etiam permutatæ provinciæ ſunt.* Idem.

2 *Ut & ſociis eodem millia peditum*] Lege: *urbanæ fuiſſent: & ut ſociis.* Idem.

digiorum cauſſa. Capram ſex hœdos uno fœtu edidiſſe, ex Piceno nunciatum eſt: & Arretii puerum natum unimanum: [1] Amiterni terra pluiſſe: Formiis portam murumque de cœlo tacta: & (quod maxime terrebat) Conſulis Cn. Domitii bovem locutum, ROMA CAVE TIBI. Cæterorum prodigiorum cauſa ſupplicatum eſt: bovem cum cura ſervari alique aruſpices juſſerunt. Tiberis [2] infeſtiore, quam priore impetu illatus urbi, [3] duo pontes,

1 *Amiterni terra pluiſſe*] Barberin. & editi ante Curionem: *terram pluiſſe*, vel *pluviſſe*. Quod reſtituendum arbitror, etſi alibi ſæpe Livius, *lapidibus pluit*, & lib. 34. *Terra pluit*. Sic etiam lib. 3, 10. *Inter alia prodigia & carnem pluiſſe*. Uti quidem Pall. omnes Campanique & Aldina editiones: quod perperam Andreas & Rhenanus mutarunt. Lib. 10. *Nam & terram multifariam pluiſſe, & in exercitu Appii Claudii pleroſque fulminibus ictos nuntiatum eſt*. Lib. 37, 3. *Terram apud ſe pluiſſe Tuſculani nuntiabant*. Sic veteres. Lib. 40. *In area Vulcani & Concordiæ ſanguinem pluit*. J. F. Gron.

2 *Infeſtiore quam priore impetu*] Legerim, *quam priore anno, impetu*. Tan. Faber.

3 *Duos pontes, ædificia multa*] *Duo* pro *duos* plane habet Barberinus. Ut & cap. ſequenti idem cum Petav. vetuſtiſque editionibus nonnullis: *proficiſci ambo in provinciam placuit*. Ubi perperam Sigonius: *ambos*. Obſervatum veteribus Grammaticis promiſcue ſic hunc caſum enuntiaſſe antiquos. Viri docti, qui in congerendis exemplis adeo fuerunt accurati, ut neſcire ſe audeant profiteri, an multo plura inveniantur, à nobis hæc addere poſſunt. Lib. 6 cap. ult. *Factum ſenatuſconſultum, ut duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret.* ſic clare membranæ Thuaneæ. Lib. 7, 40. *Eodem tenore duo inſequentes conſulatus geſſi.* eædem cum duobus Pall. Lib. 8, 3. *Prætores tunc duo Latini habebant, L. Annium Setinum & L. Numicium Circeienſem, ambo ex coloniis Romanis:* iterum Pall. Lib. 25, 8. *Ambo mihi conſules & univerſum ſenatum intueri videor.* Ita optimus Put. & melior Petav. lib. 26, 7. *Capuam extemplo omiſſuros, aut ambo imperatores Romanos.* Eodem cap. 17. *Omiſſo ipſo Annibale ambo conſules & duo conſulares exercitus ad Capuam oppugnandam miſerunt.* Cap. 27. *Et conſules bellicoſos ambo viros acreſque nimis & feroces creatos:* Lib. 27, 29. *Poſtquam vulneratos ambo conſules, Marcellum etiam transfixum.* Lib. 28, 11. *Et Allia duo ſoles viſos referebant.* Lib. 29, 21. *Pleminium & ad duo & triginta homines cum eo damnaverunt.* Eodem cap. 30. *Ambo præoptantes exſilio modicam domi fortunam ad ſeſe perduxit.* Lib. 30, 14. *Quos quum pariter ambo & benigno vultu excepiſſet.* Eodem cap. 17. *Et equos duo phaleratos, bina equeſtria arma cum loricis.* Sic omnibus his locis ἀμύνων ille Puteaneus: pleriſque etiam alii meliores. Lib. 38, 58. *Ad extremum ambo pro populo Romano morte occubuiſſe.* Sic Barberin. & Petav. Cæſar lib. 5 de bello Gall. *Interfectos eſſe legatos duo, magnamque partem exercitus interiſſe.* Lib. 7. *Quum leges duo ex una familia, vivo utroque, non ſolum magiſtratus creari vetarent, ſed etiam in ſenatu eſſe prohiberent.* Sic utrobique inſignes Andinæ membranæ. Fruſtra igitur in hoc apud Silium lib. 4. *Gryxus Picentem Laurumque, nec eminus ambo, Sed gladio Laurum:* fruſtra, inquam, quum alia molitur, tum *ambos* ſcribendum edicit Barthius 6 Adverſ. 3. *J. F. Gron.*

tes, ædificia multa, maxime circa portam Flumentanam, evertit. Saxum ingens, ſive imbribus, ſive motu terræ leviore, quam ut alioqui ſentiretur labefactatum, in vicum Jugarium ex Capitolio procidit, & multos oppreſſit. In agris paſſim inundatis pecua ablata: villarum ſtrages facta eſt. Priuſquam L. Quintius conſul in provinciam perveniret, Q. Minucius in agro Piſano cum Liguribus ſignis collatis pugnavit: novem millia hoſtium occidit. cæteros fuſos fugatoſque in caſtra compulit. Ea uſque in noctem magno certamine oppugnata, defenſaque ſunt. nocte clam profecti Ligures: prima luce Romanus vacua caſtra invaſit. prædæ minus inventum eſt, quod ſubinde ſpolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hoſtibus dedit. ex agro Piſano in Ligures profectus, caſtella vicoſque eorum igni ferroque pervaſtavit: ibi præda Etruſca, quæ miſſa à populatoribus fuerat, repletus eſt miles Romanus. Sub idem 22
tempus legati ab regibus Romam reverterunt. qui quum nihil, quod ſatis maturam cauſſam belli haberet, niſi adverſus Lacedæmonium tyrannum attuliſſent, quem & Achæi legati annunciabant contra fœdus maritimam oram Laconum oppugnare; Atilius prætor cum claſſe miſſus eſt in Græciam ad ſocios tuendos. Conſules quando nihil ab Antiocho inſtaret, [1] proficiſci ambo in provincias placuit. Domitius ab Arimino, qua proximum fuit, Quintius per Ligures in Boios venit. Duo conſulum agmina diverſa late agrum hoſtium pervaſtarunt. primo equites eorum pauci cum præfectis, deinde univerſus ſenatus, poſtremo in quibus aut fortuna aliqua aut dignitas erat, ad mille quingenti ad conſules transfugerunt. Et in utraque Hiſpania eo anno res proſpere geſtæ. nam & C. Flaminius oppidum Litabrum, munitum opulentumque vineis expugnavit, & nobilem regulum Corribilonem

1 *Proficiſci ambo in*] Vet. lib. *Ambos*. Sigonius.

nem vivum cepit: & M. Fulvius proconſul cum duobus exercitibus hoſtium duo ſecunda prœlia fecit: oppida Hiſpanorum, Veſceliam, Holonemque, & caſtella multa expugnavit: alia voluntate ad eum defecerunt. tum in Oretanos progreſſus, & ibi duobus potitus oppidis, Noliba & Cuſibi, ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parva urbs erat, ſed loco munita. eam quum oppugnaret, Vectonum magnus exercitus Toletanis ſubſidio venit. Cum his ſignis collatis proſpere pugnavit: & fuſis
23 Vectonibus, operibus Toletum cepit. Cæterum eo tempore minus ea bella, quæ gerebantur, curæ Patribus erant, quam exſpectatio nondum cœpti cum Antiocho belli. nam etſi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores temere ſine ullis auctoribus orti multa falſa veris miſcebant. Inter quæ allatum erat, [1] quum in Ætoliam veniſſet Antiochus, extemplo claſſem eum in Siciliam miſſurum. Itaque ſenatus, etſi prætorem Atilium cum claſſe miſerat in Græciam; tamen quia non copiis modo, ſed etiam auctoritate opus erat [2] ad tuendos ſociorum animos, T. Quintium & C. Octavium, & Cn. Servilium, & P. Villium legatos in Græciam miſit: & ut M. Bæbius ex Bruttiis ad Tarentum & Brunduſium promoveret legiones, decrevit: ut inde, ſi res poſceret, in

1 *Quum in Ætoliam veniſſet*] Voſſ. *ut in Ætoliam veniſſet.* Quanto ſcitius eſt, tanto verius puto. Plauto Bacch. *Ut in navi vecta es, credo, timida es.* Cicero ad Attic. 1, 15. *Ut Brundiſio profectus es, nullæ mihi abs te ſunt redditæ literæ.* Lib. 5, 10. *Ut Athenas a. d. VII Cal. Quinct. veneram, exſpectabam ibi jam quartum diem Pontinum.* Ovidius: *Ut fumus in Ponto.* J. F. Gron.

2 *Ad tuendos ſociorum animos*] Lege, *tenendos.* Exſcriptor in animo habuit quod cap. 22. *Miſſus eſt in Græciam ad ſocios tuendos.* Sed aliud eſt. *Tan. Faber.*

Ad tuendos ſociorum animos] Scio tueri eſſe interdum, alere, ſuſtentare: videndum tamen annon ſcripſerit Livius *tenendos.* Juſtinus lib. 29. *Omnibus tamen propediem auxilia ſe miſſurum pollicetur, non quia facere poſſet, quæ promittebat, ſed ut ſpe impletos, in ſocietatis jure retineret.* Cic. 1 Famil. 7. *Virum excellentem, & tua tibi præſtanti in eum liberalitate devinctum, nonnihil ſuſpicantem, propter aliquorum opinionem ſuæ cupiditatis, te ab ſe abalienatum, illa epiſtola retinuiſti.* Idem lib. 2 ad Att. *Pompejus, noſtri amores, quod mihi ſummo dolori eſt, ipſe ſe afflixit. neminem tenet.* Quintus de petitione: *ut multi ſpe tui præſidii teneantur.* J. F. Gron.

1 *Tu-*

in Macedoniam trajiceret: & ut M. Fulvius prætor claſſem navium triginta mitteret ad tuendam Siciliæ oram: & cum imperio eſſet, qui claſſem eam duceret: (duxit L. Oppius Salinator, qui priore anno ædilis plebis fuerat:) & ut idem prætor L. Valerio collegæ ſcriberet, *Periculum eſſe, ne claſſis regis Antiochi ex Ætolia in Siciliam trajiceret: itaque placere ſenatui, ad eum exercitum quem haberet,* [1] *tumultuariorum militum ad duodecim millia pedites, & quadringentos equites ſcribere eum: quibus oram maritimam provinciæ, qua vergeret in Græciam, tueri poſſet.* Eum delectum prætor non ex Sicilia ipſa tantum, ſed etiam ex circumjacentibus inſulis habuit: oppidaque omnia maritima, quæ in Græciam verſa erant, præſidiis firmavit. Addidit alimenta rumoribus adventus Attali Eumenis fratris, qui nunciavit, Antiochum regem Helleſpontum cum exercitu tranſiſſe. Ætolos ita ſe parare, ut ſub adventum ejus in armis eſſent. Et Eumeni abſenti, & præſenti Attalo gratiæ actæ: & [2] ædes liberæ, locus, lautia decreta, & munera data, equi duo, bina equeſtria arma, & vaſa argentea centum pondo, & aurea viginti pondo. Quum 24
alii atque alii nuncii bellum inſtare afferrent, ad rem pertinere viſum eſt, conſules primo quoque tempore creari. Itaque Senatuſconſultum factum eſt, ut M. Fulvius prætor literas extemplo ad conſulem mitteret, quibus certior fieret ſenatui placere, provincia exercituque tradito legatis, Romam reverti eum: & ex itinere præmittere edictum, quo comitia conſulibus creandis ediceret. Paruit his literis conſul, & præmiſſo edicto, Romam venit. Eo quoque anno magna ambitio fuit, quod patricii

1 *Tumultuariorum militum ad duodecim millia pedites*] Si toleres, omnino ſcribendum: *peditum.* Sed videtur *τὸ pedites* additamentum eſſe inlatum ab iis, qui neſciebant per vocem *militum* hos intelligi. De quo jam pluries & pluſculis monitum. Malim ergo: *tumultuariorum militum ad duodecim millia & quadringentos equites ſcribere eum.* J. F. Gron.

2 *Ædes liberæ Attalo, ac lautia*] Vet. lib. *Ædes liberæ, locus, lautia decreta.* ut lib. 30. *Ædes liberæ, loca, lautia legatis decreta.* Sigonius.

cii tres in unum locum petierunt: P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulſam tulerat: & L. Cornelius Scipio, & Cn. Manlius Vulſo. P. Scipioni, ut dilatum viro tali, non negatum honorem appareret, conſulatus datus eſt. additus ei de plebe collega, Manius Acilius Glabrio. Poſtero die prætores creati, L. Æmilius Paullus, M. Æmilius Lepidus, M. Junius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Livius, & L. Oppius; utrique eorum Salinator cognomen erat. Oppius is erat, qui claſſem triginta navium in Siciliam duxerat. Interim dum novi magiſtratus ſortirentur provincias, M. Bæbius à Brunduſio cum omnibus copiis tranſire in Epirum eſt juſſus, & circa Apolloniam copias continere: & M. Fulvio prætori urbano negotium datum eſt, ut quinqueremes novas
25 quinquaginta faceret. Et populus quidem Romanus ita ſe ad omnes conatus Antiochi præparabat. Nabis jam non differebat bellum, ſed ſumma vi Gythium oppugnabat: & infenſus Achæis, quod miſerant obſeſſis præſidium, agros eorum vaſtabat. Achæi non antea auſi capeſſere bellum, quam ab Roma revertiſſent legati; ut quid ſenatui placeret, ſcirent; poſt reditum legatorum, & Sicyonem concilium edixerunt, & legatos ad T. Quintium miſerunt, qui conſilium ab eo peterent. In concilio omnium ad bellum extemplo capeſſendum inclinatæ ſententiæ erant: literæ T. Quintii cunctationem injecerunt, quibus auctor erat, Prætorem claſſemque Romanam exſpectandi. Quum principum alii in ſententia permanerent; alii utendum ejus, quem ipſi conſuluiſſent, conſilio cenſerent; multitudo Philopœmenis ſententiam exſpectabat. Prætor is tum erat, & omnes eo tempore [1] & prudentia & auctoritate anteibat. Is præfatus, [2] *Bene com-*

1 *Et prudentia & auctoritate anteibat*] Buſlid & Voſſ. *& providentia.* J.F. Gron.

2 *Bene comparatum apud Ætolos eſſe*] Immo *apud Achæos.* Neque enim Ætolorum erat ille mos præcipuus, ſed omnium fere liberorum populorum. Sic Romæ neque conſul in curia dicebat, neque prætor in foro ferebat ſententiam. Sed nec Ætolorum conſuetudo poterat liberare Philopœmenem

comparatum apud Ætolos eſſe, ne prætor, quum de bello conſuluiſſet, ipſe ſententiam diceret; ſtatuere quamprimum ipſos quid vellent, juſſit. Prætorem decreta eorum cum fide & cura exſecuturum: annixurumque ut, quantum in conſilio humano poſitum eſſet, nec pacis eos pœniteret, nec belli. Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit, quam ſi aperte ſuadendo cupiditatem res gerendi oſtendiſſet. Itaque ingenti conſenſu bellum decretum eſt: tempus & ratio adminiſtrandi ejus libera prætori permiſſa ſunt. Philopœmen præterquam quod ita Quintio placeret, & ipſe exiſtimabat claſſem Romanam exſpectandam, quæ à mari Gythium tueri poſſet; ſed metuens, ne dilationem res non pateretur, & non Gythium ſolum, ſed præſidium quoque miſſum ad tuendam urbem amitteretur; naves
Achæorum deduxit. Comparaverat & tyrannus modi- 26
cam claſſem, ad prohibenda, ſi qua obſeſſis mari ſummitterentur, præſidia, tres tectas naves, & lembos priſteiſque, tradita vetere claſſe ex fœdere Romanis. Harum ut novarum tum navium agilitatem experiretur, ſimul omnia ſatis apta ad certamen eſſent, provectos in altum, quotidie remigem militemque ſimulacris navalis pugnæ exercebat; in eo ratus verti ſpem obſidionis, ſi præſidia maritima interclusiſſet. Prætor Achæorum, ſicut terreſtrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel uſu vel ingenio æquabat, ita rudis in re navali erat: Arcas, mediterraneus homo, externorum etiam omnium, niſi quod in Creta præfectus auxiliorum militaverat, ignarus. Navis erat quadriremis vetus, [1] capta annis octo-

nem ab officio fungendo: niſi offenſam civium, in cauſſa graviſſima, non patriam, ſed gentis Achæis inviſiſſimæ rationem imitando, indubitatam contrahere vellet, præſertim quum exſpectaretur, & oculos omnium in ſe convertiſſet. quid enim propius quam ut reſponſaretur, quid illi cum Ætolis? prætorem Achæorum eſſe: agere patrio more debere. *J. F. Gron.*

1 *Navis capta annis octoginta ante*] *Quadraginta*, legendum ex Plutarcho, qui meminit hujus navis in Philopœmene, his verbis: *ἀλλὰ καὶ ναῦν τινα παλαιὰν μὲν, ἔνδοξον δὲ δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσεν. Sigonius.*

Annis

octoginta ante: quum Crateri uxorem Nicæam ab Naupacto Corinthum veheret. hujus fama motus (fuerat enim nobile in claſſe regia quondam navigium) deduci ab Ægio [1] putrem jam admodum & vetuſtate dilabentem juſſit. [2] Hac tum prætoria nave præcedente claſſem, quum in ea Patrenſis Tiſo præfectus claſſis veheretur, occurrerunt à Gythio Laconum naves: & primo ſtatim incurſu ad novam & firmam navem, vetus, quæ per ſe ipſa omnibus compagibus aquam acciperet, divulſa eſt: captique omnes, qui in nave erant. cætera claſſis, prætoria nave amiſſa, quantum quæque remis valuit, fugerunt. ipſe Philopœmen [3] in levi ſpeculatoria nave fugit: [4] nec ante fugæ finem, quam Patras ventum ſit, fecit. Nihil ea res animum militaris viri, & multos experti caſus, imminuit: quin contra, ſi in re navali, cujus eſſet ignarus, offendiſſet: eo plus in ea, quorum uſu calleret, ſpei nactus, breve id tyranno gaudium ſe effecturum affirmabat.
27 Nabis quum proſpera elatus re, tum ſpem etiam haud dubiam nactus, nihil jam à mari periculi fore, & terreſtres aditus claudere opportune poſitis præſidiis voluit. tertia parte copiarum ab obſidione Gythii abducta, [5] ad Pleias poſuit

Annis octoginta ante] Si verus hic numerus, Craterus foret Demetrii Poliorcetæ filius, Gonatæ Antigoni frater, cujus meminerunt Plutarchus περὶ φιλαδελφ. p.486. Prologus 26 Trogi Pompeji & Phlegon Trallianus περὶ θαυμασίων cap. 32. Ab ejus ætate ad hæc tempora facile tot annos colligas. Sigonius ex Plutarcho *quadraginta*. Omnes ante Aldum *annus octo ante*. J. F. Gron.

1 *Putrem eam admod.*] Vet. lib. *Putrem jam admodum*. Sigonius.

2 *Ac tum præt. nave*] Ex vet. lib. legendum eſt, *Hac tum*. Veterem enim navem pro prætoria uſurpatam à Philopœmene ait. *Idem*.

3 *In levi ſpeculatoria nave fuit*] Lege, *in levi piſcatoria nave fugit*. Ita enim majus periculum Philopœmenis oſtenditur. *Idem*.

4 *Nec ante fugæ finem, quam Patras ventum ſit*] Aut delendum τὸ *ſit*, aut ei ſubſtituendum ſive *eſt*, ſive *eſſet*, ſive, *fuit*. J. F. Gron.

5. *Ad Pleias poſuit caſtra. Imm. --- & Acris*] Legendum eſt, *ad Eliam*, non *ad Pleias*, quas merito queritur Glareanus ſe in Laconica non reperire. Item *Acriis*, non *Acris*, id docet locus unus Polybii, qui eſt libro 5, ubi horum oppidorum omnium meminit. Ejus verba ſunt: μεταλαβόμενος δ' αὖθις, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα· τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια. τοῦτο δ' ἀπολιπὼν κατὰ πορείαν δεξιὸν, κατεστρατοπέ-

ſuit caſtra. Imminet is locus & Leucis & Acris; qua videbantur hoſtes exercitum admoturi. Quum ibi ſtativa eſſent, & pauci tabernacula haberent; multitudo alia caſas ex arundinibus textas fronde, quæ umbram modo præberet, texiſſent; priuſquam in conſpectum hoſtium veniret Philopœmen, nec opinantem eum improviſo genere belli aggredi ſtatuit. Navigia parva in ſtationem occultam agri Argivi contraxit: in ea expeditos milites, cetratos pleroſque, cum fundis & jaculis, & alio levi genere armaturæ impoſuit. inde littora legens, quum ad propinquum caſtris hoſtium promontorium veniſſet, egreſſus callibus notis, nocte Pleias pervenit: & ſopitis vigilibus, ut in nullo propinquo metu, ignem caſis ab omni parte caſtrorum injecit. Multi prius incendio abſumpti ſunt, quam hoſtium adventum ſentirent: & qui ſenſerant, nullam opem ferre potuerunt. Ferro flammaque omnia abſumpta: perpauci tamen ex tam ancipiti peſte ad Gythium in majora caſtra perfugerunt. Ita perculſis hoſtibus, Philopœmen protinus ad depopulandam Tripolim Laconici agri, [1] qui proximus finem Megalopolitarum eſt, duxit: & magna vi pecorum hominumque inde abrepta, priuſquam à Gythio tyrannus præſidium agris mitte-

τοπέδευσε περὶ τὴν Ἑλίαν· ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη, πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς Λακωνικῆς. ὅθεν ἀεὶ τὰς προνομὰς, αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον πάντα κατεπυρπόλει, καὶ διέφθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς. ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας. *Sigonius.* Immo *Bœas* eſt legendum: ut & mox: *egreſſus callibus notis nocte Bœas pervenit.* Certe Bœas, Leucas, Acrias vicinas inter ſe fuiſſe diſcimus ex Polybii lib. 5. Ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκριὰς καὶ Λευκὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν. Licet quoque obſervare apud Strabonem lib. VIII. Sed & Pauſanias Bœas Acriaſque vicinas facit, his verbis: Τάδ᾽ ἐπέκεινα Γυθείου πρὸς θαλάσσῃ, Ἄσωπος, Ἀκριαὶ, Βοίαι. *Meurſ.* Miſcell. Lacon. 4, 5.

1 *Qui proximus finem Megalopolitarum eſt*] Sic lib. 28. *Lacedæmonius tyrannus haud procul Argivorum fine poſitis caſtris terrebat.* Sed ex frequentiore uſu Livii foret: *Proximus finem Megalopolitanum.* Ut lib. 4. *Valerium conſulem Volſcis oppoſitum caſtraque ad finem Tuſculanum habentem.* Lib. 9. *Ut proficiſcentes ad finem Campanum proſequerentur.* Lib. 10. *Ad finem Lucerinum ei hoſtis obvius fuit.* Sic lib. 34. *Finem Piſanum.* Neque forſan inepte dubites, an lib. 28. *Argivo fine* ſcripſerit Livius. Plinius 3, 1. *Ulterior appellata eadem Bætica; mox à fine Urgitano citerior.* J. F. Gron.

1 *Idem*

mitteret, diſceſſit. [1] Idem Tegeam exercitu contracto, concilioque eodem & Achæis & ſociis indicto, in quo & Epirotarum & Acarnanum fuere principes, ſtatuit; quoniam ſatis & ſuorum à pudore maritimæ ignominiæ reſtituti animi, & hoſtium conterriti eſſent, ad Lacedæmonem ducere: eo modo uno ratus ab obſidione Gythii hoſtem abduci poſſe. Ad Carias primum in hoſtium terra poſuit caſtra. Eo ipſo die Gythium expugnatum eſt. cujus rei ignarus Philopœmen, caſtra ad Barboſthenem (mons eſt decem millia paſſuum ab Lacedæmone) promovit. Et Nabis recepto Gythio, cum expedito exercitu inde profectus, quum præter Lacedæmonem raptim duxiſſet, Pyrrhi (quæ vocant) caſtra occupavit: quem peti locum ab Achæis, non dubitabat. inde hoſtibus occurrit. Obtinebant autem longo agmine propter anguſtias viæ prope quinque millia paſſuum. cogebatur agmen ab equitibus, [2] & maxime à parte auxiliorum: quod exiſtimabat Philopœmen, tyrannum mercenariis militibus, quibus plurimum fideret, à tergo ſuos aggreſſurum. Duæ res ſimul inopinatæ perculerunt eum: una, præoccupatus, quem petebat, locus: altera, quod primo agmini occurriſſe hoſtem cernebat. ubi quum per loca confragoſa iter eſſet, ſine levis armaturæ præſidio ſigna ferri non
28 videbat poſſe. Erat autem Philopœmen præcipuæ in ducendo agmine locisque capiendis ſollertiæ atque uſus: nec belli tantum temporibus, ſed etiam in pace, ad id maxime animum exercuerat. Ubi iter quopiam faceret, & ad difficilem tranſitu ſaltum veniſſet, contemplatus ab omni parte loci naturam, [3] quum ſolus erat, ſecum ipſe agita-

1 *Idem Tegeam exercitu contracto*] Jam à Gryphio uſque libros occupat. Vetuſti: *Inde Telegam.* Nomen oppidi reſtituit Gelenius. Scribe: *Inde Tegeam*, J. F. Gron.

2 *Et maxime à parte auxiliorum*] Ergo auxiliares præcipue & magis cogebant agmen, quam equites. Sed quis unquam illa in re magis aut minus ſtatuit? Scribe, *& maxima parte auxiliorum.* Lib. 42, 64. *Ipſe cum equitatu & levi armatura ſubſtitit ad agmen cogendum.* Jac. Perizonius.

3 *Quum ſolus erat*] Si hoc ita placet,

agitabat animo: quum comites haberet, ab iis quærebat, *Si hoſtis eo loco apparuiſſet, quid ſi à fronte, quid ſi ab latere hoc, aut illo, quid ſi à tergo adoriretur, capiendum conſilii foret? Poſſe inſtructos recta acie, poſſe inconditum agmen, & tantummodo aptum viæ, occurrere. Quem locum ipſe capturus eſſet, cogitando aut quærendo exſequebatur; aut quot armatis, aut quo genere armorum (plurimum enim intereſſe) uſurus, quo impedimenta, quo ſarcinas, quo turbam inermem rejiceret. quanto ea aut quali præſidio cuſtodiret: & utrum pergere qua cœpiſſet ire via,* [1] *an ea qua veniſſet repetere melius eſſet. caſtris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci, qua opportuna aquatio, qua pabuli lignorumque copia eſſet. qua poſtero die caſtra moventi tutum maxime iter; quæ forma agminis foret.* His curis cogitationibuſque ita ab ineunte ætate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio eſſet. Et tum omnium primum agmen conſtituit: dein Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos vocabant, equites, binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit: & juſſis equitibus ſubſequi, ſuper torrentem, unde aquari poſſent, rupem occupavit. [2] Eo impedimenta omnia, & calonum turbam conjectam armatis circumdedit: & pro natura loci caſtra communivit. tabernacula ſtatuere in aſpretis, & inæquabili ſolo difficile erat. Hoſtes quingentos paſſus aberant. ex eodem rivo utrinque cum præſidio levis armaturæ aquati ſunt: & priuſquam, (qualia in propinquis caſtris ſolent) contraheretur certamen, nox intervenit.

Poſte-

cet, quidni etiam mox mutaverunt *quum comites habebat*? MSS. omnes *quum ſolus iret*. Id omnino fuerat retinendum. *Jac. Gron.*

1 *An ea, qua veniſſet, repetere*] Immo, *eam*. J. F. Gron.

2 *Eo impedimenta omnia & calonum turbam collectam*] Sic Moguntinus. Rectius elegantiuſque ſcripti noſtri cum prius editis: *& calonum turbam conjectam*. Cicero in Piſonem: *Ecquid ſentis, lege judiciaria lata, quos poſthac judices ſimus habituri? nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur.* Cæſar lib. 3 de bello Gall. *Prima luce productis omnibus copiis, duplici acie inſtituta, auxiliis in mediam aciem conjectis.* Noſter paullo ante: *quo impedimenta, quo ſarcinas, quo turbam inermem calonum rejiceret.* Lib. 36. *In eam legationem Mneſilochus, & qui ejus factionis erant, de induſtria conjecti.* Ubi ſimiliter Magontiacenſis peccat. *Idem.*

Poſtero die apparebat pugnandum pro aquatoribus circa rivum eſſe. nocte in valle à conſpectu hoſtium averſa, quantam multitudinem locus occulere poterat, condidit
29 cetratorum. Luce orta Cretenſium levis armatura & Tarentini equites ſuper torrentem prœlium commiſerunt. [1] Latemnaſtus Cretenſis popularibus ſuis, equitibus Lycortas Megalopolitanus præerat. Cretenſes & hoſtium auxiliares, equitumque idem genus Tarentini, præſidio aquatoribus erant. Aliquandiu dubium prœlium fuit; ut eodem ex parte utraque hominum genere, & armis paribus. Procedente certamine, & numero vicere tyranni auxiliares: & quia ita præceptum à Philopœmene præfectis erat, ut modico edito prœlio in fugam inclinarent, hoſtemque ad inſidiarum locum pertraherent; effuſe ſecuti fugientes per convallem, plerique & vulnerati, & interfecti ſunt, priuſquam occultum hoſtem viderent. Cetrati ita, quantum latitudo vallis patiebatur, inſtructi ſederant: ut facile per intervalla ordinum fugientes ſuos acciperent. Conſurgunt deinde ipſi integri, recentes, inſtructi: & in hoſtes inordinatos, effuſos, labore etiam & vulneribus feſſos, impetum faciunt. Nec dubia victoria fuit. extemplo terga dedit tyranni miles: & haud paulo concitatiore curſu, quam ſecutus erat, fugiens, ad caſtra eſt compulſus. multi cæſi [2] captique in ea fuga ſunt. & in caſtris quoque foret trepidatum, ni Philopœmen receptui cani juſſiſſet; loca magis confragoſa, & quacumque temere proceſſiſſet, iniqua, quam hoſtem metuens. Inde & ex fortuna pugnæ & ex ingenio ducis conjectans, in quo tum is pavore eſſet, [3] unum de auxiliaribus ſpecie transfugæ mittit ad eum, qui pro comperto afferret: Achæos ſtatuiſſe poſtero die ad Eurotam amnem, qui prope ipſis affluit mœnibus, procedere, ut intercluderent iter;

1 *Latemnaſtus*] Lege *Telemnaſtus* ex Polybio Leg. 139. *Henr. Valeſius.*
2 *Captique in ea fuga ſunt*] Vet. lib. *Captique in fuga ſunt.* Sigonius.
3 *Unum de auxiliar.*] Vet. lib. *Et auxiliaribus.* Idem.

I In

iter; ne aut tyrannus quum vellet, receptum ad urbem haberet; aut commeatus ab urbe in caſtra portarentur. ſimul etiam tentaturus, ſi quorum animi ſollicitari ad defectionem à tyranno poſſent. Non tam fidem dictis perfuga fecit, quam perculſo metu relinquendi caſtra cauſſam probabilem præbuit. Poſtero die Pythagoram cum auxiliaribus & equitatu ſtationem agere pro vallo juſſit. ipſe tanquam in aciem cum robore exercitus egreſſus, ſigna ocius ferri ad urbem juſſit. Philopœmen poſteaquam citatum agmen per anguſtam & proclivem viam duci raptim vidit, equitatum omnem & Cretenſium auxiliares in ſtationem hoſtium, quæ pro caſtris erat, emittit. Illi ubi hoſtes adeſſe, & à ſuis ſe deſertos viderunt; primo in caſtra recipere ſe conati ſunt: deinde, poſteaquam inſtructa acies tota Achæorum admovebatur, metu ne cum ipſis caſtris caperentur, ſequi ſuorum agmen aliquantum prægreſſum inſiſtunt. Extemplo cetrati Achæorum [1] in caſtra impetum faciunt, & diripiunt: cæteri ad perſequendos hoſtes ire pergunt. Erat iter tale, per quod vix tranquillum ab hoſtili metu agmen expediri poſſet. Ut vero ad poſtremos prœlium ortum eſt, clamorque terribilis à tergo paventium ad prima ſigna eſt perlatus, pro ſe quiſque armis abjectis in circumjectas itineri ſilvas diffugiunt, momentoque temporis ſtrage armorum ſepta via eſt, maxime haſtis; quæ pleræque adverſæ cadentes, velut vallo objecto iter impediebant. Philopœmen, utcunque poſſent, inſtare & perſequi auxiliaribus juſſis (utique enim equitibus haud facilem futuram fugam) ipſe gravius agmen via patentiore ad Eurotam amnem deduxit. ibi caſtris ſub occaſum ſolis poſitis, levem armaturam, quam ad perſequendum reliquerat hoſtem, opperiebatur. qui ubi prima vigilia venerunt, nunciantes, tyran-

1 *In caſtra impetum faciunt & diripiunt*] Duas poſtremas voces è Mog. additas, ut in noſtris nullis inventas, & male prioribus nexas (niſi ſcribas *ea* vel *& ea diripiunt*) neč neceſſarias, facile removeri patiar. *J. F. Gron.*

rannum cum paucis ad urbem penetraſſe, cæteram multitudinem inermem toto ſparſam vagari ſaltu, corpora curare eos jubet. ipſe ex cætera copia militum (qui, quia priores in caſtra venerant, refecti & cibo ſumpto & modica quiete erant) delectos, nihil præter gladios ſecum ferentes, extemplo educit, & duarum portarum itineribus, [1] quæ Pheras, quæque Barboſthenem ferunt, eos inſtruxit; qua ex fuga recepturos ſeſe hoſtes credebat. Nec eum opinio fefellit. nam Lacedæmonii, quoad lucis ſuperfuit quicquam, deviis callibus medio ſaltu ſe recipiebant. Primo veſpere ut lumina in caſtris hoſtium conſpexere, e regione eorum occultis ſemitis ſe tenuerunt: ubi prætergreſſi ea ſunt, jam tutum rati, in patentes vias deſcenderunt. ibi excepti ab inſidente hoſte paſſim ita multi cæſi captique ſunt, ut vix quarta pars de toto exercitu evaſerit. Philopœmen incluſo tyranno in urbem, inſequentes dies prope triginta vaſtandis agris Laconum abſumpſit, debilitatiſque ac prope fractis tyranni viribus, domum rediit, æquantibus eum gloria rerum Achæis imperatori Romano; & quod ad Laconicum bellum attineret, præferentibus etiam.

31 Dum inter Achæos & tyrannum bellum erat; legati Romanorum circumire ſociorum urbes; ſolliciti, ne Ætoli partis alicujus animos ad Antiochum avertiſſent. minimum operæ in Achæis adeundis conſumpſerunt; quos, quia Nabidi infeſti erant, ad cætera quoque

1 *Quæ Pheras, quæque Barboſthenem ferunt*] Pheras in agro Laconico non reperies, ſed *Pharim*, teſte Stephano, qui inquit: Φάρις πόλις τῆς Λακωνικῆς· οἱ πολῖται Φαρῖται, ὡς Παυσανίας. Ὅμηρος· Φᾶρίν τε Σπάρτην τε. Pauſanias in Laconicis: Ἀμύκλας καὶ Φᾶριν, conjungit. *Sigonius.*

Quæ Pheras quæq. Barboſth. fer.] *Pheras* dicit, quod eſt *Pharæ* oppidum Meſſeniæ, quod etiam Φηραὶ dicitur ab Homero. Apud Ptolomæum perperam ſcribitur Φηρὴ pro Φηραί. Sic enim Πηγαὶ, quod eſt oppidum Megaricæ, etiam Παγαὶ dicitur Dorica dialecto. Cornelius Nepos in Conone, *Pharas coloniam Lacedæmoniorum* vocat. Hujus oppidi cives Φαράται dicuntur teſte Strabone. Stephanus Φαραΐτας dicit, Pauſanias Φαραιάτας; *Henr. Valeſius.*

Quæ Pheras quæq.] Veteres editi, *Phecas*. Ex ſcriptis unus *Phocas*, duo *Phagas*, Voſſ. *Phachas*. Buſlid. *Pharas*. Stephanus: Φαραὶ, πόλις Μεσσήνης. *J. F. Gron.*

1 *Demea*

que ſatis fidos cenſebant eſſe. Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Theſſaliam iere: allocutique concilio frequenti Theſſalos, [1] Demetriadem iter flexere. eo Magnetum concilium indictum eſt. Accuratior ibi habenda oratio fuit: quod pars principum alienati à Romanis, totique Antiochi & Ætolorum erant: quia, quum reddi filium obſidem Philippo allatum eſſet, ſtipendiumque impoſitum remitti; inter cætera vana allatum erat, Demetriadem quoque ei reddituros Romanos eſſe. Id ne fieret, Eurylochus princeps Magnetum, factioniſque ejus quidam, omnia novari Ætolorum Antiochique adventu malebant. Adverſus eos ita diſſerendum erat, ne timorem vanum iis demendo, ſpes inciſa Philippum abalienaret: in quo plus ad omnia momenti, quam in Magnetibus eſſet. Illa tantum commemorata, *quum totam Græciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis eſſe, tum eam civitatem præcipue. Ibi enim non præſidium modo Macedonum fuiſſe; ſed regiam exædificatam; ut præſens ſemper in oculis habendus eſſet dominus. Cæterum nequicquam ea facta, ſi Ætoli Antiochum in Philippi regiam adducerent, & novus & incognitus pro vetere & experto habendus rex eſſet.* Magnetarchen ſummum magiſtratum vocant. is tum Eurylochus erat. ac poteſtate ea fretus, negavit diſſimulandum ſibi & Magnetibus eſſe, quæ fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. id ne fieret, omnia & conanda & audenda Magnetibus eſſe. Et inter dicendi contentionem inconſultius evectus projecit, *Tum quoque ſpecie liberam Demetriadem eſſe. re vera omnia ad nutum Romanorum fieri.* Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit, [2] partim

1 *Demetriadem iter flexere*] Scripti & olim editi: *Demetriadem iter direxere.* Cæſar lib. 2 de bello Civ. *Abeſt directo itinere paullo amplius paſſuum mille.* Lib. 3. *Ipſi iter ſecundum eas terras direxerant.* Vulgatum eſt è Moguntino. Lib. 32. *Q. Minucius in lœva Italiæ ad inferum mare flexit iter.* J. F. Gron.

2 *Partim aſſentientium, partim indignantium*] Barberin. & Petav. *adſenſum, &, indignationem.* Quod omnino germanum eſt. Pendent ea duo vocabula à verbo *variantis* active, non

 ἀδιατί-

tim aſſenſum, partim indignationem, dicere id auſum eum. Quintius quidem adeo exarſit ira, ut manus ad cœlum tendens, Deos teſtes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret. Hac voce perterritis omnibus, Zeno ex principibus unus, [1] magnæ tum ob eleganter actam vitam auctoritatis, tum quod ſemper Romanorum haud dubie partis fuerat, ab T. Quintio legatiſque aliis flens petiit, *ne unius amentiam civitati aſſignarent. Suo quemque periculo furere. Magnetas, non libertatem modo, ſed omnia, quæ hominibus ſancta caraque ſint, T. Quintio & populo Romano debere. Nihil quemquam ab Diis immortalibus precari poſſe, quod non Magnetes ab illis haberent, & in corpora ſua citius per furorem ſævituros, quam ut Romanam amicitiam violarent.*
32 Hujus orationem ſubſecutæ multitudinis preces ſunt. Eurylochus ex concilio itineribus occultis ad portam, atque inde protinus in Ætoliam profugit. Jam enim, & id magis indies, Ætoli defectionem nudabant: eoque ipſo forte tempore [2] Thoas princeps gentis, quem miſerant ad Antiochum, redierat: indeque Menippum ſecum adduxerat,

ὑστέρως poſito, & ita explicandum: *Sub hanc vocem fremitus fuit multitudinis, variantis*, hoc eſt, alternantis, inter ſe confundentis, *partim adſenſum, partim indignationem*, quod id dicere eſſet auſus. Noli dubitare, quin ſic ab Livio fuerit. Voſſ. *partim adverſantium partim indignationem.* Lib. 2. *Quum timor atque ira invicem ſententias variaſſent.* Lib. 22. *Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque.* Lib. 23. *Cœptumque propter vos cum Samnitibus bellum per centum prope annos, variante fortuna eventum, tulerimus.* Lib. 25. *Et variabant ſecundæ adverſæque res, non fortunam magis quam animos hominum.* Quare & ſuſpectum mihi illud Juſtini lib. 26, 1. *Et variante hominum partim dolore, partim gaudio. prout ſingulæ civitates aut auxilium de Pyrrho ſperaverant, aut metus ſuſtinuerant.* Valde velim: *variante animos.* J. F. Gron.

1 *Magnæ cum ob eleg. a. v. a. tum*] Vet. lib. *Magnæ tum cum ob.* id eſt, magnæ eo tempore auctoritatis. alii: *Magnetum*, per vitium. *Sigonius.*

2 *Thoas princ. gentis, quem miſerant, ad Antiochum, redierat*] Videndum eſt etiam atque etiam quid ſit, quod paulo ante dixit hoc eodem libro, *Thoas prætor Ætolorum legatos cenſuit circa reges mittendos. Democritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicæarchus frater prætoris ad Antiochum eſt miſſus.* nunc vero ab Antiocho Thoantem rediſſe ait. Appianus quidem Thoantem legatorum, qui miſſi ad Antiochum ſunt, principem facit, cum ait in Syriaco: Ἀντιόχῳ δ' ἧκον Αἰτωλῶν πρέσβεις, ὧν Θόας ἦρχεν. Qui locus me admonet, ut hoc loco legam, *Princeps legationis, quam miſerant ad Antiochum.* Idem.

3 Ex

xerat, regis legatum. Qui priuſquam concilium iis daretur, impleverant omnium aures, terreſtres navaleſque copias commemorando; ingentem vim peditum equitumque venire: [1] ex India elephantos: [2] ad omnia (quo maxime moveri credebant multitudinis animos) tantum advehi auri, ut ipſos emere Romanos poſſit. Apparebat, quid ea oratio in concilio motura eſſet. nam & veniſſe eos, & quæ agerent, omnia Romanis legatis deferebantur: & quanquam prope abſciſſa res erat, tamen non ab re eſſe Quintio viſum eſt, ſociorum aliquos legatos intereſſe ei concilio, qui admonerent Romanæ ſocietatis Ætolos, qui vocem liberam mittere adverſus regis legatum auderent. Athenienſes maxime in eam rem idonei viſi ſunt, [3] & propter civitatis dignitatem, & vetuſtam ſocietatem cum Ætolis. ab iis Quintius petiit, ut legatos ad Panætolicum concilium mitterent. Thoas primus in eo concilio renunciavit legationem. Menippus poſt eum intromiſſus, *Optimum fuiſſe omnibus, qui Græciam Aſiamque incolerent*, ait, *integris rebus Philippi potuiſſe intervenire Antiochum: ſua quemque habiturum fuiſſe, neque omnia ſub nutum ditionemque Romanam perventura.* [4] *Nunc quoque*, inquit, *ſi modo vos quæ inchoaſtis, conſilia conſtanter perducitis ad exitum, poterit, Diis juvantibus, & Ætolis ſociis, Antiochus quamvis inclinatas Græciæ res reſtituere in priſtinam dignitatem. Ea autem in libertate poſita eſt; quæ ſuis ſtat viribus, non ex alieno arbitrio pendet.* Athe-

1 *Ex India elephantos accitos*] E Moguntino. Lectio vetus: *ingentem vim peditum equitumque venire, ex India elephantos.* Quam hactenus meliorem judico: nam τὸ *accitos* adſciverunt, qui non intelligebant locutionem *ex India elephantos*, pro Indis, ut Naſoni *pſittacus ab Indis.* Complet ſententiam verbum *venire* ex præcedenti membro intellectum. *J. F. Gron.*

2 *Ante omnia tantum advehi*] Magontiaci natum: alii omnes, *ad omnia.* quod poſſit defendi, ut particula ſit ea vi, qua *ſuper* aut *præter.* Vide ad lib. 26, 5. *Idem.*

3 *Et propter civitatis*] Ne hic quidem mutandi juſtam cauſſam habuerunt, quum legeretur: *propter & civitatis.* Idem.

4 *Nunc quoque inquit, Si modo vos*] Qui ita interpungunt hæc verba, orationis initium à voce, *ſi*, ducunt, cum ſit ducendum à voce, *nunc.* Sunt autem ita diſtinguenda verba, ut à voce, *ſi modo*, uſque ad vocem, *exitum*, parentheſi concludantur. *Sigonius.*

Athenienſes, quibus primis poſt regiam legationem, dicendi quæ vellent, poteſtas facta eſt; mentione omni regis prætermiſſa, Romanæ ſocietatis Ætolos, meritorumque in univerſam Græciam T. Quintii, admonuerunt, *Ne temere eam celeritate nimia conſiliorum everterent.* [1] *Conſilia calida & audacia prima ſpecie læta, tractatu dura, eventu triſtia eſſe. legatos Romanos, & in iis T. Quintium, haud procul inde abeſſe. Dum integra omnia eſſent, verbis potius de iis, quæ ambigerentur, diſceptarent, quam Aſiam Europamque ad*
33 *funeſtum armarent bellum.* Multitudo avida novandi res, Antiochi tota erat: & ne admittendos quidem in concilium Romanos cenſebant. principum maxime ſeniores auctoritate obtinuere, ut daretur iis concilium. Hoc decretum Athenienſes quum retuliſſent, eundum in Ætoliam Quintio viſum eſt. Aut enim moturum aliquid, aut omneis homines teſtes fore, penes Ætolos belli culpam eſſe: Romanos juſta ac prope neceſſaria ſumpturos arma. Poſteaquam ventum eſt eo, Quintius in concilio orſus à principio ſocietatis Ætolorum cum Romanis, & quoties ab iis fides mota fœderis eſſet; pauca de jure civitatum, de quibus ambigeretur, diſſeruit. *Si quid tamen æqui ſe habere arbitrarentur, quanto eſſe ſatius Romam mittere legatos; ſeu diſceptare, ſeu rogare ſenatum mallent;* [2] *quam populum Romanum*

1 *Conſilia callida & audacia*] Scribo: *calida & audacia.* Ut lib. 22. *Agitabanturque pro ingenio ducis conſilia calidiora.* Hirtius ad Ciceronem lib. 15 ad Atticum: *ita per te exorentur, ne quod calidius ineant conſilium.* J. F. Gron.

2 *Quam P. R. cum Antiocho laniſtis Ætolis*] Antea legebatur, *cum Antiocho admiſtis Ætolis*, quo pacto legitur in veteribus libris. Quamobrem non video cur diſplicuerit hæc lectio Gelenio, & cur hoc loco metaphoram à gladiatoribus & laniſtis ductam tantopere adamarit. *Sigonius.*

Laniſtis Ætolis dimicare] Hæc aurea reſtitutio Sigiſmundi Gelenii, & quidem è ſcriptis codicibus, ut ipſe profitetur. Legebatur: *admiſtis Ætolis.* Quo frigidius nihil poteſt excogitari, præſertim in comparatione alterius delicatiſſimæ lectionis. Tamen Sigonio perplacet, &, non video, inquit, cur diſplicuerit hæc lectio Gelenio, & cur hoc loco metaphoram à gladiatoribus & laniſtis ductam tantopere adamarit. Quid cenſes, cordate lector? Niſi Sigonius eſſet, haud impune ferret profecto. Nam *Ætolis laniſtis*, eſt, committentibus, ſubornantibus in certamen. Antonius in epiſtola ad Hirtium & Octavianum Cæſarem recitata Ciceroni Philippica 13. *Quod ſpectaculum adhuc fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies, laniſta*

manum cum Antiocho, laniſtis Ætolis; non ſine motu magno generis humani & pernicie Græciæ dimicare? nec ullos prius cladem ejus belli ſenſuros, quam qui moviſſent. Hæc nequicquam, velut vaticinatus Romanus; Thoas deinde cæterique factionis ejuſdem cum aſſenſu omnium auditi, pervicerunt, Ut ne dilato quidem concilio, & abſentibus Romanis, decretum fieret, quo arceſſeretur Antiochus [1] ad liberandam Græciam, diſceptatumque inter Ætolos & Romanos. Huic tam ſuperbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus prætor eorum. nam quum id ipſum decretum poſceret eum Quintius, non veritus majeſtatem viri; *aliud in præſentia, quod magis inſtaret, prævertendum ſibi eſſe*, dixit: *decretum reſponſumque brevi in Italia, caſtris ſuper ripam Tiberis poſitis, daturum.* tantus furor illo tempore gentem Ætolorum, tantuſque magiſtratus eorum cepit. Quintius legatique Corinthum redie- 34
runt. inde, [2] ut quæque de Antiocho, [3] nihil per ſe ipſi moti,

ſta Cicerone, dimicantes. Subjicit ipſe Cicero: *Ego laniſta? & quidem non inſipiens: deteriores enim jugulari cupio, meliores vincere.* Abſtineant ſua, *equidem*, vel, *id quidem*. Niſi & vexare velint Philippica ſequente: *Tu igitur ipſe de te, dixerit quiſpiam. Et quidem invitus.* Aut lib. 1 de natura Deorum: *Beatos eſſe deos ſumſiſti: concedimus. Beatum autem ſine virtute neminem eſſe poſſe, id quoque damus, & libenter quidem.* Ipſe Cicero lib. 1 ad Attic. 16. *Cum accuſator, tanquam cenſor bonus, homines nequiſſimos rejiceret; reus, tamquam clemens laniſta, frugaliſſimum quemque ſecerneret.* Pro Roſcio: *alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur: hic autem nuper ſe ad eum laniſtam contulit, qui, cum ante hanc pugnam tiro eſſet ſcientia, facile ipſum magiſtrum ſcelere audaciaque ſuperavit.* J. F. Gron.

1 *Ad liberandam Græciam diſceptandumque*] Scripti: *diſceptatumque.* Quod perperam mutatum exiſtimo: neque mihi novitas eſt in eodem membro dici Antiochum arceſſi ad Græciam liberandam, & arceſſi diſceptatum, ſed inſtar deliciarum Livianarum. ſic lib. 5. *Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis ſervandæque patriæ M. Furius Camillus dictator dictus.* Potuiſſet juxta bene dicere: *ſervandamque patriam:* ſed variare maluit. Dictys Cretenſis lib. 1. *Quamquam atrocitas facti ad indignationem ultumque injurias rapiebat.* Idem.

2 *Ut quæque de Antiocho*] Lego, *quieti de Antiocho.* Vide diligenter. nam placet. *Tan. Faber.*

3 *Nihil per ſe ipſi moti*] Lego *moturi.* Erant enim non modo per ſe ad bellum cum Romanis gerendum moti, ſed & ipſum Antiochum ad idem incitaverant, eumque decreto publico, quod præſente Quintio proximo concilio fecerant, arceſſebant in Europam diſceptatum inter ſe & Romanos. Unde & à Quintio ſummo jure *laniſtæ* vocantur cap. 33. Volebant tamen

moti, & ſedentes [1] exſpectare adventum viderentur regis; concilium quidem univerſæ gentis poſt dimiſſos Romanos non habuerunt, per apocletos autem (ita vocant ſanctius concilium: ex delectis conſtat viris) id agitabant, quonam modo res in Græcia novarentur. Inter omnes conſtabat, [2] in civitatibus principes, optimum quemque, Romanæ ſocietatis eſſe, & præſenti ſtatu gaudere. multitudinem, & quorum res non ex ſententia ipſorum eſſent, [3] omnia novari velle. Ætoli conſilium uno die ſpei quoque non audacis modo, ſed etiam impudentis, ceperunt; Demetriadem, Chalcidem, & Lacedæmonem occupandi. Singuli in ſingulas miſſi ſunt principes: Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedæmonem, Diocles Demetriadem. Hunc exul Eurylochus, de cujus fuga cauſſaque fugæ ante dictum eſt, quia reditus in patriam nulla ſpes alia erat, adjuvit. Literis Eurylochi admoniti propinqui amicique, & qui ejuſdem factionis erant, liberos & conjugem ejus cum ſordida veſte, tenentes velamenta ſupplicum, concionem frequentem adire jubent; ſingulos univerſoſque obteſtantes, ne inſontem, indemnatum conſeneſcere in exilio ſinerent. Et ſimplices homines miſericordia, & improbos ſeditioſoſque immiſcendi res tumultu Ætolico ſpes movit: pro ſe quiſque [4] revocare jubebant.

men videri nihil rerum per ſe ipſi eſſe moturi, ſed ſedentes exſpectare adventum regis. Infra 40, 31. *Spem factam hoſti, nihil ſe priorem moturum.* 25, 27. *Exſpectaturus magis eventum, quam inde quicquam moturus.* Jac. Perizonius.

1 *Exſpectare viderentur adventum regis*] Barberinus: *motum regis.* Cæterum obſcuriorem hunc locum ſic explicabam: Ætolos, ne Romanis prius conſilia eorum quam facta innoteſcerent, poſtea concilium gentis nullum habuiſſe, ita ut omnia, ut quamcumque ſpem haberent, viderentur exſpectare de Antiocho, nihil ipſi pro ea laborantes, utque viderentur ſedentes exſpectare ſive adventum ſive motum regis. *J. F. Gron.*

2 *In civitatibus principes & optimum quemque*] In prima reperio editione Moguntina: ſed ſcripti & ſuperius editi extrita copulativa: *principes, optimum quemque, Romanæ ſocietatis eſſe.* Et verius eſt. Uti lib. 1. *Averſos boves, eximium quemque pulcritudine, caudis in ſpeluncam traxit.* Lib. 21. *Ipſe cum expeditis, acerrimo quoque, raptim anguſtias evadit.* Idem.

3 *Omnia novare velle*] Vet. lib. *Novari.* Sigonius.

4 *Revocare jubebant*] Vet. lib. *Revocari.* Idem.

1 *Eum*

bant. His præparatis Diocles cum omni equitatu (& erat tunc præfectus equitum) ſpecie reducentis exulem hoſpitem profectus, die ac nocte ingens iter emenſus, quum millia ſex ab urbe abeſſet; luce prima tribus electis turmis, cætera multitudine equitum ſubſequi juſſa, præceſſit. poſteaquam portæ appropinquabat, deſilire omnes ex equis juſſit, & loris ducere equos; itineris maxime modo, ſolutis ordinibus: ut comitatus magis præfecti videretur, quam præſidium. Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi ſubſequens equitatus poſſet, media urbe ac per forum manu Eurylochum tenens, multis occurrentibus gratulantibuſque, domum deduxit. Mox equitum plena urbs erat, & loca opportuna occupabantur, tum in domos miſſi, qui principes adverſæ factionis interficerent. Ita Demetrias Ætolorum facta eſt. Lace- 35
dæmone non urbi vis afferenda, ſed tyrannus dolo capiendus erat: quem ſpoliatum maritimis oppidis à Romanis, tunc intra mœnia etiam Lacedæmonis ab Achæis compulſum, qui occupaſſet occidere, [1] eum totius gratiam rei apud Lacedæmonios laturum. Cauſſam mittendi ad eum habuerunt, quod fatigabat precibus, ut auxilia ſibi, quum illis auctoribus rebellaſſet, mitterentur. Mille pedites Alexameno dati ſunt, & triginta delecti ex juventute equites. Iis à prætore Damocrito in conſilio arcano gentis, de quo ante dictum eſt, denunciatum, *Ne ſe ad bellum Achaicum, aut rem ullàm, quam ſua quiſque opinione præcipere poſſet, crederent miſſos eſſe.* [2] *quicquid Alexamenum res monuiſſet ſubiti conſilii capere; ad id quamvis inopinatum, temerarium, audax, obedienter exſequendum parati eſſent,*

1 *Eum totius gratiam rei, &c.*] Vet. lib. *Eum potius*, hoc ſenſu: Qui tyrannum interfeciſſet Lacedæmoniorum, tantum abfuturum, ut rem ingratam Lacedæmoniis faceret, ut gratiam potius ab illis iniret. *Sigonius.*

2 *Quicquid Alexamenum res moviſſet ſubiti conſilii capere*] Et hoc Moguntiæ natum: ſed repone ut prius fuerat: *res monuiſſet*. Ut alibi: *ſi exire res cogeret, quo res vocaſſet, ut res poſcebat.* Tacitus 3 Annal. *Ea res admonet, ut de principiis juris, &c. altius diſſeram.* Salluſtius Catil. *res autem monet, cavere ab illis magis.* J. F. Gron.

eſſent, ac pro eo acciperent, tanquam ad id unum agendum miſſos ab domo ſe ſcirent. Cum his ita præparatis Alexamenus ad tyrannum venit, quem adveniens extemplo ſpei implevit. *Antiochum jam in Europam tranſiſſe, mox in Græcia fore; terras, maria, armis, viris completurum. Non cum Philippo rem eſſe credituros Romanos. numerum iniri* [1] *peditum equitumque, ac navium non poſſe: elephantorum aciem conſpectu ipſo debellaturam. Ætolos toto ſuo exercitu paratos eſſe venire Lacedæmonem, quum res poſcat: ſed frequentes armatos oſtendere advenienti regi voluiſſe. Nabidi quoque & ipſi faciendum eſſe, ut quas haberet copias, non ſineret ſub tectis marceſcere otio: ſed educeret, & in armis decurrere cogeret, ſimul animos acueret, & corpora exerceret. Conſuetudine leviorem laborem fore: & comitate ac benignitate ducis etiam non injucundum fieri poſſe.* Educi inde frequenter ante urbem in campum ad Eurotam amnem cœpere. Satellites tyranni media fere in acie conſiſtebant. tyrannus cum tribus ſummum equitibus, inter quos plerumque Alexamenus erat, ante ſigna vectabatur, cornua extrema inviſens; in dextro cornu Ætoli erant, & qui ante auxiliares tyranni fuerant, & qui venerant mille cum Alexameno. Fecerat ſibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, monendique eum quæ in rem eſſe videbantur; nunc in dextrum cornu ad ſuos adequitandi; mox inde, velut imperato quod res popoſciſſet, recipiendi ſe ad tyrannum. Sed quem diem patrando facinori ſtatuerat, eo pauliſper cum tyranno vectatus, quum ad ſuos conceſſiſſet, cum equitibus ab domo ſecum miſſis, *Agenda,* inquit, *res eſt, juvenes, audendaque, quam me duce impigre exſequi juſſi eſtis. Parate animos dextraſque, ne quis in eo, quod me viderit facientem, ceſſet. Qui cunctatus fuerit, &* [2] *ſuum conſilium meo interponet, ſciat ſibi reditum ad penates non eſſe.* Hor-

1 *Peditum, equitumque ac navium*] Vet. lib. *Peditum, equitum, naviumque.* Sigonius.

2 *Suum conſilium meo interponet*] Vet. lib. *in eo*, id eſt, in re aggredienda & agenda. *Idem.*

Iorror cunctos cepit : & meminerant, cum quibus man-
latis exiſſent. Tyrannus ab lævo cornu veniebat. [1] Po-
iere haſtas equites Alexamenus jubet, & ſe intueri. col-
igit & ipſe animum confuſum tantæ cogitatione rei. Poſt-
aquam appropinquabat, impetum facit : & transfixo e-
quo, tyrannum deturbat. Jacentem equites confodiunt.
nultis fruſtra in loricam ictibus datis, tandem in nudum
orpus vulnera pervenerunt : & priuſquam à media acie
uccurreretur, exſpiravit. Alexamenus cum omnibus Æ- 36
olis citato gradu ad regiam occupandam pergit. Corpo-
is cuſtodes, quum res in oculis gereretur, pavor primo
epit : deinde, poſteaquam abire Ætolorum agmen vi-
dere, concurrunt ad relictum tyranni corpus : [2] & ſpe-
ctatorum turba ex cuſtodibus vitæ mortiſque ultoribus
facta. Nec moviſſet ſe quiſquam, [3] ſi extemplo poſitis armis

1 *Ponere haſtas equites Alex. jub. & ſe intueri*] Miratur Glareanus Alexamenum juſſiſſe, ut equites ponerent haſtas, cum tamen duobus poſt verſibus dicat, *jacentem equites confodiunt.* eſt autem accipiendum *ponere* non pro *abjicere*, ſed pro *reclinare.* Intellexit enim Alexamenus erectas haſtas conſpectum ſui equitibus eſſe intercepturas, quos ſe intueri jubebat, tamquam quid ipſe facturus eſſet ignaros. Sic libro primo : *Tullus Hoſtilius ſuos erigere haſtas juſſit ne ſocios Albanos fugientes viderent.* Non ergo eos juſſit haſtas abjicere, ſed invadendi cauſa eas pectori apponentes ad ſe imitandum præſto eſſe. *Sigonius.*

2 *Et ſpectatorum turba*] Copulativa prorſus eſt inutilis, ac quum ſcripti habeant *perpaucorum turba*, unde vulgatam excudit Gelenius, ſecure eam videor inducere, Livio nunc quoque appoſitione ſua uſo. *Jac. Gron.*

3 *Si ext. poſitis armis vocata in c. multitudo fuiſſet. & oratio habita t. conveniens. Frequentes i. retenti in armis Ætoli ſine injuria cujuſquam : ſed*] Ne hæc quidem inter ſe repugnant, *poſitis armis*, & *retenti in armis*, ut videtur. Hoc enim vult Livius : Nec ſe quiſquam Lacedæmoniorum moviſſet, ſi Alexamenus interfecto eorum tyranno arma poſuiſſet, & vocata multitudine in concionem orationem tempori convenientem habuiſſet. Retinuit ergo Ætolos in armis, ſed tamen ſine injuria cujuſquam. Itaque omnia in maturandam perniciem Alexameni & ſociorum ſunt acta. *Sigonius.*

Si extemplo poſitis armis vocata in concionem] Hæc ; *poſitis armis*, & deinde, *retenti in armis Ætoli*, pugnare ſunt inter ſe viſa Glareano. Sed conciliat Sigonius, mentem auctoris eſſe : nec moviſſet ſe quiſquam Lacedæmoniorum, ſi Alexamenus interfecto eorum tyranno arma poſuiſſet, ac vocata ad concionem multitudine orationem habuiſſet tempori convenientem. Retinuit ergo Ætolos in armis, ſed tamen ſine injuria cujuſquam. Itaque omnia in maturandam perniciem Alexameni & ſociorum ſunt acta. Qua tamen interpretatione longe gravior inconſtantia in verbis Livii ſubnaſcitur. Quomodo enim retinuit in armis

armis vocata in concionem multitudo fuiſſet, & oratio habita tempori conveniens, frequentibus inde retentis in armis Ætolis, ſine injuria cujuſquam: ſed, ut oportuit in conſilio fraude cœpto, omnia in maturandam perniciem eorum qui fecerant, ſunt acta. Dux regia incluſus, diem ac noctem in ſcrutandis theſauris tyranni conſumpſit: Ætoli velut capta urbe, quam liberaſſe videri volebant, in prædam verſi. Simul indignitas rei, ſimul contemptus, animos Lacedæmoniis ad coëundum fecit. alii dicere, exturbandos Ætolos, & [1] libertatem, quum reſtitui videretur, interceptam repetendam. alii, ut caput agendæ rei eſſet, regii generis aliquem in ſpeciem aſſumendum. Laconicus ejus ſtirpis erat puer admodum, educatus cum liberis tyranni. eum in equum imponunt, & armis arreptis Ætolos vagos per urbem cædunt. Tum regiam invadunt. ibi Alexamenum cum paucis reſiſtentem obtruncant. Ætoli circa Chalciœcon (Minervæ eſt templum æreum) congregati cæduntur. Pauci armis abjectis, pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt. ibi comprehenſi à magiſtratibus, ſub corona venierunt. Philopœmen, audita cæde tyranni, profectus Lacedæmonem, quum omnia turbata metu inveniſſet; evocatis principibus, & oratione habita, qualis habenda ab Alexameno fuerat, ſocie-

37

mis ſine cujuſquam injuria Ætolos, qui ſtatim dicuntur velut capta urbe, quam liberaſſe videri volebant, in direptionem & prædam verſi? Neque tertiam hic periodum, quam Sigonius incipit: *Itaque omnia*, eadem aut ſimili particula Livius, verum ab adverſativa orditur: *ſed, ut oportuit in conſilio fraude cœpto, omnia in maturandam perniciem eorum qui fecerant, ſunt acta.* Quæ declarationem illam nequaquam admittit. Ab diſtinctione laborat locus: *ſi extemplo poſitis armis vocata in concionem multitudo fuiſſet, & oratio habita tempori conveniens; frequentes inde retenti* (ſi fuiſſent, hoc ſubaudiendum ex præcedentibus) *in armis Ætoli, ſine injuria cujuſquam. Sed ut oportuit, in conſilio.* Senſus, ſi ipſe ſine inſignibus belli, ut decet, in concionem proceſſiſſet, libertatis illorum vindicandæ ergo patratum excuſans; ſimul autem retinuiſſet ad ſigna Ætolos in patentibus urbis locis ſtationem ſervantes, nemine privatorum violato: ſic enim futurum erat, ut quieſcerent & boni, quibus nulla fieret injuria, & mali metu multitudinis armatæ & intentæ ad coërcendum. *J. F. Gron.*

1 *Libertatem, quum reſtitui videretur*] Forte: *dum reſtitui.* Nomen etiam regis forte melius erit, *Laonicus*, quam *Laconicus.* Idem.

1 *Occu-*

ſocietati Achæorum Lacedæmonios adjunxit: eo etiam facilius, quod ad idem forte tempus A. Atilius cum quatuor & viginti quinqueremibus ad Gythium acceſſit. iiſdem diebus circa Chalcidem Thoas per Euthymidam principem pulſum, opibus eorum qui Romanæ ſocietatis erant poſt T. Quintii legatorumque adventum, & Herodorum Cianum mercatorem, ſed potentem Chalcide propter divitias, præparatis ad proditionem iis, qui Euthymidæ factionis erant; nequaquam eandem fortunam, qua Demetrias per Eurylochum [1] occupata erat, habuit. Euthymidas ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas primum, hinc Salganea proceſſit. Herodorus ad Thronium, inde haud procul in Maliaco ſinu duo millia peditum, & Thoas ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat, eas cum ſexcentis peditibus Herodorus trajicere in Inſulam Atalantam juſſus: ut inde, quum pedeſtres copias appropinquare jam Aulidi atque Euripo ſenſiſſet, Chalcidem trajiceret. ipſe cæteras copias nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat.
[2] Mictio & Xenoclides, penes quos tum ſumma rerum, pulſo Euthymida, Chalcide erat; ſeu ipſi per ſe ſuſpicati, ſeu indicata re; primo pavidi, nihil uſquam ſpei, niſi in fuga ponebant. deinde poſteaquam reſedit terror, & prodi & deſeri non patriam modo, ſed etiam Romanorum ſocietatem cernebant, conſilio tali animum adjecerunt. Sacrum anniverſarium eo forte tempore Eretriæ [3] Amarynthidis Dianæ erat: 38

quod

1 *Occupata erat*] *Fuerat* ex vet. lib. *Sigonius.*

2 *Miction*] *Mictio* ex vet. lib. Hic ab Appiano dicitur Μικυθίων, *Idem.*

Mictio & Xenoclides] An *Miccio*? Videbo; & tu videbis. *Tan. Faber.*

Mictio & Xenoclides] Appiano ut notavit Sigonius Μικυθίων. Veteres editi, *Mictilo.* In MSS. *Mittylo*: & infra cap. 46 *Mittilio.* Ut videatur verum nomen eſſe *Micythio.* Nam *Micythus* nomen notum eſt ejus, qui Anaxilai Rhegini tyranni liberorum tutor fuit. Ex hoc Μικυθίων ut *Eurytus* *Eurytion.* Vulgata à Gelenio eſt. *J. Fr. Gron.*

3 *Amarynthidis Dianæ*] Vide Strab. lib. v. *Amarynthia*, certamina erant, in Amarynthо Eubœæ urbe celebrari ſolita. Celebrabantur vero eo nimi-

rum

quod non popularium modo, ſed Caryſtiorum etiam cœtu celebratur. Eo miſerunt qui orarent Eretrienſes Caryſtioſque, *Ut & ſuarum fortunarum in eadem inſula geniti miſererentur, & Romanam ſocietatem reſpicerent. ne ſinerent Ætolorum Chalcidem fieri. Eubœam habituros, ſi Chalcidem habuiſſent. Graves fuiſſe Macedonas dominos, multo minus tolerabiles futuros Ætolos.* Romanorum maxime reſpectus civitates movit; & virtutem nuper in bello, & in victoria juſtitiam benignitatemque expertas. itaque quod roboris in juventute erat, utraque civitas armavit miſitque. His tuenda mœnia Chalcidis oppidani quum tradidiſſent, ipſi omnibus copiis tranſgreſſi Euripum, ad Salganea poſuerunt caſtra. inde caduceator primum, deinde legati ad Ætolos miſſi percunctatum, quo ſuo dicto factove ſocii atque amici ad ſe oppugnandos venirent? Reſpondit Thoas dux Ætolorum, *Non ad oppugnandos, ſed ad liberandos ab Romanis venire ſeſe. Splendidiore nunc eos catena, & multo graviore vinctos eſſe, quam quum præſidium Macedonum in arce habuiſſent. Se vero* negare Chalcidenſes *aut ſervire ulli, aut præſidio cujuſquam egere.* Ita digreſſi ex colloquio legati ad ſuos. Thoas & Ætoli, ut qui ſpem omnem in eo, ut improviſo opprimerent, habuiſſent; ad juſtum bellum oppugnationemque urbis mari ac terra munitæ haudquaquam pares; domum rediere. Euthymidas, poſteaquam caſtra popularium ad Salganea eſſe, profectoſque Ætolos audivit; & ipſe à Thebis Athenas rediit. Et Herodorus quum per aliquot dies intentus ab Atalanta ſignum nequicquam exſpectaſſet, miſſa ſpeculatoria nave, ut quid moræ eſſet ſciret; poſteaquam rem omiſſam à ſociis vidit,

rum feſto, quod in honorem Dianæ τῆς Ἀμαρυσίας illic cultæ, Ἀμαρύσια dicebatur. Meminit ejus feſti Heſychius. Ἀμαρύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν. Et turbare hoc non debet quod feſtum Athenienſium dicat: quippe ſciendum, Athenis populum Athenienſem non minus, quam Amarynthios in Eubœa, Dianam τὴν Ἀμαρυσίαν coluiſſe. Pauſanias Atticis luculentus teſtis. Nec Amarynthii tantum colebant, verum etiam Eretrienſes & Caryſtii. *Meurſ.* Græc. Fer. lib. 1.

dit, Thronium, unde venerat, repetit. Quintius quoque his auditis, ab Corintho veniens navibus, in Chalcidis Euripo Eumeni regi occurrit. Placuit, quingentos milites præſidii cauſſa relinqui Chalcide, ab Eumene rege: ipſum Athenas ire. Quintius quo profectus erat, Demetriadem contendit; ratus Chalcidem liberatam, momenti aliquid apud Magnetas ad repetendam ſocietatem Romanam facturam. & ut præſidii aliquid eſſet ſuæ partis hominibus, Eunomo prætori Theſſalorum ſcripſit, ut armaret juventutem, & Villium ad Demetriadem præmiſit ad tentandos animos: non aliter, niſi pars aliqua inclinaret ad reſpectum priſtinæ ſocietatis, rem aggreſſurus. [1] Villius quinqueremi nave ad oſtium portus eſt invectus. Eo multitudo Magnetum omnis quum ſe effudiſſet, quæſivit Villius, utrum ad amicos, an ad hoſtes ſeſe veniſſe mallent? Reſpondit [2] Magnetarches Eurylochus, *Ad amicos veniſſe eum: ſed abſtineret portu, & ſineret Magnetas in concordia & libertate eſſe; nec per colloquii ſpeciem multitudinem ſollicitaret.* Altercatio inde, non ſermo fuit: quum Romanus, [3] ut ingratos, increparet Magnetas, imminenteſque prædiceret clades: multitudo obſtreperet, nunc ſenatum, nunc Quintium accuſando. ita irrito incepto Villius ad Quintium ſeſe recepit. At Quintius, nuncio ad Prætorem miſſo, ut reduceret domum copias, ipſe navibus Corinthum rediit. Abſtulerunt me velut de ſpatio; 39
Græ- 40

1 *Villius quinqueremi nave oſtium portus eſt invectus*] Non ſane invectus eſt, quippe à Magnetarcha juſſus abſtinere portu. Male igitur deleverunt præpoſitionem, quam habent ſcripti & editi uſque ad Curionem; *ad oſtium portus.* quod ſcilicet non intravit. Sic lib. 24 *Naves ad oſtium portus, quo aliæ partu hominibus animus accederet, in ſtatione habere cœpit.* Lib. 37. *Placuit tamen Regillum tota claſſe evehi ad portum Epheſi, ad inferendum hoſtibus terrorem.* Eodemque: *Pars in ſalo ad oſtium portus in anchoris ſtetit.* J. F. Gron.

2 *Magnetarches*] Sic magiſtratus ſupremus Magnetum dictus eſt jam ante. Et apud Magneſianos in Aſia, qui Magnetum erant coloni, magiſtratus erat Magnetarches, ut memini me legere in Inſcriptionibus Arundellianis. *Henr. Valeſius.*

3 *Ut integros increparet*] Procul dubio *ingratos* legendum eſt, hoc elicitur ex ſuperior. verbis his: *Quintius quidem adeo exarſit ira, ut manus ad cælum tendens, deos teſtes ingrati, ac perfidi animi Magnetum invocaret.* Sigonius.

Græciæ res immiſtæ Romanis: non quia ipſas operæpretium eſſet perſcribere, ſed quia cauſſæ fuerunt cum Antiocho belli. Conſulibus deſignatis (inde namque diverteram) L. Quintius, & Cn. Domitius conſules, in provincias profecti ſunt: [1] Quintius in Ligures, Domitius adverſus Boios. Boii quieverunt: atque etiam ſenatus eorum cum liberis, & præfecti cum equitatu (ſumma omnium mille & quingenti) conſuli dediderunt ſeſe. Ab altero conſule ager Ligurum late eſt vaſtatus; caſtellaque aliquot capta: unde non præda modo omnis generis cum captivis parta, ſed recepti quoque aliquot cives ſociique, qui [2] in hoſtium poteſtate fuerant. Eodem hoc anno Vibonem [3] colonia deducta eſt Senatuſconſulto plebeique ſcito. tria millia & ſeptingenti pedites ierunt, trecenti equites. Triumviri deduxerunt eos, Q. Nævius, M. Minutius, M. Furius Craſſipes. quina dena jugera agri data in ſingulos pedites ſunt: [4] duplex equitibus. Bruttiorum proxime fuerat ager: Bruttii ceperant de Græcis. Romæ per idem tempus duo maximi fuerunt terrores; [5] diutius alter, ſed ſegnior. Terra dies duodequadraginta

1 *Quintius in Ligures, Domitius adverſus Boios*] Supra cap. 22 ſcribit, Domitium ab Arimino, qua proximum fuit, Quintium per Ligures in Boios veniſſe: duoque conſulum agmina diverſa late agrum hoſtium pervaſtaſſe. Id Glareano, cui una cura eſt, ut inveniat in Livio, quod carpat, videtur quadrari non poſſe cum iis, quæ hic leguntur: hic enim alterum dumtaxat in Boios profectum conſulem, cui ſe illi dediderint, tradi; illic ambos in Boios iiſſe, ambobuſque ſe Boios dediddiſſe. Sed iſta non diſcrepant. Hinc intelligimus Quintium potiſſimum rem geſſiſſe in Liguria; inde eam adeo penetraſſe, ut ad collegam in Boios pervenerit: hinc Boios Domitio, cujus ea provincia erat, ſe dedidiſſe; inde factum id poſtquam jam caſtris vicinis in confinio provinciarum coiiſſent conſules. *J. F. Gron.*

2 *In hoſtium poteſtate fuerant*] Thuan. *poteſtatem.* Itaque addendum hoc exemplum reliquis 2, 14. *Jac. Gron.*

3 *Colonia deducta eſt ſenatuſconſulto plebiſque ſcito*] Barberin. *plebique ſcito.* Quod perſæpe ex melioribus libris Livio reddidimus. *J. F. Gron.*

4 *Duplex equitibus*] Scripti & editi ante Mogunt. multant ultimam vocem ſyllaba: *duplex equiti.* Cur ferri queat minus quam Lib. 33. *In pedites ſingulos dati octingenti æris; triplex equiti centurionique.* Lib. 34. *His duceni quinquageni æris in pedites diviſi, duplex centurioni, triplex equiti.* Idem.

5 *Diutius alter, ſed ſegnior*] Vet. lib. *Diutior.* Sigonius.

1 *Al-*

ta movit. per totidem dies feriæ in ſollicitudine ac metu fuere. in triduum ejus rei cauſſa ſupplicatio habita eſt. [1] Ille non pavor vanus, ſed vera multorum clades fuit. incendio à foro Boario orto, diem noctemque ædificia in Tiberim verſa arſere, tabernæque omnes cum magni pretii mercibus conflagraverunt. Jam fere in exitu annus e- 41
rat: & indies magis fama de Antiochi bello, & cura Patribus creſcebat. itaque de provinciis magiſtratuum deſignatorum, quo intentiores eſſent omnes, agitari cœptum eſt. Decrevere, ut conſulibus Italia, & quo ſenatus cenſuiſſet, (jam eſſe bellum adverſus Antiochum regem omnes ſciebant) provinciæ eſſent. cujus ea ſors eſſet, quatuor millia peditum civium Romanorum, & trecenti equites, ſex millia ſocium Latini nominis, cum quadringentis equitibus ſunt decreta. Eorum delectum habere L. Quintius conſul juſſus: ne quid moraretur, quo minus conſul novus, quo ſenatus cenſuiſſet, extemplo proficiſci poſſet. Item de provinciis prætorum decretum eſt: prima [2] ut ſors duæ, urbanaque, & inter cives ac peregrinos

1 *Alter non pavor vanus*] In Aſcenſio reperio primo. Scripti, Andreas, Bechar. Tarv. Ven. *Ille non pavor vanus.* Quæ non modo vera lectio eſt, ſed etiam multo elegantior. Florus lib. 4, 7. *Quamvis duces non eſſent præſentes, quorum alterum corporis ægritudo, illum metus & ignavia ſubduxiſſent.* Lucanus lib. 2. *Occurrat Iberis Alter, ad Eoas hic vertat ſigna pharetras.* Cicero pro Roſcio Amer. *Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis Gladiator habetur: hic autem nuper,* &c. Plinius lib. 24, 14. *Alterum genus eſt ſilveſtre, nigrius. Hujus radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocatur Licium. Ille autem candidior adſtringit magis,* &c. Ut reſtituimus ex MSS. *J. F. Gron.*

2 *Sortes duæ urbanaque, & inter cives ac peregrinos*] Vet. lib. *Urbana peregrinaque & inter cives ac peregrinos.* Ego, *urbana, peregrinaque.* reliqua enim gloſſema ſunt. *Sigonius.*

Peregrina urbanaque & inter] Gelenius redundare τὸ *peregrina* monuit. Quem non dignatus mentione Sigonius ex vet. libro profert *urbana peregrinaque & inter cives ac peregrinos:* & ſe ait legere: *urbana peregrinaque juriſdictio:* ubi vocem mediam pro gloſſemate interpretatus aliquis adjecerit, *inter cives ac peregrinos.* Mallem illo tempore cucurbitas pinxiſſet. Habeo ſub oculis ſcriptum exemplar, in quo ſic legitur: *prima ut ſors dua, urbanaque & inter cives ac peregrinos juriſdictio, eſſet:* nullo apice plus vel minus. Eſt autem *juriſdictio inter cives & peregrinos* eadem quæ *peregrina*, variandi cauſſa de induſtria ſic Livio deſcripta. Quin certum habeo τὸ *peregrina* interpoſuiſſe ſemidoctum librarium, qui *Urbanaque* eo loco ferre nequi-

grinos juriſdictio eſſet: ſecunda Bruttii: tertia claſſis, ut navigaret, quo ſenatus cenſuiſſet: quarta, Sicilia: quinta, Sardinia: ſexta, Hiſpania ulterior. imperatum præterea L. Quintio conſuli eſt, ut duas legiones civium Romanorum novas conſcriberet; & ſociûm ac Latini nominis viginti millia peditum, & octingentos equites. eum exercitum prætori, cui Bruttii provincia eveniſſet, decreverunt. Ædes duæ Jovi eo anno in Capitolio dedicatæ ſunt. Voverat L. Furius Purpureo prætor Gallico bello unam, alteram conſul. dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir. Judicia in fœneratores eo anno multa ſevere ſunt facta; accuſantibus privatos ædilibus curulibus, M. Tuccio, & P. Junio Bruto. de mulcta damnatorum quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ in cella Jovis ſupra faſtigium ædiculæ, & duodecim clypea inaurata, & iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fece-
42 runt. Intentis in apparatum novi belli Romanis, ne ab Antiocho quidem ceſſabatur. Tres eum civitates tenebant, Smyrna, & Alexandria Troas, & Lampſacus. quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere, neque à tergo relinquere trajiciens ipſe in Europam volebat. Tenuit eum & de Annibale deliberatio. & primo naves apertæ, quas cum eo miſſurus in Africam fuerat, moratæ ſunt; deinde an omnino mittendus eſſet, conſultatio mota eſt maxime à Thoante Ætolo, qui omnibus in Græcia tumultu completis, Demetriadem afferebat in poteſtate eſſe: & quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias ejus, erexerat multorum in Græcia animos, iiſdem & regis ſpem inflabat: omnium votis eum arceſſi. concurſum ad littora futurum, unde claſſem regiam proſpexiſſent. Hic idem

bat ſine alio vocabulo, cui id copulativa particula necteret. Neque enim viderat velle Livium: prima ut ſors contineret, quæ alioquin duæ ſolent eſſe, nimirum & urbanam & inter cives ac peregrinos juriſdictionem. Junctarum autem iſtarum ſortium exempla habes lib. 25, 3. lib. 27, 56. *J. F. Gron.*

1 Mi-

idem auſus de Annibale eſt movere ſententiam prope jam certam regis. nam *neque dimittendam partem navium à claſſe regia* cenſebat: *neque ſi mittendæ naves forent,* [1] *minus quempiam ei claſſi, quam Annibalem præficiendum. Exulem illum & Pœnum eſſe, cui mille indies nova conſilia vel fortuna ſua vel ingenium poſſit facere. Et ipſam eam gloriam belli, qua velut dote Annibal concilietur, nimiam in præfecto regio eſſe. Regem conſpici, regem unum ducem, unum imperatorem videri debere. Si claſſem, ſi exercitum amittat Annibal, idem damni fore, ac ſi per alium ducem amittantur. ſi quid proſpere eveniat, Annibalis eam, non Antiochi, gloriam fore. Si vero univerſo bello vincendi Romanos fortuna detur; quam ſpem eſſe, ſub rege victurum Annibalem uni ſubjectum, qui patriam prope non tulerit? Non ita ſe à juventa eum geſſiſſe, ſpe animoque complexum orbis terrarum imperium, ut in ſenectute dominum laturus videatur. Nihil opus eſſe regi Annibale duce: comite & conſiliario eodem ad bellum uti poſſe. Modicum fructum ex ingenio tali, neque gravem neque inutilem fore. ſi ſumma petantur, & dantem & accipientem prægravatura.* Nulla ingenia tam prona ad invidiam 43
ſunt, quam eorum, qui genus ac fortunam ſuam animis non æquant: quia virtutem & bonum alienum oderunt. Extemplo conſilium mittendi Annibalis, quod unum in principio belli utiliter cogitatum erat, abjectum eſt. Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Ætolos elatus, non ultra differre profectionem in Græciam conſtituit. Priuſquam ſolveret naves, Ilium à mari aſcendit, ut Minervæ ſacrificaret. Inde ad claſſem regreſſus, proficiſcitur quadraginta tectis navibus, apertis ſexaginta: & ducentæ onerariæ cum omnis generis commeatu, bellicoque alio apparatu ſequebantur. Imbrum primo inſulam tenuit: inde Scyathum trajecit. ubi collectis in alto quæ diſſipatæ erant navibus, ad Pteleum primum continentis venit. Ibi Eurylochus ei Magnetarches, principeſque Magne-

1 *Minus quempiam ei cl.*] Vet. lib. *quemquam*. Sigonius.

Magnetum ab Demetriade occurrerunt. quorum frequentia lætus, die poſtero in urbis portum navibus eſt invectus. Copias haud procul inde expoſuit. decem millia peditum fuere, & quingenti equites, ſex elephanti; vix ad Græciam nudam occupandam ſatis copiarum, nedum ad ſuſtinendum Romanum bellum. Ætoli poſteaquam Demetriadem veniſſe Antiochum allatum eſt, concilio indicto, decretum, quo arceſſerent eum, fecerunt. Jam profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos ſciebat, Phaleram in ſinum Maliacum proceſſerat. inde decreto accepto Lamiam venit; exceptus ingenti favore multitudinis, cum plauſibus clamoribuſque, & quibus aliis læ-
44 titia effuſa vulgi ſignificatur. In concilium ut ventum eſt, ægre à Phænea prætore principibuſque introductus, inde facto ſilentio rex dicere orſus. Prima ejus oratio fuit excuſantis, *Quod tanto minoribus ſpe atque opinione omnium copiis veniſſet. Id ſuæ impenſæ erga eos voluntatis maximum debere indicium eſſe, quod nec paratus ſatis ulla re, & tempore ad navigandum immaturo, vocantibus legatis eorum, haud gravate obſecutus eſſet, crediſſetque, quum ſe vidiſſent Ætoli, omnia vel in ſe uno poſita præſidia exiſtimaturos eſſe. Cæterum eorum quoque ſe, quorum exſpectatio deſtituta in præſentia videatur, ſpem abunde expleturum. Nam ſimul primum anni tempus navigabile præbuiſſet mare, omnem ſe Græciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam claſſibus completurum. Nec impenſæ, nec labori, nec periculo parſurum; donec depulſo cervicibus eorum imperio Romano, liberam vere Græciam atque in ea principes Ætolos feciſſet. cum exercitibus commeatus quoque omnis generis ex Aſia venturos. In præſentia curæ eſſe Ætolis debere, ut copia frumenti ſuis & annona tolerabilis rerum aliarum ſuppedi-*
45 *tetur.* In hanc ſententiam rex, cum magno omnium aſſenſu locutus, diſceſſit. Poſt diſceſſum regis inter duos principes Ætolorum, Phæneam & Thoantem, contentio fuit. Phæneas, reconciliatore pacis, & diſceptatore de iis, quæ in controverſia cum populo Romano eſſent, uten-

utendum potius Antiocho cenſebat, quam duce belli.
Adventum ejus & majeſtatem ad verecundiam faciendam Romanis vim majorem habituram, quam arma. Multa homines, [1] *ne bellarent, voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non poſſint.* Thoas negare, *Paci ſtudere Phæneam: ſed diſcutere apparatum belli velle, ut tædio &* [2] *impetus relangueſcat regis, & Romani tempus ad comparandum habeant. Nihil enim æqui ab Romanis impetrari poſſe, toties legationibus miſſis Romam, toties cum ipſo Quintio diſceptando* [3] *ſatis expertum eſſe: nec niſi abſciſſa omni ſpe, auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe. Quo celerius ſpe omnium oblato, non eſſe elangueſcendum, ſed orandum potius regem, ut quoniam, quod maximum fuerit, ipſe vindex Græciæ venerit, copias quoque terreſtres navaleſque arceſſat. Armatum regem aliquid impetraturum: inermem non pro Ætolis modo, ſed ne pro ſe quidem ipſo, momenti ullius futurum apud Romanos.* Hæc vicit ſententia, imperatoremque regem appellandum cenſuerunt: & triginta principes, cum quibus
ſi qua vellet, conſultaret, delegerunt. Ita dimiſſo conci- 46
lio multitudo omnis in ſuas civitates dilapſa eſt. Rex poſtero die cum apocletis eorum, unde bellum ordiretur, conſultabat. Optimum viſum eſt, Chalcidem fruſtra nuper ab Ætolis tentatam, primum aggredi: & celeritate in eam rem magis quam magno conatu & apparatu opus eſſe. Itaque cum mille peditibus rex, qui ab Demetriade ſecuti erant, profectus per Phocidem eſt. & alio itinere principes Ætoli, juniorum paucis evocatis, ad Chæroneam occurrerunt: & decem conſtratis navibus ſecuti ſunt. Rex ad Salganea caſtris poſitis, navibus ipſe cum principibus Ætolorum Euripum trajecit, & quum haud procul portu egreſſus eſſet, magiſtratus quoque Chalciden-

1 *Ne bellare neceſſe ſit voluntate*] Sic Magontiaci provenit. Nobis viſi cum prius editis, *ne bellarent*. Quod pro reiiculo nondum poſſum ſpernere. Vide ad lib. 37. *J. F. Gron.*

2 *Impetus relangueſcat r.*] Vet. lib. *elangueſcat*. Sic paulo poſt: *Non eſſe elangueſcendum*. Sigonius.

3 *Satis expertum eſſe*] Malim, *expertos eſſe*, quamvis memor & noſtro, & aliis, *expertum* ſæpe παθητικῶς poni. *J. F. Gron.*

denſium & principes ante portam proceſſerunt. Pauci utrimque ad colloquium congreſſi ſunt. Ætoli magnopere ſuadere, *ut ſalva Romanorum amicitia, regem quoque aſſumerent ſocium atque amicum. Neque enim eum inferendi belli, ſed liberandæ Græciæ cauſſa in Europam trajeciſſe; liberandæ vero re, non verbis & ſimulatione, quod feciſſent Romani. Nihil autem utilius Græciæ civitatibus eſſe, quam utramque complecti amicitiam. ita enim ab utriuſque injuria tutam alterius ſemper præſidio & fiducia fore. Nam ſi non recepiſſent regem, viderent quid patiendum iis extemplo foret: quum Romanorum procul auxilium, hoſtis Antiochus, cui reſiſtere viribus ſuis non poſſent, ante portas eſſet.* Ad hæc Mictio, unus ex principibus, *Mirari ſe* dixit, *ad quos liberandos Antiochus, relicto regno ſuo, in Europam trajeciſſet. Nullam enim civitatem ſe in Græcia noſſe, quæ aut præſidium habeat, aut ſtipendium Romanis pendat:* [1] *aut fœdere iniquo alligata, quas nolit, leges patiatur. Itaque Chalcidenſes neque vindice libertatis ullo* [2] *indigere, quum liberi ſint, neque præſidio, quum pacem ejuſdem populi Romani beneficio & libertatem habeant. Amicitiam regis non aſpernari, neque ipſorum Ætolorum. id primum eos pro amicis facturos, ſi inſula excedant, atque abeant. nam ipſis certum eſſe, non modo non recipere mœnibus, ſed ne ſocietatem quidem ullam*
47 *paciſci, niſi ex auctoritate Romanorum.* Hæc renunciata regi ad naves, ubi reſtiterat, quum eſſent; in præſentia, (neque enim iis venerat copiis, ut vi agere quicquam poſſet) reverti Demetriadem placuit. ibi, quoniam primum inane cœptum evaſiſſet, conſultare cum Ætolis rex, quid deinde fieret. [3] Placuit, Achæos & Amynandrum, regem Atha-

1 *Aut fœdere iniquo alligata*] Forte: *illigata.* Ut lib. 41. *nemo novæ ſocietatis aut novi fœderis, quo nos temere illigemus, conſcribendi eſt auctor.* Lib. 42. *Carthaginienſes fœdere illigatos ſilere.* Lib. 45. *Ut ſociali fœdere ſe cum Romanis non illigarent.* J. F. Gron.

2 *Vindice indigere*] Vet. lib. *egere.* Sigonius.

3 *Placuit Achæos & Amynandrum, regem*, &c.] Certum eſt excidiſſe hic *Bœotos.* De tribus enim his confeſtim in ſequentibus diſtincte agitur, & quid ad eos tentandos Ætolos impulerit, breviter de ſingulis exponitur. Primum omnium *Bœotorum eos gentem averſam cenſuiſſe à Romanis* traditur *poſt Brachyllæ necem.* Tum de Achæis. Po-

Athamanum, tentare. Bœotorum gentem averſam ab Romanis [1] jam inde à Brachyllæ morte, & quæ ſecuta eam fuerant, cenſebant. Achæorum Philopœmenem principem, æmulatione gloriæ in bello Laconum, infeſtum inviſumque eſſe Quintio credebant. [2] Amynander uxorem Apamiam, filiam Alexandri cujuſdam Megalopolitani habebat: qui ſe oriundum à Magno Alexandro ferens, filiis duobus Philippum atque Alexandrum, & filiæ Apamiam nomina impoſuerat: quam regiis inclitam nuptiis, major ex fratribus Philippus ſecutus in Athamaniam fuerat. Hunc forte ingenio vanum, Ætoli & Antiochus impulerant in ſpem, [3] quod is vere regum ſtirpis eſſet, regni Macedoniæ, ſi Amynandrum Athamaneſque Antiocho conjunxiſſet. & ea vanitas promiſſorum, non apud Philippum modo, ſed etiam apud Amynandrum, valuit. In Achaia legatis Antiochi Ætolorumque coram 48 T. Quintio Ægii datum eſt concilium. Antiochi legatus, prior, quam Ætoli, eſt auditus. Is, ut plerique quos opes regiæ alunt, vaniloquus, [4] maria terraſque inani ſonitu verborum complevit. *Equitum innumerabilem vim trajici Helleſponto in Europam: partim loricatos, quos cataphractos vocant: partim ſagittis ex equo utentes, & à quo nihil ſatis tecti ſit, averſos refugiente equo certius figentes. His equeſtribus copiis (quamquam vel totius Europæ exercitus in unum coacti obrui poſſent). adjiciebat multiplices copias peditum. & nominibus quoque gentium vix fando auditis terrebat:* [5] *Dahas, Medos,* [illegible] *Eli-*

Poſtremo de Athamanum rege quam ſpem & quamobrem habuerint, ſequitur. Exinde quid apud ſingulos effecerint, quoque refertur. Amynandrum in ſuas extemplo pertraxere partes. Achæi legatis Antiochi & Ætolorum dederunt quidem concilium, ſed cum triſti reſponſo eos dimiſerunt. *Bœoti certi nihil reſponderunt, quum Antiochus in Bœotiam veniſſet, tum quid ſibi faciendum eſſet, ſe deliberaturos eſſe,* infra cap. 50. *Jac. Perizonius.*

1 *Jam inde à Barcillæ morte*] Vet. lib. *Jam inde à Bracchillæ morte, & quæ ſecuta eam fuerant.* Sigonius.

2 *Amynander uxorem Apamiam,* &c.] Iiſdem prope verbis hanc rem perſequitur Appianus in Syriaco, uxorem autem Ἀπάμαν vocat. *Idem*

3 *Quod is vere regum ſtirpis eſſet*] Annon potius, *quaſi is*? J. F. Gron.

4 *Maria, terras*] Vet. lib. *terraſque.* Sigonius.

5 *Dacas, Medos, Elymæoſque*] Ego

 Daas

[1] *Elymæoſque & Caddusios appellans. Navalium vero copiarum, quas nulli portus capere in Græcia poſſent, dextrum cornu Sidonios & Tyrios, ſiniſtrum Aradios, & ex Pamphylia Sidetas tenere; quas gentes nullæ unquam nec arte, nec virtute navali æquaſſent. Jam pecuniam, jam alios belli apparatus referre ſupervacaneum eſſe. ſcire ipſos, abundaſſe ſemper auro regna Aſiæ. Itaque non cum Philippo, nec Annibale rem futuram Romanis; principe altero civitatis, altero Macedoniæ tantum regni finibus incluſo; ſed cum magno Aſiæ totius partiſque Europæ rege. Eum tamen, quamquam ab ultimis orientis terminis ad liberandam Græciam veniat, nihil poſtulare ab Achæis, in quo fides eorum adverſus Romanos priores ſocios atque amicos lædatur. Non enim, ut ſecum adverſus eos arma capiant; ſed ut neutri parti ſeſe conjungant, petere. Pacem utrique parti, quod medios deceat amicos, optent: bello ſe non interponant.* Idem ferme & Ætolorum legatus Archidamus petiit; ut quæ facillima & tutiſſima eſſet, quietem præſtarent, ſpectatoreſque belli, fortunarum alienarum eventum ſine ullo diſcrimine rerum ſuarum opperirentur. Provectus deinde eſt intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanorum, nunc proprie ipſius Quintii: *ingratos* appellans; *& exprobrans non victoriam modo de Philippo virtute Ætolorum partam, ſed etiam ſalutem: ipſumque, & exercitum ſua opera ſervatos. Quo enim illum unquam imperatoris functum officio eſſe? Auſpicantem immolantemque, & vota nuncupantem ſacrificuli vatis modo in acie vidiſſe, quum ipſe corpus ſuum pro eo telis hoſtium*

49 *objiceret.* Ad ea Quintius: *Coram quibus magis, quam apud quos verba faceret,* dicere *Archidamum rationem habuiſſe. Achæos enim probe ſcire, Ætolorum omnem ferociam in verbis, non in factis eſſe: & in conciliis magis concionibuſque, quam in acie apparere. itaque parvi Achæorum exiſtimationem, quibus notos eſſe ſe ſcirent, feciſſe: legatis regis, & per eos abſenti regi eum*

Daas legendum exiſtimo; qui Medis ſunt vicini ad Mare Caſpium, ut auctor eſt Strabo. *Glareanus.*

1 *Elymæos & Cadusios*] *Caddusios,* ſcribe. ſic enim Polyb. lib. 5 Ἐλυμαίους, καὶ Καδδουσίους. *Sigonius.*

1 *Ex*

eum ſe jactaſſe. Quod ſi quis antea ignoraſſet, quæ res Antiochum & Ætolos conjunxiſſet; [1] *ex legatorum ſermone potuiſſe apparere: mentiendo invicem jactandoque vires, quas non haberent, inflaſſe vana ſpe, atque inflatos eſſe: dum ii ab ſe Philippum victum, ſua virtute protectos Romanos, & quæ modo audiebatis, narrant; vos cæteraſque civitates & gentes, ſuam ſectam eſſe ſecuturos: rex contra peditum equitumque nubes jactat, & conſternit maria ſuis claſſibus.* [2] *Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti convivatoris. apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, quum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa & varia venatio; homo non quam iſti ſunt glorioſus, renidens, condimentis ait varietatem illam, & ſpeciem ferinæ carnis ex manſueto ſue factam. Hoc dici apte in copias regis, quæ paulo ante jactatæ ſint, poſſe. Varia enim genera armorum, & multa nomina gentium inauditarum, Dahas, & Medos, & Cadduſios, Elymæos; Syros omnes eſſe: haud paulo mancipiorum melius, propter ſervilia ingenia, quam militum genus. Et utinam ſubjicere oculis veſtris, Achæi, poſſem concurſationem regis magni ab Demetriade, nunc Lamiam in concilium Ætolorum, nunc Chalcidem. Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis, videretis regem, nunc mendicantem prope frumentum ab Ætolis, quod militi admetiatur: nunc mutuas pecunias fœnore in ſtipendium quærentem: nunc ad portas Chalcidis ſtantem: & mox inde excluſum, nihil aliud quam Aulide atque Euripo ſpectatis, in Ætoliam redeuntem. Male crediderunt & Antiochus Ætolis, & Ætoli regiæ vanitati. Quo minus vos decipi debetis,* [3] *ſed expertæ toties ſpectatæque Romanorum fidei credere. Nam quod optimum eſſe dicant,* [4] *non interponi*

vos

1 *Ex leg. ſerm. potuiſſet app.*] Vet. lib. *potuiſſe.* Sigonius.

Ex legatorum ſermone potuiſſet apparere] Haud dubie ſcripſit Livius; *ex legatorum ſermone potuiſſe apparere.* Quod genus orationis jam toties corruptum in vulgatis libris monuimus. Et ſic vetus Sigonii liber. *J. F. Gron.*

2 *Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalc. hoſpitis mei*] Idem Plutarchus, in Flaminino & in Apopthegmatis. *Sigonius.*

3 *Sed expertæ potius, ſpectatæque R. fi. c.*] Vet. lib. *Sed expertæ toties, ſpectatæque.* Idem.

4 *Non interponi vos bello*] Si quis mavult, habeat, me non indignante. poſtquam auctorem ejus Mogunt. codicem cognovi. Nec tamen ſpernendum

vos bello : [1] *nihil immo tam alienum rebus veſtris eſt. Quippe ſine*
50 *gratia, ſine dignitate, præmium victoris eritis.* Nec abſurde adverſus utroſque reſpondiſſe viſus eſt. & facile erat orationem apud faventes æquis auribus accipi. nulla enim nec diſceptatio, nec dubitatio fuit, quin omnes, eoſdem genti Achæorum hoſtes & amicos, quos populus Romanus cenſuiſſet, judicarent: bellumque & Antiocho & Ætolis nunciari juberent. Auxilia etiam quo cenſuit Quintius, quingentorum militum Chalcidem, quingentorum Piræeum extemplo miſerunt. Erat enim haud procul ſeditione Athenis res: trahentibus ad Antiochum quibuſdam ſpe largitionum venalem pretio multitudinem, donec ab iis, qui Romanæ partis erant, Quintius eſt accitus, & accuſante Leonte quodam Apollodorus auctor defectionis damnatus, atque in exilium eſt ejectus. Et ab Achæis quidem cum triſti reſponſo legatio ad regem rediit. Bœoti nihil certi reſponderunt. quum Antiochus in Bœotiam veniſſet, tum quid ſibi faciundum eſſet, ſe deliberaturos eſſe. Antiochus quum ad Chalcidis præſidium & Achæos & Eumenem regem miſiſſe audiſſet; maturandum ratus, ut & prævenirent ſui, & venientes ſi poſſent, exciperent; Menippum cum tribus ferme millibus militum, & cum omni claſſe Polyxenidam mittit. ipſe paucos poſt dies ſex millia ſuorum militum,

dum prius, noſtris quidem Mſſ. confirmatum omnibus: *non interponendi.* Quaſi intelligatur *conſilium* aut quid tale. Lib. 37. *Omiſſo Patara amplius tentandi.* Sic omnes Mſſ. ſic Romana, Mediol. Tarviſ. Venetæ, Bec. editiones. Aſcenſium primum video immiſiſſe: *omiſſo conatu Patara:* quem ſecuti Moguntini, nihil commemorantes ex ſcripto, Aldus, Juntas, Frobenius. Gryphius deinde an Curio: *omiſſa Patara amplius tentandi ſpe.* Quibus auctoribus utrique, ipſi viderint. Perinde eſt apud Tacitum lib. 15 Ann. *Vologeſi vetus & penitus infixum erat arma Romana vetandi.* Eodemque libro: *Et maneat provincialibus potentiam ſuam tali modo oſtentandi.* Ubi ſubaudies *facultas* vel *poteſtas.* J. F. Gron.

1 *Nihil immo tam alienum*] Vet. lib. *Nihil tam vanum imo tam alienum rebus veſtris eſt.* Sigonius.

Nihil tam vanum, immo tam alienum] Sigonii hæc prava ex pravo codice lectio eſt. Scripti & veteres editi: *Nam quod optimum eſſe dicunt, non interponendi vos bello; nihil immo tam alienum rebus veſtris eſt.* Illius auctores ignari fuerunt uſus ſecretioris particulæ *immo.* De qua vide ad lib. 38. *J. F. Gron*

1 *Tem-*

tum, & ex ea copia, quæ Lamiæ repente colligi potuit, non ita multos Ætolos ducit. Achæi quingenti & ab Eumene rege modicum auxilium miſſum, duce Xenoclide Chalcidenſi, nondum obſeſſis itineribus, tuto tranſgreſſi Euripum, Chalcidem pervenerunt. Romani milites quingenti ferme & ipſi, quum jam Menippus caſtra ante Salganea ad Hermæum, qua tranſitus ex Bœotia in Eubœam inſulam eſt, haberet, venerunt. Mictio erat cum iis legatus à Chalcide ad Quintium, ad id ipſum præſidium petendum miſſus. qui poſteaquam obſeſſas ab hoſtibus fauces vidit, omiſſo ad Aulidem itinere, Delium convertit, ut inde in Eubœam tranſmiſſurus.
51 [1] Templum eſt Apollinis Delium, imminens mari: quinque millia paſſuum à Tanagra abeſt. minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ eſt mari trajectus. Ubi & in fano lucoque, ea religione & eo jure ſancto, quo ſunt templa, (aſyla Græci appellant) & nondum aut indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinem uſquam factum audiſſent, quum per magnum otium milites, alii ad ſpectaculum templi lucique verſi, alii in littore inermes vagarentur, magna pars per agros lignatum pabulatumque dilapſa eſſet; repente Menippus palatos paſſim aggreſſus eos cecîdit, ad quinquaginta vivos cepit. perpauci effugerunt: in quibus Mictio parva oneraria nave exceptus. Ea res Quintio Romaniſque, ſicut jactura militum moleſta, ita ad jus inferendi Antiocho belli adjeciſſe aliquantum videbatur. Antiochus admoto ad Aulidem exercitu, quum rurſus oratores partim ex ſuis, partim Ætolos Chalcidem miſiſſet, qui eadem illa quæ nuper cum minis gravioribus agerent, nequicquam contra Mictione & Xenoclide tendentibus, facile tenuit, ut portæ ſibi aperirentur. Qui Romanæ partis erant, ſub adventum regis urbe exceſſerunt. Achæorum & Eumenis

1 *Templum eſt Apollinis Delium*] Appianus in Syriaco: Δήλιόν ἐστι ἱερὸν τὸ χωρίον Ἀπόλλωνος. Sigon.

1 *Et*

nis milites Salganea tenebant. Et in Euripo caſtellum Romani milites pauci cuſtodiæ cauſſa loci communiebant. Salganea Menippus, rex ipſe caſtellum Euripi oppugnare eſt adortus. Priores Achæi & Eumenis milites pacti, ut ſine fraude liceret abire, præſidio exceſſerunt. pertinacius Romani Euripum tuebantur. Hi quoque tamen quum terra marique obſiderentur, & jam machinas tormentaque comportari viderent, non tulere obſidionem. Quum id quod caput erat Eubœæ, teneret rex, ne cæteræ quidem ejus inſulæ urbes imperium abnuerunt. magnoque principio ſibi orſus bellum videbatur; quod tanta inſula & tot opportunæ urbes in ſuam ditionem veniſſent.

EPITOME

Libri XXXVI.

Manius Acilius Glabrio conſul Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum, Græcia expulit, idemque Ætolos ſubegit. P. Cornelius Scipio Naſica conſul ædem matris Deûm, quam ipſe in Palatium intulerat, vir optimus à ſenatu judicatus, dedicavit. idemque Boios Gallos victos in deditionem accepit, & de iis triumphavit. Præterea navalia certamina proſpera adverſus præfectos Antiochi regis referuntur.

1 PUblium Cornelium Cn. filium Scipionem, [1] & Manium Acilium Glabrionem conſules inito magiſtratu, Patres priuſquam de provinciis agerent, res divinas facere majoribus hoſtiis juſſerunt in omni-

1 *Et M. Acilium Glabrionem conſ.*] Plutarchus in Quinctio Μάνιον Ἀκίλιον. Appianus in Syriaca, Ἀκίλιον Μάνιον Γλαβρίωνα. Capitolini auctores *M' Acilium Glabrionem* vocant. *Sigonius.*

omnibus ſanis, quibus lectiſternium majorem partem anni fieri ſolet: precarique, quod ſenatus de novo bello in animo haberet, ut ea res ſenatui populoque Romano bene ac feliciter eveniret. Ea omnia ſacrificia læta fuerunt: primiſque hoſtiis perlitatum eſt: & ita aruſpices reſponderunt, eo bello terminos populi Romani propagari: victoriam ac triumphum oſtendi. Hæc quum renunciata eſſent, ſolutis religione animis, Patres rogationem ad populum ferri juſſerunt: *Vellent juberentne cum Antiocho rege, quique ſectam ejus ſecuti eſſent, bellum iniri: ſi ea rogatio perlata eſſet, tum, ſi ita videretur conſulibus, rem integram ad ſenatum referrent.* P. Cornelius eam rogationem pertulit. tum ſenatus decrevit, ut conſules Italiam & Græciam provincias ſortirentur: cui Græcia eveniſſet, ut præter eum numerum militum, quem L. Quintius in eam provinciam ex auctoritate ſenatus ſcripſiſſet imperaſſetve, ut [1] eum exercitum acciperet, quem M. Bæbius prætor anno priore ex ſenatuſconſulto in Macedoniam trajeciſſet. Et extra Italiam permiſſum, ut ſi res poſtulaſſet, auxilia ab ſociis ne ſupra quinque millium numerum acciperet. L. Quintium ſuperioris anni conſulem legari ad id bellum placuit. Alter conſul, cui Italia provincia eveniſſet, cum Boiis juſſus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos ſuperiores conſules habuiſſent; alterum ut mitteret Romam, eæque urbanæ legiones eſſent paratæ, quo ſenatus cenſuiſſet. His 2
ita in ſenatu, ad id, quæ cujus provincia foret, decretis, tum demum ſortiri conſules placuit. Acilio Græcia, Cornelio Italia evenit. Certa deinde ſorte Senatuſconſultum

1 *Eum exercitum acciperet, quem*] Scripti & editi olim: *ut eum exercitum acciperet.* Solet ſane Livio τὸ *Ut* eleganter πλεονάζειν, ut notamus alibi. Hic quia Magont. non agnoſcit, nec paullo ante Voſſ. venio in ſuſpicionem utroque loco ſubditum eſſe. Suffecerat enim Livio: *Tum ſenatus decrevit, ut conſules Italiam & Græciam provincias ſortirentur: cui Græcia eveniſſet, præter eum numerum militum, quem L. Quinctius in eam provinciam ex auctoritate ſenatus ſcripſiſſet imperaſſetve, eum exercitum acciperet.* J. F. Gron.

1 *Duel-*

ſultum factum eſt: *quod populus Romanus eo tempore* [1] *duellum juſſiſſet cum rege Antiocho eſſe, quique ſub imperio ejus eſſent; ut ejus rei cauſſa ſupplicationem imperarent conſules: utique Manius Acilius conſul ludos magnos Jovi voveret, & dona ad omnia pulvinaria.* Id votum in hæc verba præeunte P. Licinio pontifice maximo conſul nuncupavit: *Si duellum, quod cum Antiocho rege ſumi populus juſſit, id ex ſententia ſenatus populique Romani confectum erit; tum tibi Jupiter populus Romanus ludos magnos dies decem continuos faciet: donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia,* [2] *quantam ſenatus decreverit. Quiſquis magiſtratus eos ludos quando ubique faxit, hi ludi recte facti, donaque data recte ſunto.* Supplicatio inde ab duobus conſulibus edicta per biduum fuit. Conſulibus ſortitis provincias, extemplo & prætores ſortiti ſunt. M. Junio Bruto juriſdictio utraque evenit: A. Cornelio Mammulæ Bruttii, M. Æmilio Lepido Sicilia, L. Oppio Salinatori Sardinia, C. Livio Salinatori claſſis, L. Æmilio Paullo Hiſpania ulterior. His ita exercitus decreti. A. Cornelio novi milites, conſcripti priore anno ex Senatuſconſulto à L. Quintio conſule, dati ſunt: juſſuſque tueri omnem oram circa Tarentum Brunduſiumque. L. Æmilio Paullo in ulteriorem Hiſpaniam præter eum exercitum, quem à M. Fulvio proprætore accepturus eſſet, decretum, ut novorum militum tria millia duceret, & trecentos equites, ita ut in iis duæ partes ſocium Latini nominis, tertia civium Romanorum eſſet. Idem ſupplementi ad C. Flaminium, cui imperium prorogabatur, in Hiſpaniam citeriorem eſt miſſum. M. Æmilius Lepidus à L. Valerio, cui ſucceſſurus eſſet, *ſimul provinciam exercitumque accipere juſſus: L. Valerium, ſi ita videretur,*

1 *Duellum juſſiſſet cum rege Antiocho eſſe*] Mog. tranſponit τὸ *eſſe*, hoc modo: *juſſiſſet eſſe cum rege.* Ego utrobique deleo: & hæc ipſa librariorum inconſtantia mihi eſt argumentum vitii. Lib. 31. *quod bellum cum Philippo populus juſſiſſet, id bene & feliciter eveniret.* Lib. 42. *quod bellum ſenatus cum Perſeo juſſiſſet.* J. F. Gron.

2 *Quantam ſenatus decreverit*] Voſſ. *decrevit.* Lege, *decrerit.* Idem.

1 *Pro-*

tur, [1] *proprætore in provincia retinere; & provinciam ita divi-*
dere, ut una ab Agrigento ad Pachynum eſſet: altera à Pachyno
Tyndarium. Eam maritimam oram L. Valerius viginti navi-
bus longis cuſtodiret. Eidem prætori mandatum, ut [2] duas
decumas frumenti exigeret: id ad mare comportandum,
devehendumque in Græciam curaret. Idem L. Oppio
de alteris decumis exigendis in Sardinia imperatum.
Cæterum, non in Græciam, ſed Romam id frumentum
portari placere. C. Livius prætor, cui claſſis evenerat,
cum triginta navibus paratis trajicere in Græciam primo
quoque tempore juſſus, & ab Atilio naves accipere. ve-
teres naves quæ in navalibus erant, ut reficeret & arma-
ret, M. Junio prætori negotium datum eſt, & in eam
claſſem ſocios navales libertinos legeret. Legati terni 3
in Africam ad Carthaginienſes, & in Numidiam ad fru-
mentum rogandum, quod in Græciam portaretur, miſſi:
pro quo pretium ſolveret populus Romanus. Adeoque
in apparatum curamque ejus belli civitas intenta fuit, ut
P. Cornelius conſul ediceret, [3] *Qui ſenatores eſſent, quibuſ-*
que in ſenatu ſententiam dicere liceret, quique minores magiſtra-
tus eſſent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam unde
eo die redire poſſet: neve uno tempore quinque ſenatores ab urbe
Roma abeſſent. [4] In comparando impigre claſſem, C. Li-
vium

1 *Proprætorem in pr. retinere*] Vet. lib. *pro prætore.* Sigonius.

2 *Duas decimas fr.*] Vet. lib. *decumas:* recte. Hinc enim *decumani* dicti, qui *decumas* redimunt. Pædianus. *Idem.*

3 *Qui ſenatores eſſent, quibuſque ſententiam, &c.*] Sic locutus eſt lib. 23. *Uti ſenatores, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere liceret, ad portam Capenam convenirent.* Quid autem interfuerit inter eos, quibus licebat in ſenatu ſententiam dicere, & ſenatores, docet Feſtus his verbis: *Qui poſt luſtrum conditum ex junioribus magiſtratum cepere, in ſenatu ſententiam dicunt, non tamen ſenatores vocantur, antequam in ſenioribus ſint cenſi.* & Gellius his: *Qui nondum à cenſoribus in ſenatum lecti erant, ſenatores non erant, ſed quia honoribus populi uſi erant, in ſenatum veniebant, & ſententiæ jus habebant. Nam & curulibus magiſtratibus functi, qui nondum à cenſoribus in ſenatum lecti erant, ſenatores non erant, & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias dicere, ſed quas principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoque conſules, cum ſenatores in curiam vocant, ſervandæ conſuetudinis cauſa translatione utuntur. Verba edicti hæc ſunt: Senatores, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere licet.* Idem.

4 *In comparanda impigre claſſe C. Livium*]

vium prætorem contentio orta cum colonis maritimis, pauliſper tenuit. Nam quum cogerentur in claſſem, tribunos plebis appellarunt: ab iis ad ſenatum rejecti ſunt. Senatus ita, ut ad unum omnes conſentirent, decrevit, vacationem rei navalis his colonis non eſſe. [1] Oſtia, & Fregenæ, & Caſtrum novum, & Pyrgi, & Antium, & Tarracina, & Minturnæ, & Sinueſſa fuerunt, quæ cum prætore de vacatione certaverunt. Conſul deinde Manius Acilius ex Senatuſconſulto ad collegium fecialium retulit: *Ipſine utique regi Antiocho indiceretur bellum, an ſatis eſſet ad præſidium aliquod ejus nunciare? & num Ætolis quoque ſeparatim indici juberent bellum. & num prius ſocietas eis & amicitia renuncianda eſſet, quam bellum indicendum?* Feciales reſponderunt: *Jam ante ſeſe, [2] quum de Philippo conſulerentur, decreſſe; nihil referre, ipſi coram, an ad præſidium nunciaretur. Amicitiam renunciatam videri, quum legatis toties repetentibus res, nec reddi, nec ſatisfieri æquum cenſuiſſent. Ætolos ultro ſibi bellum indixiſſe, quum Demetriadem ſociorum urbem per vim occupaſſent: Chalcidem terra marique oppugnatum iſſent: regem Antiochum in Europam ad bellum populo Romano inferendum traduxiſſent.* Omnibus jam ſatis comparatis, Manius Acilius Conſul edixit: *Ut quos L. Quintius milites conſcripſiſſet, & quos ſociis nominique Latino imperaſſet, quos ſe-*

vium.] Scripti conſenſu: *In comparando impigre claſſem.* Sic & Andreas Romæ: in proximis jam video mutatum. Parum intereſt, dices. Certe parum, ut videtur: cur ergo veterem lectionem non teneamus? Auctor de bello Africano: *Itaque in circumeundo exercitum animadvertit hoſtes circa vallum trepidare.* Sed mihi aliud ſubolet, & propemodum perſuaſum eſt, τὸ *claſſem* eſſe additionem ejus, qui aut veterem lectionem interpretabatur, aut ſine illo appoſito non capiebat. Etenim ab Livio fuiſſe ſuſpicor: *In compacando impigrum C. Livium prætorem contentio orta cum colonis maritimis pauliſper tenuit. nam quum cogerentur in claſſem, tribunos plebei appellarunt.* Porro verbo *comparare*, ita abſolute, intellecto ex proximis quid comparetur, amare uti Livium monſtrabimus exemplis ad lib. 38. 12. ubi ſimile vitium contra Mſſ. inolevit. Alioqui *comparare claſſem* uſitatiſſimum eſt, & niſi eſſet, non poſſet hic poſterior vox intelligi. Lib. 42. *arma, milites, claſſem ejus rei cauſſa comparaſſet. Plebei* eſt à ſcriptis. *J. F. Gron.*

1 *Hoſtia & Fregena*] *Oſtia* & *Fregenæ* ſcribendum. *Sigonius.* Nec aliter Moguntinus codex.

2 *Quum de Philippo conſulerentur, decreviſſe*] Scribe ex vetuſtis: *decreſſe.* J. F. Gron.

ſecum in provinciam ire oporteret, & tribuni militum legionis primæ & tertiæ, uti omnes Brunduſium Idibus Maiis convenirent. ipſe ante diem quintum Nonas Maias paludatus urbe
egreſſus eſt. Per eoſdem dies & prætores in provincias 4
profecti ſunt. Sub idem tempus legati [1] ab duobus regibus, Philippo & Ptolomæo Ægypti rege, Romam venerunt; pollicentes ad bellum auxilia, & pecuniam, & frumentum. ab Ptolomæo etiam mille pondo auri, viginti millia pondo argenti allata. Nihil ejus acceptum. Gratiæ regibus actæ. & quum uterque ſe cum omnibus copiis in Ætoliam venturum, belloque interfuturum polliceretur; Ptolomæo id remiſſum: Philippi legatis reſponſum; gratum eum ſenatui populoque Romano facturum, ſi Manio Acilio conſuli non defuiſſet. Item ab Carthaginienſibus & Maſiniſſa rege legati venerunt. [2] Carthaginienſes tritici modium mille, hordei quingenta millia ad exercitum, dimidium ejus Romam apportaturos polliciti ſunt: id ut ab ſe munus Romani acciperent, petere ſe. & claſſem ſuorum ſuo ſumptu comparaturos: & ſtipendium quod pluribus penſionibus in multos annos deberent, præſens omne daturos. Maſiniſſæ legati, quingenta millia modium tritici, trecenta hordei ad exercitum in Græciam; Romam trecenta millia modium tritici, ducenta quinquaginta hordei, equites quingentos, elephantos viginti regem ad Manium Acilium conſulem miſſurum. De frumento utriſque reſponſum; ita uſurum eo populum Romanum, ſi pretium acciperent. De claſſe Carthaginienſibus remiſſum: præterquam ſi quid navium ex fœdere deberent. de pecunia item

1 *Ab duobus regibus Philippo & Ptolomæo Ægypti rege*] Quis non videat illa, *Ægypti rege*, adſuta eſſe? Purga igitur: *Sub idem tempus legati ab duobus regibus Philippo & Ptolomæo Romam venerunt.* J. F. Gron.

2 *Carthag. tritici modium mille, hordei quing. mill.*] Summa tritici mendoſe videtur eſſe. Nam lib. 43 iidem Carthaginienſes *tritici decies centum millia, hordei quingenta* pollicentur. Idem ex ſumma etiam oblata à Maſiniſſa & hoc tempore & illo poteſt intelligi. *Sigonius.*

5 item reſponſum; nullam ante diem accepturos. Quum hæc Romæ agebantur; [1] Chalcide Antiochus ne ceſſaret per hibernorum tempus, partim ipſe ſollicitabat civitatum animos mittendis legatis, partim ultro ad eum veniebant: ſicuti Epirotæ communi gentis conſenſu, & [2] Elei è Peloponneſo venerunt. Elei auxilium adverſus Achæos petebant, quos poſt bellum non ex ſua ſententia indictum Antiocho, primum civitati ſuæ arma illaturos credebant. Mille iis pedites cum duce Cretenſi Euphane ſunt miſſi. Epirotarum legatio erat minime in partem ullam liberi aut ſimplicis animi. Apud regem gratiam initam volebant, cum eo ut caverent ne quid offenderent Romanos. petebant enim, *ne ſe temere in cauſſam deduceret, expoſitos adverſus Italiam pro omni Græcia, & primos impetus Romanorum excepturos. Sed ſi ipſe poſſet terreſtribus navalibuſque copiis præſidere Epiro,* [3] *cupide eum omnes Epirotas & urbibus & portubus ſuis accepturos. ſi id non poſſet; deprecari, ne ſe nudos atque inermes Romano bello objiceret.* Hac legatione id agi apparebat, ut ſive (quod magis credebant) abſtinuiſſet Epiro, [4] integra ſibi omnia apud exercitus Romanos eſſent; conciliata ſatis apud regem gratia, quod accepturi fuiſſent venientem: ſive veniſſet, ſic quoque ſpes veniæ ab Romanis foret; quod non expectato longinquo auxilio ab ſe, præſentis viribus ſuccubuiſſent. Huic tam perplexæ legationi, quia non ſatis in promptu erat quid reſponderet, legatos ſe miſſurum ad eos dixit, qui de iis, quæ ad illos ſeque communiter pertine-

1 *Chalcide Antiochus ne ceſſaret per hibernorum tempus*] Barberinæ membranæ abjudicant Livio τὸ *pér*. Et pœne ſubſcribo. Utrovis modo intelligas licet, *ne ceſſaret hibernorum tempus:* ne otioſum tranſmitteretur aut ceſſatum duceretur: (Lib. 37. *Ne tamen ſegnia æſtiva eſſent.*) & intellecto τοῦ *per*, ne ipſe Antiochus hiemem ceſſaret. Nam non inſolens eſſe ſic loqui noſtro monitum ad Lib. 28. *J.F.Gron.*

2 *Elei è Peloponneſo venerunt*] Tolle, *venerunt*. non eſt enim Livii. *Idem.*

3 *Cupide eum omnes Epirotas.*] Lege ex ſcriptis, *omnibus*. Idem

4 *Integra ſibi omnia apud exercitus Romanos eſſent*] Iſtos *exercitus* ego exauctoratos eſſe jubeo, neque enim Livius hic illis uſus eſt, qui per *Romanos* intelligit *S. P. Q. R.* Idem.

Bar-

tinerent, loquerentur. In Bœotiam ipſe profectus eſt; 6
cauſſas in ſpeciem iræ adverſus Romanos eas, quas ante dixi, habentem: [1] Brachyllæ necem, & bellum à Quintio Coroneæ, propter Romanorum militum cædes, illatum: revera per multa jam [2] ſæcula publice privatimque [3] labante egregia quondam diſciplina gentis, & multorum eo

1 *Barcilla*] *Brachillæ*, ut ante dixi. *Sigonius.*

2 *Multa ſecula*] *Sæcula*, cum diphthongo. In Capitolinis lapidibus, *Ludi ſæculares.* Idem.

3 *Labente egregia quondam diſciplina gentis &c. non poſſet*] Ex hoc loco, quem depravatum eſſe cenſet Glareanus, hunc ipſe elicio ſenſum. Bœotiam cauſas in ſpeciem iræ adverſus Romanos habuiſſe, Brachillæ necem, & illatum Coroneæ à Quinctio bellum. revera autem, quod per multa jam ſæcula publice privatimque egregia quondam diſciplina gentis laberetur, atque is reip. ſtatus qui in multorum poteſtate eſt, qui diu conſervari non poteſt niſi novarum ſæpe rerum mutationes exiſtant. *Idem.*

Labante egregia quondam diſciplina gentis, & multorum eo ſtatu] Glareanus: Illud *multorum eo ſtatu*, obſcure eſt, dictum, nec ſatis explicatur, ſi dixerimus; *labente diſciplina multorum*, quid enim ſibi vult *eo ſtatu*? Ego locum corruptum ſuſpicor. At Sigonius hunc elicit ſenſum: Bœotiam cauſas in ſpeciem iræ adverſus Romanos habuiſſe Brachyllæ necem, & illatum Coroneæ à Quintio bellum: revera autem, quod per multa jam ſecula publice privatimque egregia quondam diſciplina gentis laberetur: atque is reipublicæ ſtatus, qui in poteſtate multorum eſt, diu conſervari non poteſt, niſi novarum ſæpe rerum mutationes exiſtant. Accepit ergo *multorum ſtatum* pro libertate ſeu Democratia, quod an Latinum ſit, ipſe viderit. Ego autem eo ſtabiliorem confirmatioremque ſtatum civitatis putem, quo minus mutationibus & rebus novis eſt obnoxia. Quid clarius potuit dixiſſe Livius: *multorum eo ſtatu* præſente hominum, atque in primis domi nobilium, *qui diuturnus eſſe ſine mutatione rerum non poſſet.* hoc eſt, multis ita ævum agentibus, eumque privatarum rerum ſtatum obtinentibus; ut, quod ait Salluſtius, perdita republica illis opus eſſet; ut niſi rempublicam turbarent & moverent, & ſic judicia & legum minas effugerent, ſuum ſtatum propediem motum & everſum viderent. Quales deſcribit in primis idem auctor Catilinæ ſocios, urbis Romanæ ſentinam, quales eoſdem Cicero in ſecunda Catilinaria: quales pingunt inſtigatores faceſque civilis inter Cæſarem & Pompejum belli ipſe Cæſar, Salluſtius, Lucanus, Petronius. Noſter Lib. 35. *Inter omnes conſtabat, in civitatibus principes, optimum quemque, Romanæ ſocietatis eſſe, & præſenti ſtatu gaudere; multitudinem & quorum res non ex ſententia ipſorum eſſent, omnia novari velle.* Lib. 42. *Pars altera regiæ adulationis, ii quos æs alienum & deſperatio rerum ſuarum eodem manente ſtatu præcipites ad novanda omnia agebat.* Suetonius in Cæſare: *Tum reorum aut obæratorum aut prodigæ juventutis ſubſidium unicum ac promtiſſimum erat, niſi quos gravior criminum vel inopiæ luxuriæve vis urgeret, quam ut ſubvenire poſſet à ſe. his plane palam bello civili opus eſſe dicebat.* Lucanus: *& multis utile bellum.* Sed maxime illuſtrat hunc locus egregius Polybii in excerptis Lib. 20. qui quia longior eſt, quam hic apponi ut poſſit, ad ipſum auctorem nobis lector remittendus, Si malis per-

eo ſtatu, qui diuturnus eſſe ſine mutatione rerum non poſſet. Obviam effuſis undique Bœotiæ principibus, Thebas venit. ibi in concilio gentis; quamquam & ad Delium impetu in præſidium Romanum facto, & ad Chalcidem commiſerat nec à parvis nec dubiis principiis bellum; tamen eandem orationem exorſus, qua in colloquio primo ad Chalcidem, quaque per legatos in concilio Achæorum uſus erat, ut amicitiam ſecum inſtitui, non bellum indici Romanis poſtularet; neminem, quid ageretur, fallebat. decretum tamen ſub levi verborum prætextu pro rege adverſus Romanos factum eſt. Hac quoque gente adjuncta, Chalcidem regreſſus, præmiſſis inde literis, ut Demetriadem convenirent principes Ætolorum, cum quibus de ſumma rerum deliberaret; navibus eo ad diem indictam concilio venit. Et Amynander accitus ad conſultandum ex Athamania: & Annibal jam diu non adhibitus, interfuit ei concilio. Conſultatum de Theſſalorum gente eſt, quorum omnibus qui aderant voluntas tentanda videbatur. in eo modo diverſæ ſententiæ erant: quod alii, extemplo agendum; alii ex hieme, quæ tunc ferme media erat, differendum in veris principium; & alii, legatos tantummodo mittendos; alii cum omnibus copiis eundum cenſebant, terren-
7 doſque metu, ſi cunctarentur. Quum circa hanc fere conſultationem diſceptatio omnis verteretur, Annibal nominatim interrogatus ſententiam in univerſi belli cogitationem regem atque eos qui aderant, tali oratione avertit: *Si ex quo trajecimus in Græciam, adhibitus eſſem in conſilium, quum de Eubœa, de Achæis, de Bœotia agebatur; eam ſententiam dixiſſem, quam hodie, quum de Theſſalis agitur, dicam. Ante omnia Philippum & Macedonas in ſocietatem belli quacumque ratione cenſeo deducendos eſſe. nam quod ad Eubœam* *Bœotoſ-*

perpetua ἐπεξηγήσει· *labantem egregiam quondam diſciplinam gentis, & multorum eam ſtatum.* has, inquam, habentem cauſſas belli: non intercedam. *J. F. Gron.*

1 *Simul*

Bœotoſque & Theſſalos attinet, cui dubium eſt, quin ut quibus nullæ ſuæ vires ſint, præſentibus adulando ſemper, quem metum in conſilio habeant, eodem ad impetrandam veniam utantur[1] *ſimul ac Romanum exercitum in Græcia viderint, ad conſuetum imperium ſe avertant? nec iis noxæ futurum ſit, quod quum Romani procul abeſſent, vim tuam præſentis exercituſque tui experiri noluerint? Quanto igitur prius potiuſque eſt, Philippum nobis conjungere, quam hos; cui ſi ſemel in cauſſam deſcenderit, nihil integri futurum ſit; quique eas vires afferat, quæ non acceſſio tantum ad Romanum eſſe bellum, ſed per ſe ipſæ nuper ſuſtinere potuerint Romanos? Hoc ego adjuncto (abſit verbo invidia) qui dubitare de eventu poſſim? quum, quibus adverſus Philippum valuerint Romani, iis nunc fore videam ut ipſi oppugnentur. Ætoli, qui Philippum (quod inter omnes conſtat) vicerunt, cum Philippo adverſus Romanos pugnabunt. Amynander atque Athamanum gens, quorum ſecundum Ætolos plurima fuit opera in eo bello, nobiſcum ſtabunt. Philippus tum, te quieto, totam molem ſuſtinebat belli: nunc duo maximi reges, Aſiæ Europæque viribus adverſus unum populum (ut meam utramque fortunam taceam) patrum certe ætate ne uni quidem Epirotarum regi parem,*[2] *quicquid tandem erit vobiſcum comparatus, geretis bellum. Quæ igitur res mihi fiduciam præbet conjungi nobis Philippum poſſe? Una, communis utilitas, quæ ſocietatis maximum vinculum eſt: altera, auctores vos Ætoli. Veſter enim legatus hic Thoas inter cætera, quæ ad exciendum in Græciam Antiochum dicere eſt ſolitus, ante omnia hoc ſemper affirmavit; fremere Philippum, & ægre pati, ſub ſpecie pacis leges ſervitutis ſibi impoſitas. Ille qui-*

1 *Simul ac Romanum exercitum in Græcia viderint.*] Sic omnes, niſi quod Romæ datum eſt invito, credo, Andrea: *ſimile ac.* Suſpicor tranſpoſitas particulas. dum alterius vis (ſola enim facit tantum quantum *ſimul ac* vel *ſimul atque*) ignoratur, & ſcripſiſſe noſtrum: *eodem ad imp. veniam utantur, ac, ſimul Ro. exercitum in Græcia viderint, ad conſuetum imperium ſe avertant?* J. F. Gron.

2 *Quicquid tandem erit vobiſcum comparatus*] Conjeci: *patrum ætate ne uni quidem Epirotarum regi parem (quid tandem erit vobiſcum comparatus?) geretis bellum.* Vidi deinde *quid*, non *quicquid* etiam in Magont. fuiſſe, & ſpretum, quia interpunctione id animandum non viderunt. *Idem.*

quidem feræ beſtiæ vinctæ aut clauſæ, & refringere clauſtra cupienti, regis iram verbis æquabat. cujus ſi talis animus eſt, ſolvamus nos ejus vincula, & clauſtra refringamus! [1] *ut erumpere diu coërcitam iram in hoſtes communes poſſit. Quod ſi nihil eum legatio noſtra moverit: at nos, quoniam nobis eum adjungere non poſſumus, ut hoſtibus noſtris ille adjungi poſſit, caveamus. Seleucus filius tuus Lyſimachiæ eſt: qui ſi eo exercitu, quem ſecum habet, per Thraciam proxima Macedoniæ cœperit depopulari; facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum ad ſua potiſſimum tuenda avertet. De Philippo meam ſententiam habes. De ratione univerſi belli quid ſentirem, jam ab initio non ignoraſti. quod ſi tum auditus forem, non in Eubœa Chalcidem captam, & caſtellum Euripi expugnatum Romani, ſed Etruriam Ligurumque & Galliæ Ciſalpinæ oram bello ardere, & qui maximus iis terror eſt, Annibalem in Italia eſſe audirent.* [2] *Nunc quoque arceſſas cenſeo omnes navales terreſtreſque copias. Sequantur claſſem onerariæ cum commeatibus. nam hic ſicut ad belli munera pauci ſumus, ſic nimis multi pro inopia commeatuum. Quum omnes tuas contraxeris vires; diviſam claſſem partim Corcyræ in ſtatione habebis, ne tranſitus Romanis liber ac tutus pateat: partim ad littus Italiæ, quod Sardiniam Africamque ſpectat, trajicies:* [3] *ipſe cum omnibus terreſtribus copiis in Byllinum agrum pro-*

1 *Ut erumpere diu coërcita ira in hoſtes communes poſſit*] Scribe cum Barberin. Petav. Voſſ. Mſſ. *coërcitam iram*. Cicero lib. 16 ad Atticum epiſt. 3. *Ne in me ſtomachum erumpant, quum ſint tibi irati*. Cæſar lib. 2 de bello Civili. *Portis ſe foras erumpunt, ſecundo magnoque vento ignem operibus inferunt*. Lib. 3 ejuſdem operis. *In eas indiligentiæ ſuæ ac doloris iracundiam erupit.* nam ita leg. docti jam viderunt. Varro Marcipore: *ventique frigido ſe ab axe erupe- rant*. J. F. Gron.

2 *Nunc quoque accerſendas cenſeo*] Quis fuit ille audaculus, qui hanc labem Gruteri poſtremæ impoſuit? nam ipſum ſibi vix puto. Quid frequentius illis? Plauti: *quid gravare? cenſeo eas*. Ciceronis 7 Fam. *Treviros vites cenſeo*. Lib. 2 ad Att. *cenſeo tamen, adhibeas Vettium*. Salluſtii: *miſereamini cenſeo*. At ſic feciſſe Livium teſtes ſcripti & Andreæ Romana ac Med. *arceſſas cenſeo*. In aliis omnibus *accerſas*. Semel dixerim ubicumque id verbum occurrit, ibi ſcriptis in antiquioribus fere ſemper *arceſſere*, non *accerſere* legi. Itaque facile accedo doctis viris, qui illo modo, non hoc, pronuntiaſſe & ſcripſiſſe veteres cenſent, & me auctore faciet, qui cum apud Livium tum apud alios bonos auctores ita reformabit. *Idem*.

3 *Ipſe cum o. t. copiis in Byllinum agrum procedes, inde trajecturus*] Glareanus *Bullionium* legit. puto tamen *Byllinum*

procedes. Inde Græciæ præſidebis, & ſpeciem Romanis trajecturum te præbens, &, ſi res popoſcerit, trajecturus. Hæc ſuadeo, qui, ut non omnis peritiſſimus ſim belli; cum Romanis certe bellare bonis maliſque meis didici. In quæ conſilium dedi, in eadem nec infidelem, nec ſegnem operam polliceor. Dii approbent eam ſententiam, quæ tibi optima viſa fuerit. Hæc ferme Anni- 8
balis oratio fuit. quam laudarunt magis in præſentia, qui aderant, quam rebus ipſis exſecuti ſunt. nihil enim eorum eſt factum, [1] niſi quod ad claſſem copiaſque arceſſendas ex Aſia Polyxenidam miſit. Legati Lariſſam ad concilium Theſſalorum ſunt miſſi, & Ætolis Amynandroque [2] dies ad conveniendum exercitui Pheras eſt indictus. eodem & rex cum ſuis copiis confeſtim venit. [3] Ibi dum opperiretur Amynandrum atque Ætolos, Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda oſſa Macedonum circa Cynoſcephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, miſit; ſive ab ipſo quærente ſibi commendationem ad Macedonum gentem & invidiam regi, quod inſepultos milites reliquiſſet, monitus; ſive ab inſita regibus vanitate, ad conſilium ſpecie amplum, re inane, animo adjecto. Tumulus eſt in unum oſſibus, quæ paſſim ſtrata erant, coacervatis factus: qui nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad

linum ferri poſſe. *Byllidis* enim agrum intelligit, quæ urbs in Illyrio maritima eſt, auctore Stephano: Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία. Hæc autem verba Græce ſic expreſſit Appianus in Syriaca: *αὐτὸν δέ σε τῷ πεζῷ παντὶ προκαθήμενον τῆς Ἑλλάδος, ἀΐσχῳ τῆς Ἰταλίας, δόξαν ἐμποιεῖν ἐσβολῆς, καὶ εἰ δύναιό ποτε καὶ ἐσβαλεῖν.* Et Plutarchus in Bruto: *τῶν περὶ τὴν Βυλλίδα τόπους.* Idem Stephanus *Bullinos* populos eſſe ad Illyricum ait. *Sigonius.*

1 *Niſi quod --- Polyxenidam miſit*] Hoc ſic Appianus: *πλὴν ὅτι Πολυξενίδας ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπέμφθη.* Idem.

2 *Dies ad conveniendum exercitui Pheras.*] Forte: *ad conveniendum cum exercitu Pheras.* J. F. Gron.

Dies ad conveniendum Pheras eſt indictus] Thuan. *eſt dictus.* Neque aliter voluit Voſſ. cum exhiberet *ductus* cum ſuperſcripto 1. Immo habet quoque *dictus* prima editio; atque ita certum eſt ſcripſiſſe Livium. Vide ad 35, 3. Sed etiam videtur dediſſe Livius: *ab Ætolis Amynandroque dies ad conv. exercitui Pheras eſt dictus.* Jac. Gron.

3 *Ibi dum opperiretur*] Ex Aldo propagatum. Superiores cum ſcriptis: *dum opperitur.* J. F. Gron.

ad Philippum movit. [1] Itaque qui ad id tempus fortunam eſſet in conſilio habiturus, is extemplo ad M. Bæbium proprætorem miſit, Antiochum in Theſſaliam impetum feciſſe. ſi videretur ei, moveret ex hibernis: ſe obviam
9 proceſſurum, ut quid agendum eſſet conſultarent. Antiocho ad Pheras jam caſtra habenti, ubi conjunxerant ei ſe Ætoli & Amynander; legati ab Lariſſa venerunt, quærentes, quod ob factum dictumve Theſſalorum bello laceſſeret eos: ſimul orantes, ut remoto exercitu, per legatos, ſi quid ei videretur, ſecum diſceptaret. Eodem tempore quingentos armatos duce Hippolocho Pheras in præſidium miſerunt: hi excluſi aditu, jam omnia itinera obſidentibus regiis, Scotuſſam ſe receperunt. Legatis Lariſſæorum rex clementer reſpondit, Non belli faciendi, ſed tuendæ & ſtabiliendæ libertatis Theſſalorum cauſſa, ſe Theſſaliam intraſſe. Similia his qui cum Pheræis ageret miſſus. cui nullo dato reſponſo, Pheræi ipſi ſuum legatum ad regem, principem civitatis Pauſaniam miſerunt. Qui quum haud diſſimilia his, ut in cauſſa pari, quæ pro Chalcidenſibus in colloquio ad Euripi fretum dicta erant, quædam etiam ferocius egiſſet; rex etiam atque etiam deliberare eos juſſos, ne id conſilii caperent, cujus, dum in futurum nimis cauti & providi eſſent, extemplo pœniteret, dimiſit. Hæc renunciata Pheras legatio quum eſſet, ne paulum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quicquid fors belli tuliſſet, paterentur. Itaque & hi ſumma ope parabant ſe ad urbem defendendam: & rex ab omni parte ſimul oppugnare mœnia eſt aggreſſus. [2] ut qui ſatis intelligeret, (ne-

1 *Itaque qui ad tempus fort. --- miſit*] Hanc ſententiam ſic etiam vertit Appianus: ὧν πυθόμενος ὁ Φίλιππος, ἐνδοιάζων ἔτι καὶ περισκοπῶν ὁποτέροις προσθεῖτο, αὐτίκα εἵλετο τὰ Ῥωμαίων· Βαίβιόν τε, στρατηγὸν αὐτῶν, ἄρχοντά τινος πλησίον στρατοῦ καλέσας ἐλθεῖν ἐς τὸ χωρίον, &c. *Sigonius.*

2 *Ut qui ſatis intelligeret*] Mſ. Thuan. cum primis editt. *& ut qui ſatis int.* Quam particulam nec cur ejecerint, nec quî abeſſe poſſit, intelligo. *Jac. Gr.*

1 *Fu-*

(neque enim dubium erat) in eventu ejus urbis poſitum eſſe, quam primam aggreſſus eſſet, aut ſperni deinde ab univerſa gente Theſſalorum, aut timeri ſe; omnem undique terrorem obſeſſis injecit. Primum impetum oppugnationis ſatis conſtanter ſuſtinuerunt: deinde quum multi propugnantes caderent, aut vulnerarentur, labare animi cœpere. Revocati deinde caſtigationibus principum ad perſeverandum in propoſito, relicto exteriore circulo muri deficientibus jam copiis, in interiorem partem urbis conceſſerunt; cui brevior orbis munitionis circumjectus erat. poſtremo victi malis quum timerent, ne vi captis nulla apud victorem venia eſſet, dediderunt ſeſe. Nihil inde moratus rex, quatuor millia armatorum, dum recens terror eſſet, Scotuſſam miſit. nec ibi mora deditionis eſt facta: cernentibus Pheræorum recens exemplum: qui, quod pertinaciter primo abnuerant, malo domiti tandem feciſſent. cum ipſa urbe Hippolochus Lariſſæorumque deditum eſt præſidium. Dimiſſi ab rege inviolati omnes: quod eam rem magni momenti [1] futuram rex ad conciliandos Lariſſæorum animos credebat. Intra decimum diem quam Pheras venerat, his perfectis, Cranonem profectus cum toto exercitu, primo adventu cepit. inde Cypæram & Metropolim, & iis circumjecta caſtella recepit; omniaque jam regionis ejus, præter Atracem & Gyrtonem, in poteſtate erant. Tum aggredi Lariſſam conſtituit: ratus vel terrore cæterarum expugnatarum, vel beneficio præſidii dimiſſi, vel exemplo tot civitatum dedentium ſeſe, non ultro in pertinacia manſuros. Elephantis agi ante ſigna terroris cauſſa juſſis, quadrato agmine ad urbem inceſſit:

1 *Futuram rex ad conciliandos*] Non Bruto eſt opus: levior manus poteſt exigere poſſeſſione loci hujus regem. Satis eſt proxima tenere. Plena & ſana oratio eſt: *Dimiſſi ab rege inviolati omnes, quod eam rem magni momenti futuram ad conciliandos Lariſſæorum animos crederet.* Non verba ornat, non ſententiam inſtruit repetita vox. Niſi malis tollere, *ab rege*. Fortaſſis & legendum; *magno momento*. J. F. Gron.

ceſſit: ut incerti fluctuarentur animi magnæ partis Lariſſæorum [1] inter metum præſentem hoſtium, & verecundiam abſentium ſociorum. Per eoſdem dies Amynander cum Athamanum juventute [2] occupat Pellinæum: & Menippus cum tribus millibus peditum Ætolorum, & ducentis equitibus in Perræbiam profectus, Mallœam & Cyretias vi cepit, depopulatuſque eſt agrum Tripolitanum. His raptim peractis, Lariſſam ad regem redeunt: conſultanti, quidnam agendum eſſet de Lariſſa, ſupervenerunt. Ibi in diverſum ſententiæ tendebant: aliis, vim adhibendam, & non differendum cenſentibus, quin operibus ac machinis ſimul undique mœnia aggrederentur urbis ſitæ in plano; [3] à parte campeſtri undique facilis aditu: aliis, nunc vires urbis, nequaquam Pheris conferendæ, memorantibus; nunc hiemem & tempus anni nulli bellicæ rei, minime obſidioni atque oppugnationi urbium aptum. Incerto regi inter ſpem metumque legati à Pharſalo, qui ad dedendam urbem ſuam forte venerant, animos auxerunt. [4] M. Bæbius interim cum Philippo in Daſſaretiis congreſſus, Ap. Claudium ex communi conſilio ad præſidium Lariſſæ miſit, qui per Macedoniam magnis itineribus in jugum montium, quod ſuper Gonnos eſt, pervenit. Oppidum Gonni viginti millia ab Lariſſa abeſt; in ipſis faucibus ſaltus, quæ Tempe appellantur, ſitum. Ibi caſtrametatus latius quam pro copiis,

1 *Inter metum præſentem hoſtium*] Lege, *præſentium*. Muretus.

2 *Occupat Pellinæum.*] Strabo lib. 9 Πελλιναῖον item vocat, Stephanus Πελλίναν. inquit enim, Πελλίνα πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. Sigon. Pelinæum ſcribendum ab Pelino loci conditore & ex nummis, in quibus ΠΕΛΙΝΑΙΕΩΝ. *Spanhemius* diſſert. 9 de Uſu Numiſm.

3 *A parte campeſtri undique facilis aditu*] Clariſſ. Valeſius libro ſuo adſcripſerat *aperta*. Editi quidam *facilis aditus*. Sed aliud latet. Iſtud *facilis* in Thuan. non exſtat, nec etiam in aliis MSS. Et cur non edidiſſe Livium credemus *urbis ſitæ in plano à parte campeſtri undique aditu*? I. 33. *Haud parvum munimentum à planioribus aditu locis*. Jac. Gron.

4 *M. Bæbius interim - - - magnis itineribus.*] Appianus hæc ita: καὶ ὁ Βαίβιος θαῤῥήσας αὐτίκα ἔπεμπε διὰ τῆς Μακεδονίας Ἄππιον Κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν εἰς Θεσσαλίαν. Sigonius.

copiis, & plures, quam quot ſatis in uſum erant, ignes quum accendiſſet, ſpeciem quam quæſierat, hoſti fecit: omnem ibi Romanum exercitum cum rege Philippo eſſe. Itaque hiemem inſtare apud ſuos cauſſatus rex, unum tantum moratus diem, ab Lariſſa receſſit, & Demetriadem rediit. Ætolique & Athamanes in ſuos receperunt ſe fines. Appius etſi, cujus rei cauſa miſſus erat, ſolutam cernebat obſidionem; tamen Lariſſam ad confirmandos in reliquum ſociorum animos deſcendit: duplexque lætitia erat, quod & hoſtes exceſſerant finibus & intra mœnia præſidium Romanum cernebant.

[1] Rex Chalcidem à Demetriade profectus, amore captus 11
virginis Chalcidenſis Cleoptolemi filiæ; quum patrem, primo allegando, deinde coram ipſe rogando fatigaſſet, invi-

1 *Rex Chalcidem à Dem. profectus amore captus virginis Chal. Cle. fi. cum patrem primo adlegando d. c. o. fatigaſſet, -- - in ſomno traduxit.*] Hæc ex Polybii lib. 20 ſumpta ſunt, ſi Athenæo credimus, qui libr. 10 ita ſcribit: Ἀντίοχος δὲ ὁ Μέγας ἐπικαλούμενος, ὃν Ῥωμαῖοι καθεῖλον, ὥς ἱστορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ εἰκοστῇ, παρελθὼν εἰς Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας συνετέλει γάμους, πεντήκοντα μὲν ἔτη γεγονὼς, καὶ δύο μέγιστα τῶν ἔργων ἀνειληφὼς τήν τε τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν, ὡς αὐτὸς ἐπηγγέλλετο, καὶ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον. ἐρασθεὶς γοῦν παρθένου Χαλκιδικῆς, κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν ἐφιλοτιμήσατο γῆμαι, οἰνοπότης ὢν, καὶ μέθαις χαίρων. ἦν δ' αὕτη Κλεοπτολέμου μὲν θυγάτηρ ἑνὸς τῶν ἐπιφανῶν, κάλλει δὲ πάσας ὑπερβάλλουσα. καὶ τοὺς γάμους συντελῶν ἐν τῇ Χαλκίδι αὐτόθι διέτριψε τὸν χειμῶνα, τῶν ἐνεστώτων οὐδ' ἥντινα ποιούμενος πρόνοιαν· ἔθετο δὲ καὶ τῇ παιδὶ ὄνομα Εὔβοιαν. Eadem ſcribit Plutarchus in Flaminino. Porro autem quod ait Livius, *Adlegando fatigat*, id eſt per legatos ſollicitat. *Sigonius.*

Primo ablegando] Et hoc Gruteri poſtrema revocavit. Nam poſt Gelenium admiſſum fuerat *allegando*. De quo non dubitandum. Sigonius interpretatur: per legatos ſollicitando. Non ſatis proprie. neque enim per quem rex cum privato præſertim aliquid agit, is ſtatim legatus. Allegant autem non modo reges, ſed quivis privati, qui per amicos aliquem alloquuntur. Cicero lib. 1 in Verr. *quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnavit.* Et rurſum: *Cum ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius interclufos viderent.* Philip. 5. *Cretenſis judex, iſque nequiſſimus. quem ad hunc reus alleget? quomodo accedat?* Q. Cicero de petit. conſul. *Hi rogandi omnes ſunt diligenter, & ad eos allegandum.* Fabius Decl. 377. *Quid ergo? rogare non poſſum, ad preces decurrere, iterum allegare amicos non poſſum.* Itaque eleganter in hac ipſa materia, in qua Livius, Statius lib. 2 Achilleidos. *Te Peleus nato ſocerum, & Thetis hoſpita jungunt, Allegantque ſuos utroque à ſanguine divos.* Ariſtophanes dicit προσαπέμπειν φίλους in Equitibus: Καὶ ταῦτα μ' οὔτ' ἀργύριον, οὔτε χρυσίον διδοὺς, ἀναπείσεις, οὔτε προσαπέμπων φίλους. Hinc *allegati* dicebantur antiquis ſequeſtri quidam quos

invitum ſe gravioris fortunæ conditioni illigantem; tandem impetrata re, tamquam in media pace nuptias celebrat: & reliquum hiemis, oblitus quantas ſimul duas res ſuſcepiſſet, bellum Romanum & Græciam liberandam, omiſſa omnium rerum cura, in conviviis & vinum ſequentibus voluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis quam ſatietate earum in ſomno traduxit. Eadem omnes præfectos regios ([1] qui ubique ad Bœotiam maxime præpoſiti hibernis erant) cepit luxuria: in eandem & milites effuſi ſunt. nec quiſquam eorum aut arma induit, aut ſtationem aut vigilias ſervavit: aut quicquam, quod militaris operis aut muneris eſſet, fecit. [2] Itaque prin-

quos ad aliquem mittimus, indicium ejus teſtato cogituri: qui deinde tranſeunt in teſtes eorum, quæ audiverunt ab eo, ad quem miſſu alieno profecti fuere. Hoc voluerunt à quibus accepit Iſidorus, *teſtes ſic appellari*: ſed male accepit, cum *allegatos* fecit, lib. 4, 23. Cicero ad Q. frat. 2, 3. *Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam & C. Cornelium.* Peſſime Turnebus: *edidit alligatos*, vel *ad alligatos*. Pro Cluentio cap. 13. *Ac tum in Oppianici cauſa crimen hoc Aſinianum cum teſtibus multis, tum vero indicio Ajulii probabatur: in quo inter allegatos Oppianici nomen primum eſſe conſtabat.* Turnebus & hic, *alligatos*, id eſt, ait, crimini obnoxios, criminis adfines, 20 Adv. 5. Nec melius Manutius, neceſſe eſſe, ut qui *alligati* dicuntur, nocentes quoque fuerint. Dicit enim Cicero, in Oppianici cauſſa, quam dixit deferente Cluentio, inter alia objectum ei ſcelus Aſinii interfecti, probatumque cum teſtibus multis eorum, quæ apud Manilium acta fuerant, tum indicio Ajulii, ad quem miſſi allegati, ut de re ex ipſo cognoſcerent, acceperunt & certum habuerunt, primum ac præcipuum inter cæteros, quorum opera circumventus & occiſus erat Aſinius, fuiſſe Oppianicum. Ajulius ad allegatos edidit principem illius facinoris Oppianicum, ita conſtanter, ut illis res minime dubia viſa fuerit. Hoc eſt, *in Ajulii indicio primum Oppianici nomen eſſe conſtitiſſe inter allegatos.* J. F. Gron.

1 *Qui ubique ad Bœotiam*] Forte: *qui ubique, ac Bœotia maxime præpoſiti hibernis erant.* Idem.

2 *Itaq. principio veris cum per Phocidem Chæroneam, veniſſet*] Quærit Glareanus quo modo ex Chalcide per Phocidem Chæroneam Antiochus venerit, quam autem quæſtionem ponit, non recte explicat. Chalcidem enim accipit Ætoliæ, non Eubœæ, parum ſcite. Eſſe autem legendum, *per Phocidem in Acarnaniam* cum Livius tum Appianus oſtendunt. Livius paulo poſt ita: *Rex præſidio Medione impoſito, & in quibuſdam aliis Acarnaniæ oppidis Thyrium diſceſſit, & per Ætoliæ ac Phocidis urbes Chalcidem rediit.* Appianus etiam apertius ſic: ἀρχομένου δ' ἦρος, ἐμβαλὼν ἐς Ἀκαρνανίαν, ᾔσθετο μὲν τῆς ἀργίας τοῦ στρατοῦ, δυσέργου πρὸς ἅπαντα ὄντος. Item: ὑπαγαγόμενος δ' ὅμως τινὰ τῆς Ἀκαρνανίας, καὶ τὰ λοιπὰ πολιορκῶν, ἐπεὶ τάχιστα Ῥωμαίους ἐπύθετο περᾶν τὸν Ἰόνιον, ἐς Χαλκίδα ἀνεζεύγνυ. Sigonius.

principio veris, quum per Phocidem in Acarnaniam, quo convenire omnem undique exercitum juſſerat, veniſſet; facile animadvertit; nihilo ſeveriore diſciplina milites quam ducem hibernaſſe. Alexandrum inde Acarnanem & Menippum Macedonem; [1] Stratum Ætoliæ copias ducere juſſit. ipſe Delphis ſacrificio Apollini facto, Naupactum proceſſit. conſilio principum Ætoliæ habito, via, [2] quæ præter Chalcidem & Lyſimachiam fert ad Stratum, ſuis, qui per Maliacum ſinum veniebant, occurrit. Ibi Mneſilochus princeps Acarnanum multis emptus donis, non ipſe ſolum gentem regi conciliabat, ſed Clytum etiam prætorem, penes quem tum ſumma poteſtas erat, in ſuam ſententiam adduxerat. Is quum Leucadios, quod Acarnaniæ caput eſt, non facile ad defectionem poſſe cerneret impelli, propter metum [3] Romanæ claſſis, quæ cum Atilio, quæve circa Cephaleniam erat, arte eos eſt aggreſſus. nam quum in concilio dixiſſet, tuenda mediterranea Acarnaniæ eſſe, & omnibus, qui arma ferrent, exeundum [4] ad Medionem & Thyrium, ne ab Antiocho aut Ætolis occuparentur; fuere qui dicerent, nihil attinere omnes tumultuoſe concitari: ſatis eſſe quingentorum hominum præſidium. eam juventutem nactus, trecentis Medione, ducentis Thyrii in præ-

ſidio

1 *Stratum Ætoliæ*] Stephanus: *Stratum Acarnaniæ* eſſe ait. *Sigonius.*

2 *Quæ præter Chalcidem & Lyſimach. fert ad Stratum*] Hujus Chalcidis in Ætolia omnes meminerunt: Lyſimachiæ etiam Strabo lib. 10 ubi de Oleno: nam utraque deſerta erat illius tempore. *Stratus* autem Acarnaniæ maxima urbs ſuper Acheloo, cui Livius more ſuo adjecit præpoſitionem. *Glareanus.*

3 *Rom. claſſis quæ cum Attalo*] Lege, *Attilio*, Eſt enim A. Attilius claſſis Rom. præfectus. *Sigonius.*

4 *Ad Medeonem & Tyrrheum*] Strabo lib. 9 duos facit Μεδεῶνας, τὸ μὲν Φωκικὸν ἐν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ, Phocidis in Criſſæo ſinu alterum, de quo hoc loco, ut opinor, Livius intelligit: τὸ δὲ Βοιωτικὸν ἀπ' ἐκείνου κεκλημένον, alterum Bœoticum, qui ſit ab illo denominatus. *Glareanus.* *Medionem* habent libri veteres. & recte. Eſt enim *Medion* oppidum ad Ætoliam auctore Stephano: (qui præterea & Μεδεῶνα, tam Βοιωτικὴν πόλιν quam Φωκικὴν ἑτέραν agnoſcit) Μεδίων πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ· τὸ ἐθνικὸν Μεδιώνιος. Item *Thyrium* ſcribendum, quod eſt Acarnaniæ oppidum, eodem teſte: Ἔστι καὶ Θύριον Ἀκαρνανίας, διὰ τοῦ Ι, τὸ δὲ ἐθνικὸν Θυριεύς. Idem.

I Ut

ſidio poſitis, id agebat, ut pro obſidibus futuri venirent in poteſtatem regis. Per eoſdem dies legati regis Medionem venerunt. quibus auditis, quum in concione, quidnam reſpondendum regi eſſet, conſultaretur; & alii manendum in Romana ſocietate, alii non aſpernandam amicitiam regis cenſerent; media viſa eſt Clyti ſententia, eoque accepta eſt, ut ad regem mitterent legatos, peterentque ab eo, [1] ut Medionios ſuper tanta re conſultare in concilio Acarnanum pateretur. [2] In eam legationem Mneſilochus, & qui ejus factionis erant, de induſtria conjecti; clam miſſis, qui regem admovere copias juberent, ipſi terebant tempus. itaque vix dum iis egreſſis, [3] Antiochus in finibus, & mox ad portas erat, & trepidantibus, qui expertes proditionis fuerant, tumultuoſeque juventutem ad arma vocantibus, ab Clyto & Mneſilocho in urbem eſt inductus: & aliis ſua voluntate affluentibus, metu coacti etiam qui diſſentiebant, ad regem convenerunt. quos placida oratione territos quum permulſiſſet; ad ſpem vulgatæ clementiæ aliquot populi Acarnaniæ defecerunt. Thyrium à Medione profectus eſt, Mneſilocho eodem & legatis præmiſſis. Cæterum detecta Medione fraus cautiores, non timidiores [4] Thyrienſes fecit: dato ei haud perplexo reſponſo, nullam ſe novam ſocietatem, [5] niſi ex auctoritate Romanorum imperatorum, accepturos: portiſque clauſis, armatos in muris

1 *Ut Medeonios conſultare pateretur*] Vet. lib. *Medios* habent. Aperte tamen legendum eſt, *Medionios*. inquit enim Stephanus cives Medionis oppidi eſſe Μεδιωνίες. Sigonius.

2 *In eam legationem collecti*] Vet. lib. *Conjecti*. egregie. Sic eſt locutus lib. 45. *Tribum ſortirentur, in quam omnes, qui ſervitutem ſerviſſent, conjicerent.* Eodem modo legendum eſt apud Ciceronem in 5 Philippica, *Totum denique comeſſationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam judicum ſcitote eſſe conjectum*, non *collectum*, ut vulgo legitur. *Idem*

3 *Antiochus in finibus & mox ad portas*] E Mog. eſt τὸ &. Priores eo carebant. Nec male, ut puto. *J. F. Gron.*

4 *Thyrenſes*] *Thyrienſes*, à Thyrio. Nam Stephanus ait gentem Θυρεέας appellari. *Sigonius.*

5 *Niſi ex auctoritate Romanorum imperatorum*] Tanti hic facio *imperatores*, quanti ſuperius hoc libro *exercitus* Romanos. Poſſis tamen Acilium, Livium, Quinctium intelligere. *J. F. Gron.*

1 A. Po-

muris diſpoſuerunt. Et peropportune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octavius miſſus à Quintio, quum præſidium & paucas naves ab [1] A. Poſtumio, qui ab Atilio legato Cephaleniæ præpoſitus fuerat, accepiſſet; Leucadem venit, implevitque ſpei ſocios: Manium Acilium Conſulem jam cum legionibus mare trajeciſſe, & in Theſſalia caſtra Romana eſſe. Hunc rumorem quia ſimilem veri tempus anni maturum jam ad navigandum faciebat; rex præſidio Medione impoſito, & in quibuſdam aliis Acarnaniæ oppidis, Thyrio abſceſſit: & per
Ætoliæ ac Phocidis urbes Chalcidem rediit. Sub idem 13
tempus M. Bæbius & Philippus rex jam ante per hiemem [2] in Daſſaretiis congreſſi, quum Ap. Claudium, ut obſidione Lariſſam eximeret, in Theſſaliam miſiſſent; quia id tempus rebus gerendis immaturum erat, in hiberna regreſſi, principio veris conjunctis copiis in Theſſaliam deſcenderunt. In Acarnania tum Antiochus erat. Advenientes, Philippus Mallœam Perræbiæ, [3] Bæbius Phacium eſt aggreſſus. quo primo prope impetu capto, [4] Phæſtum eadem celeritate capit. inde Atracem cum ſe recepiſſet, [5] Cyretias hinc & Phricium occupat: præſidiiſque per recepta oppida diſpoſitis, Philippo rurſus obſi-

1 *A. Poſtumio, qui ab Atilio legato Cephaleniæ præpoſitus*] Atilius non legatus, ſed ipſe prætor fuit, cui claſſis & Macedonia decreta erat. Supra lib. 35 c. 20, 21 & 37. Credibile eſt igitur fuiſſe Poſtumium legatum Atilii, legendumque *legatus*, quo nomine appellantur non ipſi qui in magiſtratu & cum imperio in provincia ſunt, ſed qui in exercitu vel claſſe illis dignitate ſunt proximi. *Jac. Gron.*

2 *In Daſſaretis congreſſi*] *Daſſaritis*, quippe qui auctore Stephano aut Δασσαρῖται aut Δασσαρῆται vocantur. *Sigonius.*

3 *Bæbius Phacium eſt aggr.*] Ante *Philacium* legebatur. Eſt autem in veteribus libris *Phacium*, quod non probat Glareanus, quia nomen ſit æque, ac prius obſcurum; Stephanum enim non legit, apud quem eſt ita; Φάκιον πόλισμα Θεσσαλίας. Θουκυδίδης δ΄. τὸ ἐθνικὸν, Φακιεύς. Idem.

4 *Pheſtum ead. celer. capit.*] Φαιστὸς apud Ptolemæum. Itaque diphthongus apponenda eſt. *Idem.*

5 *Chyretias hinc & Erit.*] *Eritium*, inquit Glareanus, ubi reperias, vix equidem ſcio. Optime, non enim *Eritium*, ſed *Phricium* eſt legendum, quod eſt ſupra Thermopylas, auctore Stephano: Φρίκιον ὄρος ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικόν· ἀφ᾽ οὗ Φρικώνεις καὶ Φρικανεῖς οἱ αὐτόθι οἰκήσαντες. Idem.

1 *Bæ-*

obſidenti Mallœam ſe conjungit. Sub adventum Romani exercitus, ſeu ad metum virium, ſeu ad ſpem veniæ quum dedidiſſent ſeſe; ad ea recipienda oppida, quæ Athamanes occupaverant, uno agmine ierunt. Erant autem hæc, Æginium, Ericinum, Gomphi, Silana, Tricca, Melibœa, Phaloria. Inde Pellinæum, ubi Philippus Megalopolitanus cum quingentis peditibus & equitibus quadraginta in præſidio erat, & circumſidunt, & priuſquam oppugnarent, mittunt ad Philippum qui moneret ne vim ultimam experiri vellet. Quibus ille ſatis ferociter reſpondit, vel Romanis vel Theſſalis ſe crediturum fuiſſe: in Philippi ſe poteſtatem commiſſurum non eſſe. Poſteaquam apparuit vi agendum; quia videbatur & Limnæam eodem tempore oppugnari poſſe, regem ad Limnæam ire placuit: [1] Bæbius reſtitit ad Pellinæum op-
14 pidum. [2] Per eos forte dies Manius Acilius conſul cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum, quin-

1 *Bæbius reſtitit ad Pellinæum oppidum*] Novitiarum editionum vitium. Scribo, *oppugnandum*. J. F. Gron.

2 *Per eos forte dies M. Ac. c. cum decem millibus peditum -- tribunos juſſit*] Hæc ſic vertit Græce Appianus: Ῥωμαῖοι δ' ὑπὸ σπουδῆς τότε, ἑτοίμοις ἱππεῦσι δισχιλίοις καὶ πεζοῖς δισμυρίοις καὶ ἐλέφασί τισιν, ἡγουμένου σφῶν Μανίου Ἀκιλίου Γλαβρίωνος, ἐς Ἀπολλωνίαν ἐκ Βρεντεσίου διαβάλλοντες ἐπὶ Θεσσαλίας ἐβάδιζον, καὶ τὰς πόλεις ἐξέλυον τῶν πολιορκιῶν. Non eſt autem menda apud Livium, qui non xx *millia* peditum, ut Appianus, ſed x *millia* ſcribat. Etenim & ante & poſt etiam duas tantum legiones primam & tertiam adduxiſſe Acilium ait. *Sigonius.*

Decem millibus peditum] Appianus, ἱππεῦσι δισχιλίοις καὶ πεζοῖς δισμυρίοις. Vetat autem Sigonius de menda cogitare, quia & ante & poſt dicat *duas* tantum *legiones*, primam & tertiam, adduxiſſe. Poſterior locus eſt libri ſequentis cap. 2. *Ad eum exercitum, quem à Manio Acilio (duæ autem legiones erant) accepturus eſſet.* Prior hujus cap. 3. *Quos L. Quintius milites conſcripſiſſet, & quos ſocii nominique Latino imperaſſet, quos ſecum in provinciam ire oporteret, & tribuni militum legionis primæ & tertiæ.* Hic non modo duas *legiones* video, ſed & *ſocios nomenque Latinum.* Et eos intelligo, quemadmodum plurimum fieri ſolebat, peditum numerum æquaſſe, equitum duplicatum præbuiſſe. Ergo quum iſtic lego, *duæ autem legiones erant*, ſubaudio, *una cum juſto numero ſociorum*: hic autem, quia mentio fit non legionum, non civium Romanorum, ſed numeri univerſi, omnino credo Livium ſcripſiſſe, ut eſt apud Appianum, *cum viginti*. Sed & inducas cenſeo vocem adſutam, ſcribaſque: *cum viginti peditum, duobus equitum millibus, quindecim elephantis*: vel *viginti millibus peditum, duobus equitum*. Perſuadebunt, credo, quæ ſuperius ad lib. 31, 34 notavimus. Amat & Cornelius Nepos, Miltiade: biſ-

quindecim elephantis, mari trajecto, pedeſtres copias Lariſſam ducere delectos militum tribunos juſſit. ipſe cum equitatu Limnæam ad Philippum venit. Adventu conſulis deditio ſine cunctatione eſt facta: traditumque præſidium regium, & cum iis Athamanes. Ab Limnæa Pellinæum conſul proficiſcitur. Ibi primi Athamanes tradiderunt ſeſe. deinde [1] & Philippus Megalopolitanus: cui decedenti de præſidio, quum obvius forte fuiſſet Philippus rex, [2] ad ludibrium Regem eum conſalutari juſſit; ipſe congreſſus, fratrem, haud ſane decoro majeſtati ſuæ joco, appellavit. Deductus inde ad conſulem cuſtodiri juſſus: & haud ita multo poſt in vinculis Romam miſſus. [3] cætera multitudo Athamanum aut militum Antiochi regis, quæ in præſidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat, Philippo tradita regi eſt. fuere autem ad tria millia hominum. Conſul Lariſſam eſt profectus; ibi de ſumma belli conſultaturus. in itinere [4] ab Pieria & Metropoli legati tradentes urbes ſuas occurrerunt. Philippus Athamanum præcipue captivis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem, nactus ſpem Athamaniæ potiundæ, exercitum eo duxit: præmiſſis in civitates captivis. & illi magnam auctoritatem apud populares habuerunt, clementiam erga ſe regis munificentiamque commemorantes. & Amynander, cujus præſentis majeſtas

biſque ducenta peditum, decem millia equitum dedit. Sic erat in Membranaceo Veneto. Eodem: *Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit.* Dione: *munitum quingentis longis navibus, decem equitum centumque peditum millibus.* Datame: *Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia.* Vegetius lib. 1 de re Militari c. 9. *Militari ergo gradu viginti millia paſſuum horis quinque duntaxat æſtivis conficienda ſunt: pleno autem gradu qui citatior eſt, totidem horis viginti quatuor peragenda ſunt.* Ita enim veteres libri. *J. F. Gron.*

1 *Et Philippus Megalopolitanus*] Sic Appianus: καὶ τὸν Μεγαλοπολίτην Φίλιππον αἰχμάλωτον ἔλαβεν. Sigonius.

2 *Ad ludibrium regium, &c.*] *Regem*, ſine dubio poſcit ſententia. *Idem.*

3 *Cetera multitudo Ath. aut, &c. fuere autem ad tria millia hominum*] Appianus ita: εἷλον δὲ καὶ τῶν Ἀντιοχείων ἐς τρισχιλίους. Idem.

4 *Ab Pieria, & Metrop.*] Supra oſtendi *ab Pialia & Metropoli* eſſe legendum, auctore Stephano: urbem enim in Theſſalia quærimus Metropoli finitimam. *Idem.*

ſtas aliquos in fide continuiſſet, veritus ne traderetur Philippo jam pridem hoſti, & Romanis merito tum propter defectionem infenſis; cum conjuge ac liberis regno exceſſit, Ambraciamque ſe contulit. [1] ita Athamania omnis in jus ditionemque Philippi conceſſit. Conſul ad reficienda maxime jumenta, quæ & navigatione & poſtea itineribus fatigata erant, paucos Lariſſæ moratus dies, velut renovato modica quiete exercitu, Cranonem eſt profectus. Venienti Pharſalus, Scotuſſa, & Pheræ, quæque in eis præſidia Antiochi erant, deduntur. ex iis interrogatis, qui manere ſecum vellent, mille volentes Philippo tradit: cæteros inermes Demetriadem remittit. [2] Proërnam inde recepit, [3] & quæ circa eam caſtella erant. Ducere tum porro in ſinum Maliacum cœpit. Appropinquante faucibus, ſuper quas ſiti Thaumaci ſunt, deſerta urbe juventus omnis armata, ſilvas & itinera inſedit: & in agmen Romanum ex ſuperioribus locis incurſavit. Conſul primo mittere, qui ex propinquo colloquentes deterrerent eos à tali furore: poſteaquam perſeverare in incepto vidit, tribuno cum duorum ſignorum militibus circummiſſo, interclufit ad urbem iter armatis, vacuamque eam cepit. tum clamore ab tergo captæ urbis audito, refugientium undique ex ſilvis inſidiatorum cædes facta eſt. A Thaumacis altero die conſul ad Sperchium amnem pervenit: inde Hypa-
15 tæorum agros vaſtavit. Quum hæc agebantur, Chalcide erat Antiochus. qui jam tum cernens, nihil ſe ex Græcia, præter amœna Chalcide hiberna & infames nuptias petiſſe,

1 *Ita Athamania o. in jus dit. Philippi conceſſit*] Appianus ita: καὶ ὁ Φίλιππος ἐς Ἀθαμανίαν ἐμβαλὼν πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἔλαβε, Ἀμυνάνδρου φυγόντος ἐς Ἀμβρακίαν. Sigonius.

2 *Proërnam inde recepit*] Quia Strabo lib. 9 Πρόερναν edit, nihil muto, quamquam Stephanus *Proarna* neutro genere ſcribendum eſſe docet, Πρόαρνα πόλις Μηλιέων, οὐδετέρως. οἱ οἰκήτορες Προάρνιοι. Idem.

3 *Et quæ circa eam caſtella erant*] Τὸ *eam* vix credo eſſe Livii. Ut & cap. 43. *ſuas autem, ut pacata omnia circa ſe relinquentes:* Τὸ *ſe* interpretis eſſe cenſeo. *J. F. Gron.*

1 *Jam*

petiſſe, Ætolorum vana promiſſa incuſare, & Thoantem: Annibalem vero, non ut prudentem tantum virum, ſed prope vatem omnium, quæ tum evenirent, admirari. ne tamen temere cœpta, ſegnitia inſuper everteret, nuncios in Ætoliam mittit, ut omni contracta juventute convenirent. [1] Jam & ipſe eo decem millia fere peditum ex iis, qui poſtea venerant ex Aſia, expleta, & equites quingentos duxit. Quo quum aliquanto pauciores quam umquam antea conveniſſent, & principes tantummodo cum paucis clientibus eſſent, atque ii dicerent omnia ſedulo ab ſe facta, ut quam plurimos ex civitatibus ſuis evocarent; nec auctoritate, nec gratia, nec imperio adverſus detrectantes militiam valuiſſe; deſtitutus undique & ab ſuis, qui morabantur in Aſia, & ab ſociis, qui ea, in quorum ſpem vocaverant, non præſtabant; intra ſaltum Thermopylarum ſeſe recepit. Id jugum, ſicut Apennini dorſo Italia dividitur, ita mediam Græciam dirimit. [2] ante ſaltum Thermopylarum in ſeptentrionem

1 *Jam & ipſe eo decem - - - quingentos duxit*] Appianus ita: ἀθροιζομένων δὲ πάντων, τῶν μὲν οἰκείων πεζῶν μυρίων καὶ ἱππέων πεντακοσίων, ἔτι δὲ τινῶν ἐκ τῶν συμμάχων Θερμοπύλας κατέλαβε. Sigonius.

2 *Ante ſaltum Thermopylarum ſeptentrionem verſus Epirus*] Epirum ante ſaltum Thermopylarum ad ſeptentrionem eſſe, recte dictum eſſe, & ſine librorum menda, contra quam tradidit Glareanus, inde intelligi poteſt, quod Atticam à tergo ad Meridiem, & Eubœam inſulam collocat. Reliqua deſcriptio Thermopylarum, quatenus aut Occidentem ſpectant, aut Orientem, ex Polymnia Herodoti ſumpta eſt: Thermopylarum enim, inquit, quæ pars montis Occidentem ſpectat, invia, atque dirupta eſt uſque ad OEtam. Quæ autem Orientem, ea à mari excipitur. Ibi aquæ calidæ ſunt, quas Ollas indigenæ vocant, & ſupra ara Herculi extructa eſt, & murus, ſupra quem olim πύλαι, id eſt, portæ erant. Perſequitur deinde Leonidæ, & comitum Lacedæmoniorum mortem, qua locus ille nobilitatus eſt, ut paulo poſt ait Livius. *Idem.*

Septentrionem verſus] Scripti: *ante ſaltum Thermopylarum in ſeptentrionem verſa Epirus.* Nec ſecus omnes editiones ante Curionem vel Gryphium. Nos veterem lectionem Livio adſerimus. Ita & lib. 24 de Tarento: *urbem eſſe videbat quum opulentam nobilemque tum maritimam & in Macedoniam opportune verſam.* Lib. 27. *Ipſe circuito portu ab regione urbis in orientem verſa occultus conſedit.* Hoc lib. 36 inferius: *portum Chiorum in Ægæum mare verſum.* Lib. 37. *Quamquam omnis ora maritima eorum, quæ in Peloponneſum verſa eſt, depopulata ab Achais erat.* Eodem: *duos in utramque regionem verſos portus tutiſſimos habet.* Lib. 42. *oramque maris in occidentem verſi ante hiemem circumirent.* J. F. Gron.

nem verſa Epirus, & Perræbia, & Magneſia & Theſſalia eſt, & Phthiotæ Achæi, & ſinus Maliacus. intra fauces ad meridiem vergunt, Ætoliæ pars major, & Acarnania, & cum Locride Phocis, & Bœotia, adjunctaque inſula Eubœa, & excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra ſita ab tergo & Peloponneſus. Hoc jugum [1] ab Leucate & mari ad occidentem verſo per Ætoliam ad alterum mare orienti objectum tendens, ea aſpreta rupeſque interjectas habet, ut non modo exercitus, ſed ne expediti quidem facile ullos ad tranſitum calles inveniant. Extremos ad orientem montes Oetam vocant, quorum quod altiſſimum eſt, Callidromon appellatur: in cujus valle ad Maliacum ſinum vergente iter eſt non latius quam ſexaginta paſſus. Hæc una militaris via eſt, qua traduci exercitus, ſi non prohibeantur, poſſint. ideo Pylæ, & ab aliis, quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt, Thermopylæ locus appellatur; nobilis Lacedæmoniorum adverſus Perſas morte magis memorabili, quam
16 pugna. Haudquaquam pari tum animo Antiochus intra portas loci ejus caſtris poſitis, munitionibus inſuper ſaltum impediebat. & quum duplici vallo foſſaque, & muro etiam qua res poſtulabat, ex multa copia paſſim jacentium lapidum permuniſſet omnia; ſatis fidens numquam ea vim Romanum exercitum facturum, Ætolos ex quatuor millibus (tot enim convenerant) partim ad Heracleam præſidio obtinendam, [2] quæ ante ipſas fauces poſita eſt, partim Hypatam mittit: & Heracleam haud dubius conſulem oppugnaturum, & jam multis nunciantibus circa Hypatam omnia evaſtari. Conſul depopulatus Hypatenſem primo, deinde Heracleenſem agrum, inutili utro-

1 *Ab Leucade*] Vet. lib. *Ab Leucate.* Sic Virgil. *Fervere Leucaten.* Item *Leucatæ nimboſa cacumina montis.* Sic alibi Livius. *Sigonius.*

2 *Quæ ante ipſas fauces poſita eſt*] Relativum à nullo ſcripto alio agnoſcitur, nec etiam ab Thuan. & exſulet ſane, quum ſcribendum appareat *ad Heracleam præſidio obtinendam (ante ipſas fauces poſita eſt) partim Hypatam* &c. *Jac. Gron.*

I. Æto

utrobique auxilio Ætolorum, in ipſis faucibus prope fontes calidarum aquarum adverſus regem caſtra poſuit. [1] Ætolorum utræque manus Heracleam ſeſe incluſerunt. Antiochum, cui priuſquam hoſtem cerneret, ſatis omnia permunita & præſidiis obſepta videbantur, timor deinde inceſſit, ne quos per imminentia juga calles inveniret ad tranſitum Romanus. nam & Lacedæmonios quondam ita à Perſis circumitos fama erat; & nuper Philippum ab iiſdem Romanis. itaque nuncium Heracleam ad Ætolos mittit, [2] ut hanc ſaltem ſibi operam eo bello præſtarent, ut vertices circa montium occuparent obſiderentque, ne qua tranſire Romanus poſſet. Hoc nuncio audito, diſſenſio inter Ætolos orta eſt. pars imperio parendum regis atque eundum cenſebant; pars ſubſiſtendum Heracleæ ad utramque fortunam; ut ſive victus à conſule rex eſſet, in expedito haberent integras copias ad opem propinquis ferendam civitatibus ſuis: ſive vinceret, ut diſſipatos in fugam Romanos perſequerentur. Utraque pars non manſit modo in ſententia ſua, ſed etiam exſecuta eſt conſilium. duo millia Heracleæ ſubſtiterunt: duo trifariam diviſa, Callidromum & Rhoduntiam, & Tichiunta (hæc nomina cacuminibus ſunt) occu-

1 *Ætolorum utraque manus Heracleam ſeſe incluſerunt*] Scribe: *utraque manus*. Syllepſis nota & vulgaris, quam tamen perſæpe in Livio vitiarunt. Lib. 8, 12. *Pedanos tuebatur Tiburs, Praneſtinus, Veliternuſque populus.* Thuan. & Pall. Voſſ. antiquior: *tuebantur*. Quidni ergo & *populi*? Lib. 9. 36. *Eam intrare haud fere quiſquam prater ducem ipſum audebant.* Ita Mſſ. Vulgatæ: *audebat*. Lib. 27, 9. *Tranſportati milites in Siciliam (& erant major pars Latini nominis)* Ita & hic ſcripti, non *erat*. Lib. 31, 13. *Ut quoniam magna pars eorum agros vulgo venales eſſe diceret.* Et hic lege: *dicerent*. Eodem cap. 42. *Jam enim & qua per agros multitudo ſparſa fuerat, receperant ſe in caſtra.* Sic Andreas: vulgo, *receperat*. Lib. 34, 9. *Nocte pars tertia civium in muris excubabant.* Hæc ſcriptorum lectio; editorum, *excubabat*. Lib. 38, 26. *Nec aut procurrere quiſquam ab ordinibus ſuis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant.* Servavit Andreas; Poſteriores, *nudaret, audebat*. Vide & ad Lib. 5, 39 & Lib. 7, 19. Si omnino mavis, *utraque manus*, potes defendere. Lib. 42. *Sex nobis filii, dua filia ſunt, utræque jam nupta.* Et eodem de Elatia & Gonno: *Utraque oppida in faucibus ſunt.* Habet frequenter Tacitus. *J. F. Gron.*

2 *Ut hanc ſaltem ſibi operam eo bello præſtarent, ut vertices*] Poſterius *ut* à Mogunt. eſt. Cæterum alterum haud dubie redundat. *Idem.*

 1 *M. Porc.*

17 occupavere. Conſul poſteaquam inſeſſa ſuperiora loca ab Ætolis vidit, [1] M. Porcium Catonem & L. Valerium Flaccum conſulares legatos cum binis millibus delectorum militum ad caſtella Ætolorum, Flaccum in Rhoduntiam & Tichiunta, Catonem in Callidromum mittit. ipſe priuſquam ad hoſtem copias admoveret, vocatos in concionem milites, paucis eſt allocutus: *Pleroſque omnium ordinum milites inter vos eſſe video, qui in hac eadem provincia T. Quintii ductu auſpicioque militaveritis. Macedonico bello inexſuperabilis magis ſaltus ad amnem Aoum fuit, quam hic. Quippe portæ ſunt hæ. & unus inter duo maria clauſis omnibus, velut naturalis tranſitus eſt.* [2] *munitiones & locis opportunioribus tunc fuerunt, & validiores impoſitæ: exercitus hoſtium*

1 *M. Porc. Catonem & L. Val. Flaccum conſulares legatos*] Hi coſſ. una fuere anno ab Urbe cond. 558. rectè igitur conſulares legatos vocat Livius. *Glarean.* Appianus, Plutarchus, & Cicero in Catone tribunos militum appellant. Appian. ita: καὶ δύο τῶν χιλιάρχων, Μάρκον Κάτωνα καὶ Λεύκιον Βαλέριον. Plutarchus de Catone: Μανίου καὶ Ἀκιλίου χιλιαρχῶν. Cato apud Ciceronem, *Quadriennio poſt quam conſul fui, tribunus militum depugnavi apud Thermopylas M' Acilio Glabrioni conſuli.* Sigonius.

2 *Munitiones & locis opportunioribus tunc fuerunt & validiores*] Locus mirifice perturbatus. Quod vulgatur, è Moguntino eſt. Andreas & priores: *Munitioribus tunc fuerunt & validioribus impoſiti exercitus hoſtium locis: exercitus ille & numero major.* A quo minimum aut nihil differunt plerique ſcripti. Nonnulli caſtigatiores: *Munitioribus & tunc fuerunt & validiores.* Et certe crebrius apud noſtrum legas, *validum præſidium*, aut *validum præſidio* vel *munitione locum*, quam *validam munitionem* aut *validum locum* ſimpliciter, ut arbitrere ex illis, quæ diximus ad lib. 21. 57. Lib. 44. *Ex tot caſtellis aliquanto altioribus ac munitioribus, quæ validis præſidiis inſediſſent, priore anno dejectos.* Et contra *invalidus exercitus* lib. 27. *Se cum invalido exercitu, quoad tutum putaret, progreſſurum.* Sed hoc incommodum eſt ſcriptæ lectionis, quod quum ſemel dictum eſſet, *exercitus hoſtium*, numero plurativo, ſubjungitur ſtatim, *exercitus ille.* Quod tollere conati vulgatæ architecti licenter à veteri ſcriptura receſſerunt: alia mutarunt, quædam addiderunt, omnia tranſpoſuerunt, aliquid deleverunt. Quid inſolentius? Videtur potius hoc ab auctore exiſſe: *Munitioribus & tunc fuerunt & validiores impoſiti exercitus hoſtium locis: ille & numerus major & militum genere aliquanto melior.* Vocem unam, *exercitus*, pro additamento delemus, & pro *numero* ſcribimus *numerus*: hæc omnis audacia noſtra, cætera ſuo loco relicta. Compoſitio autem prorſus more Liviano vermiculata. Lib. 42. *Auditis hoſtium copiis reſpicerent ſuum ipſi exercitum, quantum numero, quantum genere militum præſtarent tironibus raptim ad id bellum conſcriptis.* Sed confirmant mirifice totum, quæ diximus ad locum citatum. *J. F. Gron.*

ſtium ille & numero major, & militum genere aliquanto melior. Quippe illic Macedones Thraceſque & Illyrii erant, ferociſſimæ omnes gentes: hic Syri & Aſiatici Græci ſunt; leviſſima genera hominum, & ſervituti nata. Rex ille bellicoſiſſimus, exercitatus jam inde ab juventa finitimis Thracum atque Illyriorum, & circa omnium accolarum bellis: hic [1] ut aliam omnem vitam ſileam, is eſt, qui quum ad inferendum populo Romano bellum ex Aſia in Europam tranſiſſet, nihil memorabilius toto tempore hibernorum geſſerit, quam quod amoris cauſſa ex domo privata & obſcuri etiam inter populares generis uxorem duxit. & novus maritus velut ſaginatus nuptialibus cœnis, ad pugnam proceſſit. Summa virium ſpeique ejus in Ætolis fuit; gente vaniſſima, & ingratiſſima; ut vos prius experti eſtis, nunc Antiochus experitur. Nam nec convenerunt frequentes, nec contineri in caſtris potuerunt, & in ſeditione ipſi inter ſe ſunt: & quum Hypatam tuendam Heracleamque depopoſciſſent, [2] neutram tutati, refugerunt in juga montium, pars Heracleæ incluſerunt ſeſe. Rex ipſe confeſſus, nuſquam æquo campo non modo congredi ſe ad pugnam audere, ſed ne caſtra quidem in aperto ponere, relicta omni ante ſe regione ea, quam ſe nobis ac Philippo ademiſſe gloriabatur, condidit ſe intra rupes: ne ante fauces quidem ſaltus, ut quondam Lacedæmonios fama eſt, ſed intra penitus retractis caſtris. quod quantum intereſt ad timorem oſtendendum, an muris alicujus urbis obſidendum ſeſe incluſerit? Sed neque Antiochum tuebuntur, nec Ætolos vertices illi, quos ceperunt. [3] Satis undique

1 *Ut aliam omnem vitam omittam*] Sic quidem Mog. at multo plures: *ut omnem aliam vitam ſileam*. J.F. Gron.

2 *Neutram tutati, pars refugerunt in juga montium, pars*] Vox *pars* è Mog. interpoſita priore loco non comparet in Mſſ. noſtris, & jure deleri monſtravimus ad lib. 3, 37. Auctor de bello Africano: *Interim equitum Numidarum copias dextra ſiniſtraque per colles præcurrere, coronaque in modum cingere multitudine ſua Cæſaris copias, pars agmen extremum inſequi.* Noſter lib. 40. *Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat; interdum manus ad cœlum tendens, opem ut dii ferrent orabat.* Ubi vulgarius bis poneretur *interdum*. Quibus omnibus firmatur lectio trium Pall. & Voſſ. Mſſ. quam recepimus lib. 3, 18. *Hic inſtabat nova pugna: nihil remiſerat prior.* Ubi interjecerunt vulgo: *illa nihil remiſerat prior.* Idem.

3 *Satis undique proviſum atque præcautum eſt*] Et hoc è Moguntino. At noſtri ſcripti cum prius editis: *ſatis undique*

dique proviſum anteque pracautum eſt, ne quid adverſus vos in pugna præter hoſtes eſſet. Illud proponere animo veſtro debetis; non vos pro Græciæ libertate tantum dimicare (quamquam is quoque egregius titulus eſſet, liberatam à Philippo ante, nunc ab Ætolis & ab Antiocho liberare) neque ea tantum in præmium veſtrum ceſſura, quæ nunc in regiis caſtris ſunt: ſed illum quoque omnem apparatum, qui indies ab Epheſo exſpectatur, prædæ futurum: Aſiam deinde Syriamque, & omnia uſque ad ortus ſolis ditiſſima regna [1] imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit: & omne humanum genus ſecundum Deos nomen Romanum veneretur? In hac tanta præmia dignos parate animos, ut craſtino die bene juvantibus Diis acie
18 *decernamus.* Ab hac concione dimiſſi milites, priuſquam corpora curarent, arma telaque parant. Luce prima, ſigno pugnæ propoſito, [2] inſtruit aciem conſul, arcta fronte, ad naturam & anguſtias loci. Rex poſteaquam ſigna hoſtium conſpexit, & ipſe copias eduxit. [3] Levis armaturæ

undique proviſum anteque pracautum eſt. Meminerat ille forſan illorum lib. 22. *Paullus etiam atque etiam dicere providendum præcavendumque eſſe.* Lib. 23. *omniaque velut adverſus præſentem Annibalem cauta proviſaque fuerunt.* Lib. 24. *Summa cura providendum ac præcavendum nobis eſt.* Forſan & Ciceronis lib. 4 in Verrem: *Verumtamen ita res mihi tota proviſa atque præcauta eſt.* Sed non profecto hujus in oratione pro Plancio: *providentem ante & præcaventem nunquam certe movebunt.* Neque in ſimilibus illorum noſtri lib. 38. *Nihil ne bellum haberent, priuſquam pæne in conſpectu hoſtis erat, præmeditati.* Lib. 40. *Ferox interim fœmina ad multo ante præcogitatum revoluta facinus.* Et eodem: *tandem legati, jam ante præmeditati in Macedonia, quæ ab Roma renuntiarent, venerunt.* Auctor de bello Hiſpanienſi: *ex itinere loricatos viros fortes cum equitatu ante præmiſit.* J. F. Gron.

1 *Imperio Romano aperturos*] Forte, *aperturis.* ut referatur ad id quod ſupra, *in præmium veſtrum ceſſura.* Idem.

2 *Inſtruit aciem c. ar. fr. ad nat. & anguſtias loci*] Appianus ſic: ἤδη δὲ καὶ Μάνιος ἐπῆγε τὴν στρατιὰν Ἀντιόχῳ κατὰ μέτωπον ἐς λόχους ὀρθίους διῃρημένην. Sigonius.

3 *Levis armaturæ partem ante vallum in primo locavit.*] Eodem modo inſtructam aciem fuiſſe ab Antiocho tradit Appianus, præterquam quod in dextro cornu jaculatores, in ſiniſtro elephantes collocatos fuiſſe ait, contra quam ſcribit hoc loco Livius. De Macedonib. autem pro Antiocho militantibus, non eſt, quod Glareanus dubitet. Idem enim prodit Appianus his verbis: καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ψιλοὺς καὶ πελταστὰς προμάχεσθαι τῆς φάλαγγος ἐκέλευσεν· αὐτὴν δ' ἔστησε πρὸ τοῦ στρατοπέδου, ἐπὶ δεξιᾷ δ' αὐτῆς τοὺς

uræ partem ante vallum in primo locavit: tum Macedonum robur, quos Sariſſophoros appellabant, velut firmamentum circa ipſas munitiones conſtituit. his ab ſiniſtro cornu jaculatorum ſagittariorumque & funditorum manum ſub ipſis radicibus montis poſuit, ut ex altiore loco nuda latera hoſtium inceſſerent. [1] ab dextro Macedonibus ad ipſum munimentorum finem, qua loca uſque ad mare invia paluſtri limo & voraginibus claudunt, elephantos cum aſſueto præſidio poſuit: poſt eos equites. cum modico intervallo relicto, cæteras copias in ſecunda acie. Macedones pro vallo locati, primo facile ſuſtinebant Romanos, tentantes ab omni parte aditus: multum adjuvantibus qui ex loco ſuperiore fundis, velut nimbum, glandes & ſagittas ſimul & jacula ingerebant. deinde, ut major nec jam toleranda vis hoſtium inferebat ſe; pulſi loco, intra munimenta ſubductis ordinibus conceſſerunt: inde ex vallo prope alterum [2] vallum, haſtis præ ſe objectis, fecerunt. & ita modica altitudo valli erat, ut & locum ſuperiorem ad pugnandum ſuis præberet: & propter longitudinem haſtarum ſubjectum haberet hoſtem. Multi temere ſubeuntes vallum transfixi ſunt: & aut incepto irrito receſſiſſent, aut plures cecidiſſent, ni M. Porcius ab jugo Callidromi, dejectis inde Ætolis, & magna ex parte cæſis, (incautos enim & pleroſque ſopitos oppreſſerat) ſuper imminentem caſtris collem apparuiſſet. Flacco non eadem fortuna ad Ti- 19
chiunta & [3] Rhoduntiam, nequicquam ſubire ad ea caſtella

τοὺς σφενδονήτας καὶ τοξότας, ἐπὶ τῶν ὑπωρειῶν. τοὺς δ' ἐλέφαντας ἐν ἀριστερᾷ, καὶ τὸ στῖφος, ὃ μετ' αὐτῶν ἀεὶ συνετέτακτο, παρὰ τῇ θαλάσσῃ. Item: ἐπεὶ δ' αὐτοὺς φιλοπόνως δεχόμενός τε καὶ ἀναχωρῶν, καὶ αὖθις ὀπίσω ἐτρέψατο, τοὺς μὲν ψιλοὺς ἡ φάλαγξ ἡ τῶν Μακεδόνων διαστᾶσα εἰς αὑτὴν ἐδέξατο, &c. Sigonius.

1 *Ab dextro Macedonibus*] Poſſumus carere tertia voce, & ante τὸ *ab dextro* intelligere *his* à fronte præcedentis membri, ubi poſitum eſt. *J. F. Gron.*

2 *Vallum haſtis præ ſe objectis fecerunt*] Sariſſas Macedonicas intelligit. Sic enim Appianus: καὶ τὰς σαρίσας ἐν τάξει πυκνὰς προὔβαλλον. *Sigonius.*

3 *Rhodontiam*] Vet. libri, *Rhoduntiam*. Græci item Ῥοδουντία. *Idem.*

la conato, fuerat. Macedones, quique alii in caſtris regiis erant, primo, dum procul nihil aliud quam turba & agmen apparebat, Ætolos credere viſa procul pugnæ ſubſidio venire. cæterum ut primum ſignaque & arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pavor omnes cepit, ut abjectis armis fugerent. Et munimenta ſequentes impedierunt, & anguſtiæ vallis, per quam ſequendi erant: & maxime omnium, quod elephanti noviſſimi agminis erant, quos pedes ægre prætERire, eques nullo poterat modo; timentibus equis, tumultumque inter ſe majorem quam in prœlio edentibus. Aliquantum temporis & direptio caſtrorum tenuit. [1] Scarphiam tamen eo die perſecuti ſunt hoſtem. Multis in ipſo itinere cæſis captiſque, non equis viriſque tantum, ſed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in caſtra reverterunt: quæ tentata eo die inter ipſum pugnæ tempus ab Ætolis Heracleam obtinentibus præſidio, ſine ullo haud parum audacis incepti effectu fuerant. Conſul noctis inſequentis tertia vigilia præmiſſo equitatu ad perſequendum hoſtem, ſigna legionum prima luce movit. Aliquantum viæ præceperat rex; ut qui non ante quam Elatiæ ab effuſo conſtiterit curſu: ubi primum reliquiis pugnæque & fugæ collectis, cum perexigua manu ſemiermium militum Chalcidem ſe recepit. Romanus equitatus ipſum quidem regem Elatiæ aſſecutus non eſt, [2] ſed magnam partem agminis, aut

1 *Lilæum tamen eo die*, &c.] In vet. lib. legitur *Carpeiam.* Glareanus autem repoſuit, *Lilæum*, quod ut ipſe ait, in eo itinere oppidum ſit, *Carpeia* nuſquam. Inſcite autem ipſum feciſſe, Appianus oſtendit, qui pro *Carpeiam*, *Scarphiam* edit his verbis: Μάνιος μὲν ἐπὶ Σκάρφειαν ἐδίωκεν αὐτούς. Eſt autem *Scarphia* oppidum prope Thermopylas, ubi pugnatum erat, auctore Stephano: Σκάρφεια πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγύς. *Sigonius.*

2 *Sed magnam partem agminis*] In primo Aſcenſio illud *ſed*: Andreas, Tarv. Bec. Ven. ignorant, ut & ſcripti. Solentque eam eleganter non exprimere. Lib. 28. *Gladiatorium ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum*, &c. *voluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit.* Etenim plenum erat: *ſed voluntaria.* Lib. 33. *Nec hoc finitimis aut propinquæ vicinitatis hominibus aut terris continenti junctis præſtet: maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injuſtum* im-

aut laſſitudine ſubſiſtentis, aut errore, ut qui ſine ducibus per ignota itinera fugerent, diſſipatos oppreſſerunt. [1] nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quiſquam effugit: etiam ex decem millibus militum, quos Polybio auctore trajeciſſe ſecum regem in Græciam ſcripſimus, exiguus numerus. quid ſi Antiati Valerio credamus, ſexaginta millia militum fuiſſe in regio exercitu ſcribenti, quadraginta inde millia cecidiſſe, ſupra quinque millia capta cum ſignis militaribus ducentis triginta? [2] Romanorum centum quinquaginta in ipſo certamine pugnæ, ab incurſu Ætolorum ſe tuentes non plus quinquaginta interfecti ſunt. Conſule per Phocidem & Bœotiam exercitum ducente, conſciæ defectionis civitates, cum velamentis ante portas ſtabant; metu ne hoſtiliter diriperentur. cæterum per omnes dies haud ſecus quam in pacato agro [3] ſine violatione ullius rei [4] agmine proceſſit; donec in agrum Coronæum ventum eſt. Ibi ſtatua regis Antiochi poſita in templo Minervæ Itoniæ iram accendit: permiſſumque militi eſt, ut circum-

imperium ſit. Senſus enim dictat, *ſed maria.* Martialis, *Non ſe, convivas abſtinet ille ſuos.* Et alibi: *Diſcidium non eſt hoc, Proculeja; lucrum eſt.* Similiter juvimus noſtrum lib. 28, 39. *J. F. Gron.*

1 *Nec præter quingentos, - - - quiſquam effugit, etiam ex x millibus - - - exiguus numerus*] Eadem ſumma eſt etiam apud Appianum. Ἀντιόχου δὲ, σὺν τοῖς ληφθεῖσιν, ἀμφὶ τοὺς μυρίους. αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τροπῆς μετὰ πεντακοσίων ἱππέων εἰς Ἐλάτειαν διέδραμεν. Sigonius.

2 *Romanor. centum L interfecti*] Appianus item ait: prope ducentos: Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. Idem.

Roman. CL interfecti ſunt] Hic augmentum in Moguntino eſt, quod non debuit ſperni. Habetur enim: *Romanorum centum quinquaginta in ipſo certamine pugnæ, ab incurſu Ætolorum ſe tuentes non plus quinquaginta interfecti ſunt.* Nam collectus hic numerus eſt ille ipſe, quem habet Appianus: Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. *Incurſus Ætolorum* eſt, quod dixerat caſtra Romana *tentata eo die inter ipſum pugnæ tempus ab Ætolis Heracleam obtinentibus.* Nec negari poteſt Livii eſſe, *in ipſo certamine pugnæ.* J. F. Gron.

3 *Sine violatione ullius rei*] Et hoc Magontiaci natum. Vix tamen præferam illi, quod in aliis ſcriptis editiſque: *ſine vexatione.* Cicero, *vexatio direptioque ſociorum.* Vide Gellium lib. 2, 6. *Idem.*

4 *Agmine proceſſit*] Quum declaratum mihi fuerit magis id Livianum videri, acquieſcam. Nunc quod in MS. Thuan. videam exſtare *agmen proceſſit*, longe præferendum cenſeo. Utique anteceſſit nihil, ad quod vox *proceſſit* reſpiciat. *Jac. Gron.*

2 *Ceneum*

cumjectum templo agrum popularetur. deinde cogitatio animum ſubiit; quum communi decreto Bœotorum poſita eſſet ſtatua, indignum eſſe in unum Coronenſem agrum ſævire. Revocato extemplo milite, finis populandi factus: caſtigati tantum verbis Bœoti, ob ingratum in tantis tamque recentibus beneficiis animum erga Romanos. Inter ipſum pugnæ tempus decem naves regiæ cum præfecto Iſidoro ad Thronium in ſinu Maliaco ſtabant. eo gravis vulneribus Alexander Acarnan nuncius adverſæ pugnæ quum perfugiſſet, trepidæ inde recenti terrore naves [1] Cenæum Eubœæ petierunt. ibi mortuus ſepultuſque Alexander. Tres, quæ ex Aſia profectæ eundem portum tenuerant naves, audita exercitus clade, Epheſum redierunt. Iſidorus ab Cenæo Demetriadem, ſi forte eo deferret fuga regem, trajecit. Per eoſdem dies A. Atilius præfectus Romanæ claſſis, magnos regios commeatus, jam fretum, quod ad Andrum inſulam eſt, prætervectos, excepit: alias merſit, alias cepit naves. [2] quæ noviſſimæ agminis erant, curſum in Aſiam verterunt. Atilius Piræeum, unde profectus erat, cum agmine captivarum navium revectus, magnam vim frumenti & Athenienſibus, & aliis ejuſdem regionis ſociis diviſit.
21 Antiochus ſub adventum conſulis à Chalcide profectus, Tenum primo tenuit. inde Epheſum tranſmiſit. Conſuli Chalcidem venienti portæ patuerunt; quum appropinquante eo Ariſtoteles, præfectus regis, urbe exceſſiſſet. & cæteræ urbes in Eubœa ſine certamine traditæ, paucoſque per dies omnibus perpacatis, ſine ullius noxa urbis, exercitus Thermopylas reductus. multo modeſtia poſt victoriam, quam ipſa victoria laudabilior. Inde conſul M. Catonem, per quem

quæ

1 *Ceneum Eubœæ*] Græci Κήναιον. Itaque diphthongus apponenda eſt. *Sigonius.*

2 *Quæ noviſſima agminis erant*] Vet. lib. *Noviſſimi*, perſpicue verum. *Idem.*

1 *Haud*

quæ geſta eſſent ſenatus populuſque Romanus [1] haud dubio auctore ſciret, Romam miſit. Is à Creuſa (Theſpienſium emporium eſt, in intimo ſinu Corinthiaco retractum) Patras Achaiæ petit: à Patris Corcyram uſque Ætoliæ atque Acarnaniæ littora legit: atque ita [2] ad Hydruntum Italiæ trajecit. quinto die inde pedeſtri itinere Romam ingenti curſu pervenit. ante lucem ingreſſus urbem, à porta ad prætorem M. Junium iter intendit. [3] Is prima luce ſenatum vocavit. quo L. Cornelius Scipio aliquot diebus ante à conſule dimiſſus, quum adveniens audiſſet prægreſſum Catonem in ſenatu eſſe; ſupervenit exponenti quæ geſta eſſent. Duo inde legati juſſu ſenatus in concionem ſunt producti: atque ibi eadem, quæ in ſenatu, de rebus in Ætolia geſtis, expoſuerunt. Supplicatio in triduum decreta eſt; & ut quadraginta hoſtiis majoribus prætor, quibus Diis ei videretur, ſacrificaret. Per eoſdem dies & M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante prætor in ulteriorem Hiſpaniam erat profectus, ovans urbem eſt ingreſſus: argenti bigati præ ſe tulit centum & triginta millia: & extra numeratum duodecim millia pondo argenti: auri pondo centum viginti
ſeptem. Acilius conſul ab Thermopylis Heracleam ad 22
Ætolos præmiſit. *ut tunc ſaltem experti regiam vanitatem reſipiſcerent; traditaque Heraclea, cogitarent de petenda ab ſenatu ſeu furoris ſui, ſeu erroris venia. & cætera Græciæ civitates defeciſſe eo bello ab optime de ſe meritis Romanis: ſed quia*

poſt

1 *Haud dubio auctore ſciret*] Malim: *per quem, quæ geſta eſſent, ſenatus populuſque Romanus, haud dubium auctorem ſciret.* J. F. Gron.

2 *Ad Hydruntem Italiæ trajecit*] Plutarch. Brunduſium & Tarentum ait tranſmiſiſſe in Cat. καὶ διέπλευσε μὲν εἰς Βρεντέσιον εὐτυχῶς, μιᾷ δ' ἡμέρᾳ ἐκεῖθεν διελάσας εἰς Τάραντα, καὶ τέσσαρας ἄλλας ὁδεύσας, πεμπταῖος εἰς Ῥώμην ἀπὸ θαλάσσης ἀφίκετο. Strabo autem lib. 6 tranſmiſſiones in Italiam Græcia tres fuiſſe tradit, Tarentum, Brunduſium, & Rhegium. Plinius vero lib. 3 ab Hydrunte in Græciam tranſitum breviorem ait eſſe, à Brunduſio vero longiorem illum quidem, ſed certiorem. *Sigonius.*

3 *Is prima luce ſenatum vocavit*] Corrige ex Voſſiano: *Is prima luce ſenatum vocavit.* Et vide, ſi lubet, quæ ad lib. 2, 55 notamus. *J. F. Gron.*

1 *Cujus*

poſt fugam regis, [1] *cujus fiducia ab officio deceſſiſſent; non addidiſſent pertinaciam culpæ, in fidem receptas eſſe. Ætolos quoque, quamquam non ſecuti ſint regem, ſed arceſſierint, & duces belli, non ſocii fuerint; ſi pœnitere poſſint, poſſe & incolumes eſſe.* Ad ea quum pacati nihil reſponderetur, appareretque armis rem gerendam, & rege ſuperato bellum Ætolicum integrum reſtare; caſtra ab Thermopylis ad Heracleam movit: eoque ipſo die, ut ſitum noſceret urbis, ab omni parte equo mœnia eſt circumvectus. Sita eſt Heraclea in radicibus Oetæ montis: ipſa in campo, arcem imminentem loco alto, & undique præcipiti habet. Contemplatus omnia, quæ noſcenda erant, quatuor ſimul locis aggredi urbem conſtituit. [2] à flumine Aſopo, qua & gymnaſium eſt, L. Valerium operibus atque oppugnationi præpoſuit: [3] arcem extra muros, quæ frequentius prope quam urbs habitabatur, Ti. Sempronio Longo oppugnandam dedit: ſinu Maliaco, quæ aditum haud facilem pars habebat, M. Bæbium; ab altero amniculo, quem Melana vocant, adverſus Dianæ templum, Appium Claudium oppoſuit. Horum magno certamine intra paucos dies turres, arieteſque, & alius omnis apparatus oppugnandarum urbium perficitur. & quum ager Heracleenſis paluſter omnis frequenſque proceris arboribus, benigne ad omne genus operum materiam ſuppedita-

1 *Cujus fiducia ab officio deceſſiſſent*] Lege, *diſceſſiſſent*. De quo ſuperius. *J. F. Gron.*

2 *A flumine Aſoto*] Ex Strabone, Herodoto, Sequeſtre, *Aſopo*, legendum eſt. *Sigonius.*

3 *Arcem extra muros, quæ frequentius prope,* &c.] Ti. Sempronius in hujus urbis oppugnatione juſſus à Coſ. intentos tenere milites, dum aliæ tres pugnarent acies, ſignumque exſpectare: quo dato ab ſua parte primus oppidum cepit. Si igitur ab arce oppugnabat, eam haud dubie cepit. Quo igitur pacto Ætoli poſtea in arcem confugere poterant? Niſi quis dicat, aut locos interea mutatos: aut duas ejus oppidi fuiſſe arces; aut pro *arce* legend. *ſuburbium*, &c. *Glarean.*

Arcem extra muros quæ] Recte cenſet Glareanus, hæc pugnare cum iis, quæ traduntur cap. 24. Sciendum hæc quatuor verba uni codici Mog. deberi: nam nec in ſcriptis, quibus uſi ſumus, nec in antiquitus editis leguntur: eſt autem in iiſdem, *in urbe.* Levi ergo mutatione ſic reſtituenda videntur: *partem, qua extra muros frequentius prope quam in urbe habitabatur.* J. F. Gron.

ditabat: tum quia refugerant intra mœnia Ætoli, [1] deſertaque in veſtibulo urbis erant tecta, in varios uſus non tigna modo & tabulas, ſed laterem quoque, & cæmenta, & ſaxa, variæ magnitudinis, præbebant. Et Ro- 23
mani quidem operibus magis quam armis urbem oppugnabant: Ætoli [2] contra armis ſe tuebantur. nam quum ariete quaterentur muri, [3] non laqueis, ut ſolet, exceptos declinabant ictus: ſed armati, frequentes quidam ignes etiam, quos aggeribus injicerent, ferebant. fornices quoque in muro erant apti ad excurrendum: & ipſi, quum pro dirutis reficerent muros, crebriores eos, ut pluribus erumperetur in hoſtem locis, faciebant. Hoc primis diebus, dum integræ vires erant, & frequentes & impigre fecerunt: indies deinde pauciores, & ſegnius. Etenim quum multis urgerentur rebus, nulla eos res æque ac vigiliæ conficiebant; Romanis in magna copia militum ſuccedentibus aliis in ſtationem aliorum, Ætolos propter paucitatem eoſdem [4] dies nocteſque aſſiduo labore urente. Per quatuor & viginti dies, ita ut nullum tempus vacuum dimicatione eſſet, adverſus quatuor è partibus ſimul oppugnantem hoſtem nocturnus diurno

con-

1 *Deſertaque in veſtibulo urbis erant tecta*] Verbum ſubſtantivum cum particula deleo, ſcriboque: *tum quia refugerant intra mœnia Ætoli, deſerta in veſtibulo urbis tecta in varios uſus non tigna modo, & tabulas, ſed laterem quoque & cæmenta & ſaxa variæ magnitudinis præbebant.* Aut mitius: *deſerta, quæ in veſtibulo urbis erant, tecta in varios.* J. F. Gron.

2 *Contra armis ſe tuebantur*] Ex illis, quæ lib. 22, 60 notavimus, ſuſpicor Livio fuiſſe: *Ætoli contra armis magis quam mœnibus ſe tuebantur. nam quum ariete quaterentur muri, non laqueis, ut ſolet, exceptos declinabant ictus: ſed armati frequentes erumpebant; quidam ignes etiam, quos aggeribus injicerent, ferebant.* Sic libro ſequenti in oppugnatione Amphiſſæ, cap. 5. *Idem.*

3 *Non laqueis, ut ſolet, &c.*] Vitruvius lib. 4 cap. 23. *Alii laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipſis teſtudinibus evertunt.* Sigonius.

Non laqueis, ut ſolet, exceptos declinabant] Voſſ. *ut ſolent.* J. F. Gron.

4 *Dies n. a. labore urente*] Vet. lib. *urgente.* Sigonius.

Dies nocteſque aſſiduo labore urgente] Ita ab Sigonii libro. Sed noſtri cum editis olim: *aſſiduo labore urente.* Quod quidem facile fero & retineo. Noſter lib. 27. *Quos & Machanidas tyrannus Lacedamoniorum finitimo bello urebat.* Eodemque libro: *Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur.* Lib. 32. *Tanquam non inteſtino & hærente in ipſis viſceribus uramur bello.* J. F. Gron.

1 *Tu*

continuatus labor eſt. Quum fatigatos jam Ætolos ſciret conſul & ex ratione temporis, & quod ita transfugæ affirmabant, tale conſilium iniit. media nocte receptui ſignum dedit, & ab oppugnatione ſimul omnes milites deductos uſque ad tertiam diei horam quietos in caſtris tenuit. inde cœpta oppugnatio ad mediam rurſus noctem perducta eſt: intermiſſa deinde uſque ad tertiam diei horam. Fatigationem rati cauſſam eſſe Ætoli non continuandæ oppugnationis, quæ & ipſos affecerat, ubi Romanis datum receptui ſignum eſſet, velut ipſi quoque hoc revocati, pro ſe quiſque ex ſtationibus decedebant: nec ante tertiam diei horam armati in muris apparebant.

24 Conſul quum nocte media intermiſiſſet oppugnationem, quarta vigilia rurſus ab tribus partibus ſumma vi aggreſſus; ab una Ti. Sempronium tenere intentos milites ſignumque exſpectantes juſſit: ad ea in nocturno tumultu, unde clamor exaudiretur, haud dubie ratus hoſtes concurſuros. Ætoli pars ſopiti affecta labore ac vigiliis corpora ex ſomno moliebantur: pars vigilantes adhuc ad ſtrepitum pugnantium in tenebris currunt. Hoſtes partim per ruinas jacentis muri tranſcendere conantur: partim ſcalis aſcenſus tentant. adverſus quos [1] undique ad opem ferendam occurrunt Ætoli. Pars una, in qua ædificia extra urbem erant, neque defenditur, neque oppugnatur: ſed qui oppugnarent, intenti ſignum exſpectabant, defenſor nemo aderat. Jam diluceſcebat, quum ſignum conſul dedit: & ſine ullo certamine [2] partim per

1 *Undique ad opem ferendam concurrunt Ætoli*] Libri calamo exarati editique ante Mog. *occurrunt*. Placet utique. Lib. 21. *Aſdrubal cum octo millibus peditum, mille equitum, tanquam ad primum adventum Romanorum occurſurus*. Lib. 37. *Quatere muros terraſque cœpit, deinde quum eo multitudo occurreret ad defendendum*. Lib. 38. *Nec Ætolos ſimul ad tria diverſa bella occurſantes ſufficere*. Auctor de bello Africano: *animadvertit copias hoſtium iis legionibus occurrere ſuppetias*. Et iterum: *Cæſar alteram alam mittit, qui ſatagentibus celeriter occurrerent*. J. F. Gron.

2 *Partim per ſemiruta, partim*] Ab Gelenio eſt. Nam quum tria priora verba vulgo abeſſent, Moguntiaci, teſte quoque Modio, repertum: *partim per erutos, partim*: ut exinde ipſi, Aldus,

per ſemiruta, partim ſcalis integros muros tranſcendere. Simul clamor index capti oppidi eſt exauditus, undique Ætoli deſertis ſtationibus in arcem fugiunt. Oppidum victores permiſſu conſulis diripiunt: non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles coërcitus in tot receptis ex poteſtate hoſtium urbibus, aliquo tandem loco fructum victoriæ ſentiret. Revocatos inde à medio ferme die milites quum in duas diviſiſſet partes; unam radicibus montium circumduci ad rupem juſſit: quæ faſtigio altitudinis par, media valle velut abrupta ab arce erat: ſed adeo prope geminata cacumina eorum montium ſunt, ut ex vertice altero conjici tela in arcem poſſint: cum dimidia militum parte conſul ab urbe eſcenſurus in arcem, ſignum ab iis, qui ab tergo in rupem evaſuri erant, exſpectabat. Non tulere qui in arce erant Ætoli primum eorum, qui rupem ceperant, clamorem, deinde impetum ab urbe Romanorum; & fractis jam animis, & nulla ibi præparata re ad obſidionem diutius tolerandam: utpote congregatis fœminis, pueriſque, & imbelli alia turba in arcem, quæ vix capere, nedum tueri multitudinem tantam poſſet. itaque ad primum impetum abjectis armis dediderunt ſeſe. [1] Traditus inter cæteros princeps Ætolorum Damocritus eſt: qui principio belli decretum Ætolorum, quo arceſſendum Antiochum cenſuerant, T. Quintio poſcenti reſponderat: *In Italia daturum, quum caſtra ibi Ætoli poſuiſſent.* ob eam ferociam [2] majus victoribus gaudium traditus fuit. Eodem tempore

dus, Iuntas, Frobenius ediderunt. Saveterius, *partim per erutos ſcalis, partim ſcalis per integros.* Scribe: *& ſine ullo certamine partim prorutos, partim ſcalis integros muros tranſcendere.* Qui proruti erant, ad eos ſcalis nullis erat opus. *J. F. Gron.*

1 *Traditus inter ceteros --- cum caſtra ibi Ætoli poſuiſſent*] Idem Appian. ita: Δαμόκριτόν τε τὸν στρατηγὸν τῶν Αἰτωλῶν ἐνταῦθα ὁ Μάνιος ἔλαβε, κρυπτόμενον, ὃς Φλαμινίνῳ περὶ Τίβεριν ἠπείλει στρατοπεδεύειν. *Sigonius.*

2 *Majus victoribus gaudium traditum fuit*] Sic Modiana. neſcio an & aliæ. nam Veneta vet. *traditus.* Abiici poterat tota vox. *Gruterus.*

Victoribus gaudium traditum fuit] Recte Freinshemius: *traditus:* Nam ad Damocritum ea vox referenda. *J. F. Gron.*

pore quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex compoſito oppugnabat; circa Thermopylas cum conſule redeunte ex Bœotia, ut victoriam ipſi populoque Romano gratularetur, excuſaretque quod morbo impeditus bello non interfuiſſet, congreſſus. inde diverſi ad duas ſimul oppugnandas urbes profecti. Interſunt ſeptem millia ferme paſſuum. [1] & quia Lamia quum poſita eſt in tumulo, tum regionem ea maxime deſpectat oppidum, qua breve intervallum videtur, & omnia in conſpectu ſunt; quum enixe velut propoſito certamine Romani Macedoneſque diem ac noctem, aut in operibus aut in prœliis eſſent, hoc major difficultas Macedonibus erat, quod Romani aggere & vineis & omnibus ſupra terram operibus, ſubtus Macedones cuniculis oppugnabant: & in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat. & quum parum procederet inceptum, per colloquia principum oppidanos tentabat rex, ut urbem dederent: haud dubius, quin ſi prius Heraclea capta foret, Romanis ſe potius quam ſibi dedituri eſſent; ſuamque gratiam conſul in obſidione liberanda facturus eſſet.

1 *Et quia Lamia compoſita in tum. - - - intervallum videtur*] Vet. lib. *Poſita eſt.* Ceterum ſenſus, quem ex his verbis elicere Glareanus non poteſt, hic eſt. Et quia Lamia poſita eſt in tumulo, & oppidum deſpectat regionem maxime ea parte, qua breve intervallum eſt ad eam oppugnandam, & omnia ab illa parte in conſpectu ſunt, iccirco cum Romani Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaret, non pari labore afficiebantur. Romani enim ſupra terram opera agebant, Macedones ſubtus cuniculis oppugnabant. *Sigonius.*

Lamia quum poſita eſt] Sigonius advocat, *Lamia compoſita*, & ex vet. lib. corrigit *poſita*. Scire autem debuit, quum eſſet in editis *Lamia*, *poſita*, ex Mog. unde & reliqua hujus loci ſaniora ſunt, emendaſſe Gelenium, *cum poſita*: ex quo ſicubi coaluit *compoſita*, id eſſe operarum mendum. Senſum autem, quem elicere ſe negat Glareanus, eruit forſan Sigonius: ſed ita obſcure, ut Livium facilius quam ipſum intelligas. Quid eſt enim, *qua breve intervallum videtur ad eam oppugnandam*? Livius ait hoc difficultatem attuliſſe Macedonibus, quod unde maxime tentari urbs poterat, nempe qua breviſſimum erat ſpatium inter collem, cui erat impoſita, & plana, in quibus tendebat Philippus, ea regio omnis oppidanis erat ſub certiſſimo oculorum ictu, ut nihil movere poſſet, quin animadverterent occurrerentque obſeſſi, atque eo compelleretur dolis ſubterraneis agere, non ſupra terram moliri. Forte autem ſcripſit auctor: *ut omnia in conſpectu ſint.* J. F. Gron.

eſſet. nec eum opinio eſt fruſtrata: confeſtim enim ab Heraclea capta nuncius venit, ut oppugnatione abſiſteret: æquius eſſe, Romanos milites, qui acie dimicaſſent cum Ætolis, præmia victoriæ habere. [1] Ita receſſum ab Lamia eſt, & propinquæ clade urbis ipſi, ne quid ſimile paterentur, effugerunt. Paucis priuſquam Hera- 26
clea caperetur diebus, Ætoli concilio Hypatam coacto, legatos ad Antiochum miſerunt: inter quos & Thoas idem, qui & antea, miſſus eſt. mandata erant, ut ab rege peterent primum, ut ipſe coactis rurſus terreſtribus navalibuſque copiis, in Græciam trajiceret: deinde, ſi qua ipſum teneret res, ut pecuniam & auxilia mitteret. id quum ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi ſocios, tum etiam ad incolumitatem regni, non ſinere Romanos omni cura vacuos, quum Ætolorum gentem ſuſtuliſſent, omnibus copiis in Aſiam trajicere. Vera erant quæ dicebantur: eo magis regem moverunt. Itaque in præſentia pecuniam, quæ ad uſus belli neceſſaria erat, legatis dedit: auxilia terreſtria navaliaque affirmavit miſſurum. Thoantem unum ex legatis retinuit, & ipſum haud invitum morantem, ut exactor præſens promiſſorum adeſſet. Cæterum Heraclea capta fregit tan- 27
dem animos Ætolorum: & poſt paucos dies quam [2] ad bellum renovandum, acciendumque regem in Aſiam miſerant legatos; abjectis belli conſiliis, pacis petendæ oratores, ad conſulem miſerunt. Quos dicere exorſos conſul interfatus, quum alia ſibi prævertenda eſſe dixiſſet; redire Hypatam eos datis dierum decem induciis, & L. Va-

1 *Ita receſſum ab Lamia eſt, & propinqua cladi urbis ipſi --- effugerunt*] Lamia à Philippo oppugnata juſſu conſulis liberatur, ut ipſa paulo poſt à conſule, & ab exercitu Romano capiatur, & præda Romanorum ſit, non Macedonum. Quem ſenſum non percepiſſe Glareanum valde miror. *Sigonius.*

2 *Ad bellum renovandum accipiendumque regem in Aſiam*] Vetuſtiores non Curione quidem excepto: *ad bellum renovandum acciendumque regem, in Aſiam miſerant legatos.* Paullo ſuperius: *mandata erant, ab rege peterent primum, ut ipſe coactis rurſus terreſtribus navalibuſque copiis in Graciam trajiceret.* J. F. Gron.

 1 *Pa-*

L. Valerio Flacco cum iis miſſo, juſſit. ei quæ ſecum acturi fuiſſent, exponere: & ſi qua vellent alia. Hypatam ut eſt ventum, principes Ætolorum apud Flaccum concilium habuerunt; conſultantes, quonam agendum modo apud conſulem foret. [1] Parantibus iis antiqua fœderum ordiri; meritaque in populum Romanum, *Abſiſtere iis Flaccus* juſſit, *quæ ipſi violaſſent ac rupiſſent. confeſſionem iis culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem verſam. nec enim in cauſſa ipſorum, ſed in populi Romani clementia ſpem ſalutis poſitam eſſe. & ſuppliciter agentibus iis ſe adfuturum, & apud conſulem & Romæ in ſenatu. eo quoque enim mittendos fore legatos.* Hæc una via omnibus ad ſalutem viſa eſt, *ut in fidem ſe permitterent Romanorum. Ita enim & illis violandi ſupplices verecundiam ſe impoſituros: & ipſos nihilominus ſuæ poteſtatis fore, ſi quid melius fortuna oſten-*
28 *diſſet.* Poſteaquam ad conſulem ventum eſt, [2] Phæneas legationis princeps longam orationem, & varie ad mitigandam iram victoris compoſitam, ita ad extremum finivit, ut diceret, Ætolos ſe ſuaque omnia fidei populi Romani permittere. Id conſul ubi audivit; *Etiam atque etiam videte*, inquit, *Ætoli, ut ita permittatis.* Tum decretum Phæneas, in quo id diſerte ſcriptum erat, oſtendit. *Quando ergo*, inquit, *ita permittitis, poſtulo ut mihi Dicæarchum civem veſtrum, &* [3] *Menetam Epirotam,* (Naupactum is cum præſidio ingreſſus ad defectionem compulerat) *& Amynandrum cum principibus Athamanum, quorum conſilio ab nobis defeciſtis, ſine mora dedatis.* prope dicentem [4] interfatus Ro-

1 *Parantibus iis antiqua jura fœderum ordiri*] Scripti conſenſu ablegant τὸ *jura*, additum è Mog. referuntque tantum: *antiqua fœderum ordiri.* J. F. Gron.

2 *Phaneas legat. princ.*] Græci Φαινέας. *Sigonius.*

3 *Menetam Epirotam*] *Meneſtam* habet v. c. Polybius in fragmento 13. *Meneſtratum* corrupte, Δικαίαρχον, inquit: ἔκδοτον δοῦναι, καὶ Μενέστρατον τὸν Ἠπειρώτην, &c. cum in fragmento 28 habeat Μενέσταν. Fulvius Urſinus.

4 *Interfatus Romanum, Non in*] Vet. lib. ſatis docent, vocem huic orationi deeſſe, ſine qua vix ipſa conſiſtere poteſt. Ibi enim ita eſt, *Prope dicentem interfatus Romanum Phaneas, non in ſervitutem, inquit.* Sigonius.

1 *Dum*

Romanum Phæneas, *Non in ſervitutem,* inquit, *ſed in fidem tuam nos tradidimus. & certum habeo te imprudentia labi: qui nobis imperes, quæ moris Græcorum non ſint.* Ad hæc conſul, *Nec hercle,* inquit, *magnopere nunc curo, quid Ætoli ſatis ex more Græcorum factum eſſe cenſeant:* [1] *dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos modo decreto ſuo, ante armis victos. Itaque ni propere ſit quod impero, vinciri vos jam jubeo:* afferrique catenas, & circumſiſtere lictores juſſit. Tum fracta Phæneæ ferocia, Ætoliſque aliis eſt: & tandem cujus conditionis eſſent, ſenſere. & *ſe quidem* Phæneas, *& qui*

1 *Dum ego more Romano imperium id habeam in deditos*] Diximus ſcribendum eſſe: *imperium inhibeam.* Quod quidem certum, non arbitrarium, eſt. Inprimis autem illuſtratur hic locus iis, quæ extant apud noſtrum lib. 28, 24. *Mos vetuſtus erat Romanis, cum quo nec fœdere nec æquis legibus jungeretur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidiſſet.* Ita ſcribendum omnino: non *jungerentur:* eſt enim nominandi caſu *amicitia,* non auferendi poſitum. Et rem & phraſin hæc illuſtrant: nam *imperium inhibere in deditos,* eſt *imperio uti in deditos.* Vel exercere, ut lib. 34. *Nec in quemquam omnium gravius ſeveriuſque, quam in ſemetipſum, imperium exerceret.* Magnus Turnebus non intellexit vim hujus locutionis, quum interpretatur imperium in aliquem habere. Rectius Feſtus *inhibere* explicat *injungere:* eſt enim exercitii, non facultatis. Quod haud difficulter cognoſcas ex omnibus Livii locis, ubi extat. Lib. 3. *Privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis, neque ad ſpeciem honoris inſignibus, prodeant.* Iterumque: *tentationemque eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent, imperioque inhibendo acriter in paucos præferocis animi conatus aliorum comprimerent.* hoc eſt, quod alias dicunt, animadvertendo, vindicando in paucos. Et rurſus: *imperium ſi quis inhiberet, & viros & armatos ſe eſſe, reſpondetur.* Lib. 37. *Et in ſenatu & ad populum magnis contentionibus certatum eſt, & imperia inhibita ultro citroque & pignora capta.* hoc eſt, pro imperio & poteſtate actum, & lictores invicem miſſi, & animadvertere juſſi. Reliqua jam ſupra citavimus. Neque aliter apud Plautum. Ex quo colligere eſt falli Turnebum à falſis libris, quum *ſpem inhibere* ſic vult dictum ab Cicerone in tertia agraria: *Nam Valeria lege Corneliiſque legibus eripitur; cum datur: conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria: ſed habet in illis legibus ſpem nonnullam ille, cui ademtus eſt; aliquem ſcrupulum, cui datus eſt.* Refingit ille: *inhibet legibus illis ſpem nonnullam,* & *inhibere ſpem,* ait eſſe, ſpem in aliqua re habere. Verum, ut dixi, cum *inhibere imperium* non ſit potiri imperio idque habere, ſed uti eo cummaxime animadvertendo aut pro jure & poteſtate quid gerendo, non poteſt ad ejus imitationem fingi *ſpem inhibere,* ut *vim inhibere; modum inhibere.* Æque abſurdum eſt *inhibere ſcrupulum.* Sententia vulgatæ ſimpliciſſima eſt, per leges Valeriam Corneliaſque relinqui aliquam ſpem poſſeſſoribus; relinqui aliquem ſcrupulum novis colonis, utriſque neutrum omnino eripi. *J. F. Gron.*

& qui adſint Ætolorum, ſcire facienda eſſe quæ imperentur, dixit: *ſed ad decernenda ea concilio Ætolorum opus eſſe. ad id petere, ut decem dierum inducias daret.* Petente Flacco pro Ætolis, induciæ datæ: & Hypatam reditum eſt. Ubi quum in concilio delectorum, quos Apocletos vocant, Phæneas & quæ imperarentur, & quæ ipſis prope accidiſſent, expoſuiſſet; ingemuerunt quidem principes conditioni ſuæ, parendum tamen victori cenſebant, & ex omnibus oppidis convocandos Ætolos ad concilium.

29. Poſteaquam vero omnis coacta multitudo eadem illa audivit, adeo ſævitia imperii atque indignitate exaſperati animi ſunt, ut ſi in pace fuiſſent, illo impetu iræ concitari potuerint ad bellum. Ad iram accedebat & difficultas eorum quæ imperarentur: quonam modo enim utique regem Amynandrum ſe tradere poſſe? Et ſpes forte oblata, quod Nicander eo ipſo tempore ab rege Antiocho veniens, implevit exſpectatione vana multitudinem; terra marique ingens parari bellum. Is duodecimo die quam conſcenderat navem, in Ætoliam perfecta legatione [1] rediens Phaleram in ſinu Maliaco tenuit. inde Lamiam pecuniam quum devexiſſet, ipſe cum expeditis veſpera prima inter Macedonum Romanaque caſtra medio agro, dum Hypatam notis callibus petit, in ſtationem incidit Macedonum: deductuſque ad regem eſt, nondum convivio dimiſſo. Quod ubi nunciatum eſt, velut hoſpitis, non hoſtis, adventu motus Philippus, accumbere eum epularique juſſit: atque inde dimiſſis aliis ſolum retentum, *ipſum quidem de ſe timere quicquam vetuit. Ætolorum prava conſilia, atque in ipſorum caput ſemper recidentia, accuſavit. qui primum Romanos, deinde Antiochum in Græciam adduxiſſent. Sed præteritorum, quæ magis reprehendi quam corrigi poſſint, oblitum ſe, non facturum, ut inſultet adverſis rebus eorum. Ætolos quoque finire tandem adverſus ſe odia*

1 *Rediens Phaleram in ſinu Maliaco*] Andreas: *Phalara.* & ſic ſcribe. Diximus ſupra. *J. F. Gron.*

odia debere; & Nicandrum privatim ejus diei, quo ſervatus à ſe foret, meminiſſe. Ita datis qui in tutum eum proſequerentur, Hypatam Nicander conſultantibus de pace Romana ſupervenit. Manius Acilius vendita aut conceſſa militi 30
circa Heracleam præda, poſteaquam nec Hypatæ pacata eſſe conſilia, & Naupactum concurriſſe Ætolos, ut inde totum impetum belli ſuſtinerent, audivit; præmiſſo Ap. Claudio cum quatuor millibus militum ad occupanda juga, qua difficiles tranſitus montium erant, ipſe Oetam aſcendit: Herculique ſacrificium fecit in eo loco, quem [1] Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei ſit crematum, appellant. inde toto exercitu profectus, reliquum iter ſatis expedito agmine fecit. [2] Ut ad Coracem eſt ventum (mons eſt altiſſimus inter Callipolin & Naupactum) ibi & jumenta multa ex agmine præcipitata cum ipſis oneribus ſunt, & homines vexati. [3] Id facile apparebat, quam cum inerti hoſte res eſſet, qui tam impeditum ſaltum nullo præſidio, ut clauderet tranſitum, inſediſſet. [4] Tum quoque vexato exercitu, ad Naupactum deſcendit: & uno caſtello adverſus arcem poſito, cæteras partes urbis, diviſis copiis pro ſitu mœnium, circumſedit. nec minus operis laboriſque ea oppugnatio, quam Heracleæ habuit. Eodem tempore & Meſſene in Pelopon- 31
neſo ab Achæis, quod concilii eorum recuſaret eſſe, oppugna-

1 *Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei ſit crematum, appellant*] Thuan. *pyram, ibi mortale*, exſtincto τῷ *quod.* Et ſic Voſſian. adpoſito in margine, *al. ubi.* Itaque vel hoc videtur admittendum, vel, ſi mavis, corriges: *Pyram (ibi mortale corpus ejus Dei ſuit crematum) appellant*; ut fidem magis ſuam, quam rumorem Græculorum patefaciat. *Jac. Gron.*

2 *Ut ad Coracem, &c. inter Callipolin, & Naup.*] *Callipolin* in hoc tractu ſe legiſſe non meminit Glareanus. Itaque aut *Callidromum*, aut *Chalcidem* pro ea reponendam putat. Quam autem recte putet, oſtendit Appian. qui ita inquit: ὁ μὲν δὴ Μάνιος ἐπὶ Καλλιπόλεως διώδευε τὸ ὄρος, ὃ καλοῦσι Κόρακα. *Sigonius.*

3 *Et facile apparebat, quam cum inerti*] Mog. *& id facile.* Vitioſum utrumque cenſeo & ſcribendum: *& homines vexati. Facile apparebat.* Vide ad lib. 4, 5. *J. F. Gron.*

4 *Tum quoque vexato exercitu*] Sic Mog. prius edebatur: *Tum ergo.* Illa lectio leviter juvanda: *Tam quoque vexato.* Idem.

pugnari cœpta eſt. Etenim duæ civitates Meſſene & Elis extra concilium Achaicum erant: cum Ætolis ſentiebant. Elei tamen poſt fugatum ex Græcia Antiochum legatis Achæorum lenius reſponderant; *dimiſſo præſidio regio cogitaturos ſe quid ſibi faciendum eſſet.* Meſſenii ſine reſponſo dimiſſis legatis moverant bellum, trepidique rerum ſuarum, quum jam ager effuſo exercitu paſſim ureretur, caſtraque prope urbem poni viderent: legatos [1] Chalcidem ad T. Quintium auctorem libertatis miſerunt, qui nunciarent, Meſſenios Romanis, non Achæis, & aperire portas, & dedere urbem paratos eſſe. Auditis legatis, extemplo profectus Quintius, à Megalopoli, ad [2] Diophanem Prætorem Achæorum miſit, qui extemplo reducere eum à Meſſene exercitum, & venire ad ſe juberet. Dicto paruit Diophanes: & ſoluta obſidione expeditus ipſe prægreſſus agmen, circa Andaniam, parvum oppidum inter Megalopolim Meſſenemque poſitum,

1 *Chalcidem ad T. Qu. &c. profectus Quintius à Megalopoli ad*] Merito videndum eſſe admonet Glareanus, quid ſit, quod eodem verſu Livius Quintium Chalcide fuiſſe, & à Megalopoli, ad prætorem miſiſſe dicat. Eſt enim intelligendum Chalcidem hanc non Eubœæ, aut Ætoliæ, ſed Corinthi oppidum fuiſſe. Quintium autem Megalopolim profectum ad prætorem Achæorum Meſſenem oppugnantem miſiſſe. Itaque, *Megalopolim* legendum eſt, non *à Megalopoli.* Siquidem ſubdit Livius: *Prætor circa Andaniam parvum oppidum inter Megalopolim, Meſſenemque poſitum Quintio occurrit.* de Chalcide Corinthia ſcribit Stephanus; itaque paulo poſt ait Quintius: *Corinthum ad ſe venirent.* Sigonius.

Profectus Quintius Megalopolim] Scripti & editi: *à Megalopoli.* Glareanus judicandum relinquit, quid ſit, quod eodem verſu Livius Quintium Chalcide fuiſſe & à Megalopoli ad prætorem miſiſſe dicat. Sigonius ait intelligendum, *Chalcidem* hanc non Eubœæ aut Ætoliæ, ſed Corinthi, Stephano commemoratam fuiſſe: Quintium autem Megalopolim profectum ad prætorem Achæorum Meſſenen oppugnantem miſiſſe: itaque *Megalopolim* legendum; non, *à Megalopoli.* Senſum deprehendit. Sed quid opus cruciari verba veteris ſcripturæ, quibus iſte ſenſus optime exprimatur? *Auditis legatis, extemplo profectus* (puta Chalcide) *Quintius, à Megalopoli* (quum eo perveniſſet ex itinere, in caſtra prope Meſſenen) *ad Diophanem Prætorem Achæorum miſit.* Non video, cur exſpectandum fuerit Livio fore, ut hæc parum ab hominibus etiam doctis intelligerentur. *J. F. Gron.*

2 *Diaphanem præt. Achæorum*] *Diophanem.* Plutarch. in Quintio: Διοφάνη στρατηγοῦντα τῶν Ἀχαιῶν. *Sigonius.*

tum; Quintio occurrit, & quum cauſſas oppugnationis exponeret, caſtigatum leniter, quod tantam rem ſine auctoritate ſua conatus eſſet; dimittere exercitum juſſit: nec pacem omnium bono partam turbare: Meſſeniis imperavit, ut exules reducerent, & Achæorum concilii eſſent. ſi qua haberent, de quibus aut recuſare, aut in poſterum cavere ſibi vellent, Corinthum ad ſe venirent. Diophanem concilium Achæorum extemplo ſibi præbere juſſit. Ibi de Zacyntho intercepta per fraudem inſula queſtus; poſtulavit, ut reſtitueretur Romanis. Philippi Macedonum regis Zacynthus fuerat: eam mercedem Amynandro dederat, ut per Athamaniam ducere exercitum in ſuperiorem partem Ætoliæ liceret. qua expeditione fractis animis, Ætolos compulit ad petendam pacem. Amynander Philippum Megalopolitanum inſulæ præfecit: poſtea per bellum, quo ſe Antiocho adverſus Romanos conjunxit, Philippo ad munia belli revocato, Hieroclem Agrigentinum ſucceſſorem miſit. Is 32
poſt fugam ab Thermopylis Antiochi, Amynandrumque à Philippo Athamania pulſum, miſſis ultro ad Diophanem prætorem Achæorum nunciis, [1] pecuniam pactus, inſulam Achæis tradidit. Id præmium belli ſuum eſſe, æquum cenſebant Romani. non enim Manium Acilium conſulem legioneſque Romanas Diophani & Achæis ad Thermopylas pugnaſſe. Diophanes adverſus hæc purgare interdum ſeſe, gentemque: interdum de jure facti diſſerere. Quidam Achæorum & initio eam ſe rem aſpernatos teſtabantur, & tunc pertinaciam increpitabant prætoris: auctoribuſque iis decretum eſt, ut T. Quintio ea res permitteretur. Erat Quintius [2] ſicut adverſantibus aſper; ita, ſi cederes, idem placabilis. Omiſſa

1 *Pecunia pactus inſ. Ach. tr.*] Vet. lib. *Pecuniam pactus.* perſpicue verum. *Sigonius.*

2 *Sicut adverſantibus aſper, ita*] A Magont. eſt. Prius editi & ſcripti: *aſper ira, ita ſi.* Forte: *Erat Quinctius ſicut adverſantibus aſperior, ita, ſi cederes, idem placabilis.* J. F. Gron.

Omiſſa igitur contentione vocis vultuſque; *Si utilem*, inquit, *poſſeſſionem ejus inſulæ cenſerem Achæis eſſe, auctor eſſem ſenatui populoque Romano, ut eam vos habere ſinerent.* [1] *ceterum ſicut teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegumen eſt, tutam ad omnes ictus video eſſe; ubi exerit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere; haud diſſimiliter vos Achæi clauſos undique mari, quæ intra Peloponneſi ſint terminos, ea & jungere vobis, & juncta tueri facile. ſimul aviditate plura amplectendi hinc excedatis; nuda vobis omnia, quæ extra ſint, & expoſita ad omnes ictus eſſe.* Aſſentiente omni concilio, nec Diophane ultra tendere auſo, Zacynthus Romanis traditur.

33 Per idem tempus Philippus rex proficiſcentem conſulem ad Naupactum percunctatus, ſi ſe interim quæ defeciſſent ab ſocietate Romana urbes, recipere vellet; permittente eo, ad Demetriadem copias admovit; haud ignarus, quanti ibi tum perturbatio eſſet. [2] Deſtituti enim ab omni ſpe, quum deſertos ſe ab Antiocho, ſpem nullam in Ætolis eſſe cernerent; dies noctesque aut Philippi hoſtis adventum, [3] aut infeſtiorem etiam, quo juſtius irati erant, Romanorum exſpectabant. Turba erat ibi incondita regiorum: qui primo pauci in præſidio relicti, poſtea plures, plerique inermes ex prœlio adverſo fuga delati, nec virium, nec animi ſatis ad obſidionem tolerandam habebant. itaque præmiſſis à Philippo, qui ſpem impetrabilis veniæ oſtendebant; reſponderunt, patere portas regi. Ad primum ejus ingreſſum principum quidam urbe exceſſerunt: Eurylochus mortem ſibi conſcivit. Antiochi milites (ſic enim pacti erant) per Macedoniam Thraciamque, proſequentibus Macedonibus, ne quis eos violaret, Lyſimachiam deducti ſunt. Erant & paucæ naves De-

1 *Ceterum ſicut teſtudinem*] Apologus hic narratur item à Plutarcho, & in Quint. & in Apophthegmatis Quintii. *Sigonius.*

2 *Deſtituti enim ab omni ſpe*] Vox poſtrema in vitio hæret. Adſcripſit pater: forte, *ab omnibus.* Sed credo degeneraſſe, quum prius legeretur *ab omni ope.* Jac. Gron.

3 *Aut infeſtiorem etiam*] Livii videtur, *infeſtiorum.* Idem.

1 *Dele-*

Demetriade, quibus præerat Iſidorus: eæ quoque cum præfecto ſuo dimiſſæ ſunt. Inde [1] Dolopiam & Aperantiam & Perræbiæ quaſdam civitates recepit. Dum hæc à Philippo geruntur, T. Quintius recepta Zacyntho ab Achaico concilio, Naupactum trajecit: quæ jam per duos menſes (ſed prope excidium erat) oppugnabatur, & ſi capta vi foret, omne ibi nomen Ætolorum ad internecionem videbatur venturum. Cæterum quamquam merito iratus erat [2] Ætolis, quod ſolos obtrectaſſe gloriæ ſuæ, quum liberaret Græciam, meminerat, & nihil auctoritate ſua motos eſſe, quum, quæ tum maxime acciderant, caſura præmonens, à furioſo incepto eos deterreret; tamen, ſui maxime operis eſſe credens, nullam gentem liberatæ à ſe Græciæ funditus everti, obambulare muris, ut facile noſceretur ab Ætolis, cœpit. Confeſtim à primis ſtationibus cognitus eſt, vulgatumque per omnes ordines, Quintium eſſe. itaque concurſu facto undique in muros, manus pro ſe quiſque tendentes, conſonante clamore nominatim Quintium orare, ut opem ferret ac ſervaret. Et tum quidem, quamquam moveretur his vocibus, [3] manu tamen abnuit, quiddam opis in ſe eſſe. Cæterum poſteaquam ad conſulem venit: *Utrum fallit, inquit, te Mani Acili, quid agatur? an quum ſatis provideas,*

34

1 *Dolopiam, Aperantiam*] *Aperantia* quæ regio ſit, ſe ignorare fatetur ingenue Glareanus, ſuſpicari autem corruptum nomen eſſe. Videtur autem non legiſſe Stephanum, ſcribentem ita: Ἀπεραντία, χώρα Θεσσαλίας. Πολίχνιον εἰκοστῷ. neque Plutarchum in Quintio, ubi hujus facti meminit ita: ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος τοῦτο μὲν Δολόπων καὶ Μαγνήτων· τοῦτο δὲ Ἀθαμάνων καὶ Ἀπεράντων. Ita paulo poſt Livius: *Athamaniam, Perrabiam, Aperantiam, Dolopiam.* Eadem regio memoratur apud Thucydidem etiam, & Strabonem, & alios. *Sigonius.*

2 *Ætolis, quod ſolos obtrectaſſe gloriæ ſuæ*] Malim, *quos ſolos.* J. F. Gron.

3 *Manu t. annuit, quid in ſe opis eſſe*] Vet. lib. *Abnuit*, id eſt, manu negavit, quicquam in ſe opis eſſe. Plutar. τότε μὲν οὐδὲν εἰπὼν, ἀλλὰ στραφεὶς καὶ δακρύσας ἀπῆλθεν. *Sigonius.*

Abnuit quiddam opis in ſe eſſe] Olim *annuit, quidnam opis in ſe eſſet.* Sigonius *abnuit*, cæteris relictis. Gruterus reddidit quod editur. Sed non ſolent τὸ *quiddam* ita ponere Latini. Scribe: *abnuit quicquam opis in ſe eſſe:* ut Sigonius explicat. *J. F. Gron.*

1 *Nihil*

videas, [1] *nihil id magnopere ad ſummam rempublicam pertinere cenſes?* Erexerat exſpectatione conſulem; &, *Quin expromis*, inquit, *quid rei ſit?* Tum Quintius: *Ecquid vides te devicto Antiocho in duabus urbibus oppugnandis tempus terere, quum jam prope annus circumactus ſit imperii tui. Philippum autem, qui non aciem, non ſigna hoſtium vidit, non ſolum urbes, ſed tot jam gentes, Athamaniam, Perræbiam, Aperantiam, Dolopiam ſibi adjunxiſſe? Atqui non tantum intereſt noſtra, Ætolorum opes ac vires minui, quantum, non ſupra modum Philippum creſcere: & victoriæ tuæ præmium te militeſque tuos* [2] *nondum tot urbes, quot Philippum gentes Græciæ habere.* Aſſentiebatur his conſul, ſed pudor, ſi irrito incepto abſcederet obſidione, occurrebat. tota inde Quintio res permiſſa eſt. Is rurſus ad eam partem muri, qua paulo ante vociferati Ætoli fuerant, rediit. ibi quum impenſius orarent, ut miſereretur gentis Ætolorum; exire aliquos ad ſe juſſit. Phæneas ipſe principeſque alii extemplo egreſſi ſunt. quibus provolutis ad pedes: *Fortuna*, inquit, *veſtra facit, ut & iræ meæ & orationi temperem. Evenerunt quæ prædixi eventura. & ne hoc quidem reliqui vobis eſt, ut indignis accidiſſe ea videantur. Ego tamen ſorte quadam nutriendæ Græciæ datus, ne ingratis quidem benefacere abſiſtam. Mittite oratores ad conſulem qui inducias tantum temporis petant, ut mittere legatos Romam poſſitis, per quos ſenatui de vobis permittatis. Ego apud conſulem deprecator, defenſorque vobis adero.* Ita ut cenſuerat Quintius, fecerunt: nec aſpernatus eſt legationem conſul. induciiſque in diem certam datis, qua legatio renunciari ab Roma poſſet, ſoluta obſidio eſt, & exercitus in Phocidem miſſus. [3] Conſul cum T. Quintio ad

1 *Nihil id magnopere ad ſummam reipublicæ pertinere*] Mog. *ad ſummam rem pertinere.* Nec ſpreverim. *J. F. Gron.*

2 *Nondum duas urbes, Philippum tot gentes*] Et hoc à Mog. non præferam tamen noſtrorum & olim editorum ſcripturæ: *& victoriæ tuæ præmium te militeſque tuos nondum tot urbes, quot Philippum gentes Græciæ habere.* Idem.

3 *Conſul cum L. Quintio*] Nihil ſane loci in hac hiſtoria L. Quintio dari poteſt, & opinor eſſe typorum errorem, pro *T. Quintio*, ut video patrem quoque notaſſe ex Mog. & Voſſ. habentque etiam aliæ editiones. Propterea *Titum* revocavi. *Jac. Gron.*

ad Achaicum concilium Ægium trajecit. ibi de Eleis & exulibus Lacedæmoniorum reſtituendis actum. & neutra perfecta res: quia ſuæ gratiæ reſervari eam Achæi, Elei per ſe ipſi, quam per Romanos maluerunt Achaico contribui concilio. Epirotarum legati ad conſulem venerunt; [1] quos non ſincera fide in amicitia fuiſſe ſatis conſtabat: militem tamen nullum Antiocho dederant. pecunia juviſſe eum inſimulabantur; legatos ad regem ne ipſi quidem miſiſſe inficiabantur. Iis petentibus, ut in amicitia priſtina eſſe liceret; reſpondit conſul, *Se, utrum hoſtium, an pacatorum eos numero haberet, nondum ſcire. Senatum ejus rei judicem fore. Integram ſe cauſſam eorum Romam rejicere. inducias ad id dierum nonaginta dare.* Epirotæ Romam miſſi ſenatum adierunt. iis magis quæ non feciſſent hoſtilia referentibus, quam purgantibus ea, de quibus arguebantur, reſponſum datum eſt, quo veniam impetraſſe, non cauſſam probaſſe videri poſſent. Et Philippi regis legati ſub idem tempus in ſenatum introducti, gratulantes de victoria. iis petentibus, ut ſibi ſacrificare in Capitolio, donumque ex auro liceret ponere in æde Jovis Optimi Maximi; permiſſum ab ſenatu. centum pondo coronam auream poſuerunt. Non reſponſum ſolum benigne legatis eſt: ſed Philippi quoque filius Demetrius, qui obſes Romæ erat, ad patrem reducendus legatis datus eſt. Bellum quod cum Antiocho rege in Græcia geſtum eſt à Manio Acilio conſule, hunc finem habuit. Alter conſul P. Cornelius Scipio Galliam pro- 36
vinciam ſortitus, priuſquam ad bellum, quod cum Boiis gerendum erat, proficiſceretur, poſtulavit ab ſenatu, ut pecunia ſibi decerneretur [2] ad ludos, quos proprætor in Hi-

1 *Quos non ſincera fide in amicitia fuiſſe conſtabat*] Vetus lectio: *fuiſſe ſatis conſtabat.* Cur mutilarunt? Lib. 7. *Dictatorem. T. Quintium Pennum eo anno fuiſſe ſatis conſtat.* Lib. 21. *Refecti ſunt militum animi, quamquam accifas res ſatis conſtabat.* Lib. 26. *Nec tamen quem mitterent, ſatis conſtabat.* alibique, eſt enim ex amatis auctori. *J. F. Gron.*

2 *Ad ludos quos proprætor --- voviſſet*] Sic ſupra lib. 35. *P. Scipio proprætor Luſitanos aggreſſus eſt. In diſcrimine pugnæ ludos Jovi, ſi fudiſſet cecidiſſetque hoſtes, proprætor vovit.* Sigonius.

1 Eos

Hiſpania inter ipſum diſcrimen pugnæ voviſſet. Novum atque iniquum poſtulare eſt viſus. cenſuerunt ergo, *quos ludos inconſulto ſenatu ex ſua unius ſententia voviſſet*, [1] *eos uti de manubiis, ſi quam pecuniam ad id reſervaſſet, vel ſua ipſe impenſa faceret.* eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idem fere tempus ædes Matris Magnæ Idææ dedicata eſt: quam Deam is P. Cornelius advectam ex Aſia, P. Cornelio Scipione, cui poſt Africano fuit cognomen, P. Licinio conſulibus in Palatium à mari detulerat. Locaverant ædem faciendam ex ſenatuſconſulto M. Livius, C. Claudius cenſores, [2] M. Cornelio, P. Sempronio conſulibus. [3] tredecim annis poſtquam locata erat, dedicavit eam M. Junius Brutus: ludique ob dedicationem ejus facti, [4] quos primos ſcenicos fuiſſe, Valerius Antias eſt auctor; Megaleſia appellatos. [5] Item Juventatis ædem in circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir

1 *Eos vel de manubiis, ſi quam pecuniam*] Scripti & Mog. priores: *eos ut idem manubiis.* Lege: *eos uti de manubiis, ſi quam pecuniam ad id reſervaſſet, vel ſua ipſe impenſa faceret.* J. F. Gron.

2 *M. Corn. T. Sempronio Coſſ.*] *P. Sempronio* lege ex ipſomet Livio, & Capitol. conſulatu. *Sigonius.*

3 *Tredecim annis*] Andreana editio cum Mog. & ſcriptis Voſſ. Thuan. *tertiodecimo anno.* Sed & eadem cum aliis editionibus *T. Sempronio*, non *Ti.* ut appareat eandem rurſus hic confuſionem eſſe, qualis occurrit 33, 24. Nam utrumque ineptum eſt, & neceſſario reſtituendum *P. Sempronio*, quod fecimus. Vide librum 29. *Jac. Gron.*

4 *Quos primos ſcenicos fuiſſe Antias*] Non hoc tempore hi ludi primum celebrati ſunt, ſed bis antea, auctore hoc noſtro Livio. Semel lib. 9 ſecundi belli Punici; iterum lib. 4 hujus Decados. *Glarean.*

5 *Item Juventutis ædem in circo Maximo*] *Juventatis* lego. Sic enim Cicero in Bruto: *Ludis Juventatis, quos Salinator Senenſi prœlio voverat. Deæ* etiam *Juventatis* meminit in primo Libro Livius. *Sigonius.*

Juventatis ædem in circo maximo] Sic & Victorius ad Brutum Ciceronis & Sigonius hic monuerunt legendum: nihilominus omnes recentiores, *Juventutis.* Perperam ſane. Nos quoque reſtituendum docuimus lib. 21, 62. Nunc duo miror: unum, Scaligerum docere nos indifferenter *Juventatem* & *Juventutem* (non quid analogia aut origo patiatur, quæſtio eſt, ſed de uſu veterum) dici, nec opus eſſe ut corrigatur apud Feſtum: *Juventatis ſacra pro juvenibus ſunt inſtituta:* alterum, nec P. Victorium vidiſſe, nec tot editores epiſtolarum ad Atticum crediſſe Lambino ſcribendum eſſe lib. 1. ep. 18. *Ejus initium jeuſmodi fuit ut anniverſaria ſacra Juventatis non committerentur.* Neque enim alia ſacra ſunt hæc quam ludi Juventatis in Bruto. Etiam in Tuſculanis Heben Græcorum vocat *Juventatem*: quam non ignoro, *Grajam Juventam* dici Ovidio de

vir dedicavit. Voverat eam ſexdecim annis ante M. Livius conſul, quo die Aſdrubalem exercitumque ejus cecidit. idem cenſor eam faciendam locavit, M. Cornelio, P. Sempronio conſulibus. Hujus quoque dedicandæ cauſſa ludi facti: & eo omnia cum majore religione facta, quod novum cum Antiocho inſtabat bellum. Principio 37
ejus anni, quo hæc jam profecto ad bellum Manio Acilio, manente adhuc Romæ P. Cornelio conſule agebantur; boves duos domitos in Carinis per ſcalas perveniſſe in tegulas ædificii, proditum memoriæ eſt. Eos vivos comburi, cineremque eorum dejici in Tiberim, aruſpices juſſerunt. Tarracinæ & Amiterni nunciatum eſt, aliquoties lapidibus pluiſſe. Minturnis ædem Jovis & tabernas circa forum de cœlo tactas eſſe: Vulturni in oſtio fluminis duas naves fulmine ictas conflagraſſe. Eorum prodigiorum cauſſa libros Sibyllinos ex Senatuſconſulto decemviri quum adiſſent, renunciarunt, *Jejunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſervandum: & ut novendiale ſacrum fieret, & unum diem ſupplicatio eſſet. coronati ſupplicarent: & conſul P. Cornelius, quibus Diis quibuſque hoſtiis edidiſſent decemviri, ſacrificaret.* Placatis Diis, nunc votis ritè ſolvendis, nunc prodigiis expiandis, in provinciam proficiſcitur conſul, atque inde Cn. Domitium proconſulem dimiſſo exercitu, Romam decedere juſſit: ipſe in agrum Boiorum legiones induxit. Sub 38
idem fere tempus Ligures lege ſacrata coacto exercitu, nocte improviſo caſtra Q. Minucii proconſulis aggreſſi ſunt. Minucius uſque ad lucem intra vallum militem inſtructum tenuit; intentus ne qua tranſcenderet hoſtis munimenta. Prima luce duabus ſimul portis eruptionem fecit. nec primo impetu, quod ſperaverat, Ligures

de Ponto lib. I *El.* II. *Nectar & ambroſiam laticeſque epulaſque deorum Det mihi formoſa Graja Juventa manu.* Sic enim haud dubie ibi ſcribendum: etſi libri fere *grata* aut *gnava*. Neque tamen ideo pœnitet lib. 21 dicto me ſcripſiſſe: *Lectiſternium Juventati.* non *Juventæ*. J. F. Gron.

pulſi ſunt: duas amplius horas dubium certamen ſuſtinuere. Poſtremo quum alia atque alia agmina erumperent; & integri feſſis ſuccederent ad pugnam, tandem Ligures inter cætera etiam vigiliis confecti, terga dederunt, cæſa ſuper quatuor millia hoſtium: ex Romanis, ſociiſque minus trecenti perierunt. Duobus fere poſt menſibus, P. Cornelius conſul cum Boiorum exercitu ſignis collatis egregie pugnavit. Duodetriginta millia hoſtium cæſa, Antias Valerius ſcribit: capta tria millia & quadringentos: ſigna militaria centum viginti quatuor: equos mille ducentos triginta: carpenta ducenta quadraginta ſeptem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidiſſe. Ubi ut in numero ſcriptori parum fidei ſit (quia in augendo eo non alius intemperantior eſt) magnam victoriam fuiſſe apparet, quod & caſtra capta ſunt, & Boii poſt eam pugnam extemplo dediderunt ſeſe, & quod ſupplicatio ejus victoriæ cauſa decreta

39 ab ſenatu, victimæque majores cæſæ. Per eoſdem dies M. Fulvius Nobilior ex ulteriore Hiſpania ovans urbem eſt ingreſſus. argenti tranſtulit decem millia pondo: bigati argenti centum & triginta: auri centum viginti quinque. P. Cornelius conſul primo obſidibus à Boiorum gente acceptis, agri parte fere dimidia eos mulctavit: quo ſi vellet, populus Romanus colonias mittere poſſet. Inde Romam, ut ad triumphum haud dubium, decedens, exercitum dimiſit, & adeſſe Romæ ad diem triumphi juſſit. ipſe poſtero die quam venit, ſenatu in ædem Bellonæ vocato, quum de rebus ab ſe geſtis diſſeruiſſet, poſtulavit, ut ſibi triumphanti liceret in urbem invehi. P. Sempronius Blæſus tribunus plebis, *non negandum Scipioni, ſed differendum honorem triumphi* cenſebat, *Bella Ligurum Gallicis ſemper juncta fuiſſe: eas inter ſe gentes mutua ex propinquo ferre auxilia. Si P. Scipio, devictis acie Boiis, aut ipſe cum victore exercitu in agrum Ligurum tranſiſſet, aut partem copiarum Q. Minucio miſiſſet; qui jam tertium ibi*

annum

annum dubio detineretur bello; debellari cum Liguribus potuiſſe. Nunc ad triumphum frequentandum deductos eſſe milites, qui egregiam navare operam reipublicæ potuiſſent: poſſent etiam, ſi ſenatus, quod feſtinatione triumphi prætermiſſum eſſet, id reſtituere differendo triumpho vellet. Juberent conſulem cum legionibus redire in provinciam; dare operam ut Ligures ſubigantur. Niſi illi cogantur [1] *in jus judiciumque populi Romani, ne Boios quidem quieturos; aut pacem, aut bellum utrobique habenda. Devictis Liguribus paucos poſt menſes proconſulem P. Cornelium, multorum exemplo qui in magiſtratu non triumphaverunt, triumphaturum eſſe.* Ad ea conſul, *Neque ſe Ligures provinciam ſortitum eſſe*, ait, *neque cum Liguribus bellum geſſiſſe, neque triumphum de iis poſtulare. Q. Minucium confidere brevi ſubactis iis meritum triumphum poſtulaturum atque impetraturum eſſe. ſe de Gallis Boiis poſtulare triumphum, quos acie vicerit, caſtris exuerit: quorum gentem biduo poſt pugnam totam acceperit in deditionem: à quibus obſides abduxerit, pacis futuræ pignus. Verum enimvero illud multo majus eſſe, quod tantum numerum Gallorum ceciderit in acie,* [2] *quod cum tot millibus certe Boiorum nemo ante ſe imperator pugnaverit:* [3] *plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæſam, multa millia capta: ſenes pueroſque Boiis ſupereſſe. Itaque id quemquam mirari poſſe, cur victor exercitus, quum hoſtem in provincia neminem reliquiſſet, Romam venerit ad celebrandum conſulis* 40

1 *In jus ditionemque populi Romani*] ...ane perfrequens hæc loquendi ratio ...ivio. Sed hic variare libitum ei fuiſ... conſtat nobis per veteres membra...as, ſi per corruptores librorum impreſſorum licuiſſet. Scripti conſenſu: *Niſi illi cogantur in jus judiciumque popu... Romani.* Quam formulam non de...uiſſe mutari clamat ipſe lib. 39. *A...amanes quoque legati venerunt, non par...s amiſſæ, non finium jacturam querentes, ...d totam Athamaniam ſub jus judiciumque regis veniſſe.* Lib. 41. *Perſeus per id ...mpus, quia quidam Dolopum non parebant, & de quibus ambigebatur rebus, diſceptationem ab rege ad Romanos revocabant, cum exercitu profectus, ſub jus judiciumque ſuum totam coëgit gentem.* J. F. Gron.

2 *Quod cum tot millibus certe Bojorum*] Buſlid. *qui cum millibus.* Lege cum Rubenio: *quot cum millibus.* Idem.

3 *Plus partem dimidiam, ex 50000 hominum cæſam*] Poteſt defendi: ſuſpicor tamen: *plus parte dimidia ex 50000 hominum cæſum.* Idem.

lis triumphum? Quorum militum ſi & in alia provincia opera uti ſenatus velit: utro tandem modo promptiores ad aliud periculum, novumque laborem ituros credat, ſi perſoluta iis ſine detrectatione prioris periculi laboriſque merces ſit; an ſi ſpem pro re ferentes dimittant; jam ſemel in prima ſpe deceptos? Nam quod ad ſe attineat, ſibi gloriæ in omnem vitam illo die ſatis quæſitum eſſe: quo ſe virum optimum judicatum ad accipiendam Matrem Idæam miſiſſet ſenatus. Hoc titulo, etſi nec conſulatus nec triumphus addatur, [1] *ſatis honeſtam honoratamque P. Scipionis Naſicæ imaginem fore.* Univerſus ſenatus non ipſe modo ad decernendum triumphum conſenſit, ſed etiam tribunum plebis auctoritate ſua compulit ad remittendam interceſſionem. P. Cornelius conſul triumphavit de Boiis. in eo triumpho Gallicis carpentis arma ſignaque & ſpolia omnis generis tranſvexit, & vaſa ænea Gallica: & cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit. Aureos torques tranſtulit mille quadringentos ſeptuaginta. ad hæc auri pondo ducenta quadraginta quinque, argenti infecti factique in Gallicis vaſis non infabre ſuo more factis, duo millia trecenta quadraginta pondo, bigatorum nummorum ducenta triginta tria. militibus, qui currum ſecuti ſunt, trecentos vicenos quinos aſſes diviſit: duplex centurioni, triplex equiti. Poſtero die, concione advocata, de rebus ab ſe geſtis, & de injuria tribuni bello alieno ſe illigantis, ut ſuæ victoriæ fructu ſe defraudaret, quum diſſeruiſſet; milites exauctoratos dimiſit.

41 Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Epheſi ſecurus admodum de bello Romano erat; tamquam non tranſituris in Aſiam Romanis. quam ſecuritatem ei magna pars amicorum aut per errorem aut aſſentando faciebat. Annibal unus, [2] cujus eo tempore ut maxi-

1 *Satis honeſtam honoratamque*] An *ornatamque*. Voſſ. *oneratamque*. J.F.Gron.

2 *Cujus eo tempore maxima apud regem auctoritas erat*] Scripti & editi ante Curionem conſenſu: *ut maxima*. Lege: *Cujus eo tempore vel maxima*. Cicero in Oratore: *quod eſt in oratione vitium vel maximum*. Et paſſim. *Idem*.

1 Ne-

maxima apud regem auctoritas erat, *Magis mirari ſe*, ajebat, *quod non jam in Aſia eſſent Romani, quam venturos dubitare. Propius eſſe in Aſiam ex Græcia, quam ex Italia in Græciam trajicere: & multo majorem cauſam Antiochum, quam Ætolos eſſe.* [1] *neque enim mari minus, quam terra pollere Romana arma. jampridem claſſem circa Maleam eſſe. Audire ſeſe, nuper novas naves novumque imperatorem rei gerendæ cauſſa ex Italia veniſſe. Itaque deſineret Antiochus pacem ſibi ipſe ſpe vana facere. In Aſia, & de ipſa Aſia brevi terra marique dimicandum ei cum Romanis eſſe: & aut imperium adimendum orbem terrarum affectantibus, aut ipſi regnum amittendum.* Unus vera & providere & fideliter prædicere viſus. itaque ipſe rex navibus, quæ paratæ inſtructæque erant, [2] Cherſoneſum petit: ut ea loca, ſi forte terra venirent Romani, præſidiis firmaret. cæteram claſſem Polyxenidam parare, & deducere juſſit; ſpeculatorias naves ad omnia exploranda circa inſulas dimiſit. C. Livius præfectus Romanæ claſſis 42
cum quinquaginta navibus tectis profectus, ab Roma Neapolim, quo ab ſociis ejus oræ convenire juſſerat apertas naves, quæ ex fœdere debebantur, Siciliam inde petit: fretoque Meſſanam prætervectus, quum ſex Punicas naves ad auxilium miſſas accepiſſet, ab Rheginis Locriſque, & ejuſdem juris ſociis debitas exegiſſet naves; luſtrata claſſe ad Lacinium, altum petit. Corcyram, [3] quam primam Græciæ civitatum adiit, quum veniſſet, percunctatus de ſtatu belli (necdum enim omnia in Græcia

1 *Neque enim mari minus*] Tres deinceps ponit auctor rationes, cur miretur magis Romanos nondum in Aſia eſſe, quam venturos dubitet. Prima eſt ob exiguum trajectum. Secunda ob cauſam. Tertia in his verbis eſt ob potentiam navalem. Itaque τὸ *enim* primæ potius rationi apponendum erat, non huic tertiæ, ubi minime convenit. In prima editione legitur *neque enim minus* abſque τῷ *mari*. Valde ſuſpicor ſcripſiſſe Livium: *neque etiam mari minus*. Jac. Gron.

2 *Cherſoneſum --- firmaret*] Appianus ita: ἔς τε Χεῤῥόνησον διαπλεύσας πάλιν αὐτὴν ὠχύρου, καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἐκρατύνετο, δι' ὧν ἔδει τὴν φάλαγγα τὴν Ῥωμαίων ἐς τὴν Ἀσίαν ὁδεῦσαί τε καὶ περάσαι. *Sigonius.*

3 *Quam primam Græciæ civitatem*] Scripti & veteres, *civitatum*. Modius ex Mog. *civitatium*. J. F. Gron.

cia perpacata erant) & ubi claſſis Romana eſſet; poſteaquam audivit circa Thermopylarum ſaltum in ſtatione conſulem ac regem eſſe, claſſem Piræei ſtare; maturandum ratus omnium rerum cauſſa, pergit protinus navigare Peloponneſum. [1] Samen Zacynthumque, quia partis Ætolorum maluerant eſſe, protinus depopulatus, Maleam petit: & proſpera navigatione uſus, paucis diebus Piræeum ad veterem claſſem pervenit. Ad Scyllæum Eumenes rex cum tribus navibus occurrit; quum Æginæ diu incertus conſilii fuiſſet, utrum ad tuendum rediret regnum, (audiebat enim Antiochum Epheſi navales terreſtreſque parare copias) an nuſquam abſcederet ab Romanis, ex quorum fortuna ſua penderet. [2] A Piræeo A. Atilius traditis ſucceſſori quinque & viginti navibus tectis, Romam eſt profectus. Livius una & octoginta roſtratis navibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ roſtratæ aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum

43 trajecit. Eo fere tempore conſul Acilius Naupactum oppugnabat. Livium Deli per aliquot dies (& eſt ventoſiſſima regio inter Cycladas, fretis alias majoribus, alias minoribus diviſas) adverſi venti tenuerunt. Polyxenidas certior per diſpoſitas ſpeculatorias naves factus, Deli ſtare Romanam claſſem, nuncios ad regem miſit. qui omiſſis, quæ in Helleſponto agebat, cum roſtratis navibus, quantum accelerare potuit, Epheſum rediit: & conſilium extemplo habuit, faciendumne periculum

1 *Samum, Zacynthum, quia*] Vet. lib. *Tamen, Zacynthumque*; Ego, *Samen.* De Same inſula ſupra copioſe dictum eſt. Sic enim Virgilius etiam ex Homero: *Sameque & nemoroſa Zacynthos.* Livius autem præfectus claſſis Zacynthum populatus eſt, forte quod neſciret eam ab Achæis Romano populo Quintio ipſo agente conceſſam, quod paulo ante factum eſſe ſcripſit. *Sigonius.*

2 *A Piræeo A. Atilius traditis*, &c. *Livius una & LXXX roſtratis navibus*] Hæc ſic Appian. Λίβιος δ᾽ ὁ φύλαξ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν αἱρεθεὶς Ἀτιλίῳ διάδοχος, αὐτίκα ταῖς τε ἰδίαις ναυσὶν ἃς ἐς τὴν Ἰταλίαν περιέπλει, καὶ παρὰ Καρχηδονίων αὐτῷ ποι δοθείσαις, καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις, ἐς Πειραιᾶ κατήχθη, καὶ τὸ ὑπ᾽ Ἀτιλίῳ στόλον παραλαβὼν, ἔπλει καταφράκτοις ὀγδοήκοντα καὶ μιᾷ· ἑπομένου μετ᾽ Εὐμένους πεντήκοντα ἰδίαις· καὶ ἦν κατάφρακτον καὶ τῶνδε τὸ ἥμισυ. *Idem.*

riculum navalis certaminis foret. Polyxenidas, *Negabat ceſſandum & utique prius confligendum, quam claſſis Eumenis, & Rhodiæ naves conjungerentur Romanis. ita numero non ferme impares futuros; ipſum cæteris omnibus ſuperiorem, & celeritate navium, & varietate auxiliorum. Nam Romanas naves, quum ipſas inſcite factas immobiles eſſe, tum etiam,* [1] *ut quæ in terram hoſtium veniant, oneratas commeatu venire: ſuas autem, ut pacata omnia circa ſe relinquentes, nihil præter militem atque arma habituras. multum etiam adjuturam notitiam maris terrarumque & ventorum: quæ omnia ignaros turbatura hoſtes eſſent.* Movit omnes auctor conſilii, qui & re conſilium exſecuturus erat. Biduum in apparatu morati: [2] tertio die centum navibus, quarum ſeptuaginta tectæ, cæteræ apertæ, [3] minoris omnes formæ erant, profecti Phocæam petierunt. inde quum audiſſet, appropinquare jam Romanam claſſem rex, quia non interfuturus navali certamini erat; Magneſiam, quæ ad Sipylum eſt, conceſſit, ad terreſtres copias comparandas. claſſis ad Cyſſuntem portum Erythræorum (tamquam ibi aptius exſpectatura hoſtem) contendit. Romani, ubi primum aquilones (ii namque per aliquot dies tenuerant) cecidere, ab Delo [4] Phanas, portum Chiorum in Ægæum mare verſum, petunt: inde ad urbem circumegere naves, commeatuque ſumpto, Phocæam trajiciunt. Eumenes Elæam ad ſuam claſſem profectus, paucis poſt inde diebus cum quatuor & viginti navibus tectis, apertis pluribus paulo, à Phocæa ad Romanos parantes inſtruenteſque ſe ad navale certa-

1 *Ut quæ in terram hoſtium veniant*] Voſſ. *ut quæ hoſti conveniant.* Forte: *ut quæ in hoſticum veniant.* J. F. Gron.

2 *Tertio die C navibus, quarum* LXX] Vereor ne ſit legendum, *CC navib,* quia ſcribit Appian. ἀντενήγετο δ' αὐτοῖς ὁ ναύαρχος τοῦ Ἀντιόχου Πολυξενίδας διακοσίαις ναυσὶ κουφοτέραις πολὺ. Sigonius.

3 *Minoris omnes formæ erant*] Sic juſſit legi Gelenius, non addito, conjecerit id, an ſcripto invenerit. Nec adnotarunt ex eodem Moguntini. Habet tamen & Voſſianus. Priores: *minores omnes ferme.* Fortaſſe: *quarum ſeptuaginta tectæ, cæteræ apertæ, minores omnes ferme erant.* J. F. Gron.

4 *Phanas portum Chiorum*] Promontorium ait eſſe Stephanus, Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίου. Sigonius.

certamen, rediit. [1] Inde centum quinquaginta tectis navibus, apertis ferme quinquaginta profecti, primo aquilonibus tranſverſis quum urgerentur in terram, cogebantur tenui agmini prope in ordinem ſingulæ naves ire: deinde ut lenita paulum vis venti eſt, ad Corycum portum, qui ſuper Cyſſuntem eſt, conati ſunt trajicere. Polyxenidas, ut appropinquare hoſtes allatum eſt, occaſione pugnandi lætus, ſiniſtrum ipſe cornu in altum extendit, dextrum cornu præfectos navium ad terram explicare jubet, & æqua fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi vidit Romanus, vela contrahit, maloſque inclinat, & ſimul armamenta componens, opperitur inſequentes naves. Jam ferme triginta in fronte erant; quibus ut æquaret lævum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit: juſſis, qui ſequebantur, adverſus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eumenes agmen cogebat. cæterum ut demendis armamentis tumultuari primum cœptum eſt, & ipſe quanta maxima celeritate poteſt, concitat naves. [2] Jam omnibus in conſpectu erant; duæ Punicæ naves antecedebant Romanam claſſem, quibus obviæ tres fuerunt regiæ naves. & ut in numero impari, duæ regiæ unam circumſiſtunt. & primum ab

44

utro-

1 *Inde centum quinquaginta tectis*] Unde iſta numeroſa claſſis? Accurate omnes putavit Livius: nempe Roma ſecum duxit præfectus tectas naves 50, circa Siciliam Punicas 6, ab Aulo Atilio deceſſore 25. Ita factæ omnes 81. His adiecit Eumenes naves 24, quæ ſimul comprehenſæ explent numerum 105. Unde dubitare licet, an non Livius ſcripſerit; *Inde centum quinque tectis*. Jac. Gron.

2 *Jam omnibus in conſpectu erant*] Ita receptum videtur ex codice Moguntino, cum antea legeretur, ut colligi poteſt ex illa ipſa editione, *omnes*, quod mea ſententia multo melius. Voluit enim Romanorum Prætor prœlium committere, antequam omnes etiam ultimæ naves in conſpectu eſſent. Nec dubito *omnibus* pro *omnes* vel *omnis* à librario exaratum eſſe vulgari illo errore, de quo monuit Vir ſummus ad lib. 21 c. 60 & 22, 24 ac 30, ſed & paulo ante, quum dicatur Romanus habuiſſe unam & octoginta roſtratas ſeu potius tectas naves, quibus nullæ poſtea acceſſerunt, niſi Eumenis XXIV tectæ, iiſque conjunctis efficiantur ſolummodo *centum quinque*, quis dubitet eo loco reponendum eſſe *quinque* pro *quinquaginta*, ſive is error ortus ſit ex eo, quod proximo ſtatim verſu ſequitur *quinquaginta*, ſive numero notis ſcripto V in L tranſierit. *Jac. Perizonius.*

1 *Ub*

utroque latere remos detergunt : deinde tranſcendunt
armati, & dejectis cæſiſque propugnatoribus, navem
capiunt. Una quæ compari Marte concurrerat, poſt-
quam captam alteram navem vidit, priuſquam à tribus
ſimul circumveniretur, retro ad claſſem refugit. Livius
indignatione accenſus, prætoria nave in hoſtes tendit.
adverſus quam eadem ſpe duæ, quæ Punicam unam na-
vem circumvenerant, quum inferrentur, demittere in
aquam remos ab utroque latere remiges ſtabiliendæ na-
vis cauſſa juſſit, & in advenientes hoſtium naves ferreas
manus injicere: & [1] ubi pugnam pedeſtri ſimilem feciſ-
ſet, meminiſſe Romanæ virtutis, nec pro viris ducere
regia mancipia. Haud paulo facilius, quam ante duæ
unam, tunc una duas naves expugnavit, cepitque. Et
jam claſſes quoque undique concurrerant, & paſſim per-
miſtis navibus pugnabatur. Eumenes, qui extremus
commiſſo certamine advenerat, ut animadvertit lævum
cornu hoſtium ab Livio turbatum; dextrum ipſe, ubi
æqua pugna erat, invadit. Nec ita multo poſt, primum 45
ab lævo cornu fuga cœpit. Polyxenidas enim ut virtu-
te militum haud dubie ſuperari ſe vidit, ſublatis doloni-
bus effuſe fugere intendit: mox idem & qui prope ter-
ram cum Eumene contraxerant certamen, fecerunt. Ro-
mani & Eumenes, quoad ſufficere remiges potuerunt, &
in ſpe erant extremi agminis vexandi, ſatis pertinaciter
ſecuti ſunt. poſteaquam celeritate navium, utpote le-
vium, ſuas commeatu onuſtas eludi fruſtra tendentes vi-
derunt, tandem abſtiterunt; tredecim captis navibus
cum milite ac remige, decem demerſis. Romanæ claſſis
una Punica navis, in primo certamine ab duabus circum-
venta, periit. Polyxenidas non prius, quam in portu
Epheſi, fugæ finem fecit. Romani eo die, unde egreſſa
regia claſſis erat, manſerunt: poſtero die hoſtem perſe-
qui

1 *Ubi pugnam pedeſtri ſimilem feciſſet*] Sic jam Andreas. ſed legendum, *feciſſent*. nempe præfecti & propugnatores navium. *J. F. Gron.*

qui intenderunt. medio fere in curſu obviæ fuere iis [1] quinque & viginti tectæ Rhodiæ naves, cum Pauſiſtrato præfecto claſſis. Iis adjunctis Epheſum hoſtem perſecuti, ante oſtium portus acie inſtructa ſteterunt. Poſteaquam confeſſionem victis ſatis expreſſerunt, Rhodii & Eumenes domos dimiſſi: Romani Chium petentes, Phœnicuntem primum portum Erythrææ terræ prætervecti, nocte anchoris jactis, poſtero die in inſulam ad ipſam urbem trajecerunt. ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati, Phocæam tranſmittunt. Ibi, relictis ad præſidium urbis quatuor quinqueremibus, [2] ad Canas claſſis venit: & quum jam hiems appeteret, foſſa valloque circumdatis naves ſubductæ. Exitu anni comitia Romæ habita, quibus creati ſunt conſules L. Cornelius Scipio, & C. Lælius: [3] intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum. [4] Poſtero die prætores creati, M. Tuccius, L. Aurunculeius, Cn. Fulvius, L. Æmilius, P. Junius, C. Atinius Labeo.

1 *Quinque & viginti tectæ Rhodiæ*] Appianus VII & XX fuiſſe ait: ἔνθα αὐτοῖς Ροδίων νῆες συμμαχίδες ἦλθον ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν. Idem Pauſiſtratum vocat Παυσίμαχον. *Sigonius.*

2 *Ad Canas claſſis venit*] Stephanus: Αἰγάτης, Αἰολίδος ἄκρα, ὡς Στράβων, ἣ νῦν Κανὴ Καναὶ λέγεται. *Idem.*

3 *Intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum*] Forte: *intentis.* J. F. Gron.

4 *Poſtero prr. creati*] Vet. lib. *Poſtero die prætores creati.* Sigonius.

EPITOME

LIBRI XXXVII.

Lucius Cornelius Scipio conſul legato P. Scipione Africano, qui ſe legatum fratris futurum dixerat, ſi ei Græcia & Aſia provincia decerneretur, quum C. Lælio, qui multum in ſenatu poterat, ea provincia dari videretur; profectus ad bellum adverſus Antiochum gerendum, in Aſiam primus omnium Romanorum ducum trajecit. Æmilius Regillus adverſus regiam claſſem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonneſum, Rhodiis adjuvantibus. Filius Africani ab Antiocho captus, patri remiſſus eſt. Manius Acilius Glabrio de Antiocho, quem Græcia expulerat, & de Ætolis triumphavit. Victo deinde Antiocho à L. Cornelio Scipione, adjuvante [1] *Eumene rege Attali Pergameni filio, pax data: ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo juvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum. Rhodiis quoque, qui & ipſi juverant, quædam civitates conceſſæ. Colonia deducta eſt Bononia. Æmilius Regillus, qui præfectos Antiochi navali certamine vicerat, navalem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio,* [2] *qui cum Antiocho debellaverat,* [3] *cognomine fratri coæquatus, Aſiaticus appellatus eſt.*

Ucio Cornelio [4] Scipione, C. Lælio conſuli- 1
bus, nulla prius, ſecundum religiones acta in ſenatu res eſt, quam de Ætolis. & legati eorum inſtitere, quia brevem induciarum diem habebant: & ab T. Quintio, qui tum Romam ex Græcia

1 *Eum. rege Attali Pergameni filio*] Vet.lib. *Eumene rege Pergami Attali filio.* Sigonius.

2 *Qui cum Antiocho bellaverat*] Vet. lib. *Debellaverat*, recte. *Idem.*

3 *Cognomine fratri coæquatus*] Libri veteres, *exæquatus.* Idem.

4 *Scipione & C. Lælio*] Copula in principe editione non eſt; propterea eraſimus. *Jac. Gron.*

cia redierat, adjuti ſunt. Ætoli, ut quibus plus in miſericordia ſenatus, quam in cauſſa ſpei eſſet, ſuppliciter egerunt; veteribus benefactis nova penſantes maleficia. Cæterum & præſentes interrogationibus undique ſenatorum, confeſſionem magis noxæ, quam reſponſa exprimentium, fatigati ſunt: & excedere curia juſſi, magnum certamen præbuere. Plus ira, quam miſericordia in cauſſa eorum valebat. quia non ut hoſtibus modo, ſed tanquam indomitæ & inſociabili genti, ſuccenſebant. Per aliquot dies quum certatum eſſet, poſtremo neque dari, neque negari pacem placuit. duæ conditiones eis latæ ſunt: vel ſenatui liberum arbitrium de ſe permitterent; vel mille talentûm darent, eoſdemque amicos atque inimicos haberent. Exprimere cupientibus, quarum rerum in ſe arbitrium ſenatui permitterent; nihil certi reſponſum eſt. ita infecta pace dimiſſi, urbe eodem die, Italia intra quindecim dies excedere juſſi. Tum de conſulum provinciis cœptum eſt agi. Ambo Græciam cupiebant. Multum Lælius in ſenatu poterat. is quum ſenatus aut ſortiri aut comparare inter ſe provincias conſules juſſiſſet; elegantius facturos dixit, ſi judicio Patrum, quam ſi ſorti eam rem permiſiſſent. Scipio reſponſo ad hoc dato, cogitaturum quid ſibi faciendum eſſet, cum fratre uno locutus; juſſuſque ab eo permittere audacter ſenatui; renunciat collegæ, facturum ſe quod is cenſeret. Quum res aut nova, aut vetuſtate exemplorum memoriæ jam exoletæ, relata exſpectatione certaminis ſenatum erexiſſet, P. Scipio Africanus dixit, *Si L. Scipioni fratri ſuo provinciam Græciam decreviſſent: ſe legatum iturum.* Hæc vox magno aſſenſu audita, ſuſtulit certamen. Experiri libebat, utrum plus regi Antiocho in Annibale victo, an in victore Africano conſuli legionibuſque Romanis auxilii foret: ac prope omnes Scipioni Græciam, 2 Lælio Italiam decreverunt. Prætores inde provincias ſortiti; L. Aurunculeius urbanam, Cn. Fulvius peregrinam,

nam ; L. Æmilius Regillus claſſem, P. Junius Brutus Tuſcos, M. Tuccius Apuliam & Bruttios, C. Atinius Siciliam. Conſuli deinde, cui Græcia provincia decreta erat, ad eum exercitum quem à Manio Acilio (duæ autem legiones erant) accepturus eſſet, in ſupplementum addita peditum civium Romanorum tria millia, equites centum, & ſociûm Latini nominis quinque millia, equites ducenti: & adjectum, ut quum in provinciam veniſſet, ſi è republica videretur eſſe, exercitum in Aſiam trajiceret. Alteri conſuli totus novus exercitus decretus: duæ legiones Romanæ, & ſociûm Latini nominis, quindecim millia peditum, equites ſexcenti. Exercitum ex Liguribus Q. Minucius (jam enim confectam provinciam ſcripſerat, & Ligurum omne nomen in deditionem veniſſe) traducere in Boios, & P. Cornelio proconſuli tradere, juſſus. [1] Ex agro, quo victos bello mulctaverat Boios, deductæ urbanæ legiones, quæ priore anno conſcriptæ erant, M'. Tuccio prætori datæ, & ſociûm Latini nominis peditum quindecim millia, equites ſexcenti, ad Apuliam Bruttioſque obtinendos. A. Cornelio ſuperioris anni prætori, qui Bruttios cum exercitu obtinuerat, imperatum, ſi ita conſuli videretur, ut legiones in Ætoliam trajectas Manio Acilio traderet; ſi is manere ibi vellet. ſi Acilius redire Romam mallet, ut A. Cornelius cum eo exercitu in Ætolia remaneret, C. Atinium Labeonem provinciam Siciliam exercitumque à M. Æmilio accipere placuit, & in ſupplementum ſcribere ex ipſa provincia, ſi vellet, peditum duo millia, & centum equites. P. Junius Brutus in Tuſcos exercitum novum, legionem unam Romanam, & decem millia ſociûm Latini nominis ſcribere, & quadringentos equites; L. Æmilius, cui provincia maritima erat, viginti naves longas, & ſocios navales à M. Junio prætore ſuperioris

1 *Ex agro, quo victos bello mulctaverat Bojos, deductæ urbanæ legiones*] Scripti: *deducendæ*. J. F. Gron.

1 *Quod*

rioris anni accipere juſſus, & ſcribere ipſe mille navales ſocios, duo millia peditum: cum iis navibus militibuſque in Aſiam proficiſci, & claſſem à C. Livio accipere. Duas Hiſpanias Sardiniamque obtinentibus prorogatum in annum imperium eſt, & iidem exercitus decreti. Siciliæ Sardiniæque binæ eo anno decumæ frumenti imperatæ: Siculum omne frumentum in Ætoliam ad exercitum portari juſſum: ex Sardinia pars Romam, pars in Æto-
3 liam, eodem quo Siculum. Priuſquam conſules in provincias proficiſcerentur, prodigia per pontifices procurari placuit. Romæ Junonis Lucinæ templum de cœlo tactum erat: ita ut faſtigium valvæque deformarentur. Puteolis pluribus locis murus, & porta fulmine icta, & duo homines exanimati. Nurſiæ ſereno ſatis conſtabat nimbum ortum. ibi quoque duos liberos homines exanimatos. Terra apud ſe pluiſſe Tuſculani nunciabant: & Reatini mulam in agro ſuo peperiſſe. Ea procurata: Latinæque inſtauratæ; [1] quod Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat. Supplicatio quoque earum religionum cauſſa fuit. quibus Diis decemviri ex libris fieret, ediderunt. Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique ad id ſacrificium adhibiti: & decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt. P. Cornelius Scipio Africanus, priuſquam proficiſceretur, fornicem in Capitolio adverſus viam, qua in Capitolium adſcenditur cum ſignis ſeptem auratis, duobus equis, & marmorea duo labra ante fornicem poſuit. Per eoſdem dies principes Ætolorum tres & quadraginta, inter quos Damocritus & frater ejus erant, ab duabus cohortibus miſſis à Manio Acilio, Romam deducti, [2] & in Lautumias

1 *Quod Laurentibus carnis, quæ dari deberet*] Dubitat Glareanus, ne quid vitii ſit in voce, *carnis*, neque enim legit Priſcianum, qui libro ſexto citatis his Livii verbis, libro hiſtoriarum ab urbe cond. XXXVII, oſtendit, *carnis* in recto caſu etiam recte dici. præterea idem habet, *quæ dari debet*, non *deberet*, quæ lectio eſt etiam vetuſtorum librorum. *Sigonius.*

2 *Et in Latomias conjecti ſunt*] Scribe, *Lautumias*. Sic in Digeſtis, Plauto,

nias conjecti ſunt. cohortes inde ad exercitum redire L. Cornelius conſul juſſit. Legati ab Ptolomæo & Cleopatra, regibus Ægypti, gratulantes quod Manius Acilius conſul Antiochum regem Græcia expuliſſet, venerunt: adhortanteſque, ut in Aſiam exercitum traduceret, omnia perculſa metu non in Aſia modo, ſed etiam in Syria eſſe; reges Ægypti ad ea quæ cenſuiſſet ſenatus, paratos fore. Gratiæ regibus actæ: legatis munera dari juſſa, in ſingulos quaternum millium æris. L. Cornelius con- 4
ſul peractis quæ Romæ agenda erant, pro concione edixit, ut milites, quos ipſe in ſupplementum ſcripſiſſet, quique in Bruttiis cum A. Cornelio proprætore eſſent; ut hi omnes Idibus Quintilibus Brunduſium convenirent. Item treis legatos nominavit, Sex. Digitium, L. Apuſtium, C. Fabricium Luſcinum, qui ex ora maritima undique naves Brunduſium contraherent: & omnibus jam paratis, paludatus ab urbe eſt profectus. Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis ſociiſque, qui emerita ſtipendia ſub imperatore P. Africano habebant, præſto fuere exeunti conſuli, & nomina dederunt. Per eos dies, quibus eſt profectus ad bellum conſul, ludis Apollinaribus, ante diem quintum Idus Quintiles cœlo ſereno interdiu obſcurata lux eſt, quum luna ſub orbem ſolis ſubiſſet. Et L. Æmilius Regillus, cui navalis provincia evenerat, eodem tempore profectus eſt. L. Aurun-

to, Cicerone optimos habere libros dudum ſummi viri obſervarunt. Sic lib. 26, 27 nos in ſanctioribus invenimus. Et confirmat maxime jocus Sabini apud M. Senecam controv. 27, quæ fuit lib. 9 quarta: *Idem cum reus rogaret, ut in Lautumias transferretur, Ne, inquit, quemquam veſtrum decipiat, nomen ipſum Lautumiæ inde, quod minime lauta res eſt.* Sic enim vexatiſſimum locum partim ex ſcriptis, partim ex conjectura reſtituo. Amolitur invidiam. & occurrit opinioni, quæ ignaris & iniquis naſci poterat, quia Lautumias rogat, hunc mitiorem carcerem eſſe. Sed hunc opportunum tempori ſuo ſenſum corrumpit inepto luſu ex falſa origine & paribus ſonis diverſiſſimorum vocabulorum petito. Ne putetis parum ſqualoris in hoc carcere eſſe, ne vos decipiat & fallat nomen, quaſi aliquid lauti præferens, ſcitote illud nomen ita ortum, ut ſint *Lautumiæ* dictæ quaſi *lauta minime.* Ita non potuiſſet ludere, ſi Romani *Latomiæ* pronuntiaſſent. *J. F. Gron.*

runculeio negotium ab ſenatu datum eſt, ut triginta quinqueremes, viginti triremes faceret: quia fama erat, Antiochum poſt prœlium navale majorem claſſem aliquanto reparare. [1] Ætoli priuſquam legati ab Roma retulerunt, nullam ſpem pacis eſſe, quamquam omnis ora maritima eorum quæ in Peloponneſum verſa eſt, depopulata ab Achæis erat, periculi magis quam damni memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem montem occupaverunt. neque enim dubitabant, ad oppugnationem Naupacti eos principio veris redituros eſſe. Acilio, qui id exſpectari ſciebat, ſatius viſum eſt inopinatam aggredi rem, & Lamiam oppugnare. Nam & à Philippo prope ad excidium adductos eſſe; & tunc eo ipſo, quod nihil tale timerent, opprimi incautos poſſe. Profectus ab Elatia primum in hoſtium terra circa Sperchium amnem poſuit caſtra: inde nocte motis ſignis,
5 prima luce corona mœnia eſt aggreſſus. Magnus pavor, ac tumultus, ut in re improviſa fuit. conſtantius tamen, quam quis facturos crederet in tam ſubito periculo, quum viri propugnarent, feminæ tela omnis generis ſaxaque in muros gererent, multifariam ſcalis appoſitis, urbem eo die defenderunt. Acilius, ſigno receptui dato, ſuos in caſtra [2] medio ferme die reduxit: & tunc cibo & quiete refectis corporibus, priuſquam prætorium dimitteret, denunciavit, ut ante lucem armati paratique eſſent. niſi expugnata urbe ſe eos in caſtra non reducturum. Eodem tempore quo pridie pluribus locis aggreſſus, quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit. Ibi partim divendita, partim diviſa præda, conſilium habitum, quid deinde faceret. Nemini ad Naupactum iri pla-

1 *Ætoli priuſquam legati*] Editi priores, Voſſ. Thuan. *Ætoli poſt quam legati*. Nec video, cur ipſi in pace & Romanorum benevolentia unicam ſpem ponentes, primi hoſtilia inchoare conſtituerint, niſi poſtquam à Romanis ſe rejectos noverunt. *Jac. Gron.*

2 *Medio ferme diei*] Vet. lib. *Medio ferme die*. Sigonius.

1 *Ad-*

placuit; occupato ad Coracem ab Ætolis ſaltu. ne tamen ſegnia æſtiva eſſent, & Ætoli non impetratam pacem ab ſenatu, nihilominus per ſuam cunctationem haberent, oppugnare Acilius Amphiſſam ſtatuit. ab Heraclea per Oetam exercitus eo ductus. Quum ad mœnia caſtra poſuiſſet, non corona, ſicut Lamiam, ſed operibus oppugnare urbem eſt adortus. Pluribus ſimul locis aries admovebatur: & quum quaterentur muri, nihil [1] adverſus tale machinationis genus parare, aut comminiſci oppidani conabantur. omnis ſpes in armis & audacia erat, eruptionibuſque crebris & ſtationes hoſtium, & eos ipſos, qui circa opera & machinas erant, turbabant.
Multis tamen locis murus decuſſus erat, quum allatum 6
eſt, ſucceſſorem Apolloniæ expoſito exercitu, per Epirum ac Theſſaliam venire. [2] Cum tredecim millibus peditum & quingentis equitibus conſul veniebat. [3] Jam in ſinum Maliacum venerat. & præmiſſis Hypatam, qui tra-

1 *Adverſus tale machinationis genus parare*] Scripti: *tale oppugnationis genus.* Et mox ibidem: *qui circa opera & machinationes erant.* non *machinas.* Sane neque vulgatum incommodum valde, neque ſic mutandi cauſſam idoneam habuiſſe videntur. Lib. 22. *Vineæ inde omniaque alia operum machinationumque genera quum admoverentur.* Lib. 25. *Quum jam machinationum omni genere & operibus oppugnaretur.* Lib. 27. *Naves partim machinationibus onerat apparatuque mœnium oppugnandorum, partim tormentis & ſaxis omnique miſſilium telorum genere inſtruit.* J. F. Gron.

2 *Cum tribus millibus pedit. & quingenis equit. cos.*] In priore numero vitium eſt. Dixit enim paulo ante: Conſuli in ſupplementum data eſſe civium Romanorum peditum tria millia, equites centum, ſocium nominis Latini quinque millia, equites ducentos. Et poſt: *Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis ſociiſque qui emerita ſtipendia ſub imperatore P. Africano habebant, præſto fuere exeunti conſuli, & nomina dederunt.* Quo fit, ut non *tria*, ſed *tredecim millia* ſecum duxerit. Equitum etiam numerus auctus eſt, quod edixit, ut milites, qui in Bruttiis cum A. Cornelio propræt. eſſent, adeſſent. XII etiam millia ſecum adduxiſſe M' Acilium, qui ante ſe rem geſſerat, ſcripſit. *Sigonius.*

3 *Jam in ſinum Maliacum venerat*] Si L. Scipio expoſito Apolloniæ exercitu per Epirum, atque Theſſaliam in Ætoliam venit, ut & ſuperiore verſu ait Livius, & paulo poſt, cum inquit, *Ab Amphiſſa Theſſaliam repetit.* videndum eſt, quemadmodum in Maliacum ſinum venerit, atque ante in ſinum venerit, quam Hypatam. neque enim mari veniſſe in ſinum ex verbis Livii intelligi poteſt, neque item ex Appiano, qui ita ait: Πόπλιος δὲ Σκιπίων ἀφικόμενος ἐς Αἰτωλίαν μετὰ τοῦ ὑπάτου, καὶ τοῦ Μανίου στρατὸν παραλαβὼν, τὰς μὲν ἐν Αἰτωλίᾳ πολιορκίας ὑπερεῖδεν. Ex his

tradere urbem juberent, poſteaquam reſponſum eſt; nihil niſi ex communi Ætolorum decreto facturos; ne teneret ſe oppugnatio Hypatæ nondum Amphiſſa recepta, præmiſſo fratre Africano, Amphiſſam ducit. Sub adventum eorum oppidani relicta urbe (jam enim magna ex parte nudata mœnibus erat) in arcem, quam inexpugnabilem habent, omnes armati atque inermes conceſſere. Conſul ſex millia ferme paſſuum inde poſuit caſtra. eo legati Athenienſes primum ad P. Scipionem, prægreſſum agmen (ſicut ante dictum eſt) deinde ad conſulem venerunt; deprecantes pro Ætolis. Clementius reſponſum ab Africano tulerunt. qui cauſſam relinquendi honeſte Ætolici belli quærens, Aſiam & regem Antiochum ſpectabat: juſſeratque Athenienſes, non Romanis ſolum, ut pacem bello præferrent, ſed etiam Ætolis perſua-

his autem locis, quæ hoc loco nominata ſunt, Sinus Maliacus eſt ſupra Eubœam inſulam. Hypata eſt oppidum Theſſaliæ, ſiquidem eſt in Perræbia Theſſaliæ regione. Amphiſſa Locrorum Ozolorum non longe à Naupacto. cum ergo Scipio per Epirum & Theſſaliam in Ætoliam veniret, nuncios Hypatam, ut ſe dederet, præmiſit, & re infecta ducit Amphiſſam Ætolorum; inde ab ejus obſidione, inquit, Theſſaliam repetit, ut per Macedoniam, & Thraciam duceret exercitum in Aſiam. Hæc cum ita ſint, apparet non *in ſinum Maliacum*, qui ſupra Eubœam eſt, Scipionem veniſſe, ſed *in finem Maliacum*. Eſt autem Malœa oppidum in Perræbia Theſſaliæ Livio ipſo auctore. itaque libr. 42 ait: *Per Theſſaliam & Malienſem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos iſti.* Stephanus illos Μαλιέας, hos Μηλιέας, vocat. ſic enim ſcribit; Μαλιεὺς πόλις ἐπώνυμος τῶν Μαλιέων. ὁ πολίτης Μαλιεύς. ἔστι καὶ Μαλιακὸς κόλπος. λέγεται καὶ Μαλεάτης. poſt autem, Μῆλος νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, τὸ ἐθνικὸν οἱ Μήλιοι, οἱ δὲ ἐν Θετταλίᾳ Μηλιεῖς, καὶ διὰ τοῦ ἄλφα Δωρικῶς Μαλιεῖς. γίνεται καὶ ἀπὸ τοῦ Μῆλος Μηλιεύς, καὶ Μηλιακός, καὶ Μηλὶς ἡ χώρα. Ut autem hic dixit *finem Maliacum*, pro *fines*: ſic lib. 34 *finem Piſanum*. Fecit autem illuſtris fama *ſinus Maliaci*, ut rudes librarii *ſinum Maliacum*, pro *finem* ſcripſerint. *Sigonius.*

In ſinum Maliacum ven.] A mirante hic Glareano, quomodo ante in *Maliacum ſinum* venerit conſul quam Hypatam, abreptus Sigonius corrigit: *finem Maliacum*. Idem igitur faciendum illis fuerat libro præcedenti, ubi Glabrionis iter deſcribitur: *Ducere tum porro in ſinum Maliacum cœpit. Appropinquante faucibus, ſuper quas ſiti Thaumaci ſunt, &c. A Thaumacis altero die conſul ad Sperchium amnem pervenit: inde Hypatæorum agros vaſtavit.* Heliodorus lib. 2. Οἱ μὲν Αἰνειᾶνες, Θετταλικῆς ἐστι μοίρας τὸ εὐγενέστατον· τὸ μὲν ἄλλο τῷ Μαλιακῷ κόλπῳ παρακλινόμενον, μητρόπολιν δὲ σεμνυνόμενον Ὑπάταν. ὡς μὲν αὐτοὶ βούλονται, ἀπὸ τοῦ τῶν ἄλλων ὑπατεύειν καὶ ἄρχειν ὠνομασμένην· ὡς δὲ ἑτέροις δοκεῖ, διότι περ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει κατῴκισται. *J. F. Gron.*

1 *Idem*

ſuadere. Celeriter auctoribus Athenienſibus frequens
ab Hypata legatio Ætolorum venit. & ſpem pacis eis ſer-
mo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit; com-
memorantis, multas gentes populoſque in Hiſpania
prius, deinde in Africa in fidem ſuam veniſſe. in omni-
bus ſe majora clementiæ benignitatiſque, quam virtutis
bellicæ monumenta reliquiſſe. Perfecta videbatur res,
quum aditus conſul [1] idem illud reſponſum retulit, quo
fugati ab ſenatu fuerant. Eo tamquam novo quum icti
Ætoli eſſent (nihil enim nec legatione Athenienſium,
nec placido Africani reſponſo profectum videbant) re-
ferre ad ſuos dixerunt velle. Reditum inde Hypatam 7
eſt, nec conſilium expediebatur: nam neque unde mille
talentum daretur erat; & permiſſo libero arbitrio, ne in
corpora ſua ſæviretur, metuebant. Redire itaque eoſ-
dem legatos ad conſulem & Africanum juſſerunt, & pe-
tere, ut ſi dare vere pacem, non tantum oſtendere, fru-
ſtrantes ſpem miſerorum, vellent; aut ex ſumma pecuniæ
demerent, aut permiſſionem extra civium corpora fieri
juberent. Nihil impetratum, ut mutaret conſul: & ea
quoque irrita legatio dimiſſa eſt. Secuti & Athenienſes
ſunt, & princeps legationis eorum Echedemus, fatiga-
tos tot repulſis Ætolos, & complorantes inutili lamenta-
tione fortunam gentis, ad ſpem revocavit; auctor indu-
cias ſex menſium petendi, ut legatos Romam mittere
poſſent. Dilationem nihil ad præſentia [2] mala, quippe
quæ ultima eſſent, adjecturam. levari per multos caſus
tempore interpoſito præſentes clades poſſe. Auctore
Eche-

1 *Idem illud reſponſum retulit*] Aliud Livio ſane eſt *reſponſum referre*, ut infra cap. 28. *Hoc tam triſte reſponſum quum retuliſſent legati.* Aliud reddere reſponſum, ut 38, 9. *Adverſus quæ legati nullo reddito reſponſo domum regreſſi ſunt.* Quod huc deſiderari apparet. *Jac. Gron.*

2 *Mala quæ ultima eſſent, adjecturam. levari*] Voſſ. *Dilationem nihil ad præſentia mala quippe quæ ultima eſſent, adjecturam ; & levari.* Tò *quippe* habent & veteres omnes ab Andrea ad Frobenium. Primus omiſit Curio. *J. F. Gron.*

Echedemo iidem miſſi, prius P. Scipione convento, per eum inducias temporis ejus, quod petebant, à conſule impetraverunt: & ſoluta obſidione Amphiſſæ, M'. Acilius tradito conſuli exercitu, provincia deceſſit. & conſul ab Amphiſſa Theſſaliam repetit, ut per Macedoniam Thraciamque duceret in Aſiam. Tum Africanus fratri, *Iter, quod inſiſtis, L. Scipio, ego quoque approbo. ſed totum id vertitur in voluntate Philippi. Qui ſi imperio noſtro fidus eſt, & iter, & commeatus, & omnia quæ in longo itinere exercitus alunt juvantque, nobis ſuppeditabit. ſi is deſtituat, nihil per Thraciam ſatis tutum habebis. Itaque prius regis animum explorari placet. optime explorabitur, ſi nihil ex præparato agentem opprimet qui mittetur.* Ti. Sempronius Gracchus longe tum acerrimus juvenum ad id delectus, per diſpoſitos equos prope incredibili celeritate ab Amphiſſa (inde enim eſt dimiſſus) die tertio Pellam pervenit. In convivio rex erat, & in multum vini proceſſerat: ea ipſa remiſſio animi, ſuſpicionem dempſit, novare eum quicquam velle. Et tum quidem comiter acceptus hoſpes. poſtero die commeatus exercitui paratos benigne, pontes in fluminibus factos, vias, ubi tranſitu difficiles erant, munitas vidit. Hæc referens eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis occurrit conſuli. Inde certiore & majore ſpe lætus exercitus ad præparata omnia in Macedoniam pervenit. Venientes regio apparatu accepit, & proſecutus eſt rex. Multa in eo & dexteritas & humanitas viſa, quæ commendabilia apud Africanum erant; [1] virum ſicut ad cætera egregium, ita à comitate, quæ ſine luxuria eſſet, non averſum. Inde non per Macedoniam modo, ſed etiam Thraciam, proſequente & præparante omnia Philippo, ad
8 Helleſpontum perventum eſt. Antiochus poſt navalem

ac

1 *Virum ſicut ad cætera egregium*] Præpoſitionem *ad* à læva manu huc irrepſiſſe crediderim, & ipſe auctor id demonſtrat in illis quæ contuli ad librum 21 c. 34. 27, 11. *Ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco ſermo*[ne] Jac. Gron.

2 *Itaqu*

ad Corycum pugnam, quum totam hiemem liberam in apparatus terreſtres maritimoſque habuiſſet; claſſi maxime reparandæ, ne tota maris poſſeſſione pelleretur, intentus fuerat. Succurrebat, *Superatum ſe quum claſſis abfuiſſet Rhodiorum. quod ſi ea quoque (nec commiſſuros Rhodios, ut iterum morarentur) certamini adeſſet, magno ſibi navium numero opus fore, ut viribus & magnitudine claſſem hoſtium æquaret.* [1] Itaque & Annibalem in Syriam miſerat ad Phœnicum arceſſendas naves, & Polyxenidam, quo minus proſpere geſta res erat, eo enixius & eas quæ erant reficere; & alias parare naves juſſit. Ipſe in Phrygia hibernavit, undique auxilia arceſſens; etiam in Gallogræciam miſerat. Bellicoſiores ea tempeſtate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta ſtirpe gentis, ſervantes animos. Filium Seleucum in Æolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes. quas illinc à Pergamo Eumenes, hinc à Phocæa Erythriſque, Romani ſollicitabant. Claſſis Romana, ſicut ante dictum eſt, ad Canas hibernabat. Eo media ferme hieme rex Eumenes cum duobus millibus peditum, equitibus centum, venit. Is quum magnam prædam agi poſſe dixiſſet ex hoſtium agro, qui circa Thyatira eſſet, hortando perpulit Livium, ut quinque millia militum ſecum mitteret. miſſi ingentem prædam intra paucos dies averterunt. Inter hæc Phocææ ſeditio 9
orta, quibuſdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. Gravia hiberna navium erant, grave tributum; quod togæ quingentæ imperatæ erant cum quingentis tunicis: gravis etiam inopia frumenti, propter quam naves quoque & præſidium Romanum exceſſit. tum vero liberata metu factio erat, quæ plebem in concionibus ad Antiochum trahebat. Senatus & optimates in Romana ſocietate perſtandum cenſebant. defectionis aucto-

1 *Itaque & Annibalem in Syriam miſerat, &c.*] Appianus ita: Ἀντίοχος δὲ τῆς ναυμαχίας πυθόμενος, Ἀννίβαν ἔστελλεν ἐπὶ Συρίας εἰς νεῶν ἄλλων ἔκ τε Φοινίκης καὶ Κιλικίας παρασκευήν. *Sigonius.*

auctores plus apud multitudinem valuerunt. Rhodii, quo magis ceſſatum priore æſtate erat, eo maturius æquinoctio verno eundem Pauſiſtratum claſſis præfectum cum ſex & triginta navibus miſerunt. Jam Livius à Canis cum triginta navibus, & ſeptem quadriremibus, quas ſecum Eumenes rex adduxerat, Helleſpontum petebat: ut ad tranſitum exercitus, quem terra venturum opinabatur, præpararet quæ opus eſſent. [1] In portum, quem vocant Achæorum, claſſem primum advertit. inde Ilium aſcendit, ſacrificioque Minervæ facto, legationes finitimas [2] ab Elæunte & Dardano & Rhœteo, tradentes in fidem civitates ſuas, benigne audivit. Inde ad Helleſponti fauces navigat; & decem navibus in ſtatione contra Abydum relictis, cætera claſſe in Europam [3] ad Seſton oppugnandam trajecit. Jam ſubeuntibus armatis muros, fanatici Galli primum cum ſolenni habitu ante portam occurrunt. Juſſu ſe matris Deum famulos Deæ venire memorant, ad precandum Romanum, ut parceret mœnibus urbique. Nemo eorum violatus eſt: mox univerſus ſenatus cum magiſtratibus ad dedendam urbem proceſſit. Inde Abydum trajecta claſſis. ubi quum tentatis per colloquia animis, nihil pacati reſponderetur, ad
10 oppugnationem ſeſe expediebant. Dum hæc in Helleſponto geruntur, Polyxenidas regius præfectus (erat autem exul Rhodius) quum audiſſet, profectam áb domo popularium ſuorum claſſem, & Pauſiſtratum præfectum ſuperbe quædam & contemptim in ſe concionatum dixiſſe, præcipuo [4] certamine animi adverſus eum ſumpto, nihil aliud dies noctesque agitabat animo, quam ut verba

1 *In portum, quem vocant Achæorum*] Sic Appianus: καὶ Σηστὸς μετ' αὐτῷ καὶ Ῥοίτιον, καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμὴν, καί τινα ἄλλα προσέθετο. *Sigonius.*

2 *Ab Eleunte*] *Elaunte.* Sic enim Græci. *Idem.*

3 *Ad Seſton oppugnandum trajecit*] Mog. *oppugnandam.* Recte. Ovidius epiſt. Leandri: *Vel tua me Seſtos, vel te mea ſumat Abydos.* J. F. Gron.

4 *Certamine animi adverſus*] Non placet τὸ *animi*. Forte: *præcipuo certamine unum adverſus eum ſumpto nihil aliud dies noctesque agitabat animo.* Idem.

1 *Uſui*

ba magnifica ejus rebus confutaret. Mittit ad eum hominem & illi notum qui diceret, *Et ſe Pauſiſtrato patriæque ſuæ magno* [1] *uſui, ſi liceat, fore. & à Pauſiſtrato ſe reſtitui in patriam poſſe.* Quum, quonam modo ea fieri poſſent, mirabundus Pauſiſtratus percunctaretur, fidem petenti dedit agendæ communiter rei, aut ſilentio tegendæ. [2] Tum internuncius, regiam claſſem aut totam, aut majorem ejus partem, Polyxenidam traditurum ei. pretium tanti meriti nullum aliud paciſci, quam reditum in patriam. Magnitudo rei, nec ut crederet, nec ut aſpernaretur dicta, effecit. Panormum Samiæ terræ petit: ibique ad explorandam rem, quæ oblata erat, ſubſiſtit. Ultro citroque nuncii curſare: nec fides ante Pauſiſtrato facta eſt, quam coram nuncio ejus Polyxenidas ſua manu ſcripſit, ſe ea, quæ pollicitus eſſet, facturum: ſignoque ſuo impreſſas tabellas miſit. Eo vero pignore velut auctoratum ſibi proditorem ratus eſt. Neque enim eum, qui ſub rege viveret, commiſſurum fuiſſe, ut adverſus ſemetipſum indicia manu ſua teſtata daret. inde ratio ſimulatæ proditionis compoſita, *Omnem ſe rerum apparatum omiſſurum*, Polyxenidas dicere; *non remigem, non ſocios navales ad claſſem frequentes habiturum: ſubducturum per ſimulationem reficiendi quaſdam naves, alias in propinquos portus dimiſſurum: paucas ante portum Epheſi in ſalo habiturum. quas, ſi exire res cogeret, objecturus certamini foret.* Quam negligentiam Polyxe-

1 *Uſui, ſi liceat fore*] Lege, *ſi libeat.* Tan. Faber.

2 *Tum internuntius aperit, regiam claſſem aut totam aut*] Omnes calamo exarati amoto verbo, *aperit*, ſervant: *Tum internuntius: regiam claſſem aut totam aut majorem ejus partem Polyxenidam traditurum.* Et eodem aurigantur Andreas cum primis editis, in quibus: *Tum internuntius regiam claſſem ait totam.* Nulla ſit igitur religio verbum, *aperit*, à ſemidoctis Mog. adjectum, & formatum ex illo ſequentis cap. *omnia aperit*, delere. Eſt enim ellipſis uſitata veteribus, qualem reddidimus olim ex Mſſ. & veteribus editionibus Statio in Propemptico Metii Celeris: *quis cuncta paventi Nuntius, an facili te prætermiſerit unda Lucani rabida ora maris.* Ubi ſuppoſuerant ex Aldina: *quis cuncta paventi Nuntiet.* Plinius lib. 1 Epiſt. 5. *Evigilaveram. Nuntius à Spurinna: venio ad te.* Vide & inferius ad lib. 41, ubi ſimilem locum ab Sigonio interpolatum vindicamus. *J. F. Gron.*

lyxenidam in claſſe ſua habiturum Pauſiſtratus audivit, eam ipſe extemplo habuit. partem navium ad commeatus arceſſendos Halicarnaſſum, partem Samum ad urbem miſit: ut paratus eſſet, quum ſignum aggrediendi à proditore accepiſſet. Polyxenidas augere ſimulando errorem, ſubducit quaſdam naves, alias velut ſubducturus eſſet, navalia reficit: remiges ex hibernis non Epheſum
11 arceſſit, ſed Magneſiam occulte cogit. Forte quidam Antiochi miles, quum Samum rei privatæ cauſſa veniſſet, pro ſpeculatore comprehenſus deducitur Panormum ad præfectum. is percunctanti, quid Epheſi ageretur, incertum metu, an erga ſuos haud ſincera fide, omnia aperit: claſſem inſtructam paratamque in portu ſtare: remigium omne Magneſiam ad Sipylum miſſum: perpaucas naves ſubductas eſſe, & navalia tegi: numquam intentius rem navalem adminiſtratam eſſe. Hæc ne pro veris audirentur, animus errore & ſpe vana præoccupatus fecit. Polyxenidas ſatis omnibus comparatis, nocte remige à Magneſia arceſſito, deductiſque raptim quæ ſubductæ erant navibus, quum diem non tam in apparatu abſumſiſſet, quam quod conſpici proficiſcentem claſſem nolebat; poſt ſolis occaſum profectus ſeptuaginta navibus tectis, vento adverſo ante lucem [1] Pygela portum tenuit. ubi quum interdiu [2] ob eandem cauſam quieſſet; nocte in proxima Samiæ terræ trajecit. Hinc Nicandro quodam archipirata cum quinque navibus tectis Palinurum juſſo petere, atque inde armatos, qua proximum per agros iter eſſet, Panormum ad tergum hoſtium ducere; ipſe interim claſſe diviſa, ut ex utraque parte fauces portus teneret, Panormum petit. Pauſiſtratus primo, ut in re nec opinata, turbatus parumper, deinde vetus miles celeriter collecto animo, terra melius arceri, quam mari hoſtes

1 *Pygela portum ten.*] Stephanus: Πυγέλα πόλις Ἰωνίας. *Sigonius.*

2 *Ob eandem cauſam quieviſſet*] Omnes ante Aldum: *quieſſet.* Vide ad lib. 26, 22 & 30, 13. *J. F. Gron.*

hoſtes poſſe ratus; armatos duobus agminibus ad promontoria quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit: inde facile telis ancipitibus hoſtem ſummoturus. id inceptum ejus [1] Nicander à terra miſſus quum turbaſſet, repente mutato conſilio naves conſcendere omnes jubet. Tum vero ingens pariter militum nautarumque trepidatio orta, & veluti fuga in navis fieri, quum ſe mari terraque ſimul cernerent circumventos. Pauſiſtratus [2] unam viam ſalutis eſſe ratus, ſi vim facere per fauces portus, atque erumpere in mare apertum poſſet; poſtèaquam conſcendiſſe ſuos vidit, ſequi cæteris juſſis, ipſe princeps concitata nave remis ad oſtium portus tendit. Superantem jam fauces navem ejus Polyxenidas tribus quinqueremibus circumſiſtit. Navis roſtris icta ſupprimitur: telis obruuntur propugnatores: inter quos & Pauſiſtratus impigre pugnans interficitur. Navium reliquarum ante portum aliæ, aliæ in portu deprehenſæ, quædam à Nicandro, dum moliuntur à terra, captæ. [3] quinque tantum Rhodiæ naves, cum duabus Cois effugerunt; terrore flammæ micantis via ſibi inter confertas naves facta. contis enim binis à prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem præ ſe portabant.

1 *Nicander à terra miſſus quum turbaſſet*] Unde acceperit Modius, ignoro: nam Curio quoque, non modo omnes priores: *viſus*. Omnino rectius. *J. F. Gron.*

2 *Unam viam ſalutis eſſe ratus, ſi viam facere*] Et hoc à Modiana. Scripti cum prioribus: *ſi vim facere per fauces portus.* De quo minime dubitandum. Lib. 3. *Metu ſubſtitit, ne qua ex parte altera in caſtra vis fieret.* Lib. 38. *Repuliſſe à corpore ejus viatorem, & tribunis retinentibus magis pie quam civiliter vim feciſſe.* Sed imprimis, ubi eandem phraſin reſtituimus, lib. 32. *Utrum recto itinere per caſtra hoſtium vim facere conaretur.* Lib. 44. *Placebat quibuſdam & maxime majoribus natu per Enipei ripam munitioneſque vim facere.* At hoc ipſo capite videre eſt, ubi *viam facere* rectius ſit: *terrore flammæ micantis via ſibi inter confertas naves facta.* Et lib. 58. *Jam ſubrutis muris facta in urbem via eſſet.* Quæ ideo addimus, quia non cuivis ita promptum hæc diſtinguere, & quibus conveniant magis ſingula locis dijudicare, niſi exemplis utrorumque non dubiis ob oculos poſitis. *Idem.*

3 *Quinque tantum Rh. naves*, &c. *terrore flammæ*, &c.] *Septem* non *quinque* edit Appianus: καὶ τῶν νεῶν ἑπτὰ μὲν, αἳ τὸ πῦρ ἔφερον, οὐδενὸς αὐτῶν διὰ τὴν φλόγα προσιόντος, ἔφευγον. *Sigonius.*

bant. Erythrææ triremes, quum haud procul à Samo Rhodiis navibus, quibus ut eſſent præſidio veniebant, obviæ fugientibus fuiſſent, in Helleſpontum ad Romanos curſum averterunt. Sub idem tempus Seleucus proditam Phocæam porta una per cuſtodes aperta, recepit, & [1] Cyme, aliæque ejuſdem oræ urbes, ad eum metu de-
12 fecerunt. Dum hæc in Æolide geruntur, Abydus quum per aliquot dies obſidionem toleraſſet, præſidio regio tutante mœnia, jam omnibus feſſis: Philota quoque præfecto præſidii permittente, magiſtratus eorum cum Livio de conditionibus tradendæ urbis agebant. rem diſtinebat, quod utrum armati, an inermes emitterentur regii, parum conveniebat. Hæc agentibus quum interveniſſet nuncius Rhodiorum cladis, emiſſa de manibus res eſt. metuens enim Livius, [2] ne ſucceſſu tantæ rei inflatus Polyxenidas, claſſem quæ ad Canas erat opprimeret; Abydi obſidione, cuſtodiaque Helleſponti extemplo relicta, naves, quæ ſubductæ Canis erant, deduxit. Et [3] Eumenes Elæam venit. Livius omni claſſe, cui adjunxerat triremes duas Mitylenæas, Phocæam petit. quam quum teneri valido regio præſidio audiſſet, nec procul Seleuci caſtra eſſe; depopulatus maritimam oram, & præda maxime hominum raptim in naves impoſita, tantum moratus, dum Eumenes cum claſſe aſſequeretur,

Sa-

1 *Cymæ, aliæque urbes*] Vet. lib. *Cyma.* Item Appianus: καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ Φωκαία αὖθις, καὶ Σάμος, καὶ Κύμη πρὸς Ἀντίοχον μετετίθετο. *Sigonius.*

2 *Ne ſucceſſu tantæ rei elatus Polyxenidas*] Tolero jam, quia ſcio quo fundo nitatur, codice ſcilicet Moguntino. Alioqui retinuiſſem prius editum, quod in multis videram membranis: *ne ſucceſſu tantæ rei inflatus Polyxenidas.* Infra: *aliquid etiam inflabat animos claſſis Rhodiæ.* Cicero ad Atticum: *me ipſe non noram, nec ſatis ſciebam, quid in hoc genere facere poſſem: recte* πεφυσίωμαι. *nihil eſt præclarius.* Et Philipp. 14. *Cum hoc triduo triſtis à Mutina fama manaret, inflati lætitia atque inſolentia impii cives.* Cæſar conjungit utrumque lib. 2 de bello civ. *Hæc ad eam elatius atque inflatius Afranius perſcribebat.* Lib. 3. *De prælio ad Dyrrhachium facto elatius inflatiuſque multo, quam res erat geſta, fama percrebuerant.* Cicero pro domo: *nihil unquam de me dixi ſublatius adipiſcendæ laudis cauſſa.* Cornelius Nepos: *elatius ſe gerere cœpit.* J. F. Gron.

3 *Eumenes Elæam venit*] Appianus: ὅθεν Εὐμένης ἐς Ἐλαίαν τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπίνειον διέπλει. *Sigonius.*

1 *Appli-*

ſamum petere intendit. Rhodiis primo audita clades ſimul pavorem, ſimul luctum ingentem fecit. nam præter navium militumque jacturam, quod floris, quod roboris in juventute fuerat, amiſerant: multis nobilibus ſecutis inter cætera auctoritatem Pauſiſtrati, quæ inter ſuos merito maxima erat. deinde quod fraude capti, quod a cive potiſſimum ſuo forent, in iram luctus vertit. Decem extemplo naves, & diebus poſt paucis, decem alias præfecto omnium Eudamo miſerunt: quem aliis virtutibus bellicis haudquaquam Pauſiſtrato parem; cautiorem, quo minus animi erat, ducem futurum credebant. Romani & Eumenes rex in Erythræam primum claſſem [1] applicaverunt. ibi noctem unam morati, poſtero die Corycum Teiorum promontorium tenuerunt. inde quum in proxima Samiæ vellent trajicere, non exſpectato ſolis ortu, ex quo ſtatum cœli notare gubernatores poſſent, in incertam tempeſtatem miſerunt. [2] Medio in curſu aquilone in ſeptentrionem verſo, exaſperato fluctibus mari jactari cœperunt. Polyxenidas Samum petituros 13
ratus hoſtes, ut ſe Rhodiæ claſſi conjungerent; ab Epheſo

1 *Applicaverunt*] Mog. Voſſ. Thuan. *applicuerunt*, Jac. Gron.

2 *Medio in curſu aquilone in ſeptentrionem verſo*] Glareanus lectori, monet, conſiderandum, quid faciat hæc ventorum commutatio ad impediendam navigationem in Samum. Atqui docere nos potius debebat: quid non faceret ad impediendum curſum, ſi ſuſpectum inconſiderantiæ Livium facere veller. Hoc certe ſatis clare Livius, ea commutatione exaſperatum fluctibus mare, & inde jactari naves cœpiſſe, ut curſum tenere non poſſent. Neque vero, pergit Loritus, *ſeptentrionis* atque *aquilonis* ventorum diſtinctionem facile invenias, præterquam apud unum Ptolomæum, & ad hunc locum non multum facientem. Verum & venti *ſeptentriones* communiter &, ventus κατ' ἐξοχὴν *ſeptentrio* diſtinctus ab *aquilone* ſatis memorati ſunt antiquis. Cicero lib. 9 ad Atticum ep. 6. *Conſcendiſſe dicitur ante diem quartum Nonas Martias. ex ea die fuere ſeptentriones venti.* Hi ſunt thraſcias, aparctias, aquilo. At *ſeptentrio* ventus κατ' ἐξοχὴν eſt aparctias, interjectus inter thraſciam & aquilonem, Gellio *ſeptentrionarius*. Vitruvius lib. 1 cap. 6. *Itaque ſunt collocati inter ſolanum & africum ab oriente hiberno eurus, inter auſtrum & favonium ab occidente hiberno africus, inter favonium & ſeptentrionem caurus, quem plures vocant corum, inter ſeptentrionem & ſolanum aquilo.* Seneca lib. 5 Nat. quæſt. 16. *A ſeptentrionali latere ſummus eſt aquilo, medius ſeptentrio, imus thraſcias.* Meminit & Plinius, etſi aliter collocet. Noſter lib. 26. *Acer etiam ſeptentrio ortus inclinatum ſtagnum eodem, quo æſtus, ferebat.* J. F. Gron.

ſo profectus, primo ad Myonneſum ſtetit: [1] inde ad Macrin (quam vocant) inſulam trajecit: ut prætervehentis claſſis, ſi quas aberrantes ex agmine naves poſſet, aut poſtremum agmen opportune adoriretur. Poſteaquam ſparſam tempeſtate claſſem vidit; occaſionem primo aggrediendi ratus, paulo poſt increbreſcente vento, & majores jam volvente fluctus, quia pervenire ſe ad eos videbat non poſſe, ad Æthaliam inſulam trajecit: ut inde poſtero die Samum ex alto petentes naves aggrederetur. Romani pars exigua, primis tenebris portum Samiæ deſertum tenuerunt: claſſis cætera noctem totam in alto jactata, in eundem portum decurrit. Ibi ex agreſtibus cognito, hoſtium naves ad Æthaliam ſtare; [2] conſilium habitum, utrum extemplo decernerent, an Rhodiam exſpectarent claſſem. dilata re (ita enim placuit) Corycum, unde venerant, trajecerunt. Polyxenidas quoque quum fruſtra ſtetiſſet, Epheſum rediit. Tum Romanæ naves vacuo ab hoſtibus mari Samum trajecerunt. Eodem & Rhodia claſſis poſt dies paucos venit. quam ut exſpectatam eſſe appareret, profecti extemplo ſunt Epheſum, ut aut decernerent navali certamine, aut ſi detrectaret hoſtis pugnam (quod plurimum intererat ad animos civitatum) timoris confeſſionem exprimerent. Contra fauces portus inſtructa in frontem navium acie ſtetere, poſteaquam nemo adverſus ibat claſſe diviſa, pars in ſalo ad oſtium portus in anchoris ſtetit: pars in terram milites expoſuit. In eos jam ingentem prædam

1 *Inde ad Macrin inſulamec. traj.*] *Macrin Eubœam* dictam eſſe auctores ſunt Strabo, Stephanus, Dionyſius τῆς περιηγήσεως. Eſſe præterea alteram inſulam *Macrin* inter Cycladas tradit Euſtathius in Dionyſium his verbis: ἐλέγετο δὲ Μάκρις καὶ Κυκλάδων μία ἡ Ἴκαρος, ἀφ' ἧς νομίζουσί τινες εἰρῆσθαι καὶ τὸ Ἰκάριον πέλαγος. *Sigonius*

2 *Conſilium habitum, utrum extemplo decernerent*] Barberinæ membranæ: *utrum extemplo cernerent, an Rhodiam exſpectarent claſſem.* Nota ſunt Plauti: *Cernit cum hoſtibus, & certamen cernitur:* apud Lucretium, *cernere bellum*, Virgilium, *cernere ferro.* Sed ne ab Livio tamen uſum verbi alienum putes: Lib. 43. *priuſquam id ſors cerneret.* Et forte pluribus id verbum locis reperiremus, ſi libros per omnia ſatis fidos haberemus. *J. F. Gron.*

dam late depopulato agro agentes, Andronicus Mace-
do, qui in præſidio Epheſi erat, jam mœnibus appropin-
quantes eruptionem fecit, exutoſque magna parte præ-
dæ, ad mare ac naves redegit. Poſtero die inſidiis me-
dio ferme viæ poſitis, ad eliciendum extra mœnia Ma-
cedonem, Romani ad urbem agmine iere: inde, quum
ea ipſa ſuſpicio, ne quis exiret, deterruiſſet, redierunt ad
naves: & terra marique fugientibus certamen hoſtibus,
Samum, unde venerat, claſſis repetit. inde duas ſocio-
rum ex Italia, duas Rhodias triremes [1] cum præfecto Epi-
crate Rhodiorum ad fretum Cephalleniæ tuendum præ-
tor miſit. Infeſtum id latrocinio Lacedæmonius Hybri-
ſtas cum juventute Cephallenum faciebat: [2] clauſumque
jam mare commeatibus Italicis erat. Piræei L. Æmilio 14
Regillo ſuccedenti ad navale imperium Epicrates oc-
currit. qui audita clade Rhodiorum, quum ipſe duas tan-
tum quinqueremes haberet; Epicratem cum quatuor na-
vibus in Aſiam ſecum reduxit. proſecutæ etiam apertæ
Athenienſium naves ſunt. Ægeo mari trajecit. Eodem
Timaſicrates Rhodius cum duabus quadriremibus ab
Samo nocte intempeſta venit: deductuſque ad Æmilium,
præſidii cauſſa ſe miſſum ait: quod eam oram maris infe-
ſtam onerariis regiæ naves excurſionibus crebris ab
Helleſponto atque Abydo facerent. Trajicienti Æmi-
lio à Chio Samum, duæ Rhodiæ quadriremes miſſæ [3] ob-
viam ab Livio, & rex Eumenes cum duabus quinquere-
mibus occurrit. Samum poſteaquam ventum eſt, acce-
pta à Livio claſſe, & ſacrificio, ut aſſolet, rite facto, Æmi-
lius

1 *Cum præfecto Epicrate Rhodiorum*] Non iſte Rhodiorum erat præfectus, ſed Eudamus. Vide cap. 12 & 15. Sed duas Italicas duaſque Rhodias triremes ad fretum Cephalleniæ cum mitteret prætor, quatuor illis navibus præfecit hominem Rhodium. Quapropter legendum *Epicrate Rhodio.* Sic enim & cap. 15 *Epicrates Rhodius.* quomodo cap. 14 *Timaſicrates Rhodius.* Jac. Perizonius.

2 *Clauſ. jam mare*] Vet. lib. *Id mare.* Sigonius

3 *Obvi. à Livio*] Vet. lib. *Ab Livio.* Idem.

1 *Sive*

lius concilium advocavit. Ibi C. Livius (is enim eſt primus rogatus ſententiam) *Neminem fidelius dare poſſe conſilium*, dixit, *quam eum, qui id alteri ſuaderet, quod ipſe ſi in eodem loco eſſet, facturus fuerit. Se in animo habuiſſe tota claſſe Epheſum petere, & onerarias ducere multa ſaburra gravatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere. & eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quod in fluminis modum, longum & anguſtum & vadoſum oſtium portus ſit. Ita ademturum ſe maris uſum hoſti-*

15 *bus fuiſſe, inutilemque claſſem facturum.* Nulli ea placere ſententia. Eumenes rex quæſivit, *Quid tandem ubi demerſis navibus frænaſſent clauſtra maris, utrum libera ſua claſſe abſceſſuri inde forent ad opem ferendam ſociis terroremque hoſtibus præbendum? an nihilo minus tota claſſe portum obſeſſuri?* [1] *Sive enim abſcedant, cui dubium eſſe quin hoſtes extracturi demerſas moles ſint, & minore molimento aperturi portum quam obſtruatur? Sin autem manendum ibi nihilominus ſit, quid attinere claudi portum? Quin contra, illos tutiſſimo portu, opulentiſſima urbe fruentes, omnia Aſia præbente, quieta æſtiva acturos: Romanos aperto in mari fluctibus tempeſtatibuſque objectos, omnium inopes in aſſidua ſtatione futuros: ipſos magis alligatos impeditoſque, ne quid eorum quæ agenda ſint, poſſint agere, quam ut hoſtes clauſos habeant.* Eudamus præfectus Rhodiæ claſſis, magis eam ſibi diſplicere ſententiam oſtendit, quam ipſe quid cenſeret faciendum, dixit. Epicrates Rhodius, omiſſa in præſentia Epheſo, *Mittendam navium partem in Lyciam* cenſuit: *& Patara, caput gentis, in ſocietatem adjungenda. in duas res magnas id uſui fore: & Rhodios pacatis contra inſulam ſuam terris, totis viribus incumbere in unius belli, quod adverſus Antiochum ſit, curam poſſe: & eam claſſem, quæ in Lycia compararetur, intercludi, ne Polyxenidæ conjungatur.* Hæc maxime movit ſententia. placuit tamen Regillum tota claſſe evehi ad portum Epheſi, ad in-

16 ferendum hoſtibus terrorem. C. Livius cum duabus quin-

1 *Sive enim abſced.*] Vet. lib. *Si enim*, probo: Nam ſequitur, *Sin autem.* Sigonius.

quinqueremibus Romanis, & quatuor quadriremibus Rhodiis, & duabus apertis Smyrnæis, in Lyciam eſt miſſus; Rhodum prius juſſus adire,& omnia cum iis communicare conſilia. Civitates quas prætervectus eſt, Miletus, Myndus, Halicarnaſſus, Cnidus, Cous, imperata enixe fecerunt. Rhodum ut eſt ventum; ſimul & ad quam rem miſſus eſſet, iis expoſuit, & conſuluit eos. Approbantibus cunctis, & ad eam quam habebat claſſem, aſſumptis tribus quadriremibus navigat Patara. Primo ſecundus ventus ad ipſam urbem ferebat eos: ſperabantque ſubito terrore aliquid moturos. poſteaquam circumagente ſe vento fluctibus dubiis volvi cœptum eſt mare, pervicerunt quidem remis, ut tenerent terram: ſed neque circa urbem tuta ſtatio erat, nec ante hoſtium portus in ſalo ſtare poterant; aſpero mari & nocte imminente. Prætervecti mœnia, portum Phœnicunta, minus duum millium ſpatio inde diſtantem, petiere, navibus à maritima vi tutum: ſed altæ rupes inſuper imminebant, quas celeriter oppidani aſſumptis regiis militibus quos in præſidio habebant, ceperunt. adverſus quos Livius, quamquam erant iniqua ac difficilia ad exitus loca; Iſſæos auxiliares, & Smyrnæorum expeditos juvenes miſit. Ii, dum miſſilibus primo, & adverſus paucos levibus excurſionibus laceſſebatur magis quam conſerebatur pugna, ſuſtinuerunt certamen. poſteaquam plures ab urbe affluebant, & jam omnis multitudo effundebatur, timor inceſſit Livium, ne & auxiliares circumvenirentur, & navibus etiam ab terra periculum eſſet: ita non milites ſolum, ſed etiam navales ſocios, remigum turbam, quibus quiſque poterat telis, armatos in prœlium eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit; neque milites ſolum aliquot, ſed L. Apuſtius tumultuario prœlio cecidit. poſtremo tamen fuſi fugatique ſunt Lycii, atque in urbem compulſi: & Romani cum haud incruenta victoria ad

naves

naves redierunt. Inde [1] in Thelmeſſicum profecti ſinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit, omiſſ Patara amplius tentandi ſpe, Rhodii domum dimiſſi ſunt. Livius prætervectus Aſiam, in Græciam tranſmiſit, u conventis Scipionibus (qui tum circa Theſſaliam erant) in Italiam trajiceret.
17 Æmilius poſteaquam omiſſas in Lycia res, & Livium profectum in Italiam cognovit, quum ipſe ab Epheſo repulſus tempeſtate irrito incepto Samum revertiſſet, turpe ratus, tentata fruſtra Patara eſſe, proficiſci eo tota claſſe, & ſumma vi aggredi urbem ſtatuit. Miletum & cæteram oram ſociorum prætervecti, [2] in Bargylietico ſinu exſcenſionem ad Jaſſum fecerunt. Urbem regium tenebat præſidium: agrum circa Romani hoſtiliter depopulati ſunt. Miſſis deinde qui per colloquia principum & magiſtratuum tentarent animos, poſteaquam nihil in poteſtate ſua reſponderunt eſſe, ad urbem oppugnandam ducit. Erant Jaſſenſium exules cum Romanis: ii frequentes Rhodios orare inſtiterunt; *Ne urbem & vicinam ſibi & cognatam innoxiam perire ſinerent. Sibi exilii nullam aliam cauſſam eſſe, quam fidem erga Romanos. Eadem vi regiorum, qua ipſi pulſi ſint, teneri eos qui in urbe maneant. omnium Jaſſenſium unam mentem eſſe,* [3] *ut ſervitutem regiam effugerent.* Rhodii moti precibus, Eume-

ne

1 *In Telmeſſicum*] Vet. lib. *Telmiſſicum*, & Græci Τελμισσὸν oppidum vocant. *Sigonius.*

2 *In Bargylletico ſinu*] In vet. lib. eſt, *in Bargilyam, & Icoſon.* mendoſe illud quidem, verum ita tamen, ut appareat *Bargyliaco* eſſe legendum. Græci enim Βαργυλία, & Βαργυλιακὸν κόλπον vocant. *Idem.*

In Bargylletico ſinu exſcenſionem] Præclare ab Gelenio ſic reſtitutum, quum ederetur, *in Bargillam & Icoſon deſcenſionem.* Quod quaſi ex vet. lib. refert Sigonius, corrigitque *Bargyliaco.* Sed & Βάργυλα hæc urbs Stephano, & Βαργυλία & Βαργυλίαι. incolæ vero Plutarcho & Βαργυλιῆται. Ἐξέπεμπεν ὁ Τίτος Λέντλον μὲν ἐς Ἀσίαν Βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα. Sic igitur *Bargyliacus, Bargylieticus, Bargylleticus.* J. F. Gron.

3 *Ut regiam ſervitutem effugere vellent*] Vereor ne hoc mala manu ſit objectum codici Moguntino, & melius habeant prius editi cum ſcriptis noſtris: *effugerent.* Hujus enim eadem, quæ illius, ſed doctius, expreſſa ſententia. Sic lib. 24, 19. *Pugnandum autem eſſe, ſi palam frumentum importaret, videbat.* Ut reſtituimus ex vett. libris: nam & hic fecerant, *importare vellet.* Lib. 25. *Simul ne metus quidem ab Romanis erat, (quippe tam paucis) ſi vi retine-*

ne etiam rege aſſumpto, ſimul ſuas neceſſitudines com-
memorando, ſimul [1] obſeſſæ regio præſidio urbis cauſſam
miſerando, pervicerunt, ut oppugnatione abſiſteretur.
Profecti inde pacatis cæteris, quum oram Aſiæ legerent,
Loryma (portus adverſus Rhodum eſt) pervenerunt. Ibi
in principiis ſermo primo inter tribunos militum ſecre-
tus oritur, deinde ad aures ipſius Æmilii pervenit, abdu-
ci claſſem ab Epheſo, ab ſuo bello: ut ab tergo liber re-
lictus hoſtis, in tot propinquas ſociorum urbes omnia
impune conari poſſet. Movere ea Æmilium: vocatoſque
Rhodios quum percunctatus eſſet, utrumnam Pataris
univerſa claſſis in portu ſtare poſſet, quum reſpondiſ-
ſent, non poſſe; cauſſam nactus omittendæ rei, Samum
reducit naves. Per idem tempus Seleucus Antiochi fi- 18
lius, quum per omne hibernorum tempus exercitum in
Æolide continuiſſet, partim ſociis ferendo opem, partim
quos in ſocietatem pellicere non poterat depopulandis;
tranſire in fines regni Eumenis, dum is procul ab domo
cum Romanis & Rhodiis Lyciæ maritima oppugnaret,
ſtatuit. Ad Elæam primo infeſtis ſignis acceſſit: deinde
omiſſa oppugnatione urbis, agros hoſtiliter depopulatus,
ad caput [2] arcemque regni Pergamum ducit oppugnan-
dam. Attalus primo ſtationibus ante urbem poſitis, &
excur-

tinerent. i. retinere vellent aut conarentur. Ejuſdem generis videntur lib. 35, 45. *Multa homines, ne bellarent, remittere.* Ubi Mog. *ne bellare neceſſe ſit.* Lib. 38, 11. *Qui eorum,* &c. *in ditionem populi Romani conceſſerunt, ne quem eorum Ætoli recepiſſent.* Idem: *recepiſſe vellent.* Sed noſtri omnes ſervabant antea vulgatum. Cicero pro Milone. *Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii.* Stuprum inferre conantem dicit Fabius. Noſter lib. 4. *Summa vi expugnatum eſſe, ut tribuni militum conſulari poteſtate & ex plebe crearentur.* hoc eſt, creari poſſent, vel ut eos creare liceret. Lib. 24 de conjuratione Andranodori: *ſingula deinde, quæ per quoſque agerentur, totamque viris armiſque inſtructam conjurationem ante oculos poſuiſſet.* i. agi deberent, vel conſtitutum eſſet. Adde ad lib. 21, 36. *J. F. Gron.*

1 *Obſeſſæ urbis cauſam miſerando*] Mog. Voſſ. Thuan. *caſum miſerando.* quod debet præplacere. 39, 11. *Lacryma mulieri oborta & miſerari caſum adoleſcentis cœpit.* Juſtinus 12, 5. *Innoxii ſenis filiique caſum miſerantes.* Jac. Gron.

2 *Arcemque r. Pergamum d. oppugnandum*] Vet. lib. *Oppugnandam.* Sigonius.

1 Qua

excurſionibus equitum leviſque armaturæ, magis laceſ-
ſebat, quam ſuſtinebat hoſtem. poſtremo quum per le-
via certamina expertus, nulla parte virium ſe parem eſſe
intra mœnia ſe recepiſſet, obſideri urbs cœpta eſt. Eo-
dem ferme tempore & Antiochus ab Apamea profe-
ctus, Sardibus primum, deinde, haud procul Seleuci ca-
ſtris, ad caput Caici amnis ſtativa habuit, cum magno
exercitu miſto variis ex gentibus. Plurimum terroris in
Gallorum mercede conductis quatuor millibus erat.
hos, paucis admiſtis, ad pervaſtandum paſſim Pergame-
num agrum miſit. Quæ poſteaquam Samum ſunt nun-
ciata, primo Eumenes avocatus domeſtico bello cum
claſſe Elæam petit: inde quum præſto fuiſſent equites
peditumque expediti: præſidio eorum tutus, priuſquam
hoſtes ſentirent aut moverentur, Pergamum contendit.
ibi rurſus levia per excurſiones prœlia fieri cœpta; Eu-
mene ſummæ rei diſcrimen haud dubie detrectante. Pau-
cos poſt dies Romana Rhodiaque claſſis, ut regi opem
ferrent, Elæam ab Samo venerunt. Quos ubi expoſuiſſe
copias Elææ, & tot claſſes in unum conveniſſe portum,
Antiocho allatum eſt; & ſub idem tempus audivit, con-
ſulem cum exercitu jam in Macedonia eſſe, pararique
[1] quæ ad tranſitum Helleſponti opus eſſent; tempus ve-
niſſe ratus, prius quam terra marique ſimul urgeretur,
agendi de pace; tumulum quendam adverſus Elæam ca-
ſtris cepit. ibi peditum omnibus copiis relictis, cum
equitatu (erant autem ſex millia equitum) in campos ſub
ipſa Elææ mœnia deſcendit: miſſo caduceatore ad Æmi-
19 lium, velle ſe de pace agere. Æmilius Eumene à Perga-
mo accito, adhibitis & Rhodiis, concilium habuit. Rho-
dii haud aſpernari pacem: Eumenes *Nec honeſtum eſſe* di-
cere, *eo tempore de pace agi: nec exitum rei imponi poſſe. Quï
enim*

1 *Qua ad tranſit. Helleſponti eſſent*] *Opus eſſent* malim. Sic ſupra: *Helleſpontum petebat, ut ad tranſitum exercitus pararet qua opus eſſent.* & infra: *Præparare qua ad tranſitum Helleſponti opus eſſent.* Sigonius.

1 *Non*

enim, inquit, *aut honeſte incluſi mœnibus & obſeſſi leges pacis accipiemus? aut cui rata iſta pax erit, quam ſine conſule,* [1] *non ex auctoritate ſenatus, injuſſu populi Romani peregerimus? Quaro enim, pace per te facta, rediturusne extemplo in Italiam ſis, claſſem exercitumque deducturus? an exſpectaturus, quid de ea re conſuli placeat, quid ſenatus cenſeat, aut populus jubeat? Reſtat ergo, ut maneas in Aſia, & rurſus in hiberna copiæ reductæ, omiſſo bello, exhauriant commeatibus præbendis ſocios: deinde (ſi ita viſum ſit iis penes quos poteſtas fuerit) inſtauremus novum de integro bellum. quod poſſumus, ſi ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur, ante hiemem Diis volentibus perfeciſſe.* Hæc ſententia vicit, reſponſumque Antiocho eſt, ante conſulis adventum de pace agi non poſſe. Antiochus pace nequicquam tentata, vaſtatis Elæenſium primum; deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum, hoſtiliter itinere facto, petit: agrum opulentum, quem vocant [2] Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum. neque alio ullo loco Aſiæ major regiis militibus parta eſt præda. Eodem Adramytteum, ut urbi præſidio eſſent, navibus circumvecti, Æmilius & Eumenes venerunt. [3] Per eoſdem forte dies Elæam ex 20
Achaia mille pedites cum centum equitibus, Diophane omnibus his copiis præpoſito, acceſſerunt. quos egreſſos navibus obviam miſſi ab Attalo, nocte Pergamum deduxerunt. Veterani omnes & periti belli erant, & ipſe dux Philopœmenis, ſummi tum omnium Græcorum imperatoris,

1 *Non ex auctoritate ſenatus, non juſſu populi Romani*] A Mog. eſt: mihi vero perplacet, quod fuit prius, & in membranis ipſe vidi: *injuſſu populi Romani.* J. F. Gron.

2 *Thebes campum carmine Homeri nobilitatum*] Homerus Iliados β. Λύρνησσον διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης. &c. οἰχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. Multos alios verſus afferre poſſum, quibus Thebes Homerus meminit, ut vere Livius nobilitatam ab eo fuiſſe dixerit. *Sigonius.*

Thebes campum, carm. Hom. nobilitatum] Scribo: *nobilitata*: ut Theben reſpiciat, quam prædicat Homerus, non campum Thebes ſic μετὰ ταῦτα κληθέντα, ut teſtatur Strabo lib. 13. *J. F. Gron.*

3 *Per eoſdem dies - - - acceſſerunt*] Appianus ita: ἧκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν Εὐμενεῖ σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ, καὶ ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, ὧν Διοφάνης ὁ στρατηγός. *Sigonius.*

ratoris, diſcipulus. qui biduum ſimul ad quietem hominum equorumque, & ad viſendas hoſtium ſtationes, quibus locis temporibuſque accederent, reciperentque ſeſe, ſumpſerunt. Ad radices fere collis, in quo poſita eſt urbs, regii ſuccedebant. ita libera ab tergo populatio erat, nullo ab urbe, ne in ſtationes quidem qui procul jacularetur, excurrente. Poſtquam ſemel compulſi metu ſe mœnibus incluſerunt, contemptus eorum, & inde negligentia apud regios oritur; [1] non ſtratos, non infrænatos magna pars habebant equos. paucis ad arma & ordines relictis, dilapſi cæteri ſparſerant ſe toto paſſim campo: pars in juveniles luſus laſciviamque verſi, pars veſcentes ſub umbra, quidam ſomno etiam ſtrati. Hæc Diophanes ex alta urbe Pergamo contemplatus, arma ſuos capere, & ad portam præſto eſſe jubet: ipſe Attalum adiit, & in animo ſibi eſſe dixit, hoſtium ſtationem tentare. [2] Ægre id permittente Attalo, quippe qui centum

1 *Non ſtratos, non infrenatos*] Supra *infrenatum poſuit*, pro eo qui *careret freno*, cum ſcripſit lib. 21. *Equites frenatos & infrenatos*: ut hoc loco, *infrenatos* pro *frenatis* poſuit, ut paulo poſt *infrenare*, pro frenare: *Equos non ſternere, non infrenare, aut conſcendere facile poterant*. Sigonius.

2 *Ægre id permittente Attalo*] Quia ex Mog. receptum eſt, non omnino improbo. Nec tamen temere repudiandum: *Ægre id permittere Attalus*: quod prius erat. Frequentiſſime ſic enim Livius. Nec abruptius ideo quod ſequitur: *Porta egreſſus*. Qui enim licuit Cæſari lib. 1 Gall. *Quærit ex ſolo ea, quæ in conventu dixerat. Dicit liberius atque audacius. Eadem ſecreto ab aliis reperit eſſe vera. Quærit* nimirum Cæſar: *dicit* Liſcus: *reperit* iterum Cæſar. Hujuſmodi orationes defectæ velut ad rei caput properantium & multum ingenio lectoris confidentium mire decent hiſtoricos, & per ſunt amatæ Livio. Quod qui non caperent, ingentem farraginem particularum, totiens item relativa, *is, qui*, & ſimilia locis, quibus iſta de induſtria ſpreverat, auctori noſtro adleverunt. Ne Sigonius quidem ab hac culpa immunis eſt. Sic lib. 2, 47. *Suſtineri deinde vis nequiit. Conſul mortifero vulnere ictus cadit*. Ille: *Demum conſul*. Lib. 3, 45. *Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendiſſet*. Ille: *Quum placidum*. Lib. 4, 14. *Quæſturamque eam non honoris ipſius fine æſtimabant*. Facit: *quæſturam namque*. eodem, cap. ſeq. *Conſules ambo profecti*. Auget: *Cæterum Coſſ. ambo profecti*. Lib. 5, 25. *Simul extrahi rem viderunt*. Dat nobis: *ſimul ut extrahi*. Lib. 6, 38. *Et quoad uſque ad memoriam noſtram tribuniciis conſularibuſque certatum viribus eſt*. Exhibet: *quoad uſque ad mem. noſtram, quoties tribuniciis*. Lib. 7, 17. *Quia nec per dictatorem plebejum*, &c. Abruptum ei videbatur, ni fieret: *Et quia*. Lib. 8, 10. *Seu credere libet*. Non placuit, ſed: *ſeu ſi credere libet*. Lib. 10, 6. *Non inſi-*

tum equitibus adverſus trecentos, mille peditibus cum quatuor millibus pugnaturum cerneret; porta egreſſus, haud procul ſtatione hoſtium occaſionem opperiens conſedit. Et qui Pergami erant, amentiam magis quam audaciam credere eſſe: & hoſtes pauliſper in eos verſi, ut nihil moveri viderunt, nec ipſi quicquam ex ſolita negligentia, inſuper etiam eludentes paucitatem; mutarunt. Diophanes quietos aliquamdiu ſuos, velut ad ſpectaculum modo eductos, continuit: poſteaquam dilapſos ab ordinibus hoſtes vidit, peditibus quantum accelerare poſſent, ſequi juſſis, ipſe princeps inter equites cum turma ſua quam poſſet effuſiſſimis habenis, clamore ab omni ſimul pedite atque equite ſublato, ſtationem hoſtium improviſo invadit. Non homines ſolum, ſed equi etiam territi, quum vincula abrupiſſent, trepidationem & tumultum inter ſuos fecerunt; pauci ſtabant impavidi equi: eos ipſos non ſternere, non infrænare, aut aſcendere facile poterant; multo majorem quam pro numero equitum, terrorem Achæis inferentibus. Pedites vero ordinati & præparati ſparſos per negligentiam, [1] & ſemiſomnes prope adorti ſunt: cædes paſſim fugaque per campos facta eſt. Diophanes [2] ſecutus effuſos quoad tutum fuit, magno Achæorum genti decore parto (ſpectaverant enim è mœnibus Pergami non viri modo, ſed fœminæ etiam) in præſidium urbis rediit. Poſtero die 21 regiæ magis compoſitæ & ordinatæ ſtationes, quingentis paſſibus longius ab urbe poſuerunt caſtra: & Achæi eodem

infimam plebem accenderent, ſed ipſa capita plebis. Neceſſum fuit facere: *non infimam modo plebem.* Quæ omnia ſunt παρεμβεβλημένα, & peſſimæ notæ illorum librorum, à quibus vir cætera tam doctus, quum meliorum copiam uberem illi ſua Italia præberet, induci ſe paſſus eſt. Cæterum ad hunc locum magis proprie pertinentia vide ad lib. 7, 27. *J. F. Gron.*

1 *Et ſemiſomnes prope*] Voſſ. Thuan. *ſemiſomnos.* An credimus hac terminatione nunc uti Livium noluiſſe, voluiſſe autem Lib. 40, 15? *E convivio prope ſemiſomnus raptus ſum.* 30, 5. *In ipſis cubilibus ſemiſomnos hauſit flamma.* Jac. Gron.

2 *Secutus eff. quoad totum fuit*] Legendum *quoad tutum fuit.* Sic Paulo poſt, *Inſequi quoad putarent tutum, juſſit.* Sig.

 1 *Phi-*

eodem ferme tempore atque in eundem locum proceſſerunt. Per multas horas intenti utrimque, velut jam futurum impetum exſpectavere: poſteaquam haud procul occaſu ſolis redeundi in caſtra tempus erat, regii ſignis collatis abire agmine ad iter magis quam ad pugnam compoſito cœpere. Quievit Diophanes, dum in conſpectu erant. deinde eodem, quo pridie, impetu in poſtremum agmen incurrit: tantumque rurſus pavoris ac tumultus incuſſit, ut quum terga cæderentur, nemo pugnandi cauſſa reſtiterit: trepidanteſque, & vix ordinem agminis ſervantes, in caſtra compulſi ſunt. Hæc Achæorum audacia Seleucum ex agro Pergameno movere caſtra coëgit. Antiochus poſteaquam Romanos & Eumenem ad tuendum Adramytteum veniſſe audivit; ea quidem urbe abſtinuit; depopulatus agros. [1] Peræam inde, coloniam Mitylenæorum expugnavit. Cotton, & Corylenus, & Aphrodiſias, & Crene, primo impetu captæ ſunt. inde per Thyatira Sardeis rediit. Seleucus in maritima ora permanens, aliis terrori, aliis præſidio erat. Claſſis Romana cum Eumene Rhodiiſque, Mitylenen primo, inde retro, unde profecta erat, Elæam rediit. Inde Phocæam petentes, ad inſulam quam Bachium vocant, (imminet urbi Phocæenſium) appulerunt, & quibus ante abſtinuerant templis, ſigniſque (egregie autem exornata inſula erat) quum hoſtiliter diripuiſſent; ad ipſam urbem tranſmiſerunt. eam diviſis inter ſe partibus quum oppugnarent, & viderent, ſine operibus, armis, ſcaliſque, capi non poſſe; miſſum ab Antiocho [2] præſidium trium millium armatorum quum intraſſet urbem; extemplo oppugnatione omiſſa, claſſis ad inſulam ſe recepit: nihil aliud quam depopulato circa urbem hoſtium agro.

1 *Pheream inde coloniam Mitylenæorum exp.*] Hæc nomina ſunt oppidorum in Æolide inter Adramytium ac Thyatira, ut ex his Livii verbis colligitur, quamquam ea non facile reperias apud auctores. *Glarean.*

2 *Præſidium mille armatorum*] Vet. lib. *Trium millium.* Sigonius

agro. Inde placuit Eumenem domum dimitti, & præ- 22
parare conſuli atque exercitui, quæ ad tranſitum Helleſ-
ponti opus eſſent: Romanam Rhodiamque claſſem
redire Samum, atque ibi in ſtatione eſſe, ne Polyxenidas
ab Epheſo moveret. Rex Elæam, Romani & Rhodii
Samum redierunt. Ibi M. Æmilius frater prætoris de-
ceſſit. Rhodii, celebratis exſequiis, adverſus claſſem
quam fama erat ex Syria venire, tredecim ſuis navibus
& una Coa quinqueremi, altera Gnidia, Rhodum ut ibi
in ſtatione eſſent, profecti ſunt. Biduo ante quam Eu-
damus cum claſſe à Samo veniret, tredecim à Rhodo na-
ves cum Pamphilida præfecto adverſus eandem Syria-
cam claſſem miſſæ, aſſumptis navibus quatuor, quæ Ca-
riæ præſidio erant, oppugnantibus regiis, Dædala &
quædam alia parva caſtella obſidione exemerunt. Eu-
damum confeſtim exire placuit. additæ huic quoque ſunt
ad eam claſſem, quam habebat, ſex apertæ naves. Pro-
fectus quum quantum accelerare poterat, maturaſſet;
[1] ad portum, quem Megiſten vocant, prægreſſos conſe-
quitur. inde uno agmine Phaſelidem quum veniſſent;
optimum viſum eſt ibi hoſtem opperiri. In confinio Ly- 23
ciæ & Pamphyliæ Phaſelis eſt: prominet penitus in al-
tum, conſpiciturque prima terrarum Rhodum à Cilicia
petentibus, & procul navium præbet proſpectum. eo
maxime, ut in obvio claſſi hoſtium eſſent, electus locus
eſt. Cæterum quod non providerunt, & loco gravi &
tempore anni (medium enim æſtatis erat) ad hoc inſo-
lito odore ingruere morbi vulgo, maxime in remiges cœ-
perunt. cujus peſtilentiæ metu profecti, quum præter-
veherentur Pamphylium ſinum, ad Eurymedontem
amnem appulſa claſſe, audiunt [2] ab Aſpendiis ad Sidam
jam

1 *Ad portum quem Megiſten v.*] *Megiſten* omnes Scriptores inſulam faciunt, non portum: quamquam inſula haud dubie portum habuit. *Glarean.*

2 *Ab Aſpendiis ad Sidam jam hoſtes eſſe*] Manu exarati ignorant τὸ *jam*, & apparet ex variis codicis Mog. lectionibus & Modii notis, quamvis Gelenius agnoſcere videatur, niſi forte per

incu-

jam hoſtes eſſe. Tardius navigaverant regii; adverſo tempore Eteſiarum, quod velut ſtatum Favoniis ventis eſſet. Rhodiorum duæ & triginta quadriremes, quatuor triremes fuere. Regia claſſis ſeptem & triginta majoris formæ navium erat, [1] in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebat. præter has decem triremes erant. [2] & alii adeſſe hoſtes ex ſpecula quadam cognovere. Utraque claſſis poſtero die luce prima, tamquam eo die pugnatura, è portu movit: & poſteaquam ſuperavere Rhodii promontorium, quod ab Sida prominet in altum; extemplo & conſpecti ab hoſtibus ſunt, & ipſi eos viderunt. [3] Ab regio ſiniſtro cornu, quod ab alto objectum erat, Annibal, dextro Apollonius purpuratorum unus præerat. & jam in frontem directas habebant naves. Rhodii longo agmine veniebant. prima prætoria navis Eudami erat: cogebat agmen Chariclitus: Pamphilidas mediæ claſſi præerat. Eudamus poſteaquam hoſtium aciem inſtructam & paratam ad concurrendum vidit; & ipſe in altum evehitur, & deinceps, quæ ſequebantur, ſervantes ordinem in frontem dirigere jubet. Ea res primo tumultum præbuit. nam nec ſic in altum evectus erat,

incuriam retinuerit ex vulgatis editionibus. Ego certe ab editoribus interpoſitum reor ad ſenſum horum verborum illuſtrandum, quam ob cauſam majore etiam audacia iidem olim vulgarunt *ad Aſpendum jam hoſtes eſſe.* Ne dubita, lector, unica modo mutata litera ſervare veterem ſcripturam hoc modo: *Ab Aſpendiis ad Sidam hoſtes iſſe.* Infra. cap. 31. *Rhodii ad trajiciendas copias conſulis iere.* 24, 27. *Legatos iſſe ad App. Claudium.* 28, 38. *Adverſus quatuor exercitus in Hiſpaniam iſſe.* 34, 48. *Per Boiorum Ligurumque agros populantem iſſe.* 42, 40. *Cum exercitu Delphos iſſe.* 42, 55. *Quum effuſo agmine iſſent.* Jac. Perizonius.

1 *In quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat*] Vox ultima eſt earundem manuum, de quibus queſti modo ſumus, non Livii. Ovid. lib. 13 Met. *& deceperat omnes, In quibus Ajacem, ſumtæ fallacia veſtis.* J. F. Gron.

2 *Et alii adeſſe hoſtes, &c.*] Nullo ſenſu ita legitur. Qui enim fuerunt iſti *alii*? Rhodii quippe jam ante cognoverant, ubi eſſent hoſtes. Rectius itaque Mog. ed. *Et ii adeſſe*, nempe Regii. præceſſit enim proxime de regia claſſe, quo hoc, ſed cum reſpectu ad ſenſum, commode referri poteſt. Quod ſi τὸ *alii* ex MS^to^ codice hauſere, legendum pro eo erit *illi*, quæ ſæpe invicem mutantur. *Jac. Perizonius.*

3 *Ab regio ſiniſtro cornu*] Magont. regis. Lege: *Ab regiis ſiniſtro cornu.* J. F. Gron.

1 *Con-*

erat, ut ordo omnium navium ad terram explicari poſſet: & feſtinans ipſe præpropere cum quinque ſolis navibus Annibali occurrit. cæteri quia in frontem dirigere juſſi erant, non ſequebantur. Extremo agmini loci nihil ad terram relicti erat: trepidantibuſque iis inter ſe, jam in dextro cornu adverſus Annibalem pugnabatur. Sed 24
momento temporis, & navium virtus & uſus rei maritimæ terrorem omnem Rhodiis dempſit. nam & in altum celeriter evectæ naves, locum poſt ſe quæque venienti ad terram dedere: & ſi qua concurrerat roſtro cum hoſtium navi, aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines diſcurſu prætervecta, in puppim impetum dabat. maxime exterruit hepteris regia à multo minore Rhodia nave uno ictu demerſa. Itaque jam haud dubie dexterum cornu hoſtium in fugam inclinabat. Eudamum in alto, multitudine navium maxime Annibal, cæteris omnibus longe præſtantem, urgebat: & circumveniſſet, ni ſigno ſublato ex prætoria nave, (quo diſperſam claſſem in unum colligi mos erat) omnes quæ in dextro cornu vicerant naves, ad opem ferendam ſuis concurriſſent. tum & Annibal, quæque circa eum erant naves, capeſſunt fugam: nec inſequi Rhodii, ex magna parte ægris, & ob id celerius feſſis remigibus, potuerunt. Quum in alto ubi ſubſtiterant, cibo reficerent vires, contemplatus Eudamus hoſtes claudas mutilaſque naves apertis navibus remulco trahentes, viginti paulo amplius integras abſcedentes; è turri prætoriæ navis ſilentio facto, *Exſurgite*, inquit, *& egregium ſpectaculum capeſſite oculis!* Conſurrexere omnes, [1] contemplatique trepidationem fugamque hoſtium; prope una voce exclamavere omnes, ut ſequerentur. Ipſius Eudami multis ictibus vul-

1 *Contemplatique trepidationem fugamque*] Hæc quidem non ludibundus moveo. Nam Mogunt. Voſſ. Thuan. pro media voce habent *expugnationem*. Certe inde propius ad fidem eſt auctorem reliquiſſe *exſternationem*. Sic cap. 42 jungit *pavore & conſternatione*. Jac. Gron.

vulnerata navis erat. Pamphilidam & Chariclitum inſequi, quoad putarent tutum, juſſit. Aliquamdiu ſecuti ſunt: poſteaquam terræ appropinquabat Annibal, veriti ne includerentur vento in hoſtium ora, ad Eudamum revecti, hepterem captam, quæ primo concurſu icta erat, ægre Phaſelidem pertraxerunt. inde Rhodum, non tam victoria læti, quam alius alium accuſantes, quod quum potuiſſet, non omnis ſummerſa aut capta claſſis hoſtium foret, redierunt. Annibal ictus uno prælio adverſo, ne tum quidem prætervehi Lyciam audebat, quum conjungi veteri regiæ claſſi quamprimum cuperet. Et id ne ei facere liberum eſſet, Rhodii Chariclitum cum viginti navibus roſtratis ad Patara & Megiſten portum miſerunt. Eudamum cum ſeptem navibus maximis ex ea claſſe cui præfuerat, Samum redire ad Romanos juſſerunt: ut quantum conſilio, quantum auctoritate valeret,
25 compelleret Romanos ad Patara oppugnanda. Magnam lætitiam Romanis jam prius nuncius victoriæ, deinde adventus attulit Rhodiorum. & apparebat, ſi ea cura Rhodiis dempta eſſet, vacuos eos tuta ejus regionis maria præſtituros. ſed profecto Antiocho ab Sardibus, ne opprimerentur urbes maritimæ, abſcedere cuſtodia Ioniæ atque Æolidis prohibuerunt. Pamphilidam cum quatuor navibus tectis ad eam claſſem quæ circa Patara erat, miſerunt. Antiochus non civitatum modo, quæ circa ſe erant, contrahebat præſidia, ſed ad Pruſiam Bithyniæ regem miſerat legatos literaſque, quibus tranſitum in Aſiam Romanorum increpabat: *Venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum uſquam orbis terrarum, niſi Romanum imperium eſſet. Philippum & Nabin expugnatos, ſe tertium peti. ut quiſque proximus ab oppreſſo ſit, per omneis, velut continens incendium, pervaſurum. Ab ſe gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in voluntariam ſervitutem conceſſiſſet.* His motum Pruſiam literæ Scipionis conſulis, ſed magis ejus fratris Africani, ab ſuſpicione tali averterunt. qui præter

con-

conſuetudinem perpetuam populi Romani augendi omni
honore regum ſociorum majeſtatem, domeſticis ipſe
exemplis Pruſiam ad promerendam amicitiam ſuam
compulit. *Regulos ſe acceptos in fidem in Hiſpania reges reli-
quiſſe. Maſiniſſam non in patrio modo locaſſe regno, ſed in Sy-
phacis, à quo ante expulſus fuiſſet, regnum impoſuiſſe. & eſſe eum
non Africæ modo regum longe opulentiſſimum, ſed toto in orbe ter-
rarum cuivis regum vel majeſtate vel viribus parem. Philippum
& Nabin hoſtes* [1] *bello ſuperatos ab T. Quintio, tamen in regno
relictos. Philippo quidem anno priore etiam ſtipendium remiſ-
ſum, & filium obſidem redditum: & quaſdam civitates extra
Macedoniam, patientibus Romanis imperatoribus, recepiſſe eum.
in eadem dignitate & Nabin futurum fuiſſe; niſi eum ſuus primo
furor, deinde fraus Ætolorum abſumpſiſſet.* Maxime confir-
matus eſt animus regis, poſteaquam ad eum C. Livius,
qui prætor ante claſſi præfuerat, legatus ab Roma venit;
& edocuit, quanto & ſpes victoriæ certior Romanis
quam Antiocho, & amicitia ſanctior firmiorque apud
Romanos futura eſſet. Antiochus poſteaquam à ſpe ſo- 26
cietatis Pruſiæ decidit, Epheſum ab Sardibus eſt profe-
ctus ad claſſem, quæ per aliquot menſes inſtructa ac pa-
rata fuerat, viſendam: magis quia terreſtribus copiis
exercitum Romanum & duos Scipiones imperatores vi-
debat ſuſtineri non poſſe, quam quod res navalis ipſa per
ſe aut tentata ſibi unquam feliciter, aut tunc magnæ &
certæ fiduciæ eſſet. Erat tamen momentum in præſentia
ſpei: quod & magnam partem Rhodiæ claſſis circa Pa-
tara eſſe, & Eumenem regem cum omnibus navibus ſuis
con-

1 *Et bello ſuperatos*] Perſpicue apparet legendum eſſe, *Ut bello. Ut* autem pro, *quamvis* accipiendum, cum ſequatur, *Tamen.* Sigonius.

Ut bello ſuperatos à T. Quinctio] Vetus lectio; *Philippum & Nabin, hoſtes bello ſuperatos, ab T. Quinctio tamen in regno relictos.* Hic Sigonius: Perſpicue apparet legendum eſſe, *ut bello*; *Ut* autem pro quamvis accipiendum, cum ſequatur *tamen.* Quaſi vero hæc particula nunquam ponatur intellecta altera. Cicero pro S. Roſcio: *illam priorem proſcriptionem, quæ facta eſt in eos, qui arma capere potuerunt, tamen ſenatus ſuſcipere noluit.* An & hic corriget: *quamvis*, vel *ut facta ſit.* Sic & Livius 39, 4. *J. F. Gron.*

conſuli obviam in Helleſpontum profectum audierat, aliquid etiam inflabat animos claſſis Rhodia, ad Samum per occaſionem fraude præparatam abſumpta. His fretus, Polyxenida cum claſſe ad tentandam omni modo certaminis fortunam miſſo, ipſe copias ad Notium ducit: (id oppidum Colophonium mari imminens, abeſt à vetere Colophone duo ferme millia paſſuum) & ipſam urbem ſuæ eſſe poteſtatis volebat; adeo propinquam Epheſo, ut nihil terra marive ageret, quod non ſubjectum oculis Colophoniorum, ac per eos notum extemplo Romanis eſſet: quos audita obſidione non dubitabat ad opem ferendam ſociæ urbi claſſem à Samo moturos. eam occaſionem Polyxenidæ ad rem gerendam fore. Igitur operibus oppugnare urbem aggreſſus, & ad mare partibus duabus pariter munitionibus deductis, utrimque vineas & aggerem muro injunxit, & teſtudinibus arietes admovit. Quibus territi malis Colophonii oratores Samum ad L. Æmilium, fidem prætoris populique Romani implorantes, miſerunt. Æmilium & Sami ſegnis diu mora offendebat, nihil minus opinantem quam Polyxenidam bis nequicquam ab ſe provocatum, poteſtatem pugnæ facturum eſſe: & turpe exiſtimabat, Eumenis claſſem adjuvare conſulem ad trajiciendas in Aſiam legiones: ſe Colophonis obſeſſæ auxilio incertam finem habituro alligari. [1] Eudamus Rhodius, qui & tenuerat eum Sami, cupientem proficiſci in Helleſpontum, cunctique inſtare & dicere, *Quanto ſatius eſſe vel ſocios obſidione eximere vel victam jam ſemel claſſem [2] vincere iterum, totamque maris poſſeſſionem hoſti eripere, quam deſertis ſociis, tradita Antiocho Aſia terra marique, in Helleſpontum, ubi ſatis eſſet Eume-*
27 *nis claſſis, [3] ab ſua parte belli diſcedere.* Profecti ab Samo ad peten-

1 *Eudamus Rhodius*] *Eudorum* hunc vocat Appianus. *Sigonius.*

2 *Vincere iterum*] Vet. lib. *Iterum vincere.* Idem.

3 *A ſua parte belli*] *Ab ſua.* & item cap. ſeq. *ab Samo.* ex veter. lib. *Idem.*

Ad

petendos commeatus, conſumptis jam omnibus, Chium parabant trajicere. id erat horreum Romanis: eoque omnes ex Italia miſſæ onerariæ dirigebant curſum. Circumvecti ab urbe ad averſa inſulæ, (objecta aquiloni [1] ad Chium & Erythras ſunt) quum pararent trajicere, literis certior fit prætor, frumenti vim magnam Chium ex Italia veniſſe; vinum portantes naves tempeſtatibus retentas eſſe. Simul allatum eſt, Teios regiæ claſſi benigne commeatus præbuiſſe: quinque millia vaſorum vini eſſe pollicitos. Teum ex medio curſu claſſem repente avertit: aut volentibus iis uſurus commeatu parato hoſtibus, aut ipſos pro hoſtibus habiturus. Quum direxiſſent ad terram proras, quindecim ferme eis naves circa Myonneſum apparuerunt. quas primo ex claſſe regia prætor eſſe ratus, inſtitit ſequi. apparuit inde, piraticas celoces & lembos eſſe. Chiorum maritimam oram depopulati, cum omnis generis præda revertentes, poſteaquam videre ex alto claſſem, in fugam verterunt. & celeritate ſuperabant, levioribus & ad id fabrefactis navigiis, & propiores terræ erant. Itaque priuſquam appropinquaret claſſis, Myonneſum perfugerunt. unde ſe à portu

1 *Ad Chium & Erythras ſunt*] Glareanus delet τὸ *ſunt*, ſcribitque: *ad Chium, & Erythras cum pararent*. Videntur enim illi Romani ex Samo navigantes Chium à dextris habuiſſe, quum à ſiniſtris facilius fuiſſet eo venire. Unde quæſo hoc? aut ubi dextræ lævæve apud Livium ſignificatio? Ergo, pergit, *averſa inſulæ* & deinde *aquiloni* (quantum *ad Chium*) *objecta* circumvecti non venere Chium, ſed Erythras trajicere in animo habebant. Hæ ambages longe abſunt à mente Livii. Quid autem *averſa inſulæ* & deinde *objecta aquiloni*? quo illud, & deinde? quaſi alia ſint, quæ dicuntur averſa inſulæ, alia quæ objecta aquiloni. Nec vero in animo habuerunt Erythras trajicere, ſed Chium, quia ibi horreum erat. Immo accipimus urbem, certe ſtationem navium, in inſula Samo fuiſſe ad partem verſam in meridiem. Strabo lib. 14. Βλέπει δὲ πρὸς νότον καὶ αὐτὴ καὶ ὁ λιμὴν ἔχων ναύσταθμον. Unde profecti ut Chium tenderent, neceſſario circumibant inſulam, & ad averſa ejus vel tergum (frontem enim imaginamur, ubi urbs eſt) curſum habebant; quod tergum objectum erat aquiloni & ſpectabat Chium & Erythras. Hoc eſt, quod de illis averſis inſulæ ἐν παρενθέσει ait: *objecta aquiloni ad Chium & Erythras ſunt*: τῇ *ad* ea vi qua *contra*. Nempe illa averſa inſulæ Samiæ objecta ſunt aquiloni, ſpectantia Chium & Erythras. Et hæ enim & illa habent ab auſtro objectam Samum. *J. F. Gron.*

1 *Myon-*

portu ratus abſtracturum naves, ignarus loci ſequebatur prætor. [1] Myonneſus promontorium inter Teum Samumque eſt. ipſe collis eſt in modum metæ in acutum cacumen à fundo ſatis lato faſtigiatus: à continenti arctæ ſemitæ aditum habet: à mari exeſæ fluctibus rupes claudunt; ita ut quibuſdam locis ſuperpendentia ſaxa plus in altum quam quæ in ſtatione ſunt naves, promineant. Circa ea appropinquare non auſæ naves, ne ſub ictu ſuperſtantium in rupibus piratarum eſſent, diem trivere. tandem ſub noctem vario incepto quum abſtitiſſent, Teum poſtero die acceſſere: & in portu qui ab tergo urbis eſt (Geræſticum ipſi appellant) navibus conſtitutis prætor ad depopulandum circa urbem agrum milites emiſit.

28 Teii quum in oculis populatio eſſet, oratores cum infulis & velamentis ad Romanum miſerunt. quibus purgantibus civitatem omnis facti dictique hoſtilis adverſus Romanos, *& juviſſe eos commeatu claſſem hoſtium* arguit, *& quantum vini Polyxenidæ promiſiſſent. quæ ſi eadem claſſi Romanæ darent, revocaturum ſe à populatione militem: ſin minus, pro hoſtibus eos habiturum.* Hoc tam triſte reſponſum quum retuliſſent legati, vocatur in concionem à magiſtratibus populus, ut quid agerent, conſultarent. Eo forte Polyxenidas cum regia claſſe à Colophone profectus poſteaquam moviſſe à Samo Romanos audivit, & ad Myonneſum piratas perſecutos, Teiorum agrum depopulari, naves in Geræſtico portu ſtare; ipſe adverſus Myonneſum in inſula (Macrin nautici vocant) anchoras portu occulto jecit. inde ex propinquo explorans quid hoſtes agerent; primo in magna ſpe fuit, quemadmodum Rhodiam claſſem ad Samum circumſeſſis ad exitum faucibus portus expugnaſſet, ſic & Romanam expugnaturum. nec eſt diſſimilis natura loci. Promontoriis [illegible] coëun-

1 *Myonneſus prom. inter Teium*] *Teum* legendum eſt ex vet. lib. & Græcis. Stephanus ita: Μυόννησος μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου. Item: Τέως πόλις Ἰωνίας, οἱ πολῖται Τήϊοι. *Sigonius.*

Claſ-

coëuntibus inter ſe ita clauditur portus, ut vix duæ ſimul inde naves poſſint exire. Nocte occupare fauces Polyxenidas in animo habebat, & denis navibus ad promontoria ſtantibus, quæ ab utroque cornu in latera exeuntium navium pugnarent: ex cætera claſſe, ſicut ad Panormum fecerat, armatis in littora expoſitis, terra, marique ſimul hoſtes opprimere. quod non vanum ei conſilium fuiſſet, ni quum Teii facturos ſe imperata promiſiſſent, ad accipiendos commeatus aptius viſum eſſet Romanis in eum portum, qui ante urbem eſt, [1] claſſem tranſire. Dicitur & Eudamus Rhodius vitium alterius portus oſtendiſſe, quum forte duæ naves in arcto oſtio implicitos remos fregiſſent. & inter alia id quoque movit prætorem, ut traduceret claſſem, quod ab terra periculum erat; haud procul inde Antiocho ſtativa habente.
Traducta claſſe ad urbem, ignaris omnibus egreſſi mili- 29
tes nautæque ſunt, ad commeatus & vinum maxime dividendum in naves; quum medio forte diei agreſtis quidam ad prætorem adductus nunciat, alteram jam diem claſſem ſtare ad inſulam Macrin, & paulo ante viſas quaſdem moveri tamquam ad profectionem naves. Re ſubita perculſus prætor, tubicines canere jubet, ut ſi qui per agros palati eſſent, redirent: tribunos in urbem mittit ad cogendos milites, nautaſque in naves. Haud ſecus quam in repentino incendio aut capta urbe trepidatur: aliis in urbem currentibus ad ſuos revocandos, aliis ex urbe naves curſu repetentibus: incertiſque clamoribus (quibus ipſis tubæ obſtreperent) turbatis imperiis, tandem concurſum ad naves eſt. Vix ſuam quiſque noſcere aut adire præ tumultu poterat: trepidatumque cum periculo & in mari & in terra foret, ni partibus diviſis Æmilius cum prætoria nave primus è portu in altum evectus, excipiens inſequenteis ſuo quamque ordine in frontem in-

1 *Claſſem tranſire*] Vet. lib. *Claſſi.* Sigonius.

1 Et

inſtruxiſſet: Eudamus Rhodiaque claſſis ſubſtitiſſent ad terram, ut & ſine trepidatione conſcenderent, & ut quæque parata eſſet, exiret navis. Ita & explicuere ordinem primæ in conſpectu prætoris, & coactum agmen ab Rhodiis eſt: inſtructaque acies velut cerneret regios, in altum proceſſit. inter Myonneſum & Corycum promontorium erant, quum hoſtem conſpexere. Et regia claſſis, binis in ordinem navibus longo agmine veniens, & ipſa aciem adverſam explicuit; tantum lævo evecta cornu, ut amplecti & circumire dexterum cornu Romanorum poſſet. quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non poſſe exæquare ordinem Romanos, & tantum non jam circumiri à dextro cornu; concitat naves; [1] (& erant Rhodiæ naves longe omnium celerrimæ tota claſſe) æquatoque cornu, prætoriæ navi, in qua Polyxenidas erat, ſuam objecit. Jam totis claſſibus ſimul ab omni parte pugna conſerta erat. [2] Ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ & viginti erant. Hoſtium claſſis undenonaginta navium fuit; [3] & maximæ formæ naves tres hexeres habebat, duas hepteres. Robore navium & virtute militum [4] Romani longe Rhodios

1 *Et erant Rhodiæ naves*] Thuan. ignorabat vocem poſtremam; neque videtur eſſe auctoris. *Jac. Gron.*

2 *Ab Romanis* LXXX - - - *Hoſtium cl. undenonaginta nav. f.*] Appianus: ἐς ναυμαχίαν συνῄεσαν, Πολυξενίδας μὲ ναυσὶν ἐννενήκοντα κατάφρακτοις, Λεύκιος δ᾽ ὁ Ῥωμαίων ναύαρχος ὀγδοήκοντα καὶ τρισὶ, καὶ τούτων ἦσαν ἐκ Ῥόδου πέντε καὶ εἴκοσιν. Quibus ex verbis apparet apud Livium, *quinque & viginti* legendum. Qui error ex nota numeri emanavit, V & II. *Sigonius.*

3 *Et maximæ formæ naves, tres hexeres*] Τὸ *naves* inſiticium videtur. *J. F. Gron.*

4 *Romani longe Rhodios præſtabant, Rhodiæ naves*] Varie hæc in membranis ſcripta eſſe videntur. Olim enim, antequam è Mog. codice hodiernam lectionem eruiſſet Gelenius, vulgabatur: *Rom. longe regios præſtabant, regiæ naves.* Ad ea vero explodenda, quæ ab illo adferuntur, nihil amplius probant, quam male in ultimo membro collocari *regias naves*, Rhodiaſque reponi debere. Cæterum ego utramque lectionem æque ex parte rectam, ex parte corruptam affirmo. Quid enim attinet hic comparationem inſtitui inter Romanos & Rhodios, qui neque inter ſe erant dimicaturi, neque ullo æmulationis ſtudio accenſi fuiſſe memorantur? Tum proxime ante & poſt hæc verba de hoſtibus ſeu regiis agitur, ut appareat etiam hic eorum habendam eſſe rationem. Et ſane poſtquam Livius tradidiſſet jam totis claſſibus ſimul ab omni parte pugnam eſſe conſertam, extemplo pergit

dios præſtabant: Rhodiæ naves agilitate & arte gubernatorum & ſcientia remigum. Maximo tamen hoſtibus terrori fuere, quæ ignes præ ſe portabant: & quod unum iis ad Panormum circumventis ſaluti fuerat, id tum maximum momentum ad victoriam fuit. [1] nam metu ignis adverſi regiæ naves, ne prora concurrerent, quum declinaſſent, neque ipſæ ferire roſtro hoſtem poterant, & obliquas ſe ipſæ ad ictus præbebant. & ſi qua concurrerat, obruebatur infuſo igni; magiſque ad incendium, quam ad prœlium, trepidabant. Plurimum tamen, quæ ſolet, militum virtus in bello valuit. mediam namque aciem hoſtium Romani quum rupiſſent, circumvecti ab tergo, pugnantibus adverſus Rhodios regiis ſeſe objecere: momentoque temporis & media acies Antiochi, & lævo in cornu circumventæ naves mergebantur. Dextera pars integra, ſociorum magis clade quam ſuo periculo terrebatur. cæterum poſteaquam alias circumventas, prætoriam navem Polyxenidæ relictis ſociis vela dantem videre; ſublatis raptim dolonibus (& erat ſecundus petentibus Epheſum ventus) capeſſunt fugam: [2] quadraginta duabus navibus in ea pugna amiſſis, quarum decem & tres captæ in poteſtatem hoſtium venerunt, cæteræ incenſæ aut demerſæ. Romanorum duæ naves fractæ ſunt, vulneratæ aliquot. Rhodia una capta, memorabili caſu

git exponere, quo ſuperiores in prælio eſſent regii, quo Romani Rhodiique; & illos quidem multitudine navium adverſarios ſuos facile ſuperaſſe, cæteris vero omnibus longe fuiſſe inferiores, & ab Romanis quidem virtute militum, naviumque robore, ab Rhodiis agilitate navium, gubernatorum arte & ſcientia remigum fuiſſe victos, præcipuo tamen & maximo illis fuiſſe terrori eas Rhodiorum naves, quæ ignem præ ſe portabant, de quibus cap. 11. Emendemus ergo partim ex antiquis edd. partim ex cod. Mog. *Robore navium & virtute militum Romani longe regios præſtabant, Rhodiæ naves agilitate*, &c. Jac. Perizon.

1 *Nam metu ignis adverſæ regiæ naves*] Ab Aldo acceperunt. Ante illum *adverſi*. Sed videtur legendum *adverſæ*. nempe Rhodias, quæ ignem portabant. *J. F. Gron.*

2 *Quadraginta duabus navibus --- Rhodia una capta*] Hæc ſic Appianus: καὶ διεφθάρησαν Ἀντιόχου νῆες μιᾶς δέουσαι τριάκοντα, ὧν τρισκαίδεκα αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐλήφθησαν. Ῥωμαίων δ' ἀπώλοντο μόναι δύο, καὶ ὁ Πολυξενίδας τὴν Ῥοδίαν ναῦν ἐπαγόμενος ἐς τὴν Ἔφεσον κατήχθη. *Sigonius.*

3 *Tra-*

caſu. nam quum roſtro percuſſiſſet Sidoniam navem, ancora ictu ipſo excuſſa è nave ſua, unco dente velut manu ferrea injecta, alligavit alterius proram: inde tumultu injecto quum divellere ſe ab hoſte cupientes inhiberent Rhodii, [1] tractum ancorale & implicitum remis, latus alte-

1 *Tractum anchorale, & implicitum remis latus alterum deterſit*] Qui loci hujus ſententiam aſſequuti non ſunt, quæ lectione vetere continebatur, ii dum emendare conati ſunt, penitus deformarunt. alii autem: *Tractum anchorale*, alii *tracta anchora, & implicita remis*, ex ingenio repoſuerunt: Cum ſit in veter. lib. omnibus: *Tractu anchorali, & implicitum remis latus*; hoc ſenſu, Rhodia navis, inquit, una capta memorabili caſu. Nam cum ipſa roſtro percuſſiſſet Sidoniam navem, anchora ictu ipſo è nave ſua Sidonia excuſſa, unco dente, velut manu ferrea alligavit Rhodiæ proram, & cum inde divellere ſe tumultu injecto cupientes Rhodii inhiberent, tractu anchorali latus alterum Rhodiæ navis remis implicitum deterſit. Ita debilitatam Rhodiam navem Sidonia quæ ante à Rhodia percuſſa cohæſerat, cepit. Eſt igitur hæc tota oratio referenda ad rectum illum caſum, *anchora*, quæ & alligavit proram Rhodiæ navis & tractu anchorali latus ejus alterum remis implicitum deterſit. Duo enim ſignificat incommoda ab illa anchora eſſe illata, alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiæ prora eſt, alterum à loris, quibus anchora tenetur, à quibus remi alterius lateris ejuſdem navis deterſi, atque reciſi ſunt. Hunc etiam ſenſum expreſſit Appianus ita: *μέχρι Ῥοδίας νεὼς ἐς Σιδονίαν ἐμβαλούσης, καὶ τῆς πληγῆς εὐτόνου γενομένης ἐς τὴν Ῥοδίαν ἐπάγη τε, καὶ συνέδησεν ἄμφω πρὸς ἀλλήλας. Sigonius.*

Tractu ancorali & implicitum remis] Sic à Sigonio, qui loci hujus ſententiam adſecuti non ſint, eos dum emendare conantur, penitus eum deformaſſe præfato. Ipſe totam orationem referendam cenſet ad vocem *ancora*, quæ & alligaverit proram Rhodiæ navis, & tractu ancorali latus ejus alterum implicitum remis deterſerit: duo incommoda ab illa ancora eſſe illata; alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiæ prora eſt, alterum à loris, quibus ancora tenetur, à quibus remi alterius lateris ejuſdem navis deterſi atque reciſi ſunt. Vir doctiſſimus facundus eſt in eo, de quo dubitabat nemo, qui modo lectionem à Gelenio ex Mog. prolatam intellexiſſet: id quod proprie ad ipſum pertinebat, quomodo nempe iſtum ſenſum è ſcriptura ab ſe probata educeret, neglexit. Quis enim iſte *tractus ancoralis*? ſi quod motus vel admotus, ut loquitur Plinius, ſcilicet voluerit Livius: *ancora motu remos perfregit:* ſin idem quod funis, ut videtur velle, quum lora dicit, quem dabit auctorem *tractum* eſſe funem? Niſi forte, quia Itali dicunt, *un tratto di fune, tractus* eſt funis Latinis. At vero quam belle: *ancora tractu ancorali*? cur non potius *ſuo*? Porro quid *latus remis implicitum*? Itane *remus* dicitur *implicari* navis, quæ remis agitur? Et quia unius modo lateris remis impliciti mentio, an ab altero remigium non erat? Nihil pejus utique hac lectione: etſi noſtri quoque ſcripti fere non aliter. Veriſſime igitur & Latine Gelenius: *tractum ancorale & implicitum remis, latus alterum deterſit. Ancorale* pro ſubſtantivo poſitum eſt ipſe funis ancoralis. Gelenius ait dictum, ut *haſtile*: recte. nam ut *haſtile* intelligit *lignum*, ita *ancorale* ſubaudit *retinaculum*. Sic *vorſoria* vel *verſoria* abſolute funis, quo velum & inde curſus navigii vertitur, à quo *verſoriam capere* apud Plautum:

alterum deterſit, & debilitatam ea ipſa quæ icta cohæſerat, navim cepit. hoc maxime modo ad Myonneſum navali prœlio pugnatum eſt. Quo territus Antiochus, quia 31
poſſeſſione maris pulſus, longinqua tueri diffidebat ſe poſſe, præſidium ab Lyſimachia, ne opprimeretur ibi ab Romanis, deduci pravo, ut res ipſa poſtea docuit, conſilio juſſit. non enim tueri ſolum Lyſimachiam à primo impetu Romanorum facile erat: ſed obſidionem etiam per totam hiemem tolerare, & obſidentes quoque ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus, & interim ſpem pacis per occaſiones tentare. Nec Lyſimachiam tantum hoſtibus tradidit poſt adverſam navalem pugnam, ſed etiam Colophonis obſidione abſceſſit, & Sardeis recepit ſe: atque inde in Cappadociam ad [1] Ariarathen, qui auxilia arceſſerent, & quocumque alio poterat ad copias contrahendas, in unum jam conſilium, ut acie dimicaret intentus, miſit. Regillus Æmilius poſt victoriam navalem profectus Epheſum, [2] directis ante portum navibus, quum confeſſionem conceſſi maris ultimam hoſti expreſſiſſet, Chium, quo, ante navale prœlium, curſum à Samo intenderat, navigat. ibi naves in prœlio quaſſatas quum refeciſſet, L. Æmilium Scaurum cum triginta navibus Helleſpontum ad exercitum trajiciendum miſit: [3] Rhodias parte

tum: adjectivum revera, ſed in quo intelligitur *funis*; ambigui generis antiquis: quemadmodum & in *rudens*, quum ait Comicus: *dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico.* Id igitur ancorale, excuſſa ancora in navem hoſticam Sidoniam, quum in puppem remigarent Rhodii, tractum ab ancora inde religata, & dum præpropere & tumultuoſe evolvitur, magna parte delapſum in mare ab latere uno navis, atque ita implicitum remis ejuſdem, id ipſum deterſit; claudamque navem fecit. Hic verus ſenſus hujus loci, atque iſta unica vera lectio. *J. F. Gron.*

1 *Ariaraten*] *Ariarathen*, Græci enim Ἀριαράθην. *Sigonius.*

2 *Direptis ante portum navibus, cum confeſſionem,* &c.] Lege, *directis*: ea enim & veterum librorum lectio, & is fuit mos, ut victores in conſpectu eorum, qui victi eſſent, inſtruerentur, & ea re confeſſionem victoriæ ab hoſte elicerent. Itaque libro priore ait, *Iis adjuncti Epheſum hoſtem perſecuti, ante oſtium portus acie inſtructa ſteterunt. Poſteaquam confeſſionem victis ſatis expreſſerunt,* &c. *Idem.*

3 *Rhodias p. p. & ſp. decoratas*] Vet. lib. *Rhodios,* & *decoratos.* Idem.

parte prædæ & ſpoliis navalibus decoratas, domum redire jubet. Rhodii impigre prævertêre, ad trajiciendaſque copias conſulis iere: atque eo quoque functi officio, tum demum Rhodum rediere. Claſſis Romana ab Chio Phocæam trajecit. in ſinu maris intimo poſita hæc urbs eſt, oblonga forma. duum millium & quingentorum paſſuum ſpatium murus amplectitur: coit deinde ex utraque parte in arctiorem velut cuneum, Lamptera ipſi appellant. mille & ducentos paſſus ibi latitudo patet: inde in altum lingua mille paſſuum excurrens medium fere ſinum velut nota diſtinguit, ubi cohæret faucibus anguſtis, duos in utramque regionem verſos portus tutiſſimos habet. qui in meridiem vergit, Nauſtathmos ab re appellatur, quia ingentem vim navium capit: alter prope ipſum
32 Lamptera eſt. Hos portus tutiſſimos quum occupaſſet Romana claſſis; priuſquam aut ſcalis, aut operibus mœnia aggrederetur, mittendos cenſuit prætor qui principum magiſtratuumque animos tentarent. poſteaquam obſtinatos vidit, duobus ſimul locis oppugnare eſt adortus. Altera pars infrequens ædificiis erat: templa Deum aliquantum tenebant loci. ea prius ariete admoto, quatere muros turreſque cœpit. deinde quum eo multitudo occurreret ad defendendum, altera quoque parte admotus aries, & jam utrimque ſternebantur muri. ad quorum caſum quum impetum Romani milites per ipſam ſtragem ruinarum facerent; alii ſcalis etiam aſcenſum in muros tentarent; adeo obſtinate reſtiterunt oppidani, ut facile appareret plus in armis & virtute, quam in mœnibus auxilii eſſe. coactus ergo periculo militum prætor, receptui cani juſſit, ne objiceret incautos furentibus deſperatione ac rabie. Dirempto prœlio, ne tum quidem ad quietem verſi, ſed undique omnes ad munienda & obmolienda, quæ ruinis ſtrata erant, concurrerunt. Huic operi intentis ſupervenit Q. Antonius, à prætore miſſus: qui caſtigata pertinacia eorum, *Majorem curam Romanis quam*

illis

illis oſtenderet *eſſe, ne in perniciem urbis pugnaretur. ſi abſiſtere*
furore vellent, poteſtatem iis dare eadem conditione, qua prius
C. Livii in fidem veniſſent, ſe tradendi. Hæc quum audiſ-
ſent, quinque dierum ſpatio ad deliberandum ſumpto,
tentata interim ſpe auxilii ab Antiocho, poſteaquam le-
gati miſſi ad regem, nihil in eo eſſe præſidii, retulerunt;
tum portas aperuerunt, pacti ne quid hoſtile paterentur.
Quum ſigna in urbem inferrentur, & pronunciaſſet præ-
tor, parci ſe deditis velle; clamor undique eſt ſublatus,
indignum facinus eſſe, Phocæenſes nunquam fidos ſocios, ſemper
infeſtos hoſtes, impune eludere. ab hac voce (velut ſigno à
prætore dato) ad diripiendam urbem paſſim diſcurre-
runt. Æmilius primo reſiſtere & revocare, dicendo, ca-
ptas, non deditas, diripi urbes: & in his tamen arbitrium
eſſe imperatoris, non militum. Poſteaquam ira & ava-
ritia imperio potentiora erant; præconibus per urbem
miſſis, liberos omnes in forum ad ſe convenire jubet, ne
violarentur: & in omnibus quæ ipſius poteſtatis fuerunt,
fides conſtitit prætoris. Urbem agroſque & ſuas leges
iis reſtituit: & quia jam hiems appetebat, Phocææ por-
tus ad hibernandum claſſi delegit. Per idem fere tem- 33
pus conſuli tranſgreſſo Æniorum Maronitarumque fines
nunciatur, victam regiam claſſem ad Myonneſum, reli-
ctamque à præſidio Lyſimachiam eſſe. Id multo quam
de navali victoria lætius fuit; utique poſteaquam eo ve-
nerunt; refertaque urbs omnium rerum commeatibus,
velut in adventum exercitus præparatis, eos excepit. ubi
inopiam ultimam, laboremque in obſidenda urbe ſibi
propoſuerant. Ibi paucos dies ſtativa habuere, ut impe-
dimenta ægrique conſequerentur, qui paſſim per omnia
Thraciæ caſtella [1] feſſi morbis ac longitudine viæ relicti
erant.

1 *Feſſi morbis*] MS. Thuan. *morbo,* quod utique Livii eſt. 37, 46. *Aliis belli caſibus, aliis morbo abſumptis.* 41, 21. *Qui ſuperabant, longinquo, maxime quartanæ, implicabantur morbo.* 44, 20. *Ad claſſem ſe ex caſtris profectos; ſociorum navalium partem morbo audiſſe abſumptam.* Jac. Gron.

erant. Receptis omnibus, ingreſſi rurſus iter per Cherſoneſum, Helleſpontum perveniunt. ubi omnibus cura regis Eumenis ad trajiciendum præparatis, velut in pacata littora, nullo prohibente, aliis alio delatis navibus, ſine tumultu trajecere. Ea vero res Romanis auxit animos; [1] conceſſum ſibi tranſire cernentibus in Aſiam: quam rem magni certaminis futuram crediderant. Stativa deinde ad Helleſpontum aliquamdiu habuerunt: quia dies forte, quibus ancilia moventur, religioſi ad iter inciderant. iidem dies P. Scipionem propiore etiam religione, quia Salius erat, disjunxerant ab exercitu: cauſ-
34 ſaque & is ipſe moræ erat, dum conſequeretur. Per eos forte dies legatus ab Antiocho in caſtra venerat, Byzantius Heraclides; de pace afferens mandata: quam impetrabilem fore magnam ei ſpem attulit mora & cunctatio Romanorum: quos ſimul Aſiam attigiſſent, effuſo agmine ad caſtra regia ituros crediderat. Statuit tamen non prius adire conſulem, quam P. Scipionem: & ita mandatum ab rege erat. in eo maximam ſpem habebat, præterquam quod & magnitudo animi & ſatietas gloriæ, placabilem eum maxime faciebat. notumque erat gentibus, qui victor ille in Hiſpania, qui deinde in Africa fuiſſet: etiam quod filius ejus captus in poteſtate regis erat. Is ubi & quando, & quo caſu captus ſit, ſicut pleraque alia, parum inter auctores conſtat. alii principio belli [2] à Chalcide Oreum petentem, circumventum ab regiis navibus tradunt: alii, poſteaquam tranſitum in Aſiam eſt, cum turma Fregellana miſſum exploratum ad regia caſtra, effuſo obviam equitatu quum reciperet ſeſe, [3] in eo tu-

1 *Conceſſum ſibi tranſitum cernentibus in Aſiam*] Sic jam Andreas. Cur igitur ſcripti conſenſu: *conceſſum ſibi tranſire cernentibus in Aſiam.* Sic lib. 1, 54. *Patuit quibuſdam volentibus fugere, aut in exilium acti ſunt.* duo meliores Pall. & Voſſ. ubi vulgo, *fuga.* Sic *dare bibere.* Cicero in Tuſculanis: *ut Jovi bibere miniſtraret.* Silius: *Queis ſuperare datum.* J. F. Gron.

2 *A Chalcide Oreum petentem*] Appianus, *à Chalcide Demetriadem*, habet, ἐς Δημητριάδα ἐκ Χαλκίδος διαπλέοντα. *Sigonius.*

3 *In eo tumultu delapſo equo cum duobus equitibus oppreſſum*] Conjeceram, *dela-*

tumultu delapſum equo cum duobus equitibus oppreſſum, ita ad regem deductum eſſe. Illud ſatis conſtat, ſi pax cum populo Romano maneret, hoſpitiumque privatim regi cum Scipionibus eſſet, neque liberalius neque benignius haberi, colique adoleſcentem, quam cultus eſt, potuiſſe. Ob hæc quum adventum P. Scipionis legatus exſpectaſſet, ubi is venit, conſulem adit, petitque ut mandata audiret. Advocato frequenti conſilio legati verba ſunt audita. Is multis ante legationibus nequicquam ultro citroque de pace miſſis, *Eam ipſam fiduciam impetrandi ſibi eſſe* dixit, *quod priores legati nihil impetraſſent. Smyrnam enim & Lampſacum, &* [1] *Alexandriam Troadem, & Lyſimachiam in Europa, jactatas in illis diſceptationibus eſſe. quarum Lyſimachia jam ceſſiſſe regem, ne quid in Europa habere eum dicerent: eas quæ in Aſia ſint, civitates, tradere paratum eſſe: & ſi quas alias Romani quod ſuarum partium fuerint, vindicare ab imperio regio velint. impenſæ quoque in bellum factæ partem dimidiam regem præſtiturum populo Romano.* Hæ conditiones erant pacis. Reliqua oratio fuit, *Ut memores rerum humanarum, & ſuæ fortunæ moderarentur,* [2] *& aliam ne urgerent. Finirent Europa imperium. id quoque immenſum eſſe. Parari ſingula acquirendo facilius potuiſſe, quam univerſa teneri poſſe. quod ſi Aſiæ quoque partem aliquam abſtrahere velint, dummodo non dubiis regionibus finiant; vinci ſuam temperantiam Romana cupiditate, pacis &*

con-

delapſum equo: quod nunc video fuiſſe in Moguntino, etſi ſpreverint. Juſtinus lib. 33. *Cato, dum inter confertiſſimos hoſtes inſigniter dimicat, equo delapſus, pedeſtre prælium aggreditur.* J. F. Gron.

Delapſum equo] Hanc opinionem reor fuiſſe Polybii, quam expoſuit in libris deperditis, quod colligo ex fragmento hoc per Suidam ſervato. ὁ δὲ ἵππος τοῦ Σκηπίωνος ἐδυσχερήσας μὲν ἀπὸ τῆς πληγῆς. οὐ μὴν ὁλοσχερῶς ἐσφάλμησε. Διόπερ ὀρθὸς ἀπέπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Σκηπίων. Niſi tamen ad alterum Scipionem verba hæc pertineant, qui provocatione apud Intercatiam in Hiſpania pugnavit, de quo Vellejus 1, 12. Liviana Epit. 48 & Florus, præſertim, quum alias quoque Polybii voces ex ea hiſtoria referat Suidas in verbo Ἐνίπεος. *Jac. Gron.*

1 *Alexandriam Troadem*] Appianus τὴν Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Γρανίκῳ vocat. *Sigonius.*

2 *Et aliam ne urgerent*] Culpa recentiſſimarum. Repone, *alienam.* J. F. Gron.

 1 Non

concordiæ cauſſa regem paſſurum. Ea quæ legato magna ad pacem impetrandam videbantur, parva Romanis viſa. *Nam & impenſam quæ in bellum facta eſſet, omnem præſtare regem æquum cenſebant; cujus culpa bellum excitatum eſſet. &, non Ionia modo atque Æolide deduci debere præſidia regia: ſed, ſicut Græcia omnis liberata eſſet, ita quæ in Aſia ſint, omnes liberari urbes. Id aliter fieri non poſſe, quam ut cis Taurum montem*
36 *poſſeſſione Aſiæ Antiochus cedat.* Legatus poſteaquam nihil æqui in conſilio impetrare ſe cenſebat; privatim (ſic enim imperatum erat) P. Scipionis tentare animum conatus, Omnium primum filium ei ſine pretio redditurum regem dixit: deinde ignarus & animi Scipionis & moris Romani, auri pondus ingens eſt pollicitus, & nomine tantum regio excepto, ſocietatem omnis regni; ſi per eum pacem impetraſſet. Ad ea Scipio: *Quod Romanos omneis, quod me ad quem miſſus es, ignoras, minus miror: quum te fortunam ejus à quo venis, ignorare cernam. Lyſimachia tenenda erat, ne Cherſoneſum intraremus: aut ad Helleſpontum obſiſtendum, ne in Aſiam trajiceremus; ſi pacem tamquam ab ſollicitis de belli eventu petituri eratis. Conceſſo vero in Aſiam tranſitu, &* [1] *non ſolum frænis, ſed etiam jugo accepto, quæ diſceptatio ex æquo, quum imperium patiendum ſit, relicta eſt? Ego ex munificentia regia maximum donum filium habebo: aliis, Deos precor, ne umquam fortuna egeat mea: animus certe non egebit. Pro tanto in me munere gratum me eſſe in ſe ſentiet, ſi privatam gratiam pro privato beneficio deſiderabit. publice nec habebo quicquam ab illo, nec dabo. Quod in præſentia dare poſſim, fidele conſilium eſt. Abi, nuncia meis verbis, bello abſiſtat: pacis conditionem nullam recuſet.* Nihil ea moverunt regem: tutam fore belli aleam ratum, quando perinde ac victo jam ſibi leges dicerentur. omiſſa igitur in præſentia mentione pacis,

1 *Non ſolum frenis, ſed etiam jugo accepto*] Plutarchus aliter in Apophthegm. *non ſolum freno, ſed etiam inſeſſore.* alluſit autem ad apologum equi, de quo Ariſtoteles lib. 2 Rhetoric. ſic. ἔδη πρότερον, εἶπεν, ἀλλὰ μὴ νῦν, ὁπότε καὶ τὸν χαλινὸν καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέξαι. *Sigonius.*

pacis, totam curam in belli apparatum intendit. Conſul 37 omnibus præparatis ad propoſita exſequenda, quum ex ſtativis moviſſet, Dardanum primum, deinde Rhœteum, utraque civitate obviam effuſa, venit. inde Ilium proceſſit, caſtriſque in campo, qui eſt ſubjectus mœnibus, poſitis, in urbem arcemque quum aſcendiſſet, ſacrificavit Minervæ præſidi arcis, & Ilienſibus in omni rerum verborumque honore ab ſe oriundos Romanos præferentibus, & Romanis lætis origine ſua. inde profecti ſextis caſtris ad caput Caici amnis pervenerunt. Eo & Eumenes rex, conatus primo ab Helleſponto reducere claſſem in hiberna Elæam, adverſis deinde ventis quum aliquot diebus ſuperare Lecton promontorium non potuiſſet, in terram egreſſus, ne deeſſet principiis rerum, qua proximum fuit, in caſtra Romana cum parva manu contendit. Ex caſtris Pergamum remiſſus ad commeatus expediendos, tradito frumento quibus juſſerat conſul, in eadem ſtativa rediit. inde plurium dierum præparatis cibariis, conſilium erat ire ad hoſtem priuſquam hiems opprimeret. Regia caſtra circa Thyatira erant: ibi quum audiſſet Antiochus P. Scipionem ægrum Elæam delatum, legatos, qui filium ad eum reducerent, miſit. Non ſolum animo patrio gratum munus, ſed corpori quoque ſalubre gaudium fuit: ſatiatuſque tandem complexu filii, *Renunciate*, inquit, *gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non poſſe, quam ut ſuadeam, ne ante in aciem deſcendat,* [1] *quam ut in caſtra me rediſſe audierit.* Quamquam ſeptuaginta millia peditum, plus duodecim millia equitum animos interdum ad ſpem certaminis faciebant, motus tamen Antiochus tanti auctoritate viri, in quo ad incertos belli eventus omnis fortunæ poſuerat ſubſidia, [2] recepit ſe tranſgreſſus Phrygium amnem: circaque

1 *Quam ut in caſtra me rediſſe audierit*] Superfluum *ut* tollendum cenſeo. *J. F. Gron.*

2 *Recepit ſe tranſgreſſus - - - poſuit caſtra*] Appianus ita: μετεςρατοπέδευσεν ἀμφὶ τὸ ὄρος τὸ Σύπυλον, τεῖ-

caque Magneſiam, quæ ad Sipylum eſt, poſuit caſtra. & ne, dum extrahere tempus vellet, munimenta Romani tentarent; [1] foſſam ſex cubitis altam, duodecim latam quum duxiſſet, extra duplex vallum foſſæ circumdedit: interiore labro murum cum turribus crebris objecit.
38 unde facile arceri tranſitu foſſæ hoſtis poſſet. Conſul circa Thyatira regem eſſe ratus, continuis itineribus quinto die ad Hyrcanum campum deſcendit. inde quum profectum audiſſet, ſecutus veſtigia citra Phrygium amnem, quatuor millia ab hoſte poſuit caſtra. Eo mille ferme equites (maxima pars Gallogræci erant, & Dahæ quidam, aliarumque gentium ſagittarii equites intermiſti,) tumultuoſe amne trajecto, in ſtationes impetum fecerunt. Primo turbaverunt incompoſitos. deinde quum longius certamen fieret, Romanorum, ex propinquis caſtris facili ſubſidio, creſceret numerus, regii feſſi jam & plures non ſuſtinentes, recipere ſe conati, circa ripam amnis priuſquam flumen ingrederentur, ab inſtantibus tergo aliquot interfecti ſunt. Biduum deinde ſilentium fuit; neutris tranſgredientibus amnem. tertio poſt die Romani ſimul omnes tranſgreſſi ſunt: & duo millia ferme & quingentos paſſus ab hoſte poſuerunt caſtra. Metantibus & muniendo occupatis, tria millia delecta equitum peditumque regiorum, magno terrore ac tumultu advenere. aliquanto pauciores [2] in ſtatione erant, & tamen per ſe nullo à munimento caſtrorum milite avocato, & primo æquum prœlium ſuſtinuere, & creſcente

cer-

χὸς τε καρτερὸν τοῦ στρατοπέδου περιετείχιζε, καὶ τὸν Φρύγιον ποταμὸν ἐν προβολῇ τοῖς πολεμίοις ἐτίθετο. *Sigonius.*

Recepit ſe tranſgreſſus Phrygium amnem] Satis, opinor, Livio fuit: *trans Phrygium amnem.* J. F. Gron.

1 *Foſſam ſex cubitis altam*] Malim *cubitos*, J. F. Gron. Jam ante monuimus ex Thuan. legendum *cubita.* ut cap. 40. *longos quaterna cubita.* Jac. Gron.

2 *In ſtatione erant, & tamen per ſe*] Hæc omnia ſunt alienarum manuum, non Livii. Ex Mog. & Voſſ. pro illis *& tamen* video enotatum *duo millia.* Thuanæus vero *pauciores quam in ſtatione erant duo tamen millia per ſe*, &c. Unde videtur ſequi: *aliquanto pauciores, qui in ſtatione erant, duo tantum millia per ſe*, &c. *Idem.*

I *Cn.*

certamine pepulerunt hoſtes; centum ex his occiſis, centum ferme captis. Per quatriduum inſequens, inſtructæ utrimque acies pro vallo ſtetere. quinto die Romani proceſſere in medium campi. Antiochus nihil promovit ſigna; ita ut extremi minus mille pedes à vallo abeſſent. Conſul, poſteaquam detrectari certamen vidit, 39
poſtero die in conſilium advocavit, *Quid ſibi faciendum eſſet, ſi Antiochus pugnandi copiam non faceret? Inſtare hiemem. aut ſub pellibus habendos milites fore, aut ſi concedere in hiberna vellent, differendum eſſe in æſtatem bellum.* Nullum unquam hoſtem Romani æque contempſerunt. conclamatum undique eſt, duceret extemplo, & uteretur ardore militum: qui tamquam non pugnandum cum tot millibus hoſtium, ſed par numerus pecorum trucidandus eſſet, per foſſas, per vallum caſtra invadere parati erant, ſi in prœlium hoſtis non exiret. [1] Cn. Domitius ad explorandum iter, & qua parte adiri vallum hoſtium poſſet, miſſus, poſteaquam omnia certa retulit, poſtero die propius caſtra admoveri placuit. tertio ſigna in medium campi prolata, & inſtrui acies cœpta eſt. Nec Antiochus ultra tergiverſandum ratus, ne & ſuorum animos minueret detrectando certamen, & hoſtium ſpem augeret, & ipſe copias eduxit: tantum progreſſus è caſtris, ut dimicaturum appareret. Romana acies unius prope formæ fuit, & hominum & armorum genere. duæ legiones Romanæ, duæ ſociûm ac Latini nominis erant: quina millia & quadringenos ſingulæ habebant. Romani mediam aciem, cornua Latini tenuerunt: haſtatorum prima ſigna, deinde principum erant: triarii poſtremos claudebant. Extra hanc, veluti juſtam aciem, à parte dextera [2] conſul Achæo-

1 *Cn. Domitius ad explorandum iter*] Γάϊον Δομίτιον hunc appellat Plutarchus in Apophthegmatis. Sic enim inquit, Γάϊος Δομίτιος, ὃν Σκιπίων ὁ μέγας ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ ἀδελφῷ Λευκίῳ παρακατέστησεν ἐν τῷ πρὸς Ἀντίοχον πολέμῳ. *Sigonius.*

2 *Conſul Achaorum cetratis immiſtos --- æquata fronte inſtruxit*] Glareanus hunc locum, ut obſcurum notavit,

 idem-

Achæorum cetratis immiſtos auxiliares Eumenis, tria millia ferme peditum, æquata fronte inſtruxit: ultra eos equitum minus tria millia oppoſuit. ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat: extremos [1] Tralleis & Cretenſes (quingentorum utrique numerum explebant) ſtatuit. [2] Lævum cornu non videbatur egere talibus auxiliis, quia flumen ab ea parte ripæque deruptæ claudebant. quatuor tamen inde turmæ equitum oppoſitæ. Hæc ſumma copiarum erat Romanis: & duo millia miſtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate ſecuti erant, [3] præſidio relicti ſunt caſtris, [4] Sexdecim elephantos poſt triarios in ſubſidio locaverunt. nam præterquam quod multitudinem regiorum elephantorum (erant autem quatuor & quinquaginta) ſuſtinere non videbantur poſſe, ne pari quidem numero Indicis Africi reſiſtunt; ſive quia magnitudine (longe enim illi præſtant) ſive robore animorum vincuntur.

Regia

idemque Achæos auxiliares, & cetratos Pergamenos interpretatur, quo ſenſu nullus fœdior eſſe poteſt: cum cetratos Achæos, Pergamenos Eumenis auxiliares accipere debeamus, interprete Appiano: ὅτι ϖ τοῖς Ἰταλοῖς, ὁ Εὐμενοῦς στρατὸς ἐτάσσετο, καὶ Ἀχαιῶν πελτασταὶ περὶ τρισχιλίους. *Sigonius.*

1 *Triballos, & Cretenſes*] Vet. lib. habent: *Tralles & Cretenſes.* Appianus Κρῆτας καὶ Τραλλιανούς. Glareanus tamen & hoc libro, & lib. 27 pro *Trallos* & *Tralles*, utrobique, *Triballos* reponit, ſcilicet, quia ignorat Stephanum ita ſcribere: Τραλλία μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας. λέγονται καὶ Τράλλοι καὶ Τράλλεις παρὰ Θεοπόμπῳ. Puto autem apud Appianum eſſe mendoſe Τραλλιανοὺς pro Τράλλεις. Siquidem Tralliani ſunt è Trallibus oppido Lydiæ, eodem Stephano auctore. Ergo & hic & paulo poſt vetus lectio retinenda eſt, & *Tralles* legendum invito Glareano. *Idem.*

2 *Lævum cornu non videbatur egere talibus auxiliis*] A Mog. eſt: prius edebatur: *non verebatur talibus.* An fuit: *non egere rebantur talibus auxiliis?* J. F. Gron.

3 *Hi præſidio relicti ſunt caſtris*] Τὸ *hi* additum eſt Magontiaci. Scripti & prius editi ignorant. Scribe diſtinctione mutata: *& duo millia miſtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate ſecuti erant, præſidio relicti ſunt caſtris.* Clarum eſt illud genus compoſitionis, *duo millia relicti*, offendiſſe ſarcinatores. Quaſi non ſequenti capite ſit: *ſimiliter his armati duo millia Cappadocum ab Ariarathe miſſi rege.* Idem.

4 *Sexdecim elephantos p. tr. in ſubſidio locaver.*] Vet. lib. xv. Appianus certum numerum non apponit, paucos tamen fuiſſe ait: τῶν δ' ἐλεφάντων, οὓς εἶχεν ἐκ Λιβύης, οὐδένα νομίζων ἔσεσθαι χρήσιμον ὀλιγωτέρων τε ὄντων καὶ βραχυτέρων, οἷα Λιβύων, ἔστησαν ὀπίσω ἅπαντας. *Sigonius.*

1 X &

Regia acies varia magis multis gentibus, diſſimilitudine armorum auxiliorumque erat. [1] decem & ſex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur. hæc media acies fuit in fronte in decem partes diviſa. Partes eas interpoſitis binis elephantis diſtinguebat: à fronte introrſus in duos & triginta ordines armatorum acies patebat. hoc & roboris in regiis copiis erat, & perinde quum alia ſpecie, tum eminentibus tantum inter armatos elephantis magnum terrorem præbebat. Ingentes ipſi erant. addebant ſpeciem frontalia, & criſtæ, & tergo impoſitæ turres, turribuſque ſuperſtantes, præter rectorem, quaterni armati. [2] Ad latus dexterum phalangitarum mille & quingentos equites Gallogræcorum oppoſuit. his tria millia equitum loricatorum (cataphractos ipſi appellant) adjunxit. addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant. Medi erant lecti viri, & ejuſdem regionis miſti multarum gentium equites. continens his grex ſedecim elephantorum eſt oppoſitus in ſubſidiis: ab eadem parte paululum producto cornu regia cohors erat: [3] Argyraſpides à genere armorum

morum

1 *X & ſex millia peditum - - - in decem partes diviſa*] Appianus: Ἀντιόχῳ δὲ ἦν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι, καὶ τούτων τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ ἡ Μακεδόνων ἄνδρες ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι, ἵστη δὲ αὐτοὺς ἐν μέσῳ διελὼν ἀνὰ χιλίους καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη. *Sigonius.*

2 *Ad latus dexterum Phalangit.* 1500 *pedites- - - 3000 ped. - - - agema eam vocabant.*] Satis conſtat, ſi ſententiam ſequi auctoris volumus, *quingentos equites*, & *tria millia equitum*, eſſe legendum. Quin etiam equitibus ab utraque parte Gallogræcis phalangem clauſam, atque munitam fuiſſe tradit Appianus his verbis: τοιοῦτον μὲν ἦν τὸ πεζὸν Ἀντιόχῳ. ἱππεῖς δὲ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ παρατετάχατο, Γαλάται τε κατάφρακτοι, καὶ τὸ λεγόμενον ἄγημα τῶν Μακεδόνων. εἰσὶ δὲ καὶ οἵδε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγεται. τάδε μὲν ἐξ ἴσου τῆς φάλαγγος ἦν ἑκατέρωθεν. Quæ eadem verba, & quid ſit *agema*, docent, & nihil huic loco deeſſe, contra quam cenſet Glareanus, probant. *De agemate* Arrianus, & Curtius, qui de rebus Alexandri ſcripſerunt. Item Suidas ita: Ἄγημα τὸ περιϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν. οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως κραταιὸν ὁπλίσει καὶ σωμάτων ἀξίᾳ. Livius lib. 42. *Delecta & viribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipſi legionem vocabant.* Idem.

3 *Argyraſpides à genere armorum appellab.*] Appianus item: ἱππεῖς Ἀργυράσπιδες. Diodorus tamen in Alexandro non equites, ut Appianus, ſed pedites nominat: τὸ τῶν Ἀργυρασπίδων τάγμα διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι, καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ. *Idem.*

1 *Daha*

morum appellabantur. [1] Dahæ deinde equites ſagittarii mille & ducenti. tum levis armatura trium millium, pari ferme numero, pars Cretenſes, pars Tralles. duo millia [2] & quingenti Myſi ſagittariis adjuncti erant. Extremum cornu claudebant quatuor millia miſti Cyrtæi funditores, & Elymæi ſagittarii. [3] Ab lævo cornu phalangitis adjuncti erant Gallogræci equites mille & quingenti. & ſimiliter his armati [4] duo millia Cappadocum ab Ariarathe miſſi rege. [5] Inde auxiliares miſti omnium generum duo millia & ſeptingenti, [6] & tria millia cataphractorum equitum, & mille alii equites, [7] regia ala levioribus tegumentis ſuis equorùmque, alio haud diſſimili habitu: Syri plerique erant Phrygibus & Lydis immiſti. [8] Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ & [9] cameli, quos appellant dromadas. his inſidebant Arabes ſagittarii; [10] gladios habentes tenues, longos quaterna cubita, ut ex tanta altitudine contingere hoſtem poſſent. Inde alia multitudo

par

1 *Dahæ deinde equites ſagittarii*] Vet. lib. *Dacæ:* Appianus item: *ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι Δάκαι. Sigonius.*

2 *Et quingenti Myſi ſagittariis adjuncti er.*] Vet. lib. *Sagittarii*, recte. Appianus enim Myſos ſagittarios vocat, æque atque Dacas. *ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι Δάκαι καὶ Μυσοὶ καὶ Ἐλυμαῖοι.* At Elymæos etiam ſagittarios vocat Livius. *Idem.*

3 *Ab lævo cornu phal. adj. erant pedites*] *Equites* legendum, ut ſupra. *Idem.*

4 *Duo millia Cappadocum ab Ariarathe miſſa*] Appianus: *καὶ Καππαδόκαι τινὲς οὓς ἔπεμψεν Ἀριαράθης. Idem.*

5 *Inde auxiliares miſti omn. generum*] Appianus: *καὶ μιγάδες ἄλλοι ξένοι. Idem.*

6 *Et tria millia cataphractorum equitum*] Appianus: *κατάφρακτός τε ἵππος, ἐπὶ τοῖς δὲ ἑτέρα. Idem.*

7 *Regia ala levioribus tegumentis ſuis equorumque*] *Regiam alam*, *ἑταιρικὴν*, id eſt, *amicorum* & *ſodalium*, vocat Appianus: inquit enim, *καὶ ἣν ἐκάλουν ἑταιρικὴν ὡπλισμένην κούφως.* Arrianus libro primo vocat, *τῶν ἑταίρων τὴν βασιλικὴν ἴλην. Idem.*

8 *Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ*] Quærit Glareanus, quem equitatum intelligat Livius hoc loco; Huic ego reſpondeo, equites omnes intelligi, quos paulo ante in lævo cornu rex collocavit, Gallogræcos, Cappadoces, Myſos, Cataphractos, regiam alam, hincque etiam perſpici, *Gallogræcos equites*, non *pedites* eſſe legendum. *Idem.*

9 *Cameli, &c. his inſidebant Arabes ſag.*] Appianus: *Ἄῤῥαβες, οἱ καμήλους ὀξυτάτας ἐπικαθήμενοι τοξόται. Idem.*

10 *Gladios habentes tenues, longos qu. cub.*] Appianus: *καὶ μαχαίρας, ὅτε πλησιάζοιεν, ἐπιμήκεσι καὶ στεναῖς χρῶνται. Idem.*

1 *Pri-*

par ei quæ in dextro cornu erat; [1] primi Tarentini, deinde Gallogræcorum equitum duo millia & quingenti: inde [2] Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti, & totidem Tralles, & tria millia cetratorum: Piſidæ erant, & Pamphylii & Lycii. tum Cyrtæorum & Elymæorum paria in dextro cornu locatis auxilia, & ſexdecim elephanti modico intervallo di-
ſtantes. [3] Rex ipſe in dextero cornu erat. Seleucum fi- 41
lium & Antipatrum fratris filium in lævo præpoſuit: media acies tribus permiſſa, Minioni, & Zeuxidi, & Philippo magiſtro elephantorum. Nebula matutina, creſcente die levata in nubes, caliginem dedit. humor inde ab auſtro velut perfudit omnia. Quæ nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant. nam & obſcuritas lucis in acie modica Romanis non adimebat in omnes partes conſpectum, [4] & humor toto fere gravĩ armatu nihil gladios aut pila hebetabat. Regii tam lata acie, ne ex medio quidem cornua ſua circumſpicere poterant; nedum extremi inter ſe conſpicerentur: & humor, arcus fundaſque, & jaculorum amenta, emollierat. Falcatæ quoque quadrigæ, quibus ſe perturbaturum hoſtium aciem Antiochus crediderat, in ſuos terrorem verterunt. armatæ autem in hunc maxime modum erant: cuſpi-

1 *Primi Tarentini*] Sic lib. 35. *Et tum omnium primum agmen conſtituit, dein Cretenſes auxiliares & quos Tarentinos vocabant equites binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit.* De iiſdem Tarentinis equitibus meminit etiam Ælianus de inſtruendis aciebus. *Sigonius.*

2 *Neocretes m. & eod. armatu Cares & Cilices - - - totidem Tralles*] Appianus: Κρητῶν τε καὶ Τραλλιανῶν, καὶ Κιλίκων ἐς τὸν Κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένων. *Idem.*

3 *Rex ipſe in dextro cornu - - - Philippo magiſtro elephantorum*] Appianus: ἐφειστήκει δὲ τοῖς μὲν δεξιοῖς ἱππεῦσιν Ἀντίοχος αὐτός, τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα Σέλευκος ὁ υἱὸς Ἀντιόχου. τῇ δὲ φάλαγγι Φίλιππος ἐλεφαντάρχης, καὶ τοῖς προμάχοις Μένδις τε καὶ Ζεῦξις. Hinc ego *Mendi, Zeuxidi* lego. *Idem.*

4 *Et humor toto fere gravi armatu*] Hanc rem ſic expreſſit Frontinus lib. 4 Stratag. *L. Scipio in Lydia cum die ac nocte imbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantum, aut equos deficere, verum arcus quoque madentibus nervis inhabiles factos, exhortatus eſt ſuos, ut poſtero quamvis religioſo die, committeretur prælium. quam ſententiam ſecuta victoria eſt.* Idem.

cuſpides circa temonem ab jugo decem cubita extantes, velut cornua habebant: quibus, quicquid obvium daretur, transfigerent. & in extremis jugis binæ circa eminebant falces; altera æquata jugo, altera inferior in terram devexa: illa, ut quicquid ab latere objiceretur, abſcinderet: hæc, ut prolapſos ſubeunteſque contingeret. item ab axibus rotarum utrimque binæ eodem modo diverſæ deligabantur falces. Sic armatas quadrigas, quia ſi in extremo aut in medio locatæ forent, per ſuos agendæ erant, in prima acie, ut ante dictum eſt, locaverat rex. Quod ubi Eumenes vidit, haud ignarus pugnæ, & quam anceps eſſet auxilii genus, ſi quis pavorem magis equis injiceret, quam juſta adoriretur pugna, Cretenſes ſagittarios funditoreſque & jaculatores equitum, non confertos, ſed quam maxime poſſent diſperſos, excurrere jubet; ſimul omnibus partibus tela ingerere. Hæc velut procella, partim vulneribus miſſilium undique conjectorum, partim clamoribus diſſonis, ita conſternavit equos, ut repente velut effrænati paſſim incerto curſu ferrentur: quorum impetus & levis armatura, & expediti funditores, & velox Cretenſis momento declinabant: & eques inſequendo, tumultum ac pavorem equis cameliſque & ipſis ſimul conſternatis augebat, clamore & ab alia circumſtantium turba multiplici adjecto. Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ: amotoque inani ludibrio, tum demum ad juſtum prœlium, ſigno utrim-
42 que dato, concurſum eſt. Cæterum vana illa res veræ mox cladis cauſſa fuit. [1] auxilia enim ſubſidiaria, quæ proxima locata erant, pavore & conſternatione quadrigarum territa, & ipſa in fugam verſa, nudarunt omnia uſque ad cataphractos equites. ad quos quum diſſipatis ſubſidiis perveniſſet equitatus Romanus, ne primum quidem impetum

1 *Auxilia enim ſubſidiaria*] Vet. lib. *auxilia enim ſubſidiaque, quæ proxima.* Sigonius.

I *Alii*

petum pars eorum ſuſtinuerunt. [1] alii fuſi ſunt, alii pro-
pter gravitatem tegumentorum armorumque oppreſſi
ſunt. Totum deinde lævum cornu inclinavit; & turbatis
auxiliaribus, qui inter equitem, & quos appellant phalan-
gitas, erant; uſque ad mediam aciem terror pervenit. Ibi
ſimul perturbati ordines, & impeditus intercurſu ſuo-
rum uſus prælongarum haſtarum, (*ſariſſas* Macedones
vocant) intulere ſigna Romanæ legiones, [2] & pila in per-
turbatos conjecere. ne interpoſiti quidem elephanti mi-
litem Romanum deterrebant, aſſuetum jam ab Africis
bellis, & vitare impetum belluæ, & ex tranſverſo aut pi-
lis inceſſere, aut ſi propius ſubire poſſet, gladio nervos
incidere. Jam media acies fere omnis à fronte proſtrata
erat, & ſubſidia circumita à tergo cædebantur: quum in
parte alia fugam ſuorum, & prope jam ad ipſa caſtra cla-
morem paventium accepere. Namque Antiochus à dex-
tro cornu, quum ibi fiducia fluminis nulla ſubſidia cerne-
ret, præter quatuor turmas equitum, & eas dum appli-
cant ſe ſuis, ripam nudantes, impetum in eam partem
cum auxiliis & cataphracto equitatu facit. nec à fronte
tantum inſtabat, ſed circumito à flumine cornu, jam ab
latere urgebat; donec fugati equites primum, deinde
proximi peditum effuſo curſu ad caſtra compulſi ſunt.
Præerat caſtris M. Æmilius tribunus militum, M. Lepi- 43
di filius, qui poſt annos paucos pontifex maximus factus
eſt. Is qua fugam cernebat ſuorum, cum præſidio omni
occurrit: & ſtare primo, deinde redire in pugnam jube-
bat; pavorem & turpem fugam increpans. Minæ exinde
erant, in perniciem ſuam cæcos ruere, ni dicto parerent.
poſtremo dat ſignum ſuis, ut primos fugientium cædant:
turbam inſequentium ferro & vulneribus in hoſtes redi-
gant.

1 *Alii fuſi ſunt, alii propter gravitatem*] Aut hic aut mox delendum τὸ *ſunt*. J. F. Gron.

2 *Et pila inter turbas conjecere*] Vet. lib. *Et pila in perturbatos*, recte. dixit n. paulo ante: *Ibi ſimul perturbati ordines.* Sigonius.

1 Cæcò

gant. Hic major timor minorem vicit. ancipiti coacti metu primo conſtiterunt, deinde & ipſi redierunt in pugnam, & Æmilius cum ſuo præſidio (erant autem duo millia virorum fortium) effuſe ſequenti regi acriter reſtitit: & Attalus Eumenis frater à dextro cornu, à quo lævum hoſtium primo impetu fugatum fuerat, ut ab ſiniſtro fugam ſuorum & tumultum circa caſtra vidit, in tempore cum ducentis equitibus advenit. Antiochus poſteaquam & eos quorum terga modo viderat, repetentes pugnam, & aliam & à caſtris & ex acie affluentem turbam conſpexit; in fugam vertit equum. Ita utroque cornu victores Romani per acervos corporum (quos in media maxime acie cumulaverant, ubi & robur fortiſſimorum virorum & arma gravitate fugam impedierant) pergunt ad caſtra diripienda. equites primi omnium Eumenis, deinde & alius equitatus toto paſſim campo ſequuntur hoſtem, & poſtremos, ut quoſque adepti ſunt, cædunt. Cæterum fugientibus major peſtis intermiſtis quadrigis elephantiſque & camelis erat & ſua ipſorum turba: quum ſolutis ordinibus velut [1] cæci ſuper alios alii ruentes, incurſu belluarum obtererentur. In caſtris quoque ingens & major prope quam in acie cædes eſt edita. nam & primorum fuga in caſtra maxime inclinavit, & hujus fiducia multitudinis, qui in præſidio erant, pertinacius pro vallo pugnarunt. retenti in portis valloque, quæ ſe impetu ipſo capturos crediderant Romani, poſteaquam tandem perruperunt, ab ira graviorem edi-
44 derunt cædem. [2] Ad quinquaginta millia peditum cæſa ea die dicuntur: equitum quatuor millia. mille & quadringenti capti, & quindecim cum rectoribus elephanti. [3] Romanorum aliquot vulnerati ſunt. ceciderunt non

plus

1 *Cæci ſuper alios alii ruerent & incurſu bellu. obter.*] Vet. lib. *Super alios alii ruentes incurſu belluarum obtererentur.* Sigonius.

2 *Ad quinquaginta mill. peditum*] Appian. περὶ πεντακισμυρίους. *Idem.*

3 *Romanorum aliquot vulnerati - - - de Eumenis exercitu quinque & viginti*] *Quinque decem* edit Appianus, ἐθάνησαν δὲ περὶ Ῥωμαίων μὲν τῶν ἐξ ἄστεος ἱππεῖς

plus trecenti pedites, quatuor & viginti equites. & de Eumenis exercitu quinque & viginti. Et illo quidem die victores direptis hoſtium caſtris cum magna præda in ſua reverterunt; poſtero die ſpoliabant cæſorum corpora, & captivos contrahebant. Legati [1] ab Thyatira [2] & à Magneſia ad Sipylum ad dedendas urbes venerunt. Antiochus cum paucis fugiens, in ipſo itinere pluribus congregantibus ſe, modica manu armatorum media ferme nocte Sardeis conceſſit. inde quum audiſſet Seleucum filium & quoſdam amicorum Apameam prægreſſos, & ipſe quarta vigilia cum conjuge ac filia petit Apameam; Zenoni tradita cuſtodia urbis, Timone Lydiæ præpoſito, quibus ſpretis conſenſu oppidanorum & militum qui in arce erant, legati ad conſulem miſſi ſunt.
Sub idem fere tempus, & ab Trallibus & à Magneſia, 45
quæ ſuper Mæandrum eſt, & ab Epheſo, legati ad dedendas urbes venerunt. Reliquerat Epheſum Polyxenidas audita pugna, & claſſe uſque ad Patara Lyciæ pervectus, metu ſtationis Rhodiarum navium, quæ ad Megiſten erat, in terram egreſſus, cum paucis itinere pedeſtri Syriam petiit. Aſiæ civitates in fidem conſulis ditionemque populi Romani ſeſe tradebant. Sardibus jam conſul erat. eo & P. Scipio ab Elæa, cum primum pati laborem viæ potuit, venit. Sub idem fere tempus caduceator

πεῖς εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ πεζοὶ τριακόσιοι μάλιστα, οὓς ὁ Ἀντίοχος ἔκτεινεν. Εὐμενοῦς δ' ἱππεῖς πεντεκαίδεκα μόνοι. *Sigonius.*

1 *Ab Thyatira*] Stephanus neutro genere efferri hanc vocem ait: eodemque modo Appianus & ceteri uſurparunt. Itaque *ab Thyatiris* legendum eſſe videretur, niſi Stephanus muliebri genere proferri poſſe ſubſignificaret. *Id.*

2 *Et à Magneſia ad Sipylum*] Vix videtur improbanda ſcriptura Voſſ. lib. *& à Magneſia ab Sipylo*, affirmantibus eam Græcorum nummis. *Spanhemius* de uſu Numiſm. pag. 794.

Et à Magneſia ad Sipylum] Apparet in primo Frobenio. Ab Andrea uſque ad Iuntam: *& à Magneſia & ab Sipylo.* Voſſ. *& à Magneſia ab Sipylo.* Scribe: *& à Magneſia ſub Sipylo.* Strabo lib. 12. καὶ τὸ περὶ Σίπυλον, καὶ Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ. Lib. 13. Οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων τῆς πόλεως οὐδ' ἡ Μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ. Alterum finxerunt ex cap. 37 & 56 hujus lib. Sed non eſt neceſſe Livium ſemper eodem modo loqui, præſertim in hoc genere, ubi utrumvis ſine noxa. *J. F. Gron.*

ceator ab Antiocho per P. Scipionem à conſule petiit impetravitque, ut oratores mittere liceret regi. Paucos poſt dies Zeuxis, qui præfectus Lydiæ fuerat, & Antipater fratris filius, venerunt. hi prius Eumene convento, quem propter vetera certamina averſum maxime à pace credebant eſſe, & placatiore eo & ſua & regis ſpe invento, tum P. Scipionem, & per eum conſulem adierunt: præbitoque iis petentibus frequenti conſilio ad mandata edenda, *Non tam quid ipſi dicamus, habemus*, inquit Zeuxis, *quam ut à vobis quæramus, Romani, quo piaculo expiare errorem regis, pacem veniamque impetrare à victoribus poſſimus. Maximo ſemper animo victis regibus populiſque ignoviſtis. quanto id majore & placatiore animo decet vos facere in hac victoria quæ vos dominos orbis terrarum fecit? Poſitis jam adverſus omnes mortales certaminibus, haud ſecus quam Deos conſulere & parcere vos generi humano oportet.* Jam antequam legati venirent, decretum erat, quid reſponderetur. reſpondere Africanum placuit. Is in hunc modum locutus fertur: *Romani ex iis quæ in Deum immortalium poteſtate erant, ea habemus, quæ Dii dederunt. Animos qui noſtræ mentis ſunt, eoſdem in omni fortuna geſſimus, gerimuſque: neque eos ſecundæ res extulerunt, nec adverſæ minuerunt. ejus rei, ut alios omittam, Annibalem veſtrum vobis darem teſtem, niſi vos ipſos dare poſſem. Poſteaquam Helleſpontum trajecimus; priuſquam caſtra regia, priuſquam aciem videremus, quum communis Mars & incertus belli eventus eſſet, de pace vobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones, eaſdem nunc victores victis ferimus. Europa abſtinete, Aſiaque omni, quæ cis Taurum montem eſt, decedite. Pro impenſis deinde in bellum factis quindecim millia talentum Euboicorum dabitis; quingenta præſentia, duo millia & quingenta,* [1] *quum Senatus populuſque Romanus pacem comprobaverint. millia deinde talentûm per duodecim annos. Eumeni quoque reddi quadringenta talenta, & quod frumenti reliquum ex eo, quod patri*

1 *Cum S. P. Q. R. pacem comprobaverint*] Vet. lib. *Comprobaverit*. Sigonius.

1 *Con-*

patri debitum eſt, placet. Hæc quum pepigerimus, facturos vos ut pro certo habeamus, erit quidem aliquod pignus, ſi obſides viginti noſtro arbitratu dabitis: ſed nuſquam ſatis liquebit nobis, ibi pacem eſſe populo Romano, ubi Annibal erit. eum ante omnia depoſcimus. Thoantem quoque Ætolum, [1] *concitorem Ætolici belli, qui & illorum fiducia vos, & veſtra illos in nos armavit, dedetis, & cum eo Mnaſimachum Acarnana, & Chalcidenſes Philonem & Eubulidam. In deteriore ſua fortuna pacem faciet rex, quia ſerius facit, quam facere potuit. Si nunc moratus fuerit, ſciat, regum majeſtatem difficilius ab ſummo faſtigio ad medium detrahi, quam à mediis ad ima præcipitari.* Cum his mandatis ab rege miſſi erant legati, ut omnem pacis conditionem acciperent. itaque Romam mitti legatos placuit. Conſul in hiberna exercitum Magneſiam ad Mæandrum & Tralleis Epheſumque diviſit. Epheſum ad conſulem paucos poſt dies obſides ab rege adducti ſunt: & legati, qui Romam irent, venerunt. Eumenes quoque eodem tempore profectus eſt Romam quo legati regis. ſecutæ eos ſunt legationes omnium Aſiæ populorum.
46 Dum hæc in Aſia geruntur, duo fere ſub idem tempus cum triumphi ſpe proconſules de provinciis Romam redierunt; Q. Minucius ex Liguribus, Manius Acilius ex Ætolia. Auditis utriuſque rebus geſtis, Minucio negatus triumphus, Acilio magno conſenſu decretus: iſque triumphans de rege Antiocho & Ætolis urbem eſt invectus. Prælata ſunt in triumpho ſigna militaria ducenta triginta. & argenti infecti tria millia pondo; ſignati tetradrachmum Atticum centum tredecim millia: ciſtophorum ducenta quadraginta octo: vaſa argentea cælata multa, magnique ponderis. Tulit & ſupellectilem regiam argenteam, ac veſtem magnificam: coronas aureas, dona ſociarum civitatum quadraginta quinque: ſpolia omnis generis: captivos nobiles, Ætolos, & regios duces ſex & tri-

1 *Concitatorem Ætolici belli*] Scripſi, *concitorem*, uti diximus ad lib. 23. *J. F. Gron.*

& triginta duxit. Damocritus Ætolorum dux paucos ante dies quum è carcere nocte effugiſſet, in ripa Tiberis conſecutis cuſtodibus, priuſquam comprehenderetur, gladio ſe transfixit. Milites tantum, qui ſequerentur currum, defuerunt: alioqui magnificus & ſpectaculo, & fama rerum triumphus fuit. Hujus triumphi minuit lætitiam nuncius ex Hiſpania triſtis, [1] adverſa pugna in Vaſtetanis, ductu [2] L. Æmilii proconſulis apud oppidum Lyconem cum Luſitanis, ſex millia de exercitu Romano cecidiſſe. Cæteros paventes intra vallum compulſos, ægre caſtra defendiſſe, & ad modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reductos. Hæc ex Hiſpania nunciata. Ex Gallia legatos Placentinorum, & Cremonenſium L. Aurunculeius prætor in ſenatum introduxit. iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli caſibus, aliis morbo abſumptis, quoſdam tædio accolarum Gallorum reliquiſſe colonias; decrevit ſenatus, *Uti C. Lælius conſul, ſi ei videretur, ſex millia familiarum conſcriberet, quæ in eas colonias dividerentur. & ut L. Aurunculeius prætor trium-*
47 *viros crearet ad eos colonos deducendos.* Creati M. Atilius Serranus, L. Valerius P. F. Flaccus, [3] L. Valerius C. F. Tappus. Haud ita multo poſt quum jam conſularium comitiorum appeteret tempus, C. Lælius conſul ex Gallia Romam rediit. is non ſolum ex facto abſente ſe Senatuſconſulto in ſupplementum Cremonæ & Placentiæ colo-

1 *Adv. pug. in Vacetanis*] Vet. lib. *in Vaſtetanis*. Strabo lib. 3 meminit etiam in Hiſpania τῆς Βαστητανίας. *Sigonius.*

2 *L. Æmilii proprætoris*] Cum in omnibus libris legatur, *proconſulis*, emendavit tamen Glareanus, *proprætoris*, ut alias ſæpe, ſine cauſa: ſiquidem ait Plutarchus in vita ejus, hunc cum imperio conſulari in Hiſpaniam profectum eſſe, neque tamquam prætorem ſex faſces, ſed duodecim, ut conſulem, attuliſſe: ὅτι τοῦτον τὸν πόλεμον ὁ Αἰμίλιος ἐξεπέμφθη στρατηγὸς, οὐχ ἓξ ἔχων πελέκεις, ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες, ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους, ὥστε τῆς ἀρχῆς ὑπατικὸν γενέσθαι τὸ ἀξίωμα. Ita Cic. lib. 1 de Leg. *L. Gellius ex prætura pro* COS. *in Galliam miſſus eſt.* Idem.

3 *L. Valerius C. F. Tappo*] *Tappus* ex lap. Capitol. *Idem.*

C. F. Tappus] Sic Sigonius, male puto. nam Tapponis mentio in Catullo. *At tu cum Tappone omnia monſtra facis.* Gruterus.

Bul-

coloniſ ſcripſit, ſed, ut novæ coloniæ duæ in agrum, qui Boiorum fuiſſet, deducerentur, & retulit, & auctore eo Patres cenſuerunt. Eodem tempore L. Æmilii prætoris literæ allatæ de navali pugna ad Myonneſum facta, & L. Scipionem conſulem exercitum in Aſiam trajeciſſe. Victoriæ navalis ergo in unum diem ſupplicatio decreta eſt: in alterum diem, quod exercitus Romanus tum primum in Aſia poſuiſſet caſtra, ut ea res proſpera & læta eveniret. vicenis majoribus hoſtiis in ſingulas ſupplicationes ſacrificare conſul eſt juſſus. Inde conſularia comitia magna contentione habita. M. Æmilius Lepidus petebat, adverſa fama hominum, quod provinciam Siciliam petendi cauſſa, non conſulto ſenatu ut ſibi id facere liceret, reliquiſſet. petebant cum eo M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Vulſo, M. Valerius Meſſala. [1] Fulvius conſul unus creatur, [2] quum cæteri centurias non expleſſent: is quoque poſtero die Cn. Manlium, Lepido dejecto (nam Meſſala tacuit) collegam dixit. Prætores exinde

1 *Fulvius Conſul unus creatur, quum cæteri centurias non expleſſent*]Vide Gruchium de Comitiis Rom. lib. 1. Candidati (ut ego puto) *centurias non explere* dicebantur, quum ultra dimidiam partem centuriarum omnium ſibi ſuffragantem non haberent; tunc enim illorum in electione nulla habebatur ratio, & *dejecti* dicebantur. Vel ſic: In comitiis, tribus ſeu centuria quæ ſorte prærogativa erat, prima ſuffragium ferebat; hæc autem in comitiis tanti momenti habita eſt, ut fere ſemper cæteris præſcriberet, quod ſequerentur. Et Cic. *in Divinat.* ſcribit, Majores voluiſſe prærogativam eſſe omen juſtorum comitiorum, tantamque comitiis centuriatis religionem fuiſſe, ut fere ſemper valuerit omen prærogativum. Ita & Liv. lib. 24 tradit: *Interim prærogativa ſuffragium init, creatique in ea conſules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium, eoſdem conſules cetera centuria ſine variatione ulla dixere.* Quum ergo cæteri centurias non expleſſent hoc pacto ſcil. M. Æmilium Lepidum, Cn. Manlium Vulſonem, & M. Valerium Meſſalam videntes Fulvium nobiliorem à prærogativa centuria conſulem dictum, ſpe potiundi Conſulatum dejectos; noluiſſe à cæteris centuriis, ſuorum nominum rationem haberi in ſuffragando; ſatius exiſtimantes, ſponte à petitione deſiſtere, quam manifeſtam pati repulſam, quam jure ſuſpicabantur futuram, ob prærogativæ adverſum omen. Sicque dicebantur centurias non expleſſe, eo quod non à cæteris centuriis (ipſis ita volentibus) eorum petitionis per ſuffragia, ulla habita ſit ratio. *Marcell. Donat.*

2 *Cum cet. centurias non expleſſent*] Non explere centurias eſt, quod ſe ignorare Glareanus fatetur, centuriarum legitima ſuffragia non conficere. *Sigonius.*

de facti, [1] duo Q. Fabii, Labeo & Pictor, (Flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat) M. Sempronius Tuditanus, Sp. Poſtumius Albinus, L. Plautius Hypſæus,
48 L. Bæbius Dives. M. Fulvio Nobiliore, & Cn. Manlio Vulſone conſulibus, Valerius Antias auctor eſt, rumorem celebrem Romæ fuiſſe, & penè pro certo habitum, recipiendi Scipionis adoleſcentis cauſſa, Conſulem L. Scipionem, & cum eo P. Africanum in colloquium evocatos regis, & ipſos comprehenſos eſſe, & ducibus captis confeſtim ad caſtra Romana exercitum ductum, eaque expugnata, & deletas omnes copias Romanorum eſſe. Ob hæc Ætolos ſuſtuliſſe animos, & abnuiſſe imperata facere, principeſque eorum, in Macedoniam, & in Dardanos, & in Thraciam, ad conducenda mercede auxilia, profectos. Hæc qui nunciarent Romam, A. Terentium Varronem, & M. Claudium Lepidum ab A. Cornelio proprætore ex Ætolia miſſos eſſe. Subtexit deinde fabulæ huic, legatos Ætolos in Senatu inter cætera hoc quoque interrogatos eſſe: unde audiſſent imperatores Romanos in Aſia captos ab Antiocho rege, & exercitum deletum eſſe? Ætolos reſpondiſſe, ab ſuis legatis ſe, qui cum conſule fuerint, certiores factos. Rumoris hujus quia neminem alium auctorem habeo: neque affirmata
49 res mea opinione ſit, nec pro vana prætermiſſa. Ætoli legati in ſenatum introducti, quum & cauſſa eos ſua & fortuna hortaretur, ut confitendo ſeu ſuæ culpæ, ſeu errori veniam peterent ſupplices; orſi à beneficiis in populum Romanum, & prope exprobrantes virtutem ſuam in Philippi bello, & offenderunt aures inſolentia ſermonis: & eo, vetera & obliterata repetendo, rem adduxerunt, ut haud paulo plurium maleficiorum gentis, quam bene-

1 *Duo Q. Fabii*] In antiquis editt. legitur *duo M. Fabii*, M. nempe loco N. Legendum enim: *duo N. Fabii*, hoc eſt, Numerii. Sic etiam infra hoc lib. cap. 50 & lib. XLV cap. 49 corrigendum. *Spanhemius* de uſu numiſm. pag. 514.

1 *Et*

beneficiorum memoria ſubiret animos Patrum, & quibus miſericordia opus erat, iram & odium irritarent. Interrogati ab uno ſenatore, permitterentne arbitrium de ſe populo Romano; deinde ab altero; habiturine eoſdem, quos populus Romanus, ſocios & hoſtes eſſent; nihil ad ea reſpondentes, egredi templo juſſi ſunt. Conclamatum deinde prope ab univerſo ſenatu eſt, *Totos adhuc Antiochi Ætolos eſſe, & ex unica ea ſpe pendere animos eorum. Itaque bellum cum haud dubiis hoſtibus gerendum, perdomandoſque feroces animos eſſe.* Etiam illa res accendit, quod eo ipſo tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopiæ atque Athamaniæ bellum inferebant. Senatuſconſultum in Manii Acilii ſententiam, qui Antiochum Ætoloſque devicerat, factum eſt, *Ut Ætoli eo die juberentur proficiſci ab urbe, & intra quintum decimum diem Italia excedere.* A. Terentius Varro ad cuſtodiendum iter eorum miſſus: denunciatumque, *Si qua deinde legatio ex Ætolis, niſi permiſſu imperatoris, qui eam provinciam obtineret, & cum legato Romano veniſſet Romam, pro hoſtibus omnes futuros.*
Ita dimiſſi Ætoli. De provinciis deinde conſules retu- 50
lerunt: ſortiri eos Ætoliam & Aſiam placuit. qui Aſiam ſortitus eſſet, exercitus ei quem L. Scipio haberet, eſt decretus, [1] & in eum ſupplementum quatuor millia peditum Romanorum, ducenti equites, & ſociorum ac Latini nominis octo millia peditum & quadringenti equites: his copiis ut bellum cum Antiocho gereret. Alteri conſuli exercitus, qui erat in Ætolia, eſt decretus; [2] & ut ſup-

1 *Et in eum ſupplementum ſcrib.*] Vet. lib. *Et in ejus ſupplementum.* Sigonius.

Et in ejus ſupplement.] Sic Sigonius. Nos invenimus in ſcriptis, quod antea edebatur: *& in eum ſupplementum.* Sic. lib. 24. *Duabus urbanis legionibus ſcriptis, ſupplementoque in alias lecto.* J. F. Gron.

2 *Et ut ſupplementum ſcriberet*] Vet. lib. *Et ut in ſupplementum ſcriberet.* Sic ubique Livius. *Sigonius.*

Et ut in ſupplem. ſcrib.] Sic ubique Livius, inquit Sigonius. At non lib. 26. *Supplementum, ſi opus eſſet, conſules ſcribere juſſi.* Lib. 27. *Supplementum quo opus eſſet ſcriberent conſules, permiſſum.* Deleatur itaque præpoſitio, quam ignorant meliores codices. *J. F. Gron.*

ſupplementum ſcriberet permiſſum, civium ſociorumque eundem numerum quem collega. naves quoque idem conſul quæ priore anno paratæ erant, ornare juſſus, ac ducere ſecum: nec cum Ætolis ſolum bellum gerere, ſed etiam in Cephalleniam inſulam trajicere. Mandatum eidem, ſi per commodum reipublicæ facere poſſet, ut ad comitia Romam rediret. nam præterquam quod magiſtratus annui ſubrogandi eſſent, cenſores quoque placere creari. ſi qua res eum teneret, ſenatum certiorem faceret, ſe ad comitiorum tempus occurrere non poſſe. Ætolia M. Fulvio, Aſia Cn. Manlio ſorte evenit. Prætores deinde ſortiti ſunt, Sp. Poſtumius Albinus urbanam & inter peregrinos, M. Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor Flamen Quirinalis Sardiniam, Q. Fabius Labeo claſſem, [1] L. Plautius Hypſæus Hiſpaniam citeriorem, [2] L. Bæbius Dives Hiſpaniam ulteriorem. Siciliæ legio una, & claſſis, quæ in ea provincia erat, decreta. & ut duas decumas frumenti novus Prætor imperaret Siculis, earum alteram in Aſiam, alteram in Ætoliam mitteret. Idem ab Sardis exigi, atque ad eoſdem exercitus id frumentum, ad quos Siculum, deportari juſſum. L. Bæbio ſupplementum in Hiſpaniam datum, mille Romani pedites, equites quinquaginta, & ſex millia peditum Latini nominis, & ducenti equites. Plautio Hypſæo in Hiſpaniam citeriorem mille Romani dati ſunt pedites, duo millia ſociûm Latini nominis, & ducenti equites. cum his ſupplementis, ut ſingulas legiones duæ Hiſpaniæ haberent. Prioris anni magiſtratibus, C. Lælio cum ſuo exercitu prorogatum in annum imperium eſt. prorogatum & P. Junio proprætori in Etruria, cum eo exercitu qui in provincia eſſet; & M. Tuccio prætori in

1 *L. Plaut. Hypſeus*] *Hypſæus* ex nummis argenteis & Græcis libris. *Sigonius.*

2 *L. Bæb. Dives Hiſpaniam ulter.*] Vet. lib. *L. Bæbius Dives ulteriorem*, recte; præceſſit enim, *Hiſpaniam citeriorem.* Idem.

1 *De-*

in Bruttiis & Apulia. Priuſquam in provincias prætores irent, certamen inter P. Licinium pontificem maximum fuit, & Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum & Poſtumium Albinum fuerat. Conſulem illum cum C. Lutatio collega in Siciliam ad claſſem proficiſcentem, ad ſacra retinuerat Metellus pontifex maximus; prætorem hunc, ne in Sardiniam proficiſceretur, P. Licinius tenuit, & in ſenatu & ad populum magnis contentionibus certatum eſt: & imperia inhibita ultro citroque, & pignora capta, & mulctæ dictæ, & tribuni appellati, & provocatum ad populum eſt. Religio ad poſtremum vicit, ut dicto audiens eſſet flamen pontifici; & mulctæ ex juſſu populi remiſſæ. Ita provincia erepta, prætorem magiſtratu abdicare ſe conantem, Patres auctoritate ſua deterruerunt: & ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt. Delectibus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) perfectis, conſules prætoreſque in provincias proficiſcuntur. Fama deinde de rebus in Aſia geſtis temere vulgata ſine auctore: & poſt dies paucos nuncii certi, literæque imperatoris Romam allatæ; quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt ([1] deſierant enim victum in Ætolia metuere) quam averterunt 51

1 *Deſierant enim victam Ætoliam metuere*] Hic male interpolavit Gelenius, dubium ex ingenio, an ex libro ante malam manum paſſo. Verum eſt, quod habent omnes noſtri ſcripti & editi olim: *deſierant enim victum in Ætolia metuere.* De ſolo enim hic Antiocho ſermo eſt: neque erat ea tum reipublicæ Romanæ conditio: ut iſto bello valde timerent Ætolos: itaque nec timere eos deſierant. Quin etiam non ſoli Ætoli (fuerant eorum tantum quatuor millia) ad Thermopylas ab Acilio Glabrione conſule erant devicti, ſed maxime Antiochus tota Græcia expulſus. Deceptus videtur auctor illius lectionis Livii verbis, quæ ſunt prope finem hujus libri: *Cæterum vere æſtimanti Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit. quota enim parte virium ſuarum ibi dimicavit Antiochus?* Sed tamen hæc ipſa non Ætolos modo, verum etiam regem in parte virium devictum indicant. P. Scipio apud Appianum ad legatos Antiochi: ἔς τε τὴν Ἑλλάδα διελθὼν ἐδούλωτο τοὺς Ἕλληνας ὑπὸ Ῥωμαίων ἄρτι αὐτονόμους ἀφειμένους, μέχρι περὶ Θερμοπύλας ἡττήθη μάχῃ. Cæterum ſuſpectum illud, *averterunt famam*: præſertim ſi contra æſtimes conjecturam Alb. Rubenii: *quæ non tantum gau-*

terunt famam : quod ineuntibus id bellum gravis hoſtis & ſuis viribus, & quod Annibalem rectorem militiæ haberet, viſus fuerat. nihil tamen aut de Conſule mittendo in Aſiam mutandum, aut minuendas eas copias cenſue-
52 runt; metu, ne cum Gallis foret bellandum. Haud multo poſt M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis, & Eumenes rex Rhodiique Romam venerunt. Cotta in ſenatu primum, deinde in concione juſſu Patrum, quæ acta in Aſia eſſent, expoſuit. ſupplicatio inde in triduum decreta eſt, & quadraginta majores hoſtiæ immolari juſſæ. Tum omnium primum Eumeni ſenatus datus eſt. Is quum breviter & egiſſet gratias Patribus, quod obſidione ſe ac fratrem exemiſſent, regnumque ab injuriis Antiochi vindicaſſent, & gratulatus eſſet, quod mari terraque proſpere res geſſiſſent: quodque regem Antiochum fuſum fugatumque & exutum caſtris, prius Europa, poſt & Aſia, quæ cis Taurum montem eſt, expuliſſent; ſua deinde merita malle eos ex imperatoribus ſuis legatiſque [1] quam ſe commemorante, cognoſcere, dixit. Hæc approbantibus cunctis, jubentibuſque dicere ipſum omiſſa in id verecundia, quid ſibi à Senatu populoque Romano tribui æquum cenſeret: propenſius cumulatiuſque, ſi quo poſſit, prout ejus merita ſint, ſenatum facturum; Ad ea rex : *Si ab aliis ſibi præmiorum optio deferretur, libenter data modo facultate conſulendi ſenatum Romanum, conſilio ampliſſimi ordinis uſurum fuiſſe, ne quid aut immoderate cupiſſe, aut petiſſe parum modeſte videri poſſet : verum enimvero, quum ipſi daturi ſint, multo magis munificentiam eorum in ſe fratreſque ſuos, ipſorum arbitrii debere eſſe.* Nihil hac oratione ejus Patres conſcripti deterriti

dium ab recenti metu attulerunt (deſierant enim victum in Ætolia metuere) quam à vetere fama, quod ineuntibus id bellum gravis hoſtis & ſuis viribus & quod Annibalem rectorem militiæ haberet; viſus fuerat. Valde placet. neque aliter ſcripſit Livius. *J. F. Gron.*

1 *Quam ſe commemorante cognoſcere dixit*] Omnes ante Curionem, *cognoſci.* Fuit, *cognoſſe.* Idem.

1 *In*

territi ſunt: quo minus dicere ipſum juberent. & quum
aliquamdiu, hinc indulgentia, hinc modeſtia, inter
permittentes invicem non magis mutua, quam in-
explicabili facilitate certatum eſſet, Eumenes tem-
plo exceſſit. Senatus [1] in eadem perſtare ſententia,
ut *abſurdum eſſe* diceret, *ignorare regem quid ſperans aut petens*
venerit. [2] *quæ accommodata regno ſuo ſint, ipſum optime ſcire:*
Aſiam longe melius, quam ſenatum noſſe. revocandum igitur &
cogendum quæ vellet, quæque ſentiret, expromere. Reductus 53
à prætore in templum rex, & dicere juſſus: *Perſeveraſſem,*
inquit, *tacere, P. C. niſi Rhodiorum legationem mox vocaturos*
vos ſcirem: & illis auditis, mihi neceſſitatem fore dicendi. Quæ
quidem eo difficilior oratio erit, quod ea poſtulata eorum futura
ſunt, ut non ſolum nihil quod contra me ſit, ſed ne quod ad ipſos
quidem proprie pertineat, petere videantur. Agent enim cauſ-
ſam civitatum Græcarum, & liberari eas dicent debere, quo im-
petrato, cui dubium eſt, quin & à nobis averſuri ſint, non eas mo-
do civitates, quæ liberabuntur, ſed etiam veteres ſtipendiarias
noſtras; ipſi autem tanto obligatos beneficio, verbo ſocios, re vera
ſubjectos imperio & obnoxios habituri ſint? Et (ſi Diis placet)
quum has tantas opes affectabunt, diſſimulabunt ulla parte id ad
ſe pertinere: vos modo id decere, & conveniens eſſe antefactis,
dicent. Hæc vos ne decipiat oratio, providendum vobis erit: neve
non ſolum inæqualiter alios nimium deprimatis ex ſociis veſtris,
alios præter modum extollatis; ſed etiam, ne qui adverſus vos
arma

1 *In eadem perſtare ſententia, ut abſ. eſſe diceret*] Impenſe placeret legi, *in eadem perſtare ſententia, & abſurdum eſſe dicere.* 38, 14. *Hac denunciatione conterritus, perſtare tamen in pertinaci ſimulatione inopiæ, & paulatim illiberali adjectione ad centum talenta eſt perductus.* Omnino ſic ſcripſit Livius. *Jac. Gron.*

2 *Quæ commoda regno ſuo ſint, ipſum optime ſcire*] Sic primus vel Curio vel Gryphius. In Frobenio legitur *accommoda.* Ante hunc editi & ſcripti *accommodata*, vel, *adcommodata*, quod pudentius non mutaſſent. Cicero 3 famil. 3. *Te quoque confido ea eſſe facturum, quæ mihi intelliges maxime eſſe accommodata.* Et ejuſdem lib. ep. 5. *Perfore accommodatum tibi, ſi ad Sidam maritimam partem provinciæ navibus acceſſiſſem.* Noſter lib. 38. *At hercule, in Scipione ipſas pacis leges, ut nimium accommodatas Antiocho, ſuſpectus eſt.* J. F. Gron.

3 *Tu.*

arma [1] *tulerint, meliore ſtatu ſint, quam ſocii & amici veſtri. Quod ad me attinet, in aliis rebus ceſſiſſe intra finem juris mei cuilibet videri malim, quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendiſſe: in certamine autem amicitiæ veſtræ, benevolentiæ erga vos, honoris qui à vobis habebitur, minime æquo animo vinci poſſum. Hanc ego maximam hæreditatem à patre accepi, qui primus omnium Aſiam Græciamque incolentium in amicitiam veſtram venit, eamque perpetua & conſtanti fide ad extremum finem vitæ perduxit: nec animum duntaxat vobis bonum ac fidelem præſtitit, ſed omnibus interfuit bellis, quæ in Græcia geſſiſtis; terreſtribus navalibuſque: omni genere commeatuum ita, ut nemo ſociorum veſtrorum æquari ulla parte poſſet, vos adjuvit. Poſtremo quum Bœotos ad ſocietatem veſtram hortaretur, in ipſa concione intermortuus, haud multo poſt exſpiravit. Hujus ego veſtigia ingreſſus, voluntati quidem & ſtudio in colendis vobis adjicere (etenim inexſuperabilia hæc erant) nihil potui: rebus ipſis meritiſque & impenſis officiorum ut ſuperare poſſem, fortuna, tempora, Antiochus, & bellum in Aſia geſtum præbuerunt materiam. Rex Aſiæ & partis Europæ Antiochus, filiam ſuam in matrimonium mihi dabat: reſtituebat extemplo civitates quæ defecerant à nobis:* [2] *ſpem magnam in poſterum amplificandi regni faciebat; ſi ſecum adverſus vos bellum geſſiſſem. Non gloriabor eo, quod nihil in vos deliquerim. illa potius, quæ vetuſtiſſima domus noſtræ vobiſcum amicitia digna ſunt, referam.* [3] *Pedeſtribus navalibuſ-*

1 *Tulerint, in meliore ſtatu ſint*] Tò in Mog. allitum à mala manu eſt, quod priores nulli habebant. Genus id loquendi jam compluries adſeruimus noſtro. *J. F. Gron.*

2 *Spem amplificandi regni faciebat*] Vet lib. *ampliandi.* Sigonius.

Spem amplificandi regni] Eſt à Mog. Alii & olim editi *ampliandi*, quod & ex ſuo notat Sigonius. Juſtinus lib. 34. *Ampliare fines regni & opes augere finitimorum bellis ſtatuit.* J. F. Gron.

3 *Terreſtribus navalibuſque copiis, ut nemo veſtrorum*] In Frobenio ſic invenio primo. Scripti omnes & preſſi ante, ipſe etiam Moguntinus: *Pedeſtribus navalibuſque copiis.* Cujus illud eſt interpretamentum. Noſter lib. 26. *Ipſe paucos dies, quibus morari Carthagine ſtatuerat, exercendis navalibus pedeſtribuſque copiis abſumſit.* Quæ non ſunt aliæ quam terreſtres, equitatu comprehenſo. Epitome lib. 93. *Apparatus deinde regiarum copiarum pedeſtrium navaliumque.* Amavit & Cornelius Nepos. Alcibiade: *Lacedæmonios eo nolle confligere claſſe, quod pedeſtribus copiis plus quam navibus valerent.* Conone: *Nam & prætor pedeſtribus exercitibus præfuit, & præ-*

buſque copiis, ut nemo veſtrorum ſociorum me æquiparare poſſet, imperatores veſtros adjuvi, commeatus terra marique ſuppeditavi: navalibus prœliis, quæ multis locis facta ſunt, omnibus affui: nec labori meo, nec periculo uſquam peperci. Quod miſerrimum eſt in bello, obſidionem paſſus ſum; Pergami incluſus cum diſcrimine ultimo ſimul vitæ regnique. Liberatus deinde obſidione; cum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem [1] regni mei caſtra haberent, relictis rebus meis tota claſſe ad Helleſpontum L. Scipioni conſuli veſtro occurri, ut eum in trajiciendo exercitu adjuvarem. Poſtquam in Aſiam exercitus veſter eſt tranſgreſſus, nunquam à conſule abſceſſi: nemo miles Romanus magis aſſiduus in caſtris veſtris fuit, quam ego fratreſque mei. nulla expeditio, nullum equeſtre prœlium ſine me factum eſt. In acie ibi ſteti: eam partem ſum tutatus, in qua me conſul eſſe voluit. Non ſum hoc dicturus, Patres Conſcripti, Quis hoc bello meritis erga vos mecum comparari poteſt? Ego nulli omnium neque populorum, neque regum, quos in magno honore habetis, non auſim me comparare. Maſiniſſa hoſtis vobis ante quam ſocius fuit: nec incolumi regno cum auxiliis ſuis, ſed extorris, expulſus, amiſſis omnibus copiis, cum turma equitum in caſtra confugit veſtra. tamen eum, quia in Africa adverſus Syphacem & Carthaginienſes fideliter atque impigre vobiſcum ſtetit, non in patrium ſolum regnum reſtituiſtis, ſed adjecta opulentiſſima parte Syphacis regni, præpotentem inter Africæ reges feciſtis. Quo tandem igitur nos præmio atque honore digni apud vos ſumus, qui numquam hoſtes, ſemper ſocii fuimus? Pater, ego, fratreſque mei non in

Aſiæ

& præfectus claſſis res magnas mari geſſit. Dione: *quorum conſenſu præerat claſſi, cum Dion exercitum pedeſtrem teneret.* Et alibi ſubinde. Curtius lib. 4. *Vos quidem fiducià loci, quod inſulam incolitis, pedeſtrem hunc exercitum ſpernitis: ſed brevi oſtendam, in continenti vos eſſe.* Latinus Pacatus in Paneg. *Attritam pedeſtribus præliis Bataviam referam? Saxo conſumtus bellis navalibus efferetur.* Sic Græcis, πεζικαὶ δυνάμεις, πεζὴ δύναμις, πεζικὸς στρατὸς, & his opponuntur ναυτικὴ καὶ πεζικὴ στρατιὰ, στρατόπεδον πεζὸν καὶ ναυτικόν. Polybius: Γάϊος μὲν Φλαύϊος ἐξέπλει ναυσὶ διακοσίαις ἐκ τῆς Ῥώμης· Αὖλος δὲ Ποστούμιος τὰς πεζικὰς ἔχων δυνάμεις ἐξώρμα. Res frequentiſſima & notiſſima. *J. F. Gron.*

1 *Regni mei caſtra haberent, relictis rebus meis*] Vox ultima mihi ſuſpecta eſt, tum quia paullo ante adhibita, tum quia illud *relictis rebus* per ſe ſenſum efficit ampliorem. *Idem.*

1 *Ultra*

Aſia tantum, ſed etiam procul ab domo in Peloponneſo, in Bœotia, in Ætolia, Philippi, Antiochi, Ætolico bello, terra marique pro vobis arma tulimus. Quid ergo poſtulas? dicat aliquis. Ego, Patres Conſcripti, quoniam dicere utique volentibus vobis parendum eſt; ſi vos ea mente [1] *ultra Tauri juga Antiochum emoſtis, ut ipſi teneretis eas terras; nullos accolas, nec finitimos habere, quam vos malo; nec ulla alia re tutius ſtabiliuſque regnum meum futurum ſpero. Sed ſi vobis decedere inde atque exercitus deducere in animo eſt; neminem digniorem eſſe ex ſociis veſtris, qui bello à vobis parta poſſideat, quam me, dicere auſim. At enim magnificum eſt liberare civitates ſervas! Ita opinor, ſi nihil hoſtile adverſus vos fecerunt: ſin autem Antiochi partis fuerint; quanto eſt veſtra prudentia & æquitate dignius, ſociis benemeri-*

54 *tis, quam hoſtibus vos conſulere?* Grata oratio regis Patribus fuit. & facile apparebat munifice omnia & propenſo animo facturos. Interpoſita Smyrnæorum brevis legatio eſt, quia non aderant quidam Rhodiorum. Collaudatis egregie Smyrnæis, quod omnia ultima pati, quam ſe regi tradere maluiſſent; introducti Rhodii ſunt. quorum princeps legationis expoſitis initiis amicitiæ cum populo Romano meritiſque Rhodiorum Philippi prius, deinde Antiochi bello: *Nihil*, inquit, *nobis tota noſtra actione, Patres Conſcripti, neque difficilius, neque moleſtius eſt, quam quod cum Eumene nobis diſceptatio eſt: cum quo uno maxime regum, & privatum ſingulis, & quod magis nos movet, publicum civitati noſtræ hoſpitium eſt. Cæterum non animi noſtri, Patres Conſcripti, nos, ſed rerum natura, quæ potentiſſima eſt, disjungit; ut nos liberi etiam aliorum libertatis cauſſam agamus; reges ſerva omnia, & ſubjecta imperio ſuo eſſe velint. Utcumque tamen res ſe habet magis verecundia noſtra adverſus regem nobis obſtat, quam ipſa diſceptatio aut nobis impedita eſt, aut vobis perple-*

xam

1 *Ultra Tauri juga Antiochum emoviſtis*] Sic primus Frobenius interpolata ſcriptura Mag. codicis, quæ erat *emoſtis*. Antea publice legebatur *ejeciſtis*. Sed ſervanda fuit inviolata manus antiqua, *emoſtis*, quam & nos in ſcriptis invenimus. Sic *cognoſſe, decreſſe*, & ſimilia. Lib. 38. *Nequicquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis eſſet*. J. F. Gron.

1 *Uni-*

xam deliberationem præbitura videtur. Nam ſi aliter ſocio atque amico regi, & benemerito, hoc ipſo in bello, de cujus præmiis agitur, honos haberi nullus poſſet, niſi liberas civitates ei in ſervitutem traderetis; eſſet deliberatio anceps: ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis inſtituto veſtro, & gloriam Philippi bello partam nunc ſervitute tot civitatum deformaretis. Sed ab hac neceſſitate aut gratiæ in amicum minuendæ, aut gloriæ veſtræ, egregie vos fortuna vindicat. Eſt enim Deum benignitate non glorioſa magis quam dives victoria veſtra: quæ vos facile iſto velut ære alieno exſolvat. nam & Lycaonia & Phrygia utraque, & Piſidia omnis, & Cherſoneſus, quæque circumjacent Europæ, in veſtra ſunt poteſtate. quarum una qualibet regi adjecta, multiplicare regnum Eumenis poteſt: omnes vero datæ, maximis eum regibus æquare. Licet ergo vobis & præmiis belli ditare ſocios, & non decedere inſtituto veſtro: & meminiſſe, quem titulum prætenderitis prius adverſus Philippum, nunc adverſus Antiochum belli: quid feceritis Philippo victo, quid nunc à vobis, non magis quia feciſtis, quam quia id vos facere decet, deſideretur atque exſpectetur. alia enim aliis & honeſta & probabilis eſt cauſſa armorum. Illi agrum, hi vicos, hi oppida, hi portus oramque aliquam maris ut poſſideant. Vos nec cupiſtis hæc, antequam haberetis: nec nunc, quum orbis terrarum in ditione veſtra ſit, cupere poteſtis. Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jampridem intuetur, pugnaſtis. quæ parare & quærere arduum fuit, neſcio an tueri difficilius ſit. Gentis vetuſtiſſimæ nobiliſſimæque, vel fama rerum geſtarum, vel omni commendatione humanitatis doctrinarumque, tuendam ab ſervitio regio libertatem ſuſcepiſtis. hoc patrocinium receptæ in fidem & clientelam veſtram [1] univerſæ perpetuum vos præſtare decet. Non quæ in ſolo modo antiquo ſunt, Græcæ magis urbes

1 *Univerſæ gentis perpetuum*] Τὸ *gentis* admiſſum eſt ex Moguntino. Ego ſi vel omnes haberent libri, non dubitarem inducere, utpote quod palam præferat interpretis ineptam ſollicitudinem: nedum ut uno codice inculcari patiar. *J. F. Gron.*

1 *Cer-*

urbes ſunt, quam coloniæ earum, illinc quondam profectæ in Aſiam. Nec terra mutata mutavit genus aut mores. [1] *certare pio certamine cujuſlibet bonæ artis ac virtutis auſi ſumus cum parentibus quæque civitas, & conditoribus ſuis. Adiſtis Græciæ, adiſtis Aſiæ urbes plerique. niſi quod longius à vobis abſumus, nulla vincimur alia re. Maſſilienſes, quos, ſi natura inſita velut ingenio terræ vinci poſſet, jampridem efferaſſent tot indomitæ circumfuſæ gentes, in eo honore, in ea merito dignitate audimus apud vos eſſe, ac ſi medium umbilicum Græciæ incolerent. non enim ſonum modo linguæ, veſtitumque & habitum, ſed ante omnia mores, & leges, & ingenium, ſincerum integrumque à contagione accolarum, ſervarunt. Terminus eſt nunc imperii veſtri mons Taurus.* [2] *quicquid intra eum cardinem eſt; nihil longinquum* [3] *vobis videri debet. quo arma veſtra pervenerunt, eodem jus hinc profectum perveniat. Barbari, quibus pro legibus ſemper dominorum imperia fuerunt, quo gaudent, reges habeant: Græci ſuam fortunam, veſtros animos gerunt. Domeſticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur; nunc imperium ubi eſt, ibi ut ſit perpetuum, optant. libertatem veſtris tueri armis ſatis habent, quoniam ſuis non poſſunt. At enim quædam civitates cum Antiocho ſenſerunt. & aliæ prius cum Philippo & cum Pyrrho Tarentini. Ne alios populos enumerem, Carthago libera cum ſuis legibus eſt. Huic veſtro exemplo quantum debeatis, videte, Patres Conſcripti. inducetis in animum negare Eumenis cupiditati, quod juſtiſſimæ iræ veſtræ negaſtis. Rhodii & in hoc & in omnibus bellis, quæ in illa ora geſſiſtis, quam forti fidelique opera vos adjuverimus, veſtro judicio relinquimus. nunc in pace id conſilium afferimus,* [4] *quod ſi comprobaritis, magnificen-*

1 *Certare pio certamine --- & conditoribus ſuis*] Obſcurum hunc locum, & fere vitiatum eſſe non ſcripſiſſet Glareanus, ſi Priſcianum legiſſet, virtutem hujus loci oſtendentem lib. 17. ubi de diverſis perſonis agit, ut Virgil. *Divellimur inde Iphitus, & Pelias mecum.* Sigonius.

2 *Quicquid intra eum*] Lege: *Taurus, & quidquid.* Tan. Faber.

3 *Vobis videri debet*] Leg. *decet.* Id probant poſtrema orationis verba: *conſilium afferimus,* &c. *Idem.*

4 *Quod ſi comprobaveritis*] Ne hic quidem dicto audientes eſſe oportuit uni Magontiacenſi. Recte priores & alii ſcripti, *comprobaritis.* Qualia complura redonavimus Livio. *J. F. Gron.*

5 L. Ae-

centius vos victoria uſos eſſe, quam viciſſe, omnes exiſtimaturi ſint. Apta magnitudini Romanæ oratio viſa eſt. Poſt 55
Rhodios Antiochi legati vocati ſunt. ii vulgato petentium veniam more, errorem faſſi regis, obteſtati ſunt Patres Conſcriptos, *Ut ſuæ potius clementiæ, quam regis culpæ, qui ſatis ſuperque pœnarum dediſſet, memores conſulerent. poſtremo pacem datam à L. Scipione imperatore, quibus legibus dediſſet, confirmarent auctoritate ſua.* Et ſenatus eam pacem ſervandam cenſuit, & paucos poſt dies populus juſſit. Fœdus in Capitolio cum Antipatro principe legationis, & eodem fratris filio regis Antiochi, eſt ictum. Auditæ deinde & aliæ legationes ex Aſia ſunt. quibus omnibus datum eſt reſponſum, *Decem legatos more majorum ſenatum miſſurum ad res Aſiæ diſceptandas, componendaſque. Summam tamen hanc fore, ut cis Taurum montem quæ intra regni Antiochi fines fuiſſent, Eumeni attribuerentur; præter Lyciam Cariamque uſque ad Mæandrum amnem. ea civitatis Rhodiorum eſſent. Cæteræ civitates Aſiæ, quæ Attali ſtipendiariæ fuiſſent, eædem Eumeni vectigal penderent: quæ vectigales Antiochi fuiſſent, eæ liberæ atque immunes eſſent.* Decem legatos hos decreverunt, Q. Minucium Rufum, L. Furium Purpureonem, Q. Minucium Thermum, Ap. Claudium Neronem, Cn. Cornelium Merulam, M. Junium Brutum, [1] L. Aurunculeium, L. Æmilium Paullum, P. Cornelium Lentulum, P. Ælium Tuberonem. His, quæ præſentis 56
diſceptationis eſſent, libera mandata. de ſumma rerum ſenatus conſtituit: *Lycaoniam omnem & Phrygiam utramque & Myſiam, regias ſylvas, & Lydiæ Ioniæque, extra ea oppida quæ libera fuiſſent, quo die cum rege Antiocho pugnatum eſt, & nominatim Magneſiam ad Sipylum, & Cariam, quæ Hydrela appellatur, agrumque Hydrelatanum ad Phrygiam vergentem, & caſtella vicoſque ad Mæandrum amnem, & oppida; niſi quæ libera*

1 *L. Auruncul. L. Æmilium Paullum*] Hic non eſt L. Æmilius Paullus L. F. in Hiſpania proconſul, ſed L. Æmilius Paullus M. F. de quo meminit in anno DXLIX. *Sigonius.*

libera ante bellum fuiſſent; Telmiſſum item nominatim, & caſtra Telmiſſium, præter agrum qui Ptolomæi Telmiſſii fuiſſet: hæc omnia, quæ ſuprà ſcripta ſunt, regi Eumeni juſſa dari. Rhodiis Lycia data, [1] *extra eundem Telmiſſum, & caſtra Telmiſſium, & agrum qui Ptolomæi Telmiſſii fuiſſet: hæc & ab Eumene & ab Rhodiis excepta. Ea quoque his pars data Cariæ, quæ propior Rhodum inſulam trans Mæandrum amnem eſt, oppida, vici, caſtella, agri, qui ad Piſidiam vergunt: niſi quæ eorum oppida in libertate fuiſſent, pridie quam cum Antiocho rege in Aſia pugnatum eſt.* Pro his quum gratias egiſſent Rhodii, de Solis urbe, quæ in Cilicia eſt, egerunt. *Argis & illos, ſicut ſeſe, oriundos eſſe. ab ea germanitate fraternam ſibi cum iis caritatem eſſe. Petere hoc extraordinarium munus, ut eam civitatem ex ſervitute regia eximerent.* Vocati ſunt regis Antiochi legati, actumque cum iis eſt: nec quicquam impetratum, teſtante fœdera Antipatro: adverſus quæ ab Rhodiis non Solos, ſed Ciliciam peti, & juga Tauri transſcendi. Revocatis in ſenatum Rhodiis, quum quantopere tenderet legatus regius, expoſuiſſent Patres; adjecerunt; *Si utique eam rem ad civitatis ſuæ dignitatem pertinere cenſerent Rhodii, ſenatum omni modo expugnaturum pertinaciam legatorum.* Tum vero impenſius, quam ante, Rhodii gratias egerunt, ceſſuroſque ſe potius arrogantiæ Antipatri, quam cauſſam turbandæ pacis præbituros, dixerunt. ita

57 nihil de Solis mutatum eſt. Per eos dies, quibus hæc geſta ſunt, legati Maſſilienſium nunciaverunt, L. Bæbium prætorem, in provinciam Hiſpaniam proficiſcentem, ab Liguribus circumventum, magna parte comitum cæſa, vulneratum ipſum, cum paucis ſine lictoribus Maſſiliam perfugiſſe, & intra triduum exſpiraſſe. Senatus, ea re audita, decrevit, uti P. Junius Brutus, qui proprætor in Etruria eſſet, provincia exercituque traditis uni cui videretur ex legatis, ipſe in ulteriorem Hiſpaniam pro-

1 *Extra eundem Telmiſſum, & agrum*] Vet. lib. *Extra eundem Telmiſſum, & caſtra Telmiſſium, & agrum.* Sigonius.

1 Ne-

proficiſceretur, eaque ei provincia eſſet. Hoc ſenatuſconſultum, literæque à Sp. Poſtumio prætore in Etruriam miſſæ ſunt. profectuſque in Hiſpaniam eſt P. Junius proprætor. In qua provincia prius aliquanto, quam ſucceſſor veniſſet, L. Æmilius Paullus, (qui poſtea regem Perſea magna gloria vicit,) quum priore anno haud proſpere rem geſſiſſet; tumultuario exercitu collecto, ſignis collatis cum Luſitanis pugnavit. Fuſi fugatique ſunt hoſtes. cæſa decem & octo millia armatorum, tria millia trecenti capti, & caſtra expugnata. Hujus victoriæ fama tranquilliores in Hiſpania res fecit. Eodem anno ante diem tertium Kalendas Januarias, Bononiam Latinam coloniam, ex Senatuſconſulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius *Tappus triumviri deduxerunt. tria millia hominum ſunt deducta, equitibus ſeptuagena jugera, cæteris colonis quinquagena ſunt data. Ager captus de Gallis Boiis fuerat: Galli Tuſcos expulerant. Eodem anno cenſuram multi & clari viri petierunt. quæ res tanquam in ſe parum magni certaminis cauſſam haberet, aliam contentionem multo majorem excitavit. Petebant T. Quintius Flamininus, P. Cornelius Cn. F. Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, M. Claudius Marcellus, Manius Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Ætoloſque devicerat. in hunc maxime, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, favor populi ſe inclinabat. Id quum ægre paterentur tot nobiles; [1] novum ſibi

1 *Novum ſibi hominem tantum præferri, P. S*] Vet. lib. *Novum ſibi hominem præferri, tantum P. Sempronius*, hoc ſenſu: cum tot nobiles ægre ferrent honorem novi hominis, nemo tamen niſi tribuni pl. duo diem ei dixerunt. *Sigonius.*

Nov. ſibi hominem præferri, tantum] Sic Sigonius hoc ſenſu, cum tot nobiles ægre ferrent honorem novi hominis, nemo tamen niſi duo tribuni pl. diem ei dixerunt. Ratus ſcilicet *tantum* eſſe tantummodo aut ſolummodo. At Livius *tantum* dixit pro eo, quod alibi dixit *in tantum*. Ut lib. 22. *in tantum virtutem ſuam enituiſſe*. Hoc igitur vult, quum viderent nobiles, tanto majorem eſſe gratiam hominis novi, ut ſolus videretur certo futurus, cum ipſi ſatagerent, dubiamque fidu-

ſibi hominem tantum præferri; P. Sempronius Gracchus, & [1] C. Sempronius Rutilus, tribuni plebis, ei diem dixerunt, quod pecuniæ regiæ, prædæque aliquantum captæ in Antiochi caſtris, neque in triumpho tuliſſet, neque in ærarium detuliſſet. Varia teſtimonia legatorum tribunorumque militum erant. M. Cato ante alios teſtes conſpiciebatur: cujus auctoritatem perpetuo tenore vitæ partam, toga candida elevabat. Is teſtis, quæ vaſa aurea atque argentea captis caſtris inter aliam prædam regiam vidiſſet, ea ſe in triumpho negabat vidiſſe. Poſtremo in hujus maxime invidiam deſiſtere ſe petitione Glabrio dixit; quando quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque novus competitor [2] inæſtimabili perjurio
58 inceſſeret. Centum millium mulcta irrogata erat. bis de ea re certatum eſt. tertio, quum de petitione deſtitiſſet reus; nec populus de mulcta ſuffragium ferre voluit, & tribuni eo negotio deſtiterunt. [3] Cenſores T. Quintius Flamininus, M. Claudius Marcellus creati. Per eoſdem dies L. Æmilio Regillo, qui claſſe præfectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in æde Apollinis quum ſenatus datus eſſet, auditis rebus geſtis ejus, quantis cum claſſibus hoſtium dimicaſſet, quot inde naves demerſiſſet aut cepiſſet, magno conſenſu Patrum triumphus navalis eſt decretus. Triumphavit Kalendis Februariis. in eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt: [4] pecunia nequaquam tanta pro ſpecie regii triumphi: te-

tra-

ciam haberent; ſubornarunt duos tribunos plebis, qui diem ei dicerent, nec vexare hominem deſiſterent, priuſquam ille petitioni renuntiaret. *J. F. Gron.*

1 *C. Sempron. Rutilius*] *Rutilus*, ex ratione cognominum. *Sigonius.*

2 *Inæſtimabili perjurio inceſſeret*] Scribe, *inexpiabili* aut *inteſtabili*. Tacitus lib. 15. *Accuſat ultro inteſtabilem & conſceleratum, tanta vocis ac vultus ſecuritate, ut laboret indicium.* Plinius lib. 30, 2 *magicam* dicit *inteſtabilem, irritam, inanem eſſe.* Niſi malis, *inexcuſabili.* J. F. Gron.

3 *Cenſ. T. Quint. Flamin. M. Claudius Marcellus creati*] Hunc Marcellum Marcelli quinquies conſulis filium fuiſſe tradit Plutarchus in cenſura Quintii. *Sigonius.*

4 *Pecunia nequaquam tanta pro ſpecie regii triumphi.*] Vocem *tanta*, quæ non modo ſuperflua eſt, ſed & deformat orationem, expungo. *J. F. Gron.*

1 *Tri-*

tradrachma Attica [1] triginta quatuor millia ſeptingenta :
ciſtophori centum triginta unum millia trecenti. Suppli-
cationes deinde fuerunt ex Senatuſconſulto, quod [2] L. Æ-
milius Paullus in Hiſpania proſpere rempublicam geſſiſ-
ſet. Haud ita multo poſt L. Scipio ad urbem venit. qui,
[3] ne cognomine fratri cederet, Aſiaticum ſe appellari vo-
luit. & in ſenatu, & in concione de rebus ab ſe geſtis diſſe-
ruit. Erant qui fama id majus bellum, quam difficultate
rei fuiſſe interpretarentur; uno memorabili prœlio de-
bellatum, [4] gloriamque ejus victoriæ præfloratam ad
Thermopylas eſſe. Cæterum vere æſtimanti, Ætolicum
magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit. *Quota
enim parte virium ſuarum ibi dimicavit Antiochus? in Aſia totius
Aſiæ ſteterunt vires;* [5] *ab ultimis Orientis partibus omnium gen-
tium contractis auxiliis.* Merito ergo & Diis immortalibus, 59
quan-

1 *Triginta quatuor millia ſeptingenta : Ciſtophorum*] Numeros, qui excurrunt, *DCC* & *CCC* in primo reperio Curione : priores omnes ignorant. Videntur tamen è ſcriptis additi. Primum Voſſ. *XXXII. CC. Ciſtophori CXXXII. CCC.* Deinde id oſtendunt vocabula *tetradrachma Attica* & *Ciſtophori.* Sic enim omnes quos habeo ante Modianam, quæ *ciſtophorum* fecit. Iſta autem ſic prolata non fert Latinus ſermo ſine numero excurrente. *J. F. Gron.*

2 *L. Æmil. in Hiſpania proſpere remp. geſſ.*] Vet. lib. *Quod L. Æmilius Paullus in Hiſpania proſpere rem geſſiſſet.* Sigonius.

In Hiſpania proſpere rem geſſiſſet] Eſt à Sigonio, qualia & ſuperius peccavit. Antea editi, ut & ſcripti : *proſpere rempublicam geſſiſſet.* J. F. Gron.

3 *Ne cognomine fratri cederet*] Barb. Petav. Naud. *cognomini fratris.* Et Livii puto. Eſt enim ſimile illis quæ notavimus ad, *ſuccedenti tantæ caritati Hieronis*, lib. 24, 5. Nec ſecus Andreas & omnes uſque ad ultimos Magontiacenſes. Aldus primus mutavit. *Idem.*

4 *Gloriamque ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas eſſe*] Recipiamus ex Mog. *præfloratam.* Plinius Paneg. *Summumque illud purpuræ decus non niſi præcerptum præfloratumque tranſmittere.* Gellius lib. 14, 1. *Et exſpectatio te ſpe ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudii fructum ſpes tibi jam præfloraverit.* Appulejus in Apol. *Vidua qualis nuptiis venit talis divortio digreditur, ab alio præflorata.* Ita hoc potius verbum formandum extra controverſiam eſt, quam *deflorare*, quo ſequior ætas uſa : multo minus *reflorare*, quod venditant dubiæ ſemper, ubi ſcriptorum deeſt auctoritas, Gloſſæ. *Idem.*

5 *Ab ultimis Orientis omnium*] Debetur Gelenio. Sed omnino revocandum, quod obtinebat prius : *ab ultimis orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis.* Cicero 12 Fam. 5. *Ut ab iſtis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.* Primo in Verrem. *Quærimus etiam, quid iſte in ultima Phrygia, quid in extremis Pamphyliæ partibus fecerit.* In Piſonem. *Qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat.* Idem.

quantum maximus poterat, habitus eſt honos, quod ingentem victoriam facilem etiam feciſſent, & imperatori triumphus eſt decretus. [1] Triumphavit menſe intercalario pridie Kalendas Martias. qui triumphus ſpectaculo oculorum major, quam Africani fratris ejus fuit; recordatione rerum, & æſtimatione periculi certaminiſque, non magis comparandus, quam ſi imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem Annibali conferres. Tulit in triumpho ſigna militaria ducenta triginta quatuor: oppidorum ſimulacra centum triginta quatuor: eburneos dentes mille ducentos viginti: aureas coronas ducentas viginti quatuor: argenti pondo centum triginta ſeptem millia & CCCCXX: tetradrachmûm Atticorum ducenta viginti quatuor millia: ciſtophorûm trecenta triginta unum millia, & LXX: nummos aureos Philippeos CXL millia: vaſorum argenteorum (omnia cælata erant) mille pondo, & CCCCXXIV: aureorum mille pondo XXIV. & duces regii, præfecti, & purpurati duo & triginta ante currum ducti. Militibus quiniviceni denarii dati; duplex centurioni; triplex equiti. & ſtipendium militare, & frumentum duplex poſt triumphum datum. prœlio in Aſia facto duplex dederat. Triumphavit anno fere, poſtea-
60 quam conſulatu abiit. Eodem fere tempore, & Cn. Manlius conſul in Aſiam, & Q. Fabius Labeo prætor ad claſſem venit. Cæterum conſuli non deerat cum Gallis belli materia. mare pacatum erat, devicto Antiocho. [2] Cogitanti itaque Fabio, cui rei potiſſimum inſiſteret, ne otioſam provinciam habuiſſe videri poſſet; optimum viſum eſt, in Cretam inſulam trajicere. Cydoniatæ bellum adverſus Gortynios Gnoſſioſque gerebant, & captivorum

1 *Triumphavit menſe intercalario prid. Kal. Mart.*] Coſſ. belli Macedonici anni primi atque ſecundi, Idibus Martiis dicuntur iniiſſe magiſtratum: quod veriſimile eſt & hic obſervatum. Recte ergo poſtea de L. Scipione dictum eſt; *Triumphavit anno fere poſt, quam conſulatu abiit.* Glarean.

2 *Cogitantique Fabio*] Senſus poſtulat, ut legas: *Cogitanti itaque Fabio.* Cujus erroris cauſa perſpicua ſatis eſt. Sic ſæpe alias. *Sigonius.*

1 *Teſſe-*

vorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in ſervitute eſſe per totam inſulam dicebatur. Claſſe ab Epheſo profectus, quum primum Cretæ littus attigit, nuncios circa civitates miſit, ut armis abſiſterent, captivoſque in ſuis quæque urbibus agriſque conquiſitos reducerent. & legatos mitterent ad ſe, cum quibus de rebus ad Cretenſes pariter Romanoſque pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea Cretenſes moverunt. captivos, præter Gortynios, nulli reddiderunt. Valerius Antias ad quatuor millia captivorum, quia belli minas timuerunt, ex tota inſula reddita ſcripſit: eamque cauſſam Fabio, quum rem nullam aliam geſſiſſet, navalis triumphi impetrandi ab ſenatu fuiſſe. A Creta Epheſum Fabius rediit: inde tribus navibus in Thraciæ oram miſſis, ab Æno & Maronia præſidia Antiochi deduci juſſit; ut in libertate eæ civitates eſſent.

EPITOME

LIBRI XXXVIII.

Marcus Fulvius conſul in Epiro Ambracienſes obſeſſos, per deditionem accepit: Cephalleniam ſubegit, Ætolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius conſul collega ejus Gallogræcos, Tholiſtobogios, [1] *Tectoſagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Aſiam tranſierant, quum ſoli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum origo,* [2] *& quemadmodum ea loca quæ tenent, occupaverint, refertur. Exemplum quoque virtutis & pudicitiæ in fœmina traditur. nam cum Orgiagontis regis Gallogræcorum uxor captiva eſſet, centurionem cuſtodem, qui ei vim intulerat, occidit. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. cenſa*

1 *Tectoſagos*] *Tectoſagas*, ut poſt dicam. *Sigonius.*

2 *Et cum eo loca, quæ tenent occupaverantque referuntur*] Vet. lib. *Et quando loca, quæ tenent occupaverint, referuntur.* Idem.

cenſa ſunt civium capita CCLVIII *millia & *CCCXXVIII. *Cum Ariarathe rege Cappadociæ amicitia juncta eſt. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum conſilio fœdus cum Antiocho conſcripſerat, de* Gallogræcis, [1] *acta pro ſe cauſſa in ſenatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam ajunt,* [2] *à Q.* Petillio *tribuno plebis, ut quidam à* Nævio, [3] *quod præda ex Antiocho captæ ærarium fraudaſſet;* [4] *poſteaquam is dies venit, evocatus in Roſtra:* Hac die, *inquit,* Quirites Carthaginem vici: *& proſequente populo, Capitolium aſcendit. Inde, ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exilium Liternum conceſſit: incertum ibi an Romæ defunctus. nam ejus monumentum utrobique fuit. Scipio Aſiaticus frater Africani, eodem peculatus crimine accuſatus, damnatuſque, quum in vincula & carcerem duceretur; Ti. Sempronius Gracchus, tribunus plebis,* [5] *qui antea Scipionibus inimicus erat, interceſſit: & ob id beneficium Africani filiam duxit.* [6] *Cum prætor quæſtores in bona ejus publice poſſidenda miſiſſet; non modo in iis ullum veſtigium pecuniæ regiæ apparuit, ſed nequaquam* [7] *tantum redactum, quantæ ſummæ erat damnatus. Collatam à cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit:* [8] *quæ neceſſaria ei erant ad cultum, redempta.*

Dum

1 *Acta per ſe cauſa*] Vet. lib. *pro ſe.* Sigonius.

2 *A. Petilio Acteo trib. pl.*] Vet.lib. *à Q. Petillio tribuno plebis.* Idem.

3 *Quod præda Antiocho capta*] Vet. lib. *Præda ex Antioch.* Idem.

4 *Poſtquam is dies venit, evocatus*] Vet. lib. *Poſtquam dies venit, is evocatus in Roſtra.* Idem.

5 *Qui antea Scipion. inimicus erat*] Vet.lib. *Fuerat.* Idem.

Scipionibus inimicus erat] Voſſ. & Gud. uterque, *fuerat.* J. F. Gron.

6 *Cum populus quæſtores,* &c.] Lege, *Cum prætor quæſtores.* Sic enim Livius: *In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice quæſtores prætor miſit.* Sigonius.

Cum prætor quæſtores in bona ejus.] Voſſ. & ambo Gud. ablegant τὸ *prætor.* Scribe: *Cum quæſtores in bona ejus publice poſſidenda miſſi eſſent.* J. F. Gron.

7 *Tantum in ærarium redactum, quantæ*] Voces illæ, *in ærarium*, delendæ ſunt, neque enim in veteribus libris reperiuntur, neque apud Livium, cujus hæc verba ſunt libro hoc extremo. *Sigonius.*

8 *Quæ neceſſitati ei erat ad cultum retenta*] Lege ex veteribus libris, & ex ipſomet Livio, cujus hæc verba ſunt: *Quæ neceſſaria ei erant ad cultum, redempta.* Idem.

I *Remiſ-*

DUm in Aſia bellum geritur, ne in Ætolis quidem quietæ res fuerant; principio à gente Athamanum orto. Athamania ea tempeſtate, pulſo Amynandro, ſub præfectis Philippi regio tenebatur præſidio: qui ſuperbo atque immodico imperio deſiderium Amynandri fecerant. Exulanti tum Amynandro in Ætolia literis ſuorum, indicantium ſtatum Athamaniæ, ſpes recuperandi regni facta eſt. [1] remiſſique ab eo nunciant principibus Argitheam, (id enim caput Athamaniæ erat) ſi popularium animos ſatis perſpectos haberent, impetrato ab Ætolis auxilio in Athamaniam ſe venturum cum delectis Ætolorum, quod concilium eſſet gentis, & Nicandro prætore. quos ubi ad omnia paratos eſſe vidit, certiores ſubinde facit, quo die cum exercitu Athamaniam ingreſſurus eſſet. Quatuor primo fuere conjurati adverſus Macedonum præſidium. hi ſenos ſibi adjutores ad rem gerendam aſſumſerunt: deinde paucitate parum freti, quæ celandæ rei quam agendæ aptior erat, parem priori numerum adjecerunt. Ita duo & quinquaginta facti, quadrifariam ſe diviſerunt: [2] pars una Heracleam, altera Tetraphyliam petit, ubi cuſtodia regiæ pecuniæ eſſe ſolita erat, tertia Theudoriam, quarta Argitheam. Ita inter omnes convenit, ut primo 1

1 *Remiſſique nuntii ab eo ad principes Argitheam*] Hoc admiſſum è Moguntino. Sed ſcripti noſtri retinent cum prius impreſſis: *remiſſique ab eo nuntiant principibus Argitheam.* In cujus comparatione meis auribus alterum ſordet & mendoſum tinnit. Non placuit corruptoribus illud *nuntiant* ſine appoſito vocabulo. Quæ & cauſſa fuit inquinandi illius lib. 23. 27. *Quem ut adiſſe tumultuoſe nuntiavere refugientes ex ſpeculis ſtationibuſque ad arma conclamatum eſt.* ut ibi diximus. Eodem libro ſuperius: *quum à Caſilino dictatorem Romanum legioneſque eminus adſpici nuntiaſſent.* Eadem ratio vim attulit verbis his lib. 21, 49. *Perque omnem oram uti ex ſpeculis proſpicerent adventantem hoſtium claſſem.* Lib. 40. *Ulteriorem Celtiberiæ agrum, unde ad deditionem non venerant, inſtitit vaſtare.* Quod ſi concedere aliquid Magont. libet, ſcribas licet: *remiſſique ab eo nuntiant ad principes Argitheam.* Nempe qui literas attulerant. *J. F. Gron.*

2 *Pars una Heracleam*] Acarnaniæ Heracleam intelligit, cujus meminit Stephanus. Trachin dicta, *Λακεδαιμονίων κτίσμα*, Strabo. *Sigonius.*

primo quieti, velut ad privatam rem agendam veniſſent, in foro obverſarentur: die certa multitudinem omnem convocarent ad præſidia Macedonum arcibus expellenda. Ubi ea dies advenit, & Amynander cum mille Ætolis in finibus erat: ex compoſito quatuor ſimul locis præſidia Macedonum expulſa. literæque in alias urbes paſſim dimiſſæ, ut vindicarent ſeſe ab impotenti dominatione Philippi, [1] & reſtituerent in patrium ac legitimum regnum. Undique Macedones expelluntur. Theium oppidum, litteris à Zenone præfecto præſidii interceptis, & arce ab regiis occupata, paucos dies obſidentibus reſtitit: deinde id quoque traditum Amynandro eſt, & omnis Athamania in poteſtate erat, præter Athenæum
2 caſtellum, finibus Macedoniæ ſubjectum. Philippus audita defectione Athamaniæ, cum ſex millibus armatorum profectus, ingenti celeritate Gomphos pervenit. ibi relicta majore parte exercitus (neque enim [2] ad tanta itinera ſuffeciſſent) cum duobus millibus Athenæum, quod unum à præſidio ſuo retentum fuerat, pervenit. inde proximis tentatis, quum facile animadvertiſſet cætera

1 *Et reſtituerent in patrium ac legitimum regnum*] Muretus: *reſtituerent Amynandrum in patrium.* Et ſic legebatur olim: ſed Sig. Gelenius auctoribus ſcriptis nomen regis abolevit, Nec conſpicitur in Voſſiano. Qui addiderunt, non intellexerunt ſermonem Livii. Ille in verbo *reſtituerunt* intelligit ex præcedente membro τὸ *ſeſe*, & *reſtituere* dixit propemodum pro eo ipſo, quod poſuit ante, *vindicare*. Habent enim populi ſub rege viventes inſtar libertatis, rege cive, & non alienigena, tum legitimo & regiæ ſtirpis, non inſiticio, uti. Hinc apud Herodotum lib. 1 Cyrus ad Perſas: Νῦν ὦν ἐμέο πειθόμενοι γίνεσθε ἐλεύθεροι. Et ibidem Aſtyages ad Harpagum: Ἀδικώτατον δὲ, ὅτι τοῦ δείπνου εἵνεκα Μήδους κατεδούλωσε. Εἰ γὰρ δὴ δεῖν πάντως περιθεῖναι ἄλλῳ τεῳ τὴν βασιληΐην, καὶ μὴ αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον εἶναι Μήδων τεῳ περιβαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, ἢ Περσέων· νῦν δὲ Μήδους μὲν ἀναιτίους τούτου ἐόντας, δούλους ἀντὶ δεσποτέων γεγονέναι. Ejuſdem lib. 3 Darius occiſis Magis dicit ἡμέας ἐλευθερωθέντας. Apud Salluſtium Jugurtha ad Siccenſes: *ſi id fecerint, poſtea ſeſe in regno, illos in libertate ſine motu ætatem agerent.* Ergo *ſeſe reſtituerent in patrium ac legitimum regnum* eſt vindicarent ſeſe ac reſtituerent ad patrium & juſtum regem. nam utroque modo alibi Livius & Cicero loquuntur. *J. F. Gron.*

2 *Ad tanta itinera ſuffeciſſent*] Notavi ex Thuan. *ſufficerent*. & quoniam ex Mog. & Voſſiano idem à patre notatum invenio, eam duco germanam Livii ſcripturam, idemque ſtatues opinor, ſi adhibere placuerit obſervata ad 34, 11. *Jac. Gron.*

1 *Circa*

tera hoſtilia eſſe, Gomphos regreſſus, omnibus copiis ſimul in Athamaniam rediit. Zenonem inde cum mille peditibus præmiſſum Ethopiam occupare jubet, opportune Argitheæ imminentem, quem ubi teneri à ſuis locum vidit, ipſe [1] circa templum Jovis Acræi poſuit caſtra. ibi unum diem fœda tempeſtate retentus, poſtero die ducere ad Argitheam intendit. Euntibus extemplo apparuere Athamanes, in tumulos imminentes viæ diſcurrentes. ad quorum conſpectum conſtitere prima ſigna, totoque agmine pavor & trepidatio erat: & pro ſe quiſque, quidnam futurum eſſet, cogitare, ſi in valles ſubjectas rupibus agmen foret demiſſum. Hæc tumultuatio regem cupientem, ſi ſe ſequerentur, raptim evadere anguſtias, revocare primos, & eadem qua venerat via referre coëgit ſigna. Athamanes primo ex intervallo quieti ſequebantur: poſteaquam Ætoli ſe conjunxerunt, hos, ut ab tergo agmini inſtarent, reliquerunt; ipſi à lateribus ſe circumfuderunt. quidam per notos calles breviore via prægreſſi, tranſitus inſedere: tantumque tumultus Macedonibus eſt injectum, ut fugæ magis effuſæ, quam itineris ordinati modo, multis armis viriſque relictis, flumen trajecerint. hic finis ſequendi fuit. Inde tuto Macedones Gomphos, & à Gomphis in Macedoniam redierunt. Athamanes Ætolique Ethopiam, ad Zenonem ac mille Macedonas opprimendos, undique concurrerunt. Macedones parum loco freti, ab Ethopia in altiorem deruptioremque undique tumulum conceſſere. quo pluribus locis aditu invento, expulere eos Athamanes: diſperſoſque & per invias atque ignotas rupes iter fugæ non expedientes, partim ceperunt, partim

1 *Circa templum Jovis Arcæi*] Voſſ. *Jovis ſacra.* Mog. *Jovis Acrei.* Forte, *Acræi*; Ut *Acræa Fortuna* apud Pauſaniam lib. 2, de Sicyone: Ἐν δὲ τῇ νεῷ ἀκροπόλει τύχης ἱερόν ἐστιν Ἀκραίας. Et *Juno Acræa* eodem libro de Argis: Κτιόντων δὲ ὡς τὴν ἀκρόπολίν ἐστι μὲν τῆς Ἀκραίας Ἥρας τὸ ἱερόν. Idem & *Arei Jovis* meminit in Elide lib. 5. καὶ ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τούτου θύοι τῷ Ἀρείῳ Διΐ. Sed & Ἀρηαῖος, ὄνομα κύριον apud Suidam. *J. F. Gron.*

1 *Poſte-*

tim interfecerunt: multi pavore in derupta præcipitati; perpauci cum Zenone ad regem evaſerunt. [1] poſtero die
3 per inducias ſepeliendi cæſos poteſtas facta eſt. Amynander recuperato regno legatos Romam ad ſenatum, & ad Scipiones in Aſiam, Epheſi poſt magnum cum Antiocho prœlium morantes, miſit. Pacem petebat, excuſabatque ſeſe, quod per Ætolos recuperaſſet paternum regnum. Philippum incuſabat. Ætoli ex Athamania in Amphilochos profecti ſunt, & majoris partis voluntate in jus ditionemque totam redegerunt gentem. Amphilochia recepta (nam fuerat quondam Ætolorum) eadem ſpe in Aperantiam tranſcenderunt. ea quoque magna ex parte ſine certamine in deditionem venit. Dolopes nunquam Ætolorum fuerant: Philippi erant. hi primum ad arma concurrerunt: cæterum poſteaquam Amphilochos cum Ætolis eſſe, fugamque ex Athamania Philippi, & cædem præſidii ejus accepere, & ipſi à Philippo ad Ætolos deficiunt. Quibus circumjectis gentibus, jam undique ſe à Macedonibus tutos credentibus eſſe Ætolis, fama affertur, Antiochum in Aſia victum ab Romanis. nec ita multo poſt legati ab Roma rediere, ſine ſpe pacis: Fulviumque conſulem nunciantes jam cum exercitu trajeciſſe. His territi, prius ab Rhodo & Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem civitatum earum ſuæ preces nuper repudiatæ faciliorem aditum ad ſenatum haberent; principes gentis ad tentandum ultimam ſpem Romam miſerunt: [2] nihil ne bellum haberent, priuſquam

quam

1 *Poſtero die per inducias* &c.] Mirum ſi hoc ita evenerit, aut evenire potuerit, ut eodem die per Gomphos in Macedoniam ad regem fugerint aliqui ita ut ſequente ſtatim redierint in locum pugnæ. Certe Thuanæa membrana exhibebat ut Andr. *poſtea per inducias*. Mox eadem, *Legatos & Romam ad ſenatum & ad Scip.* Jac. Gron.

2 *Nihil ne bellum haberent, priuſquam penè in conſpectu hoſtis erat, præmeditati*] Vitioſa ſententia eſt hæc ſine dubio. Quid enim ſibi vult? *Priuſquam penè in conſpectu erat.* Ergo mentem ſcriptoris ſequutus legendum cenſeo: *Nihil ne bellum haberent prius (nam penè in conſpectu hoſtis erat) præmeditati*, hoc ſenſu: Miſerunt legatos ad tentandam pacem Romam, nihil præmeditati, ne bellum haberent prius, id eſt, priuſ-

quam

quam penè in conſpectu hoſtis erat, præmeditati. Jam
M. Fulvius Apolloniam exercitu trajecto, cum Epirota-
rum principibus conſultabat, unde bellum inciperet.
Epirotis Ambraciam placebat aggredi: quæ tum con-
tribuerat ſe Ætolis. *ſive ad tuendam eam venirent Ætoli,*
apertos circa campos ad dimicandum eſſe: ſive detrectarent cer-
tamen, oppugnationem fore haud difficilem. nam & copiam in
propinquo materiæ ad aggeres excitandos, & cætera opera eſſe:
& Arethontem navigabilem amnem opportunum ad comportan-
da quæ uſui ſint, præter ipſa mœnia fluere: & æſtatem aptam rei
gerendæ adeſſe. his perſuaſerunt, ut per Epirum duceret.
Conſuli ad Ambraciam advenienti, magni operis oppu- 4
gnatio viſa eſt. Ambracia tumulo aſpero ſubjecta, Per-
ranthem incolæ vocant. urbs, qua murus vergit in cam-
pos & flumen, occidentem; arx, quæ poſita in tumulo
eſt, orientem ſpectat. amnis Aretho ex Acarnania fluens
cadit in ſinum maris; ab nomine propinquæ urbis Am-
bracium appellatum. præterquam quod hinc amnis mu-
nit, hinc tumuli, muro quoque firmo ſepta erat; patente
in circuitu paulo amplius tria millia paſſuum. Fulvius
bina à campo caſtra modico inter ſe diſtantia intervallo,
unum caſtellum loco edito contra arcem objecit. ea
omnia vallo ac foſſa ita jungere parat, ne exitus incluſis
ab urbe, neve aditus foris ad auxilia intromittenda eſſet.

Ad

quam pax tentaretur. Quod ipſum imminebat: Nam hoſtis in conſpectu penè erat, quod M. Fulvius in Epirum exercitum trajecerat. *Sigonius.*

Haberent, priuſquam pœne in conſpectu hoſtis erat] Sic omnes libri ſcripti & cuſi. Et quid hac lectione clarius? Arguit fatalem ſecuritatem ac ſtultitiam Ætolorum, qui quum ſcirent nullo modo ad bellum gerendum cum Romanis ſe pares eſſe, tamen ſederant otioſi, neque adhibuerant curam, ut pacem impetrarent, donec eo res adducta eſſet, ut jam propemodum in cervicibus conſulem cum exercitu haberent. Verba perdere in re perſpicua piget. Ubi mens igitur Sigonio, quum ſententiam hanc ſine dubio vitioſam eſſe diceret? Quærit quid ſibi velit: *priuſquam pœne in conſpectu hoſtis erat*? Et mentem ſcriptoris ſe ſequutum cenſere legendum: *prius (nam pœne in conſpectu hoſtis erat) præmeditati.* Ego vero quam mentem auctoris ſequatur, aut quid omnino ſibi velit talia corrigendo vir doctus, diu quæſivi, nec invenio. *J. F. Gron.*

Ad famam oppugnationis Ambraciæ Stratum jam edicto Nicandri prætoris convenerant Ætoli. Inde primo copiis omnibus ad prohibendam obſidionem venire in animo fuerat. deinde, poſteaquam urbem jam magna ex parte operibus ſeptam viderunt, Epirotarum trans flumen loco plano caſtra poſita eſſe; dividere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus, per nondum commiſſa inter ſe munimenta urbem intravit. Nicandro cum cætera manu primo Epirotarum caſtra nocte aggredi conſilium fuerat; haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen intererat. deinde periculoſum inceptum ratus, ne qua ſentirent Romani, & regreſſus inde in tutum non eſſet; deterritus ab hoc conſilio,
5 ad depopulandam Acarnaniam iter convertit. Conſul jam munimentis, quibus ſepienda urbs erat, jam operibus, quæ admovere muris parabat, perfectis, quinque ſimul locis mœnia eſt aggreſſus. tria paribus intervallis faciliore aditu à campo adverſus Pyrrheum, quod vocant, admovit: unum è regione Æſculapii, unum adverſus arcem. Arietibus muros quatiebat; aſſeribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo, & ad ſpeciem, & ad ictus mœnium cum terribili ſonitu editos, pavor ac trepidatio cepit. deinde ut præter ſpem ſtare muros viderunt; collectis rurſus animis, [1] in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut ſaxorum, ſtipiteſve robuſtos incutiebant, falces anchoris ferreis injectis, in interiorem partem muri trahentes aſſerem, perfringebant: ad hoc eruptionibus & nocturnis in cuſtodias operum, & diurnis in ſtationes ultro terrorem inferebant. In hoc ſtatu res ad Ambraciam quum eſſent, jam Ætoli à populatione

1 *In arietes tollenonibus libramenta plumbi,&c-*] Quo pacto tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, aut ſtipitum jecerint in arietes vix ſe intelligere ait Glareanus. Non dubito vero, quin planiſſime intellecturus ſit, ſi quemadmodum adverſum arietes proſint culcitræ, laquei, lupi, & columnæ graviores, à Vitruvio didiciſſet. Et Livius lib. 42. *Arietem admotum libramento plumbi gravatum ad terram urgebant.* Sigonius.

1 *Cu-*

ne Acarnaniæ Stratum redierant. inde Nicander Prætor ſpem nactus ſolvendæ incepto forti obſidionis, Nicodamum quendam cum Ætolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem certam, tempuſque etiam noctis conſtituit, quo & illi ab urbe opera hoſtium, quæ adverſus Pyrrheum erant, aggrederentur, & ipſe ad caſtra Romana terrorem faceret; poſſe ratus ancipiti tumultu, nocte augente pavorem, memorabilem rem geri. Et Nicodamus intempeſta nocte, quum alias cuſtodias fefelliſſet, per alias impetu conſtanti erupiſſet, ſuperato brachio in urbem penetrat: animique aliquantum ad omnia audenda & ſpei obſeſſis adjecit. & ſimul conſtituta nox venit, ex compoſito repente opera eſt aggreſſus. Id inceptum conatu, quam effectu gravius fuit. quia nulla ab exteriore parte vis admota eſt: ſeu metu deterrito prætore Ætolorum, ſeu quia potius viſum eſt Amphilochis opem ferre nuper receptis: quos Perſeus Philippi filius miſſus ad Dolopiam Amphilochoſque recipiendos, ſumma vi oppugnabat. Tribus locis, ſicut ante dictum eſt, ad Pyr- 6
rheum opera Romana erant: quæ omnia ſimul, ſed nec apparatu, nec vi ſimili, Ætoli aggreſſi ſunt. alii cum ardentibus facibus, alii ſtuppam picemque & malleolos ferentes, tota collucente flammis acie, advenere: multos primo impetu cuſtodes oppreſſerunt. deinde poſteaquam clamor tumultuſque in caſtra eſt perlatus, datumque à conſule ſignum, arma capiunt, & omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. Uno in loco ferro ignique geſta res eſt. à duobus irrito incepto, quum tentaſſent magis quam iniſſent certamen, Ætoli abſceſſerunt. Atrox pugna in unum inclinaverat locum. ibi diverſis partibus duo duces Eupolemus & Nicodamus pugnantes hortabantur, & prope certa fovebant ſpe, jam Nicandrum ex compoſito affore, & terga hoſtium invaſurum. Hæc res aliquamdiu animos pugnantium ſuſtinuit. cæterum poſteaquam nullum ex compoſito ſignum à ſuis

acci-

accipiebant, & creſcere numerum hoſtium cernebant; deſtituti ſegnius inſtare: poſtremo re omiſſa, jam vix tuto receptu, fugientes in urbem compelluntur; parte operum incenſa, & pluribus aliquanto, quam ipſi ceciderant, interfectis. quod ſi ex compoſito acta res fuiſſet, haud dubium erat expugnari una utique parte opera cum magna cæde hoſtium potuiſſe. Ambracienſes, quique intus erant Ætoli, non ab ejus ſolum noctis incepto receſſere, ſed in reliquum quoque tempus, velut proditi à ſuis, ſegniores ad pericula erant. jam nemo eruptionibus, ut ante, in ſtationes hoſtium, ſed diſpoſiti per mu-
7 ros & turres ex tuto pugnabant. Perſeus ubi adeſſe Ætolos audivit; omiſſa obſidione urbis, quam oppugnabat, depopulatus tantum agros, Amphilochia exceſſit, atque in Macedoniam rediit. Et Ætolos inde avocavit populatio maritimæ oræ. Pleuratus Illyriorum rex cum ſexaginta lembis Corinthium ſinum invectus, adjunctis Achæorum, quæ Patris erant, navibus, maritima Ætoliæ vaſtabat. adverſus quos mille Ætoli miſſi, quacumque ſe claſſis circumegerat, per littorum anfractus brevioribus ſemitis occurrebant. Et Romani ad Ambraciam pluribus locis quatiendo arietibus muros, aliquantum urbis nudaverant. nec tamen penetrare in urbem poterant. Nam & pari celeritate novus pro diruto murus objiciebatur, & armati ruinis ſuperſtantes, inſtar munimenti erant. Itaque quum aperta vi parum procederet conſuli res, cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere inſtituit. & aliquamdiu, quum dies noctesque in opere eſſent, non ſolum ſub terra fodientes, ſed egerentes etiam humum, fefellere hoſtem. [1] Cumulus repente terræ eminens, index operis oppidanis fuit. pavidique ne jam ſubrutis muris facta in urbem via eſſet; foſſam intra murum è regione ejus operis, quod vineis contectum erat,

1 *Cumulus repente terrà em.*] Vet. lib. *Tumulus repente terra eminens.* Sigonius.

1 *Suſ-*

erat, ducere inſtituunt. cujus ubi ad tantam altitudinem, quantæ eſſe ſolum infimum cuniculi poterat, pervenerunt, ſilentio facto, pluribus locis aure admota, ſonitum fodientium captabant. Quem ubi acceperant, aperiunt rectam in cuniculum viam. nec fuit magni operis. momento enim ad inane, [1] ſuſpenſo furculis ab hoſtibus muro, pervenerunt. ibi commiſſis operibus, quum è foſſa in cuniculum pateret iter, primo ipſis ferramentis, quibus in opere uſi erant; dein celeriter armati etiam ſubeuntes, occultam ſub terra ediderunt pugnam, ſegnior deinde ea facta eſt; interſepientibus cuniculum, ubi vellent, nunc ciliciis prætentis, nunc foribus raptim objectis. Nova etiam haud magni operis adverſus eos qui in cuniculo erant, excogitata res eſt. dolium à fundo pertuſum, qua fiſtula modica inſeri poſſet, & fiſtulam ferream operculumque dolii ferreum, & ipſum pluribus locis perforatum fecerunt. hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum verſo poſuerunt. Per operculi foramina, prælongæ haſtæ, quas ſariſſas vocant, ad ſummovendos hoſtes eminebant. ſcintillam levem ignis inditam plumæ, folle fabrili ad caput fiſtulæ impoſito, flando accenderunt. inde non ſolum magna vis fumi, ſed acrior etiam fœdo quodam nidore ex aduſta pluma [2] quum totum cuniculum compleſſet, vix durare quiſ-
quam intus poterat. Quum in hoc ſtatu res ad Ambra- 8
ciam eſſet; legati ab Ætolis Phæneas & Damoteles, cum liberis mandatis, decreto gentis, ad conſulem venerunt. nam prætor eorum quum alia parte Ambraciam oppugnari

1 *Suſpenſo fulturis ab hoſtibus muro*] Gelenii eſt ex codice hic certe interpolato. Noſtri cum prius editis: *ſuſpenſo furculis ab hoſtibus muro.* Idque firmavit auctor jam ſibi lib. 1. *Loca diviſa Patribus equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent, fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes.* Varr. lib. 1 de re Ruſtica: *Sub eam, ubi naſcitur uva, ſubjiciuntur circiter bipedales è ſurculis furcillæ, ne vindemia pereat.* J. F. Gron.

2 *Quum totum cuniculum compleſſet*] Scripti, *adimpleſſet.* Quo verbo & Plinius utitur lib. 11 cap. 37. *Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentata adimplerit.* Idem.

gnari cerneret, alia infeſtam oram navibus hoſtium eſſe, alia Amphilochos Dolopiamque à Macedonibus vaſtari; nec Ætolos ſimul ad tria diverſa bella occurſantes ſufficere; [1] convocato concilio, Ætolos principes, quid agendum eſſet, conſuluit. Omnium eo ſententiæ decurrerunt, *Ut pax, ſi poſſet, æquis; ſi minus, tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi fiducia bellum ſuſceptum. Antiocho terra marique ſuperato, & prope extra orbem terræ ultra juga Tauri exacto, quam ſpem eſſe ſuſtinendi belli? Phæneas & Damoteles quod è re Ætolorum, ut in tali caſu, fideque ſua eſſe cenſerent, agerent. Quod enim ſibi conſilium, aut cujus rei electionem à fortuna relictam?* Cum his mandatis legati miſſi, *orare conſulem, ut parceret urbi, miſereretur gentis quondam ſociæ; nolle dicere injuriis, miſeriis certe coactæ inſanire. Non plus mali meritos Ætolos Antiochi bello, quam boni ante, quum adverſus Philippum bellatum ſit, feciſſe. nec tum large gratiam relatam ſibi, nec nunc immodice pœnam injungi debere.* Ad ea conſul reſpondit: *Magis ſæpe, quam vere umquam, Ætolos pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxiſſent. Non paucis urbibus eum, de quarum libertate certatum ſit, ſed omni Aſia cis Taurum montem, opimo regno exceſſiſſe. Ætolos, niſi inermes, de pace agentes non auditurum ſe. arma illis prius, equoſque omnes tradendos eſſe, deinde mille talentûm argenti populo Romano dandum: cujus ſummæ dimidium præſens numeraretur, ſi pacem habere vellent. Ad ea adjecturum etiam in fœdus eſſe, ut eoſdem, quos populus Romanus, amicos atque hoſtes*
9 *habeant.* Adverſus quæ legati, & quia gravia erant, & [2] quia ſuorum animos indomitos ac immutabiles noverant;

1 *Convocato concilio, Ætolos principes*] Sciebat Livius non alios quam Ætolorum principes intellectum iri, quamvis ipſe non appellaret *Ætolos*. Itaque hæc vox non ab ipſo profecta eſt, ſed ab interprete. *J. F. Gron.*

2 *Quia ſuorum animos indomitos ac immutabiles noverant*] Et hic aliquis improvide plus ſcriptis libris ſapere voluit, in quibus omnibus *mutabiles*. Legati, quibus injunctum erat, ut ſi poſſent æquis, ſin, tolerandis quibuſcumque conditionibus pacem facerent, omniaque agerent, ut in tali caſu tantaque conſilii inopia, è rep. éque fide ſua eſſe cenſerent, hoc verebantur, ne acceptæ conditiones nimis duræ viderentur, & ventoſi Ætoli mutatis ſtudiis inde quodvis bellum mal-

rant; nullo reddito reſponſo, domum regreſſi ſunt, ut etiam atque etiam, quid agendum eſſet, re integra prætorem & principes conſulerent. Clamore & jurgio excepti, [1] quod rem traherent, qualemcunque pacem referre juſſi, quum redirent Ambraciam, Acarnanum inſidiis prope viam poſitis, quibuſcum bellum erat, circumventi [2] Tyrrheum cuſtodiendi deducuntur. Hæc mora injecta eſt paci. Quum jam Athenienſium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandum pro his venerant, apud conſulem eſſent, Amynander quoque Athamanum rex fide accepta venerat in caſtra Romana; magis pro Ambracia, ubi majorem partem temporis exſulaverat, quam pro Ætolis ſollicitus. per hos certior factus conſul de caſu legatorum, adduci eos à Tyrrheo juſſit, quorum poſt adventum agi cœptum eſt de pace. Amynander, quod ſui maxime operis erat, impigre agebat, ut Ambracienſes compelleret ad deditionem. [3] id quum per colloquia prin-

mallent, primaſque iras in ipſos quaſi turpiter depectos exercerent. Ætolos, ut eos Polybius paſſim Liviuſque deſcribunt, his forte in rebus cenſeas immutabiles fuiſſe, cupidine prædandi & impatientia otii; cætera non homines, ſed chamæleontes. Quintius lib. 33. negare, *Ætolos ſibi ipſis convenientem ſententiam dixiſſe*. Ibidem: *Vos ſocietatis iſtius leges rupiſtis, quo tempore relictis nobis cum Philippo pacem feciſtis*. Talia de illis apud duos imprimis memoratos, ὅσα κόνις. Sed inſigne exemplum lib. 43, 22. *J. F. Gron.*

1 *Quam diu rem traherent*] Vet. lib. *Quod diu rem traherent*. Sigonius.

Quod rem traherent, qualemcunque] Miror quid eis venerit in mentem, qui abierunt ab hac lectione, cum planiſſima ſit, exſtetque in primitus impreſſis, neque aliter ſane Pall. verbo. Aldus primum litera variavit, *quid rem trah.* Gelenius oggeſſit, *quamdiu rem trah.* Sigonius vero, *quod diu rem traherent*. Gruterus.

2 *Tyrrheon*] Vet. lib. *Tyrrheum*. Sigonius.

3 *Id quum per colloquia principum*] Poſſis ſuſpicari τὸ *id* vacare: ſed ſolet interdum Livius ornatus potius quam neceſſitatis cauſſa adjicere. ut & lib. 36. *Id quum ad dignitatem ejus ſidemque pertinere, non prodi ſocios, tum etiam ad incolumitatem regni non ſinere Romanos omni cura vacuos*. Eundem Pleonaſmum in τῷ *quod* notavimus contra Rhenanum ad lib. 27. Noſter lib. 37. *Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non poſſe exæquare ordinem Romanos, & tantum non jam circumiri à dextro cornu, concitat naves*. Cæſar lib. 3 de Gall. *Quod ubi Craſſus animadvertit, ſuas copias propter exiguitatem non facile diduci, hoſtem & vagari & vias obſidere & caſtris ſatis præſidii relinquere*, &c. Cicero ad Atticum lib. 16 Ep. 5. *Quod niſi fidem mihi feciſſet, judicaſſemque hoc, quod dico, firmum fore, non feciſſem id, quod dicturus ſum*. Si tamen delere mavis τὸ *id*, aut ſcribere: *& quum per*

principum [1] ſuccedens muris parum proficeret; poſtremo conſulis permiſſu ingreſſus urbem, partim conſilio, partim precibus evicit, ut permitterent ſe Romanis. Et Ætolos C. Valerius Lævini filius, qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, conſulis frater, matre genitus eadem, egregie adjuvit. [2] Ambracienſes prius pacti, ut

colloquia, me adverſarium non habebis. Cæterum *ſuccedens muris* eſt ab Sigonio, quum & ſcripti & editi veteres: *ſuccedens murum*. Quod nobis mutari non placet ob ea, quæ diximus ad lib. 31, 45. ſecus haud ignoro & *ſuccedere muris* & *ſuccedere ad vallum* alibi dici noſtro: ſed de veteri lectione quæritur. *J. F. Gron.*

1 *Succedens murum*] Vet. lib. *Muris*. Sigonius.

2 *Ambracienſes prius pacti, ut Ætolorum . . . dein ut quingenta Euboica darent talenta*] Crederes, ut hæc vulgantur, omnia iſthæc ſibi pactos eſſe Ambracienſes. Sed præterquam, quod non eæ erant conditiones, quæ ab una urbe exigi poſſent & præſtari, ſatis patet ex ſequentibus poſteriora illa Ætolos pepigiſſe cum Romanis, non ullos alios. Continenter enim traditur illos ipſos, ut de his ad concilium referrent petiiſſe, quo facto omnes ad unum pacem accipi juſſiſſe. Tum cap. 10. *Poſteaquam approbaſſe pacem concilium Ætolorum accepit* conſul, *eos Romam proficiſci juſſit*. Quo cum adveniſſent diu jactati, tandem tamen ut iſta pax à ſenatu confirmaretur, impetrarunt cap. 11. ubi eædem prorſus fœderis cum Ætolis leges, quæ hoc cap. memorantur, additis inſuper nonnullis repetuntur, ut nihil certius ſit, quam hæc non Ambracienſes ſed Ætolos eſſe pactos. Nec eſt, ut quis dicat Ambracienſes pro illis apud conſulem interceſſiſſe, & ut his conditionibus pax illis daretur effeciſſe, cum hoc pro iis præſtiterint Athenienſium Rhodiorumque legati, atque Ambracienſes ſe ſuaque Romanis permittere ipſi debuerint. Nimirum cum utriſque ſimul de pace agebatur. Et *Amynander* quidem *impigre agebat, ut Ambracienſes* ſuis orationibus *ad deditionem compelleret. Ætolos C. Valerius Conſulis frater egregie adjuvit. Itaque* (jam enim ſequuntur, quæ emendanda ſuſcepi; atque ita reſtituenda contendo) *Ambracienſes prius pacti, ut Ætolorum auxiliares ſine fraude emitterent, aperuerunt portas, dein Ætoli, ut quingenta Euboica darent talenta, ex quibus ducenta præſentia*, &c. Certiſſimam facit conjecturam hanc noſtram Polybius, qui eodem plane modo & ordine hæc tradit, ut appareat Livium etiam hic ut ſæpe alias ſolet, accurate expreſſiſſe. Inquit ille Exc. Legat. 28. οἱ μὲν γὰρ Ἀμβρακιῶται, πεισθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπέτρεψαν τὰ καθ' αὑτοὺς τῷ στρατηγῷ τῶν Ῥωμαίων, καὶ παρέδωκαν τὴν πόλιν, ἐφ' ᾧ τοὺς Αἰτωλοὺς ὑποσπόνδους ἀπελθεῖν. τοῦτο γὰρ ὑφείλοντο πρῶτον τηροῦντες τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους πίστιν. ὁ δὲ Μάρκος συγκατέθετο τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπὶ τοῦτο ποιήσασθαι τὰς διαλύσεις ὥστε διακόσια μὲν εὐβοϊκὰ τάλαντα παραχρῆμα λαβεῖν, &c. Ne vero quem offendat, quod forte librarios decepit, Ætolos dici pactos eſſe, ut ipſi darent & facerent ea, quæ haud dubie gravia illis erant, & nonniſi ægre atque iniquo animo præſtare poterant, ſciendum ita ſæpe loqui veteres. Supra 22, 52. *Pacti, ut arma atque equos traderent.* 31, 45. *Tertio die pacti, ut cum ſingulis veſtimentis Delium Bœotiæ tranſveherentur.* 42, 52. *Vectigal, quantum Philippus pactus eſſet, daturum Perſea.* Vellej. 2, 38. *Quæ cujuſque ductu gens ac natio redacta in formulam provinciæ, ſtipendia pacta ſit*; ubi male mehercule Lipſius ſcribi jubet *ſtipendiaria facta ſit*,

ut Ætolorum auxiliares ſine fraude emitterent; aperuerunt portas. dein *ut quingenta Euboica darent talenta: ex quibus ducenta præſentia, trecenta per annos ſex penſionibus æquis: captivos perfugaſque redderent Romanis.* [1] *urbem ne quam formulæ ſui juris facerent, quæ poſt id tempus, quo T. Quintius trajeciſſet in Græciam, aut vi capta ab Romanis eſſet, aut voluntate in amicitiam veniſſet. Cephallenia inſula ut extra jus fœderis eſſet.* Hæc quamquam ſpe ipſorum aliquanto leviora erant; petentibus Ætolis, ut ad concilium referrent, permiſſum eſt. Parva diſceptatio de urbibus tenuit. [2] quæ quum ſui juris aliquando fuiſſent, avelli velut à corpore ſuo ægre patiebantur. ad unum tamen omnes accipi pacem juſſerunt. Ambracienſes coronam auream conſuli centum & quinquaginta pondo dederunt: ſigna ænea marmoreaque, & tabulæ pictæ, quibus ornatior Ambracia (quia regia ibi Pyrrhi fuerat) quam cæteræ regionis ejus urbes erant, ſublata omnia, avectaque. nihil præ-

ſit, cum ex allatis ſatis ſuperque conſtet, etiam victos, immo ſupplices cum victoribus paciſci, quod ille negat, de ſtipendio & cæteris, quæ ſuperbe licet præſcribuntur. *Jac. Perizonius.*

1 *Urbem ne quam formulæ ſui juris facerent, quæ poſt id*, &c.] Senſus eſt: Inter cæteras conditiones pacis initæ à Romanis cum Ætolis, hanc fuiſſe; ne ipſi aliquam urbem ex iis, quæ poſt id tempus, quo T. Quintius trajeciſſet in Græciam, aut vi capta à Romanis eſſet: aut voluntarie in eorum amicitiam veniſſet, *formulæ ſui juris facerent*, id eſt, in eam vel eas actionem, quaſi ſui juris eſſent, intentarent, ſed liberæ remanerent: actio enim nil áliud eſt, juxta Juſtinianum, quam, jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur. Eodem modo interpretanda & Livii verba lib. 29 quum ait: *Ejuſdem formulæ diſceptatio de Perræborum Magnetumque oppidis fuit*, &c. Hoc eſt, ejuſdem actionis judicium Perræborum & Magnetum oppida ſibi ab Ætolis ablata reddi petentes. Et paulo poſt, ſubdit Liv. *Et Paracheloïda, quæ ſub Athamania eſſet, nullo jure Theſſalorum formulæ factam*, hoc eſt, nullam juris actionem Theſſalos habere in Paracheloïda, quæ Athamanum eſſet. In unaquaque ergo actione erat verborum formula ſtatuta, qua utebantur in actione intentanda. Unde tot tantæque actionum formulæ. *Marcell. Donat.* *Urbem*, inquit, *ne quam formulæ ſui juris facerent.* Ut *formula* in jure prætorio & civili dicitur, cum certa quadam actione & forma & verborum certa conceptione aliquid comprehenditur; ita in civitatum imperio & fœderibus juriſdictioneque & ditione *formulam* inde traductam poſuit ſane quam eleganter: quum etiam iſta certa cautione & lege certoque jure non minus quam privata conſtent. *Turnebus.*

2 *Quæ quum ſui juris aliquando*] Lege, *quas.* Muretus.

10 præterea tactum, violatumve. Profectus ab Ambracia conſul in mediterranea Ætoliæ, [1] ad Argos Amphilochicum (viginti duo millia ab Ambracia abeſt) caſtra poſuit. eo tandem legati Ætoli [2] mirante conſule quod morarentur, venerunt. Inde, poſteaquam approbaſſe pacem concilium Ætolorum accepit, juſſis proficiſci Romam ad ſenatum, permiſſoque, ut & Athenienſes & Rhodii deprecatores irent, dato qui ſimul cum iis proficiſceretur, C. Valerio fratre, ipſe in Cephalleniam trajecit. Præoccupatas aures animoſque principum Romæ criminibus Philippi invenerunt: qui per legatos, per literas, Dolopas, Amphilochoſque & Athamaniam [3] ereptas ſibi querens, præſidiaque ſua, poſtremo etiam filium Perſea ex Amphilochis pulſum, averterat ſenatum ab audiendis precibus eorum. Rhodii tamen & Athenienſes cum ſilentio auditi ſunt. Athenienſis legatus [4] Leon, Iceſiæ filius, eloquentia etiam dicitur moviſſe: qui vulgata ſimilitudine, *mari tranquillo, quod ventis concitaretur, æquiparando multitudinem Ætolorum*, uſus, [5] *quum in fide Romanæ ſocietatis manſiſſent, inſita gentis tranquillitate quieſſe eos* ajebat: *poſteaquam flare ab Aſia Thoas & Dicæarchus, ab Europa Menetas & Damocritus cœpiſſent; tum illam tempeſtatem coortam,* [6] *quæ ad*

1 *Ad Argos Amphilochum*] Putem, *ad Argos Amphilochium*, auctorem ſcripſiſſe: ſed huc mendum invaſiſſe. *Turnebus.*

2 *Mirante conſule quod morarentur*] Et hic ſcripſiſſe Livium puto: *mirante conſule quid morarentur.* Et ne me putes hoc promiſcue velle, fero lib. 36. *Magis mirari ſe dicebat, quod non jam in Aſia eſſent Romani.* J. F. Gron.

3 *Ereptas ſibi querens*] Quaſi dixiſſet, *Dolopiam, Amphilochiam & Athamaniam:* ſi tamen ſic locutus, & non reſpexit vel ad dignius, *ereptos*, vel ad propius *ereptam* ſcribendo. *Idem.*

4 *Leon Iceſiæ filius*] *Damis* ex Polybio legat. 28. *Henricus Valeſius.*

5 *Quum in fide Romanæ ſocietatis*] Lege: *dum in fide Romanæ ſocietatis manſiſſent.* Mutuatus eſt autem Leon hanc comparationem ab Herodoto in lib. 7. Γσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ᾽ ἐμοὶ κέκριται, φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. τὰ δὲ καὶ ἀμφότερα περιήκοντα, ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίη σφάλλουσι· κατάπερ τὴν πάντων χρησιμωτάτην ἀνθρώποισι θάλασσαν, πνεύματά φασι ἀνέμων ἐμπίπτοντα οὐ περιορᾶν φύσει τῇ ἑαυτῆς χρῆσθαι. *J. F. Gron.*

6 *Quæ ad Antiochum eos, ſicut in ſcopulum, intuliſſet*] A Mogunt. eſt. Olim: *ad ſcopulum.* Terentius Phorm. 4, 4. *Huic mandes, quod quidem recte curatum velis, Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat.* Quæ verba Livio fuiſſe obſer-

ad Antiochum eos, ſicut in ſcopulum, intuliſſet. Diu jactati 11 Ætoli, tandem ut conditiones pacis convenirent, effecerunt. Fuerunt autem hæ: [1] *Imperium majeſtatemque populi Romani gens Ætolorum conſervato ſine dolo malo. Ne quem exercitum, qui adverſus ſocios amicoſque eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito: neve ulla ope juvato. Hoſtes eoſdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto, bellum pariter gerito: perfugas, fugitivos captivoſque reddito Romanis ſociiſque; præterquam ſi qui capti, quum domos rediſſent, iterum capti ſunt: aut ſi qui eo tempore ex iis capti ſunt, qui tum hoſtes erant Romanis,* [2] *quum inter præſidia Romana Ætoli eſſent. Aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyræorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. qui non comparebunt,* [3] *quando quiſque eorum primum inventus fuerit, reddatur. Obſides quadraginta* [4] *arbitratu conſulis Romani dato: ne minores duodecim annorum, neu majores quadraginta. Obſes ne eſto prætor, præfectus equitum, ſcriba publicus: neu quis, qui ante obſes fuerit apud Romanos. Cephallenia extra pacis leges eſto.* De pecuniæ ſumma, quam penderent, penſionibuſque ejus, nihil ex eo quod cum conſule convenerat, mutatum. Pro argento ſi aurum dare mallent, darent, convenit; dum pro argenteis decem aureus unus valeret. *Quæ urbes, qui agri, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt; qui eorum* [5] *L. Quintio, Cn.*

obſervata videntur: tantum abeſt, ut ea Terentio abjudicem. Lucretius lib. 2. *Omnia paullatim tabeſcere, & ire Ad ſcopulum.* J. F. Gron.

1 *Imperium, majeſtatemque populi Rom. gens Ætol. conſervato*] Clauſula eſt hæc fœderum, de qua ſic Cicero pro Cornelio Balbo. *Adjunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnib. fœderibus: Majeſtatem populi Rom. comiter conſervent, id habet hanc vim, ut ſit ille in fœdere inferior. Nam cum alterius populi majeſtas conſervari jubetur, de altero ſiletur, certe ille populus in ſuperiori conditione cauſaque ponitur, cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur.* Sigonius.

2 *Quum inter præſidia Romana*] Legendum, *intra*: ut ſupra ſæpius. *J. F. Gron.*

3 *Quando quiſque eorum primum inventus fuerit, reddatur*] Voſſ. & Buſlid. *reddantur.* Et puto melius. Quamquam & ſuſpicari poſſis cum hic, tum præcedenti membro fuiſſe, *redduntor, traduntor.* Idem.

4 *Arbitratu conſulis Romani dato*] Vet. lib. *Romanis*, quod placet, quia præceſſit, *Corcyræorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur.* Sigonius.

5 *T. Quintio, Cn. Domitio* C O S S.] *L. Quintio*, lege ex ipſomet Livio, & Capitolinis conſulibus. *Idem.*

Cn. Domitio conſulibus, poſtve eos conſules armis ſubacti, aut voluntate in ditionem populi Romani venerunt, ne quem eorum Ætoli recepiſſe velint. [1] *Oeniadæ cum urbe agriſque Acarnanum*
12 *ſunto.* His legibus fœdus ictum cum Ætolis eſt. Eadem non æſtate ſolum, ſed etiam iiſdem prope diebus, quibus hæc à M. Fulvio conſule in Ætolia geſta ſunt; conſul alter Cn. Manlius in Gallogræcia bellum geſſit, quod nunc ordiri pergam. Vere primo Epheſum conſul venit, acceptiſque copiis à L. Scipione, & exercitu luſtrato, concionem apud milites habuit. qua, *Collaudata virtute eorum, quod cum Antiocho uno prœlio debellaſſent; adhortatus eos ad novum cum Gallis ſuſcipiendum bellum, qui & auxiliis Antiochum juviſſent; & adeo indomita haberent ingenia, ut nequicquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis eſſet, niſi frangerentur opes Gallorum:* de ſe quoque pauca, nec falſa, nec immodica, adjecit. Læti cum frequenti aſſenſu conſulem audiverunt; partem virium Antiochi fuiſſe Gallos credentes: rege ſuperato, nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copiis fore. Eumenem haud in tempore abeſſe (Romæ tunc erat) credere conſul, gnarum locorum hominumque, & cujus intereſſet frangi Gallorum opes. [2] Attalum igitur fratrem ejus arceſſit à Pergamo, hortatuſque ad capeſſendum ſecum bellum, pollicentem ſuam ſuorumque operam, [3] domum ad comparandum dimittit.

1 *Æniadæ*] *Oeniadæ*, ex Thucydide, Stephano, ut ſupra. *Sigonius.*

2 *Attal. ig. fratrem accerſit*] Vet. lib. *fratrem ejus*, id eſt, Eumenis. *Idem.*

3 *Domum ad comparandum copias dimittit*] Copias iſtas plane ſcriptæ membranæ exauctoratas dimittunt, neque amplius quam: *pollicentem ſuam ſuorumque operam domum ad comparandum dimittit.* Ubi quum aliquid deeſſe falſo crederent, adſciverunt *copias:* quos inter ipſe, proximus alias ſcriptis, Johannes Andreas. Nos vero hanc quoque elegantem formulam loquendi Livio vindicamus, ipſo auctore. Lib. 35. *Ut tædio & impetus elangueſcat regis & Romani tempus ad comparandum habeant.* Lib. 42. *Fallaci deinde colloquio per ſpeciem reconciliandæ pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent.* Cicero pro Plancio: deinde *habere* comitia *cœpit ſubito, præter opinionem omnium, ut ne ſi cogitaſſet quidem quiſpiam largiri, daretur ſpatium comparandi.* Cornelius Nepos Thraſybulo: *Hæc enim illos ad perſequendum ſegnes, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robuſtiores.* Annibale: *Quum in apparando acerrime eſſet occupatus, Car-*

thag

tit. Paucos poſt dies profecto ab Epheſo conſuli ad
Magneſiam occurrit Attalus cum mille peditibus, equi-
tibus ducentis; Athenæo fratre juſſo cum cæteris copiis
ſubſequi: commendata iis cuſtodia Pergami, quos fratri
regnoque fidos credebat. Conſul collaudato juvene,
cum omnibus copiis ad Mæandrum progreſſus, caſtra
poſuit, quia vado ſuperari amnis non poterat; & contra-
hendæ naves erant ad exercitum trajiciendum. Tranſ-
greſſi Mæandrum, [1] ad Hieran comen pervenerunt. Fa- 13
num ibi auguſtum Apollinis & oraculum: ſortes verſibus
haud inconditis dare vates dicuntur. Hinc alteris caſtris
ad Harpaſum flumen ventum eſt: quo legati ab Alaban-
dis venerunt, ut caſtellum quod ab ipſis nuper deſciſſet,
aut auctoritate aut armis cogeret jura antiqua pati. Eo-
dem & Athenæus Eumenis & Attali frater cum Cretenſi
Leuſo, & Corrago Macedone venit. mille pedites miſta-
rum gentium, & trecentos equites ſecum adduxerunt.
Conſul tribuno militum miſſo cum modica manu, ca-
ſtellum vi receptum Alabandenſibus reddit. ipſe nihil
via digreſſus, ad Antiochiam ſuper Mæandrum amnem
poſuit caſtra. [2] Hujus amnis fontes Celænis oriuntur.
Celænæ urbs, caput quondam Phrygiæ fuit. migratum
inde haud procul veteribus Celænis: novæque urbi
Apameæ nomen inditum; ab Apamea ſorore Seleuci re-
gis. Et [3] Marſyas amnis haud procul à Mæandri fontibus
oriens,

thaginienſes bellum cum Romanis compo-ſuerunt. Neque abſimile illud lib. 34. *Nihil jam præter nudum ſolum ager hoſtium habet. Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis.* J. F. Gron.

1 *Hieran comen*] Sthephanus: Ἱερὰ κώμη, δῆμος Καρίας. *Sigonius.*

2 *Hujus amnis fontes Celenis oriuntur. Celenæ urbs*] *Celænas*, addita diphthongo, ſcribendas eſſe, Græcorum ſcriptura oſtendit. Loquitur autem de fontibus Mæandri fluminis, de quo eadem Solinus cap. 43. *Ex arce Celænarum Mæander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuoſus inter Cariam & Ioniam præcipitat in ſinum, qui Mileſum dividit, & Prienem.* Idem.

3 *Marſyas haud procul à Mæandri fontibus oriens*] De hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregie Q. Curtius lib. 3. *Media illa tempeſtate Celænarum mœnia interfluebat Marſyas amnis, fabuloſis Græcorum carminibus inclytus. Fons ejus ex ſummo montis cacumine excurrens, in ſubjectam petram ma-*

oriens, in Mæandrum cadit. Famaque ita tenet, Celænis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe. Mæander ex arce ſumma Celænarum ortus, media urbe decurrens, per Caras primum, deinde Ionas, in ſinum maris editur, qui inter Prienem & Miletum eſt. Ad Antiochiam in caſtra conſulis Seleucus Antiochi filius ex fœdere icto cum Scipione ad frumentum exercitui dandum venit. Parva diſceptatio de Attali auxiliaribus orta eſt: quod Romano tantum militi pactum Antiochum, ut daretur frumentum, Seleucus dicebat. Diſcuſſa ea quoque eſt conſtantia conſulis, [1] qui dimiſſo tribuno edixit, ne Romani milites acciperent, priuſquam Attali auxilia accepiſſent. Inde [2] ad Gordiutichos, quod vocant, proceſſum eſt. ex eo loco [3] ad Tabas tertiis caſtris perventum. in finibus Piſidarum poſita eſt urbs, in ea parte quæ vergit ad Pamphylium mare. Integris viribus regionis ejus, feroces ad bellandum habebat viros. [4] Tum quoque equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo impetu turbavere: deinde ut ap-

gno ſtrepitu aquarum cadit. Ceterum quamdiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet: at cum extra munimenta ſe evolvit, majore vi ac mole agentem undas Lycum appellant. Eadem Strabo lib. 12 de Marſya. *Sigonius.*

1 *Qui miſſo tribuno edixit*] Sic primus Frobenius, & habet Voſſianus. Priores *dimiſſo.* quod poteſt defendi. Lib. 35. *Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimiſit ad ſeditiones in iis miſcendas.* Lib. 39. *Ad hæc officia dimiſſis magiſtratibus coſſ. in Roſtra eſcenderunt.* Intellige per legiones & corpora exercitus. *J. F. Gron.*

2 *Ad Gordiutichos*] Stephanus: Γορδίου τεῖχος πόλις Μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου, id eſt, *Gordiutichos urbs Midæ condita à filio Gordio.* nam pater Gordius Gordium urbem condidit. Quod cum ita ſit, ergo ineptiſſime Glareanus, qui *Gordiutichos* populos eſſe arbitratus eſt, & Orcaoicos emendandum eſſe cenſuit. *Sigonius.*

Ad Gordiutichos quos vocant] Lege: *quod vocant.* Eſt enim Γορδιουτεῖχος. *J. F. Gron.*

3 *Ad Tabas, &c. In finibus Piſidarum*] *De Tabis* ſic Steph. Τάβαι πόλις Λυδίας. οἱ δέ φασι, τὴν Κιβύραν καὶ Μαρσύαν ἀδελφοὺς, τὴν μὲν κτίσαι Κιβύραν πόλιν, τὴν δὲ Τάβας. *Sigonius.*

4 *Tum quoque equites in agmen, &c. turbavere*] *Equites* rectus eſt caſus. Tabenſium autem equites intelligit. Sic paulo poſt: *apparuere cum magno tumultu hoſtium equites, nec turbarunt tantum ſtationes Romanas repente invecti.* Hoc dixi, quia hac de re laborare valde Glareanus videtur. *Idem.*

Equites in agmen Romanum] Malim: *tum quoque equites, agmen Romanum, eruptione facta, haud modice primo impetu turbavere.* J. F. Gron.

1 *A Mæa-*

apparuit, nec numero ſe nec virtute pares eſſe, in urbem compulſi, veniam erroris petebant; dedere urbem parati. quinque & viginti talenta argenti, & decem millia medimnûm tritici imperata. ita in deditionem accepti.
Tertio inde die ad Chaum amnem perventum: inde 14
profecti, Erizam urbem primo impetu ceperunt. Ad Thabuſion caſtellum imminens flumini Indo ventum eſt. cui fecerat nomen Indus, ab elephante dejectus. Haud procul à Cibyra aberant: nec legatio ulla [1] à Moagete, tyranno civitatis ejus, homine ad omnia infido atque importuno, veniebat. Ad tentandum ejus animum C. Helvium cum quatuor millibus peditum & quingentis equitibus conſul præmittit. huic agmini jam fines ingredienti legati occurrerunt; nunciantes, paratum eſſe tyrannum imperata facere. orabant, ut pacatus fines iniret, cohiberetque à populatione agri militem. & [2] in coronam auream quindecim talenta afferebant. Helvius integros à populatione agros ſervaturum pollicitus, ire ad conſulem legatos juſſit; quibus eadem referentibus, conſul: *Neque Romani*, inquit, *bonæ voluntatis ullum ſignum erga nos tyranni habemus: & ipſum talem eſſe inter omnes conſtat; ut de pœna ejus magis quam de amicitia nobis cogitandum ſit.* Perturbati hac voce legati, nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet: veniendique ad eum poteſtatem tyranno, & copiam loquendi ac purgandi ſe faceret. Permiſſu conſulis poſtero die in caſtra tyrannus venit; veſtitus

1 *A Moagete tyranno civ.*] Moagetem tyrannum Cibyræ extremum fuiſſe ſcribit Strabo lib. 13. *ἡ Κιβύρα ἐτυραννεῖτο ἀεί· ἐπὶ Μοαγέτου δὲ ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε. Sigonius.*

2 *In coronam auream quindecim talenta*] Vertit hæc Livius ex Polybio, quem videmus, Legat. Excerpt. xxx ita prodidiſſe: *προὔτεινε στέφανον ἀπὸ πεντεκαίδεκα ταλάντων.* Comparavit iſta quoque inter ſe Urſinus. Sed, quod miror, non advertit longe hæc diverſa eſſe, Polybianis verbis jam factam coronam xv talentorum explicantibus, Livianis vero tantum auri ad eam faciendam. Quam diverſitatem non opinor ab auctoribus ipſis veniſſe. Et conciliabis egregie, ſi in Livio repoſueris *in corona aurea*, quomodo diſerte Thuanæus, & quidam editi. Quippe in ſequentibus etiam oſtendit Livius coronam ab legatis oblatam fuiſſe. *Jac. Gron.*

tus comitatuſque vix ad privati modice locupletis habitum. & oratio fuit ſummiſſa & infracta; extenuantis opes ſuas, urbiumque ſuæ ditionis egeſtatem querentis. Erant autem ſub eo, [1] præter Cibyram, Syleum,& quæ Alimne appellatur. ex his, ut ſe ſuoſque ſpoliaret, quinque & viginti talenta ſe confecturum, prope ut diffidens pollicebatur. Enimvero, inquit conſul, *ferri jam ludificatio iſta non poteſt. Parum eſt, non erubuiſſe abſentem, cum per legatos fruſtrareris nos, niſi præſens quoque in eadem impudentia perſiſtas. Quinque & viginti talenta tyrannidem tuam exhaurirent? Quingenta ergo talenta niſi triduo numeras; populationem in agris, obſidionem in urbe exſpecta.* Hac denunciatione conterritus; perſtare tamen in pertinaci ſimulatione inopiæ. & paulatim illiberali adjectione, nunc per cavillationem, nunc precibus & ſimulatis lacrymis, ad centum talenta eſt perductus. adjecta decem millia medimnûm frumen-
15 ti. Hæc omnia intra ſex dies acta. [2] A Cibyra per agros Sindenſium exercitus ductus, tranſgreſſuſque Caularem amnem, poſuit caſtra. Poſtero die eſt [3] præter Caralitin paludem agmen ductum. [4] ad Mandropolim manſerunt. [5] inde progredientibus ad Lagon proximam urbem, metu incolæ fugerunt. Vacuum hominibus, & refertum rerum omnium copia oppidum diripuerunt. inde [6] ab Lyſis fluminis fonte, poſtero die [7] ad Cobulatum amnem

1 *Præter Cibyram Syleum*] Stephanus: Σύλειον πόλις Φρυγίας. τινὲς δὲ Παμφυλίας. *Sigonius.*

2 *A Cibyra per agros Sidenſium*] *Sida* maritimum eſt Pamphyliæ oppidum. *Sinda* Piſidiæ mediterraneum, neque à Cibyra valde remotum auctore Strabone libr. 12 & 13. Itaque *Sindenſium*, non *Sidenſium* legendum. *Idem.*

3 *Præter Caralitin paludem*] Hujus paludis meminit Strabo lib. 12 non longe ab Iconio, quod eſt in Lycaonia, de qua tamen ſe nihil legiſſe ait Glareanus. *Idem.*

4 *Ad Mandrupyum manſerunt*] Vet. lib. *Mandropum.* Vereor ne *Mandropolis* ſit, de qua Stephanus: Μανδρόπολις Φρυγίας πόλις. *Idem.*

5 *Inde progredientibus ad Lagon*] Forte: *progredientes.* J.F. Gron.

6 *Ad Lyci fluminis fontem*] Cum antea legeretur, *Lyſis*, atque ita in omnibus manuſcripris libris legatur, Glareanus tamen emendavit, *Lyci*, quam recte, ipſe viderit. Ego potius veterem ſcripturam retinendam cenſeo. *Sigonius.*

7 *Ad Cobulatum amnem*] Polybius in frag. 31. Ηνίκα Γναῖος διὰ τῆς Κολοβάτου

amnem progreſſi. [1] Termeſſenſes eo tempore [2] Iſiondenſium arcem urbe capta oppugnabant: incluſi quum alia ſpes auxilii nulla eſſet, legatos ad conſulem orantes opem miſerunt. cum conjugibus ac liberis in arce incluſos ſe mortem indies aut ferro aut fama patiendam exſpectare. Volenti conſuli cauſſa in Pamphyliam divertendi oblata eſt. adveniens obſidione Iſiondenſes exemit. Termeſſo pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis. item Aſpendiis, cæteriſque Pamphyliæ populis. Ex Pamphylia rediens ad flumen Taurum primo die, poſtero ad Xylinen (quam vocant) comen poſuit caſtra. Profectus inde continentibus itineribus, ad Cormaſam urbem pervenit. Darſa proxima urbs erat. eam metu incolarum deſertam, plenam omnium rerum copia invenit. Progredienti præter paludes, legati ab Lyſinoe dedentes civitatem venerunt. Inde [3] in agrum Sagalaſſenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum eſt. Colunt Piſidæ, longe optimi bello regionis ejus. quum ea res animos facit, tum agri fœcunditas & multitudo hominum, & ſitus inter paucas munitæ urbis. Con-

λοβᾶτον προσαγορευόμενον ποταμόν. Videndum an apud Livium in eo nomine ſit literarum tranſpoſitio, & ſcribendum, *Colobatum*. Ful. Urſinus.

1 *Termeſenſes eo tempore*] Antea legebatur *Thermenſes*, à *Termeſo* autem *Termeſenſes* correxit Glareanus. Ego autem veterem hoc etiam loco ſcripturam tueor. id autem ut faciam pervetuſtum quoddam decretum, quod Romæ viſitur, me impellit, in quo ita eſt: *Quei. Thermenſes. majores. Peiſidae. fuerunt. queique. eorum. legibus. Thermenſium. majorum. Peiſidarum. ante. K. April. quae. fuerunt. L. Gellio. Cn. Lentulo. Coſ. Thermenſes. majores. Peiſidae. facti. ſunt.* Eſt autem *Termeſus* urbs Piſidiæ, Strabone, Stephano, Euſtathio auctoribus. *Sigonius.* Græci quoque nummi habent ΤΕΡΜΗϹϹΕΩΝ. *Fulv. Urſinus.*

2 *Iſiondenſium arcem urbe capta*] *Iſindenſium* ex auctoritate Stephani Byzantii ſcribendum fuit. Ἴσινδος, πόλις Ἰωνίας· ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος. Λέγεται καὶ Ἴσινδα. Licet in Polybii fragmento ſit: ἦλθον πρὸς αὐτὸν πρέσβεις ἐκ τῆς Ἰσιόνδης προσαγορευομένης πόλεως, δεόμενοι σφίσι βοηθῆναι. Quæ ſcriptura quia conſtanter apud Polybium altero etiam loco reperitur, poterit retineri apud Livium quoque. Nam quod viri docti repoſuerunt *Hyrienſium*, id prorſus ineptum eſt. *Idem.*

3 *In ag. Sagalaſſenum*, &c. *Colunt Piſidæ*] Stephanus item: Σαγάλασσος πόλις Πισιδίας. Contra Ptolemæus in Lycia ſtatuit: pro Livio eſt Arrianus lib. primo: ἦν δὲ Σαγάλασσος οὐ μικρὰ πόλις, Πισίδαι δὲ καὶ ταύτην ᾤκουν. *Sigonius.*

1 *Quia*

Conſul, [1] quia nulla legatio ad finem præſto fuerat, prædatum in agros miſit. tum demum fracta pertinacia eſt, ut ferri agique res ſuas viderunt. Legatis miſſis pacti quinquaginta talentis, & viginti millibus medimnûm tritici, viginti hordei, pacem impetraverunt. Progreſſus inde ad Obrimæ fontes, ad vicum, quem Aporidos comen vocant, poſuit caſtra. Eo Seleucus ab Apamea poſtero die venit. Ægros inde & inutilia impedimenta quum Apameam dimiſiſſet, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum campum, poſtero die Dinias Phrygiæ proceſſit. Inde Synnada venit; metu omnibus circa oppidis deſertis. quorum jam præda grave agmen trahens, vix quinque millium die toto itinere perfecto, [2] ad Beudos, quod vetus appellant, pervenit. ad Anabura inde, & altero die [3] ad Alandri fontes, tertio ad Abbaſſum poſuit caſtra. ibi plures dies ſtativa habuit: quia perventum erat ad [4] Toliſtoboio-
16 rum fines. [5] Hi Galli, magna hominum vis, ſeu inopia agri, ſeu prædæ ſpe, nullam gentem per quam ituri eſſent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos pervenerunt. ibi ſeditio orta, & [6] ad viginti millia hominum cum Leo-

1 *Quia nulla legatio ad fines præſto fuerat*] Repoſuimus è Mſſ. *finem*. Sic amat noſter. Lib. 2. *Qua Tuſcus ager Romano adjacet, ſua tuta omnia, infeſta hoſtium, vagantes per utrumque finem fecere*. Lib. 4. *Quibus venientibus, ad finem legatio Vejentium obviam fuit*. Lib. 33. *Redeuntes inde Ligurum extremo fine incidunt in agmen Romanorum*. J.F.Gron.

2 *Ad Beudos, quod vetus appellant*] Quidam libri *Beundos*. Sed Ptolemæus Βεῦδος παλαιὸν appellat. *Glareanus*.

Ad Beundos, qu. vetus] *Beudos* legendum. Ptolemæus enim Βεῦδος παλαιὸν vocat. *Sigonius*.

3 *Ad Mandri fontes*] Vet. lib. *ad Alexandri*. Glareanus *ad Mæandri* reſtituit. Ego *ad Alandri*. non enim vidit Glareanus, ſi *ad Mæandri* fontes conſul iret, eum regreſſurum non progreſſurum fuiſſe. Jam autem finibus Toliſtobojorum vicinus erat, inter quos paulo poſt meminit Livius fluminis *Alandri*. Idem.

4 *Toliſtobogiorum*] Vet. lib. *Toliſtoboiorum*. Recte. ſic Stephanus: Τολιστόβοιοι ἔθνος Γαλατῶν Ἑσπερίων μετοικησάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας εἰς Βιθυνίαν. Item Appianus in Syriaca: Γαλατῶν τε ἔθνη Τεκτοσάγαι τε καὶ Τρόκμοι καὶ Τολιστόβοιοι. Iidem tamen *Toliſtobogii etiam dicti ſunt*. Idem.

5 *Hi Galli, magna*] Sic MSS. Modii. nam noſtræ edd. deſtituebantur illo *hi*. Gruterus.

6 *Ad XX millia hom. cum Lomnorio ac Lut. r. ſeceſſ. facta à Brenno in Thraciam*] Suidas eandem hiſtoriam recitat

Leonorio ac Lutario regulis, ſeceſſione facta à Brenno, in Thraciam iter averterunt. ubi cum reſiſtentibus pugnando, pacem petentibus ſtipendium imponendo Byzantium quum perveniſſent, aliquamdiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Aſiam tranſeundi, audientes ex propinquo quanta ubertas terræ ejus eſſet, cepit. & Lyſimachia fraude capta, Cherſoneſoque omni armis poſſeſſa, ad Helleſpontum deſcenderunt. Ibi vero exiguo diviſis freto cernentibus Aſiam, multo magis animi ad tranſeundum accenſi; nunciosque ad Antipatrum præfectum ejus oræ de tranſitu mittebant. quæ res quum lentius ſpe ipſorum traheretur, alia rurſus nova inter regulos orta ſeditio eſt. Leonorius retro, unde venerat, cum majore parte hominum repetit Byzantium: Lutarius, Macedonibus per ſpeciem legationis ab Antipatro ad ſpeculandum miſſis, duas tectas naves, & tres lembos adimit. his alios atque alios dies nocteſque tranſvehendo, intra paucos dies omnes copias trajecit. Haud ita multo poſt Leonorius, adjuvante Nicomede Bithyniæ rege, [1] à Byzantio tranſmiſit. Coëunt deinde in unum rurſus Galli, & auxilia Nicomedi dant, [2] adverſus Zybœam, partem tenentem Bithyniæ, gerenti bellum. At-

tat in voce, Γαλάται· οἱ δ' ἐπὶ Θρᾴκην καὶ τὴν Ἀσίαν ἐτράποντο, ἀμφὶ τοὺς δύο καὶ μάλιστά πως καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες. καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μικροῦ τοῦ ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου Ἀσιατῶν γενῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρου, αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν χωρία κατασχόντες ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ Βιθυνῶν τε καὶ Καππαδοκῶν κείμενα. Pro *Lomnorio* vet. lib. *Lonorio.* Strabo: *Leonorio*, quo pacto legendum eſſe puto. Ejus hæc verba ſunt, ubi de Aſiaticis Gallis loquitur lib. 12. Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεονόριος. *Sigonius.*

Cum Lenorio ac Lutario] Hoc nuper natum. Scripti & olim editi: *Lemnorio.* Sigonianus, *Lonorio.* Straboni Λεονόριος eſt: Memnoni apud Photium Λεωννόριος. Eidem alter Λυτάριος. Idem vocabulum Cæſari *Luterius*, Agathiæ Λευθάριος & Λεύθαρις. Utrumque nomen Germanis etiam nunc in uſu, *Leonhartus* & *Lotarius* vel *Luderus.* J. F. Gron.

1 *A Byzantio tranſmiſit*] Thuan. *tramiſit.* Jac. Gron.

2 *Adverſus Zybœam*] Moguntinæ membranæ faciunt *Zibœtam.* Optime: idem enim Memnoni Ζιποίτης Βιθυνὸς ὃς τῆς Θυνιακῆς ἐπῆρχεν Θρᾴκης, Diodoro Ζιβύτης· ut Ῥοιμετάλκης, Ῥυμετάλκης. *J. F. Gron.*

1 *Tecto-*

Atque eorum maxime opera deviĉtus Zybœa eſt, Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis conceſſit. Profeĉti ex Bithynia in Aſiam proceſſerunt. non plus ex viginti millibus hominum quam decem armata erant: tamen tantum terroris omnibus, quæ cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt; ut quas adiſſent, quaſque non adiſſent, pariter ultimæ propinquis imperio parerent. Poſtremo quum tres eſſent gentes, Toliſtoboii, Trocmi, [1] Teĉtoſagi; in tres partes, qua cuique populorum ſuorum veĉtigalis Aſia eſſet, diviſerunt. Trocmis Helleſponti ora data: Toliſtoboii Æolida atque Ioniam, Teĉtoſagi mediterranea Aſiæ ſortiti ſunt. & ſtipendium tota cis Taurum Aſia exigebant. [2] Sedem autem ipſi circa Halyn flumen ceperunt. tantuſque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna ſobole auĉta, ut Syriæ quoque ad poſtremum reges ſtipendium dare non abnuerent. Primus Aſiam incolentium abnuit Attalus, pater regis Eumenis. audacique incepto præter omnium opinionem affuit fortuna: & ſignis collatis ſuperior fuit. non tamen ita infregit animos eorum, ut abſiſterent imperio. [3] Eædem opes uſque ad bellum Antiochi cum Romanis manſerunt. tum quoque pulſo Antiocho, magnam ſpem habuerunt; quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad ſe non perventurum.

17 Cum hoc hoſte tam terribili omnibus regionis ejus, quia bellum gerendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum allocutus eſt conſul: *Non me præterit, milites, omnium, quæ Aſiam colunt, gentium Gallos fama belli præſtare.*

1 *Teĉtoſagi*] Apud Græcos hi populi modo *Teĉtoſagæ*, modo *Teĉtoſages* vocantur, ut apud Appianum & Strabonem. Item Steph. ait: Τεκτόσαξ. Τεκτόσαγες ἔθνος Γαλατικόν. εὕρεται Τεκτοσάγης εὐθεῖα, καὶ Τεκτοσάγαι. In vet. lib. etiam non *Teĉtoſagi* legitur, ſed *Teĉtoſages*. Sigonius.

2 *Sedem ipſi circa H. f. ceperunt*] Thuan. *ſedem ipſi ſibi circa*. Jac. Gron.

3 *Eiſdem opes uſque ad bellum Antiochi cum Romanis manſerunt*] Scribe cum membr. Barber. *Eadem opes*. Illud elegantius intelligitur. Juſtinus de Parthis: *Veſtis olim ſui moris, poſteaquam acceſſere opes, ut Medis, pellucida ac fluida*. J.F. Gron.

1 *Ad*

ſtare. Inter mitiſſimum genus hominum, ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum, ſedem cepit. procera corpora, promiſſæ & rutilatæ comæ, vaſta ſcuta, prælongi gladii: ad hoc cantus inchoantium prœlium, & ululatus & tripudia, & quatientium ſcuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus: omnia de induſtria compoſita ad terrorem. Sed hæc, quibus inſolita atque inſueta ſunt, Græci & Phryges & Cares timeant: Romanis Gallici tumultus aſſuetis, etiam vanitates notæ ſunt. Semel primo congreſſu [1] *ad Alliam olim fuderunt majores noſtros: ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in modum conſternatos cædunt, fugantque. & plures prope de Gallis triumphi, quam de toto orbe terrarum acti ſunt. Jam uſu hoc cognitum eſt; ſi primum impetum, quem fervido ingenio & cæca ira effundunt, ſuſtinueris; fluunt ſudore & laſſitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles ubi ira conſedit animos, ſol, pulvis, ſitis, ut ferrum non admoveas, proſternunt. Non legionibus legiones eorum ſolum experti ſumus, ſed vir unus cum viro congrediendo. T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt. Jam M. Manlius unus agmine ſcandentes in Capitolium Gallos detruſit. & illis majoribus noſtris cum haud dubiis Gallis in terra ſua genitis res erat. Hi jam degeneres ſunt; miſti, & Gallogræci vere, quod appellantur. Sicut in frugibus pecudibuſque, non tantum ſemina ad ſervandam indolem valent, quantum terræ proprietas cœlique, ſub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Ægypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent; in Syros, Parthos, Ægyptios degenerarunt. Maſſilia, inter Gallos ſita, traxit aliquantum ab accolis animorum: Tarentinis quid ex Spartana dura illa & horrida diſciplina manſit?* [2] *Generoſius in ſua quicquid ſede gignitur, inſitum alienæ*

1 *Ad Alliam eos olim fuderunt, majores noſtri ex eo tempore*] Loquitur de Alienſi clade. Itaque lege, ut eſt in vet. lib. *Semel primo congreſſu ad Alliam olim fuderunt majores noſtros, ex eo tempore,* &c. In priore autem membro, ſubaudiuntur Galli, in poſteriore, Majores noſtri. *Sigonius.*

2 *Generoſius in ſua quidquid ſede gignitur*] Aſſentior Florebello legenti, *quidque.* Idem.

In ſua quidquid] Lege: *quidque.* J. F. Gron.

alienæ terræ, in id quo alitur, natura vertente ſe, degenerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, ſicut in acie Antiochi cecidiſtis, victos victores cædetis. [1] *Magis id vereor, ne parum inde gloriæ quam ne nimium belli ſit. Attalus eos rex ſæpe fudit, fugavitque. Nolite exiſtimare, belluas tantum recens captas feritatem illam ſilveſtrem primo ſervare, deinde, quum diu manibus humanis alantur, miteſcere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam eſſe. Eoſdemne hos creditis eſſe, qui patres eorum avique fuerunt? extorres inopia agrorum profecti domo per aſperrimam Illyrici oram; Pæoniam inde & Thraciam,* [2] *pugnando cum ferociſſimis gentibus, emenſi, has terras ceperunt. Duratos*

1 *Magis vereor ne*] Vet. lib. *Magis id vereor, ne.* Sigonius.

2 *Pugnando cum ferociſſimis gentibus emenſi*] Freinshemius ad Florum corrigit, *emerſi*: quoniam cum hoc verbo conjungit quod præcedit, *per aſperrimam Illyrici oram.* Cæterum id non opus eſt, ſi recte diſtinguas, & quidem ita: *extorres inopia agrorum profecti domo per aſperrimam Illyrici oram: Pæoniam inde Thraciamque pugnando cum ferociſſimis gentibus emenſi, has terras ceperunt.* Ea phraſi apud Plautum Pſeudolo a. 4 ſc. 4 eſt: *Quin hinc metimur gradibus militariis.* Neſcio an hoc ſatis Latine, inquit vir nobilis: reſcribo, *metamur*, hoc enim purum putum caſtrenſe ac militare vocabulum. Immo maneat antiquum. *Metamur* caſtra, agrum, hoſpitium; *metimur* cum alia, tum tranſlate eleganter *viam*, quam carpimus. *Metari* eſt fines ſeu metas ſtatuere & deſignare: *metiri* eſt eadem cognoſcere, menſuram modumque colligere. Horatio *decempedis metata porticus* eſt, ut ait Acro, *menſurata, diſpoſita: nam metari caſtra magna cura ducum peritiaque conſtitui.* Eidem *metatus agellus* eſt adſignatus & diviſus limitibus conſtitutis. Valerio Catoni in Diris, *metata agellos pertica.* Virgilius decore: *ſi pinguis agros metabere campi*, id eſt eliges & ſecernes vitibus ponendis, locum vitibus capies in agro pinguis campi. Latinus Pacatus in Panegyrico: *divinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hoſpitium.* A quo uſu *metata* in jure noſtro, quæ & μετάτα ἢ μιτάτα poſterioribus Græcis. Seneca epiſtola 88. *Metiri me geometres docet latifundia.* Id mox explicat: *ſcire agellum in partes dividere, colligere ſubtiliter pedes jugeri, & comprehendere etiam, ſi quid decempedam effugit.* Ut metatoris eſt modum ac limites agro vel caſtris conſtituere, hoſpitium capere & adſignare: ita menſoris *agri menſuram agere* & *modum ejus renuntiare*, ut loquuntur Paullus & Ulpianus D. Si menſor falſum modum dixerit: ad caſtra (etſi Lucilium auſum ſciam) & hoſpitia non pertinet, niſi quatenus metator ante metitur, vel menſoris opera utitur in caſtris aut agris adſignandis. Ab eo *metiri viam* tralate Horatio: *ſacram metiente te viam.* Ubi Acro: *metientem* dixit *ambulantem*, ut: *Inſtabili greſſu metitur litora cornix.* Qui verſus eſt Lucani lib. 5. L. 2 ſ. 8 Si quis caution. *niſi anguſtiæ non patiebantur terræ iter metiri.* Et ſic *emenſi, permenſi, remenſi,* viam dicimur. Ennius annali primo; *Hinc campum celeri paſſu permenſa parumper, Conjicit in ſilvam ſeſe.* Ubi fruſtra ſollicitarunt. Appulejus 1 Metam. *roſcida ceſpitum & globoſa camporum emenſa.* Frontinus 3 Strateg. 11. *cum*

Duratos eos tot malis exaſperatoſque accepit terra, quæ copia rerum omnium ſaginaret. uberrimo agro, mitiſſimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, manſuefacta eſt feritas. Vobis, mehercule, Martis viris, cavenda ac fugienda quamprimum amœnitas eſt Aſiæ. tantum hæ peregrinæ voluptates ad extinguendum vigorem animorum poſſunt: tantum contagio diſciplinæ moriſque accolarum valet. Hoc tamen feliciter evenit, quod ſicut vim adverſus vos nequaquam, ita famam apud Græcos parem illi antiquæ obtinent, cum qua venerunt. bellique gloriam victores eandem inter ſocios habebitis, quam ſi ſervantes antiquum ſpecimen animorum Gallos viciſſetis.
Concione dimiſſa, miſſiſque ad Epoſſognatum legatis, 18
qui unus ex regulis & in Eumenis amicitia manſerat, & negaverat Antiocho adverſus Romanos auxilia, caſtra movit. primo die ad Alandrum flumen, poſtero ad vicum, quem vocant Tyſcon, ventum. Eo legati Oroandenſium quum veniſſent amicitiam petentes, ducenta talenta iis ſunt imperata: precantibuſque ut domum renuntiarent, poteſtas facta. Ducere inde exercitum conſul ad Plitendum: deinde [1] ad Alyattos caſtra poſita. Eo miſſi ad Epoſſognatum redierunt, [2] & legati cum illis reguli orantes, ne Tectoſagis bellum inferrent. [3] ipſum in

cum tridui iter diſcedens confeciſſet, idem illud uno die remenſus. Sic ergo Plauto, *metimur hinc*, puta viam, *gradibus militariis*, nihil eſt aliud quam Truculento a. 2 ſc. 2. *abimus hinc grandi gradu.* J. F. Gron.

1 *Ad Alyatos caſtra poſita*] Stephanus: Ἀλυαττὰ χωρίον Βιθυνίας. *Sigonius.*

2 *Et leg. compulſi reguli or.*] Vox *Compulſi*, non eſt in vet. lib. ut ſit: legati miſſi ad Epoſſognatum, & legati reguli Epoſſognati eo redierunt. *Idem.*

Legati compulſi reguli orantes] Gente pellendus eſt regulus ille *compulſus* ipſi olim Livio incognitus. Delet vocem Sigonius, neque comparet in Barber. Petav. Voſſ. ſed Naudæanus retinet, & videtur ex duabus aliis corruptis conflata, ſcriptumque fuiſſe quondam: *Eo miſſi ad Epoſſognatum redierunt, & legati cum illis reguli orantes, ne Tectoſagis bellum inferret: ipſum in eam gentem iturum Epoſſognatum, perſuaſurumque, ut imperata facerent.* Miſerat ad Epoſſognatum Gallorum regulum legatos conſul: hi in caſtra ad Alyattos redierunt, unaque cum illis legati ab regulo, ad quem ierant, Epoſſognato. Delevimus & vacantem particulam ibi: *& ipſum in.* J. F. Gron.

3 *Et ipſum i. e. g. iturum; & Epoſſognatum*] Vet. lib. *Et ipſum in eam gentem iturum Epoſſognatum.* Sigonius.

in eam gentem iturum Epoſſognatum: perſuaſurumque ut imperata faciant. Data venia regulo. duci inde exercitus per Axylon (quam vocant) terram cœptus. Ab re nomen habet. non ligni modo quicquam, ſed ne ſpinas quidem, aut ullum aliud alimentum fert ignis. [1] Fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Cuballum Gallogræciæ caſtellum caſtra habentibus Romanis, apparuere cum magno tumultu hoſtium equites. nec turbarunt tantum ſtationes Romanas repente invecti, ſed quoſdam etiam occiderunt. qui tumultus quum in caſtra perlatus eſſet, effuſus repente omnibus portis equitatus Romanus fudit, fugavitque Gallos, & aliquot fugientes occidit. Inde conſul, ut qui jam ad hoſtes perventum cerneret, explorato deinde & cum cura coacto agmine procedebat. continentibus itineribus quum ad Sangarium flumen perveniſſet, pontem, quia vado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miſcetur ad Bithyniam [2] Thymbri fluvio. inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & [3] in Propontidem ſeſe effundit; non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piſcium accolis ingentem vim præbet. [4] Tranſgreſſis ponte perfecto flumen, præter ripam euntibus Galli Matris Magnæ à Peſſinunte occurrere cum inſignibus ſuis, vaticinantes fanatico carmine, Deam

1 *Fimo bubulo pro lignis utuntur*] Ulpianus l. 55 §. 6. D. de legatis 3. *In quibuſdam provinciis & edito boum ad hanc rem utuntur.* J. F. Gron.

2 *Tymbreti fluvio*] Vet. lib. *Thymbri.* Græci etiam ut Strabo, ut Stephanus Θύμβριον ποταμὸν nominant. *Sigonius.*

3 *In Propontidem ſe effundit*] Loquitur de Sangario flumine. Itaque malim legi *in Pontum*, quam *in Propontidem.* Sic enim Arrianus lib. 1. τοῦ δὲ Σαγγαρίου αἱ μὲν πηγαὶ ἐκ Φρυγίας εἰσίν· αὐτὸς δὲ διὰ τῆς Θρᾳκῶν τῶν Βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. Ita Euſtathius in Dionyſium. *Idem.*

4 *Tranſgreſſis ponte - - - Galli matris magnæ - - - vaticinantes, &c.*] Hanc hiſtoriam ſic expreſſit Græce Suidas: Γναῖος ὁ ὕπατος Ῥωμαίων διερχόμενος ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον ποταμὸν τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσβατον, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν στρατοπεδευσαμένου παραγίνονται Γάλλοι παρ' Ἄττιδος καὶ Βαττάκου τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, ἔχοντες πρὸς τῇ ἰδέᾳ καὶ τύπον, φάσκοντες προσαγγέλλειν τὴν θεὰν νίκην καὶ κράτος. οὓς ὁ Γναῖος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο. *Idem.*

Deam Romanis viam belli & victoriam dare, imperiumque ejus regionis. Accipere ſe omen quum dixiſſet conſul; caſtra eo ipſo loco poſuit. poſtero die ad Gordium pervenit. Id haud magnum quidem oppidum eſt, ſed pluſquam mediterraneum celebre & frequens emporium. [1] tria maria pari ferme diſtantia intervallo habet. Helleſpontum, ad Sinopen, & alterius oræ littora, qua Cilices maritimi colunt. multarum magnarumque præterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui uſus contraxere. id tum deſertum fuga incolarum oppidum, refertum idem copia rerum omnium invenerunt. Ibi ſtativa habentibus legati ab Epoſſognato venerunt, nunciantes, *Profectum eum ad regulos Gallorum, nihil æqui impetraſſe. ex campeſtribus vicis agriſque frequentes demigrare; & cum conjugibus ac liberis quæ ferre atque agere poſſent, præ ſe agentes portanteſque [2] Olympum montem petere, ut inde armis locorumque ſitu ſeſe tueantur.*
Certiora poſtea Oenoandenſium legati attulerunt. To- 19
liſtoboiorum civitatem Olympum montem cepiſſe: diverſos [3] Tectoſagos [4] alium montem, qui Magaba dicatur, petiſſe. Trocmos, conjugibus ac liberis apud Tectoſagos depoſitis, armatorum agmi-

1 *Tria maria --- Helleſpontum ad Si. &c.*, &c. *qua Cilices m. c.*] De Gordio urbe loquitur, de qua ſic Curtius lib. 3. *Gordium Sangarius amnis interfluit pari intervallo Pontico & Cilicio mari diſtans.* Sigonius.

Helleſpontum, ad Sinopen & alterius oræ litora] Merito offenſus his verbis ſcribit Freinshemius: *Helleſpontum, Pontum ad Sinopen & alterius oræ litora.* Sed ſciendum omnem veterem lectionem ante Curionem fuiſſe: *ad Helleſpontum*; quam vocem accipiendam non pro mari, ſed pro regione terrarum: atque ita ſine ulla ambiguitate intelliges mare unum ad Helleſpontum, alterum ad Sinopem, tertium ad litora Cilicum. *J. F. Gron.*

2 *Olympum montem petere*] Hoc in bello crebra eſt mentio *Olympi* montis, ad quem victi Toliſtobogii ſunt: pro quo *Didymum* reſtituendum eſſe cenſet Glareanus. Quam vere autem ita cenſeat, oſtendit Appianus in Syriaca, ubi hujus belli meminit ita: Μάνλιος τῶν Γαλατῶν τοὺς Τολιστοβοίους ἀναφυγόντας ἐς τὸ Μύσιον Ὄλυμπον ἐπιμόχθως τοῦ ὄρους ἐπιβὰς ἐτρέψατο φεύγοντας, ἕως ἀπέκτεινε. *Sigonius.*

3 *Tectoſagos*] *Tectoſagas*, ut ſupra. *Idem.*

4 *Alium montem, qui Magana dicatur*] Recte Freinshemius: *Magaba*. Qui & divine apud Florum lib. 2, 12. *In altiſſimos ſe montes recepiſſent, quos Toliſtoboji Olympum, Tectoſagi Magaba inſederant.* Andreas: *Magava.* J. F. Gron.

agmine Toliſtoboiis ſtatuiſſe auxilium ferre. Erant autem tunc trium populorum reguli [1] Ortiagon & Combolomarus, & Gaulotus. Iis hæc maxime belli ratio ſumendi fuerat, quod quum montes editiſſimos ejus regionis tenerent, convectis omnibus, quæ ad uſum quamvis longi temporis ſufficerent, tædio ſe fatigaturos hoſtes cenſebant. *Nam neque auſuros per tam ardua atque iniqua loca ſubire eos: & ſi conarentur, vel parva manu prohiberi ac deturbari poſſe. nec quietos in radicibus gelidorum montium ſedentes, frigus, aut inopiam laturos.* Et quum ipſa altitudo locorum eos tutaretur, foſſam quoque & alia munimenta verticibus iis, quos inſederant, circumjecere. Minima apparatus miſſilium telorum cura fuit, quod ſaxa affatim præbituram aſperitatem ipſam locorum credebant. Conſul, quia non cominus pugnam, ſed procul, locis oppugnandis futuram præceperat animo, ingentem vim pilorum, [2] velitarium haſtarum, ſagittarum, glandiſque & modicorum, qui funda mitti poſſent, lapidum paraverat. inſtructuſque miſſilium apparatu, ad Olympum montem ducit: & à quinque ferme millibus locat caſtra. Poſtero die cum quadringentis equitibus, & Attalo progreſſum eum ad naturam montis, ſitumque Gallicorum caſtrorum viſendum, equites hoſtium, duplex numerus, effuſi caſtris in fugam averterunt. occiſi quoque pauci fugientium, vulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus; quia nemo hoſtium extra munimenta proceſſit; tuto circumvectus montem, animadvertit meri-

1 *Orgiago & Colombolomarus*] Legendum *Ortiagon*, ex vet. lib. Floro, eo, qui ſcripſit de Viris illuſtribus, & Suida; inquit enim Ὀρτιάγων Γαλάτης, &c. *Sigonius.*

2 *Velitarium haſtarum*] Quæ erant jaculatoriæ, id eſt, quibus eminus jaculabantur: proinde aliis leviores. Polybio *haſta velitaris* haſtile erat longitudine duum cubitorum, craſſitie digitali, ferro dodrantali, ita in tenuitatem & gracilitatem ducto & ſpiculato; ut primo ſtatim jactu neceſſario inflectatur. *à velitari* autem *& manipulari haſta* differebat *amentata.* quæ gravior erat & major, & ut majore impetu torqueretur, habena vel amento media vinciebatur, cui digitus inſerebatur ad conatum jactus adjuvandum. *Turnebus.*

meridiana regione terrenos, & placide acclivos ad quendam finem colles eſſe; ad ſeptentrionem arduas & rectas prope rupes. atque omnibus ferme aliis inviis, itinera tria eſſe: unum medio monte, qua terrena erant: duo difficilia ab hiberno ſolis ortu, & ab æſtivo occaſu. Hæc contemplatus eo die, ſub ipſis radicibus poſuit caſtra. poſtero die ſacrificio facto, quum primis hoſtiis litaſſet, trifariam exercitum diviſum ducere ad hoſtem pergit. ipſe cum maxima parte copiarum, qua æquiſſimum aditum præbebat mons, aſcendit. L. Manlium fratrem ab hiberno ortu, quoad loca patiantur, & tuto poſſit, ſubire jubet. ſi qua periculoſa & prærupta occurrant, non pugnare cum iniquitate locorum, neque inexſuperabilibus vim afferre: ſed obliquo monte ad ſe declinare, & ſuo agmini conjungi. C. Helvium cum tertia parte circumire ſenſim per infima montis, deinde ab æſtivo occaſu erigere agmen. & Attali auxilia trifariam æquo numero diviſit: ſecum eſſe ipſum juvenem juſſit. equitatum cum elephantis in proxima tumulis planicie reliquit. Edictum præfectis, ut intenti quid ubique geratur, animadvertant: opemque ferre, quo poſtulent res, properent. Galli 21
duobus lateribus ſatis fidentes invia eſſe, ab ea parte, quæ in meridiem vergeret, ut armis clauderent viam, quatuor ferme millia armatorum ad tumulum imminentem viæ, minus mille paſſuum à caſtris occupandum mittunt: eo ſe rati velut caſtello iter impedituros. Quod ubi Romani viderunt, expediunt ſeſe ad pugnam. ante ſigna modico intervallo velites eunt, & ab Attalo Cretenſes ſagittarii, & funditores, [1] & Tralli Thraces: ſigna peditum ut per arduum leni gradu ducuntur, ita præ ſe habentium ſcuta, ut miſſilia tantum vitarent, pede collato non viderentur pugnaturi. Miſſilibus ex intervallo loci

1 *Et Triballi Thraces*] Vet. lib. *Et Tralli, & Thraces*, recte. neque enim aſſentiendum eſt Glareano, qui pro *Trallis Triballos* invexit, quos Illyriorum eſſe populos ſupra docuimus. *Sigonius.*

loci prœlium commiſſum eſt; primo par, Gallos loco adjuvante, Romanos varietate & copia telorum. Procedente certamine nihil jam æqui erat. ſcuta longa, cæterum ad amplitudinem corporum parum lata, & ea ipſa plana, male tegebant Gallos. Nec jam tela habebant, præter gladios: quorum, quum manum hoſtis non conſereret, nullus uſus erat. Saxis, nec modicis, ut quæ non præparaſſent, ſed quod cuique temere trepidanti ad manum veniſſet, ut inſueti, nec arte, nec viribus adjuvantes ictum, utebantur. ſagittis, glande, jaculis incauti, ab omni parte configebantur: nec quid agerent, ira & pavore obcæcatis animis, cernebant: & erant deprehenſi genere pugnæ, in quod minime apti ſunt. Nam quemadmodum cominus, ubi invicem pati ac inferre vulnera licet, accendit ira animos eorum; ita ubi ex occulto & procul levibus telis vulnerantur, nec quo ruant cæco impetu, habent; velut feræ transfixæ in ſuos temere incurrunt. Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant, & ſunt fuſa & candida corpora, ut quæ numquam niſi in pugna nudentur: ita & plus ſanguinis è multa carne fundebatur, & fœdiores patebant plagæ, & candor corporum magis ſanguine atro maculabatur. Sed non tam patentibus plagis moventur. interdum inſecta cute, ubi latior, quam altior plaga eſt, etiam glorioſius ſe pugnare putant. Iidem, quum aculeus ſagittæ aut glandis abditæ introrſus tenui vulnere in ſpeciem urit, & [1] ſcrutantes quæ vellant, telum non ſequitur; tum in rabiem & pudorem tam parvæ perimentis peſtis verſi, proſternunt corpora humi, ſic ut paſſim procumberent. Alii ruentes in hoſtem, undique configebantur: & quum cominus venerant, gladiis à velitibus trucidabantur. Hic miles tripeda-

1 *Scrutantes quæ vellant*] Quæ vellerent, niſi telum? illud inveſtigandum illis erat, qua via & quo pacto, ſi forte fixum oſſibus hæreret, evellerent aculeum teli. Lego nulla prorſus mutatione *qua evellant*. Jac. Perizonius.

pedalem parmam habet: & in dextra haſtas, quibus eminus utitur. gladio Hiſpanienſi eſt cinctus. quod ſi pede collato pugnandum eſt, tranſlatis in lævam haſtis, ſtringit gladium. Pauci ſupererant jam Gallorum. qui poſteaquam ab levi armatura ſuperatos ſe viderunt, & inſtare legionum ſigna, effuſa fuga caſtra repetunt; pavoris & tumultus jam plena: ut ubi fœminæ, puerique, & alia imbellis turba permiſta eſſet. Romanos victores deſerti fuga hoſtium acceperunt tumuli. Sub idem tempus 22
L. Manlius, & C. Helvius, quum, quoad viam colles obliqui [1] dederunt, aſcendiſſent; poſteaquam ad invia ventum eſt, flexere iter in partem montis, quæ una habebat iter: & ſequi conſulis agmen modico uterque intervallo, velut ex compoſito, cœperunt; quod primo optimum factu fuiſſet, in id neceſſitate ipſa compulſi. Subſidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximo ſæpe uſui fuerunt: ut primis forte deturbatis, ſecundi & tegant pulſos, & integri pugnam excipiant. Conſul, poſteaquam ad tumulos ab levi armatura captos prima ſigna legionum pervenerunt; reſpirare, & conquieſcere pauliſper militem jubet: ſimul ſtrata per tumulos corpora Gallorum oſtentat: *Et quum levis armatura tale prælium ediderit, quid ab legionibus, quid ab juſtis armis, quid ab animis fortiſſimorum militum exſpectari? Caſtra illis capienda eſſe, in quæ compulſus ab levi armatura hoſtis trepidet.* præcedere tamen jubet levem armaturam: quæ, quum ſtaret agmen, colligendis per tumulos telis, ut miſſilia ſufficerent, haud ſegne idipſum tempus conſumpſerat. Jam caſtris appropinquabant: & Galli, ne parum ſe munimenta ſua tegerent, armati pro vallo conſtiterant. obruti deinde omni genere telorum, quum quo plures ac denſiores erant, eo minus vani quicquam intercideret teli: intra vallum momento temporis compelluntur, ſta-

1 *Dederint, aſcendiſſent*] Thuan. *eſcendiſſent.* Jac. Gron.

ſtationibus tantum firmis ad ipſos aditus portarum relictis. In multitudinem compulſam in caſtra vis ingens miſſilium telorum conjiciebatur: & vulnerari multos, clamor permiſtus mulierum atque puerorum ploratibus ſignificabat. In eos qui portas ſtationibus ſuis clauſerant, legionum anteſignani pila conjecerunt. hi vero non vulnerabantur: ſed tranſverberatis ſcutis pleriqueinter ſe conſerti hærebant: nec diutius impe-
23 tum Romanorum ſuſtinuerunt. Patentibus jam portis, priuſquam irrumperent victores, fuga è caſtris Gallorum in omnes partes facta eſt. [1] ruunt cæci per vias, per invia: nulla præcipitia ſaxa, nullæ rupes, obſtant: nihil præter hoſtem metuunt. Itaque plerique præcipites per vaſtam altitudinem prolapſi aut debilitati exanimantur. [2] conſul caſtris captis, direptione prædaque abſtinet. militem ſequi pro ſe quemque & inſtare, & perculſis pavorem addere, jubet. Supervenit & alterum cum L. Manlio agmen, nec eos caſtra intrare ſinit. protinus ad perſequendos hoſtes mittit. & ipſe paulo poſt, tradita captivorum cuſtodia tribunis militum, ſequitur: debellatum ratus, ſi in illo pavore quam plurimi cæſi forent aut capti. Egreſſo conſule, C. Helvius cum tertio agmine advenit. nec continere ſuos à direptione caſtrorum valuit: prædaque eorum, iniquiſſima ſorte, qui pugnæ non interfuerant, facta eſt. Equites diu ignari, & pugnæ & victoriæ ſuorum, ſteterunt. deinde & ipſi, quantum equi in colles ſubire poterant, ſparſos fuga

Gallos

1 *Nunc cæci per vias, per invia*] Perſpicua menda eſt in voce, *nunc*, pro qua libri veteres habent, *ruunt*. Sigonius.

2 *Conſul caſtris captis direptione prædaque abſtinet*] Omnes ante Moguntinos: *præda quibuſque abſtinet*. An fuit: *direptione prædatibuſque abſtinet*. Neque enim incommoda vox ſit per analogiam *prædatus*. J. F. Gron.

Direptione p. abſtinet. militem ſequi] Non male forſitan conſul abſtinere ea re dicitur, quam militibus ſuis non permittit, quorum erat capta hoſtium caſtra diripere. Malim tamen, cum tam facili negotio ſententia hæc commodius & concinnius enunciari queat, *Conſul c. c. direptione p. abſtinere militem, ſequi pro ſe quemque*, &c. *Jac. Perizonius.*

1 *Qui*

Gallos circa radices montis conſectati cecidere, aut cepere. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes anfractus montium fugaque & cædes fuit: & magna pars rupibus inviis in profundæ altitudinis convalles delapſa eſt: pars in ſilvis vepribuſque occiſa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte ſcribit, ad quadraginta millia hominum cæſa, auctor eſt. Valerius Antias, [1] qui magis immodicus in numero augendo eſſe ſolet, non plus decem millia. Numerus captivorum, haud dubie millia quadraginta explevit: quia omnis generis ætatiſque turbam ſecum traxerant; demigrantium magis quam in bellum euntium modo. Conſul armis hoſtium in uno concrematis cumulo, cæteram prædam conferre omnes juſſit: & aut vendidit quod ejus in publicum redigendum erat: aut cum cura, ut quam æquiſſima eſſet, per milites diviſit. Laudati quoque pro concione omnes ſunt, donatique pro merito quiſque. ante omnes Attalus, ſummo cæterorum aſſenſu: nam ſingularis ejus juvenis quum virtus & induſtria in omnibus laboribus, periculiſque, tum modeſtia etiam fuerat. Supererat bellum integrum cum 24
Tectoſagis. Ad eos profectus conſul, tertiis caſtris [2] Ancyram, nobilem in illis locis urbem, pervenit: unde hoſtes paulo plus decem millia aberant. Ubi quum ſtativa eſſent, facinus memorabile à captiva factum eſt. Ortiagontis reguli uxor forma eximia cuſtodiebatur inter plures captivos, cui cuſtodiæ centurio præerat; & libidinis & avaritiæ militaris. Is primo ejus animum tentavit. quem quum abhorrentem à voluntario videret [illegible] ſtupro;

1 *Qui magis immodicus*] Magontiaci provenit. Scripti & olim editi: *qui magis in numero augendo eſſe ſolet*. An dictum ut ſupra notavimus, *trahenda re eſſe*. J.F. Gron.

2 *Ancyram nobilem in illis locis urbem*] Sic Suidas in voce Γαλάται. ὅτι Γαλάτας ἐςράτευσαντο Ῥωμαῖοι κοινωνήσαντας Ἀντιόχῳ τῆς ἐπὶ τῷ Σιπύλῳ μάχης, καὶ συμπεσόντες αὐτοῖς περὶ πόλιν Ἀγκύραν Μανλίου σφῶν ἡγουμένου μυρίους τῶν τῆς μαχίμου ἡλικίας καταβάλλουσιν, &c. *Sigonius.*

1 *Quod*

ſtupro; corpori, [1] quod ſervum fortuna erat, vim fecit. Deinde ad leniendam indignitatem injuriæ, ſpem reditus ad ſuos mulieri facit. & ne eam quidem, ut amans, gratuitam; certo auri pondere pactus. ne quem conſcium ſuorum haberet, ipſi permittit, ut quem vellet, unum ex captivis nuncium ad ſuos mitteret. Locum prope flumen conſtituit: [2] quo, duo, nec plus, neceſſarii captivæ cum auro venirent nocte inſequenti, ad eam accipiendam. Forte ipſius mulieris ſervus inter captivos ejuſdem cuſtodiæ erat. hunc nuncium primis tenebris extra ſtationes centurio educit. Nocte inſequenti & duo neceſſarii mulieris ad conſtitutum locum, & centurio cum captiva venit. ubi quum aurum oſtenderent, quod ſummam talenti Attici (tanti enim pepigerat) expleret: mulier lingua ſua, ſtringerent ferrum, & centurionem penſantem aurum occiderent, imperavit. Jugulati præciſum caput, ipſa involutum veſte ferens, ad virum Ortiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, pervenit. quem priuſquam complecteretur, caput centurionis ante pedes ejus abjecit: mirantique cujuſnam id caput hominis, aut quod id facinus haudquaquam muliebre eſſet, & injuriam corporis, & ultionem violatæ per vim pudicitiæ confeſſa viro eſt: aliaque (ut traditur) ſanctitate & gravitate vitæ, hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conſervavit. Ad Ancyram in ſtativa Tectoſagum oratores ad conſulem venerunt; petentes, ne ante ab Ancyra caſtra moveret, quam collocutus cum ſuis regibus eſſet. nullas conditiones pacis iis non bello fore potiores. Tempus in poſterum diem conſtituitur: locuſque qui maxime medius inter caſtra Gallorum & Ancyram eſt viſus. Quo

quum

1 *Quod ſervum fortuna erat*] An *fecerat*? Sed & alterum *fecit* ſuperfluum eſt, ſcripſeratque Livius: *corpori, quod ſervum fortuna fecerat, vim; deinde ad leniendam indignitatem injuriæ, ſpem reditus ad ſuos mulieri fecit.* J. F. Gron.

2 *Quo duo nec plus*] Thuan. & Voſſ. *duo ne plus*, quod præplacet. 36, 1. *Ut auxilia ab ſociis ne ſupra quinque millium numerum acciperet.* Jac. Gron.

1 *Acta*

quum conſul ad tempus cum præſidio quingentorum equitum veniſſet, nec ullo Gallorum ibi viſo, regreſſus in caſtra eſſet; oratores iidem redeunt, excuſantes religione objecta venire reges non poſſe. principes gentis, per quos æque res tranſigi poſſet, venturos. Conſul ſe quoque Attalum miſſurum dixit. Ad hoc colloquium utrimque ventum eſt. trecentos equites Attalus præſidii cauſſa quum adduxiſſet, [1] jactæ ſunt pacis conditiones. Finis rei quia abſentibus ducibus imponi non poterat; convenit, uti conſul regeſque eo loco poſtero die congrederentur. Fruſtratio Gallorum eo ſpectabat: primum, ut tererent tempus, donec [2] res ſuas, cum quibus periclitari nolebant, cum conjugibus ac liberis trans Halyn flumen trajicerent: [3] deinde quod ipſi conſuli parum cauto adverſus colloquii fraudem inſidiabantur. Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delege-

1 *Acta ſunt pacis conditiones*] In vet. lib. aliis *Ictæ*, aliis *Jactæ*. Ego *dictæ*: quia ſubjungit: *Finis rei, quia abſentibus ducibus imponi non poterat.* ſic paulo poſt: *Eo & ab Antiocho legati, & ab ipſis Gallis, ut pacis leges dicerentur.* Sigonius.

Jactæ ſunt pacis conditiones] Sigonius notat in veteribus libris aliis fuiſſe *ictæ*, aliis *jactæ*: ſed ſe malle, *dictæ*. Plane & Barber. Petav. Naud. Voſſ. *jactæ*. Id quod aut mutandum omnino non eſt, aut mutandum non aliter quam in *jactatæ* ex conſuetudine Livii. Lib. 2. *Jactatum in conditionibus pacis nequicquam de Tarquiniis in regnum reſtituendis.* Lib. 37. *Smyrnam enim & Lampſacum & Alexandriam Troadem & Lyſimachiam in Europa, jactatas in diſceptationibus eſſe.* Lib. 39. *Lacedæmonii deinde introducti ſunt. multæ & parvæ diſceptationes jactabantur* Quæ mire confirmant lectionem vulgatam lib. 27, 9. *Quum alternis hæc conſules diu jactaſſent, nihil moti legati.* In libris eſt *dimaſtaſſent*: ex quo longe melius utique, qui illud, quam qui fabricarunt, quod laudat Sigonius: *demonſtraſſent*. Confirmant & noſtram emendationem lib. 30, 33. *Ita infecta pace, ex colloquio ad ſuos quum ſe recepiſſent, fruſtra verba jactata, renuntiant; armis decernendum eſſe.* Plinius lib. 9 epiſt 13. *Longum eſt omnia, quæ tunc hinc inde jactata ſint recenſere.* Tacitus 2 Hiſt. *Id ſenatuſconſultum varie jactatum, & prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum retinebatur.* J. F. Gron.

2 *Res ſuas cum quibus periclitari*] Voſſianus ignorat præpoſitionem. Forte non male. Nam ſic *periclitatur capite* Martialis. Quintilianus decl. 280. *Periclitor enim nuptiis, periclitor matrimonio.* Et decl. 325. *Pecunia potius periclitemur.* Noſter lib. 40. *Quum quid aliud quam ingenii fama periclitarer?* Idem.

3 *Deinde quod ipſi conſuli*] Tò *quod* non eſt Livii, qui perſæpe cauſſam ſine cauſſali particula explicat. Vide ad lib. 1, 40 ſimile mendum ſimiliter correctum. *Idem.*

legerunt equites. & ſucceſſiſſet fraudi, ni pro jure gentium, cujus violandi conſilium initum erat, ſtetiſſet fortuna. Pabulatores lignatoreſque Romani in eam partem, in qua colloquium futurum erat, ducti ſunt: tutius id futurum tribunis ratis, quia conſulis præſidium & ipſum pro ſtatione habituri erant, hoſti oppoſitum. ſuam tamen alteram ſtationem propius caſtra ſexcentorum equitum poſuerunt. Conſul affirmante Attalo, venturos reges & tranſigi rem poſſe, profectus è caſtris, quum eodem quo antea præſidio equitum, quinque millia fere proceſſiſſet, nec multum à conſtituto loco abeſſet; repente concitatis equis cum impetu hoſtili videt Gallos venientes. conſtituit agmen, & expedire tela animoſque [1] equitibus juſſis, primo conſtanter initium pugnæ accepit, nec ceſſit: dein, quum prægravaret multitudo, cedere ſenſim, nihil confuſis turmarum ordinibus, cœpit. poſtremo quum jam plus in mora periculi quam in ordinibus conſervandis præſidii eſſet, omnes paſſim in fugam effuſi ſunt. tum vero inſtare diſſipatis Galli, & cædere: magnaque pars oppreſſa foret, ni ſtatio pabulatorum ſexcenti equites occurriſſent. Ii procul clamore pavido ſuorum exaudito, quum tela equoſque expediſſent: integri profligatam pugnam acceperunt. Itaque verſa extemplo fortuna eſt, verſus in victores à victis terror. & primo impetu fuſi Galli ſunt, & ex agris concurrebant pabulatores, & undique obvius hoſtis Gallis erat: ut ne fugam quidem facilem aut tutam haberent; quia recentibus equis Romani feſſos ſequebantur. Pauci ergo effugerunt: captus eſt nemo: major multo pars per fidem violati colloquii pœnas morte luerunt. Romani ardentibus ira animis, poſtero die omnibus copiis ad
26 hoſtem perveniunt. Biduum natura montis per ſeipſum ex-

1 *Equitibus juſſis, primo conſtanter*] Vereor ne ſcripſerit Livius: *Conſtituit agmen: & expedire tela animoſque eques juſſus, primo conſtanter initium pugnæ accepit, nec ceſſit.* J. E. Gron.

1 *Tecto-*

exploranda, ne quid ignoti eſſet, abſumpſit conſul. tertio die quum auſpicio operam dediſſet, deinde immolaſſet, in quatuor partes diviſas copias educit: duas ut medio monte duceret, duas ab lateribus ut adverſus cornua Gallorum erigeret. Hoſtium quod roboris erat, [1] Tectoſagi & Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta. equitatum (quia equorum nullus inter inæquales rupes uſus erat) ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu. [2] Ariarathis Cappadoces & Morzi auxiliares in lævo quatuor ferme millium numerum explebant. Conſul, ſicut in Olympo monte, prima in acie locata levi armatura, telorum omnis generis ut æque magna vis ad manum eſſet, curavit. Ubi appropinquarunt, omnia eadem utrimque quæ fuerant in priore prœlio, erant: præter animos & victoribus ab re ſecunda auctos, & hoſtibus fractos: quia etſi non ipſi victi erant, ſuæ gentis hominum cladem pro ſua ducebant. itaque à paribus initiis cœpta res, eundem exitum habuit. Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum. nec aut procurrere quiſquam ab ordinibus ſuis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant: & ſtantes quo denſiores erant, hoc plura, [3] velut deſtinatum petentibus, vulnera accipiebant.

1 *Tectoſagi, & Trocmi*] Vet. lib. *Tectoſagæ*. Sigonius.

2 *Ariaratis Cappadoces, & Morzi auxiliares*] *Morzis*, videtur eſſe legendum; fuit autem *Morzes* rex Paphlagoniæ, & Ariarathes Cappadociæ. Quamobrem auxiliares Morzis Paphlagones intelligit. Sic lib. 37 *auxiliares Eumenis* Pergamenos intellexit, id eſt, auxilia, quæ ſecum ad bellum Romanum, aut Eumenes adduxit, aut Morzes. Hoc dico, quia utroque in loco hæret Glareanus, hoc autem etiam turpius, quod Morzi an populi ſint ambigit, cum tamen Strabo lib. 12 Paphlagonum fuiſſe regem, & ejus regiam fuiſſe Gangra, cui Deiotarus ſucceſſerit, tradat his verbis: ὕϛατος δ' τῆς Παφλαγονίας ἦρξε Δηϊόταρος Καστόρος υἱὸς ὁ προσαγορευθεὶς Φιλάδελφος τὸ Μορζέως βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα. *Idem.*

3 *Velut deſtinatum petentibus*] Puto excidiſſe præpoſitionem: *& ſtantes quo denſiores erant, hoc plura, velut ab deſtinatum petentibus* (Romanis) *vulnera accipiebant*. Nam *deſtinatum* ſcopus, ut recte explicuit Turnebus. Vir doctus tamen

bant. Conſul jam per ſe turbatis ſi legionum ſigna oſtendiſſet, verſuros extemplo in fugam omnes ratus, receptis inter ordines velitibus & alia turba auxiliorum,
27 aciem promovit. Galli, & memoria Toliſtoboiorum cladis territi, & inhærentia corporibus gerentes tela, feſſique & ſtando & vulneribus, ne primum quidem impetum & clamorem Romanorum tulerunt. Fuga ad caſtra inclinavit: ſed pauci intra munimenta ſe recepere: pars major dextra lævaque [1] prælati, qua quemque impetus tulit, fugerunt. victores uſque ad caſtra ſecuti, ceciderunt terga: deinde in caſtris cupiditate prædæ hæſerunt, nec ſequebatur quiſquam. In cornibus Galli diutius ſteterunt, quia ſerius ad eos perventum eſt. cæterum ne primum quidem conjectum telorum tulerunt. Conſul, qui ingreſſos in caſtra ab direptione abſtrahere non poterat; eos qui in cornibus fuerant, protinus ad ſequendos hoſtes miſit. per aliquantum ſpatium ſecuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn trajecerunt. Romanorum magna pars ea nocte in hoſtium caſtris manſit. cæteros in ſua caſtra conſul reduxit. Poſtero die captivos prædamque recenſuit: quæ tanta fuit, quantam avidiſſima rapiendi gens, quum cis montem Taurum omnia armis per multos tenuiſſet annos, coacervare potuit. Galli ex diſſipata paſſim fuga, in unum locum congregati, magna pars ſaucii aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad conſulem miſerunt. Eos Manlius Epheſum venire juſſit. ipſe (jam enim me-

tamen explicat vulgatum: ut deſtinatum erat petentibus, ut deſtinaverant petentes. Habeat, cui placet: mihi hoc frigidum & otioſum videtur. *J. F. Gron.*

1 *Prælati qua quemque tulit impetus, fugerant*] Sic Gelenius. Andreas Romæ: *palati fuerant*; alii poſt illum, *palati fugerunt*. Admitto *prælati*: nam & in ſcriptis vidi: ſed *fugerunt* videtur eſſe inane ſupplementum. Quid enim integrius illo: *Fuga ad caſtra inclinavit; ſed pauci intra munimenta ſe recepere: pars major dextra lævaque prælati, qua quemque impetus tulit.* i. prætererunt caſtra. *Idem.*

1 Qua-

medium autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri
montis excedere properans victorem exercitum in hi-
berna maritimæ oræ reduxit. Dum hæc in Aſia gerun- 28
tur, in cæteris provinciis tranquillæ res fuerunt. Cen-
ſores Romæ T. Quintius Flamininus, & M. Claudius
Marcellus ſenatum perlegerunt. princeps in ſenatu ter-
tium lectus P. Scipio Africanus, [1] quatuor ſoli præteriti
ſunt, nemo curuli uſus honore. & in equitatu recenſendo
mitis admodum cenſura fuit. [2] Subſtructionem ſuper
Æquimælium in Capitolio, & viam ſilice ſternendam à
porta Capena ad Martis locaverunt. Campani, ubi cen-
ſerentur, ſenatum conſuluerunt. decretum, uti Romæ
cenſerentur. Aquæ ingentes eo anno fuerunt. Tiberis
duodecies campum Martium planaque urbis inundavit.
Ab Cn. Manlio conſule bello in Aſia cum Gallis per-
fecto, alter conſul M. Fulvius perdomitis Ætolis, quum
trajeciſſet [3] in Cephalleniam, circa civitates inſulæ miſit
percunctatum, utrum ſe dedere Romanis, an belli for-
tunam experiri mallent? Metus ad omnes valuit, ne de-
ditionem recuſarent. obſides inde imperatos pro viribus
inopis populi, [4] vicenos Neſiotæ, Cranii, Pallenſes, &
Samæi

1 *Quatuor ſoli præteriti ſ. n. c. u. honore*] Hæc verba vertit ſic Plutarchus in Quintio: ἐξέβαλον δὲ τῆς βουλῆς τοὺς οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν τέσσαρες. *Sigonius.*

2 *Subſtructionem ſuper Æquimælium in Capitolio & viam, &c.*] Superius lib. 4 ſcripſit, Mælii domum dirutam, ut monumento area eſſet oppreſſæ nefariæ ſpei, areamque *Æquimælium* vocatam anno ab urbe condita 314 T. Quintio Capitolino ſextum, Agrippa Menenio Lanato Coſſ. In eodem vero ſtatu aream Æquimælii permanſiſſe ex præſenti loco colligimus, uſque ad annum 564 M. Fulvio Nobiliore & Cn. Manlio Volſone Coſſ. per annos 250. quo tempore Cenſores T. Quinctius Flamininus, & M. Claudius Marcellus deformitatem eam in Capitolio averſantes, eo in loco denuo ædificandum decrevere: nil enim aliud ea verba, *ſubſtructionem ſuper Æquimælium locaſſe* ſignificant, quam ædificium à fundamentis extruendum in area *Æquimælio* dicta locaviſſe. *Marcell. Donat.*

Super Æquimælium in Capitolio] Lego: *Super Æquimælium & in Capitolio.* Juſtus Ryquius.

3 *In Cephaleniam*] Duplicandam eſſe in hac voce literam *l*, docet Euſtathius in Dionyſium his verbis: τὰς δὲ Κεφαλλῆνας καὶ τὴν Κεφαλληνίαν ἐν δυσὶ λλ ἡ παλαιὰ χρῆσις ἅπασα ἔχει. *Sigonius.*

4 *Obſides vicenos Neſiotæ Cranonii, Palenſes, & Samæi deder.*] Cum in omnib. ante libris legeretur, *Vicenos autem Cranonii*, emendatum eſt *Vicenos Neſiotæ, Cranonii*, ut quatuor qui fuiſſe dicuntur Cephalleniæ populi redde-

Samæi dederunt. Inſperata pax Cephalleniæ affulſerat: quum repente una civitas, incertum quam ob cauſſam, Samæi deſciverunt. Quia opportuno loco urbs poſita eſſet, timuiſſe ſe ajebant, ne demigrare cogerentur ab Romanis. cæterum ipſine ſibi eum finxerint metum, & timore vano quietem exuerint, an jactata ſermonibus res apud Romanos perlata ad eos ſit, nihil comperti eſt. niſi quod, datis jam obſidibus, repente portas clauſerunt: & ne ſuorum quidem precibus (miſerat enim ſub muros conſul ad tentandam miſericordiam parentum populariumque) deſiſtere ab incepto voluerunt. Oppugnari deinde, poſteaquam nihil pacati reſpondebatur, cœpta urbs eſt. apparatum omnem tormentorum machinarumque tranſvectum ab Ambraciæ oppugnatione habebat: & opera quæ facienda erant, impigre milites perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatiebant mu-
29 ros. Nec ab Samæis quicquam, quo aut opera aut hoſtis arceri poſſet, prætermiſſum eſt. duabus tamen maxime reſiſtebant rebus: una, interiorem ſemper juxta validum pro diruto novum obſtruentes murum: altera, eruptionibus ſubitis, nunc in opera hoſtium, nunc in ſtationes & plerumque iis prœliis ſuperiores erant. Una ad coërcendos inventa haud magna memoratu res eſt. [1] Centum fun-

rentur. Quorum tres omnium conſenſu fuerunt, *Cranii*, *Pallenſes*, *Samæi*. quartum Thucydides lib. 2 Προνναίους vocat, Strabo lib. 10 Πρόννησον nominat, pro quibus *Neſiotæ* reſtituti ſunt. *Cranii*, certe à *Cranio*, ut ait Stephanus, non *Crannonii* à *Crannone* legendum eſt: Κράνιον πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ τῇ νήσῳ· τετράπολις δὲ ἡ νῆσος ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προννήσου, Σάμου, Πηλέως, Κρανίου· τὸ ἐθνικὸν Κρανάεις. *Sigonius.*

1 *Centum funditores ab Ægio & Patris & Dymis, acciti*, &c. *ſed triplex ſcutale, crebris ſuturis duratum*, &c. *Coronas modici circuli*, &c.] Per *ſcutale* intelligimus partem fundæ mediam, cui globus trajiciendus imponitur. Et ſicut Baleares funditores, funda utebantur ex ſimplici habena conſtante: ſic memorati à Livio fundas habebant, quarum *ſcutale*, hoc eſt, media pars ex triplici loro coriaceo, ſeu ex triplici tela funiculove conſtabat ad ſcuti formam, id eſt, orbicularem & in longum protenſam, crebriſque ſuturis duratam, ne fluxa habena volutaretur, & cum ea in jactu glans, ſed librata quum ſederit in ſcutale inquam, velut nervo miſſa excutiatur. Vide Cælii Rhodig. lib. 14 cap. 7. *Marcell. Donatus.*

Sed

ſunditores ab Ægio & Patris & Dymis acciti. A pueris ii more quodam gentis, ſaxis globoſis, quibus ferme arenæ immiſtis ſtrata lit ora ſunt, funda mare apertum inceſſentes, exercebantur. itaque longius certiuſque & validiore ictu quam Balearis funditor, eo telo uſi ſunt. & eſt non ſimplicis habenæ, ut Balearica aliarumque gentium funda: ſed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum; ne fluxa habena volutetur in jactu glans, ſed librata quum ſederit, velut nervo miſſa excutiatur. coronas modici circuli magno ex intervallo loci aſſueti trajicere; non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris. Eæ fundæ Samæos cohibuerunt, ne tam crebro, neve tam audacter erumperent: adeo ut precarentur ex muris Achæos, ut parumper abſcederent: & ſe cum Romanis ſtationibus pugnantes quiete ſpectarent. [1] Quatuor menſes obſidionem Same ſuſtinuit. quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent, aut vulnerarentur, & qui ſuperarent, feſſi & corporibus & animis eſſent; Romani nocte per arcem, quam Cyatidem vocant (nam urbs in mare devexa, in occidentem vergit) muro ſuperato in forum pervenerunt. Samæi poſteaquam captam urbis partem ab hoſtibus ſenſerunt,

cum

Sed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum] Hunc locum citat Priſcian. lib. 6 ex lib. T. Livii ab urb. cond. XXXVIII iiſdem verbis. ut de hac lectione, de qua alii laborarunt, laborandum eſſe non videatur. *Sigonius.*

Sed triplex ſcutale] Scutale hic exiſtimo corium eſſe, cujus loris habena conſutis facta erat, ſic appellatum, quod ex eo genere corii ſcuta conficerentur. *Turnebus.*

1 *Quatuor menſes obſidionem Samæi ſuſtinuerunt*] Scripti: *Sane ſuſtinuit.* Egit præcipites in mutationem, quod ſequitur, *quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent.* Hoc putarunt requirere *Samæi* non *Same.* Liberamus illos hac cura. Lib. 21. *Annibal, quia feſſum militem præliis operibuſque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit.* Cur non fecerunt *feſſos milites?* Lib. 24. *Ad Murgantiam tum claſſem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracuſis, quove eos ageret nova atque inſolita libertas, opperiens.* Quaſi dixiſſet, *apud Syracuſanos.* Lib. 44. *Ipſe ad Baſſaniam urbem quinque millia ab Liſſo ducit. Socii erant Romanorum.* Cornelius Nepos Timotheo: *Idem claſſi præfectus, circumvehens Peloponneſum, Laconicam populatus, claſſem eorum fugavit.* Vide ad lib. 8, 12. *J. F. Gron.*

cum conjugibus ac liberis in majorem refugerunt arcem. inde poſtero die dediti, direpta urbe, ſub corona omnes venierunt.

30 Conſul compoſitis rebus Cephalleniæ, præſidio Samæ impoſito, in Peloponneſum, jamdiu arceſſentibus Ægienſibus maxime ac Lacedæmoniis, trajecit. Ægium à principio Achaici concilii ſemper conventus gentis indicti ſunt; ſeu dignitati urbis id, ſeu loci opportunitati datum eſt. hunc morem Philopœmen eo primum anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus civitatibus quæ Achaici concilii eſſent, invicem conventus agerentur. & ſub adventum conſulis [1] Damiurgis civitatum, qui ſummus eſt magiſtratus, Ægium evocantibus, Philopœmen (prætor tum erat) Argos conventum edixit. quo cum appareret omnes fere conventuros; conſul quoque quamquam Ægienſium favebat cauſſæ, Argos venit: ubi quum diſceptatio fuiſſet; & rem inclinatam cerneret, incepto deſtitit. Lacedæmonii deinde eum in ſua certamina averterunt. Sollicitam eam civitatem exules maxime habebant. quorum magna pars in maritimis Laconicæ oræ caſtellis, quæ omnis adempta erat, habitabant. id ægre patientes Lacedæmonii, [2] ut aliquem liberum ad mare haberent aditum, ſi quando Romam, aliove quo mitterent legatos, ſimulque ut emporium & receptaculum peregrinis mercibus ad neceſſarios uſus eſſet; nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, improviſo occupavere. Vicani, quique ibi exules habitabant, primo inopinata re territi ſunt: deinde ſub lucem congregati, levi certamine expulerunt Lacedæmonios. terror tamen omnem maritimam

1 *Damiurgis civitatum qui ſummus*] Apud Dorienſes, inquit Heſychius, qui publica negotia reſque civitatis adminiſtrant, *Demiurgi* vocantur, qui ſimiles ſunt iis, qui ab Athenienſibus *Demarchi* vocantur, id eſt, tribuni. *Turneb.*

2 *Ut aliquem liberum ad mare haberent aditum*] Membranæ conſenſu: *ut aliqua liberum.* Veriſſime: intellige, *via.* Plautus Milite: *Antevenito aliqua aliquos.* Statim ſcribo: *ſimul id emporium & receptaculum.* non *ſimulque ut.* J. F. Gron.

1 Ut

mam oram pervaſit: legatoſque communiter, & caſtella omnia vicique, & exules quibus ibi domicilia erant; ad Achæos miſerunt. Philopœmen prætor, jam inde ab 31
initio exulum cauſæ & amicus, & auctor ſemper Achæis minuendi opes & auctoritatem Lacedæmoniorum, concilium querentibus dedit. decretumque eo referente factum eſt, *Quum in fidem Achæorum tutelamque T. Quintius & Romani Laconicæ oræ caſtella & vicos tradidiſſent, & quum abſtinere his ex fœdere Lacedæmonii deberent, Las vicus oppugnatus eſſet, cædeſque ibi facta; qui ejus rei auctores affineſque eſſent, niſi dederentur Achæis, violatum videri fœdus.* Ad expoſcendos eos legati extemplo Lacedæmonem miſſi ſunt. Id imperium adeo ſuperbum & indignum Lacedæmoniis viſum eſt; ut ſi antiqua civitatis fortuna eſſet, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. maxime autem conſternavit eos metus, ſi ſemel primis imperiis obediendo jugum accepiſſent, ne id quod jamdiu moliretur, Philopœmen exulibus Lacedæmonem traderet. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex factione, cum qua conſiliorum aliqua ſocietas Philopœmeni atque exulibus erat, interfectis, decreverunt renunciandam ſocietatem Achæis: legatoſque extemplo Cephalleniam mittendos, qui conſuli M. Fulvio, quique Romanis Lacedæmonem dederent: orarentque eum, ut veniret in Peloponneſum ad urbem Lacedæmonem in fidem ditionemque populi Romani accipiendam. Id ubi legati ad Achæos retule- 32
runt, omnium civitatum quæ ejus concilii erant, conſenſu, bellum Lacedæmoniis indictum eſt. ne extemplo gereretur, hiems impediit. Incurſionibus tamen parvis, latrocinii magis quam belli modo, non terra tantum, ſed etiam navibus è mari fines eorum vaſtati. Hic tumultus conſulem in Peloponneſum adduxit; juſſuque ejus Elin concilio indicto, Lacedæmonii ad diſceptandum acciti. Magna ibi non diſceptatio modo, ſed etiam altercatio fuit. cui conſul, quum alia, ſatis ambitioſe partem utram-

que fovendo, incerta reſpondiſſet; una denunciatione, ut bello abſtinerent, donec Romam legatos ad ſenatum miſiſſent, finem impoſuit. Utrimque legatio miſſa Romam eſt. exules quoque Lacedæmoniorum ſuam cauſſam legationemque Achæis injunxerunt. Diophanes & Lycortas Megalopolitani ambo, principes legationis Achæorum fuerunt. qui diſſidentes in republica, tum quoque minime inter ſe convenientes orationes habuerunt. Diophanes ſenatui diſceptationem omnium rerum permittebat; eos optime controverſias inter Achæos ac Lacedæmonios finituros eſſe: Lycortas ex præceptis Philopœmenis poſtulabat, [1] ut Achæis ex fœdere ac legibus ſuis quæ decreſſent, agere liceret: libertatemque ſibi illibatam, cujus ipſi auctores eſſent, præſtarent. Magnæ auctoritatis apud Romanos tum gens Achæorum erat: novari tamen nihil de Lacedæmoniis placebat. cæterum reſponſum ita perplexum fuit, ut & Achæi ſibi de Lacedæmone permiſſum acciperent: & Lacedæmonii non omnia conceſſa iis interpretarentur. hac poteſta-
33 te immodice Achæi ac ſuperbe uſi ſunt. Philopœmeni continuatur magiſtratus, qui veris initio exercitu indicto caſtra in finibus Lacedæmoniorum poſuit, legatos deinde miſit ad depoſcendos auctores defectionis; & civitatem in pace futuram, ſi id feciſſent, pollicens: & illos nihil indicta cauſſa paſſuros. Silentium præ metu cæterorum fuit. quos nominatim depopoſcerat, ipſi ſe ituros profeſſi ſunt; fide accepta ab legatis, vim abfuturam, donec cauſſam dixiſſent. ierunt alii etiam illuſtres viri, & advocati privatis, & quia pertinere cauſſam eorum ad rempublicam cenſebant. Numquam alias exules Lacedæmoniorum Achæi ſecum adduxerant in fines: quia nihil æque alienaturum animos civitatis videbatur. tunc exercitus totius prope anteſignani exules erant. Ii venien-

1 *Ut Achæis ex fœdere & legibus ſuis, quæ decreviſſent*] Scribe cum Petav. & Andr. *quæ decreſſent.* J. F. Gron.

1 *Cre-*

nientibus Lacedæmoniis ad portam caſtrorum agmine
facto occurrerunt. & primo laceſſere jurgiis: deinde al-
tercatione orta, quum accenderentur iræ, ferociſſimi
exulum impetum in Lacedæmonios fecerunt. quum illi
Deos & fidem legatorum teſtarentur, & legati & prætor
ſummoveret turbas, & protegeret Lacedæmonios, vin-
culaque jam quoſdam injicientes arceret: [1] creſcebat
tumultu concita turba. Et Achæi ad ſpectaculum pri-
mo concurrerunt. deinde vociferantibus exulibus quæ
paſſi forent, & orantibus opem, affirmantibuſque ſimul,
*Numquam talem occaſionem habituros, ſi eam prætermiſiſſent:
fœdus, quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis ſa-
cratum fuiſſet, irritum per illos eſſe: priuſquam alio de integro
fœdere obligarentur, noxios puniendos eſſe*; accenſa his voci-
bus multitudo ad vocem unius, qui ut ferirent, inclama-
vit, ſaxa conjecit: atque ita ſeptemdecim, quibus vincu-
la per tumultum injecta erant, interfecti ſunt: ſexaginta
tres poſtero die comprehenſi, à quibus prætor vim ar-
cuerat, non quia ſalvos vellet, ſed quia perire cauſſa in-
dicta nolebat, objecti multitudini iratæ, quum averſis
auribus pauca locuti eſſent, damnati omnes, & traditi
ſunt ad ſupplicium. Hoc metu injecto Lacedæmoniis, 34
imperatum primum, ut muros diruerent: deinde ut
omnes externi auxiliares, qui mercede apud tyrannos
militaſſent, terra Laconica excederent. tum, uti quæ ſer-
vitia tyranni liberaſſent (ea magna multitudo erat) ante
diem

1 *Creſcebat tumultus concitata turba*] Moguntinus: *creſcebat turba tumultu concitato.* Sane & Petav. Naud. Voſſ. *creſcebat tumultu concitato turba.* Barberin. *creſcebat tumultu concito turba.* Exiſtimo ſcribendum eſſe: *creſcebat tumultu concita turba.* Sequitur enim ſtatim; *Et Achæi ad ſpectaculum primo concurrerunt.* Sic lib. 1. *Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novæ atque indignitate homines.* Lib. 25. *Concurſu ex caſtris ad primum clamorem & tumultum facto.* Lib. 42. *Primæ ſtationes oppreſſæ tumultu ac terrore ſuo cæteros exciverunt.* Ennius Duloreſte: *Extemplo Ægiſthi fidem nuncupantes conciebant populum.* Idem verbum reſtituendum puto Ciceroni divinatione in Q. Cæcilium cap. 13. *Ruantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitura.* Ubi & editiones: *concitatura.* Quamvis alibi *concitare populum* & ſimilia apud eundem obvia non neſciam. Videtur & legendum, *ſummoverent, protegerent, arcerent.* J. F. Gron.

diem certam abirent. qui ibi manſiſſent, eos prehendendi, vendendi, abducendi Achæis jus eſſet. Lycurgi leges, moreſque abrogarent. Achæorum aſſueſcerent legibus, inſtitutiſque. ita unius eos corporis fore, & de omnibus rebus facilius conſenſuros. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent: nec ægrius paſſi ſunt quam exules reduci. Decretum Tegeæ in concilio communi Achæorum de reſtituendis iis factum eſt. & mentione illata, externos auxiliares dimiſſos, & Lacedæmoniis aſſcriptos (ita enim vocabant, qui à tyrannis liberati erant) urbe exceſſiſſe, in agros dilapſos, priuſquam dimitteretur exercitus: ire prætorem cum expeditis, & comprehendere id genus hominum, & vendere jure prædæ placuit. Multi comprehenſi venierunt. [1] porticus ex ea pecunia Megalopoli permiſſu Achæorum refecta eſt, quam Lacedæmonii diruerant. [2] Et ager Belbinites, quem injuria tyranni Lacedæmoniorum poſſederant, reſtitutus eidem civitati, ex decreto vetere Achæorum: quod factum erat Philippo Amyntæ filio regnante. Per hæc, velut enervata civitas Lacedæmoniorum, diu Achæis obnoxia fuit. nulla tamen res tanto erat damno, quam diſciplina Lycurgi, [3] cui per ſeptingentos annos
35 aſſueverant, ſublata. A concilio, ubi [4] apud conſulem inter

1 *Porticus ex ea pecunia refecta*] Veter. lib. *Porta* habent. *Sigonius.*

2 *Et ager Belbinatu*] *Belbinites* ſcribendum auctore Steph. qui ita ſcribit: Βέλβινα πόλις Λακωνικὴ, τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης. *Idem.*

3 *Cui per octingentos annos aſſuev.*] Admonuit Glareanus videri legendum eſſe ex Chronicis Euſebii, *per ſeptingentos annos*, quam lectionem reperi quoque in vet. libris. *Idem.*

Cui per 700 annos] Ita erat in Pal. ſec. omnibus literis. nam primus habebat tantum *per* LXX *annos*, omiſſa ſcilicet ſicelico centenarii. prima edd. & ſeqq. ante Sigonium repræſentabant *octingentos*. falſo. *Gruterus.*

Cui per octingentos] Septingentos Cicero dicit pro L. Flacco ſub finem. rectius. Vide ſupra. *Henr. Valeſius.*

Per DCC annos aſſueverant] Thuan. *aſſuerant*. Jac. Gron.

4 *Apud conſulem inter Achæos Lacedæmoniiſque diſceptatum eſt*] A Moguntino eſt: ſed ſuſpectum: potuit enim, *à conſule*, quod prius erat, ſive fuerit *ab conſule*, diſplicere illis, qui *diſceptare* tantum eſſe putabant partium, ut vulgarius accipitur, non etiam judicis. Eadem res nocuit Cæſari lib. 7 de bello Gall. *Cur enim potius Ædui de ſuo jure & legibus ad Cæſarem diſceptatorem, quam Romani ad Æduos, veniant?* Sic

ter Achæos Lacedæmonioſque diſceptatum eſt, M. Fulvius, quia jam in exitu annus erat, comitiorum cauſſa profectus Romam, creavit conſules M. Valerium Meſſalam, & C. Livium Salinatorem; quum M. Æmilium Lepidum inimicum eo quoque anno petentem dejeciſſet. Prætores inde creati Q. Marcius Philippus, M. Claudius Marcellus, C. Stertinius, C. Atinius, P. Claudius Pulcher, L. Manlius Acidinus. Comitiis perfectis, conſulem M. Fulvium [1] in provinciam ad exercitum redire placuit. eique & collegæ Cn. Manlio imperium in annum prorogatum eſt. [2] Eo anno in ædem Herculis ſignum Dei ipſius, ex decemvirorum reſponſo, & ſejuges in Capitolio aurati à P. Cornelio poſiti. conſulem dediſſe, inſcriptum eſt. Et duodecim clypea ærata ab ædilibus curulibus, P. Claudio & Ser. Sulpicio Galba, ſunt poſita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compreſſam damnarunt. & ædilis plebis Q. Fulvius Flaccus duo ſigna aurata, uno reo damnato (nam ſeparatim accuſaverant) poſuit. collega ejus A. Cæcilius neminem condemnavit. Ludi Romani ter, Plebeii quinquies toti inſtau-

Sic & alii & nos in Mſſ. invenimus. Vulgo: *diſceptatari*; alii *diſceptatum* prorſus ab illa, quam dixi, cauſſa. Plautus Moſtellaria: *Nunc utriuſque eccum diſceptator adeſt; age, diſputa.* Cicero in 2 de Legibus: *juris diſceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, Prætor eſto.* Noſter lib. 29. *Ibi quum Romani legati diſceptatorum loco, Theſſali Perrœbique & Athamanes haud dubii accuſatores, Philippus ad audienda crimina, tanquam reus, conſediſſent.* Lib. 22. *In ſenatu veſtro, ubi aliquos ego diſceptatores non tam æquos, quam te Q. Marci, habebam.* Valerius Maximus lib. 2. *Carthaginienſes & Maſiniſſa rex de pace diſceptatorem velut conſulem & imperatorem habuerant.* J. F. Gron.

1 *In provinciam ad exerc. redire*] Vet. lib. *Et ad exercitum.* Sigonius.

2 *Eo anno - - - ab Cn. Cornelio - - - inſcriptum eſt*] Hoc totum dubium eſſe ait Glareanus, quia nec conſulis nomen expreſſum eſt, nec annus: cum tamen utrumque factum ſit, ſi quod omnino faciendum eſſe videtur, *à P. Cornelio*, legeris, ut intelligamus P. Cornelium Naſicam, qui biennio ante COS. de Boiis triumphavit, hoc demum anno ſejuges dedicaſſe: curaſſe tamen inſcribendum, à P. Cornelio conſule eſſe datos, id eſt, dum conſul eſſet, non poſtquam conſulatu abierat. Cognomen autem reticuit, quia ejus conſulis recens memoria erat. Quod de aliis Corneliis conſulib. multis ante annis non ita procederet. errandi etiam cauſa perſpicua eſt, *à P. ab*, inde duplicata litera *c*, ut prænominis nota exiſteret. *Idem.*

ſtaurati. M. Valerius Meſſala inde, & C. Livius Salinator conſulatum idibus Martiis quum iniiſſent, [1] de republica, deque provinciis & exercitibus ſenatum conſuluerunt. De Ætolia & Aſia nihil mutatum eſt. Conſulibus, alteri Piſæ cum Liguribus, alteri Gallia provincia decreta eſt. comparare inter ſe, aut ſortiri juſſi, & novos exercitus, binas legiones ſcribere, & ut ſociis Latini nominis quina dena millia peditum imperarent, & mille ducentos equites. Meſſalæ Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Prætores inde ſortiti ſunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina juriſdictio evenit. [2] Q. Marcius Siciliam, C. Stertinius Sardiniam, L. Manlius Hiſpaniam citeriorem, [3] C. Atinius ulteriorem eſt ſor-
36 titus. De exercitibus ita placuit: è Gallia legiones, quæ ſub C. Lælio fuerant, ad M. Tuccium proprætorem in Bruttios traduci. &, qui in Sicilia eſſet, dimitti exercitum: & claſſem, quæ ibi eſſet, Romam reducere M. Sempronium proprætorem. [4] Hiſpaniis legiones ſingulæ, quæ tum in iis provinciis erant, decretæ: & ut terna millia peditum, ducenos equites ambo prætores in ſupplementum ſociis imperarent, ſecumque tranſportarent. Priuſquam in provincias novi magiſtratus proficiſcerentur, ſupplicatio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter

1 *De republica*, &c. *ſenatum conſuluerunt*] Arbitror *de repub. referre*, eſſe ſenatum conſulere, quemadmodum reſpub. in annum adminiſtranda ſit: qui in provincias mittendi, qui revocandi, qui exercitus conſcribendi, qui dimittendi, quid domi militiæque agendum. quæ videtur relatio frequens fuiſſe anni principio, conſulibus magiſtratum ineuntibus. *Turnebus.*

2 *Q. Marcius Siciliam*] In ſcriptis: *M. Claudio urbana juriſdictio evenit, Q. Marcio Sicilia.* Unde ſuſpicor hunc locum, ut ſimiles, vexatum, & ſcripſiſſe Livium: *Prætoribus inde ſortitis, Claudiis Marco urbana, Publio peregrina juriſdictio evenit: Q. Marcio Sicilia, C. Stertinio Sardinia, L. Manlio Hiſpania citerior, C. Atinio ulterior. De exercitibus.* J. F. Gron.

3 *C. Catinius*] *C. Atinius*, ex aliis Livii locis, ut ſupra in tribunatu plebis ejuſdem. *Sigonius.*

4 *Hiſpanis legiones ſing.*] Lege *Hiſpaniis*, quia ſubdit, *quæ tum in iis provinciis erant.* Idem.

inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerant. & novendiale ſacrificium indictum eſt, quod in Aventino lapidibus pluiſſet. Campani, quum eos ex ſenatusconſulto, quod priore anno factum erat, cenſores Romæ cenſeri coegiſſent (nam antea incertum fuerat, ubi cenſerentur) petierunt, ut ſibi cives Romanas ducere uxores liceret; & ſi qui prius duxiſſent, ut habere eas; & ante eam diem nati, uti juſti ſibi liberi hæredeſque eſſent: utraque res impetrata. De Formianis Fundaniſque municipibus, & Arpinatibus, [1] C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit: uti iis ſuffragii latio (nam ante ſine ſuffragio habuerant civitatem) eſſet. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate ſenatus ferretur, quum intercederent, edocti, populi eſſe, non ſenatus jus, ſuffragium, quibus velit, impartiri; deſtiterunt incepto. Rogatio perlata eſt, ut in Æmilia tribu Formiani & Fundani; in Cornelia Arpinates ferrent. atque in his tribubus tum primum [2] ex Valerio plebiſcito cenſi ſunt. M. Claudius Marcellus cenſor, ſorte ſuperato T. Quintio, luſtrum condidit. cenſa civium capita ducenta quinquaginta octo millia, trecenta octo. Luſtro perfecto, conſules in provincias profecti ſunt. Hieme ea qua hæc Romæ geſta ſunt, [3] ad Cn.Man- 37
lium

1 *C. Valerius Tappo*] *Tappus*, ut jam ſæpe dixi, ex Cap. lap. *Sigonius.*

2 *Ex Valerii plebiſcito*] Vet. lib. *Ex Valerio*, quod placet. ut enim *lex Valeria*, ſic *Valerium plebiſcitum.* Ita apud Gellium: *Atinium plebiſcitum.* Idem.

3 *Ad Cn. Manlium conſulem primum, dein proconſulem hibernantem*]. Lege cum Barber. *dein proconſule hibernantem.* Pluries idem Livio reſtituimus. Lib. 8, 23. *Ut quum Publilius Philo conſulatu abiſſet, proconſule rem gereret.* Ita Sigonius, & confirmant noſtri. Lib. 10, 21. *Samnitium legiones quum partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius proconſule ſequeretur.* Sic membranæ Thuaneæ, Voſ.Hel.Rot. lib. 23, 30. *M. Marcello proconſule imperium eſſe populus juſſit.* Ita Put. Pet. melior, Menardi. Iidem lib. 26, 1. *Prorogatum & M. Marcello, ut proconſule in Sicilia reliqua belli perficeret.* Quamquam in his videatur vox eſſe dividenda. Cicero lib. 3 in Verrem: *Siciliæ provinciæ, cum eſſes proconſule, præfuiſti.* Cæſar lib. 1 de bello civili: *Dent operam conſules, prætores, tribuni plebis, quique pro conſulibus ſunt ad urbem ne quid reſpublica detrimenti capiat.* Plinius lib. 10 Epiſt. 57, *propter quæ videri volunt, eos qui pro conſulibus hanc provinciam obtinuerunt, abſtinuiſſe inſpectatione rationum ſuarum.* J. F. Gron.

1 *Mille*

lium conſulem primum, deinde proconſule, hibernantem in Aſia, legationes undique ex omnibus civitatibus gentibuſque, quæ cis Taurum montem incolunt, conveniebant: & ut clarior nobiliorque victoria Romanis de rege Antiocho fuit, quam de Gallis; ita lætior ſociis erat de Gallis quam de Antiocho. Tolerabilior regia ſervitus fuerat; quam feritas immanium barbarorum, incertuſque in dies terror; quo velut tempeſtas eos populantes inferret. itaque, ut quibus libertas Antiocho pulſo, pax Gallis domitis, data eſſet; non gratulatum modo venerant, ſed coronas etiam aureas pro ſuis quæque facultatibus attulerant. & ab Antiocho legati, & ab ipſis Gallis, ut pacis leges dicerentur, & ab Ariarathe rege Cappadocum venerunt, ad veniam petendam, luendamque pecunia noxam, quod auxiliis Antiochum juviſſet. Ei ducenta talenta argenti ſunt imperata. Gallis reſponſum, quum Eumenes rex veniſſet, tum daturum iis leges. civitatum legationes cum benignis reſponſis, lætiores etiam quam venerant, dimiſſæ. Antiochi legati pecuniam in Pamphyliam, frumentumque ex pacto cum L. Scipione fœdere juſſi advehere; eo ſe cum exercitu venturum. Principio deinde veris luſtrato exercitu profectus, die octavo Apameam venit. ibi triduum ſtativis habitis, tertiis rurſus ab Apamea caſtris in Pamphyliam, quo pecuniam frumentumque regios convehere juſſerat, pervenit. [1] mille & quinquaginta talenta argenti accepta Apameam deportantur. frumentum exercitui dividitur. Inde ad Pergam ducit: quæ una in iis locis regio tenebatur præſidio. Appropinquanti præfectus præſidii obvius fuit, triginta dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda conſuleret. dato tempore, ad eam diem præſidio deceſſum eſt. à Perga L. Manlio fratre

1 *Mille & quinquaginta talenta*] Scribe, *Duo millia & quingenta*, ex Polybio & Livio ipſo lib. 37 cap. 45. *Rubenius.*

tre [1] cum quatuor millibus militum Oenoanda ad reliquum pecuniæ ex eo quod pepigerant exigendum miſſo, ipſe quia Eumenem regem & decem legatos ab Roma Epheſum veniſſe audierat, juſſis ſequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit. Ibi ex decem legatorum 38
ſententia fœdus in hæc verba fere cum Antiocho conſcriptum eſt. *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus & conditionibus eſto. Ne quem exercitum, qui cum populo Romano ſociiſque bellum geſturus erit, rex per fines regni ſui, eorumque qui ſub ditione ejus erunt, tranſire ſinito: neu commeatu, neu qua alia ope juvato. Idem Romani ſociique Antiocho, & iis qui [2] ſub imperio ejus erunt præſtent. Belli gerendi jus Antiocho ne eſto cum iis qui inſulas colunt, neve in Europam tranſeundi. Excedito urbibus, agris, vicis, caſtellis cis Taurum montem [3] uſque ad Tanaim amnem, & à valle Tauri uſque ad juga qua in Lycaoniam vergit. Ne qua arma efferto ex iis oppidis, agris, caſtelliſque, quibus excedat. ſi qua extulit, quæ quoque oportebit, recte reſtituito. Ne militem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Si qui earum urbium cives quæ regno abſcedunt, cum rege Antiocho, intraque fines ejus regni ſunt, Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos ſocioſque ſunt, iis jus abeundi manendique eſto. Servos, ſeu fugitivos, ſeu bello captos, ſeu qui liber captus aut*

1 *Cum* IIII *mill. milit. Oroanda miſſo.* Et poſt: *Qui tum forte ab Oroandis rediit.*] *Oenoanda* urbs eſt Pamphyliæ auctore Stephano. Strabo mendum habet lib. 13 extremo προσγινομένων δὲ τεσσάρων πόλεων ὁμόρων Βουβῶνος Βαλβούρων Οἰνοάνδρων τε, cum ſit legendum, Οἰνοανδέων τε, Appianus lib. 4 Οἰνοανδεῖς nominat. cum autem hic Pamphyliæ alia Lyciæque oppida nominentur, profecto *Oenoanda* legendum: non *Oroanda*, quæ inter Gallogræcos eſſe ſupra traditum eſt. *Sigonius.*

2 *Sub imperio ejus erunt, præſtent*] V. l. *præſtant.* Lege, *præſtanto.* Ut & mox *ante certam diem redeunto.* Muretus.

3 *Uſque ad Tanaim amnem*] Quis hic ſit *Tanais*, merito miratur Glareanus. Dubitat autem, *Lanaſſim*, an *Melam*, an *Cataractem* ſubſtituat. In ſcripto inveni, ad *Accayn amnem.* Fortaſſe, *Halyn.* Budæus quoque jam olim conjecit Halyn lib. 4 de Aſſe: & confirmat Strabo lib. 6. Συνενεωτέρισαν δὲ τοῖς Καρχηδονίοις οἵ θ' Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες καὶ τῆς Ἀσίας οἱ ἐντὸς Ἅλυος καὶ τοῦ Ταύρου· καὶ τούτων οὖν ἅμα συγκατεκτᾶσθαι προσήχθησαν· ὧν Ἀντίοχός τε ἦν ὁ βασιλεὺς καὶ Φίλιππος καὶ Περσεὺς, &c. καὶ διετέλεσαν πολεμοῦντες μέχρι καταλύσεως ἁπάντων τῶν ἐντὸς Ἴστρου καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος. *J. F. Gron.*

aut transfuga erit, reddito Romanis ſociiſque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito & naves longas armamentaque earum: neve plures quam [1] *decem naves actuarias (nulla*

1 *Decem naves actuarias, nulla quarum*] In Mſſ. & primis editionibus deſideratur τὸ *quarum*. E Moguntino additum eſt. Ex eodem fecit Gelenius: *Monerem ex belli cauſa.* Sane & alia quædam ſingularia ſolus hic codex his libris contulit. Doctius fuit quam ut ferrent librarii: eoque & ſcriptis & editis inculcarunt, *minorem ea.* Ne Moguntini quidem, qui ante Gelenium varias lectiones ejus codicis prodiderunt, corrigendo abſtinuerunt manum: notarunt enim: *minorem ex belli.* Sed hoc fatuum & abhorrens. Quid enim? permiſerunt utique jus belli Antiocho cum populis non exceptis. immo & cum ſociis pop. Romani, ſi aliter diſceptare nolint. Vetabitur tum habere actuariolas decem ſcalmorum? Cæterum Polybium diſſentire à Livio queſtus eſt olim Fulvius, tentabatque: *nulla quarum triginta remis agatur habeto, neve eas belli cauſa:* & *monere* & *minore* ablegatis, ad fragmenta Polybii: ad Livium ipſum *monerem* fatetur magis placere quam *minorem.* Verba Polybii: ἀποδότω δὲ καὶ τὰς ναῦς τὰς μακρὰς καὶ τὰ ἐκ τούτων ἄρμενα καὶ τὰ σκεύη· καὶ μηκέτι ἐχέτω πλὴν δέκα καταφράκτων, μηδὲ τριακοντάκωπον ἐχέτω ἐλαυνόμενον, μηδ᾽ αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν οὗ αὐτὸς κατάρχῃ. Appianus in numero diſpar (ni vitium eſt) in navibus longis Polybium ſequitur: ναῦς δὲ καταφράκτους δυόδεκα ἔχειν μόνας, αἷς ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμους κατάρχειν· πολεμούμενον δὲ καὶ πλέοσι χρῆσθαι. Nam erratum memoriæ Salmaſii eſt, quum in Appiano κατελάτους vel κατερέτους ſcribendum autumat ex hoc Livii loco ad jus Atticum p. 728. neque enim id illi excidiſſet, ſi Polybii recordatus fuiſſet. Vult ergo Polybius licuiſſe regi decem habere conſtratas, quæ longarum numero ſunt: Livius tantum decem actuarias ei concedit, longas adimit. Rurſum Polybius negat ullam actuariam, quæ triginta remis ageretur, permiſſam: Livius decem actuarias, quæ haud plus quam triginta remis procederent. Et conſtat tamen hic Polybio auctore uſum Livium fuiſſe. Si fas, in hujus potius verbis peccatum crediderim, & fuiſſe olim: *Tradito & naves longas armamentaque earum: neve plures quam decem naves, actuariam nullam quæ triginta remis agatur, habeto: neve monerem ex belli cauſa, quod ipſe illaturus erit.* Habes Livium per omnia cum Polybio conſentientem. Dixerat, tradito naves, non definito numero, neque omnes tamen addidit, ut maximam partem ſignificaret, & quia mox finiturus erat numerum longarum, quas ei liceret retinere. Τριακοντάκωπον ἐλαυνόμενον vertit *actuariam, quæ triginta remis agitur.* Hic ſupplendum ex Appiano, quod proxime ſtatutum eſt, intelligi de illis maritimis viribus, quas ex inſtituto habiturus erat præſidium regni & ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμους κατέχειν, (ſic enim legendum) ita tamen, ut ſi ab illis infeſtaretur, quibuſcum ei jus belli reliquerant Romani, poſſet καὶ πλέοσι χρῆσθαι. Hoc ſignificat Polybii, μηδ᾽ αὐτὸ, ſed ne hoc quidem numero in eo bello, οὗ αὐτὸς κατάρχῃ. ergo hoc, ſi quis ipſum adoriatur. Neque enim ſana loquendi ratio patitur, ut τὸ αὐτὸ referatur ad ſolum ἐλαυνόμενον abſque τοῦ τριακοντάκωπον, & haud probabile eſt omnem omnino actuariam prohiberi. Congruit Livius: nam illam ipſam navem, quam prius ita circumſcripſit, quæ triginta remis agatur, deinde uno vocabulo vocat *monerem*, & habere vetat, ſi bellum ipſe inferat: ſatis ſic ſignificans conceſſam, ſi laceſſatur, non laceſſat. *J. F. Gron.*

(nulla pluſquam triginta remis agatur) habeto: neve monerem ex belli cauſſa, quod ipſe illaturus erit. [1] *Neve navigato citra Calycadnum, neve Sarpedonem, promontoria: extra quam ſi qua navis pecuniam, ſtipendium, aut legatos, aut obſides portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus, quæ ſub ditione populi Romani ſunt, Antiocho regi jus ne eſto. ne voluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum ſociorumve quæ ædes ædificiaque intra fines regni Antiochi ſunt, quo jure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum ſociorumve ſunto. Si quæ pecuniæ debentur, earum exactio eſto. Si quid ablatum eſt, id conquirendi, cognoſcendi, repetendique jus item eſto. Si quas urbes, quas tradi oportet, ii tenent, quibus Antiochus dedit, ex iis præſidia deducito: utique recte tradantur, curato. Argenti probi duodecim millia* [2] *Attica talenta dato intra duodecim annos penſionibus æquis. Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat, & tritici quingenta quadraginta millia modiûm. Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta intra quinquennium dato: & pro frumento quod æſtimatione fiat, talenta centum viginti ſeptem. Obſides Romanis viginti dato: & triennio mutato, ne minores octonum denum annorum, neu majores quinum quadragenum. Si qui ſociorum populi Romani ultro bellum inferent Antiocho, vim vi arcendi jus eſto: dum ne quam urbem aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat.* [3] *Controverſias inter ſe jure ac judicio diſceptanto; aut ſi utriſque placebit, bello.* De Annibale Pœno, & Ætolo Thoante, & Mnaſimacho Acarnane, & [4] Chalcidenſibus, Eubulida & Philone, dedendis, in hoc quoque

1 *Neve navig. citra Calycandrum, neve Sarped.*] *Calycadnum* legendum eſt, ex Strabone, & Appiano in Syriaca, cujus in hoc fœdere narrando hæc verba ſunt: ὅρω μὲν Ἀντιόχῳ τῆς ἀρχῆς εἶ) δύο ἄκρας Καλύκαδνόν τε καὶ Σαρπηδόνα. καὶ τάσδε μὴ παραπλεῖν Ἀντίοχον ἐπὶ πολέμῳ. De Sarpedone idem Strabo. *Sigonius.*

2 *Attica talenta*] Immo *Atticûm talentûm*. J. F. Gron.

3 *Controverſias inter ſe jure ac judicio diſceptent, aut*] Membranæ conſenſu: *diſceptanda aut.* Lege: *ac judicio diſceptanto, aut.* Idem.

4 *Chalcidenſibus Eubulo, & Philone*] Vet. lib. *Eubulida.* Egregie. ſic enim lib. priore: *Thoantem quoque Ætolum dedetis, & cum eo Mnaſimachum Acarnana, & Chalcidenſes Philonem, & Eubulidam.* Quo in nomine laboravit Glareanus. *Sigonius.*

que fœdere aſſcriptum eſt. [1] & ut ſi quid poſtea addi, de-
39 mi, mutarive placuiſſet, ut id ſalvo fœdere fieret. Conſul juravit in hoc fœdus: ab rege qui exigerent jusjurandum, profecti, Q. Minucius Thermus, & L. Manlius qui tum forte ab Oenoandis rediit: & Q. Fabio Labeoni, qui claſſi præerat, ſcripſit, ut Patara extemplo proficiſceretur: quæque ibi naves regiæ eſſent, concideret, cremaretque. Profectus ab Epheſo quinquaginta tectas naves aut concidit, aut incendit. Telmeſſum eadem expeditione (territis ſubito adventu claſſis oppidanis) recepit. Ex Lycia protinus, juſſis ab Epheſo ſequi, qui ibi relicti erant, per inſulas in Græciam trajecit. Athenis paucos moratus dies, dum Piræeum ab Epheſo naves venirent, totam inde claſſem in Italiam reduxit. Cn. Manlius, quum inter cætera, quæ accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepiſſet, donoque Eumeni omnes dediſſet: deinde cauſſas civitatum, multis inter novas res turbatis, cognovit. Et Ariarathes rex, parte dimidia pecuniæ imperatæ, Eumenis beneficio, cui deſponderat per eos dies filiam, remiſſa, in amicitiam eſt acceptus. Civitatum autem cognitis cauſſis, decem legati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quæ ſtipendiariæ regi Antiocho fuerant, & cum populo Romano ſenſerant, iis immunitatem dederunt: quæ partium Antiochi fuerant, aut ſtipendiariæ Attali regis, eas omnes vectigal pendere Eumeni juſſerunt. nominatim præterea Colophoniis qui in Notio habitant, [2] & Cymeis & Mileſiis immunitatem

1 *Et ſi quid poſtea addi mutarive*] Plenior vetus lectio: *&* *ut ſi quid poſtea addi, demi, mutarive placuiſſet, ut id ſalvo fœdere fieret.* Τὸ *demi* jam defuit Andreæ: prius *ut* in primo expunctum video Frobenio, priores omnes habent. Vide ad lib. 28, 9. Polybius: ἐὰν δέ τι θέλωσι πρὸς τὰς συνθήκας ἀμφότεροι κοινῷ δόγματι προστεθῆναι ἢ ἀφαιρεθῆναι ἀπ' αὐτῶν, ἐξέστω. *J. F. Gron.*

2 *Et Cymeis & Mileſiis*] Aſcenſii commentum Magontiaci primum receptum. Romana, Med. Tar. Ven. Beccar. *Miloſenis*, ut & Mſſ. Voſſ. & Buſlid. Badius in margine pro alia lectione notavit ad ſignum *Mileſiis*, ut & ex eo Saveterius. Inde acceperunt Moguntiæ, & retinuerunt omnes. Legendum: *Mylaſſenis* vel *Mylaſenis*. nam Polybius: Κολοφωνίους τοὺς τὸ Νότιον οἰκοῦντας καὶ Κυμαίους καὶ Μυλασσεῖς ἀφ-

tatem conceſſerunt. Clazomeniis ſuper immunitatem & Drymuſam inſulam dono dederunt: & Mileſiis, quem ſacrum appellant, agrum reſtituerunt: & Ilienſibus Rhœteum & Gergithum addiderunt; non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria. eadem & Dardanum liberandi cauſſa fuit. Chios quoque, & Smyrnæos, & Erythræos, pro ſingulari fide quam eo bello præſtiterunt, & agro donarunt, & in omni præcipuo honore habuerunt. Phocæenſibus & ager, quem ante bellum habuerant, redditus; & ut legibus antiquis uterentur, permiſſum. Rhodiis affirmata, quæ data priore decreto erant; Lycia & Caria datæ uſque ad Mæandrum amnem; præter Telmiſſum. Regi Eumeni Cherſoneſum in Europa, & Lyſimachiam, caſtella, vicos, agros, quibus finibus tenuerat Antiochus, adjecerunt: in Aſia Phrygiam utramque: alteram ad Helleſpontum, majorem alteram vocant: & Myſiam, quam Pruſias rex ademerat, ei reſtituerunt: & Lycaoniam, & Milyada, & Lydiam, & nominatim urbes, Tralles, atque Epheſum & Telmiſſum. De Pamphylia diſceptatum inter Eumenem & Antiochi legatos quum eſſet, quia pars ejus citra, pars
ultra Taurum eſt; integra res ad ſenatum rejicitur. His 40
fœderibus decretiſque datis, Manlius cum decem legatis omnique exercitu ad Helleſpontum profectus, evocatis eo regulis Gallorum, leges, quibus pacem cum Eumene ſervarent, dixit, denunciavitque, ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque ſuorum terminis ſe continerent. Contractis deinde ex omni ora navibus, & Eumenis etiam claſſe per Athenæum fratrem regis ab Elæa adducta, copias omnes in Europam trajecit. inde per Cherſoneſum modicis itineribus, grave præda omnis generis agmen trahens, Lyſimachiæ ſtativa habuit:

ἀποφορητοὺς ἀπῆκαν. A Mylaſis Aſiæ, Carum quondam regia, patria Hybreæ oratoris, quem Mylaſenum appellat Valerius Maximus 9, 14. *J. F. Gron.*

buit: ut quam maxime recentibus & integris jumentis Thraciam, per quam iter vulgo horrebant, ingrederetur. Quo profectus eſt ab Lyſimachia die, ad amnem Melana, quem vocant; inde poſtero die Cypſela pervenit. à Cypſelis via decem millium fere ſilveſtris, anguſta, confragoſa excipiebat. propter cujus difficultatem itineris in duas partes diviſus exercitus, & præcedere una juſſa, altera magno intervallo cogere agmen, media impedimenta interpoſuit: plauſtra cum pecunia publica erant, precioſaque alia præda. Itaque quum per ſaltum iret, Thracum decem haud amplius millia ex quatuor populis, Aſtii, & Cæni, & Maduateni, & Cœletæ, ad ipſas anguſtias viam circumſederunt. Opinio erat, non ſine Philippi regis Macedonum fraude id factum. eum ſciſſe non alia quam per Thraciam redituros Romanos, & quantam pecuniam ſecum portarent. In primo agmine imperator erat; ſollicitus propter iniquitatem locorum. Thraces nihil ſe moverunt, donec armati tranſirent. poſteaquam primos ſuperaſſe anguſtias viderunt, poſtremos nondum appropinquantes, impedimenta & ſarcinas invadunt. cæſiſque cuſtodibus, partim ea quæ in plauſtris erant, diripere, partim ſub oneribus jumenta abſtrahere. Unde poſteaquam clamor primum ad eos qui jam ingreſſi ſaltum ſequebantur, deinde etiam ad primum agmen eſt perlatus, utrimque in medium concurritur, & inordinatum ſimul pluribus locis prœlium conſeritur. Thracas præda ipſa impeditos oneribus, & pleroſque (ut ad rapiendum manus vacuas haberent) inermes, ad cædem præbet; Romanos iniquitas locorum, barbaris per calles notos incurſantibus, & latentibus interdum per cavas valles, prodebat. ipſa etiam onera plauſtraque, ut fors tulit, his aut illis incommode objecta pugnantibus impedimento ſunt: alibi prædo, alibi prædæ vindex cadit. Prout locus iniquus æquuſve his aut illis, prout animus pugnantium eſt, prout numerus (alii enim

enim pluribus quam ipſi erant, alii paucioribus occurrerant) varia pugnæ fortuna eſt. multi utrimque cadunt. Jam nox appetebat; quum prœlio excedunt Thraces; non fuga vulnerum, aut mortis, ſed quia ſatis prædæ habebant. Romanorum primum agmen extra ſaltum [1] cir- 41
ca templum Bendidium caſtra loco aperto poſuit: pars altera ad cuſtodiam impedimentorum medio in ſaltu duplici circumdata vallo manſit. Poſtero die, prius explorato ſaltu quam moverent, primis ſe conjungunt. In eo prœlio, quum & impedimentorum pars & calonum, & milites aliquot, quum paſſim toto prope ſaltu pugnaretur, cecidiſſent; plurimum Q. Minucii Thermi morte damni eſt acceptum, fortis ac ſtrenui viri. Eo die ad Hebrum flumen perventum eſt. inde Æniorum fines præter Apollinis, Zerynthum quem vocant incolæ; templum ſuperant. Aliæ anguſtiæ circa Tempyra excipiunt, (hoc loco nomen eſt) nec minus confragoſæ, quam priores; ſed quia nihil ſilveſtre circa eſt, ne latebras quidem ad inſidiandum præbent. Huc ad eandem ſpem prædæ [2] Thrauſi (gens & ipſa Thracum) convenere: ſed quia nudæ valles procul ut conſpicerentur anguſtias obſidentes, efficiebant; minus terroris tumultuſque fuit apud Romanos. quippe etſi iniquo loco, prœlio tamen juſto, acie aperta, collatis ſignis dimicandum erat. Conferti ſubeuntes cum clamore, impetu facto primum expulere loco hoſtes; deinde avertere. fuga inde cædeſque ſuis ipſos impedientibus anguſtiis, fieri cœpta eſt. Romani victores ad vicum Maronitarum (Saren appellant)

1 *Circa templum Bendidium*] Vet. lib. *Mendidium.* At Strabo meminit ſacrorum Bendidiorum apud Thracas lib. 10. Ἀθηναῖοι πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, καὶ δὴ καὶ τὰ Θρᾴκια καὶ τὰ Φρύγια· τῶν μὲν γὰρ Βενδιδίων Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης. Glareano tamen *Mendidium* placet. *Sigonius.*

Templum Bendidium] *Bendu*, ut ſcribit Heſychius, lingua Thracum *Diana* appellatur; unde & *Bendidia* ejus feriæ Athenis vocabantur. *Turnebus.*

2 *Thrauſi gens*] Θραύσους vocat Stephanus eoſdem, quos Ἀγαθύρσους. *Sigonius.*

lant) poſuerunt caſtra. poſtero die patenti itinere Priaticus campus eos excepit, triduumque ibi frumentum accipientes manſerunt; partim ex agris Maronitarum, conferentibus ipſis, partim ex navibus ſuis, quæ cum omnis generis commeatu ſequebantur. Ab ſtativis, diei via Apolloniam fuit. hinc per Abderitarum agrum Neapolim perventum eſt. Hoc omne per Græcorum colonias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas dies noctesque, & ſi non infeſtum, ſuſpectum tamen, donec in Macedoniam pervenerunt. Mitiores Thracas idem exercitus, quum à Scipione eadem via duceretur, habuerat, nullam ob aliam cauſſam, quam quod prædæ minus, quod peteretur, fuerat. Quanquam tum quoque Claudius auctor eſt, ad quindecim millia Thracum, præcedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidæ occurriſſe. quadringentos equites fuiſſe Numidas, paucos elephantos. Mutinis filium per medios hoſtes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupiſſe. eundem mox, quum jam Mutines in medio elephantis collocatis, in cornua equitibus diſpoſitis, manum cum hoſte conſeruiſſet, terrorem ab tergo præbuiſſe. atque inde turbatos equeſtri velut procella hoſtes, ad peditum agmen non acceſſiſſe. Cn. Manlius per Macedoniam in Theſſaliam exercitum traduxit. inde per Epirum Apolloniam quum perveniſſet; nondum adeo hiberno contempto

42 mari, ut trajicere auderet, Apolloniæ hibernavit. Exitu prope anni M. Valerius conſul ex Liguribus ad magiſtratus ſubrogandos Romam venit: nulla memorabili in provincia re geſta, ut ea probabilis moræ cauſa eſſet, quod ſolito ſerius ad comitia veniſſet. Comitia conſulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Calendas Martias. creati M. Æmilius Lepidus, C. Flaminius. Poſtero die prætores facti, Ap. Claudius Pulcher, Ser. Sulpicius Galba, Q. Terentius Culleo, L. Terentius Maſſaliota, Q. Fulvius Flaccus, M. Furius Craſſipes.

Comi-

Comitiis perfectis, quas provincias prætoribus eſſe placeret, retulit ad ſenatum conſul. decreverunt duas Romæ juris dicendi cauſſa, duas extra Italiam, Siciliam & Sardiniam: duas in Italia, Tarentum & Galliam. & extemplo, priuſquam inirent magiſtratum, ſortiri juſſi. Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam eſt ſortitus. L. Terentius Siciliam, Q. Fulvius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Furius Galliam. Eo anno L. Minucius Myrtilus, & L. Manlius, quod legatos Carthaginienſes pulſaſſe dicebantur, juſſu M. Claudii prætoris urbis per feciales traditi ſunt legatis & Carthaginem avecti. In Liguribus magni belli, & gliſcentis indies magis, fama erat. itaque conſulibus novis, quo die de provinciis & de republica retulerunt, ſenatus utrique Ligures provinciam decrevit. Huic ſenatuſconſulto Lepidus conſul intercedebat, *Indignum eſſe* prædicans, *conſules ambos in valles Ligurum includi. M. Fulvium & Cn. Manlium biennium jam, alterum in Europa, alterum in Aſia, velut pro Philippo atque Antiocho ſubſtitutos regnare. ſi exercitus in his terris eſſe placeat, conſules iis potius quam privatos praeeſſe oportere. Vagari eos cum belli terrore per nationes, quibus bellum indictum non ſit; pacem pretio venditantes. ſi eas provincias exercitibus obtinere opus eſſet; ſicut Man. Acilio, L. Scipioni conſulibus* [1] *M. Fulvius & Cn. Manlius ſucceſſiſſent conſules; ita Fulvio Manlioque C. Livium, & M. Valerium conſules, debuiſſe ſuccedere. nunc certe perfecto Ætolico bello, recepta ab Antiocho Aſia, devictis Gallis, aut Conſules ad exercitus conſulares mitti, aut reportari legiones inde reddique tandem reipublicæ debere.* Senatus, his auditis, in ſententia perſeveravit, ut conſulibus ambobus Ligures provincia eſſet: Manlium Fulviumque decedere de provinciis, & exercitus inde deducere, ac redire Romam, placuit. Inimicitiæ inter M. Fulvium 43

1 *M. Fulvius & Cn. Manlius*] Copula & haud dubie falſi calami opus eſt: quippe ſicut mox ante dixit *Man. Acilio L. Scipioni*, ſic quis negabit nunc quoque dixiſſe *M. Fulvius Cn. Manlius*? Jac. Gron.

& M. Æmilium conſulem erant: [1] & ſuper cætera Æmilius, ſerius biennio ſe conſulem factum M. Fulvii opera ducebat. itaque ad invidiam ei faciendam legatos Ambracienſes, in ſenatum, ſubornatos criminibus, introduxit. *Qui ſibi, quum in pace eſſent, imperataque a prioribus conſulibus feciſſent, & eadem præſtare obedienter M. Fulvio parati eſſent, bellum illatum queſti; agros primum depopulatos, terrorem direptionis & cædis urbi injectum, ut eo metu claudere cogerentur portas. Obſeſſos deinde, & oppugnatos ſe, & omnia exempla belli edita in ſe, cædibus, incendiis, ruinis, direptione urbis: conjuges, liberos in ſervitium abſtractos: bona adempta: &, quod ſe ante omnia moveat, templa tota urbe ſpoliata ornamentis. [2] ſimulacra Deum, Deos imo ipſos, convulſos ex ſedibus ſuis, ablatos eſſe: [3] parietes poſteſque nudatos. Quos adorent, ad quos precentur & ſupplicent, Ambracienſibus non ſupereſſe.* Hæc

1 *Et ſupra cetera*] Vet. lib. *Super*, id eſt, ultra. *Sigonius.*

2 *Simulacra deum, deos demum ipſos*] Neſcio quis hic male curioſus infuſcavit. Scripti & editi omnes uſque ad Curionem, ne hoc quidem excepto: *deos immo ipſos.* Ab eadem prorſus imprudentia, quæ Sigonium adegit vitiare illud lib. 35, 49. *Nam quod optimum eſſe dicunt non interponendi vos bello: nihil immo tam alienum rebus veſtris eſt.* Sic & lib. 26, 30. *Maneant immo, inquit Marcellus, ut coram his reſpondeam.* Quum ſic juſſiſſet ex ſcripto codice legi Rhenanus, neſcio quis poſteriorum fecit in vulgatis: *Immo maneant.* Quamquam noſtris omnibus ea particula abſit. Livius iterum lib. 39 de M. Porcio Catone: *vivit immo vigetque eloquentia ejus.* J. F. Gron.

Deos demum ipſos convulſos ex ſedibus ſuis ablatos eſſe] Verba iſta, *ablatos eſſe*, ſapiunt gloſſema: quo vitii genere contaminata locis prope innumeris Livii exemplaria obſervavimus. *Herald.* in Arnob.

3 *Parietes poſteſque nudatos, quos adorent, ad quos precentur & ſupplicent Ambracienſes, non ſupereſſe*] Quæ lectio probatur, quia ſententiam Ciceronis reddit, quæ eſt in Divinatione: *Seſe jam ne deos quidem in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet.* Sigonius.

Ambracienſibus non ſupereſſe] Scripti noſtri cum Geleniano: *parietes poſteſque nudatos, quos adorent, ad quos precentur & ſupplicent, Ambracienſibus ſupereſſe.* Quod ſatis commodum videtur: quum enim deos ſublatos dixiſſent, ſi rei divinæ operam dare velint, nudos parietes ac poſtes, quibus pro diis preces allegent, ſibi ajunt relictos. Non opus cum Sigonio immittere negationem. Licet & genus loquendi obſerves: *ad quos precentur:* propter locum Tibulli lib. 2 Eleg. 2. *Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras.* Quæ verba in Scaligeri, Douzæ, Paſſeratii, omnibuſque, quas vidi, editionibus, ita diſtincta ſunt, ut ipſe natalis ad aras veniſſe intelligatur. Quo ſenſu quid ineptius? Ita autem ſenſit Poëta: Dicamus bona verba ad aras, venit enim natalis. Cicero lib. 11 fam. ep. 18.

Gratu-

Hæc querentes, interrogando criminoſe ex compoſito conſul ad plura, velut non ſua ſponte dicenda, eliciebat. Motis Patribus, alter conſul C. Flaminius M. Fulvii cauſſam excepit: qui *veterem & obſoletam viam ingreſſos Ambracienſes* dixit. *Sic M. Marcellum à Syracuſanis, ſic Q. Fulvium à Campanis accuſatos. quin eadem opera T. Quintium à Philippo rege, Man. Acilium & L. Scipionem ab Antiocho, Cn. Manlium à Gallis, ipſum Fulvium ab Ætolis & Cephalleniæ populis accuſari paterentur. Ambraciam oppugnatam & captam, & ſigna inde ornamentaque ablata, & cætera facta, quæ captis urbibus ſoleant, negaturum aut me pro M. Fulvio, aut ipſum M. Fulvium cenſetis, Patres Conſcripti; qui ob has res geſtas triumphum à vobis poſtulaturus ſit; Ambraciam captam, ſignaque, quæ ablata criminantur, & cætera ſpolia ejus urbis ante currum laturus, &* [1] *fixurus in poſtibus ſuis?* Nihil eſt, *quod ſe ab Ætolis ſeparent. eadem Ambracienſium & Ætolorum cauſſa eſt. Itaque collega meus, vel in alia cauſſa inimicitias exerceat; vel ſi in hac utique mavult, retineat Ambracienſes ſuos in adventum M. Fulvii. Ego nec de Ambracienſibus, nec de Ætolis decerni quicquam abſente M. Fulvio patiar.* Quum Æmilius 44
callidam malitiam inimici, velut omnibus notam inſimularet, & tempus eum morando extracturum diceret, ne [2] conſule inimico Romam rediret; certamine conſulum biduum abſumtum eſt. nec præſente Flaminio decerni quicquam videbatur poſſe. Captata occaſio eſt, quum æger forte Flaminius abeſſet. & referente Æmilio ſenatuſconſultum factum eſt, *Ut Ambracienſibus omnes ſuæ res redderentur: in libertate eſſent, ac legibus ſuis uterentur: portoria, quæ vellent, terra marique caperent, dum eorum immunes Roma-*

Gratulatione, quam ad omnia deorum templa fecimus. Livius lib. I. *Quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent.* Manilius lib. I. *Ad duo templa precor, duplici circumdatus æſtu, Carminis & rerum.* J. F. Gron.

1 *Fixurus in poſtibus ſuis*] Solebant enim poſtes Romani ſpoliis hoſtium ornare. Nec ea quidem ædibus abalienatis licebat emptoribus refigere aut tollere. *Turnebus.*

2 *Coſ. inimico Romam veniret*] Vet. lib. *Rediret.* Sigonius.

Romani ac ſocii Latini nominis eſſent. Signa aliaque ornamenta, quæ quererentur ex ædibus ſacris ſublata eſſe; de iis quum M. Fulvius Romam revertiſſet, placere ad collegium pontificum referri, & quod ii cenſuiſſent, fieri. Neque his contentus conſul fuit, ſed poſtea per infrequentiam adjecit ſenatuſconſulto, Ambraciam non videri vi captam eſſe. Supplicatio inde ex decemvirorum decreto pro valetudine populi fuit per triduum: quia gravis peſtilentia urbem atque agros vaſtabat. Latinæ inde fuerunt. Quibus religionibus liberati conſules, & delectu perfecto (novis enim uterque maluit uti militibus) in provinciam profecti ſunt: vetereſque omnes dimiſerunt. Poſt conſulum profectionem Cn. Manlius proconſul Romam venit, cui quum ab Ser. Sulpicio prætore ſenatus ad ædem Bellonæ datus eſſet, & ipſe commemoratis rebus ab ſe geſtis poſtulaſſet, ut ob eas Diis immortalibus honos haberetur, ſibique triumphanti urbem invehi liceret; contradixerunt pars major decem legatorum, qui cum eo fuerant, & ante alios L. Furius Purpureo, & L. Æmilius Paullus,

45 *Legatos ſeſe Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciendæ cauſſa,* [1] *fœderiſque & legum, quæ cum L. Scipione inchoatæ fuiſſent, perficiendarum. Cn. Manlium ſumma ope tetendiſſe, ut eam pacem turbaret, & Antiochum, ſi ſui poteſtatem feciſſet, inſidiis exciperet: ſed illum cognita fraude conſulis, quum ſæpe colloquiis petitis captatus eſſet, non congreſſum modo, ſed conſpectum etiam ejus vitaſſe. Cupientem tranſire Taurum, ægre omnium legatorum precibus, ne carminibus Sibyllæ prædictam ſuperantibus terminos fatales cladem experiri vellet, retentum.* [2] *admoviſſe tamen exercitum, & prope ipſis jugis*

[1] *ad*

1 *Fœderiſque & legum*] Non fuerunt iſti legati de legibus aliis perficiendis, quam quibus fœdus fieret. Itaque peregrinum ſapit copulativa, ac potius ſcribetur ex membrana Thuan. *fœderiſque legum.* 24, 29. *Aut eximendum id de fœdere eſſe, aut legem eam fœderis non accipiendam.* 23, 10. *Quum negaret lege fœderis id cogi poſſe.* Jac. Gron.

2 *Admoviſſe tamen exercitum*] Scriptus, *admoſſe.* Ut lib. præcedente: *ultra Tauri juga Antiochum emoſtis.* J. F. Gron.

1 *Ad*

ad divortia aquarum caſtra poſuiſſe. Quum nullam ibi cauſſam belli inveniret, quieſcentibus regiis, circumegiſſe exercitum ad Gallogræcos: cui nationi non ex ſenatus auctoritate, non populi juſſu bellum illatum. quod quem unquam de ſua ſententia facere auſum? Antiochi, Philippi, Annibalis & Pœnorum recentiſſima bella eſſe. de omnibus his [2] *conſultum ſenatum, populum juſſiſſe. ſæpe legatos ante miſſos, res repetitas: poſtremo qui bellum indicerent miſſos. Quid eorum, Cn. Manli, factum eſt, ut iſtud publicum populi Romani bellum, & non tuum privatum latrocinium dicamus? At eo ipſo contentus fuiſti. recto itinere duxiſti exercitum ad eos, quos tibi hoſtes deſumpſeras: an & per omnes anfractus viarum, quum ad bivia conſiſteres, ut quo flexiſſet agmen Attalus Eumenis frater, eo conſul mercenarius, cum exercitu Romano ſequereris, Piſidiæ Lycaoniæque & Phrygiæ receſſus omnes atque angulos peragraſti, ſtipem à tyrannis caſtellaniſque deviis colligens? Quid enim tibi cum Oenoandis? quid cum aliis æque innoxiis populis? Bellum autem ipſum, cujus nomine triumphum petis, quo modo geſſiſti? Loco æquo, tempore tuo pugnaſti? Tu vero recte, ut Diis immortalibus honos habeatur, poſtulas: primum, quod pro temeritate imperatoris, nullo jure gentium bellum inferentis, pœnas luere exercitum noluerunt: deinde, quod belluas, non hoſtes nobis objecerunt. Nolito nomen tantum exiſtimare miſtum eſſe Gallogræ-* 46
corum. multo ante & corpora & animi miſti ac vitiati ſunt. An ſi illi Galli eſſent, cum quibus millies vario eventu in Italia pugnatum eſt, quantum in imperatore noſtro fuit, nuncius illinc rediſſet? Bis cum iis pugnatum eſt, bis loco iniquo ſubiit, in valle inferiore pedibus penè hoſtium aciem ſubjecit: ut ſi non tela ex ſuperiore loco mitterent, ſed corpora ſua nuda injicerent, obruere nos potuerint. Quid igitur incidit? magna fortuna populi Romani

1 *Ad divortia aquarum caſtra poſuiſſe*] Divortia aquarum, juga ſunt, unde in diverſa aquæ & cæleſtes & perennes divertunt. *Turnebus.*

2 *Conſultum ſenatum, populumque juſſiſſe*] Particula *que*, vacat, ex vet. lib. Senſus eſt: Bella ſuperiora omnia auctoritate patrum juſſu populi eſſe ſuſcepta, neque ea ante à populo juſſa eſſe, quam patres auctores ſint facti. *Sigonius.*

mani eſt, magnum & terribile nomen. Recenti ruina Annibalis, Philippi, Antiochi, [1] *prope attoniti erant, tantæ corporum moles. Fundis ſagittiſque in fugam conſternati ſunt: gladius in acie cruentatus non eſt Gallico bello;* [2] *velut avium examina, ad crepitum primum miſſilium avolavere. At hercule, nos iidem (* [3] *admonente fortuna, quid ſi hoſtem habuiſſemus, caſurum fuiſſet) quum redeuntes in latranculos Thracas incidiſſemus, cæſi, fugati, exuti impedimentis ſumus. Q. Minucius Thermus, in quo haud paulo plus damni factum eſt, quam ſi Cn. Manlius, cujus temeritate ea clades inciderat, periſſet, cum multis viris fortibus cecidit: exercitus ſpolia regis Antiochi referens, trifariam diſſipatus: alibi primum, alibi poſtremum agmen, alibi impedimenta. inter vepres in latebris ferarum noctem unam delituit. Pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiæque foret acceptum, de quibus hoſtibus triumphum peteres? de iis, ut opinor, quos tibi hoſtes ſenatus, aut populus Romanus dediſſet. Sic huic L. Scipioni, ſic illi Manio Acilio de rege Antiocho, ſic paulo ante T. Quintio de rege Philippo, ſic P. Africano de Annibale, & Pœnis, & Syphace, triumphus datus. & minima illa, quum jam ſenatus cenſuiſſet bellum, quæſita tamen ſunt, quibus nunciandum eſſet; ipſis utique regibus nunciaretur, an ſatis eſſet ad præſidium aliquod nunciari?* [4] *Vultis ergo hæc omnia pollui & confundi?*

1 *Prope attonitæ erant, tantæ corporum moles*] Quam multa bene, tam hoc male receptum eſt ex Moguntino. Scripti & prius editi impendio elegantius: *prope attoniti erant, tantæ corporum moles: fundis ſagittiſque in fugam conſternati ſunt.* Intelligendum enim quaſi per epexegeſin dictum eſſet: Galli, tantæ corporum moles, attoniti, conſternati. Ut in illis, *auxilia irati*, & *illa furia adſecutus eſt.* Vide ad lib. 29, 12. *J. F. Gron.*

2 *Velut avium examina*, &c.] Vet. lib. *Velut apium examina*, ut lib. 4. *Fumone victi, velut examen apum, inermi cedetis hoſti?* Sigonius.

Velut avium examina] Reduxi lectionem, quæ in edd. priſcis & Pall. Subſtituerat nobis Sigonius *apium*, minus recte. Nam aves utique reliquæ potius avolant crepitu excitato quam apes. Nec pro eo facit locus libri 4. Apum enim proprium fumo pelli; non etiam volucrum cæterorum. *Gruterus.*

3 *Admonente fortuna, quid, ſi hoſtem habuiſſemus, caſurum fuiſſet*] Scripti: *monente.* J.F. Gron.

4 *Vultis ergo hæc omnia pollui*] Thuan. *Velitis ergo*, quod non videtur temere faſtidiendum. 5, 53. *Velitiſne illos Romanos, vos Veientes eſſe? an malitis hanc ſolitudinem veſtram, quam urbem hoſtium eſſe? non equidem video, quid magis ne-*

fas

fundi? tolli fecialia jura? nullos eſſe feciales? fiat (pace Deum dixerim) jactura religionis: oblivio Deorum [1] *capiat pectora veſtra. Num ſenatum quoque de bello conſuli non placet? non ad populum ferri, velint, jubeantne cum Gallis bellum geri? Modo certe conſules Græciam atque Aſiam volebant. tamen perſeverantibus vobis Ligures provinciam decernere, dicto audientes fuerunt. Merito ergo à vobis proſpere bello geſto triumphum petent, quibus auctoribus geſſerunt.* Talis oratio Furii & Æmi- 47
lii fuit. Manlium in hunc maxime modum reſpondiſſe accepimus: *Tribuni plebis antea ſolebant triumphum poſtulantibus adverſari, Patres Conſcripti. Quibus ego gratiam habeo, quod ſeu mihi, ſeu magnitudini rerum geſtarum hoc dederunt, ut non ſolum ſilentio comprobarent honorem meum, ſed referre etiam, ſi opus eſſet, viderentur parati eſſe. Ex decem legatis, ſi Diis placet, quod concilium diſpenſandæ cohoneſtandæque victoriæ imperatoribus majores dederunt noſtri, adverſarios habeo. L. Furius, L. Æmilius currum triumphalem me conſcendere prohibent, coronam inſignem capiti detrahunt. quos ego, ſi tribuni me triumphare prohiberent, teſtes citaturus fui rerum à me geſtarum. Nullius equidem invideo honori, Patres Conſcripti. Vos tribunos plebei nuper, viros fortes ac ſtrenuos, impedientes Q. Fabii Labeonis triumphum, auctoritate veſtra deterruiſtis. triumphavit, quem non bellum injuſtum geſſiſſe, ſed hoſtem omnino non vidiſſe, inimici jactabant. Ego, qui cum centum millibus ferociſſimorum hoſtium ſignis collatis toties pugnavi, qui plus quadraginta millia hominum cepi aut occidi, qui bina caſtra eorum expugnavi, qui citra juga Tauri omnia pacatiora, quam terra Italia eſt, reliqui; non triumpho modo fraudor, ſed cauſſam apud vos, Patres Conſcripti,* [2] *accuſantibus meis ipſe legatis dico.*

fas ſit. 24, 8: Studiis, quæ in campum ad mandandos, quibus velitis, honores affertis. 31, 29. Sicut vos Naupacti legibus veſtris per magiſtratus à vobis creatos concilium habetis, ſocium hoſtemque libere, quem velitis, habituri. Jac. Gron.

1 *Capiat pectora veſtra*] Vet. lib. *noſtra.* Sigonius.

2 *Accuſantibus meis ipſe legatis dico*] Vet. lib. *Accuſantibus me his legatis*, quod probo. neque enim legatos decem ad conſtituendam provinciam miſſos à ſenatu, imperator ſuos legatos appellaverit. *Idem.*

dico. Duplex eorum, ut animadvertiſtis, Patres Conſcripti, accuſatio fuit: nam nec gerendum mihi fuiſſe bellum cum Gallis, & geſtum temere atque imprudenter, dixerunt. non erant Galli hoſtes, ſed tu eos pacatos imperata facientes violaſti. Non ſum poſtulaturus à vobis, Patres Conſcripti, ut quæ communiter de immanitate gentis Gallorum, de infeſtiſſimo odio in nomen Romanum ſcitis; [1] *ea de illis quoque, qui terras has incolunt, exiſtimetis. Gallos, remota univerſæ gentis infamia atque invidia, per ſe ipſos æſtimate. Utinam rex Eumenes, utinam Aſiæ civitates omnes adeſſent, & illos potius querentes, quam me accuſantem audiretis! Mittite agedum legatos circa omnes Aſiæ urbes, & quærite, utrum à graviori ſervitute, Antiocho ultra Tauri juga emoto, an Gallis ſubactis, liberati ſint? quoties agri eorum vaſtati ſint, quoties prædæ abactæ, referant: quum vix redimendi captivos copia eſſet, & mactatas humanas hoſtias immolatoſque liberos ſuos audirent. Stipendium ſcitote pependiſſe ſocios veſtros Gallis: & nunc liberatos per vos regio imperio fuiſſe penſuros, ſi à me foret ceſſatum.*
48 *Quo longius Antiochus emotus eſſet, hoc impotentius in Aſia Galli dominarentur: & quicquid eſt terrarum citra Tauri juga, Gallorum imperio, non veſtro adjeciſſetis.* [2] *At enim ſunt quidem iſta vera. etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli ſpoliaverunt: nec ideo populus Romanus his bellum indixit aut intulit. Equidem aliquid intereſſe rebar inter*

id

1 *Ea de illis quoque, qui Aſiam incolunt exiſtimetis Gallis, remota univerſæ gent. infam.*] Vet. lib. *Ea de illis quoque, qui Aſiam incolunt exiſtimetis. Gallos, remota univerſæ gentis infamia atque invidia, per ſe ipſos æſtimate.* Sigonius.

Gallos remota univerſæ gentis inf.] Non poteſt non ſuſpecta eſſe vox *Gallos* locum accuratius conſideranti. Non enim communiter quoſcunque illius gentis populos, ſed illos proprie, qui Aſiam incolebant, æſtimare jubet ſenatum, ut patet ex præcedentibus. Niſi igitur excludenda eſt plane, repone, ut a Moguntinis editum: *ea de illis quoque, qui terras has incolunt, exiſtimetis Gallis. Remota univerſæ gentis infamia atque invidia per ſe ipſos æſtimate.* Jac. Perizonius.

2 *At enim ſunt quidem iſta vera. etiam Delphos*] Sic quidem Gelenius. Noſtri tamen ſcripti cum prius vulgatis: *At enim ſunt hæc ita: verum etiam Delphos.* Et fere hoc probem. Eſt par brevitas; immo major, apud Ciceronem de Amicitia, ut habent libri emendatiores: *ſunt iſta, Læli: nec enim melior vir fuit Africano quiſquam nec clarior.* Ubi inſeruerunt etiam τὸ *vera.* J. F. Gron.

1 *Ut*

id tempus quo nondum in jure ac ditione veſtra Græcia atque Aſia erat, ad curandum animadvertendumque quid in his terris fieret: & hoc, quo finem imperii Romani Taurum montem ſtatuiſtis, quo libertatem immunitatemve civitatibus datis, quo aliis fines adjicitis: alias agro mulctatis, aliis vectigal imponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curæ veſtræ cenſetis eſſe, [1] *ut pacem terra marique habeant. An niſi præſidia deduxiſſet Antiochus, quæ quieta in ſuis arcibus erant, non putaretis liberatam Aſiam? Si Gallorum exercitus effuſi vagarentur, rata dona veſtra, quæ dediſtis regi Eumeni, rata libertas civitatibus eſſet? Sed quid ego hæc ita argumentor; tanquam non acceperim, ſed fecerim hoſtes Gallos? Te L. Scipio appello, cujus ego mihi, ſuccedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque pariter non fruſtra ab Diis immortalibus precatus ſum, te P. Scipio, qui legati jus, collegæ majeſtatem, & apud fratrem conſulem & apud exercitum habuiſti; ſciatiſne in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuiſſe? videritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris eſſe videbatur) locatos? pugnaveritis, ut cum hoſtibus juſtis? cecideritis? ſpolia eorum retuleritis? Atqui cum Antiocho,* [2] *non cum Gallis bellum his ſenatus decreverat, & populus juſſerat. ſed ſimul, ut opinor, cum his decreverant juſſerantque, qui intra ejus præſidia fuiſſent. ex quibus, præter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, & cum quo nominatim fœdus ut fieret, mandaveratis, omnes hoſtes erant, qui pro Antiocho arma adverſus nos tulerunt. In qua cauſſa quum Galli ante omnes fuiſſent, & reguli quidam & tyranni; ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii veſtri coactis luere peccata ſua, pacem pepigi: & Gallorum animos, ſi poſſent mitigari a feritate inſita, tentavi: & poſteaquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coërcendos ratus ſum. Nunc quoniam*

1 *Ut pacem terra marique habeant*] Forte, *terra mareque habeant*. J. F. Gron.

2 *Non cum Gallis bellum his ſenatus decreverat & populus juſſerat*] Pro quinta voce *hu* exhibebat liber Thuan. voculam &, quam nullus Livio aſſuetus poteſt repudiare. Lib. 42, 36. *Quum jam bellum regi eorum & ſenatus decreſſet & populus juſſiſſet.* 41, 7. *Quando id bellum ſenatus decreviſſet, quando populus Rom. juſſiſſet.* Jac. Gron.

niam ſuſcepti belli purgatum eſt crimen; geſti reddenda eſt ratio. In quo conſiderem equidem cauſſæ meæ, etiamſi non apud Romanum, ſed apud Carthaginienſem ſenatum agerem; ubi in crucem tolli imperatores dicuntur, ſi proſpero eventu, pravo conſilio rem geſſerunt. Sed ego in ea civitate, quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendiſque Deos adhibet, quia nullius calumniæ ſubjicit ea quæ Dii comprobaverunt, & [1] in ſolennibus verbis habet, quum ſupplicationem aut triumphum decernit; Quod bene ac feliciter rempublicam adminiſtrarit; ſi nollem, ſi grave, ac ſuperbum exiſtimarem virtute gloriari; pro felicitate mea exercituſque mei, quod tantam nationem ſine ulla militum jactura devicimus, poſtularem, ut Diis immortalibus honos haberetur, & ipſe triumphans in Capitolium aſcenderem, unde votis rite nuncupatis profectus ſum; negaretis hoc mihi cum Diis immortalibus?
49 Iniquo enim loco dimicavi. Dic igitur, quo æquiore potuerim dimicare? Quum montem hoſtes cepiſſent? loco munito ſe tenerent? nempe eundum ad hoſtes erat, ſi vincere vellem. Quid ſi urbem eo loco haberent, & mœnibus ſe tenerent? nempe oppugnandi erant. Quid? ad Thermopylas æquone loco Man. Acilius cum rege Antiocho pugnavit? Quid? Philippum non eodem modo ſuper Aoum amnem juga tenentem montium T. Quintius dejecit? Equidem adhuc qualem aut ſibi fingant, aut vobis videri velint hoſtem fuiſſe, non invenio. Si degenerem & emollitum amœnitate Aſiæ, quid periculi vel iniquo loco ſubeuntibus fuit; ſi timendum & feritate animorum & robore corporum, [2] huicne tantæ victoriæ triumphum negatis? Cæca invidia eſt, Patres Conſcripti, nec quidquam aliud ſcit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia earum. Mihi, quæſo, ita ignoſcatis, Patres Conſcripti, ſi longiorem orationem non cupiditas gloriandi de me, ſed neceſſaria criminum defenſio fecit. An etiam per Thraciam ſaltus patentes, qui anguſti erant, & plana ex arduis, & culta ex ſilveſtribus facere potui, & præſtare, necubi notis ſibi latebris deliteſcerent latrones Thraces, ne quid ſarcinarum rapere-

1 *In ſolennibus verbis hab.*] Malim *urbis*. Sigonius.

2 *Huicne tantæ victoriæ*] Voſſ. *Huiccine*. J. F. Gron.

1 Duo

peretur, ne quod jumentum ex tanto agmine abſtraheretur, ne quis vulneraretur, ne ex vulnere vir fortis ac ſtrenuus Q. Minucius moreretur? In hoc caſu, quo infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus, hærent. Quod ſaltu iniquo, loco alieno, quum adortus hoſtis nos eſſet, duæ ſimul acies primi & noviſſimi agminis hærentem ad impedimenta noſtra exercitum barbarorum circumvenerunt, quod multa millia ipſo die, plura multo poſt dies paucos ceciderunt & ceperunt; hoc ſi ipſi tacuerint, vos ſcituros, quum teſtis orationis meæ totus exercitus ſit, non credunt. Si gladium in Aſia non ſtrinxiſſem, ſi hoſtem non vidiſſem; tamen triumphum in Thracia duobus prœliis merueram. Sed jam dictum ſatis eſt. quin, pro eo, quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi, veniam à vobis petitam impetratamque velim, Patres Conſcripti. Plus crimina eo die quam defenſio, valuiſſent, ni altercationem in ſerum perduxiſſent. dimittitur ſenatus in ea opinione, ut negaturus triumphum fuiſſe videretur. Poſtero die & cognati amicique Cn. Manlii ſummis opibus annixi ſunt, & auctoritas ſeniorum valuit, negantium, exemplum proditum memoriæ eſſe, ut imperator, qui perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportaſſet, ſine curru & laurea, privatus inhonoratuſque, urbem iniret. hic pudor malignitatem vicit, triumphumque frequentes decreverunt. Oppreſſit deinde mentionem memoriamque omnem contentionis hujus, majus & cum majore & clariore viro certamen ortum. P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor eſt) [1] duo Q. Petillii diem dixerunt, id, prout cujuſque ingenium erat, interpretabantur. Alii non tribunos

1 *Duo Quintii Petilii diem dixerunt*] Appianus item in Syriaca duos tribunos plebis tradit: καὶ δύο δήμαρχοι δωροδοκίας αὐτὸν ἐγράψαντο καὶ προδοσίας. Et Plutarchus in Catone Πετίλλιοι ὡς ὅτι Σκιπίωνα ἐδεῖ περὶ Πετίλλιον. Et in lib. Apophtheg. Πετιλλίου δὲ καὶ Κοίντου πολλὰ πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ κατηγορησάντων. ex quibus locis intelligi poteſt *Petillios* duobus *ll*, eſſe ſcribendum, ut eſt etiam in Capitolinis lapid. alter enim eorum Q. Petillius Spurinus nono abhinc anno eſt prætor, & paulo poſt in conſulatu moritur. *Sigonius.*

bunos plebis, ſed univerſam civitatem, quæ id pati poſſet, incuſabant. *Duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes inventas, Romam ingratiorem: ſi quidem victa Carthago victum Annibalem in exilium expuliſſet; Roma victrix victorem Africanum expellat.* Alii, *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non poſſit: nihil tam æquandæ libertatis eſſe, quam potentiſſimum quemque poſſe dicere cauſſam.* [1] *Quid autem tuto cuiquam nedum ſummam rempubl. permitti, ſi ratio non ſit reddenda? qui jus æquum pati non poſſit, in eum vim haud injuſtam eſſe.* Hæc agitata ſermonibus, donec dies dicendæ cauſſæ venit. nec alius antea quiſquam, nec ille ipſe Scipio conſul cenſorve

1 *Quid autem tuto cuiquam, nedum ſummam reipublicæ permitti*] Frobenius ſic mihi primus. Vetuſtiores omnes: *ſummam rempublicam permitti.* Lib. 26, 10 membranæ optimæ & unicæ: *ibi de ſumma republica conſultatum.* ubi diximus. Lib. 33, 45. *Eam rem eſſe rati, quæ maturata dilatave non tam magni momenti ad ſummam rempublicam populi Romani eſſet.* Atque ex hac conſuetudine Livii teneo etiam reſtituendum lib. 36, 34. *Ne quum ſatis provideas, nihil id magnopere ad ſummam rempublicam pertinere cenſes?* Et lib. 39, 16. *Jam majus eſt, quam ut capere id privata fortuna poſſit: ad ſummam rempublicam ſpectat.* Ubi fecerunt *reipublicæ:* Latine quidem, ſed illud auctori noſtro placuit. Cicero Philipp. tertia: *ſententiæque de ſumma republica liberæ dici poſſint.* Sic enim ſcriptos habere teſtis Hieron. Ferrarius. Et dubitare quiſquam auſit, an hoc ſit ſatis ex uſu Romano? An non *ſumma res* idem quod ſumma rerum noſtro lib. 23. *Eodem & duo duces & duo exercitus Carthaginienſium ibi rem ſummam agi cernentes, convenerunt.* Lib. 34. *Sed nolo pluribus: ſummam rem complectar*, ſic etiam *ſummæ res* numero plurium. Ennius apud Gellium: *magna cum laſſus diei Parti fuviſſet, de ſummis rebus gerundis Conſilio indu foro lato ſanctoque ſenatu.* Quod intelliges, laſſus lato vel allato conſilio de ſumma republica gerenda in foro & ſancto ſenatu. Cæſar lib. 5 de bello Gallico. *Poſtremo quid eſſe levius, quam auctore hoſte de ſummis rebus capere conſilium?* Nihil eſt aliud, quam de ſumma re ſua, vel ſumma rerum ſuarum. Cornelius Nepos Eumene: *imminebant enim Seleucus, Lyſimachus, Ptolomæus, opibus jam valentes, cum quibus ei* (Antigono) *de ſummis rebus erat dimicandum.* Notavimus jam ex Cæſare *ſummum bellum, ſummum periculum.* lib. 5 de Gallico. *ex hac fuga protinus, quæ undique convenerant; auxilia diſceſſerunt, neque poſt id tempus unquam ſummis nobiſcum copiis hoſtes contenderunt.* Quod eſt, omni exercitu, omnibus viribus adunatis, ſic ut ſumma res ſemel ageretur. Denique & *ullam rem publicam* dixit Livius lib. 40. *Quintus Fulvius conſul priuſquam ullam rem publicam ageret.* Et ſic lib. 42. *In provinciam abituros ſe denunciarunt, nec quidquam reipublicæ acturos.* Eodem: *Nihil magnopere, quod memorari attineat reipublicæ eo anno conſules geſſerant.* Qui minus igitur *ſummam*? Dent, age, manus libris veteribus & rationi, & Latinitatem hac locutione locupletiorem patiantur. *J. F. Gron.*

fòrve májore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die in forum eſt deductus. Juſſus dicere cauſſam, ſine ulla criminum mentione, orationem adeo magnificam de rebus ab ſe geſtis eſt exorſus, ut ſatis conſtaret, neminem umquam neque melius, neque verius laudatum eſſe. Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, à quo geſta erant. & aurium faſtidium aberat; quia pro periculo, non in gloriam, referebantur. Tribuni 51
plebis vetera luxuriæ crimina Syracuſanorum hibernorum,& [1] Locris Pleminianum tumultum,quum ad fidem præſentium criminum retuliſſent; ſuſpicionibus magis, quam argumentis pecuniæ captæ reum accuſarunt. *Filium captum ſine pretio redditum, omnibuſque aliis rebus Scipionem, tamquam in ejus unius manu pax Romana bellumque eſſet, ab Antiocho cultum. Dictatorem eum conſuli, non legatum in provincia fuiſſe: nec ad aliam rem eo profectum, quam ut id quod Hiſpaniæ, Galliæ, Siciliæ, Africæ jampridem perſuaſum eſſet, hoc Græciæ Aſiæque & omnibus ad Orientem verſus regibus gentibuſque appareret; unum hominem caput columenque imperii Romani eſſe: ſub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere: nutus ejus pro decretis Patrum, pro populi juſſis eſſe.* infamia intactum, invidia qua poſſunt urgent. Orationibus in noctem perductis, prodicta dies eſt. ubi ea venit, tribuni in Roſtris prima luce conſederunt. Citatus reus, magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad Roſtra ſubiit. ſilentioque facto, *Hoc*, inquit, *die, tribuni plebis, voſque Quirites, cum Annibale & Carthaginienſibus ſignis collatis in Africa bene ac feliciter pugnavi. Itaque quum hodie litibus & jurgiis ſuperſederi æquum ſit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem optimum maximum, Junonemque & Minervam, cæteroſque Deos, qui Capitolio atque arci præſident, ſalutandos ibo: hiſque gratias agam, quod mihi & hoc ipſo die, & ſæpe alias egregie reipubl. gerendæ men-*

1 *Locris Pleminianum tumult.*] De quo lib. 29. *Sigonius.*

mentem facultatemque dederunt! Veſtrum quoque quibus commodum eſt, ite mecum Quirites; & orate Deos, ut mei ſimiles principes habeatis. ita, ſi ab annis ſeptendecim ad ſenectutem ſemper vos ætatem meam honoribus veſtris anteiſtis, ego veſtros honores rebus gerendis præceſſi. Ab Roſtris in Capitolium aſcendit: ſimul ſe univerſa concio avertit, & ſecuta Scipionem eſt. adeo, ut poſtremo ſcribæ viatoreſque tribunos relinquerent, nec cum iis præter ſervilem comitatum, & præconem, qui reum ex Roſtris citabat, quiſquam eſſet. Scipio non in Capitolio modo, ſed per totam urbem omnia templa Deûm cum populo Romano circumiit. Celebratior is prope dies favore hominum & [1] æſtimatione veræ magnitudinis ejus fuit, quam quo triumphans de Syphace rege & Carthaginienſibus ur-
52 bem eſt invectus. Hic ſpecioſus ultimus dies P. Scipioni illuxit. poſt quem, quum invidiam & certamina cum tribunis proſpiceret, die longiore prodicta, in Literninum conceſſit; certo conſilio ne ad cauſſam dicendam adeſſet. Major animus & natura erat, ac majori fortunæ aſſuetus, quam ut reus eſſe ſciret, & ſummittere ſe in humilitatem cauſſam dicentium. Ubi dies venit, citarique abſens eſt cœptus, [2] L. Scipio morbum cauſſam eſſe cur abeſſet, excuſabat. quam excuſationem quum tribuni qui diem dixerant, non acciperent, & ab eadem ſuper-

per-

1 *Æſtimatione veræ magnitudinis*] Nonne *vera*? ſic alibi ſæpiſſime *vere æſtimare*. Jac: Perizonius.

2 *L. Scipio, morbum cauſſæ eſſe, cur abeſſet*] Neque hanc reprehendo phraſin. Cæſar lib. 3 de civili: *non illi paucitatem noſtrorum militum, non iniquitatem loci, &c. cauſſæ fuiſſe cogitabant.* Sed ajo veterem lectionem male repudiatam Gelenio eſſe: *morbum cauſſam eſſe.* Ut & infra: *Quum L. Scipio excuſſet, morbum eſſe cauſſam fratri.* Tuetur auctor lib. 24. *Singulos jurejurando adigam, niſi queis morbus cauſſa erit, non aliter quam ſtantes cibum potionemque, quoad ſtipendia facient, capturos eſſe.* Eodemque libro: *qui quadriennio non militaſſent, quibus neque vacatio juſta militiæ, neque morbus cauſſa fuiſſet.* Lib. 34. *Ut cauſſas cognoſcerent eorum, quibus aut emerita ſtipendia aut morbus cauſſæ eſſent.* Nam ne errent tirones, *cauſſæ* hic plurativo numero dicuntur. Duodecim tabulæ: *ſi morbus ævitaſve vitium eſcit.* Auctor ad Herennium lib. 2. *Ut major annis ſexaginta, & cui morbus cauſſa eſt, cognitorem det.* Cælius ad Ciceronem ep. 8. *Qui eorum ſtipendia emerita cauſſas, quibus de cauſis miſſi fieri debeant, habeant.* Gellius, 16, 4. *J. F. Gron.*

1 *Fudis*

perbia non venire ad cauſſam dicendam arguerent, qua judicium & tribunos plebis & concionem reliquiſſet; & quibus jus de ſe dicendæ ſententiæ & libertatem ademiſſet, his comitatus, velut captos trahens, triumphum de populo Romano egiſſet, ſeceſſionemque eo die in Capitolium à tribunis plebis feciſſet: *Habetis ergo temeritatis illius mercedem. quo duce & auctore nos reliquiſtis, ab eo ipſi relicti eſtis. & tantum animorum indies nobis decreſcit, ut ad quem ante annis ſeptemdecim, exercitum & claſſem habentem tribunos plebis ædilemque in Siciliam mittere auſi ſumus, qui prehenderent eum, & Romam reducerent; ad eum privatum ex villa ſua extrahendum ad cauſſam dicendam mittere non audeamus?* Tribuni plebis appellati ab L. Scipione ita decreverunt, *Si morbi cauſſa excuſaretur, ſibi placere accipi eam cauſſam, diemque à collegis prodici.* Tribunus plebis eo tempore Ti. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiæ cum P. Scipione intercedebant. is, quum vetuiſſet nomen ſuum decreto collegarum aſſcribi, triſtioremque omnes ſententiam exſpectarent, ita decrevit: *Quum L. Scipio excuſet morbum eſſe cauſſam fratri, ſatis id ſibi videri: Se P. Scipionem, priuſquam Romam rediſſet, accuſari non paſſurum. tum quoque, ſi ſe appellet, auxilio ei futurum, ne cauſſam dicat. Ad id faſtigium rebus geſtis, honoribus populi Romani, P. Scipionem Deorum hominumque conſenſu perveniſſe, ut ſub Roſtris reum ſtare & præbere aures adoleſcentium conviciis, populo Romano magis deforme, quam ipſi ſit.* Adjecit decreto 53
indignationem: *Sub pedibus veſtris ſtabit, tribuni, domitor ille Africæ Scipio? Ideo quatuor nobiliſſimos duces Pœnorum in Hiſpania, quatuor exercitus* [1] *fudit, fugavitque: ideo Syphacem cepit, Annibalem devicit, Carthaginem vectigalem nobis fecit, Antiochum (recepit enim fratrem conſortem hujus gloriæ L. Scipio) ultra Tauri juga emovit, ut duobus Petilliis ſuccumberet, vos de P. Africano palmam peteretis? Nulliſne meritis ſuis, nullis veſtris*

1 *Fudit fugavitque*] Particula *que* non eſt in Thuanæo nec aliis MSS. *Jac. Gron.*

veſtris honoribus unquam in arcem tutam; & velut ſanctam clari viri pervenient: ubi ſi non venerabilis, inviolata ſaltem ſenectus eorum conſidat? Movit & decretum, & adjecta oratio non cæteros modo, ſed ipſos etiam accuſatores: & ; deliberaturos ſe quid ſui juris & officii eſſet, dixerunt. Senatus deinde, concilio plebis dimiſſo, haberi eſt cœptus. ibi gratiæ ingentes ab univerſo ordine, præcipue à conſularibus ſenioribuſque Ti. Graccho actæ ſunt; quod rempublicam privatis ſimultatibus potiorem habuiſſet. & Petillii vexati ſunt probris; quod ſplendere aliena invidia voluiſſent; & ſpolia ex Africani triumpho peterent. Silentium deinde de Africano fuit. vitam Literni egit, ſine deſiderio urbis. [1] Morientem rure eo ipſo loco ſepeliri ſe juſſiſſe ferunt, monumentumque ibi ædificari, ne funus ſibi in ingrata patria fieret. Vir memorabilis, bellicis tamen magis quam pacis artibus. Memorabilior prima pars vitæ, quam poſtrema fuit: quia in juventa bella aſſidue geſta: cum ſenecta res quoque defloruere, nec præbita eſt materia ingenio. Quid ad primum conſulatum ſecundus, etiam ſi cenſuram adjicias? quid Aſiatica legatio; & valetudine adverſa inutilis, & filii caſu deformata, & poſt reditum neceſſitate aut ſubeundi judicii, aut ſimul cum patria deſerendi? Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque majus neque periculoſius
54 Romani geſſere, unus præcipuam gloriam tulit. Morte Africani crevere inimicorum animi. quorum princeps fuit M. Porcius Cato, [2] qui vivo quoque eo allatrare ejus magnitudinem ſolitus erat. hoc auctore exiſtimantur Petillii & vivo Africano rem ingreſſi, & mortuo rogationem promulgaſſe. Fuit autem rogatio talis: *Velitis jubeatis, quæratur, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege* Antio-

1 *Morientem jure eo ipſo, &c.*] Malim, *rure*. Sigonius.

2 *Qui vivo quoque eo allatrare ejus*] Suſpicabar: *quorum princeps fuit M. Porcius Cato; vivi quoque allatrare ejus magnitudinem ſolitus. Hoc auctore exiſtimantur.* J. F. Gron.

1 *Huic*

*Antiocho eſt, quique ſub ejus imperio fuerunt: quod ejus in pu-
blicum relatum non eſt, uti de ea re Ser. Sulpicius prætor urbanus
ad ſenatum referat? quem eam rem velit ſenatus quærere de iis,
qui prætores nunc ſunt?* [1] Huic rogationi primo Q. & L.
Mummii intercedebant: Senatum quærere de pecunia
non relata in publicum, ita ut antea ſemper factum eſſet,
æquum cenſebant. Petillii, nobilitatem & regnum in
ſenatu Scipionum accuſabant. L. Furius Purpureo con-
ſularis, qui in decem legatis in Aſia fuerat, latius rogan-
dum cenſebat. non quæ [2] ab Antiocho modo pecuniæ ca-
ptæ forent, ſed quæ ab aliis regibus gentibuſque; Cn.
Manlium inimicum inceſſens. Et L. Scipio, quem ma-
gis pro ſe, quam adverſus legem dicturum apparebat,
diſſuaſor proceſſit. is poſt mortem P. Africani fratris,
viri omnium fortiſſimi clariſſimique, eam exortam roga-
tionem eſt conqueſtus. *Parum enim fuiſſe, non laudari pro
Roſtris P. Africanum poſt mortem, niſi etiam accuſaretur. Et
Carthaginienſes exilio Annibalis contentos eſſe: populum Roma-
num ne morte quidem P. Scipionis exſatiari; niſi & ipſius fama
ſepulti laceretur, & frater inſuper, acceſſio invidiæ, mactetur.*
M. Cato ſuaſit rogationem, (extat oratio ejus de pecu-
nia regis Antiochi) & Mummios tribunos auctoritate
deterruit, ne adverſarentur rogationi. Remittenti-
bus ergo his interceſſionem, omnes tribus [3] uti rogaſ-
ſet, juſſerunt. Ser. Sulpicio deinde referente, quem 55
rogatione Petillia quærere vellent; Q. Terentium Cul-
leonem Patres juſſerunt. Ad hunc prætorem, adeo
amicum Corneliæ familiæ, ut qui Romæ mortuum ela-
tumque P. Scipionem (eſt enim ea quoque fama) tra-
dunt, pileatum, ſicut in triumpho ierat, in funere quo-
que

1 *Huic rogat. primo Q. & L. Nummii interced.*] *Primo* abeſt à veteribus lib. Porro autem *Mummii*, lego, quæ gens notiſſima eſt. *L.* quidem *Mummius* decem ab hinc annis prætor eſt. *Sigon.*

2 *Ab Antiocho m. pecuniæ factæ for.*] *Captæ* malim. *Idem.*

3 *Uti rogaſſet, juſſer.*] *Uti rogas*, ut jam ſæpe admonui. *Idem.*

que ante lectum iſſe; memoriæ prodiderint; & ad portam Capenam [1] mulſum proſecutis funus dediſſe; quod ab eo inter alios captivos in Africa ex hoſtibus receptus eſſet; aut adeo inimicum eundem, ut propter inſignem ſimultatem ab ea factione, quæ adverſa Scipionibus erat, delectus ſit potiſſimum ad quæſtionem exercendam; cæterum [2] ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem, reus extemplo factus L. Scipio: ſimul & delata & recepta nomina legatorum ejus, A. & L. Hoſtiliorum Catonum, & C. Furii Aculeonis quæſtoris. &, ut omnia contacta ſocietate peculatus viderentur, ſcribæ quoque duo & accenſus. L. Hoſtilius & ſcribæ, & accenſus, priuſquam de Scipione judicium fieret, abſoluti ſunt: Scipio & A. Hoſtilius legatus, & C. Furius damnati: *Quo commodior pax Antiocho daretur, Scipionem ſex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepiſſe, quam in ærarium retulerit: A. Hoſtilium octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria. Furium quæſtorem auri centum triginta, argenti ducenta pondo.* Has ego ſummas auri & argenti relatas apud Antiatem inveni. in L. Scipione malim equidem librarii mendum quam mendacium ſcriptoris eſſe, in ſumma auri atque argenti. Similius enim veri eſt, argenti quam auri majus pondus fuiſſe: & potius quadragies quam ducenties quadragies litem æſtimatam: eo magis, quod tantæ ſummæ rationem etiam ab ipſo P. Scipione requiſitam eſſe in ſenatu tradunt: librumque rationis ejus quum Lucium fratrem afferre juſſiſſet, inſpectante ſenatu ſuis ipſum manibus concerpſiſſe: indignantem, quod, quum bis millies in ærarium intuliſſet, qua-

dra-

1 *Mulſum proſequutis funus dediſſe*] Mulſum οἰνόμελι vocat Plutarchus, cum hanc eandem rem tradit in lib. Apophtheg. ἀποθανόντος δὲ τοῖς ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν παραγινομένοις ἐνέχει πίνειν οἰνόμελι. *Sigonius.*

2 *Ad hunc prætorem reus factus L. Scipio*] *Fieri reum ad prætorem*, pro *apud prætorem* dictum eſt. Sueton. in Tiberio: *Fannium Cæpionem reum majeſtatis ad judices fecit, & condemnavit.* Sic lib. 40. *Perſeum ad patrem accuſavit.* Idem.

1 Ab

dragies ratio ab ſe poſceretur. [1] ab eadem fiducia animi, quum quæſtores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent; popoſciſſe claves, & ſe aperturum ærarium dixiſſe; qui, ut clauderetur, effeciſſet. Multa 56
alia in Scipionis exitu maxime vitæ, dieque dicta, morte, funere, ſepulchro, in diverſum trahunt: ut cui famæ, quibus ſcriptis aſſentiar, non habeam. Non de accuſatore convenit; alii M. Nævium, alii Petillios diem dixiſſe ſcribunt: non de tempore, quo dicta dies ſit: non de anno, quo mortuus ſit: non ubi mortuus, aut elatus ſit. Alii Romæ, alii Literni & mortuum & ſepultum: utrobique monumenta oſtenduntur, & ſtatuæ. Nam & Literni monumentum, monumentoque ſtatua ſuperimpoſita fuit; quam tempeſtate disjectam nuper vidimus ipſi. Et Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt: quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur eſſe: tertia poëtæ Q. Ennii. Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoque, ſi modo ipſorum ſunt, quæ feruntur, P. Scipionis & Ti. Gracchi, abhorrent inter ſe. Index orationis P. Scipionis, nomen M. Nævii tribuni plebis habet: ipſa oratio ſine nomine eſt accuſatoris. [2] nebulonem modo, modo nugatorem appellat. Ne Gracchi quidem oratio aut Petilliorum, accuſatorum Africani, aut diei dictæ Africano ullam mentionem habet. Alia tota ferenda fabula eſt Gracchi orationi conveniens: & illi auctores ſequendi ſunt, qui, quum L. Scipio [3] & accuſatus & damnatus ſit pecuniæ captæ ab rege, legatum in Etruria fuiſſe Africanum tradunt. quo poſt famam de fratris caſu allatam, relicta

1 *Ab eadem fiducia animi, - - - ut clauderetur effeciſſet*] Plutarchus ſic hoc in Apophtheg. χρήματα δὲ τῆς συγκλήτου λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ταμιείου ψηφισαμένης, τῶν δὲ ταμιῶν οὐ βουλομένων ἀνοῖξαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, αὐτὸς ἀνοίξειν ἔφη· καὶ γὰρ κλείεσθαι δι' αὐτὸν πλήσαντα χρημάτων τοσούτων τὸ ταμιεῖον. *Sigonius.*

2 *Nebulonem modo, modo nug.*] Thuan. *Nebulonem, modo nugatorem.* In quem modum aliquoties ſupra reſtitutus Livius. *Jac. Gron.*

3 *Et accuſatus damn. ſit*] Vet. lib. *Et accuſatus & damnatus ſit.* Sigonius.

licta legatione cucurriſſe eum Romam; & quum à porta [1] recta ad forum ſe contuliſſet, quod in vincula duci fratrem dictum erat; repuliſſe à corpore ejus viatorem: & tribunis retinentibus magis pie quam civiliter vim feciſſe. Hæc enim ipſe Gracchus queritur, diſſolutam eſſe à privato tribuniciam poteſtatem. & ad poſtremum, quum auxilium L. Scipioni polliceretur, adjicit, tolerabilioris exempli eſſe, à tribuno plebis potius, quam à privato, victam videri & tribuniciam poteſtatem & rempublicam eſſe. Sed ita hanc unam impotentem ejus injuriam invidia onerat, ut increpando quod degenerarit tantum à ſe ipſe, cumulatas ei veteres laudes moderationis & temperantiæ pro reprehenſione præſenti reddat. caſtigatum enim quondam ab eo populum, ait, quod eum perpetuum conſulem & dictatorem vellet facere. Prohibuiſſe ſtatuas ſibi in comitio, in roſtris, in curia, in Capitolio, in cella Jovis poni. prohibuiſſe ne decerneretur, ut imago ſua triumphali ornatu è templo Jovis optimi
57 maximi exiret. Hæc vel in laudatione poſita ingentem magnitudinem animi moderandis ad civilem habitum honoribus ſignificarent: quæ exprobrando inimicus fatetur. Huic Graccho minorem ex duabus filiis (nam major P. Cornelio Naſicæ haud dubie à patre collocata erat) nuptam fuiſſe convenit. Illud parum conſtat, utrum poſt mortem patris & deſponſa ſit, & nupſerit: an veræ illæ opiniones ſint, Gracchum, quum L. Scipio in vincula duceretur, nec quiſquam collegarum auxilio eſſet, juraſſe, *Sibi inimicitias cum Scipionibus, quæ fuiſſent, manere, nec ſe gratiæ quærendæ cauſſa quicquam facere. ſed in quem carcerem reges & imperatores hoſtium ducentem vidiſſet P. Africanum, in eum ſe fratrem ejus duci, non paſſurum.* Senatum, eo die forte cœnantem in Capitolio, conſurrexiſſe, & petiſſe, ut inter epulas Graccho filiam Africanus deſponderet.

1 *Recte ad forum ſe cont.*] *Recta.* ex vet. lib. *Sigonius.*

1 *Quam-*

deret. quibus ita inter publicum ſolenne ſponſalibus rite factis, quum ſe domum recepiſſet, Scipionem Æmiliæ uxori dixiſſe, filiam ſe minorem deſpondiſſe. quum illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia ſecum conſultatum, adjeciſſet, non, ſi Ti. Graccho daret, expertem conſilii debuiſſe matrem eſſe; lætum Scipionem tam concordi judicio, ipſi deſponſam reſpondiſſe. hæc de tanto viro, [1] quamquam & opinionibus & monumentis literarum variarent, proponenda erant. Judiciis à Q. 58
Terentio prætore perfectis, Hoſtilius & Furius damnati, prædes eodem die quæſtoribus urbanis dederunt. Scipio quum contenderet, omnem quam accepiſſet pecuniam, in ærario eſſe, nec ſe quicquam publici habere, in vincula duci eſt cœptus. P. Scipio Naſica tribunos appellavit: orationemque habuit plenam veris decoribus; non communiter modo Corneliæ gentis, ſed proprie familiæ ſuæ. *Parentes ſuos & P. Africani ac L. Scipionis, qui in carcerem duceretur, fuiſſe Cn. & P. Scipiones; clariſſimos viros. Eos, quum per aliquot annos in terra Hiſpania adverſus multos Pœnorum Hiſpanorumque & duces & exercitus nominis Romani famam auxiſſent, non bello ſolum, ſed quod Romanæ temperantiæ fideique ſpecimen illis gentibus dediſſent, ad extremum ambo pro populo Romano morte occubuiſſe. quum illorum tueri gloriam poſteris ſatis eſſet, P. Africanum [2] tantum paternas ſuperaviſſe laudes, ut fidem fecerit, non ſanguine humano, ſed ſtirpe divina ſatum ſe eſſe. L. Scipionem, de quo agatur (ut quæ in Hiſpania, quæ in Africa, quum legatus fratris eſſet, geſſiſſet, prætereantur) conſulem, & ab ſenatu dignum viſum, cui extra ſortem Aſia provincia, & bellum cum Antiocho rege decerneretur:*

& à

1 *Quamquam & opinionibus, & m. lit. variarent*] Vet. lib. *quam & opinionibus*, id eſt, dicendum fuit, quemadmodum de tanti viri rebus his ſcriptores inter ſe diſcordarent. Mirabile enim videri vult, auctores in tam illuſtris viri rebus prodendis non idem ſcripſiſſe. *Sigonius.*

2 *Tantum paternas ſuperaviſſe laudes*] Voſſ. & Buſlid. *ſuperjeciſſe*, ut lib. 10, 30. Ariſt. Ὄρνισιν· Ὑπερακοντίζεις σύγ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς. Theophylactus in Matth. 24. Καὶ ὑπερηκόντισαν ἐκείνους τῇ κακίᾳ. Sic & ὑπερβάλλειν. J. F. Gron.

2 Ubi

& à fratre, cui poſt duos conſulatus cenſuramque & triumphum legatus in Aſiam iret. Ibi ne magnitudo & ſplendor legati laudibus conſulis officeret, forte ita incidiſſe, ut quo die ad Magneſiam ſignis collatis L. Scipio Antiochum deviciſſet, æger P. Scipio Elææ dierum aliquot via abeſſet. Non fuiſſe minorem eum exercitum, quam Annibalis, cum quo in Africa eſſet pugnatum. Annibalem eundem fuiſſe inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit: & bellum quidem ita geſtum eſſe, ut ne fortunam quidem quiſquam criminari poſſit. In pace crimen quæri. eam dici veniſſe. Hic decem legatos ſimul argui, quorum ex conſilio data pax eſſet. quin extitiſſe ex decem legatis, qui Cn. Manlium accuſarent: tamen non modo ad criminis fidem, ſed ne ad
59 *moram quidem triumphi etiam accuſationem valuiſſe. At, hercule, in Scipione ipſas leges pacis, ut nimium accommodatas Antiocho, ſuſpectas eſſe. integrum enim ei regnum relictum, omnia poſſidere eum victum, quæ ante bellum ejus fuerint! auri & argenti quum vim magnam habuiſſet, nihil in publicum relatum, omne in privatum verſum. An non præter omnium oculos tantum auri argentique in triumpho L. Scipionis, quantum non decem aliis triumphis, ſi omne in unum conferatur, ſit latum? Nam quid de finibus regni dicam? Aſiam omnem, & proxima Europæ tenuiſſe Antiochum? Ea quanta regio orbis terrarum ſit, à Tauro monte in Ægæum uſque prominens mare, quot non urbes modo ſed gentes amplectatur, omnes ſcire. hanc regionem dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem, uſque ad Tauri montis juga Antiocho ademptam; expulſo in ultimum angulum orbis terrarum. Quid, ſi gratuita pax eſſet, plus adimi ei potuiſſe? Philippo victo, Macedoniam; Nabidi Lacedæmonem relictam. nec Quintio crimen quæſitum: non enim habuiſſe eum Africanum fratrem. cujus quum gloria prodeſſe L. Scipioni debuiſſet, invidiam nocuiſſe. Tantum auri argentique judicatum eſſe, in domum L. Scipionis illatum, quantum venditis omnibus bonis redigi non poſſet. id [1] ubi ergo eſſe regium*

[1] *Ubi ergo eſſe regium aurum?*] Nimis excandeſcit Gelenius ſuppoſititio ſcribæ, qui pronomen *Id* in fronte hujus membri adjecerit. Servant illud

regium aurum? ubi tot hæreditates acceptas? In domo, quam ſumptus non exhauſerint, extare debuiſſe novæ fortunæ cumulum. At enim quod ex bonis redigi non poſſit, ex corpore & tergo per vexationem & contumelias L. Scipionis petituros inimicos: [1] *ut in carcerem inter fures nocturnos & latrones vir clariſſimus includatur,* [2] *& in robore & tenebris exſpiret: deinde nudus ante carcerem projiciatur. Non id Corneliæ magis familiæ, quam urbi Romanæ fore erubeſcendum.* Adverſus ea Terentius 60
prætor rogationem Petilliam, & Senatuſconſultum, & judicium de L. Scipione factum recitavit: ſe, ni referatur pecunia in publicum, quæ judicata ſit, nihil habere quod faciat, niſi ut prehendi damnatum, & in vincula duci jubeat. Tribuni quum in conſilium ſeceſſiſſent, paulo poſt C. Fannius ex ſua collegarumque aliorum, præter Gracchum, ſententia pronunciavit; prætori non intercedere tribunos, quo minus ſua poteſtate utatur. Ti. Gracchus ita decrevit; *Quo minus ex bonis L. Scipionis quod judicatum ſit, redigatur, ſe non intercedere prætori. L. Scipionem (qui regem opulentiſſimum orbis terrarum devicerit, imperium populi Romani propagaverit in ultimos terrarum fines; regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Aſiæ devinxerit populi Romani beneficiis, plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit;) non paſſurum* [3] *inter hoſtes populi Romani*

lud omnes calamo exarati, non veteres tantum editiones, & meo judicio etiam ornatum addit orationi. Nihil igitur moratus ſum, quin reſtituerem: *Id ubi ergo eſſe regium aurum?* J. F. Gron.

1 *Ut in carcere includatur*] Vet. lib. *in carcerem.* Sigonius.

2 *Et in robore, ac tenebris exſpiret*] Valerius lib. 6 cap. 3. *Quinetiam familiares Gracchorum, ne quis reip. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt.* Feſtus: *Robur quoque dictus eſt in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſtis inclu-* [illegible] Idem.

3 *Inter hoſtes populi Rom. L. Scipionem in carcere eſſe*] Voces illæ *L. Scipionem,* videntur vacare, initio enim hujus periodi poſitæ ſunt, *L. Scipionem, qui regem opulentiſſimum orbis terrarum devicerit, qui plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit, non paſſurum inter hoſtes pop. R. in carcere, & in vinculis eſſe.* Idem.

Inter hoſt. P. R. L. Scipionem] Nomen *L. Scipionem* nulla labe ſententiæ auferatur. *Gruterus.*

Inter hoſt. pop. R. L. Scipionem] Quid hoc ebrii ſermonis: *L. Scipionem non paſſurum L. Scipionem in vinculis eſſe?* ſe immo Gracchus decernit id non paſ-

mani L. Scipionem in carcere & in vinculis eſſe, mittique eum ſe jubere. Tanto aſſenſu auditum eſt decretum, adeo dimiſſum L. Scipionem læti homines viderunt, ut vix in eadem civitate videretur factum judicium. In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice quæſtores prætor miſit. neque in iis non modo veſtigium ullum comparuit pecuniæ regiæ, ſed nequaquam tantum redactum eſt, quantæ ſummæ damnatus fuerat. Collata pecunia à cognatis amicisque & clientibus eſt L. Scipioni; ut ſi acciperet eam, locupletior aliquanto eſſet, quam ante calamitatem fuerat. Nihil accepit. quæ neceſſaria ad cultum erant, redempta ei à proximis cognatis ſunt. Verteratque Scipionum invidia in prætorem, & conſilium ejus, & accuſatores.

EPI-

paſſurum. Ocius dele poſteriore loco nomen, ut ſit: *L. Scipionem, qui, &c. non paſſurum inter hoſtes populi Romani in carcere & in vinculis eſſe, mittique eum ſe jubere.* Hoc vidit etiam Sigonius: & ſicut volumus, codex Voſſianus. *J. F. Gron.*

1 Sacrum

EPITOME
LIBRI XXXIX.

Æmilius Conſul Liguribus ſubactis, viam à Placentia uſque Ariminum perductam Flaminiæ junxit. Initia luxuriæ introducta ab exercitu Aſiatico referuntur. Ligures, quicumque citra Apenninum erant, ſubacti ſunt. Bacchanalia, [1] *ſacrum Græcum, & quidem nocturnum, ſcelerum omnium ſeminarium, quum ad ingentis turbæ conjurationem perveniſſet; à conſule inveſtigatum, & multorum pœna ſublatum eſt. A Cenſoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone,* [2] *viro & belli & pacis artibus maximo, motus eſt ſenatu L. Quintius Flamininus, T. Quintii frater, eo quod cum Galliam provinciam Conſul obtinuerat,* [3] *rogatus à Philippo Pœno, quem amabat, ſcorto nobili, Gallum quendam ſua manu occiderat: ſive, ut quidam tradiderunt, unum damnatorum ſecuri percuſſerat; rogatus à meretrice Placentina, cujus amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni deceſſit. Et, tamquam jungente fortuna circa idem tempus duo funera maximorum virorum, Annibal à Pruſia Bithyniæ rege, ad quem victo Antiocho confugerat, quum dederetur Romanis, qui ad expoſcendum*

1 *Sacrum Græcum & quidem nocturnum*] Voſſ. & ambo Gud. neſciunt τὸ *quidem*. J. F. Gron.

2 *Vir & belli & pacis artibus maximus motus eſt ſenatu L. Quint.*] Lege, *M. Porcio Catone, viro & belli, & pacis artibus maximo.* In has enim ejus laudes digreditur hoc libro Livius, ubi de cenſura ejus loquitur, quæ laudes L. Quintio nec tribuuntur, nec tribui jure poſſunt. *Sigonius.*

Motus eſt ſenatu L. Quintius] Gud. minor: *ſeptem moti fuerunt ſenatu. ex quibus fuit L. Quintius Flamininus conſularis & inſignis nobilitate & honoribus Quintii Flaminini frater, eo quod cum Galliam provinciam conſul teneret, rogatus in convivio à P. Oenio Philippo, ſcorto nobiliſſimo, quem amabat, Gallum quendam ſua manu occiderat: ſive, ut Valerius Antias tradidit, quod unum ex damnatis ſecuri percuſſerat.* Tὰ *in convivio* & *unum ex damnatis*, confirmant & Gud. alter Voſſianuſque. Delendum vero τὸ *fuit*, & *Titi* prænomen abeſſe nequit. *J. F. Gron.*

3 *Rogatus à Philippo Pœno*] Veteres lib. *Rogatus in convivio à Philippo Pœno.* Sigonius.

dum illum, T. Quinctium Flamininum miſerant, veneno ſibi mortem conſcivit. Philopœmen quoque, dux Achæorum, vir maximus, à Meſſeniis interemptus veneno, cum ab iis bello captus eſſet. Coloniæ, [1] *Potentia, & Piſaurum, & Mutina, & Parma deductæ ſunt. Præterea res adverſum Celtiberos proſpere geſtas, & initia cauſſaſque belli Macedonici continet,* [2] *cujus origo inde fluxit, quod Philippus ægre ferebat regnum ſuum imminui à Romanis, & quod cogeretur à Thracibus aliiſque locis præſidia deducere.*

1 DUm hæc (ſi modo hoc anno acta ſunt) Romæ aguntur; Conſules ambo in Liguribus gerebant bellum. Is hoſtis velut natus ad continendam [3] inter magnorum intervalla bellorum Romanis militarem diſciplinam erat: nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat. nam Aſia, & amœnitate urbium, & copia terreſtrium maritimarumque rerum, & mollitia hoſtium, regiiſque opibus, ditiores quam fortiores exercitus faciebat. præcipue ſub imperio Cn. Manlii ſolute ac negligenter habiti ſunt. itaque aſperius paulo iter in Thracia, & exercitatior hoſtis magna clade eos caſtigavit. In Liguribus omnia erant, quæ militem excitarent, loca montana & aſpera, [4] quæ & ipſis capere labor eſt, & ex præoccupatis dejicere hoſtem:

itinera

1 *Pollentia, & Piſaurum*] *Potentia*, ut poſt dicam. *Sigonius.*

2 *Cujus origo inde venit*] Vet. lib. *Inde fluxit.* Idem.

3 *Inter magnorum intervalla bellorum*] Barber. Naud. Mediceus: *ad continendam per intervalla magnorum bellorum Romanis militarem diſciplinam erat.* Petav. Voſſ. & editi olim: *ad continendam per intervalla bellorum:* prorſus eodem modo ſcilicet, niſi quod omiſerunt vocem *magnorum.* Quam non puto commode abeſſe, ideoque mediam lectionem ſequendam. *J. F. Gron.*

4 *Quæ & ipſis capere labor eſt*] Placet omnino quod nobiliſſimo Schelio: *quæ & ipſa capere labor erat.* nempe etiamſi nemo obſtaret ac depelleret. *Itinera ardua, anguſta* eſt ex Mog. Andreas & eum ſecuti pro tertia voce *accepta.* Nec aliter, quos vidimus ſcripti, aut *ſepta*, aut *ac ſepta.* Unde conjiciebam *obſepta*: quemadmodum noſtro lib. 25. *Alii obſeptis itineribus ſuper vallum ſaliunt.* Plauto *ſaltus obſeptus.* Cicero pro Muræna. *Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.* Nec illud tamen rejecerim. *Idem.*

1 *Qui*

itinera ardua, anguſta, infeſta inſidiis: hoſtis levis, & velox, & repentinus; qui nullum uſquam tempus, nullum locum quietum aut ſecurum eſſe ſineret: oppugnatio neceſſaria munitorum caſtellorum, laborioſa ſimul, periculoſaque: inops regio, quæ parſimonia aſtringeret milites, prædæ haud multum præberet. Itaque non lixa ſequebatur, non jumentorum longus ordo agmen extendebat: nihil, præter arma & viros omnem ſpem in armis habentes, erat. Nec deerat umquam cum iis vel materia belli, vel cauſſa: quia propter domeſticam inopiam vicinos agros incurſabant. nec tamen in diſcrimen ſummæ rerum pugnabatur.
C. Flaminius Conſul, cum Friniatibus Ligu- 2
ribus in agro eorum pluribus prœliis ſecundis factis, in deditionem gentem accepit, & arma ademit: ea quia non ſincera fide tradebant, quum caſtigarentur, relictis vicis in montem Auginum confugerunt. confeſtim ſecutus eſt conſul. Cæteri effuſi rurſus, & pars maxima inermes, per invia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt, qua ſequi hoſtis non poſſet: ita trans Apenninum abierunt. [1] qui caſtris ſe tenuerant, circumſeſſi expugnati ſunt. Inde trans Apenninum ductæ legiones. ibi montis, quem ceperant, altitudine pauliſper ſe tutati, mox in deditionem conceſſerunt. tum conquiſita cum intentiore cura arma, & omnia adempta. Tranſlatum deinde ad Apuanos Ligures bellum; qui in agrum Piſanum Bononienſemque ita incurſaverant, [2] ut coli non poſſet. His quoque perdomitis, conſul pacem dedit finitimis. & quia à bello quieta ut eſſet provincia effecerat; ne in otio militem

1 *Qui caſtris ſe tenuer. circumſeſſi & expugn. ſ.*] Et, vacat ex vet. lib. *Sigonius.*

Circumſeſſi & expugnati ſunt] Recte Sigonius copulativam, quam e Mog. addiderunt, ſupervacuam eſſe. Et ſic ſæpe loquitur Livius. Ut infra hoc libro: *Multi omnium ordinum donati militaribus donis currum ſequuti ſunt.* Lib. 15. *Caudinæ legiones, quæ ſine armis redierant Romam, armatæ remiſſæ in Samnium.* Lib. 35. *Nam & caſtra conſulis oppugnata ægre ſunt defenſa.* Adde quæ ad lib. 10, 35. *J. F. Gron.*

2 *Ut coli non poſſent*] *Poſſet.* Vet. lib. *Sigonius.*

litem haberet, [1] viam à Bononia perduxit Arretium. M. Æmilius alter Conſul agros Ligurum, vicoſque, qui in campis aut vallibus erant, ipſis [2] montes duos Balliſtam Suiſmontiumque tenentibus, deuſſit, depopulatuſque eſt: deinde eos qui in montibus erant adortus: primo levibus prœliis fatigavit: poſtremo coactos in aciem deſcendere, juſto prœlio devicit: in quo ædem Dianæ vovit. Subactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus: [3] in his & Briniates Ligures erant, quos non

1 *Viam à Bononia perduxit Arretium*] Loquitur de conſulibus C. Flaminio, M. Æmilio; quorum illum viam à Bononia Arretium, hunc à Placentia Ariminum ait perduxiſſe. Aliter Strabo lib. 5. Flaminium à Roma per Etruriam Ariminum, Lepidum ab Arimino Bononiam atque inde in Aquileiam. verba ejus hæc ſunt ἄλλη δ᾽ ἐστὶν Αἰμιλία διαδεχομένη τὴν Φλαμινίαν. συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος καὶ Γάϊος Φλαμίνιος. καθελόντες δὲ Λίγυας, ὁ μὲν τὴν Φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ Ῥώμης διὰ Τυῤῥηνῶν καὶ τῆς Ὀμβρικῆς μέχρι τῶν περὶ Ἀρίμινον τόπων. ὁ δὲ τὴν ἑξῆς μέχρι Βονωνίας κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληΐαν. *Sigonius.*

2 *Montes duos Balliſtam*] Thuanæus clare *duo*. Jac. Gron.

3 *In his & Friſinates Ligures erant*] Vet. lib. *Friniates*, habent; non *Friſinates*. Legi tamen non poteſt, *Friniates*, quod ii & cis Apenninum fuerint, & à Flaminio ſubacti ſint, ut paulo ante ait Livius. Quare puto legendum eſſe *Briniates*. Sunt enim tranſmontani teſte Livio lib. 41, ubi de Liguribus populis verba facit, ita *Cis Apenninum Garuli, Lapicini, & Hercates, trans Apenninum Briniates fuerant.* Sunt autem hæc Ligurum populorum nomina apud Livium: Apuani, Briniates, Celelates, Cerdiciates, Epanterii, Friniates, Garuli, Hercates, Iluates, Ingauni, Intemelii, Lapicini, Statellates. Item: Montani, Alpini, Tranſmontani, Cis Apenninum, Trans Apenninum. De Apuanis & Montanis ita Cato in Fragmentis, quæ dicuntur eſſe Originum, *Ad Macræ fontes eſt Apua oppidum, Apuanos Ligures vocant, Montanos vero omnes Ligures, qui à Macra in Nicaam effunduntur. Apuani ab Arno ad Macram.* Et C. Sempronius ita: *Pars Apennini à Nicaa ad fontes Macræ Ligures Montanos alit, à fontibus vero Macræ ad fontes Tyberis Apenninum colunt Ligures Apuani.* Et paulo poſt: *Ab Nicaa ad Macram tenent Ligures Montani, à Macra ad Arnum & portum Ligurinum Ligures Apuani, quos ſequuntur Ligures Etruſci Populonii, à quo ad Tyberim ſunt Etruſci Ligures, Tyrrheni.* Et Livius lib. 40. *Adortus à Piſis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram incolebant, in deditionem accepit.* Item: *Montanorum Ligurum vineæ cæſæ.* De Ingaunis & Epanteriis lib. 28 extremo ſic ait Livius: *Inde ad oram Ligurum Alpinorum claſſem admovit, Ingauni (Ligurum ea gens eſt) bellum ea tempeſtate gerebant cum Epanteriis montanis.* De Iluatibus autem lib. 32. De Ingaunis, & Intemeliis libro 40. De Celelatibus, & Cerdiciatibus lib. 32. De Statellatibus lib. 42. Poſtremo Sempronius omnem oram maritimam uſque ad Tyberim Liguriam dictam eſſe tradit. *Sigonius.*

In his & Briniates] Caput iis fuiſſe cenſeo *Briniam* vel *Brinium* oppidum ad amnem Boactem, vulgari vocabulo *Brignolo* vel *Brignalo*. At Friniates *Val di Prino*. Cluverius.

non adierat C. Flaminius. Omnes Æmilius ſubegit, armaque ademit, & de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis Liguribus, in agrum Gallicum exercitum duxit: viamque ab Placentia, ut Flaminiæ committeret, Ariminum perduxit. Prœlio ultimo, quo cum Liguribus ſignis collatis conflixit, ædem Junoni Reginæ vovit. hæc in Liguribus eo anno geſta. In Gallia M. Fu- 3
rius Prætor, inſontibus Cenomanis in pace ſpeciem belli quærens, ademerat arma. id Cenomani conqueſti Romæ apud ſenatum, rejectique ad conſulem Æmilium, cui ut cognoſceret ſtatueretque ſenatus permiſerat. Magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt cauſſam. arma reddita Cenomanis; decedere provincia Prætor juſſus. Legatis deinde ſociorum Latini nominis, qui toto undique ex Latio frequentes convenerant, ſenatus datus eſt. his querentibus, magnam multitudinem civium ſuorum Romam commigraſſe, & ibi cenſos eſſe; Q. Terentio Culleoni prætori negotium datum eſt, ut eos conquireret, & quem C. Claudio, M. Livio cenſoribus, poſtve eos cenſores, ipſum, parentemve ejus apud ſe cenſum eſſe probaſſent ſocii, ut redire eo cogeret, ubi cenſi eſſent. Hac conquiſitione duodecim millia Latinorum domos redierunt: jam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. Priuſquam Conſules redirent 4
Romam, M. Fulvius proconſul, ex Ætolia rediit. itaque ad ædem Apollinis in ſenatu quum de rebus in Ætolia Cephalleniaque ab ſe geſtis diſſeruiſſet, petiit à Patribus, ut æquum cenſerent, ob rempublicam bene ac feliciter geſtam, [1] & Diis immortalibus honorem haberi jubere, & ſibi triumphum decernere. M. Abutius tribunus plebis, ſi quid de ea re ante M. Æmilii conſulis adventum decerneretur, interceſſurum ſe oſtendit: *eum con-*

1 *Et diis immortalibus honorem haberi jubere*] Mog. *Juberent & ſ. t. decernerent*. Videtur ſcribendum: *ut æquum cenſerent, ob rempub. bene ac feliciter geſtam diis immortalibus honorem haberi, & ſibi triumphum decernerent.* J. F. Gron.

contradicere velle, proficiſcentemque in provinciam ita ſibi mandaſſe, ut ea diſceptatio integra in adventum ſuum ſervaretur. [1] *Fulvium temporis jacturam facere. ſenatum etiam præſente conſule quod vellet decreturum.* [2] M. Fulvius: *Si aut ſimultas M. Æmilii ſecum, ignota hominibus eſſet, aut quam is eas inimicitias impotenti ac prope regia ira exerceret; tamen non fuiſſe ferendum, abſentem conſulem, & Deorum immortalium honori obſtare, & meritum debitumque triumphum morari: imperatorem rebus egregie geſtis, victoremque exercitum cum præda ac captivis ante portas ſtare, donec conſuli, ob hoc ipſum moranti, redire Romam libitum eſſet. Verum enimvero,* [3] *quum ſint nobiliſſimæ ſibi cum conſule inimicitiæ, quid ab eo quemquam poſſe æqui exſpectare, qui* [4] *per infrequentiam furtim Senatuſconſultum factum ad ærarium detulerit. Ambraciam non videri vi captam: quæ aggere ac vineis oppugnata ſit. ubi incenſis operibus alia de integro facta ſint: ubi circa muros ſupra ſubterque terram per dies quindecim pugnatum: ubi à prima luce, quum jam tranſcendiſſet muros miles, uſque ad noctem diu anceps prœlium tenuerit: ubi plus tria millia hoſtium ſint cæſa. Jam de Deorum immortalium templis ſpoliatis in capta urbe, qualem calumniam* ad

1 *Fulvium temporis jacturam facere*] Perinde eſt ac ſi diceret, unius temporis aut nullius rei niſi temporis. Mox pro *M. Fulvius* Muretus, *Tum Fulvius.* J. F. Gron.

2 *M. Fulvius: Si ſimultas*] Malim *Tum Fulvius: ſi aut ſimultas.* Sic lib. 45. *Tum Servilius: Quantus imperator*, &c. Sigonius.

3 *Quum ſint notiſſimæ ſibi cum conſule inimicitiæ*] Adſcitum è Moguntino. Videndum tamen an poſſit tolerari, quod erat prius, & in noſtris omnibus ſcriptis exſtabat, *nobiliſſimæ. Nobiliſſimum par gladiatorum*, & *nobiliſſimos tres fundos* legere apud Ciceronem eſt. Noſter lib. 27. *Inimicitiæ ante nobiles inter eos erant, & acerbiores eas indignioreſque Livio ſua calamitas fecerat.* Lib. 40. *Inter hos viros nobiles inimicitiæ erant, ſæpe multis & in ſenatu & ad populum atrocibus celebratæ certaminibus.* Plauto, *peregrina facies hominis atque ignobilis.* J. F. Gron.

4 *Per infrequentiam furtim*] Cum infrequens eſſet in curia ordo; neque juſtus eſſet ſenatorum numerus. nam, ut ſenatuſconſultum fieret, ſaltem eſſe in curia centum Senatores oportebat, ut ex eodem lib. Livii intelligimus. *Turnebus.* Legerem: *per infrequentiam Patrum factum furtim SC.* Tan. Faber.

Per infrequentiam] Sic lib. 38. *Neque his contentus conſul fuit, ſed poſtea per infrequentiam adjecit ſenatuſconſulto, Ambraciam non videri vi captam eſſe.* Hoc *SC. ſurreptum* appellat Curio apud Ciceronem ad Att. 4. *J. F. Gron.*

1 Et

ad pontifices attulerit? Niſi Syracuſarum cæterarumque captarum civitatum ornamentis urbem exornari fas fuerit, in Ambraciam unam captam non valuerit belli jus. Se & Patres Conſcriptos orare, [1] *& ab tribunis petere, ne ſe ſuperbiſſimo inimico ludibrio eſſe ſinant.* Undique omnes alii deprecari tribunum, 5
alii caſtigare. Ti. Gracchi collegæ plurimum oratio movit: *Ne ſuas quidem ſimultates pro magiſtratu exercere boni exempli eſſe: alienarum vero ſimultatum* [2] *tribunum plebis cognitorem fieri, turpe & indignum collegii ejus poteſtate & ſacratis legibus eſſe. Suo quemque judicio & homines odiſſe, aut diligere, & res probare aut improbare debere. Non pendere ex alterius vultu ac nutu,* [3] *nec alieni momentis animi circumagi, aſtipularique irato conſuli tribunum plebei. & quid privatim M. Æmilius mandaverit, meminiſſe: tribunatum ſibi à populo Romano mandatum obliviſci; & mandatum pro auxilio ac libertate privatorum, non pro conſulari regno. Ne hoc quidem cernere eum: fore ut memoriæ, ac poſteritati mandetur, ejuſdem collegii alterum è duobus tribunis plebis ſuas inimicitias remiſiſſe reipublicæ, alterum alienas & mandatas exercuiſſe.* His victus caſtigationibus tribunus, quum templo exceſſiſſet, referente Ser. Sulpicio prætore, triumphus M. Fulvio eſt decretus. Is quum gratias Patribus Conſcriptis egiſſet, adjecit *Ludos magnos ſe Jovi optimo maximo eo die, quo Ambraciam cepiſſet, voviſſe. in eam rem ſibi centum decem pondo auri à civitatibus collatum. Petere ut ex ea pecunia quam in triumpho latam in ærario poſiturus eſſet, id aurum ſecerni juberent.* Senatus pontificum collegium conſuli juſſit, num omne id au-

1 *Et à tribunis petere*] Voſſ. *& ab tribuno.* Unus enim erat M. Abutius. Sed & Andreas ſecutique ad Aſcenſium, *à tribuno.* Magontiaci natum, quod vulgatur. *J. F. Gron.*

2 *Tribunum plebis cognitorem fieri*] Hoc eſt, mandatas & delegatas eſſe Tribuno alienas ſimultates, ut tanquam procurator eas exerceat & perſequatur. quo in loco cognitor etiam abſentis eſt, non præſentis; quod tamen primæ claſſis auctores contendunt. *Turnebus.*

3 *Nec alieni momentis animi circumagi*] Adhibentur hæc verba à Priſciano lib. 8. ex quo patet fuiſſe ſcriptum olim, *tribunum plebei:* etſi corrupte illic editur: *tribuno inde plebei.* J. F. Gron.

aurum in ludos conſumi neceſſum eſſet? Quum pontifices negaſſent ad religionem pertinere, quanta impenſa in ludos fieret; ſenatus Fulvio, quantum vellet impenderet, permiſit, dum ne ſummam octoginta millium excederet. Triumphare menſe Januario ſtatuerat, ſed quum audiſſet conſulem Æmilium literis Abutii tribuni plebis acceptis de remiſſa interceſſione, ipſum ad impediendum triumphum Romam venientem, ægrum in via ſubſtitiſſe, ne plus in triumpho certaminum quam in bello haberet, [1] prætulit triumphi diem. triumphavit ante diem decimum Calendas Januarias de Ætolis, & de Cephallenia. Aureæ coronæ centum duodecim pondo ante currum latæ ſunt: argenti pondo millia octoginta tria: auri pondo CCXLIII, tetradrachmum Atticum centum octodecim millia: Philippei nummi duodecim millia quadringenti viginti duo: ſigna ænea ducenta octoginta quinque: ſigna marmorea ducenta triginta: arma, tela, cætera ſpolia hoſtium, magnus numerus. ad hæc catapultæ, balliſtæ, tormenta omnis generis: duces aut Ætoli & Cephallenes, aut regii ab Antiocho ibi relicti ad ſeptem & viginti. Multos eo die, priuſquam in urbem inveheretur, in circo Flaminio tribunos, præfectos, equites, centuriones, Romanos ſocioſque [2] donis militaribus donavit: militibus ex præda vicenos quinos dena-
6 rios diviſit: duplex centurioni, triplex equiti. Jam conſularium comitiorum appetebat tempus, quibus quia M. Æmilius, cujus ſortis ea cura erat, occurrere non potuit, C. Flaminius Romam venit. ab eo creati Conſules Sp. Poſtumius Albinus, Q. Marcius Philippus. Prætores

1 *Prætulit triumphi diem*] Id eſt, præcepit & maturavit ante diem conſtitutum & deſtinatum triumpho. *Turnebus.*

Prætulit triumphi diem] Lege *retulit*, Feſtus. *Referri diem prodictam, id eſt, anteferri.* Henricus Valeſius.

2 *Donis militaribus donavit*] Gellius lib. 5 cap. 6 *M. Cato objecit*, inquit, *M. Fulvio Nobiliori, quod milites per ambitionem coronis, leviſſimis de cauſis donaſſet. Coronis autem donaverat, quia vallum curaverant, aut quia puteum ſtrenue foderant.* Sigonius.

res inde facti T. Mænius, P. Cornelius Sulla, C. Calpurnius Piſo, M. Licinius Lucullus, C. Aurelius Scaurus, L. Quintius Criſpinus. Extremo anni magiſtratibus jam creatis, ante diem tertium Nonas Martias Cn. Manlius Vulſo de Gallis, qui Aſiam incolunt, triumphavit. ſerius ei triumphandi cauſa fuit, ne Q. Terentio Culleone prætore cauſſam lege Petillia diceret, & incendio alieni judicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret: eo infenſioribus in ſe, quam in illum judicibus, quod diſciplinam militarem ſevere ab eo conſervatam, ſucceſſor ipſe omni genere licentiæ corruperat. Neque ea ſola infamiæ erant, quæ in provincia procul ab oculis facta narrabantur: ſed etiam magis, quæ in militibus ejus quotidie conſpiciebantur. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt. [1] ii primum lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam advexerunt. [2] tum pſaltriæ ſambuciſtriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis: [3] epulæ quo-

que

1 *Ii primum lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, Romam adduxerunt*] Monet Glareanus, ut videamus, quemadmodum, *Lectos æratos*, Livius acceperit, putatque intellexiſſe Livium, *lectos* in quibus dormirent, cum accipiendum ſit de iis, in quibus accumberent. Antiquos enim *tribus* ſtratis *lectis* epulari ſolitos, unde *Triclinia* dicta ſunt, ſcribit Servius. Unde Virgil. *Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto*, & Heliogabalum tradit Lampridius ſolido argento *lectos triclinares* habuiſſe. Id autem ita eſſe docet Plinius, qui lib. 34 cap. 3 hunc locum tractans ait: *Triclinia ærata abacoſque & monopodia Cn. Manlium Aſia devicta primum invexiſſe triumpho ſuo.* Et Macrobius lib. 3 ex Indice Metelli: *Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt.* Sigon.

2 *Tum pſaltriæ, ſambuciſtriæque & convivalia lud. oblect.* &c.] Ψάλτρια Græcis, ſicuti & Latinis, *Fidicina* dicitur, hoc eſt, quæ inſtrumento Muſico ex fidibus conſtante, pulſat ſeu cantat. *Sambuciſtrias* fuiſſe exiſtimo, quæ ſambucam ſeu ſambycem, muſicum ſcil. inſtrumentum pulſarent. Erat autem *ſambuca*, quam Galli, Hiſpani & Itali eadem voce *arpam* appellant. *Marcell. Donat.*

3 *Epulæ quoque ipſæ & - - - coquus - - - in pretio eſſe*] Hoc ſic Athenæus lib. 6 extremo: Νῦν δ᾽ ὡς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Φιλιππικῶν, οὐδείς ἐστι καὶ τῶν μετρίως εὐπορουμένων, ὅστις οὐ πολυτελῆ τράπεζαν παρατίθεται, μαγείρους τε καὶ θεραπείαν ἄλλην πολλὴν κέκτηνται. *Sigonius.*

que ipſæ, & cura & ſumptu majore apparari cœptæ: tum coquus, viliſſimum antiquis mancipium, & æſtimatione & uſu, in pretio eſſe; & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta. vix tamen illa, quæ tum conſpiciebantur,
7 ſemina erant futuræ luxuriæ. In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas CC duodecim pondo: argenti pondo CCXX millia: auri pondo MMCCIII. [1] tetradrachmum Atticum CXXVII millia: ciſtophorum CCL. Philip-

1 *Tetradrachma Attica centum viginti ſeptem millia*] Scribe: *tetradrachmum Atticum.* Ut ſuperius in triumpho M. Fulvii: *tetradrachmum Atticum centum octodecim millia. Ciſtophorum ducenta quinquaginta* (intellige *millia*) *Philippeorum aureorum nummorum ſedecim millia trecentos viginti.* Lib. 37, 58. *Tetradrachmum Atticorum ducenta viginti quatuor millia: ciſtophoros trecenta triginta unum millia & ſeptuaginta: nummorum aureorum Philippeorum centum quadraginta millia* non *nummos aureos Philippeos*, ut editur. Miraris utique, quod hic *ciſtophoros* legam (cum in vett. ſit *ciſtophori*) non *ciſtophorum*, ut ſuaſu Budæi habent recentiores: quod hoc quoque lib. 39, 5 retineam: *Philippei nummi duodecim millia quadringenti viginti duo*: non velim eodem modo reſcribi: *Philippeorum aureorum nummorum.* Eam rationem: videor mihi obſervaſſe ex Livio, quoties numerus ſive ſignati argenti ſive alterius rei millia plura non excedit, tum rem numeratam ſemper efferri patrio caſu: quum vero ſuper millia numerus alius inferior adjicitur, tum non perpetuo rem numeratam eo caſu pronuntiari, quem exigebat τὸ *millia*, ſed interdum eo, quem recipit adjectus poſterior numerus. Ut lib. 3, 5. *Audet tamen Antias Valerius concipere ſummas: Romanos cecidiſſe in Hernico agro quinque millia ac trecentos.* Ubi diximus perperam Rhenanum *quinquies mille*, reſcribere. Hic ſi Livius attendiſſet τὸ *millia*, debuiſſet utique ponere, *Romanorum.* Sed retulit eam vocem ad *trecentos*, perinde ac ſi dixiſſet: *cecidiſſe in Hernico agro quinque millia ac trecentos Romanos.* Sic lib. 33, 27. *Signati denarios triginta quatuor millia & quingentos quinquaginta.* Scaliger in libro de re nummaria: Neque proba eſt locutio, neque ſumma digna triumpho florentiſſimis rebus Romanis. Legendum: *Denarium trecenta quatuor millia.* In poſteriori facile adſentior; non in priore: nam, ut dixi, retulit τὸ *denarios* ad minorem numerum, & perinde eſt, quaſi ſcripſiſſet: *ſignati trecenta quatuor millia & quingentos quinquaginta denarios.* Iterum lib. 37, 58. *Tetradrachma Attica triginta quatuor millia ſeptingenta: ciſtophori centum triginta unum millia trecenti.* Non mutabis *tetradrachmum Atticum*: nam illud reſpondet τῷ *ſeptingenta.* At male in omnibus *trecenta*; refertur enim ad *ciſtophori*: male in recentioribus *ciſtophorum*; refertur enim ea vox non ad *millia* ſed ad *trecenti.* Quamquam ante Curionem ubique fuiſſe video: *Ciſtophori trecenta triginta duo millia.* Qui numerus ſi verior, utique *ciſtophorum*, non *ciſtophori* legendum. Ut eodem libro cap. 46. *Signati tetradrachmum Atticum centum tredecim millia*; *ciſtophorum ducenta quadraginta octo.* Etenim & hic intelligitur τὸ *millia* ex membro præcedenti, perinde ut in loco, ad quem ſcribimus. Plinius lib. 33, 10. *Tamen relinquere ſervorum quatuor millia centum ſedecim, juga boum tria millia ſexcenta.* Legendum eſt *jugum*, generandi caſu, inquit Hotomannus. Fruſtra, ut ex dictis liquet. *J. F. Gon.*

1 *C. Ca-*

ſippeorum aureorum nummorum ſedecim millia CCCXX: & arma ſpoliaque multa Gallica, carpentis tranſvecta. duces hoſtium duo & quinquaginta ducti ante currum. militibus quadragenos binos denarios diviſit, duplex centurioni; & ſtipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites. Multi omnium ordinum, donati militaribus donis, currum ſecuti ſunt. carminaque à militibus ea in imperatorem dicta, ut facile appareret in ducem indulgentem ambitioſumque ea dici. triumphum eſſe militari magis favore, quam populari celebrem. Sed ad populi quoque gratiam conciliandam amici Manlii valuerunt. quibus annitentibus Senatuſconſultum factum eſt, *Ut ex pecunia, quæ in triumpho tranſlata eſſet, ſtipendium collatum à populo in publicum, quod ejus ſolutum antea non eſſet, ſolveretur.* Vicenoſquinos & ſemiſſes in millia æris quæſtores urbani cum fide & cura ſolverunt. Per idem tempus tribuni militum duo ex duabus Hiſpaniis cum literis [1] C. Atinii & L. Manlii, qui eas provincias obtinebant, venerunt. Ex iis literis cognitum eſt, Celtiberos Luſitanoſque in armis eſſe, & ſociorum agros populari. de ea re conſultationem integram ſenatus ad novos magiſtratus rejecit. Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Poſtumius Albinus faciebant, [2] malus in circo inſtabilis in ſignum Pollentiæ procidit, atque id dejecit. ea religione moti Patres, & diem unum adjiciendum ludorum celebritati cenſuerunt; & ſigna duo pro uno

1 *C. Catinii, & L. M.*] *C. Atinii.* Vet. lib. ut ſupra. *Sigonius.*

2 *Malus in circo inſtabilis in ſignum Pollentiæ*] In Circo poſitæ fuerunt Deorum ſtatuæ, nec non & principum virorum, ut patet ex Liv. per initia lib. 40. Intelligendum hoc eſſe de ſigno Deæ *Pollentiæ*, fidem faciunt ſubſequentia illa: *Ea religione moti Patres diem unum adjiciendum ludorum celebritati cenſuerunt; & ſigna duo pro uno reponenda, & novum auratum faciendum.* Nec mirum, Romanos Deam Pollentiam coluiſſe; nam, ut docet Feſtus, *Pollentia* & *Potentia* idem ſignificant. *Malum* autem, à quo dejectum Pollentiæ ſignum tradit Livius, unum ex illis fuiſſe arbitramur, quibus funibus alligatis, vela tenſa ſuffulciuntur ad aëris injurias arcendas, ut commodius ſpectatores ludos ſpectare poſſint. *M. Don.*

uno reponenda; & novum auratum faciendum. Et plebeii ludi ab ædilibus C. Sempronio Blæſo, & [1] M. Furio
8 Luſco diem unum inſtaurati ſunt. Inſequens annus Sp. Poſtumium Albinum, & Q. Marcium Philippum Conſules ab exercitu bellorumque & provinciarum cura ad inteſtinæ conjurationis vindictam avertit. Prætores provincias ſortiti ſunt, T. Mænius urbanam, M. Licinius Lucullus inter cives & peregrinos, C. Aurelius Scaurus Sardiniam, P. Cornelius Sulla Siciliam, L. Quintius Criſpinus Hiſpaniam citeriorem, [2] C. Calpurnius Piſo Hiſpaniam ulteriorem. Conſulibus ambobus quæſtio de clandeſtinis conjurationibus decreta eſt. Græcus ignobilis in Etruriam primum venit, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditiſſima omnium [3] gens invexit; ſacrificulus & vates: nec is qui aperta religione propalam & quæſtum & diſciplinam profitendo, [4] animos horrore imbueret, ſed occultorum antiſtes ſacrorum. Initia erant, quæ primo paucis tradita ſunt: deinde vulgari cœpta per viros, mulieresque. additæ voluptates religioni vini & epularum, quo plurium animi illicerentur. [5] Quum vinum animos & nox, & miſti feminis mares, ætatis teneræ majoribus, diſcrimen omne pudoris exſtinxiſſent; corruptelæ primum

1 *M. Furio Luſco*] *Furiorum* cognomen eſt *Fuſus*, ut eſt in Capitol. tabulis, non *Luſcus* aut *Fuſcus*, ut eſt in vulgatis & manuſcriptis libris. *Sigonius.*

2 *C. Calpurnius Piſo Hiſpaniam ulteriorem*] Dele τὸ *Hiſpaniam* ex perpetuo more Livii. *J. F. Gron.*

3 *Gens invexit, ſed ſacrificulus*] Sic mihi primus Curio: ſcripti & quidquid eſt editorum prius, ſine particula *ſed*. Et certe abeſſe debet ex more eleganter loquentium, de quo jam aliquid dictum ad lib. 28, 39 & 36, 19. Noſter lib. 1 de Horatiis & Curiatiis: *nec his nec illis periculum ſuum, publicum imperium ſervitiumque obſervatur animo.* Integrum foret: *ſed publicum.* Idem.

4 *Animos errore imbueret*] Vet. lib. *Horrore*, id eſt, metu religionis. ſequitur autem: *Sed occultorum antiſtes ſacrorum.* Lib. 10. *Qui perfundere religione animum poſſet.* Sigonius.

5 *Quum vinum animos & nox*] Vide an *exſtinguere animos* ſit ſanitatem mentis corrumpere. Alioqui legi poſſet: *Quum vinum, clamores, nox.* Nam mox: *Occulebat vim, quod præ ululatibus.* Et infra: *crepitibus etiam ululatibuſque nocturnis, qui perſonant tota urbe.* J. F. Gron.

1 *Et*

mum omnis generis fieri cœptæ: quum ad id quiſque,
quo natura pronioris libidinis eſſet, paratam voluptatem
haberet. Nec unum genus noxæ, ſtupra promiſcua ingenuorum fœminarumque, erant: ſed falſi teſtes, falſa
ſigna teſtimoniaque [1] & indicia ex eadem officina exibant. Venena indidem inteſtinæque cædes: ita ut ne
corpora quidem interdum ad ſepulturam extarent. Multa dolo, pleraque per vim audebantur. occulebat vim,
quod præ ululatibus tympanorumque & cymbalorum
ſtrepitu, nulla vox quiritantium inter ſtupra & cædes,
exaudiri poterat. [2] Hujus mali labes ex Etruria Romam, 9
velut contagione morbi, penetravit. primo urbis magnitudo capacior, patientiorque talium malorum ea celavit:
tandem indicium hoc maxime modo ad Poſtumium conſulem pervenit. [3] P. Æbutius, cujus pater publico equo
ſtipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, ſub tutela Duroniæ matris & vitrici Ti. Sempronii
Rutili educatus fuerat. Et mater dedita viro erat: & vitricus, quia tutelam ita geſſerat, ut rationem reddere non
poſſet; aut tolli pupillum, aut obnoxium ſibi vinculo aliquo fieri cupiebat. [4] via una corruptelæ Bacchanalia
erant. Mater adoleſcentulum appellat, [5] *Se pro ægro eo voviſ-*

1 *Et judicia ex ead.*] *Indicia*; lego, ut ſit: Falſi indices. Index autem eſt, qui facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat impunitate propoſita. Pædian. *Hac autem indicia falſis aliorum teſtimoniis confirmabantur.* Sigonius.

2 *Hujus mali labes*] Scio quid apud Virgilium, ſed lego *tabes* propter τὸ *contagione*. Tan. Faber.

3 *P. Ebutius*] *Æbutius*, ut ſupra. *Sig.*

4 *Via una corruptelæ Bacchanalium erant*] In primo invenio Frobenio. Priores omnes cum ſcriptis: *via una corruptelæ Bacchanalia erant.* Unica via ad barathrum, unica ratio corrumpendi & conſcientia flagitii obnoxium ſibi faciendi pupillum erant Bacchanalia. Plautus Aſinaria: *Is apud ſcortum corruptela & liberis luſtris ſtudet.* Truculento: *niſi ſi clanculum collapſus eſt hic in corruptelam ſuam.* Cicero 6 Parad. *reus corruptelam judicii moliens.* Pro Dejotaro: *corruptela ſervi iſta auctoritate approbata.* J. F. Gron.

5 *Se pro ægroto voviſſe*] Curioni & Gryphio primis adoptatum video. Scripti & priores: *ſe pro ægro eo voviſſe.* Quid ſecuti ſunt? An *ægrum* animi malebant quam corporis: ut Cicero *ægrotationem* & *ægritudinem* diſtinguit. At non ea religio veterum in primitivo. Noſter lib. 25. *Quo minus mirum eſſet, uno eodemque loco ſtativa eum tamdiu habere, ægrum ſimulabat.* Lib. 41. *Ægri quoque milites, qui in caſtris relicti fuerant.* Et alibi. *Idem.*

voviſſe, ubi primum convaluiſſet, [1] *Bacchis eum ſe initiaturam. damnatam voti, Deûm benignitate, exſolvere id velle. Decem dierum caſtimonia opus eſſe. decimo die cœnatum, deinde pure lautum in ſacrarium deducturam.* Scortum nobile libertina Hiſpala Fecenia, [2] non digna quæſtu [3] cui ancillula aſſueverat; etiam poſtquam manumiſſa erat, eodem ſe genere tuebatur. Huic conſuetudo juxta vicinitatem cum Æbutio fuit; minime adoleſcentis aut rei aut famæ damnoſa: ultro enim amatus appetituſque erat. & maligne omnia præbentibus ſuis, meretriculæ munificentia ſuſtinebatur. Quin eo proceſſerat conſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à tribunis & prætore petito, quum teſtamentum faceret, unum Æbu-
10 tium inſtitueret hæredem. Hæc amoris pignora quum eſſent, nec quicquam ſecretum alter ab altero haberent, per jocum adoleſcens vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet. Religionis ſe cauſſa, ut voto pro valetudine ſua facto liberetur, Bacchis initiari velle. Id ubi mulier audivit, perturbata, *Dii meliora!* inquit: *mori & ſibi & illi ſatius eſſe, quam id faceret. & in caput eorum deteſtari minas periculaque qui id ſuaſiſſent.* Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam adoleſcens, Parcere execrationibus jubet. matrem id ſibi, aſſentiente vitrico, imperaſſe; *Vitricus ergo,* inquit, *tuus* (*matrem enim inſimulare forſitan fas non ſit*) *pudicitiam, famam, ſpem, vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.* Eo magis mirabundo, quærentique quid rei eſſet, *pacem veniamque precata Deorum Dearumque ſi coacta caritate ejus, ſilenda enunciaſſet; ancillam ſe* ait *dominæ comitem id ſacrarium intraſſe, liberam numquam eo acceſſiſſe. Scire corruptelarum omnis generis eam offici-*

1 *Bacchis eum ſe initiaturam*] Quia primo id ſacrarium fœminarum fuit, nec vir quiſquam eo admitti ſolitus fuit, propterea quaſi Baccharum ſacrum eſſet, Bacchis initiari, dixerunt qui ſe ſacro illi committeret. *Sigonius.*

2 *Non digna quæſtu*] *Non indigna* Aurelius ad Tacitum 2 Ann. p. 253. *J. F. Gron.*

3 *Cui ancillula aſſueverat*] Et noſtri & Mog. *aſſuerat.* Idem.

1 *Cum*

officinam eſſe: & jam biennio conſtare neminem initiatum ibi majorem annis viginti. Ut quiſque introductus ſit, velut victimam tradi ſacerdotibus. eos deducere in locum, qui circumſonet ululatibus, cantuque ſymphoniæ, & cymbalorum & tympanorum pulſu, ne vox quiritantis, [1] *quum per vim ſtuprum inferatur, exaudiri poſſit. Orare deinde atque obſecrare, ut eam rem quocunque diſcuteret modo: nec ſe eo præcipitaret, ubi omnia infanda patienda primum, deinde facienda eſſent.* neque ante dimiſit eum, quam fidem dedit adoleſcens, ab his ſacris ſe temperaturum. Poſteaquam domum venit, & mater men- 11
tionem intulit, quid eo die, quid deinceps cæteris quæ ad ſacra pertinerent faciendum eſſet; negat eorum ſe quicquam facturum, nec initiari ſibi in animo eſſe. Aderat ſermoni vitricus. confeſtim mulier exclamat, *Hiſpalæ concubitu carere eum decem noctes non poſſe.* [2] *illius excetræ delinimentis & venenis imbutum, nec vitrici, nec parentis, nec Deorum verecundiam habere,* jurgantes hinc mater, hinc vitricus, cum quatuor eum ſervis domo exegerunt. Adoleſcens inde ad Æbutiam ſe amitam contulit: cauſſamque ei, cur eſſet à matre ejectus, narravit. deinde ex auctoritate ejus poſtero die ad conſulem Poſtumium, arbitris remotis, rem detulit. Conſul poſt diem tertium ad ſe juſſum redire dimiſit: ipſe Sulpiciam, gravem fœminam, ſocrum ſuam, percunctatus eſt, ecquam anum Æbutiam ex Aventino noſſet? quum eam noſſe, probam, & antiqui moris fœminam, reſpondiſſet; opus eſſe ſibi ea conventa dixit. mitteret nuncium, ad eam, ut veniret. Æbutia accita ad Sulpiciam venit. & conſul paulo poſt, velut forte interveniſſet, ſermonem de Æbutio fratris ejus filio infert. Lacrymæ mulieri obortæ, & miſerari caſum

1 *Cum per vim ſtuprum infer.*] Vet. lib. *Cui per vim.* Sigonius.

2 *Illius excetræ delinimentis*] *Excetra,* hydra Lernæa eſt appellata. Et Hieronymus *Iberam excetram* obtrectatorem virulentum vocavit: quomodo & Duronia P. Æbutii mater Hiſpalam filii amaſiam, excetram hoc in loco appellavit. *Marcell. Donat.*

1 *Quæ*

caſum adoleſcentis cœpit; qui ſpoliatus fortunis, à quibus minime oporteret, apud ſe tunc eſſet, ejectus à matre: quod probus adoleſcens (Dii propitii eſſent) obſcœ-
12 nis, ut fama eſſet, ſacris initiari nollet. Satis de Æbutio exploratum ratus conſul, non vanum auctorem eſſe; dimiſſa Æbutia, ſocrum rogat, ut Hiſpalam, indidem ex Aventino libertinam, non ignotam viciniæ, arceſſeret ad ſeſe. eam quoque eſſe quæ percunctari vellet. Ad cujus nuncium perturbata Hiſpala, quod ad tam nobilem & gravem fœminam ignara cauſſæ arceſſeretur: poſteaquam lictores in veſtibulo turbamque conſularem & conſulem ipſum conſpexit; prope exanimata eſt. In interiorem partem ædium abductam ſocru adhibita conſul, *Si vera dicere inducere in animum poſſet*, negat *perturbari debere. fidem vel à Sulpicia tali fœmina, vel ab ſe acciperet. expromeret ſibi* [1] *quæ in luco Similæ Bacchanalibus in ſacro nocturno ſolerent fieri.* Hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiſcere non poſſet: tandem confirmata, puellam admodum ſe ancillam initiatam cum domina, ait. aliquot annis, ex quo manumiſſa ſit; nihil, quid ibi fiat, ſcire. [2] Jam idipſum con-

1 *Quæ in luco Similæ*] Sic Gelenius ex Mſſ. nec aliter nos deprehendimus. nam ante illum: *in ludo ſimili.* Opinatur autem Semelen detorta nonnihil voce *Similam* tum vulgo indocto dictam. *Stimulam* vocat Scholiaſtes Juvenalis ad Satiram ſecundam: *Nam ſacra Bacchanalia ex S.C. condemnata ſunt, cum probatum eſſet Senatui honeſtiſſimas fœminas ad Stimulæ Deæ lucum fœde adulterari.* Et mentio eſt *Stimulæ* Deæ apud Auguſtinum lib. 4 de Civitate Dei cap. 11. *de ſtimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur.* & eodem libro cap. 16. *qua ad agendum ultra modum ſtimularet.* Quod forte non male ad fanaticorum tumultum ac turbinem accommodes. Tamen optime ſacra Bacchi peraguntur in *Semeles* luco. Et ſi quidem hæc fuit, ita potius ſcripſiſſe Livium crediderim, non vulgi indocti, ſi qua fuit, pronunciationem expreſſiſſe. Sic *Semonis Sanci*, ſic *Juventatis* apud noſtrum corrupta ab indoctis olim fuere vocabula. *J. F. Gron.*

2 *Jam id ipſum conſul laudare, quod initiatam*] Nævus eſt Moguntini codicis, quem adſpernari decebat editores & retinere aliorum ſcriptorum & impreſſorum: *laudare, cum initiatam ſe non inficiaretur.* Uſus particulæ elegans. Plautus Captivis: *Jovi diiſque gratias ago merito magnas, Quom te reducem tuo patri reddiderunt, Quomque ex miſeriis plurimis me exemerunt.* Menæchmis: *Cum tu liber es, Meſſenio, gaudeo.* Truculento: *Cum tu recte proveniſti, cumque es au-*

conſul laudare, cum initiatam ſe non inficiaretur, ſed &
cætera eadem fide exprομeret. neganti ultra quicquam
ſcire; non eandem dicere, ſi coarguatur ab alio, ac per
ſe fatenti, veniam aut gratiam fore. eum ſibi omnia ex-
poſuiſſe, qui ab illa audiſſet. Mulier haud dubie, id quod 13
erat, Æbutium indicem arcani rata eſſe, ad pedes Sul-
piciæ procidit: & eam primo orare cœpit, *Ne mulieris
libertinæ cum amatore ſermonem, in rem non ſeriam modo, ſed
capitalem etiam, verti vellet: ſe terrendi ejus cauſſa,* [1] *non quo
ſciret quicquam, ea locutam eſſe.* Hic Poſtumius accenſus
ira, *Tum quoque* ait *eam cum Æbutio ſe amatore cavillari cre-
dere, non in domo graviſſimæ fœminæ & cum conſule loqui.* &
Sulpicia attollere paventem, ſimul illam adhortari: ſi-
mul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum
incuſata perfidia Æbutii, qui optimi in eo ipſo meriti ta-
lem gratiam retuliſſet; *Magnum ſibi metum Deorum, quorum
occulta initia enunciaret, majorem multo* dixit *hominum eſſe,
qui ſe indicem manibus ſuis diſcerpturi eſſent. itaque hoc ſe Sulpi-
ciam, hoc conſulem orare, ut ſe extra Italiam aliquo amanda-
rent, ubi reliquum vitæ degere tuto poſſet.* Bono animo eſſe
jubere eam conſul, & ſibi curæ fore dicere, ut Romæ
tuto habitaret. Tum Hiſpala originem ſacrorum expro-
mit. *Primo ſacrarium id fœminarum fuiſſe, nec quemquam vi-
rum eo admitti ſolitum. Tres in anno ſtatos dies habuiſſe, quibus
interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes invicem matronas
creari ſolitas. Pacullam Miniam Campanam ſacerdotem omnia,
tamquam Deum monitu immutaſſe. nam & viros eam primam
ſuos filios initiaſſe, Minium, & Herennium Cerrinios. & noctur-*

es aucta liberis, Gratulor, cum mihi tibique magnum dediſti decus. Et ſæpiſſime apud eundem. Q. Cicero 16 Fam. 16. *Gratiſſimum feciſti, quum eum indignum ea fortuna amicum nobis, quam ſervum eſſe maluiſti.* J. F. Gron.

1 *Non quod ſciret quicquam*] Et hæc Moguntini macula eſt. Repoſuimus à ſcriptis: *non quo ſciret quicquam.* Non ignota ratio Latine doctis. Cicero ad Atticum: *ſed me non ſane hoc tempore movet reſpublica, non quo aut ſit mihi quicquam carius aut eſſe debeat, ſed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* A. Gellius lib. 9, 12. *Itaque Salluſtius in hiſtoria prima metum Pompeii dixit, non quo Pompejus metueret (quod eſt uſitatius) ſed quod metueretur.* Sic Mſſ. nam & ſic editur: *non quod.* Idem.

num ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe. Ex quo in promiſcuo ſacra ſint, & permiſti viri fœminis, & noctis licentia acceſſerit; nihil ibi facinoris, nihil flagitii prætermiſſum. plura virorum inter ſeſe, quam fœminarum eſſe ſtupra. Si qui minus patientes dedecoris ſint, & pigriores ad facinus; pro victimis immolari: nihil nefas ducere, hanc [1] *ſummam inter eos religionem eſſe: Viros velut mente capta cum jactatione fanatica corporis vaticinari, matronas Baccharum habitu crinibus paſſis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demiſſaſque in aquam faces (* [2] *quia vivum ſulphur cum calce inſit) integra flamma efferre. Raptos à Diis homines dici, quos machinæ illigatos ex conſpectu in abditos ſpecus abripiant. eos eſſe, qui aut conjurare, aut ſociari facinoribus, aut ſtuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem, alterum jam prope populum eſſe: in his nobiles quoſdam viros, fœminaſque. Biennio proximo inſtitutum eſſe, ne quis major viginti annis ini-*
14 *tiaretur. captari ætates & erroris & ſtupri patientes.* Peracto indicio, advoluta rurſus genibus, preces eaſdem, ut ſe ablegaret, repetivit. Conſul rogat ſocrum, ut aliquam partem ædium vacuam faceret, quo Hiſpala immigraret. cœnaculum ſuper ædes datum eſt, ſcalis ferentibus in publicum obſeratis, aditu in ædes verſo. Res omnes Feceniæ extemplo tranſlatæ, & familia arceſſita: & Æbutius migrare ad conſulis clientem juſſus. Ita quum indices ambo in poteſtate eſſent, rem ad ſenatum Poſtumius defert. [3] Omnibus ordine expoſitis, quæ delata primo, quæ deinde ab ſe inquiſita forent, Patres pavor ingens cepit: quum publico nomine, ne quid eæ conjurationes, cœtuſque nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent:

1 *Summam religionem eſſe*] Vet. lib. *Religionis.* Sigonius.

2 *Quia vivum ſulphur cum calce inſit*] *Vivum ſulphur*, Plinio teſte lib. 35 cap. 15 quod ignem non eſt expertum, ἄπυρον Græcis vocatum. Nam reliqua genera coctione parantur: hoc globoſum, ſolidumque effoditur, avidiſſime flammam concipit. *Turnebus.*

3 *Omnibus ordine expoſitis*] Male jamdudum hic interpungi τὰ *ab ſe* oſtendunt. Scribe: *rem ad ſenatum defert, omnibus ordine expoſitis, quæ delata primo, quæ deinde ab ſe inquiſita forent. Patres pavor ingens cepit.* J. F. Gron.

rent: [1] tum privatim ſuorum quiſque vicem, ne quis affinis ei noxæ eſſet. Cenſuit autem ſenatus, gratias conſuli agendas, quod eam rem & cum ſingulari cura, & ſine ullo tumultu inveſtigaſſet. Quæſtionem deinde de Bacchanalibus ſacriſque nocturnis extra ordinem [2] conſulibus mandant: indicibus Æbutio ac Feceniæ ne fraudi ea res ſit, curare, & alios indices præmiis invitare jubent. ſacerdotes eorum ſacrorum, ſeu viri ſeu fœminæ eſſent, non Romæ modo, ſed per omnia fora & conciliabula conquiri, ut in conſulum poteſtate eſſent. edici præterea in urbe Roma, & per totam Italiam edicta mitti, *Ne quis qui Bacchis initiatus eſſet, coiſſe aut conveniſſe cauſſa ſacrorum velit, neu quid talis rei divinæ feciſſe. ante omnia, ut quæſtio de his habeatur qui coiſſent, conjuraſſentve, quo ſtuprum flagitiumve inferretur.* Hæc ſenatus decrevit. Conſules ædilibus curulibus imperarunt, ut ſacerdotes ejus ſacri omnes conquirerent, comprehenſoſque libero conclavi ad quæſtio-

1 *Tum privatim ſuorum quiſque vicem*] Bene Gelenius *vicem* pro *vice*, ut & nos lib. 1 reſtituimus. Sed vide poſſitne ad hæc verba intelligi, *metuere*, aut quid tale? ſecus ſcribendum *quemque*: nam ita cohæret: *Patres pavor cepit, cum publico nomine, tum privatim ſuorum quemque vicem.* J. F. Gron.

2 *Conſulibus mandat*, &c. *curare & alios indices præmiis invitare jubet*] Primum vetus lectio, *mandavit*, & *jubent*. Magunt. *mandant* & *jubet*. Scribe igitur: *mandant* & *jubent*. Quæ mutarunt quia præceſſit *Senatus*: at id collectivum eſt, & multos complectitur ſenatores: itaque perſæpe Livius, quum illo vocabulo incepiſſet, in pluralia deſinit; ut ſuperius annotatum. Lib. 24. *Senatus inde haberi cœptus eſt. quod ſicut regnante Hierone manſerat publicum conſilium, ita poſt mortem ejus nulla de re neque convocati neque conſulti fuerant.* Sic emendandum hoc libro cap. 47. *Obſidem enim ſe animum ejus habere, etſi patri corpus reddiderint.* Intelligitur enim τὸ *Patres*: & ideo mox, *miſſuros*. At quia ſuperius: *ut maxime vellet ſenatus*: putaverunt neceſſe eſt, ut fieret, *reddiderit*. Lib. 26. *Exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia eſſet, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, ſegni fungebantur militia.* Deinde *alios indices* debemus Moguntino. Sed noſtri ſcripti, ut antea impreſſum erat: *curare & alios illicere ac præmiis invitare.* Quod mihi ſincerius. Ex *inlicere* fecerunt *indices*, quibus grave fuit ad vocem *alios* ex præcedentibus *indices* intelligere. Lib. 22. *Legati & ad Philippum regem, & alii in Ligures miſſi.* Cæſar lib. 5 Gall. *Statim nuntium in Bellovacos ad M. Craſſum quæſtorem mittit*, &c. Et ſuperius eodem libro: *itaque ex legionibus fabros deligit, & ex continenti alios arceſſi jubet.* Suet. Aug. 49. *Claſſem Miſeni & alteram Ravennæ.* Tiberio cap. 37. *Cohortem ab urbe & aliam à Cottii regno.* Idem.

1 *Ad-*

ſtionem ſervarent. Ædiles plebis videre, ne qua ſacra in operto fierent. Triumviris capitalibus mandatum eſt, ut vigilias diſponerent per urbem ſervarentque ne qui nocturni cœtus fierent. utque ab incendiis caveretur, [1] adjutores triumviris quinqueviri, uti cis Tiberim ſuæ quiſque regionis ædificiis præeſſent. Ad hæc officia dimiſſis magiſtratibus, conſules in Roſtra eſcenderunt, & concione advocata, quum ſolenne carmen precationis, quod præfari, priuſquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet conſul, ita cœpit: *Nulli unquam concioni, Quirites, tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria hæc ſolennis Deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret; hos eſſe Deos, quos colere, venerari, precarique majores veſtri inſtituiſſent: non illos, qui pravis & externis religionibus captas mentes velut furialibus ſtimulis ad omne ſcelus & ad omnem libidinem agerent. Equidem nec quid taceam, nec quatenus proloquar, invenio: ſi aliquid ignorabitis, ne locum negligentiæ dem; ſi omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis, vereor. quicquid dixero, minus quam pro atrocitate & magnitudine rei dictum ſcitote eſſe. ut ad cavendum ſatis ſit, dabitur opera à nobis. Bacchanalia tota jam pridem Italia, & nunc per urbem etiam multis locis eſſe, non fama modo accepiſſe vos, ſed crepitibus etiam ululatibuſque nocturnis, qui perſonant tota urbe, certum habeo; cæterum quæ ea res ſit, ignorare. alios Deorum aliquem cultum, alios conceſſum ludum & laſciviam eſſe credere: & qualecumque ſit, ad paucos pertinere. Quod ad multitudinem*

1 *Adjutores triumviris quinqueviri, uti cis Tiberim*] Non extat verbum, ad quod referatur vox illa, *Adjutores*, neque enim à ſuperiore, *mandatum eſt*, regi poteſt. Suſpicor igitur legendum ita: *Adjutores triumviris quinque viri dati, ut cis Tiberim.* Creavit autem errorem librario vox, *uti*, quæ ſequutura erat poſt *dati*, atque earum alteram ob ſimilitudinem, ut fit, prætermiſit. ſic lib. 40. *Poſtulantibus tamen iis, quinqueviri ab ſenatu dati.* Sigonius.

Quinqueviri dati, uti cis Tiberim] Sic Sigonius, quum in ſcriptis editiſque omnibus deſideraretur τὸ *dati*, neceſſet verbum quo referretur vox *Adjutores.* Minore licentia τὸ *uti* mutabimus in *Dati*: ut ſcripſerit Livius: *adjutores triumviris quinqueviri dati cis Tiberim ſuæ quiſque regionis ædificiis præeſſent.* Nam quod videtur deeſſe *Ut*, commode repetimus intellectum ex præcedente: *ut vigilias.* Forte etiam: *ædiles plebis viderent.* J. F. Gron.

1 *Niſi*

nem eorum attinet, ſi dixero multa millia hominum eſſe, illicò neceſſe eſt exterreamini, niſi adjunxero, qui qualeſque ſint. Primum igitur mulierum magna pars eſt, & is fons mali hujuſce fuit: deinde ſimillimi fœminis mares, ſtuprati & conſtupratores, fanatici vigiles; vino, ſtrepitibus, clamoribuſque nocturnis attoniti. Nullas adhuc vires conjuratio, cæterum incrementum ingens virium habet; quod indies plures fiunt. Majores veſtri, ne vos quidem, [1] niſi quum aut vexillo in arce poſito comitiorum cauſſa exercitus eductus eſſet, aut plebi concilium tribuni edixiſſent, aut aliquis ex magiſtratibus ad concionem vocaſſet, forte temere coire noluerunt: & ubicumque multitudo eſſet, ibi & legitimum rectorem multitudinis cenſebant debere eſſe. Quales primum nocturnos cœtus, deinde promiſcuos mulierum ac virorum eſſe creditis? Si quibus ætatibus initientur mares ſciatis; non miſereat vos eorum ſolum, ſed etiam pudeat. Hoc ſacramento initiatos juvenes milites faciendos cenſetis Quirites? iis ex obſcœno ſacrario eductis arma committenda? hi cooperti ſtupris ſuis, alieniſque, pro pudicitia conjugum ac liberorum veſtrorum

ferro

1 *Niſi cum aut vexillo in arce poſito com. ca. ex. ed. eſ. aut plebi concilium tr. ed. aut ali. ex m. ad concionem vocaſſet*] His verbis centuriata comitia deſcribit, & tributa & concionem. Hæc omnia aliorum auctoritate ſcriptorum comprobabo. Gell. lib. 15 c. 27. *Centuriata comitia intra pomœrium fieri nefas, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari jus non ſit: propterea centuriata in campo haberi exercitumque imperari præſidii cauſa ſolitum; quoniam populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus.* De vexillo in arce Janiculi poſito, & Janiculo ipſo dum centuriata haberentur comitia cuſtodito ſcribit Dio lib. 47 in conſulatu Ciceronis, ita: πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μήποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τοὺς λόχους ἐπιθῶνταί τινες τῇ πόλει τὸ Ἰανίκουλον καταλαβόντες, ἐνόμισαν μὴ πάντας ἅμα ψηφίζεσθαι, ἀλλά τινας ἀεὶ ἐνόπλους τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν· καὶ αὐτὸ ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν· ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τότε σημεῖον καθῃρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο, οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου οὐδὲν ἔτι χρηματισθῆναι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον εἰς αὐτὰς συνιέναι. De Tributis comitiis, quod verius plebis concilium dicitur, ſic Gellius eodem loco. *Qui non univerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe jubet, non comitia, ſed concilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre de re ulla poſſunt.* De concione ita lib. 13 cap. 15. *Aliud eſt cum populo agere, aliud concionem habere. Nam cum populo agere, eſt rogare quid populum, quod ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet: Concionem habere, eſt verba facere ad populum ſine ulla rogatione.* Et Feſtus libro tertio, *Concio conventus, qui à magiſtratu, vel ſacerdote aliquo per præconem convocatur.* Sigonius.

2 *Creſcit*

16 *ferro decernent? Minus tamen eſſet, ſi flagitiis tantum effœminati forent (ipſorum id magna ex parte dedecus erat) à facinoribus manus, mentem à fraudibus abſtinuiſſent. Numquam tantum malum in republica fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. quicquid his annis libidine, quicquid fraude, quicquid ſcelere peccatum eſt, ex illo uno ſacrario ſcitote ortum eſſe. Nec dum omnia in quæ conjuraverunt, edita facinora habent. adhuc privatis noxiis, quia nondum ad rempubl. opprimendam ſatis virium eſt, conjuratio ſeſe impia tenet:* [1] *creſcit & ſerpit quotidie malum. jam majus eſt, quam ut capere id privata fortuna poſſit: ad ſummam rempub. ſpectat. Niſi præcavetis, Quirites, jam huic diurnæ, legitime ab conſule vocatæ, par nocturna concio eſſe poterit. nunc illi vos ſinguli univerſos concionantes timent: jam ubi vos dilapſi domos & in rura veſtra eritis, illi coierint, conſultabunt de ſua ſalute ſimul ac veſtra pernicie. tum ſingulis vobis univerſi timendi erunt. Optare igitur unuſquiſque veſtrum debet, ut bona mens ſuis omnibus fuerit. Si quem libido, ſi furor in illum gurgitem abripuit, illorum eum, cum quibus in omne flagitium & facinus conjuravit, non ſuum judicet eſſe. Ne quis etiam errore labatur veſtrum quoque, non ſum ſecurus. nihil enim in ſpeciem fallacius eſt, quam prava religio. Ubi Deorum numen prætenditur ſceleribus, ſubit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis divini juris aliquid immiſtum violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, Senatuſconſulta, aruſpicum denique reſponſa liberant.* [2] *Quoties hoc patrum avorumque ætate negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri vetarent, ſacrificulos vateſque foro, circo, urbe prohiberent, vaticinos libros conquirerent, comburerentque, omnem diſciplinam ſacrificandi præterquam more Romano, abolerent? Judicabant enim prudentiſſimi viri omnis divini humanique juris, nihil æque diſſolvendæ religionis eſſe, quam ubi non patrio, ſed externo*

ritu

1 *Creſcit & ſerpit quotidie malum*] Cicero lib. 3 in Verrem: *ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi libera, finem ut audacia ſtatuere ſibi ipſe non poſſit.* At Naudæanus: *conſerpit.* J. F. Gron.

2 *Quoties hoc patrum, avorumque ætate*] Hac de reſcribit lib. 4 & lib. 25. *Sigonius.*

ritu ſacrificaretur. Hæc vobis prædicenda ratus ſum, ne qua ſuperſtitio agitaret animos veſtros, quum demolientes nos Bacchanalia diſcutienteſque nefarios cœtus cerneretis. Omnia Diis propitiis, volentibuſque ea faciemus: qui, quia ſuum numen ſceleribus libidinibuſque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt. nec pateſieri ut impunita eſſent, ſed ut vindicarentur & opprimerentur, voluerunt. Senatus quæſtionem extra ordinem de ea re mihi collegæque meo mandavit: nos, quæ ipſis nobis agenda ſunt, impigre exſequemur. Vigiliarum nocturnarum curam per urbem minoribus magiſtratibus mandavimus. Vos quoque æquum eſt, quæ veſtra munia ſunt, quo quiſque loco poſitus erit, quod imperabitur, impigre præſtare, & dare operam, ne quid fraude noxiorum periculi aut tumultus oriatur. Recitari deinde Senatuſconſulta juſſerunt, indicique præmium propoſuerunt, 17 *Si quis quem ad ſe deduxiſſet, nomenve abſentis detuliſſet, qui nominatus profugiſſet, diem certam ſe finituros: ad quam niſi citatus reſpondiſſet, abſens damnaretur. ſi quis eorum, qui tum extra terram Italiam eſſent, nominaretur; ei laxiorem diem daturos, ſi venire ad cauſſam dicendam vellet.* Edixerunt deinde *ne quis quid fugæ cauſſa vendidiſſe, neve emiſſe vellet: ne quis reciperet, celaret, ope ulla juvaret fugientes.* Concione dimiſſa, terror magnus urbe tota fuit. nec mœnibus ſe tantum urbis, aut finibus Romanis continuit: ſed paſſim per totam Italiam, literis hoſpitum de Senatuſconſulto, & concione, & edicto conſulum acceptis, trepidari cœptum eſt. Multi ea nocte quæ diem inſecuta eſt, quo in concione res palam facta eſt, cuſtodiis circa portas poſitis, fugientes à triumviris comprehenſi & reducti ſunt: multorum nomina delata. quidam ex iis viri fœminæque mortem ſibi conſciverunt. Conjuraſſe ſupra ſeptem millia virorum ac mulierum dicebantur. capita autem conjurationis conſtabat eſſe; [1] M. & L. Catinios de plebe Romana,

[1] &

[1] *M. & L. Catinios de plebe Rom.*] Vet. lib. *M. & Catinium.* Hinc ego, *M. & C. Atinios,* ut ſupra. *Plebejus* homo dicitur, qui è gente plebeia eſt,

[1] & Faliſcum, L. Opiternium, & Minium Cerrinium Campanum. ab his omnia facinora & flagitia orta: eos maximos ſacerdotes conditoreſque ejus ſacri eſſe. data opera eſt, ut primo quoque tempore comprehenderentur. Adducti ad conſules faſſique, de ſe nullam moram judicio
18 fecerunt. Cæterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut quia multis actiones & res peribant, cogerentur prætores T. Mænius & M. Licinius, per ſenatum [2] res in diem trigeſimum differre, donec quæſtiones à conſulibus perficerentur. Eadem ſolitudo, quia Romæ non reſpondebant, nec inveniebantur, quorum nomina delata erant, coëgit conſules circa fora proficiſci, ibique quærere & judicia exercere. Qui tantum initiati erant, & ex carmine ſacro, præeunte verba ſacerdote, precationes fecerant, in quibus nefanda conjuratio in omne facinus ac libidinem continebatur, [3] nec earum rerum ullam, in quas jurejurando obligati erant, in ſe aut alios admiſerant; eos in vinculis relinquebant: qui ſtupris aut cædibus violati erant, qui falſis teſtimoniis, ſignis adulterinis, ſubjectione teſtamentorum, fraudibus aliis contaminati; eos capitali pœna afficiebant. Plures necati, quam in vincula conjecti ſunt. magna vis in utraque cauſſa virorum mulierumque fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, tradebant: ut ipſi in privato animadverterent in eas. ſi nemo erat idoneus ſupplicii exactor in publico animadvertebatur. Datum deinde conſulibus nego-

id eſt, non patricia. *De plebe* autem is qui non eſt è ſenatorio ordine. *Sigonius.*

1 *Et Faliſcum, L. Opiternium*] Tolle diſtinctionem, quæ doctum virum in magnum errorem conjecit. Legendum puto, inquit, *Sex Faliſcum*, ne ei ſuum prænomen nebuloni deſit, ad lib. 4 Thebaidos Statii verſ. 397. At *Faliſcum* hic non eſt nebulonis nomen, ſed patriæ ejus. Sunt enim Atinii Roma, Opiternius Faleriis, Cerrinius Capua oriundi. Placet autem Sigonii conjectura: nam non modo primæ editiones, *M. Catinium*, ſed & Voſſ. *M. Catinios*, hoc eſt, *M. & C. Atinios*. J. F. Gron.

2 *Res in diem trigeſimum differre*] Niſi ſcripſit, ut plerumque loqui ſolent, *proferre*. Idem.

3 *Nec earum rerum ullam rem, in quas*] Scripti omnes τὸ *rem* ignorant, ut ſuperius indicatum. *Idem.*

negotium eſt, ut omnia Bacchanalia Romæ primum, deinde per totam Italiam diruerent: extra quam ſi qua ibi vetuſta ara aut ſignum conſecratum eſſet. in reliquum deinde Senatuſconſulto cautum eſt, *Ne qua Bacchanalia Romæ, neve in Italia eſſent. ſi quis tale ſacrum ſolenne & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo ſe id omittere poſſe apud prætorem urbanum profiteretur; prætor ſenatum conſuleret, ſi ei permiſſum eſſet, quum in ſenatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret, dum ne plus quinque ſacrificio intereſſent; neu qua pecunia communis, neu quis magiſter ſacrorum, aut ſacerdos eſſet.* Aliud deinde huic conjunctum, referente 19
Q. Marcio conſule, Senatuſconſultum factum eſt, *Ut de iis quos pro indicibus conſules habuiſſent, integra res ad ſenatum referretur, quum Sp. Poſtumius quæſtionibus perfectis Romam rediſſet.* Minium Cerrinium Campanum Ardeam in vincula mittendum cenſuerunt: magiſtratibuſque Ardeatium prædicendum, ut in intentiore eum cuſtodia aſſervarent; non ſolum ne effugeret, ſed ne mortis conſciſcendæ locum haberet. Sp. Poſtumius aliquanto poſt Romam venit. eo referente de P. Æbutii & Hiſpalæ Feceniæ præmio, quod eorum opera indicata Bacchanalia eſſent, S. C. factum eſt, [1] *Ut ſingulis his centena millia æris quæſtores urbani ex ærario darent; utique conſul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Æbutio emerita ſtipendia eſſent, ne invitus militaret, neve cenſor ei equum publicum aſſignaret.* [2] *Utique Feceniæ Hiſpalæ datio,*

1 *Ut ſingulis his centena*] Sic à Moguntino. Andreas dederat: *ut in ſingulis centena.* Scribe: *uti ſingula his centena millia æris quæſtores urbani ex ærario darent.* Sic enim loquebantur. Tacitus 1 Ann. *Ut ſingulos denarios mererent.* Et in teſtamento Auguſti: *prætoriarum cohortium militibus ſingula nummum millia.* Ut & Suetonius in eodem. Idem Tiberio cap. 48. *Singula millia denariorum prætorianis, quod Sejano ſe non accommodaſſent.* Tale & Lucilii: *& primum his abdomina thynni Priva dato.* J. F. Gron.

2 *Utique Feceniæ Hiſpalæ datio, deminutio, gentis enuptio*] Veros ſenſus horum verborum pete à Turnebo lib. 30, 25. Cui quia ſe oppoſuit Gutherius lib. 2 de Jure pontif. c. 7, tempus eſt, ut illius rationes examinemus. Cauſſatus *dationem* & *diminutionem* verba eſſe generalia, quæ ſine adjectione alicujus ſpeciei non intelligantur: ſic *dationem dotis* dici & *dationem legum*, & da-

datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item eſſet, quaſi ei

& dationem in adoptionem, ſic *deminutionem capitis, corporis, legatorum, patrimonii.* Immò verba generalia ſignificant generaliter, ſed ex ſubjecta materia, quid anguſtius velint, haud difficulter colligitur: neque alia indigent temperatione, quam ut in re certa & minus late patenti adhibeantur. Notum eſt *dare* in genere juriſconſultis eſſe per traditionem dominium transferre l. 75. *ar.* ult. D. de V. O. Non poſſumus autem transferre dominium, niſi quod ipſi habemus; niſi earum rerum, quæ ſunt noſtræ. Cui ergo permittitur in genere *datio*, ei conceditur, ut eorum, quæ ſunt ejus, nemine vi juris aut poteſtatis aut patronatus intercedente, dominum facere alium traditione liceat: præſertim ſi conſtet ejus antea conditionem ſtatumve illum fuiſſe, ut hanc facultatem liberam ſatis non habuerit. Quare neque de alia re quam de bonis ſive peculio Hiſpalæ exaudiri poteſt illa *datio*, neque *diminutio* cujus ſit, jam ignorari neceſſe eſt: tradendo enim alteri minuimus noſtra: atque ea vox illuſtrandæ & dilatandæ prioris cauſſa additur. At inprimis huic interpretationi obſtare putat Gutherius, quod *tutoris optio* eidem Hiſpalæ detur: ſi enim poteſtas alienandi permiſſa eſt, cur poſtea tutoris optio data & auctoritas imaginaria adjecta? Atqui numquam fuit propoſitum ſenatui Hiſpalam eximere numero mulierum, aut talia ei jura dare, qualia viris tantum civibus, neque omnibus, nedum ſequiori ſexui, conveniebant. Cato apud noſtrum lib. 34 *majores*, ait, *nullam ne privatam quidem rem agere fœminas ſine auctore voluiſſe:* idcirco illis, quæ in manu parentum aut virorum non eſſent, tutoris auctoritas neceſſaria erat in his rebus, *ſi lege aut judicio agerent, ſi ſe obligarent, ſi civile negotium gererent*, Ulpianus tit. 11 Inſt. Non igitur propterea negandum eſt dationem diminutionem ſuorum bonorum datam eſſe mulieri, quia tutor ad dandum diminuendum adhibendus eſt. Neque enim intelligitur ei facultas alia permiſſa, quam quæ legibus Romanis ingenuæ fœminæ, quæ nullius in manu erat, competebat. Itaque totum hoc opponitur libertinæ conditioni, quibus ſuperſtite patrono id conceſſum omnibus non fuiſſe, minus autem mulieri, recte ſentit Turnebus. Nam & poſt edictum prætoris, quo jus patronorum in libertos temperamentum accepit, patrono remanſit actio operarum & alimentorum & ſocietatis bonorum nomine, ſi id in pœnam ingrati animi pepigiſſet patronus: (ſatis autem credibile eſt, quemque, ut maxime potuit, in futurum ſibi caviſſe) & morientium ſine liberis ab inteſtato patronus hæres erat, contraque teſtamentum, quo liberi hæredes inſtituti non eſſent, bonorum poſſeſſionem à prætore accipiebat. Neque obeſt, quod mortuo patrono nec in manu ullius erat Hiſpala, & tutore ab tribunis ac prætore petito jam teſtamentum fecerat. Nam hoc caſu non abolebatur macula libertinæ conditionis: eoque cautum eſt hoc ſenatuſconſulto, ut quod ante jus erat acquiſitum Hiſpalæ per mortem patroni, cum maneret libertini ordinis, id jam ei competeret jure privilegii, quo ingenuis æquabatur, tamquam mulieri, quæ mortuo viro in nullius poteſtate eſſet. Nunc & Gutherii ſomnium cognoſcamus. Ille vocem *gentis* aptat *dationi*, *deminutioni*, & *dationem gentis* interpretatur *gentilitatem*, quaſi eſſet ab ingenuis oriunda: concedi ingenuitatem illi, ut deſineret eſſe libertina. Quia vero ſic *deminutio gentis* intelligi non poteſt, tranſit inde ad aliud, nempe, ut non modo ingenuitatem, ſed novo more patriciam gentem Hiſpalæ dederit populus Romanus: dederit etiam, ut eam gentem minuere, hoc eſt, plebejo in ad-

ei vir teſtamento dediſſet. Utique ei ingenuo nubere liceret. neu quid

adoptionem ſe dare poſſet. Quin & hoc exemplo refutat Cujacium negantem fœminas ſui juris legibus Romanis adrogari potuiſſe, quod nulla cum fœminis fuerit comitiorum communio. Hiſpalæ exemplum, inquit, hanc opinionem evertit, cui repugnat textus Ulpiani tit. de Adoptionibus: *nam fœminæ quidem non adrogant* (emendavit Cujacius *non adrogantur*) *quia liberos in poteſtate non habent*. Ratio legis perſpicua, quæ minus apta eſſet, ſi legeretur cum Cujacio: *non arrogantur*. Sic ille & pluribus in hanc mentem. Principio advertendum Latini ſermonis conſuetudinem non ferre, ut dicamus, *gentis dationem eſſe alicui*, hoc ſignificatu, gentem datam eſſe alicui: non ſecus ac, *factionem teſtamenti eſſe alicui*, non poteſt explicari, factum ei teſtamentum eſſe. Sed ut hoc eſt, poteſtatem alicui eſſe teſtamenti faciundi, ita illud Latine foret poteſtatem alicui dandæ gentis eſſe. Quæ poteſtas aut facultas non dabatur ſingulari lege, ſed erat omnium civium Romanorum, immo liberorum hominum: neque admodum bene hæc phraſis de muliere enuntiatur. Abſurdum eſt dictu, libertæ decreto ſenatus *dari gentem* etiam Latino ſenſu: nam eo ipſo, quod manumiſſa erat, habebat gentem patroni: ſed *gentem dare* eſſe dare ingenuitatem, eſſe deinde in patricios referre, multo minus poteſt probari. Abſurdum eſt etiam, cum dicitur *datio gentis*, voce poſteriore ſignificari ingenuitatem, cum intelligitur eadem ad ſequens *deminutio*, gentem patriciam denotari. Inauditum prorſus eſt fœminas in Patres relatas, aut decreto ſenatus gentem patriciam accepiſſe. Quæ vero eſt illa gens Patricia? Feceniane an Hiſpala? an in Claudiam, Fabiam, Corneliam, aut ſimilem tranſiit? Adoptione in Liviam, mox Juliam familiam tranſiit uxor Auguſti: arrogari, ut vere veramque ob rationem Cujacius, non poterant fœminæ. Adde Gellium lib. 5, 19. Itaque recte emendat ∞.4. tit. de Adoptionibus apud Ulpianum: *Per prætorem vel præſidem provinciæ adoptari tam maſculi quam fœminæ, & tam puberes quam impuberes poſſunt. Per populum vero Romanum fœminæ quidem non arrogantur: pupilli antea quidem non poterant arrogari; nunc autem poſſunt ex conſtitutionibus Divi Antonini.* Totum hoc capitulum conceptum eſt de illis, qui adoptantur, non de illis qui adoptant. Locum autem omnino non habere, quod eſt vulgo, *arrogant*, perſpicuum eſt ex ∞. 8 ejuſdem tituli: *Fœminæ vero neutro modo poſſunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in poteſtate habent.* Sic fuit jure antiquo nec inficiante Juſtiniano. Quum hoc tam mox docturus eſſet Ulpianus, quam bene monuiſſet ante paucos verſus de arrogatione? Nam ſi audias: *per populum Romanum fœminæ non arrogant*, intelliges utique poſſe igitur adoptare. Ergo illudit ſibi Gutherius verba Ulpiani ſic recitando *fœminæ quidem non arrogant, quia liberos in poteſtate non habent*: indeque argumentando: ratio hæc minus eſſet apta, ſi legeretur cum Cujacio, *non arrogantur*. Non eſt enim ea ratio iſtorum, de quibus dubitatur, verborum Ulpiani, neque hic in Ulpiani contextu inſeritur, ſed inferius, ubi neutro modo poſſe adoptare fœminas ſemel dicit. Illud quoque conſiderandum, minime conveniens eſſe, ut libertæ, quæ corpore quæſtum fecerat, gens patricia, alteri indici Æbutio, certe libere nato & civi, tantum decernatur, ut ei emerita ſtipendia ſint, neve invitus militet, neve cenſor ei equum publicum adſignet. Fruſtra inducitur verbo *enuptionis*, quia eſt apud Livium, *enubere è Patribus*. Quid enim opus hanc poteſtatem dare, quum poſt legem Canulejam de connubio Patrum & plebis cuivis patriciarum virginum liceret

quid ei, qui eam duxiſſet, ob id fraudi ignominiæve eſſet. Utique

ceret voluntate parentum, aut quorum in poteſtate erant, plebejo nubere? quem nodum facit ipſe ſibi, nec tamen ſolvit Gutherius. Ita quidque ſolvi ait, ut eſt colligatum, ex regula juris: patriciam factam lege curiata Hiſpalam; eadem lege è patriciis exire permitti illi debuiſſe. Ergo quæ gentes poſt acceptam Canulejam legem in Patres ſunt lectæ, ex iis fœminam, niſi nova lectione, enubere non quiviſſe putandum eſt: lectione enim facti erant patricii omnes illius gentis: ergo & lectione enubendum habuit virgo, quia ità quid ſolvitur, ut eſt colligatum. Ridicula ſunt hæc & plena joci. Cui novus ordo datur, ei utique commune jus omnium ejus ordinis ſimul acquiritur. Sed & privilegia ſtricte ait interpretanda: nempe ne extendantur ultra conceſſum favorem: interim quemlibet favori pro ſe introducto poſſe renuntiare, nota regula eſt. M. Annæus in excerptis: *Quidquid honoris nomine datur, in utramque partem licet: alioquin deſinit præmium eſſe, cui neceſſitas injungitur.* Gens libertorum non erat alia quam patroni, à quo nomen accipiebant, & ejuſdem gentis novam familiam humiliorem ordiebantur. Sic *Tullius Tiro*, ſic *Pompeja Macrina* deſcendens à Theophane liberto Magni Pompeji: ſic plures alii. In his mirum non eſt moribus introductum fuiſſe, ut ex auctoritate patroni ejuſdem gentis liberti ducerent uxores, libertæ nuberent, æque ab eodem patrono illi manumiſſas, hæ manumiſſis. M. Porcius Cato clientem habuit ſcribam Salonium, cujus filia ducta Catonem Salonium genuit. Quum illum appellaret, rogaretque an filiam elocaſſet, reſpondit Salonius: ὡς οὐδὲ μέλλει, μὴ πρότερον ἐκείνῳ κοινωσάμενος. Pergente Catone, noſſe illi ſe generum idoneum, modo ne diſpliceret ætas, ultro rogavit alter ταῦτα φροντίζειν αὐτὸν, καὶ διδόναι τὴν κόρην, ᾧ προαιρεῖται πλὴν ὅσον αὐτοῦ καὶ δεομένην τῆς ἐκείνου κηδεμονίας, ut eſt apud Plutarchum. Qui ne de liberis quidem, quos in poteſtate habebant, inſcio patrono conſulerent, ii de ſe maritandis illum auctorem ſpernere eſſent auſi? Nec leve argumentum ejus rei præbet Tacitus lib. 6 Annalium. Ubi quum Pompejam Macrinam & maritum ejus Argolicum, ſocerum Laconem, patrem item fratreſque appellaſſet, ſubjungit: *Datum erat crimini, quod Theophanem proavum eorum Cn. Magnus inter intimos habuiſſet.* Communis omnium proavus Theophanes, quia ex eadem gente perſonæ junctæ connubiis. Recte ergo Turnebus gentis enuptionem conceſſam hoc ſignificare ſentit, ut aliis quam libertis ſui patroni aut libertis gentis illius, cujus erat liberta, ei nubere liceret. Et ea propter additur inſuper: *utique ei ingenuo nubere liceret*: quod ſcilicet illis verbis non erat ſatis expreſſum. In cæteris ibidem nihilo felicior Gutherius. Ut quum in oratione D. Marci qua cavetur, *ut ſi ſenatoris filia libertino nupſiſſet, nec nuptiæ eſſent* l. 16 de Ritu Nuptiarum, lego audacter, inquit, *enupſiſſet*. Vero, audacter. Nam *enubere alicui*, non facile uſquam inveniet: ſed *enubere ex gente, ex ordine ſuo*. Lib. 26 etiam *enupſiſſe* dicuntur, quæ nubendo è domo paterna in alienam domum tranſierunt: ut è contrario *innubere*. Ut cum legem Curiatam de Hiſpalæ patriciatu latam fingit: nam quia Livius refert conſules cum tribunis plebis egiſſe, ut ad plebem ferrent; credibilius utique eſt tributis comitiis de præmiis utriuſque indicis actum, & plebiſcitum ex auctoritate ſenatus factum. Superat omnem admirationem, quod libertos patriciorum, quia accepto nomine gentiles patronorum dicebantur, patricios tradit factos, & ut numerarentur inter patricios pulchri iſti liberti, lege curiata opus fuiſſe, quæ vere gen-

que conſules prætoreſque qui nunc eſſent, quive poſtea futuri eſ-
ſent, curarent, ne quid ei mulieri injuriæ fieret, utique tuto eſſet.
id ſenatum velle, & æquum cenſere, ut ita fieret. Ea omnia
lata ad plebem, factaque ſunt ex Senatuſconſulto, & de
cæterorum indicum impunitate præmiiſque conſulibus
permiſſum eſt. Et jam Q. Marcius quæſtionibus ſuæ re- 20
gionis perfectis, in Ligures provinciam proficiſci para-
bat; tribus millibus peditum Romanorum, centum quin-
quaginta equitibus, & quinque millibus Latini nominis
peditum, ducentis equitibus in ſupplementum acceptis.
Eadem provincia, idem numerus peditum equitumque
& collegæ decretus erat. Exercitus acceperunt, quos
priore anno C. Flaminius & M. Æmilius conſules ha-
buerunt. duas præterea legiones novas ex Senatuſcon-
ſulto ſcribere juſſi ſunt: & viginti millia peditum ſociis
& nomini Latino imperarunt, & equites mille trecen-
tos, & tria millia peditum Romanorum, ducentos equi-
tes. totum hunc exercitum præter legiones in ſupple-
mentum Hiſpanienſis exercitus duci placebat. itaque
conſules, dum ipſi quæſtionibus impediebantur, T. Mæ-
nium delectui habendo præfecerunt. perfectis quæſtio-
nibus, prior Q. Marcius in Ligures Apuanos eſt profe-
ctus. Dum penitus in abdito ſaltus (quæ latebræ rece-
ptaculaque ſemper illis fuerant) perſequitur; in præoc-
cupatis anguſtiis, loco iniquo eſt circumventus. quatuor
millia militum amiſſa, & legionis ſecundæ ſigna tria, un-
decim vexilla [1] ſocium Latini nominis in poteſtatem ho-
ſtium venerunt: & arma multa, quæ, quia impedimento
fugientibus per ſilveſtres ſemitas erant, paſſim jactaban-
tur. [2] prius ſequendi Ligures finem quam fugæ Romani
fece-

gentem daret. Hæc piget refutare; & tamen radiant in eo ſcripto, quo ab inferis quaſi revocatam dignitatem morientis Critices judicat vir magni nominis ad hunc ipſum auctorem. *J. F. Gron.*

1 *Socium ac Latini nom.*] Vet. lib. *Socium Latini nominu.* Utraque forma dicendi uſitata. *Sigonius.*

2 *Nec prius ſequendi Ligures*, &c.] *Nec*, abeſt à vet. lib. optimo ſenſu, id eſt, ante deſiiſſe inſequi Ligures,

 quam

fecerunt. Conſul ubi primum ex hoſtium agro evaſit, ne quantum diminutæ copiæ forent appareret, in locis pacatis exercitum dimiſit. Non tamen obliterare famam rei male geſtæ potuit. nam ſaltus, unde eum Ligures fugaverant, Marcius eſt appellatus.

21 Sub hunc nuncium ex Liguſtinis vulgatum, literæ ex Hiſpania miſtam gaudio triſtitiam afferentes recitatæ ſunt. C. Atinius, qui biennio ante prætor in eam provinciam profectus erat, cum Luſitanis in agro Aſtenſi ſignis collatis pugnavit. ad ſex millia hoſtium ſunt cæſa: cæteri fuſi, fugati caſtriſque exuti. Ad oppidum deinde Aſtam oppugnandum legiones ducit. id quoque haud multo majore certamine cepit, quam caſtra; ſed dum incautius ſubit muros, ictus ex vulnere poſt dies paucos moritur. Literis de morte proprætoris recitatis, ſenatus cenſuit mittendum, qui ad Lunæ portum C. Calpurnium prætorem conſequeretur: nunciaretque, ſenatum æquum cenſere, ne ſine imperio provincia eſſet, maturare eum proficiſci. Quarto die, qui miſſus erat, Lunam venit, paucis ante diebus Calpurnius profectus erat. Et in citeriore Hiſpania L. Manlius Acidinus, qui eodem tempore, quo C. Atinius in provinciam ierat, cum Celtiberis acie conflixit. incerta victoria diſceſſum eſt, niſi quod Celtiberi caſtra inde nocte proxima moverunt: Romanis & ſuos ſepeliendi, & ſpolia legendi ex hoſtibus poteſtas facta eſt. Paucos poſt dies coacto majore exercitu Celtiberi ad Calagurrim oppidum ultro laceſſiverunt prœlio Romanos. Nihil traditur, quæ cauſſa numero aucto infirmiores eos fecerit: ſuperati prœlio ſunt. ad duodecim millia hominum cæſa, plus duo capta: & caſtris Romanus potitus. & niſi ſuc-

quam Romanos fugere, ut infra: *Nec inſtitere perculſis hoſtes.* Neque enim veriſimile eſt, Romanos, qui plerique, arma abjecerant, prœlium inſtauraſſe, nec Ligures compreſſa fuga Romanorum eſſe regreſſos. verum tantam fuiſſe Romanorum fugam ſignificat, ut ante Ligures defatigati ſint in ſequendo, quam Romani in fugiendo. *Sigonius.*

1 *Ludi*

ſucceſſor adventu ſuo inhibuiſſet impetum victoris, ſub-
acti Celtiberi forent. Novi prætores ambo exercitus in
hiberna deduxerunt. Per eos dies quibus hæc ex Hiſpa- 22
nia nunciata ſunt, [1] ludi Taurilia per biduum facti reli-
gionis cauſſa. per dies decem apparatos deinde ludos
M. Fulvius, quos voverat Ætolico bello, fecit. Multi ar-
tifices ex Græcia venerant honoris ejus cauſſa. athleta-
rum quoque certamen tum primo Romanis ſpectaculo
fuit: & venatio data leonum & pantherarum: & prope
hujus ſeculi copia ac varietate ludicrum celebratum eſt.
Novendiale deinde ſacrum tenuit, quod in Piceno per
triduum lapidibus pluerat, igneſque cœleſtes multifa-
riam orti aduſſiſſe complurium levi afflatu veſtimenta
maxime dicebantur. Addita & unum diem ſupplicatio
eſt ex decreto pontificum, quod ædes Opis in Capitolio
de cœlo tacta erat. hoſtiis majoribus conſules procura-
runt urbemque luſtraverunt. Sub idem tempus & ex
Umbria nunciatum eſt, ſemimarem duodecim ferme
annos natum inventum. id prodigium abominantes, ar-
ceri Romano agro necarique quamprimum juſſerunt.
Eodem anno Galli Tranſalpini tranſgreſſi [2] in Venetiam
ſine populatione aut bello, haud procul inde, ubi nunc
Aqui-

1 *Ludi Taurilia per biduum facti religionis cauſa*] *Ludos Taurios*, Feſtus Pompeius tradit lib. 18 olim inſtitutos, & diis inferis conſecratos, quod, regnante Tarquinio Superbo, magna in mulieres gravidas incidiſſet peſtilentia, ob diuturnam taurinæ carnis eſitationem. Denominationem autem puto deſumptam à *tauris*, quibus in hujuſmodi ludi genere uterentur. hinc & *Taurobolium*, ſacrificium taurorum & *Suovetaurilia*, ſacrificium ex ove, ſue & tauro paratum. *Marcell. Donat.*

Religionis cauſa, apparatos deinde ludos] Vet. lib. habent. *Decem apparatos deinde ludos.* Ex quo ſuſpicor ſcripſiſſe Livium: *Per dies decem apparatos*, ut ſit; *per dies decem fecit ludos.* Nam de Taurilibus dixerat *per biduum.* Sic autem de ludis ejuſmodi loquitur ubique, ut paulo poſt: *L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi voviſſe ſeſe dicebat, ex collata ad id pecunia ab regibus, civitatibuſque per dies decem fecit.* Et lib. 42. *Ludos per dies decem Jovi Opt. Max. primo quoque die faciendos.* Et lib. 40. *Ludi votivi Q. Fulvii coſ. per dies decem magno apparatu facti.* Sigonius.

2 *In Venetiam*] Ambigit de hac voce Glareanus, quæ tamen eſt apud Paterculum lib. 2, Florum de bello Cimbrico, Euſtathium in Dionyſium, & Livium lib. 2. *Idem.*

3 *M. Clau-*

Aquileia eſt, locum oppido condendo ceperunt. Legatis Romanis, de ea re trans Alpes miſſis, reſponſum eſt, Neque profectos ex auctoritate gentis eos: nec quid in Italia facerent, ſe ſcire. L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi voviſſe ſeſe dicebat, ex collata ad id pecunia ab regibus civitatibuſque, per dies decem fecit. Legatum eum poſt damnationem & bona vendita, miſſum in Aſiam, ad dirimenda inter Antiochum & Eumenem reges certamina, Valerius Antias eſt auctor. tum collatas ei pecunias, congregatoſque per Aſiam artifices: & quorum ludorum poſt bellum, in quo votos diceret, mentionem non feciſſet, de iis poſt legationem demum in ſenatu actum.
23 Quum jam in exitu annus eſſet, Q. Marcius abſens magiſtratu abiturus erat. Sp. Poſtumius quæſtionibus cum ſumma fide curaque perfectis, comitia habuit. creati ſunt conſules Ap. Claudius Pulcher, M. Sempronius Tuditanus. Poſtero die Prætores facti P. Cornelius Cethegus, A. Poſtumius Albinus, C. Afranius Stellio, C. Atilius Serranus, L. Poſtumius Tempſanus, [1] M. Claudius Marcellinus. Extremo anni, quia Sp. Poſtumius conſul renunciaverat, peragrantem ſe propter quæſtiones utrumque litus Italiæ, deſertas colonias, Sipontum ſupero, Buxentum infero mari, inveniſſe; triumviri ad colonos eo ſcribendos ex Senatuſconſulto ab T. Mænio prætore urbano creati ſunt, L. Scribonius Libo, M. Tuccius, Cn. Bæbius Tamphilus. Cum Perſeo rege & Macedonibus bellum quod imminebat, non unde plerique opinantur, nec ab ipſo Perſeo cauſſas cepit. [2] inchoata initia à Philippo ſunt: & is ipſe, ſi diutius vixiſſet, id bellum geſſiſſet. [3] Una cum res,

1 *M. Claudius Marcellinus*] Non vereor id vitioſum appellare, & reciſis literis, quæ abundant, cenſere ſcribendum *Marcellus*. Idem ipſe eſt, qui conſul creatur cap. 45. Accedit τὸ *Marcellinus* eſſe cognomen Lentulorum, non Claudiorum. *Jacobus Gron.*

2 *Inch. in. à Philippo ſunt*] Vet. lib. *Ab ipſo Philippo ſunt*. Sigonius.

3 *Una ea res cum*] Vet. lib. *Una cum res*. Idem.

res, quum victo leges imponerentur, maxime angebat; quod qui Macedonum ab ſe defecerant in bello, in eos jus ſæviendi ademptum ei ab ſenatu erat: quum, quia rem integram Quintius in conditionibus pacis diſtulerat, non deſperaſſet impetrari poſſe. Antiocho rege deinde bello ſuperato ad Thermopylas, diviſis partibus, quum per eoſdem dies conſul Acilius Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaſſet; capta Heraclea, quia juſſus abſcedere à mœnibus Lamiæ erat, Romaniſque oppidum deditum eſt, ægre eam rem tulerat. permulſit iram ejus conſul, quod ad Naupactum ipſe feſtinans, quo ſe ex fuga Ætoli contulerant, Philippo permiſit, ut Athamaniæ & Amynandro bellum inferret: & urbes, quas Theſſalis Ætoli ademerant, regno adjiceret. Haud magno certamine & Amynandrum Athamania expulerat, [1] & urbes aliquot receperat. Demetriadem quoque urbem validam, & ad omnia opportunam, & Magnetum gentem ſuæ ditionis fecit. inde & in Thracia quaſdam urbes novæ atque inſuetæ libertatis vitio, ſeditionibus principum turbatas, partibus quæ domeſtico certamine vincerentur, adjungendo ſe, cepit. His ſedata in præſentia 24
regis ira in Romanos eſt. numquam tamen remiſit animum à colligendis in pace viribus, [2] quibus, quandocumque data fortuna eſſet, ad bellum uteretur. Vectigalia regni, non fructibus tantum agrorum portoriiſque maritimis auxit: ſed metalla etiam & vetera intermiſſa recoluit, & nova multis locis inſtituit. Ut vero antiquam multitudinem hominum, quæ belli cladibus amiſſa erat, reſti-

1 *Et urbes aliquot ceperat*] Sic Frobenius: ſed priores & noſtri ſcripti: *& urbes aliquot receperat*. Nec puto jure mutatum. Nam & alibi Livius *recipere urbem* pro ſimplici *capere* uſurpat. Lib. 28 de P. Scipione: *parvum inſtar eorum, quæ ſpe ac magnitudine animi concepiſſet, receptas Hiſpanias ducebat.* J.F.Gr.

2 *Quibus quandocumque data fortuna eſſet, ad bellum uteretur.*] Primus apud me ſic Curio. Vetuſtiores: *quibus quando data fortuna eſſet*. Quod ut facile tolerem, ita vereor, ne ſcriptum olim fuerit: *quibus quandoque data fortuna eſſet*. Vide ad lib. 1, 24. *Idem.*

reſtitueret; non ſobolem tantum ſtirpis parabat, cogen-
dis omnibus procreare atque educare liberos : ſed Thra-
cum etiam magnam multitudinem in Macedoniam tra-
duxerat : quietuſque aliquamdiu à bellis omni cura in
augendas regni opes intentus fuerat. Rediere deinde
cauſſæ, quæ de integro iram moverent in Romanos.
Theſſalorum & Perræborum querelæ de urbibus ſuis ab
eo poſſeſſis, & legatorum Eumenis regis de Thraciis op-
pidis per vim occupatis, traductaque in Macedoniam
multitudine, ita auditæ erant, ut eas non negligi ſatis ap-
pareret. Maxime moverat ſenatum, quod jam Æni &
Maroneæ affectari poſſeſſionem audierant; minus Theſ-
ſalos curabant. Athamanes quoque legati venerunt;
non partis amiſſæ, non finium jacturam querentes, ſed
totam Athamaniam ſub jus judiciumque regis veniſſe.
Et Maronitarum exules erant pulſi, quia libertatis cauſ-
ſam defendiſſent, ab regio præſidio. ii non Maroneam
modo, ſed etiam Ænum in poteſtate nunciabant Philippi
eſſe. Venerant & à Philippo legati ad purganda ea : qui,
nihil niſi permiſſu Romanorum imperatorum factum,
affirmabant. *Civitates Theſſalorum, Perræborum, & Ma-
gnetum, & cum Amynandro Athamanum gentem, in eadem
cauſſa, qua Ætolos, fuiſſe. Antiocho rege pulſo, occupatum oppu-
gnandis Ætolicis urbibus conſulem, ad recipiendas eas civitates
Philippum miſiſſe, armis ſubactos parere.* Senatus ne quid
abſente rege ſtatueret, legatos ad eas controverſias diſ-
ceptandas miſit, Q. Cæcilium Metellum, M. Bæbium
Tamphilum, Ti. Sempronium. quorum ſub adventum,
ad Theſſalica Tempe omnibus iis civitatibus, quibus
25 cum rege diſceptatio erat, concilium indictum eſt. Ibi
quum Romani legati diſceptatorum loco, Theſſali Per-
ræbique, & Athamanes, haud dubii accuſatores, Phi-
lippus ad audienda crimina tanquam reus, conſediſſent;
pro ingenio quiſque eorum qui principes legationum
erant, & gratia cum Philippo aut odio, acerbius leniuſve
ege-

egerunt. In controverſiam autem veniebant, Philippopolis, [1] Tricca, Phaloria, & Eurymenæ, & cætera circa eas oppida; utrum Theſſalorum juris, quum vi ademptæ poſſeſſæque ab Ætolis forent (nam Philippum Ætolis ademiſſe eas conſtabat) an Ætolica antiquitus ea oppida fuiſſent. ita enim Acilium regi conceſſiſſe, ſi Ætolorum fuiſſent: & ſi voluntate, non vi atque armis coacti, cum Ætolis eſſent. Ejuſdem formulæ diſceptatio de Perræborum Magnetumque oppidis fuit. omnium enim jura poſſidendo per occaſiones Ætoli miſcuerant. Ad hæc, quæ diſceptationes erant, querelæ Theſſalorum adjectæ, *quod ea oppida, ſi jam redderentur ſibi, ſpoliata ac deſerta redditurus eſſet. nam præter belli caſibus amiſſos, quingentos principes juventutis in Macedoniam abduxiſſe, & opera eorum in ſervilibus abuti miniſteriis: & quæ reddiderit coactus Theſſalis, inutilia ut redderet, curaſſe. Thebas Phthias unum maritimum emporium fuiſſe; quondam Theſſalis quæſtuoſum & frugiferum. Ibi navibus onerariis comparatis regem, quæ præter Thebas Demetriadem curſum dirigerent; negotiationem maritimam omnem eo avertiſſe. Jam ne à legatis quidem, qui jure gentium ſancti ſint, violandis abſtinere. inſidias poſitas euntibus ad T. Quintium. Itaque ergo in tantum metum omnes Theſſalos conjectos, ut non in civitatibus ſuis, non in communibus gentis conciliis, quiſquam hiſcere audeat. procul enim abeſſe libertatis auctores Romanos: lateri adhærere gravem dominum; prohibentem uti beneficiis populi Romani. Quid autem, ſi vox libera non ſit, liberum eſſe? Nunc ſe fiducia & præſidio legatorum ingemiſcere magis quam loqui. niſi provideant aliquid Romani, quo & Græcis Macedoniam accolentibus metus, & audacia Philippi minuatur; nequicquam & illum victum, & ſe liberatos eſſe. Ut equum tenacem non parentem, frenis aſperioribus caſtigandum eſſe.* Hæc acerbe poſtremi: quum priores leniter permulſiſſent iram ejus,

1 *Trica, Phaloria, & Eurymenæ*] Tria Theſſaliæ oppida ſunt, auctore Stephano. De *Phaloria* autem ita ait: Φαλώρη πόλις Θετταλίας, ταύτην Ῥιανὸς Φαλωρείαν καλεῖ. *Sigonius.*

2 *Per-*

ejus, petentes, *Ut ignoſceret pro libertate loquentibus: & ut depoſita domini acerbitate aſſueſceret ſocium atque amicum ſeſe præſtare. & imitaretur populum Romanum; qui caritate quam metu adjungere ſibi ſocios mallet.* Theſſalis auditis, [1] Perræbi Gonnocondylum, quod Philippus Olympiadem appellaverat, Perræbiæ fuiſſe, & ut ſibi reſtitueretur, agebant. & de Mallœa & Ericinio eadem poſtulatio erat. Athamanes libertatem repetebant, & caſtella Athenæum &
26 Pœtneum. Philippus, ut accuſatoris potius quam rei ſpeciem haberet, & ipſe à querelis orſus, *Menelaidem in Dolopia, quæ regni ſui fuiſſet, Theſſalos vi atque armis expugnaſſe queſtus eſt. item* [2] *Petram in Pieria ab iiſdem Theſſalis Perræbiſque captam.* [3] *Xynias quidem haud dubie Ætolicum oppidum ſibi eos contribuiſſe; &* [4] *Paracheloida, quæ ſub Athamania eſſet,* [5] *nullo jure Theſſalorum formulæ factam. Nam quæ ſibi crimina objiciantur, de inſidiis legatorum, & maritimis portubus frequentatis aut deſertis; alterum* [6] *deridiculum eſſe, ſe reddere rationem, quos portus mercatores aut nautici petant;* [7] *alterum mores ſuos reſpuere. tot annos eſſe, per quos numquam ceſſaverint legati,*

nunc

1 *Perræbi Connocondylum*] Nuſquam legiſſe ſe hoc oppidum ait Glareanus. Ego, *Gonnocondylum*, legendum puto, voce juncta ex duobus oppidorum nominibus, quorum meminit Livius lib. 44. *Hic locus tam ſuapte natura infeſtus per quatuor diſtantia loca præſidiis regis fuit inſeſſus. unum in primo aditu ad Gonnum erat, alterum Condylon caſtello inexpugnabili.* De *Gonnis*, vel *Gonno* oppido Perræbiæ ſupra etiam meminit Livius. *Sigonius.*

2 *Petram in Pieria*] *Petram*, oppidum negat uſpiam reperiri Glareanus. at Plutarch. in Paullo ait: διὰ Περραιβίας παρὰ τὸ Πύθιον καὶ τὴν Πέτραν. *Idem.*

3. *Xynias haud dubie Ætolic.*] *Xynia* quid ſint ſe neſcire ait Glareanus. at Stephanus ait tamen; Ξυνία, Θετταλίας πόλις, Πολύβιος ἐνάτῳ· τὸ ἐθνικὸν Ξυνιεύς. *Idem.*

4 *Et Paracheloida*] Ne *Paracheloida* quidem novit Glareanus, cum *Paracheloitas* ſtatuat Strabo, & inter Theſſalos, & inter Ætolos. Sic enim lib. 9. Ἐρέτριαν ὁμώνυμον τῇ Εὐβοϊκῇ, Παραχελωΐτας· καὶ τούτους ὁμωνύμους τοῖς Αἰτωλικοῖς· καὶ γὰρ ἐνταῦθά ἐστιν Ἀχελῷος ποταμὸς πλησίον Λαμίας, παρ' ὃν οἰκοῦσιν οἱ Παραχελωῖται. De Theſſalica hic loquitur. *Idem.*

5 *Nullo jure Theſſalorum formula factam*] Quod eſt *inique juris Theſſalorum factam*, credo à formulis juris tranſlatione ducta, aut formulis fœderum, ſocietatum, pactionum. *Turneb.*

6 *Deridiculum*] Vet. lib. *Alterum ridiculum eſſe.* Sigonius.

7 *Alterum mores ſuos reſpuere.*] Barberin. & Petav. *alterum mores pueros suos.* Significant tranſpoſitionem vocum duarum: *alterum mores reſpuere ſuos.* J. F. Gron.

1 *Quæ-*

unc ad imperatores Romanos, nunc Romam ad ſenatum crimina *le ſe deferre. quem umquam verbo violatum eſſe? Semel ad Quin-* *ium euntibus inſidias dici factas. ſed, quid iis acciderit, non ad-* *lici.* [1] *Quærentium quid falſo objiciant, quum veri nihil ha-* *beant, ea crimina eſſe. Inſolenter & immodice abuti Theſſalos* *ndulgentia populi Romani; velut ex diutina ſiti* [2] *nimis avide* *meram haurientes libertatem. Ita ſervorum modo* [3] *præter ſpem* *repente manumiſſorum, licentiam vocis & linguæ experiri. &* *iactare ſeſe inſectatione & conviciis dominorum.* Elatus deinde ira adjecit, *Nondum omnium dierum ſolem occidiſſe.* Id minaciter dictum, non Theſſali modo in ſeſe, ſed etiam Romani acceperunt. & quum fremitus poſt eam vocem ortus, & tandem ſedatus eſſet; Perræborum inde Athamanumque legatis reſpondit, *Eandem, de quibus illi agant, civitatum cauſſam eſſe. conſulem Acilium & Romanos ſibi dediſſe eas, quum hoſtium eſſent. Si ſuum munus qui dediſſent, adimere velint, ſcire ſe cedendum eſſe: ſed meliori ac fideliori amico, in gratiam levium & inutilium ſociorum, injuriam eos eſſe facturos. Nec enim ullius rei minus diuturnam eſſe gratiam, quam libertatis: præſertim apud eos, qui male utendo eam corrupturi ſint.* Cauſſa cognita, pronunciaverunt legati, *Placere deduci* *præ-*

1 *Quærentium quid falſo*] Sic omnes libri. Scribendum tamen, *quod falſo objiciant*. Neque enim *quærentium* eſt interrogantium, ſed undique conquirentium. *J. F. Gron.*

2 *Nimis avide meram haurientes libertatem*] Cicero pro domo: *ſi utile reipublicæ fuit, haurire me unum pro omnibus illam indigniſſimam calamitatem.* Naudæanus quidem non inepte *ſeram*. Sed tamen vulgatum non moverim: indicat enim nimiam & non temperatam. Plato lib. 8 de Republ. ὅταν, οἶμαι, δημοκρατουμένη πόλις, ἐλευθερίας διψήσασα, κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ, καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ. Plutarchus in Quæſt. Græc. de Megarenſibus: ὀλίγον χρόνον ἐσωφρόνησαν κατὰ τὴν πολιτείαν, εἶτα πολλὴν, κατὰ Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον ἐλευθερίαν τῶν δημαγωγῶν οἰνοχοούντων διαφθαρέντες παντάπασι. Sic Auguſtinus lib. 1 de civit. Dei, cap. 30. *Eaque ipſa libido dominandi, quæ inter alia vitia generis humani meracior inerat univerſo populo Romano.* Sic Mſſ. non *immoderatior*, quod illius eſt interpretatio. Arnobius lib. 1. ô *meraca ſapientia tincti & ſaturi potu.* Eunapius in vita Maximi: ὥσπερ οἱ κατὰ τὸν μῦθον τῆς διψάδος δηχθέντες, χανδὸν καὶ ἀπυςὶ τῶν μαθημάτων ἕλκειν. *Idem.*

3 *Præter ſpem repente manumiſſorum*] Quo caſu id fieret, incertum eſt; ſed tale quid fieri, cum evaſerint imperium quocunque caſu quoque ipſum populum lepide oſtendit Tacit. 216 l. extrema. *Gruterus.*

præſidia Macedonum ex iis urbibus: & antiquis Macedoniæ terminis regnum finiri. De injuriis, quas ultro citroque illatas querantur; quo modo inter eas gentes & Macedonas diſceptetur;
27 *formulam juris exſequendi conſtituendam eſſe.* Inde graviter offenſo rege, Theſſalonicen ad cognoſcendum de Thraciæ urbibus proficiſcuntur. ibi legati Eumenis: *Si liberas eſſe Ænum & Maroneam velint Romani, nihil ſui pudoris eſſe ultra dicere, quam ut admoneat; re, non verbo eos liberos relinquant, nec ſuum munus intercipi ab alio patiantur. Sin autem minor cura ſit civitatum in Thracia poſitarum; multo verius eſſe, quæ ſub Antiocho fuerint, præmia belli, Eumenem quam Philippum habere; vel pro patris Attali meritis bello, quod adverſus Philippum ipſum geſſerit populus Romanus;* [1] *vel ſuis, quod Antiochi bello terra marique laboribuſque periculiſque omnibus interfuerit. Habere eum præterea decem legatorum in eam rem præjudicium. qui quum Cherſoneſum Lyſimachiamque dederint, Maroneam quoque atque Ænum profecto dediſſe. quæ ipſa propinquitate regionis velut appendices majoris muneris eſſent. Nam Philippum quidem quo aut merito in populum Romanum, aut jure imperii, quum tam procul à finibus Macedoniæ abſint, civitatibus his præſidia impoſuiſſe? Vocari Maronitas juberent. ab iis certiora omnia de ſtatu civitatum earum ſcituros.* Legati Maronitarum vocati, *Non uno loco tantum urbis præſidium regium eſſe, ſicut in aliis civitatibus,* dixerunt, *ſed pluribus ſimul: & plenam Macedonum Maroneam eſſe. Itaque dominari aſſentatores regios. his ſolis loqui & in ſenatu & in concionibus licere. eos omnes honores & capere ipſos, & dare aliis. Optimum quemque, quibus libertatis, quibus legum cura ſit, aut exulare pulſos patria, aut inhonoratos & deterioribus obnoxios ſilere.* De jure etiam finium pauca adjecerunt: *Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuiſſet, direxiſſe finem Philippo* [2] *veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ Paroreiam ſubeat; nuſ-*

[1] *Vel ſuis quod Antiochi*] Olim *quo.* Scribe: *vel ſuis, qui Antiochi.* J. F. Gron.

[2] *Veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ Paroreiam ſubeat*] Ab Sigiſmundo Gelenio correctus è Moguntino locus. Vetus lectio editionum & membranarum à nobis inſpectarum: *veterem*

*nuſquam ad mare declinantem. Philippum novam poſtea de-
flexiſſe viam, qua Maronitarum urbes agroſque amplectatur.*
Ad ea Philippus longe aliam, quam adverſus Theſſalos 28
Perræboſque nuper, ingreſſus differendi viam, *Non cum
Maronitis*, inquit, *mihi aut cum Eumene diſceptatio eſt;* [1] *ſed
etiam vobiſcum Romani. à quibus nihil æqui me impetrare jam
diu animadverto. Civitates Macedonum, quæ à me inter indu-
cias defecerant, reddi mihi æquum cenſebam; non quia magna
acceſſio ea regni futura eſſet (ſunt enim & parva oppida, & in
finibus extremis poſita) ſed quia multum ad reliquos Macedonas
continendos exemplum pertinebat. negatum eſt mihi. Bello Æ-
tolico Lamiam oppugnare juſſus à conſule Manio Acilio, quum
diu fatigatus ibi prœliis operibuſque eſſem; tranſcendentem me
jam muros, à capta prope urbe revocavit conſul, & abducere co-
pias inde coëgit. Ad hujus ſolatium injuriæ permiſſum eſt, ut
Theſſaliæ Perræbiæque & Athamanum, reciperem quædam ca-
ſtella magis quam urbes. ea quoque ipſa vos mihi, Q. Cæcili,
paucos ante dies ademiſtis. Pro non dubio paulo ante; ſi Diis pla-
cet;*

rem regiam quæ Thraciæ Paroreiam ſub ea nuſquam ad mare ferentem deflexiſſe viam. Hic bene *ſubeat* repoſuit Gelenius, bene *Philippum novam poſtea* immiſit, quæ aut omnino aut aliquo modo neceſſaria ſunt. Sed nec priore loco τὸ *viam* deſidero, nec *ferentem* tolli velim, Livio tam frequens. Lib. 25. *Tumulus eſt in extrema parte urbis verſus à mari, viaque imminens ferenti in agros.* Lib. 26. *Patefacta deinde porta, eos quos in via ferente ad caſtra hoſtium inſtruxerat, mittit.* Lib. 36. *Via, quæ præter Chalcidem fert ad Stratum.* Lib. 41. *via quæ Aquilejam fert.* Sinceram proxime ad apices ſcripturæ veteris accedentem hanc habe: *Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuiſſet, direxiſſe finem Philippo veterem regiam, qua Thraciæ Paroriam ſubeat, nuſquam ad mare ferentem: Philippum novam poſtea deflexiſſe viam, qua Maronitarum urbem agroſque amplectatur.* Sic finalium quæſtionum obſcurandarum cauſſa faciem locorum converterat, ut loquitur Calliſtratus l. 3 de Termino moto. *J. F. Gron.*

Quæ ad Thraciæ Paroreiam ſ.] Quid ſit *Paroreia*, ſibi non conſtare ſcribit Glareanus. Duas tamen *Paroreias* prodit Stephanus, unam Arcadiæ, alteram Macedoniæ. Quæ cauſa effecit, ut Livius dixerit, *Paroreiam Thraciæ*, ut eam ab Arcadia diſtingueret. *Sigonius.*

1 *Sed etiam vobiſcum Romani*] At hæc oratio demonſtrat Philippum cum ſolis Romanis ſibi rem eſſe opinari; atque adeo omiſſis Maronitis & Eumene ipſos aggreditur; de illis vero obiter ita loquitur, ut Romanis tamen ſolis invidiam faciat. Eam ſententiam egregie explicat ſcriptura membranarum, *ſed jam vobiſcum Romani*, quam cupide recipio. *Jacobus Gronovius.*

cet, legati Eumenis ſumebant, quæ Antiochi fuerunt, Eumenem æquius eſſe quam me habere. id ego aliter longe judico eſſe. Eumenes enim non niſi viciſſent Romani, ſed niſi bellum geſſiſſent, manere in regno ſuo non potuit. Itaque ille veſtrum meritum habet, non vos illius: mei autem regni tantum aberat ut ulla pars in diſcrimine fuerit, ut tria millia talentûm, & quinquaginta tectas naves, & omnes Græciæ civitates, quas antea tenuiſſem, pollicentem ultro Antiochum in mercedem ſocietatis, ſim aſpernatus. hoſtemque ei me eſſe prius etiam, quam Manius Acilius exercitum in Græciam trajiceret, præ me tuli: & cum eo conſule belli partem, quamcunque mihi delegavit, geſſi. & inſequenti conſuli L. Scipioni, quum terra ſtatuiſſet ducere exercitum ad Helleſpontum, non iter tantum per regnum noſtrum dedi, ſed vias etiam munivi, pontes feci, commeatus præbui: nec per Macedoniam tantum, ſed per Thraciam, ubi etiam inter cætera pax quoque præſtanda à barbaris erat. Pro hoc ſtudio meo erga vos, ne dicam merito, utrum adjicere vos Romani aliquid, & amplificare & augere regnum meum munificentia veſtra oportebat, an quæ haberem aut meo jure, aut beneficio veſtro, eripere? id quod nunc facitis. Macedonum civitates, quas regni mei fuiſſe fatemini, non reſtituuntur. [1] Eumenes, tanquam ad Antiochum, ſpoliandum me venit. &, ſi Diis placet, decem legatorum decretum calumniæ impudentiſſimæ prætendit; quo maxime & refelli & coargui poteſt. Diſertiſſime enim planiſſimeque in eo ſcriptum eſt; Cherſoneſum & Lyſimachiam Eumeni dari. Ubi tandem Ænus, & Maronea, & Thraciæ civitates aſſcriptæ ſunt, quod ab illis ne poſtulare quidem eſt auſus, id apud vos, tamquam ab illis impetraverit, obtinebit? [2] Quo in numero me

1 *Eumenes tanquam ad Antiochum*] Commodius foret: *Eumenes ad me, tanquam Antiochum, ſpoliandum venit.* J. F. Gron.

2 *Quo in numero me ap. vos eſſe velitis, refert*] Vet. lib. *Referte*, quod placet, quia ſequitur: *Pergite ut cœpiſtis facere.* Sigonius.

Me apud vos eſſe velitis, referte] Illud *referte* haud placet. neque Latinum puto: nam præſens præſentes alloquitur. Dico libere: legendum puto, *refert.* Quaſi diceret: Volo ſcire, quo me in numero habeat: id enim ſcire mea refert. *Tan. Faber.*

Eſſe velitis, referte] Sic legebatur olim, deinde ex Mog. cœptum eſt legi, *refert*: quod Sigonius loco movit, revocato altero. Sed male. Vide ad Senecæ 1 de Benef. 6. *J. F. Gron.*

1 *Com-*

me apud vos eſſe velitis, refert. Si tanquam inimicum & hoſtem inſectari propoſitum eſt; pergite, ut cœpiſtis, facere. Sin aliquis reſpectus eſt mei, ut ſocii atque amici regis; deprecor, ne me tanta injuria dignum judicetis. Movit aliquantum ora- 29
tio regis legatos. itaque medio reſponſo rem ſuſpenderunt: *Si decem legatorum decreto Eumeni datæ civitates eæ eſſent, nihil ſe mutare. ſi Philippus bello cepiſſet eas, præmium victoriæ jure belli habiturum. ſi neutrum eorum foret, placere cognitionem ſenatui reſervari: & ut omnia in integro manerent, præſidia, quæ in iis urbibus ſint, deduci.* Hæ cauſſæ maxime animum Philippi alienaverunt ab Romanis. ut non à Perſeo filio ejus novis cauſſis motum, ſed ob has à patre bellum relictum filio videri poſſit. Romæ nulla belli Macedonici ſuſpicio erat. L. Manlius proconſul ex Hiſpania redierat. cui poſtulanti ab ſenatu in æde Bellonæ triumphum rerum geſtarum magnitudo impetrabilem faciebat: exemplum obſtabat; quod ita comparatum more majorum erat, ne quis, qui exercitum non deportaſſet, triumpharet, niſi perdomitam pacatamque provinciam tradidiſſet ſucceſſori. medius tamen honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret. Tulit coronas aureas quinquaginta duas: auri præterea pondo centum viginti duo: argenti ſedecim millia trecenta: & pronunciavit in ſenatu, decem millia pondo argenti, & octoginta auri Q. Fabium quæſtorem advehere. id quoque ſe in ærarium illaturum. Magnus motus ſervilis eo anno in Apulia fuit. Tarentum provinciam L. Poſtumius prætor habebat. Is de paſtorum conjuratione, qui vias latrociniis paſcuaque publica infeſta habuerant, quæſtionem ſevere exercuit, ad ſeptem millia hominum condemnavit: multi inde fugerunt: de multis ſumptum eſt ſupplicium. Conſules diu retenti ad urbem delectibus, tandem in provincias profecti ſunt. Eodem anno in 30
Hiſpania prætores C. Calpurnius & L. Quintius, quum primo vere ex hibernis copias eductas in Beturia junxiſ-

ſent, in Carpetaniam, ubi hoſtium caſtra erant, progreſſi ſunt; communi animo [1] conſilioque parati rem gerere. Haud procul Hippone & Toleto urbibus, inter pabulatores pugna orta eſt. quibus dum utrimque ſubvenitur à caſtris, paulatim omnes copiæ in aciem eductæ ſunt. In eo tumultuario certamine, & loca ſua & genus pugnæ pro hoſte fuere. duo exercitus Romani fuſi, atque in caſtra compulſi ſunt. non inſtitere perculſis hoſtes. Prætores Romani, ne poſtero die caſtra oppugnarentur, [2] ſilentio proximæ noctis tacito ſigno exercitum abduxerunt. Luce prima Hiſpani acie inſtructa ad vallum acceſſerunt, vacuaque præter ſpem caſtra ingreſſi, quæ derelicta inter nocturnam trepidationem erant, diripuerunt: regreſſique in ſua caſtra, paucos dies quietis ſtativis manſerunt. Romanorum ſociorumque, in prœlio fugaque, ad quinque millia occiſa; quorum ſe ſpoliis hoſtes armarunt. inde ad Tagum flumen profecti ſunt. Prætores interim Romani, omne id tempus contrahendis ex civitatibus ſociis Hiſpanorum auxiliis, reficiendiſque ab terrore adverſæ pugnæ militum animis, conſumpſerunt. ubi ſatis placuere vires, & jam miles quoque, ad delendam priorem ignominiam, hoſtem poſcebat; duodecim millia paſſuum ab Tago flumine poſuerunt caſtra. inde tertia vigilia ſublatis ſignis, quadrato agmine principio lucis ad Tagi ripam pervenerunt. Trans fluvium in colle hoſtium caſtra erant. extemplo

qua

1 *Conſilioque parati rem gerere*] E Moguntino eſt. Scripti & antea editi: *In Carpetaniam, ubi hoſtium caſtra erant, progreſſi communi animo conſilioque rem geſſerunt.* Quod meis auribus multo magis altero Livianum ſonat. Lib. 22. *Ibi milite expoſito, profectus Scipio fratri conjungitur, ac deinde communi animo conſilioque gerebant bellum.* Lib. 34. *Bellum adverſus Philippum non magis communi animo conſilioque Romani & Græci geſſerunt.* Lib. 42. *Uno animo vivere Macedonum atque Illyriorum regem, communi conſilio parare Romanis bellum.* J. F. Gron.

2 *Silentio noctis tacito ſigno exercitum abduxerunt*] Hic tacitum ſignum accipio, non vocale, quod tuba aut claſſico aut cornu dari ſolebat. ſed mutum clandeſtinumque ſine ullo ſono ſtrepituque, ne hoſtis exaudiret. *Turnebus.*

qua duobus locis vada nudabat amnis, dextera parte
Calpurnius, læva Quintius exercitum traduxerunt: quie-
to hoſte, dum miratur ſubitum adventum, conſultatque,
qui tumultum injicere trepidantibus in ipſo tranſitu
amnis potuiſſet. Interim Romani impedimentis quo-
que omnibus traductis contractiſque in unum locum,
quia jam moveri videbant hoſtem, nec ſpatium erat ca-
ſtra communiendi, aciem inſtruxerunt. in medio locatæ
quinta Calpurnii legio, & octava Quintii. [1] id robur toto
exercitu erat. Campum apertum uſque ad hoſtium ca-
ſtra habebant liberum à metu inſidiarum. Hiſpani poſt- 31
eaquam in citeriore ripa duo Romanorum agmina con-
ſpexerunt, ut, priuſquam ſe jungere atque inſtruere poſ-
ſent, occuparent eos, caſtris repente effuſi curſu ad pu-
gnam tendunt. Atrox in principio prœlium fuit; [2] &
Hiſpanis recenti victoria ferocibus, & inſueta ignominia
milite Romano accenſo. acerrime media acies, duæ for-
tiſſimæ legiones, dimicabant; quas quum aliter moveri
loco non poſſe hoſtis cerneret, cuneo inſtitit pugnare:
& uſque plures confertioreſque, medios urgebant. Ibi
poſteaquam laborare aciem Calpurnius prætor vidit,
T. Quintilium Varum, [3] L. Juvencium Thalnam legatos,
ad ſingulas legiones adhortandas propere mittit. Do-
cere & monere jubet, *in illis ſpem omnem vincendi & reti-
nendæ Hiſpaniæ eſſe. Si illi loco cedant, neminem ejus exercitus
non modo Italiam, ſed ne Tagi quidem ulteriorem ripam, um-*

1 *Id robur totius exercitus erat*] Et hoc Moguntini: Priores: *toto exercitu*. Neque hoc illi ego cedere velim. Lib. 26. *Longe fortiſſimi equitum toto Punico exercitu erant*. Lib. 27. *Hoc & roboris in regiis copiis erat*. Florus 1, 16. *Omnium non modo Italiæ, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campania plaga eſt*. J. F. Gron.

2 *Et Hiſpanis recenti victoria inflatis*] Moguntini eſt. Sed num ſatis juſte uni condonatum eſt, quod ſervant omnes alii; *& Hiſpanis recenti victoria ferocibus*. Lib. 21. *Quum alterius ingenium fama prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox ſciret eſſe, ferociuſque factum proſpero cum prædatoribus ſuis certamine crederet*. Lib. 25. *Calentes adhuc ab recenti pugna, feroceſque victoria*. Perſæpe ſic Livius. *Idem*.

3 *L. Juv. Talnam*] *Thalnam*, ex conſulib. Capit. *Sigonius*.

quam viſurum. ipſe cum equitibus duarum legionum paululum circumvectus, in cuneum hoſtium, qui mediam urgebat aciem, ab latere incurrit. Quintius cum ſuis equitibus alterum hoſtium latus invadit: ſed longe acrius Calpurniani equites pugnabant, & prætor ipſe ante alios. nam & primus hoſtem percuſſit, & ita ſe immiſcuit mediis, ut vix, utrius partis eſſet, noſci poſſet. & equites prætoris eximia virtute, & equitum pedites accenſi ſunt. Pudor movit primos centuriones, qui inter tela hoſtium prætorem conſpexerunt. Itaque urgere ſigniferos pro ſe quiſque, jubere inferre ſigna, & confeſtim militem ſequi. Renovatur ab omnibus clamor. impetus fit velut ex ſuperiore loco. Haud ſecus ergo quam torrentis modo fundunt ſternuntque perculſos, [1] nec ſuſtinere alii ſuper alios inferentes ſeſe poſſunt. Fugientes in caſtra equites perſecuti ſunt, & permiſti turbæ hoſtium intra vallum penetraverunt. ubi ab relictis in præſidio caſtrorum prœlium inſtauratum: coactique ſunt Romani equites deſcendere ex equis. Dimicantibus iis legio quinta ſupervenit: deinde, ut quæque potuerant, copiæ affluebant. Cæduntur paſſim Hiſpani per tota caſtra: nec plus quam quatuor millia hominum effugerunt. inde tria millia fere, qui arma retinuerant, montem propinquum ceperunt: mille ſemiermes maxime per agros palati ſunt.

Supra

1 *Nec ſuſtinere alii ſuper alios inferentes ſeſe poſſunt*] Non poteſt accipi de Hiſpanis, quia *inferre ſeſe* eſt urgentium: nec bene dicitur de Romanis, quibus nihil erat neceſſe *ſuſtinere* ſe *poſſe*, impetum ſuum maxime efficacem & irrevocabilem eſſe optantibus. Forte: *nec ſuſtinere alii ſuper alios inferentes ſeſe patiuntur.* Verbum ſic eleganter, ut lib. 29. *Ipſe poſtremo veniebat Annibal. nec ſuſtinuiſſent Romani, niſi Lucrenſium multitudo exacerbata ſuperbia atque avaritia Pœnorum, ad Romanos inclinaſſet.* Cicero 11 Famil. 6. *Brutus enim Mutinæ vix jam ſuſtinebat.* Cæſar 2 Gall. *Id oppidum ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægre eo die ſuſtentatum eſt.* J. F. Gron.

Nec ſuſtinere alii ſuper alios inferentes ſeſe poſſunt] Non opus niſi mutatione unius literæ. Scribe: *ſuſtineri.* Romani alii ſuper alios vehementi impetu in hoſtem illati, ſuſtineri non poterant. Sic ſupra 1, 41. *Cum impetus multitudinis vix ſuſtineri poſſet.* 29, 34. *Suſtineri ultra nequivere.* 30, 11. *Multitudo Maſæſylorum ingentia agmina Syphace emittente, ſuſtineri vix poterat.* 40, 40. *Ut quacunque parte perculere impetu ſuo, ſuſtineri nequeant.* Jac. Perizon.

1 *Quin-*

Supra triginta quinque millia hoſtium fuerant, ex quibus
tam exigua pars pugnæ ſuperfuit. ſigna capta centum tri-
ginta tria. Romani ſociique paulo plus ſexcenti, & pro-
vincialium auxiliorum centum quinquaginta ferme ceci-
derunt. tribuni militum quinque amiſſi, & pauci equites
Romani, cruentæ maxime victoriæ ſpeciem fecerunt. in
caſtris hoſtium, quia ipſis ſpatium ſua communiendi non
fuerat, manſerunt. Pro concione poſtero die laudati,
donatique à C. Calpurnio equites phaleris. pronuncia-
vitque, eorum maxime opera hoſtes fuſos, caſtra capta
& expugnata eſſe. [1] Quintius alter prætor ſuos equites
catellis ac fibulis donavit. donati & centuriones ex
utriuſque exercitu permulti; maxime qui mediam aciem
tenuerunt. Conſules delectibus aliiſque, quæ Romæ 32
agendæ erant, peractis rebus, in Ligures provinciam
exercitum duxerunt. Sempronius à Piſis profectus in
Apuanos Ligures, vaſtando agros, urendoque vicos &
caſtella eorum, aperuit ſaltum uſque ad fluvium Ma-
cram & Lunæ portum. Hoſtes montem, antiquam ſe-
dem majorum ſuorum, ceperunt. & inde, ſuperata loco-
rum iniquitate, prœlio dejecti ſunt. Et Ap. Claudius
felicitatem virtutemque collegæ in Liguribus Ingaunis
æquavit ſecundis aliquot prœliis. ſex præterea oppida
eorum

1 *Quinctius alter Prætor, ſuos equites catellis ac fibulis donavit*] Credo hic *catellum*, fuiſſe ornamenti ſpeciem circulare quidem, quo collum vel brachium circumdarent. Plaut. in Curcul. *Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes ferreo.* Hinc liquet *catellum* vel *catellam* diminutivum eſſe catenæ. Dein ait Liv. equites victores *fibulis* donatos; quæ etiam ornamenti ſpecies: Nam *fibula* non tantum eſt, qua cingulum conjungitur ad veſtem ſubligandam; ſed & circulus, quo collum circumdare ſolebant in ornamentum. *Marcell. Donat.*

Catellis ac fibulis] Horatius lib. 1 Epiſt. 17. *meretricis acumina, ſæpe catellam, Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.* Fere pro catenula interpretantur. Ego ad catellam aliquam, quæ in deliciis ſit, quales olim Melitææ, proverbio celebratæ, referre malim. Quin & Livii locum non de catenulis intelligo, quibus Romani milites ad ornatum nullis utebantur; ſed ornamentis militaribus, ad effigiem canini capitis effectis, quibus chlamydum fibulæ innectebantur: qualia in gladiorum capulis & caligarum faſtigiis ſub genibus (ut in vetuſtis monumentis cernimus) apponebantur. *Lav. Torrentius.*

eorum expugnavit: multa millia hominum in iis cepit: belli auctores tres & quadraginta ſecuri percuſſit. Jam comitiorum appetebat tempus. prior tamen Claudius quam Sempronius, cui ſors comitia habendi obtigerat, Romam venit; quia P. Claudius frater ejus conſulatum petebat, competitoreſque habebat patricios L. Æmilium, Q. Fabium Labeonem, Ser. Sulpicium Galbam, veteres candidatos. & ab repulſis eo magis debitum, quia primo negatus erat, honorem repetentes. etiam quia plus quam unum ex patriciis creari non licebat, arctior petitio quatuor petentibus erat. Plebeii quoque gratioſi homines petebant, L. Porcius, Q. Terentius Culleo, Cn. Bæbius Tamphilus. [1] & ii repulſi, in ſpem impetrandi tandem aliquando honoris, dilati. Claudius unus ex omnibus novus candidatus erat. [2] Opinione hominum haud dubie deſtinabantur Q. Fabius Labeo, & [3] L. Porcius Licinus. ſed Claudius conſul ſine lictoribus cum fratre toto foro volitando, clamantibus adverſariis, & majore parte ſenatus, *meminiſſe eum debere prius, ſe conſulem populi Romani, quam fratrem P. Claudii eſſe: quin ille ſedens pro tribunali aut arbitrum, aut tacitum ſpectatorem comitiorum ſe præberet*; coërceri tamen ab effuſo ſtudio nequiit. Magnis contentionibus tribunorum quoque plebei, qui aut contra conſulem, aut pro ſtudio ejus pugnabant, comitia aliquoties turbata: donec pervicit Appius, ut dejecto Fabio fratrem traheret. Creatus P. Claudius Pulcher, præter ſpem ſuam & cæterorum. locum ſuum tenuit L. Porcius Licinus, quia moderatis ſtudiis, non vi Claudiana, inter plebeios certatum eſt. Prætorum inde comitia ſunt habita. C. Decimius Flavus,

P. Sem-

1 *Et ii repulſi, in ſpem impetrandi*] Non oblitus eorum ſum, quæ principio hujus libri notavi. Scribendum tamen cenſeo: *& hi repulſis in ſpem impetrandi tandem aliquando honoris dilati.* J. F. Gron.

2 *Opinione hominum haud dubie deſtinabantur*] Voſſ. *Opinione hominum pro non dubie deſtinabantur.* An *pro non dubiis*? Idem.

3 *L. Porc. Licinius*] *Licinus* ex conſul. Cap. *Sigonius.*

1 *Prin-*

P. Sempronius Longus, P. Cornelius Cethegus, Q. Nævius Matho, C. Sempronius Blæſus, A. Terentius Varro, prætores facti. Hæc eo anno quo Ap. Claudius, M. Sempronius conſules fuerunt, domi militiæque geſta. [1] Principio inſequentis anni, P. Claudio, L. Porcio 33
conſulibus, Q. Cæcilius, M. Bæbius, & Ti. Sempronius, qui ad diſceptandum inter Philippum & Eumenem reges, Theſſalorumque civitates, miſſi erant, legationem renunciarunt; regum quoque eorum civitatumque legatos in ſenatum introduxerunt. Eadem utrimque iterata, quæ dicta apud legatos in Græcia erant. Aliam deinde legationem novam Patres, cujus princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam & in Græciam decreverunt: ad viſendum, redditæne civitates Rhodiis & Theſſalis & Perræbis eſſent. Iiſdem mandatum, ut ab Æno & Maronea præſidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciæ ora à Philippo & Macedonibus liberaretur. Peloponneſum quoque adire juſſi; unde prior legatio diſceſſerat incertiore ſtatu rerum, quam ſi non veniſſent. nam ſuper cætera etiam ſine reſponſo dimiſſi, nec datum petentibus erat Achæorum concilium. De qua re querente graviter Q. Cæcilio, [2] ſimul Lacedæmoniis deplorantibus mœnia diruta, abductam plebem in Achaiam & venundatam: ademptas, quibus ad eam diem civitas ſtetiſſet, Lycurgi leges: Achæi maxime concilii negati crimen excu-

1 *Principio inſequentis anni, quo P. Claudius*] Hunc quoque locum & mutaverunt & adjectis particulis inſtruxerunt perverſi correctores. Omnes ab Andrea ad Aſcenſium nec *quo* habent, nec *quum* membri proximi (Moguntiæ ſunt addita) ſed hoc modo: *anni P. Claudius L. Porcius conſules erant: Q. Cæcilius.* deinde *renunciaverunt* (quidam *renuntiarunt*) non *Quuntiaſſent.* Atque hæc plane ſecundum ſcriptas membranas, niſi quod illæ etiam τὸ *erant* reſpuunt omnes. Integerrimum puto ſervatum in Naudæano: *Principio inſequentis anni P. Claudio L. Porcio conſulibus, Q. Cæcilius, M. Bæbius & Ti. Sempronius, qui ad diſceptandum inter Philippum & Eumenem reges Theſſalorumque civitates miſſi erant, legationem renuntiarunt: regum quoque eorum civitatumque legatos in Senatum introduxerunt.* J. F. Gron.

2 *Simul Lacedæmoniis deplorantibus*] Hæc minime cohærent cum ſequentibus: & malim: *ſimul Lacedæmonii deplorabant.* Idem.

1 *Quam*

excuſabant, recitando legem: quæ, niſi belli paciſve cauſſa, & quum legati ab ſenatu cum literis, aut ſcriptis mandatis venirent, vetaret indici concilium. Ea ne poſtea excuſatio eſſet, oſtendit ſenatus, curæ iis eſſe debere, ut Romanis legatis ſemper adeundi concilium gentis poteſtas fieret: quemadmodum & illis, quoties vellent, ſenatus daretur. Dimiſſis iis legationibus, Philip-
34 pus à ſuis certior factus, cedendum civitatibus, deducendaque præſidia eſſe; infenſus omnibus, in Maronitas iram effundit. Onomaſto, qui præerat maritimæ oræ, mandat, ut partis adverſæ principes interficeret. Ille per Caſandrum quendam, unum ex regiis jam diu habitantem Maroneæ, nocte Thracibus intromiſſis, velut in bello capta urbe, cædem fecit. Id apud Romanos legatos querentes, *tam crudeliter adverſus innoxios Maronitas, tam ſuperbe adverſus populum Romanum factum, ut, quibus libertatem reſtituendam ſenatus cenſuiſſet, ii pro hoſtibus trucidarentur*; abnuebat *quicquam eorum ad ſe, aut quemquam ſuorum pertinere. Seditione inter ipſos dimicatum, quum alii ad ſe, alii ad Eumenem civitatem traherent. id facile ſcituros eſſe, ſi percunctarentur ipſos Maronitas:* haud dubius, perculſis omnibus terrore tam recentis cædis, neminem hiſcere adverſus ſe auſurum. Negare Appius, *Rem evidentem pro dubia quærendam. ſi ab ſe culpam removere vellet, Onomaſtum & Caſandrum, per quos acta res diceretur, mitteret Romam, ut eos ſenatus percunctari poſſet.* Primo adeo perturbavit ea vox regem, ut non color, non vultus ei conſtaret. deinde collecto tandem animo, *Caſandrum, qui Maroneæ fuiſſet, ſi utique vellent, ſe miſſurum* dixit. *Ad Onomaſtum quidem quid eam rem pertinere? qui non modo Maroneæ, ſed ne in regione quidem propinqua fuiſſet?* Et parcebat magis Onomaſto honoratiori amico, & eundem indicem haud paulo plus timebat: quia & ipſe ſermonem cum eo contulerat, & multorum talium miniſtrum & conſcium habebat. Caſander quoque, miſſis qui per Epirum ad mare proſequerentur

rentur eum, ne qua indicium emanaret, veneno creditur ſublatus. Et legati à Philippi colloquio ita digreſſi ſunt, 35 ut præ ſe ferrent, nihil eorum ſibi placere: & Philippus minime quin rebellandum eſſet dubius, quia tamen immaturæ ad id vires erant, ad moram interponendam Demetrium, minorem filium, mittere Romam, ſimul ad purganda crimina, ſimul ad deprecandam iram ſenatus, ſtatuit: ſatis credens ipſum etiam juvenem, quod Romæ obſes ſpecimen regiæ indolis dediſſet, aliquid momenti facturum. Interim per ſpeciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipſa ad terrorem regulis Thracum injiciendum profectus, perculſis iis uno prœlio, & Amadoco duce capto, in Macedoniam rediit, miſſis ad accolas Iſtri fluminis barbaros, ut in Italiam irrumperent, ſollicitandos. Et in Peloponneſo adventus Romanorum legatorum, qui ex Macedonia in Achaiam ire juſſi erant, exſpectabatur: adverſus quos ut præparata conſilia haberent, Lycortas prætor concilium indixit. Ibi de Lacedæmoniis actum. *Ex hoſtibus eos accuſatores factos. & periculum eſſe, ne victi magis timendi forent, quam bellantes fuiſſent. quippe in bello ſociis Romanis Achæos uſos: nunc eoſdem Romanos æquiores Lacedæmoniis quam Achæis eſſe: ubi Areus etiam & Alcibiades, ambo exules ſuo beneficio reſtituti, legationem Romam adverſus gentem Achæorum ita de ipſis meritam ſuſcepiſſent, adeoque infeſta oratione uſi eſſent, ut patria pulſi, non reſtituti in eam, viderentur.* Clamor undique ortus, referret nominatim de iis. & quum omnia ira, non conſilio gererentur, capitis damnati ſunt. Paucos poſt dies Romani legati venerunt. his Clitore in Arcadia datum eſt concilium. Priuſquam age- 36 rent quicquam, terror Achæis injectus erat & cogitatio, [1] quam non ex æquo diſceptatio futura eſſet; quod Areum & Al-

1 *Quam nox non ex æquo*] Nox vacat: ſic paulo poſt: *Et quam non ex æquo diſceptatum apud Cæcilium foret*, ex vet. lib. Ceterum Arei hujus & Alcibiadis hiſtoriam multis verbis apud Pauſaniam invenies in Achaicis expoſitam. *Sigonius.*

Quam non ex æquo] Andreas & eum ſecuti: *quod nunquam ex æquo*. E Mog. receptum, quod nunc obtinet. Sic Aldus,

& Alcibiadem, capitis ab ſe in concilio proximo damnatos, cum legatis videbant: nec hiſcere quiſquam audebat. Appius ea, quæ apud ſenatum queſti erant Lacedæmonii, diſplicere ſenatui oſtendit. [1] *Cædem primum ad conflictum factam eorum, qui à Philopœmene ad cauſſam dicendam evocati veniſſent: deinde quum in homines ita ſævitum eſſet, ne in ulla parte crudelitas eorum ceſſaret, muros dirutos urbis nobiliſſimæ eſſe, leges vetuſtiſſimas abrogatas, inclitamque per gentes Lycurgi diſciplinam ſublatam.* Hæc quum Appius dixiſſet, Lycortas, & quia prætor, & quia Philopœmenis, auctoris omnium quæ Lacedæmone acta fuerant, factionis erat, ita reſpondit: *Difficilior nobis, Ap. Claudi, apud vos oratio eſt, quam Romæ nuper apud ſenatum fuit. Tunc enim Lacedæmoniis accuſantibus reſpondendum erat: nunc à vobis ipſis accuſati ſumus, apud quos cauſſa dicenda eſt, quam iniquitatem conditionis ſubimus illa ſpe, judicis animo te auditurum eſſe, poſita contentione, qua paulo ante egiſti. Ego certe, quum ea, quæ & hic antea apud Q. Cæcilium, & poſtea Romæ queſti ſunt Lacedæmonii, à te paulo ante relata ſint, non tibi ſed illis me apud te reſpondere credam. Cædem objicitis eorum, qui à Philopœmene prætore evocati ad cauſſam dicendam interfecti ſunt. Hoc ego crimen non modo à vobis, Romani, ſed ne apud vos quidem nobis objiciendum fuiſſe arbitror. Quid ita? quia in veſtro fœdere erat, ut maritimis urbibus abſtinerent Lacedæmonii. Quo tempore armis captis urbes, à quibus abſtinere juſſi erant, nocturno impetu occupaverunt; ſi T. Quintius, ſi exercitus Romanus, ſicut antea in Peloponneſo fuiſſet, eo nimirum capti & oppreſſi confugiſſent. quum vos procul eſſetis, quo alio, niſi ad nos ſocios veſtros, quos antea Gythio opem ferentes, quos Lacedæmonem vo-*

Aldus, Juntas, Frobenius, Gryphius, Saveterius. In Curionis exemplar neſcio quo errore irrepſit: *quam nox non ex æquo.* Id corrigit pro vetere & ordinario mendo Sigonius. Similiter corrigit de conjectura cap. 54 *orare ſe pro S. P. Q. R.* At illud *pro* nuſquam, niſi apud unum Curionem. Hinc videas, quæ illi cura fuerit exemplarium conferendorum. *J. F. Gron.*

1 *Cædem primum ad conflictum factam eorum*] Locus corruptiſſimus. Andreas Romæ, *ad confictum:* An fuit: *Cædem primum contra fidem datam eorum, qui à Philopœmene.* Idem.

2 *Quod*

vobiſcum ſimili de cauſſa oppugnantes viderant, confugerent? Pro vobis igitur juſtum piumque bellum ſuſcepimus. Quod quum alii laudent, reprehendere ne Lacedæmonii quidem poſſint, Dii quoque ipſi comprobaverint, qui nobis victoriam dederunt; quonam modo ea, quæ belli jure acta ſunt, in diſceptationem veniunt? quorum tamen maxima pars nihil pertinet ad nos. Noſtrum eſt, quod evocavimus eos ad cauſam dicendam, qui ad arma multitudinem exciverant, qui expugnaverant maritima oppida, qui diripuerant, qui cædem principum fecerant? Quod vero illi venientes in caſtra interfecti ſunt; veſtrum eſt, Areu & Alcibiade, qui nunc nos, ſi Diis placet, accuſatis, non noſtrum. Exules Lacedæmoniorum, quo in numero hi quoque duo fuerunt & tunc nobiſcum erant, [1] quod domicilio ſibi delegerant maritima oppida, ſe petitos credentes; in eos quorum opera patria extorres, ne in tuto quidem exilio poſſe conſeneſcere ſe indignabantur, impetum fecerunt. Lacedæmonii igitur Lacedæmonios, non Achæi, interfecerunt. nec, jure an injuria cæſi ſint, argumentari refert.
At enim illa certe veſtra ſunt, Achæi, quod leges diſciplinamque 37
vetuſtiſſimam Lycurgi ſuſtuliſtis, quod muros diruiſtis. Quæ utraque ab iiſdem objici qui poſſunt; quum muri Lacedæmoniis non ab Lycurgo, ſed paucos ante annos ad diſſolvendam Lycurgi diſciplinam exſtructi ſint? Tyranni enim nuper eos, arcem & munimentum ſibi, non civitati, paraverunt. Et ſi exiſtat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum; & nunc ſe patriam & Spartam antiquam agnoſcere dicat. Non Philopœmenem exſpectare, nec Achæos, ſed vos ipſi Lacedæmonii veſtris manibus amoliri & diruere omnia tyrannidis veſtigia debuiſtis. Veſtræ enim illæ deformes veluti cicatrices ſervitutis erant: & quum ſine muris per octingentos prope annos liberi, aliquando etiam

prin-

1 *Quod domicilio ſibi delegerant*] Omnes ab Andrea ad Mogont. *domicilium.* Primus Aldus mutavit. Fortaſſe parum bene. nam *domicilium oppida* κατ' ἐπεξήγησιν docte ac ſcite dici cenſeo. Lib. 28, 28. *Sucronemne vos domicilium habituri eratis.* Ovidius lib. 3. Metam. *Naxon, Liber ait, curſus advertite veſtros. Illa mihi domus eſt, vobis erit hoſpita tellus.* Cornelius Nepos in vita Attici: *Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potiſſimum urbe natus, in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii, eandem & patriam habuit & domum.* Sic legendum videtur. *J. F. Gron.*

1 *Quum*

principes Græciæ fuiſſetis, muris velut compedibus circumdatis vincti per centum annos ſerviſtis. Quod ad leges ademptas attinet: ego antiquas Lacedæmoniis leges tyrannos ademiſſe arbitror. nos non ſuas ademiſſe, quas non habebant, ſed noſtras leges dediſſe: nec male conſuluiſſe civitati, quum concilii noſtri eam fecerimus, & nobis miſcuerimus, ut corpus unum & concilium totius Peloponneſi eſſet. Tunc, opinor, ſi aliis ipſi legibus viveremus, alias iſtis injunxiſſemus, queri, ſe iniquo jure eſſe, & indignari poſſent. Scio ego, Appi Claudi, hanc orationem, qua ſum adhuc uſus, neque ſociorum apud ſocios, neque liberæ gentis eſſe: ſed ſervorum verius diſceptantium apud dominos. Nam ſi non vana illa vox præconis fuit, qua liberos eſſe omnium primos Achæos juſſiſtis, ſi fœdus ratum eſt, ſi ſocietas & amicitia ex æquo obſervatur; cur ego, quid Capua capta feceritis Romani, non quæro, vos rationem repoſcitis, quid Achæi Lacedæmoniis bello victis fecerimus? Interfecti aliqui ſunt, finge à nobis. Quid? vos ſenatores Campanos ſecuri non percuſſiſtis? Muros diruimus. vos non muros tantum, ſed urbem & agros ademiſtis. Specie, inquis, æquum eſt fœdus apud Achæos, re precaria libertas: apud Romanos etiam imperium eſt. Sentio Appi: & ſi non oportet, non indignor, ſed oro vos, quantumlibet interſit inter Romanos & Achæos, modo ne in æquo hoſtes veſtri noſtrique apud vos ſint, ac nos ſocii: imo ne meliore jure ſint. Nam ut in æquo eſſent, nos fecimus, quum leges iis noſtras dedimus, [1] quum, ut Achæi concilii eſſent, effecimus. Parum eſt victis, quod victoribus ſatis eſt. plus poſtulant hoſtes, quam ſocii habent. Quæ jurejurando, quæ monumentis literarum in lapide inſculptis in æternam memoriam ſancta atque ſacrata ſunt, ea cum perjurio noſtro tollere parant. Veremur quidem vos, Romani, & ſi ita vultis, etiam timemus: ſed plus & veremur & timemus Deos immortales.
Cum aſſenſu maximæ partis eſt auditus, & locutum omnes pro majeſtate magiſtratus, cenſebant: ut facile appareret, molliter agendo dignitatem ſuam tenere Romanos non poſſe. Tum Appius ſuadere ſe magnopere Achæis

1 *Quum ut Achæi concilii eſſent, effecimus*] Velim, *Achaici*. J. F. Gron.

Achæis dixit, ut, dum liceret voluntate ſua facere, gratiam inirent, ne mox inviti & coacti facerent. Hæc vox audita quidem cum omnium gemitu eſt, ſed metum injecit imperata recuſandi. id modo petierunt, ut Romani, quæ viderentur, de Lacedæmoniis mutarent, nec Achæos religione obſtringerent, irrita ea, quæ jurejurando ſanxiſſent, faciendi. damnatio tantum Arei & Alcibiadis, quæ nuper facta erat, ſublata eſt. Romæ principio ejus 38
anni quum de provinciis conſulum & prætorum actum eſſet, conſulibus Ligures, quia bellum nuſquam alibi erat, decreti. Prætores, C. Decimius Flavus urbanam, P. Cornelius Cethegus inter cives & peregrinos, ſortiti ſunt. C. Sempronius Blæſus Siciliam, Q. Nævius Matho Sardiniam, & ut idem de veneficiis quæreret, A. Terentius Varro Hiſpaniam citeriorem, [1] P. Sempronius Longus Hiſpaniam ulteriorem. De iis duabus provinciis legati per id fere tempus, L. Juvencius Thalna, & T. Quintilius Varus, venerunt. qui, quantum bellum jam profligatum in Hiſpania eſſet, ſenatu edocto, poſtularunt ſimul, ut pro rebus tam proſpere geſtis Diis immortalibus haberetur honos, & ut prætoribus exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta eſt. de legionibus deportandis, quum de conſulum prætorumque exercitibus ageretur, rem integram referri juſſerunt. Paucos poſt dies conſuli in Ligures binæ legiones, quas Appius Claudius & M. Sempronius habuerant, decretæ ſunt. De exercitibus Hiſpanienſibus magna contentio fuit inter novos prætores & amicos abſentium, Calpurnii Quintiique. Utraque cauſſa tribunos plebis, utraque conſules habebat. [2] ii ſe interceſſuros Senatuſconſulto, ſi deportandos cenſerent exercitus,

1 *P. Sempronius Longus Hiſpaniam ulteriorem*] Suſpectum, *Hiſpaniam*. J. F. Gron.

2 *Ii ſe interceſſuros ſenatuſconſulto*] Lege: *hi ſe interceſſuros*. quamvis referatur ad tribunos. Nam non eſſe inſolens, ut in diſtributione tali hoc relativum etiam de remotiore intelligatur, diximus lib. 3 Obſerv. 16. *Idem*.

tus, denuntiabant; illi, ſi hæc interceſſio fieret, nullam rem aliam ſe decerni paſſuros. Victa poſtremo abſentium gratia eſt, & Senatuſconſultum factum, *Ut prætores quatuor millia peditum Romanorum ſcriberent; quadringentos equites, & quinque millia ſociorum peditum Latini nominis, quingentos equites, quos ſecum in Hiſpaniam portarent.* [1] *quum eas legiones quatuor deſcripſiſſent, quod plus quam quina millia peditum, treceni equites, in ſingulis legionibus eſſet, dimitterent: eos primum, qui emerita ſtipendia haberent, deinde, ut cujuſque*
39 *fortiſſima opera Calpurnius & Quintius in prœlio uſi eſſent.* Hac ſedata contentione, alia ſubinde C. Decimii Prætoris morte exorta eſt. Cn. Sicinius, & L. Pupius, qui ædiles proximo anno fuerant, & C. Valerius Flamen Dialis, & Q. Fulvius Flaccus (is quia ædilis curulis deſignatus erat, ſine toga candida, ſed maxima ex omnibus contentione) petebant. certamenque ei cum flamine erat. & poſteaquam primo æquare, mox ſuperare etiam eſt viſus, pars tribunorum plebis negare, rationem ejus habendam eſſe, quod duos ſimul unus magiſtratus præſertim curules, neque capere poſſet, nec gerere: pars legibus eum ſolvi æquum cenſere, ut, quem vellet, prætorem creandi, populo poteſtas fieret. L. Porcius conſul primo in ea ſententia eſſe, ne nomen ejus acciperet. deinde ut ex auctoritate ſenatus idem faceret, convocatis Patribus, *referre ſe ad eos* dixit, *quod nec jure ullo, nec exemplo tolerabili liberæ civitati ædilis curulis deſignatus præturam peteret: ſibi, niſi quid aliud iis videretur, in animo eſſe è lege comitia habere.* Patres cenſuerunt, uti L. Porcius conſul cum Q. Fulvio ageret, ne impedimento eſſet, quo minus comitia Prætoris in locum C. Decimii ſubrogandi è lege haberentur.

1 *Quum eas legiones quatuor deſcripſiſſent*] Itane? ex tantillo numero fient quatuor legiones? Nec id vult Livius, ſed hos novos milites diſtribui per quatuor legiones & earum auxilia, quæ in provincia utraque olim erant: quo facto quot capita juſtum legionum & auxiliorum numerum excederent, tot ex veteribus militibus exauctorati, eo delectu ac diſcrimine, quo deinde definit. Scribo igitur: *quum eos in legiones quatuor deſcripſiſſent.* J. F. Gron.

tur. Agenti conſuli ex Senatuſconſulto, reſpondit Flaccus, *nihil, quod ſe indignum eſſet, facturum.* Medio reſponſo ſpem ad voluntatem interpretantibus fecerat; ceſſurum Patrum auctoritati eſſe. Comitiis acrius etiam quam ante petebat, criminando, extorqueri ſibi à conſule & ſenatu, populi Romani beneficium, & invidiam geminati honoris fieri: tanquam non appareret, ubi deſignatus Prætor eſſet extemplo ædilitate ſe abdicaturum. Conſul cum & pertinaciam petentis creſcere, & favorem populi magis magiſque in eum inclinari cerneret, dimiſſis comitiis ſenatum vocavit. cenſuerunt frequentes, quoniam Flaccum auctoritas Patrum nihil moviſſet, ad populum cum Flacco agendum. Concione advocata quum egiſſet conſul; ne tum quidem de ſententia motus, gratias populo Romano egit, quod tanto ſtudio, quotieſcunque declarandæ voluntatis poteſtas facta eſſet, Prætorem ſe voluiſſet facere. Ea ſibi ſtudia civium ſuorum deſtituere non in animo eſſe. Hæc vero tam obſtinata vox, tantum ei favorem accendit, ut haud dubius Prætor eſſet; ſi conſul accipere nomen vellet. Ingens certamen [1] tribunis & inter ſe ipſos,& cum conſule fuit:donec ſenatus à conſule eſt habitus, decretumque:quoniam prætoris ſubrogandi comitia ne legibus fierent, pertinacia Q. Flacci, & prava ſtudia hominum impedirent, ſenatum cenſere ſatis prætorum eſſe: P. Cornelius utramque in urbe juriſdictionem haberet, Apollinique ludos faceret. His comitiis prudentia & virtute ſenatus ſublatis, alia 40 majoris certaminis, quo & majore de re, & inter plures potentioreſque viros, ſunt exorta. Cenſuram ſumma contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. & L. Scipiones, [2] Cn. Manlius Vulſo, [3] L. Furius Purpureo, patricii: plebeii autem, M. Porcius Cato, M. Fulvius Nobilior; [4] Ti. & M. Sem-

1 *Et tribunis inter ſe ipſos*] Lego: *inter ſe ipſis.* J. F. Gron.

2 *Cn. Manlius Volſco*] *Vulſo*, ex tab. Cap. *Sigonius.*

3 *L. Fur. Purpurio*] *Purpureo*, ex tab. Cap. *Idem.*

4 *T. & M. Sempronii, L. & T.*] *Ti. & M.* ex tab. Cap. *Idem.*

M. Sempronii, Longus & Tuditanus. ſed omneis patricios plebeioſque nobiliſſimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. in hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut, quocumque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur. Nulla ars, neque privatæ, neque publicæ rei gerendæ, ei defuit. Urbanas ruſticaſque res pariter callebat. Ad ſummos honores alios ſcientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit. huic verſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcumque ageret. In bello manu fortiſſimus, multiſque inſignibus clarus pugnis. idem poſteaquam ad magnos honores pervenit, ſummus imperator: idem in pace, ſi jus conſuleres, peritiſſimus; ſi cauſſa oranda eſſet, eloquentiſſimus. nec is tantum, cujus lingua vivo eo viguerit, monumentum eloquentiæ nullum extet: [1] vivit imo, vigetque eloquentia ejus, ſacrata ſcriptis omnis generis. Orationes & pro ſe multæ, & pro aliis, & in alios. nam non ſolum accuſando, ſed etiam cauſſam dicendo fatigavit inimicos. Simultates nimio plures [2] & exercuerunt eum, & ipſe exercuit eas. nec facile dixeris, utrum magis preſſerit eum nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem. Aſperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ & immodice liberæ fuit: ſed invicti à cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ; contemptor gratiæ, divitiarum. In parſimonia, in patientia laboris periculique, ferrei prope corporis animique, quem ne ſenectus quidem, quæ ſolvit omnia, fregerit. Qui ſextum & octogeſimum annum agens cauſſam dixerit, ipſe pro ſe oraverit, ſcripſeritque: [3] nonageſimo anno Servium Galbam ad populi adduxerit

1 *Vivit immo vigetque*] Quanto melius: *Vivit immo vivetque*. Omen immortalitatis æternæque famæ. *Ta. Fab.*

2 *Et exercuerunt eum & ipſe exercuit eas*] Indignam Livio σύνδεσιν arbitror. Lego: *& eas ipſe exercuit*. Idem.

Et ipſe exercuit eas] Pro ſuperfluo elido *τὸ eas*. J. F. Gron.

3 *Nonageſimo anno*] Cicero in Lælio mentionem faciens dialogi de Senectute, ſub perſona Lælii ita ait: *ut memini Catonem uno anno antequam mortuum*

rit judicium. Hunc, ſicut omni vita, [1] tum prenſantem premebat nobilitas: coierantque (præter L. Flaccum, qui collega in conſulatu fuerat) candidati omnes, ad dejiciendum honore eum; non ſolum ut ipſi potius adipiſcerentur, nec quia indignabantur novum hominem cenſorem videre, ſed etiam quod triſtem cenſuram, periculoſamque multorum famæ, & ab læſo à pleriſque, & lædendi cupido, exſpectabant. Etenim tum quoque minita- 41

tuus eſt, mecum & cum Scipione diſſerere. Porro ille annus eodem auctore erat Coſſ. Quintio Flaminino, & Acilio Balbo, noſtra ſupputatione ab Urbe condita 604. quo tempore Cato annum quartum ac octogeſimum agebat. Quare ſi poſteriore anno mortuus eſt, ut Lælius affirmat, non exceſſit quintum ac octogeſimum annum, cum hic nonageſimo anno ſcripſiſſe memoretur. *Glarean.*

Nonageſimo anno Sergium Galbam ad, &c.] *Servium*, lege, quod eſt prænomen Sulpiciorum Galbarum. ſic Plutarchus Σερβίῳ Γάλβᾳ κατηγόρησεν ἐννενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Cicero tamen ab utroque diſſentit, quippe ex cujus verbis eliciatur ex lib. de Senectute Catonem non amplius, quam LXXXIIII annos vixiſſe. ſiquidem natus eſt anno poſtquam Q. Fabius Maximus primum conſul fuit, mortuus Manlio, & Cenſorino conſulibus. Malim ego librarii erratum, quam Livii, ſiquidem apud eum, qui ſcripſit de Viris illuſtrib. eſt, Galbam octogenarius accuſavit, ut *octogeſimo*, hic etiam ſit legendum. neque enim vitium eſt apud Ciceronem, ut cenſet Glareanus. *Sigonius.*

1 *Ita tum petentem premebat nobilitas: coierantque*] Gelenius fecit: *conſenſerantque.* Sed recte Sigonius reduxit: *coierantque:* ut plane ſcripti noſtri cum veteribus editis. Petavianus quoque *præſentem* ἀντὶ τοῦ *petentem* cum codice Lipſii: unde bene ille: *prenſantem.* Sed etiam Lipſianus codex: *cogerant à populo præter L. Flaccum.* Unde conjicit, *coierant propalam præter.* In quo puto doctiſſimum virum falli. nam Barb. *coierant L. Flaccum apud prætorem, qui collega.* Naudæanus: *coëgerant apud prætorem L. Flaccum.* Pet. & veteres editi: *coierant apud prætorem L. Flaccum.* Voſſianus: *Hunc ſicut omni vita tum præſentem premebat nobilitas, coëgerant. ap. præter. L. Flaccum.* Vides unde orta ſint & *à populo* & *apud:* unde *prætorem.* Integrum eſt: *Hunc ſicut omni vita, tum prenſantem premebat nobilitas. Coierant autem præter L. Flaccum.* Nam illud quoque ſciendum, τὸ *ita*, quod Aldina & deinceps vulgatæ addunt, neque ſcriptos neque quemquam ab Andrea ad Moguntinos habere. Et ſolent omittere poſt brevem protaſin veteres. Sic lib. 34, 9. *Quam ſicut minoribus viribus, pari colebant fide.* J. F. Gron.

2 *Conſenſerantque præter L. Flaccum - - - ad dejiciendum honore*] Vet lib. habent, *Coierantque:* &, *ad dejiciendum honore eum.* Miror autem Gelenium pro, *coierant*, *conſenſerant*, repoſuiſſe, cum *coire* in hac re proprium verbum ſit, unde *coitiones* appellatæ. Sic Pædianus in Toga cand. *Coierunt ambo, ut Ciceronem conſulatu dejicerent.* Quo de dicendi genere ſupra etiam diximus: coire συμφρονεῖν vocat Plutarchus in Catone. Si igitur præter L. Flaccum candidati reliqui coierant, profecto recte Plutarchus, qui competitores ſeptem Catonis fuiſſe ait: quod Glareanus non vidit, qui, *apud competitorem L. Flaccum*, legit. *Sigonius.*

nitabundus petebat; refragari ſibi, qui liberam & fortem cenſuram timerent, criminando. & ſimul L. Valerio ſuffragabatur. Illo uno collega caſtigare ſe nova flagitia, & priſcos mores revocare poſſe. His accenſi homines, adverſa nobilitate non M. Porcium modo cenſorem fecerunt, ſed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum adjecerunt. Secundum comitia cenſorum conſules prætoreſque in provincias profecti ſunt, præter Q. Nævium, quem quatuor non minus menſes, priuſquam in Sardiniam iret, quæſtiones veneficii, quarum magnam partem extra urbem per municipia conciliabulaque habuit, quia ita aptius viſum erat, tenuerunt. Si Antiati Valerio credere libet, ad duo hominum millia damnavit. Et L. Poſtumius prætor, cui Tarentum provincia evenerat, magnas paſtorum conjurationes vindicavit, & reliquias Bacchanalium quæſtionis cum omni executus eſt cura. multos, qui aut citati non affuerant, [1] aut vades deſeruerant, in ea regione Italiæ latentes, partim noxios judicavit, partim comprehenſos Romam ad ſenatum miſit. in carcerem omnes à P. Cornelio conjecti ſunt.

42 In Hiſpania ulteriore, fractis proximo bello Luſitanis, quietæ res fuerunt. In citeriore A. Terentius, in Sueſſetanis, oppidum Corbionem vineis & operibus expugnavit; captivos vendidit, quieta deinde hiberna & citerior provincia habuit. Veteres prætores, C. Calpurnius Piſo, & L. Quintius, Romam redierunt. utrique magno patrum conſenſu triumphus eſt decretus. Prior C. Calpurnius de Luſitanis & Celtiberis triumphavit. coronas aureas tulit octoginta tres, & duodecim millia pondo argenti. Paucos poſt dies L. Quintius Criſpinus ex iiſdem Luſitanis Celtiberiſque triumphavit. tantundem auri atque argenti in eo triumpho tranſlatum. Cenſores, M. Por-

1 *Aut vades deſeruerant*] *Vadem deſerere reus* dicitur, qui ſponſori ſuo in re capitali deeſt, nec ad cauſam dicendam præſto eſt, ut vadis fidem liberet. *Turnebus.*

1 *Septem*

M. Porcius & L. Valerius, metu miſta exſpectatione ſenatum legerunt: [1] ſeptem moverunt ſenatu. ex quibus unum inſignem & nobilitate & honoribus, L. Quintium Flamininum conſularem. Patrum memoria inſtitutum fertur, ut cenſores motis ſenatu aſſcriberent notas. Catonis & aliæ quidem acerbæ orationes extant in eos, quos aut ſenatorio loco movit, aut quibus equos ademit: longe graviſſima in L. Quintium oratio eſt, qua ſi accuſator ante notam, non cenſor poſt notam uſus eſſet, retinere Quintium in ſenatu ne frater quidem T. Quintius, ſi tum cenſor eſſet, potuiſſet. Inter cætera objecit ei: Philippum Pœnum, carum ac nobile ſcortum, ab Roma in Galliam provinciam ſpe ingentium donorum perductum. eum puerum, per laſciviam quum cavillaretur, exprobrare conſuli perſæpe ſolitum, quod ſub ipſum [2] ſpectaculum gladiatorium abductus ab Roma eſſet, [3] ut obſequium amatori venditaret. Forte epulantibus iis, quum jam vino incaluiſſent, nunciatum in convivio eſſe, [4] nobilem Boium cum liberis transfugam veniſſe: convenire conſulem velle, ut ab eo fidem præſens acciperet. Introductum in tabernaculum per interpretem alloqui conſulem cœpiſſe. inter cujus ſermonem Quintius ſcorto, *Vis tu*, inquit, *quoniam gladiatorium ſpectaculum reliquiſti, jam hunc Gallum morientem aſpicere?* Et quum is vixdum ſerio annuiſſet, ad nutum ſcorti conſulem ſtricto gladio, qui ſuper caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percuſſiſſe, deinde fugienti, fidemque populi Romani atque

1 *Septem moverunt ſenatu - - - Flamininum conſularem*] Plutarch. ſic vertit: ἐξέβαλε τῆς βουλῆς ἄλλους τε συχνοὺς καὶ Λεύκιον Κοΐντιον ὕπατον μὲν ἑπτὰ πρότερον ἐνιαυτοῖς. *Sigonius.*

2 *Spectac. gladiatorum*] Vet. lib. *Gladiatorium.* Idem.

3 *Ut obſequium, amatori venditaret*] Ita Lipſii codex. nec abeunt Pall, niſi quod diviſis vocibus & antiqua ratione ſcribendi, *amator ei venditaret.* Etiam edd. vett. *vendicaret.* recentior *jactaret.* Gruterus.

4 *Nobilem Boium cum liberis transfugam veniſſe*] Citat hæc verba ex Livio Plutarch. ὁ δὲ Λίβιος αὐτόμολον εἶναί φησιν Γαλάτην τὸν ἀναιρεθέντα· τὸν δὲ Λεύκιον οὐ δι᾽ ὑπηρέτου κτεῖναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ αὐτὸν ἰδίᾳ χειρί· καὶ ταῦτα ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι Κάτωνος. Idem ſcribit in Flaminino. *Sigonius.*

atque eorum qui aderant imploranti, latus transfodiſſe.
43 Valerius Antias, ut qui nec Catonis orationem legiſſet, & [1] fabulæ tantum ſine auctore editæ credidiſſet: aliud argumentum, ſimile tamen & libidine & crudelitate, peragit. Placentiæ famoſam mulierem, cujus amore deperiret, in convivium arceſſitam ſcribit. ibi jactantem ſeſe ſcorto inter cætera retuliſſe, quam acriter quæſtiones exercuiſſet, & quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet. Tum [2] illam infra eum accubantem negaſſe, umquam vidiſſe [3] quemquam ſecuri ferientem & pervelle id videre. Hic indulgentem amatorem, [4] unum ex illis miſeris attrahi juſſum, ſecuri percuſſiſſe. Facinus ſive eo modo quo cenſor objecit, ſive ut Valerius tradit, commiſſum eſt, ſævum atque atrox: inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum [5] ſcorti procacis, in ſinu conſulis recubantis, mactatam humanam victimam eſſe, & cruore menſam reſperſam. In extrema oratione Catonis conditio Quintio fertur, ut ſi id factum negaret, cæteraque, quæ objeciſſet, ſponſione defenderet ſeſe: ſin fateretur, ignominiane ſua

quem-

1 *Fabulæ ſine auctore editæ crediſſet*] Hujus tamen hiſtoriæ auctor eſt Cic. in lib. de Senectute. Quod etiam notavit Plutarchus. *Sigonius.*

2 *Illam infra eum accubantem*] Lipſius, quia liber opt. *in terra eum*, conjicit *intra*: & ſic etiam mallet apud Ciceronem legi lib. 9 Fam. ep. 26 & Suetonium in Calig. 24. Hæc dum refero, refutare ſimul me puta. Quibus tamen major ſpecies eſſet, ſi non in utroque poſteriore loco & τὸ *Supra* occurreret. Salluſtius: *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſupra L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis: Antonius in ſummo, infra ſcriba Sertorii Verſius*, &c. *J. F. Gron.*

3 *Quemquam ſecuri ferientem*] Forte: *feriri*. Titulus controv. apud M. Senecam: *quæ ajebat ſe nunquam decollari hominem vidiſſe.* In ipſa: *Feriatur in foro, omnes videant.* Idem.

4 *Unum ex illis miſeris attrahi juſſum*] Sic quidem Gelenius: ſed noſtri omnes ſcripti cum prius editis: *unum ex damnatis attrahi juſſum.* Baſſus apud Senecam: *quod deſiderante tale ſpectaculum meretrice, plenum carcerem damnatis habuiſti.* Caſſius ad Ciceronem 15 Fam. 19. *Habet damnatos quos reſtituat.* Petronius: *mulier damnata, & in toto navigio ſola verberanda.* Idem.

5 *Scorti proc. in ſinu conſulis recubantis*] Recubabat ſinu, quia ut ſupra dixit, *infra conſulem accumbebat.* quo modo de ſcorto Cytheride ait ad Papirium Cicero: *Infra Eutrapelum Cytheris accubuit.* Lecto enim accubuiſſe eodem (ut mos erat in tricliniis) ſignificat. *Sigonius.*

1 *L. Sci-*

quemquam doliturum cenſeret, quum ipſe vino, & venere amens, ſanguine hominis in convivio luſiſſet? [1] In 44
equitatu recognoſcendo L. Scipioni Aſiageni ademptus equus. in cenſibus quoque accipiendis triſtis & aſpera in omnes ordines cenſura fuit. Ornamenta & veſtem muliebrem & vehicula, quæ pluris quam quindecim millium æris eſſent, [2] in cenſum referre viatores juſſit. item mancipia minora annis viginti, quæ poſt proximum luſtrum [3] decem millibus æris, aut eo pluris, veniſſent, uti ea quoque decem, tanto pluris quam quanti eſſent, æſtimarentur. [4] & his rebus omnibus terni in millia æris attribue-

1 *In equitatu recognoſcendo L. Scipioni Aſiatico ademtus equus*] Legendum eſſe ex ſcriptis, *L. Scipioni Aſiageni*, defendimus Obſervat. lib. 4, 25. *J. F. Gron.*

L. Scipioni Aſiageni ademptus equus] Nota. hic pag. 540 ipſi Cenſſ. conſulares equo publico merebant, qui honos ſub Impp. manſit. *Donatus equo publico* in Inſcr. antiquis occurrit. At Onufrius in Faſtis pag. 154 aliter explicat, de his ſcil. qui ex equeſtri ordine in ſenatum lecti erant à cenſſ. quod refellitur exemplo Scipionis Aſiatici. Sigonius lib. 2 de Jure civium Rom. pag. 79 *equites* dupliciter ſumi ait, primo prout Senatoribus opponuntur, ſecundo prout peditibus. Sed fallitur. Illa enim diviſio ordinum recentior fuit teſte Plinio. Valerius lib. 3 cap. 4. Sed vide Sigonium pag. 82. *Henr. Valeſius.*

2 *In cenſum referre viatores juſſi*] *Juſſit*, eſt in veteribus libris. & id ſequens etiam membrum deſiderat. *Sigonius.*

Referre viatores juſſit] Legimus: *in cenſum deferre juratos.* Et mox: *Decies tanto pluris quam quanti eſſent.* Quemadmodum multis diſputavimus lib. 4 de Pec. vet. cap. 1, ubi hanc Catonis cenſuram & illuſtravimus & defendimus. *J. F. Gron.*

3 *X millib. æris, aut eo pluris veniſſent, uti ea quoque decem, tanto pluris, q. qu. eſ. æſtimarentur*] Vet. libri habent X *millib. æris, aut pluris eo veniſſent.* Porro autem quod ait Gelenius, ſubaudiendum eſſe, *Millib.* ut ſit: *Uti ea quoque decem millib. tanto pluris quam quanti eſſent:* non procedit. Eſt enim intelligendum, & conjungendum, *decem tanto pluris*, id eſt, ut ait in hac re exponenda Plutarchus, decuplo pluris vel decies tanto pluris: ὑποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον. Sic lib. 1 dixit: *Alterum tantum.* Et Plautus in Bacch. *Sexcenta tanta*, & in Trinummo. *Tribus tantis.* Et Livius lib. 40. *Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congeſſiſſe.* Niſi quis legere malit, *decies tanto pluris.* quomodo dixit in Verrem Cicero: *Quinquies tanto amplius*, ut nota numeri x attulerit. *Sigonius.*

4 *Et his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur*] Dubium habet hunc locum Glareanus, quem tamen nihil vitii continere ex Plutarcho, qui totam hanc Catonis cenſuram Græce ex Livio vertit, perſpicue intelligi poteſt ſic enim ait: ἠνάγκαζεν ἐσθῆτος, ὀχήματος, κόσμου γυναικείου, σκευῶν τῶν περὶ δίαιταν, ὧν ἑκάστου τὸ τίμημα δραχμὰς χιλίας καὶ πεντακοσίας ὑπερέβαλεν, ὑποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον, βουλόμενος ἀπὸ μειζόνων τιμημάτων αὐτοῖς μείζονας καὶ

buerentur. aquam publicam omnem in privatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt. & quæ [1] in loca publica inædificata, immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti ſunt. Opera deinde facienda ex pecunia in eam rem decreta, lacus ſternendos lapide, detergendaſque, qua opus eſſet, cloacas; in Aventino & in aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt. [2] & ſeparatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo eſſet, & viam per Formianum montem. [3] Cato atria duo, Mænium & Titium in lautumiis, & quatuor tabernas in publicum emit: baſilicamque ibi fecit, quæ Porcia appellata eſt. & [4] vectigalia ſummis pretiis,

τὰς εἰσφορὰς ἦν), καὶ προσετίμησε τρεῖς χαλκοῦς πρὸς τοῖς χιλίοις, id eſt, *coëgit veſtimenta, vehicula, mundum muliebrem, & familiarem ſupellectilem, ſi pluris quam mille, & quingentas drachmas æſtimata eſſent, decuplo pluris æſtimari, quod vellet eos, quorum res pluris æſtimata eſſent, majora etiam tributa conferre. Itaque ſingulis millibus ternos æneos attribuit.* Sic ſupra locutus eſt in triumpho Vulſonis. s. c. *factum eſt, ut ex pecunia, quæ in triumpho tranſlata eſſet, ſtipendium collatum à populo in publicum, quod ejus ſolutum antea non eſſet, ſolveretur, vicenos quinos, & ſemiſſes in millia æris quæſtores urbani ſolverunt.* Sigonius.

In millia æris attribuerentur] *Attribuerentur* hoc loco ſignificat, tributi nomine ſtatuerentur, ut annotavit *Budæus* de Aſſe lib. 4.

1 *In loca publica inædificata immolitave*] *Inædificata* ſunt, quæ aliquo in loco ædificata ſunt: ſed cum *in loca* dixit, ſignificavit ædificia è privato in publicum procurrentia, & aliquid loci publici occupantia. *Immolita* autem ſunt, quæ quis uſpiam molitus eſt. Si quis igitur privatus ante ædes ſuas in publico podium poſuiſſet, aut menianum projeciſſet; eum id demoliri & diruere tollereque Cato jubebat. *Turneb.* lib. 1 cap. 25 Adverſ.

2 *Et ſeparatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter, &c.*] Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 1 de Neptunia oppido dicit, quod in Romanæ Campaniæ ora maritima poſitum eſt, & hodie *Nettuno* dicitur, cui nobiliſſima Colonnenſium familia dominatur. Hanc olim *Neptunias aquas* dictam exiſtimo, eo quod ad mare ſit ſitum. Addamus & hoc, eodem in loco & nunc exiſtere antiquum Vicum voluptuoſiſſimum *Mole* dictum à Flacci conſtructione, ita ut hæc omnia Livii textui quam optime conveniant. Ad hanc regionem populum Rom. frequenter conveniſſe, voluptatis ac animi recreandi cauſa, credibile eſt. *Marcell. Donat.*

3 *Cato atria duo, Mænium & Titium in Latomiis*] Scribendum, *Lautumiis*, uti diximus ad lib. 37, 3. ſiquidem eæ intelliguntur. Sed in Voſſiano video, *in Latinis*; ut poſſit aliquis ſuſpicari, *in Carinis*. J. F. Gron.

4 *Vectigalia ſummis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt*] De integritate hujus lectionis cur dubitet Glareanus neſcio: quid enim huic ſententiæ deeſt? cum ſcieris aliud eſſe vectigalia, aliud ultro tributa. ſic enim lib. 43.

Qui

pretiis, ultro tributa infimis locaverunt. Quas locationes quum ſenatus precibus & lacrimis publicanorum victus induci, & de integro locari juſſiſſet; cenſores edicto ſummotis ab haſta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paulum imminutis pretiis locaverunt. Nobilis cenſura fuit, ſimultatumque plena: quæ M. Porcium (cui acerbitas ea aſſignabatur) per omnem vitam exercuerunt. Eodem anno coloniæ duæ, [1] Potentia in Picenum, Piſaurum in Gallicum agrum, deductæ ſunt. Sena jugera in ſingulos data. diviſerunt agrum, coloniaſque [2] deduxerunt iidem tres viri, Q. Fabius Labeo, & M. & Q. Fulvii, Flaccus & Nobilior. Conſules ejus anni nec domi, nec militiæ memorabile quicquam egerunt. In inſequentem annum crearunt conſules M. 45
Claudium Marcellum, Q. Fabium Labeonem. M. Claudius, Q. Fabius Idibus Martiis, quo die conſulatum inierunt, de provinciis ſuis prætorumque retulerunt. Prætores creati erant, C. Valerius flamen Dialis, qui & priore anno petierat. & Sp. Poſtumius Albinus, & P. Corne-

Qui publica vectigalia, aut ultro tributa conduxiſſent] Plutarchus autem ita: τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. *Sigonius.*

Vectig. ſummis pretiis, ultrotributa infimis] Hic ambigi video, quid iſta inter ſe differant: eadem enim ſi eſſent, iiſdem pretiis locata oportuit. *Ultrotributa* eſſe puto impenſas & attributiones operum publicorum faciendorum, & ſartorum tectorum præſtandorum, mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum. Ita *vectigalia*, quibus reditus & fructus populi Romani conſtabant, quantum potuerunt, cenſores auxerunt: *ultrotributa*, quibus impenſæ ſumptuſque & erogationes pecuniæ publicæ ex ærario hauriebantur: quantum potuerunt, pretiis diminuerunt, & ad minimam ſummam perduxerunt. Plutarchus ita reddidit: συστέλλων δὲ τοῖς μισθοῖς τὰς ἐργολαβείας, τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. Livius lib. 43. *Qui publica vectigalia aut ultrotributa conduxiſſent.* Quocirca eleganter à Seneca lib. 4 cap. 1 de Beneficiis ſcriptum eſt, *Cum virtutem, nec lucrum invitet*, &c. *ut cuncta in ſe impendere jubeat, ac ſæpius in ultrotributis ſit.* Significat enim ſumptum magnum, impenſaſque virtutis cauſſa ſæpe eſſe faciendas. *Turnebus.*

1 *Pollentia in Picenum*] Vet. lib. *Potentia.* Item Vellejus, ubi de coloniis verba facit. Item Plinius, item Mela *Potentia* in Piceno meminerunt. *Sigonius.*

2 *Deduxerunt iidem triumviri*] Triumviri, inquit, qui Piſaurum, iidem etiam Potentiam coloniam deduxerunt. Hoc ut dicerem Glareanus effecit, qui mendum ſubeſſe putat. *Idem.*

nelius Siſenna, L. Pupius, L. Julius, Cn. Sicinius. Conſulibus Ligures cum iiſdem exercitibus, quos [1] P. Claudius, & L. Porcius habuerant, provincia decreta eſt. Hiſpaniæ extra ſortem prioris anni prætoribus cum ſuis exercitibus ſervatæ. Prætores ita ſortiri juſſi, uti flamini Diali utique altera juris dicendi Romæ provincia eſſet. peregrinam eſt ſortitus. Siſennæ Cornelio urbana, Sp. Poſtumio Sicilia, L. Pupio Apulia, L. Julio Gallia, Cn. Sicinio Sardinia evenit. [2] L. Julius maturare eſt juſ-

1 *P. Claudius, & M. Porcius*] *L. Porcius*, ſic enim ante Livius, & tabulæ Capitolinæ. *Sigonius.*

P. Claudius & M. Porcius] Vitioſum eſt poſterius prænomen, & M. Porcius fuit cenſor cum L. Valerio. Hic autem P. Claudius in conſulatu collegam habuit L. Porcium Licinum, cujus eſt frequens mentio. Itaque repoſui, quod erat verum. *Jac. Gron.*

2 *L. Julius proficiſci mature eſt juſſus*] Unde acceperit Aldus, haud ſcio. Nam ſcripti omnes & editi prius: *L. Julius maturare eſt juſſus.* Nec Moguntini differentiam aut ipſi aut Gelenius aut Modius notant. Habet tamen Voſſianus Aldinum. lib. 37. *Profectus quum quantum accelerare poterat, maturaſſet, ad portum, quem Megiſten vocant, prægreſſas conſequitur.* Sed minus miror hoc verbum ineptis hominibus hic offendiculo fuiſſe, quum cogito multo elegantiorem loquendi rationem à viro docto tantopere explodi apud Salluſtium in Jugurthino cap. 36. *Igitur Albinus, renovato bello, commeatum, ſtipendium, aliaque, quæ militibus uſui forent, maturat in Africam portare.* Quibus ille ſic inſultat: Vox poſtrema à nemine patienter legi poteſt: adeo & viſu & odore eſt deformitatis nothæ. Quid ita? an *portare commeatum, ſtipendium* reprehendit! Recordaretur Plauti in Epidico: *ut importem in coloniam hunc auſpicato commeatum.* Salluſtius eodem libro c. 104. *Cum Octavio Ruſone, qui quæſtor ſtipendium in Africam portaverat.* Quod etiam perperam ex uno defecto Codice mutari exiſtimo. Immo potius diſplicuit illa compoſitio: *maturat portare*: quam tantopere adamavit Livius noſter. Lib. 29. *Quod niſi omni vi perficere maturaſſet.* Lib. 34 *Nuntium ad collegam mittit, ut ſi videretur ei, maturaret venire.* Lib. 40. *Si conſules maturaſſent in provinciam ire.* Lib. 44. *Inſtabat Tribunis militum, ut maturarent inſtruere.* Plancus ad Ciceronem: *petierat per literas ipſe ut maturarem venire.* Tacitus 4. hiſtor. *Hoſtem ſi ſtatim impellere curſumque rerum ſequi maturaſſet.* Eodemque libro. *Ne Tutor quidem maturavit ſuperiorem Germaniæ ripam & ardua Alpium præſidiis claudere.* Lib. 5. *Debellatum eo die foret, ſi Romana claſſis ſequi maturaſſet.* Pari infelicitate eodem Jugurthino c. 76. *Igitur Carthagine miſſi duo fratres, quibus nomen Philænis erat, maturavere iter pergere,* Vox poſtrema, inquit ille, abundat. Meo judicio haudquaquam. Atque his omnibus pœne inducor, ut & apud noſtrum lib. 32, 16 cum Andrea & eum ſecutis malim: *juſſis cæteris, quantum maxime poſſent, maturare ſequi.* Ubi Moguntina ſuffecit, *maturate.* Nec ſecus hoc lib. 39, 21. *Nuntiaretque ſenatum æquum cenſere, ne ſine imperio provincia eſſet, maturare eum proficiſci.* Quod & nunc fere habent vulgatæ: nam antiquiores *maturate.* Sic lib. 21. *Poſtquam ipſi ſtetit ſententia peregre ire.* J. F. Gron.

1 *Quoad*

juſſus. Galli Tranſalpini per ſaltus ignotæ antea viæ (ut
ante dictum eſt) in Italiam tranſgreſſi, oppidum in agro,
qui nunc Aquileienſis eſt, ædificabant. Id eos ut prohi-
beret, [1] quoad ejus ſine bello poſſet, prætori mandatum
eſt. ſi armis prohibendi eſſent, conſules certiores face-
ret. ex his placere alterum adverſus Gallos ducere legio-
nes. [2] Extremo prioris anni comitia habita erant in de-
mortui Cn. Cornelii locum auguris ſufficiendi. Crea-
tus Sp. Poſtumius Albinus. Hujus principio anni P. Li- 46
cinius Craſſus Pontifex maximus mortuus eſt: in cujus
locum M. Sempronius Tuditanus pontifex eſt coopta-
tus. [3] Pontifex maximus eſt creatus C. Servilius Gemi-
nus. P. Licinii funeris cauſſa viſceratio data, & gladia-
tores [4] centum viginti pugnaverunt: & ludi funebres per
triduum facti; poſt ludos epulum. in quo, quum toto foro
ſtrata triclinia eſſent, tempeſtas cum magnis procellis
coorta coëgit pleroſque tabernacula ſtatuere in foro.
Eadem paulo poſt, [5] quum undique diſſerenaſſet, ſubla-
ta. defunctoſque vulgo ferebant, quod inter fatalia va-
tes ceciniſſent, neceſſe eſſe tabernacula in foro ſtatui.
Hac religione levatis, altera injecta, quod ſanguine per
biduum pluiſſet in area Vulcani: & per decemviros ſup-
plicatio indicta erat ejus prodigii expiandi cauſſa. Priuſ-
quam

1 *Quoad ejus ſine bello poſſet*] Scripti: *quod ejus ſine bello poſſet.* Utique rectius, & de talibus jam ſupra. *J. F. Gron.*

2 *Extremo prioris anni comitia auguris creandi habita erant*] In prima reperio Moguntina editione. Ab Andrea ad Aſcenſium, ut & ſcripti noſtri omnes: *Extremo prioris anni comitia habita erant in demortui Cn. Cornelii locum auguris ſufficiendi.* Id ipſum quod è Mſ. conjectura elicit Lipſius 5 epiſt. 20. niſi quod habet *mortui.* Hoc deinde melior Lipſianus, quod caret τῷ *erat.* Idem.

3 *Pont. Max. eſt cr. C. Servilius Geminus*] Hic in conſulatu, & decemviratu ſacrorum caret cognomine *Gemini*, & recte. Cur autem ita ſit, ſupra expoſui. Quare ex hoc etiam loco, *Geminus*, eradendum eſt. *Sigonius.*

4 *Centum viginti*] Forte *LXX.* *Lipſius* 1 Saturn. 8.

5 *Quum undique conſerenaſſet*] E Moguntino annotarunt, & credo etiam voluiſſe Gelenium, etſi in notis ejus legatur tantum, *ſerenaſſet.* Ante illum editi, *diſſerenaſſet.* Id quod & membranacei ſervant, & reponendum judico: ſignificat enim diſpulſas eſſe nebulas & ſerenum factum. Exemplum hujus verbi habes & in notis Tironis & Senecæ. Naudæanus alludens, *deſerenaſſet.* J. F. Gron.

quam conſules in provincias proficiſcerentur, legationes tranſmarinas in ſenatum introduxerunt. nec umquam ante tantum regionis ejus hominum Romæ fuerat. Nam ex quo fama per gentes, quæ Macedoniam accolunt, vulgata eſt, crimina querimoniaſque de Philippo non negligenter ab Romanis audiri, multis operæ pretium fuiſſe queri; pro ſe quæque civitates genteſque, ſinguli etiam privatim (gravis enim accola omnibus erat) Romam aut ad ſpem levandæ injuriæ, aut ad deflendæ ſolatium venerunt. Et ab Eumene rege legatio cum fratre ejus Athenæo venit, ad querendum; ſimul quod non deducerentur ex Thracia præſidia; ſimul quod in Bithyniam Pruſiæ bellum adverſus Eumenem gerenti auxilia
47 miſſa forent. Reſpondendum ad omnia juveni tum admodum Demetrio erat: quum haud facile eſſet, aut ea quæ objicerentur, aut quæ adverſus ea dicenda erant, memoria complecti. nec enim multa ſolum, ſed etiam pleraque oppido quam parva erant: de controverſia finium, de hominibus raptis, pecoribuſque abactis, de jure aut dicto per libidinem, aut non dicto; de rebus per vim aut per gratiam judicatis. nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec ſe ſatis liquido diſcere ab eo ſenatus quum cerneret poſſe; ſimul & tirocinio & perturbatione juvenis moveretur; quæri juſſit ab eo, ecquem de his rebus commentarium à patre accepiſſet? Quum reſpondiſſet, *accepiſſe ſe*; nihil prius nec potius viſum eſt, quam regis ipſius de ſingulis reſponſa accipere. Librum extemplo popoſcerunt; deinde, ut ipſe recitaret, permiſerunt. Erant autem de rebus ſingulis in breve coactæ cauſſæ: ut alia feciſſe ſe ſecundum decreta legatorum doceret: alia non per ſe ſtetiſſe, quo minus faceret, ſed per eos ipſos qui accuſarent. Interpoſuerat & querelas de iniquitate decretorum, & quam non ex æquo diſceptatum apud Cæcilium foret, indigneque ſibi, nec ullo ſuo merito, inſultatum ab omnibus eſſet. Has notas irri-

irritati ejus animi collegit ſenatus; cæterum alia excu-
ſanti juveni, alia recipienti, futura ita, ut maxime vellet
ſenatus, reſponderi placuit: *Nihil patrem ejus neque rectius,
nec magis, quod ex voluntate ſenatus eſſet, feciſſe; quam quod,
utcumque ea geſta eſſent, per Demetrium filium ſatisfieri vo-
luiſſet Romanis. Multa & diſſimulare & oblivisci & pati præ-
terita ſenatum poſſe, & credere etiam Demetrio credendum
eſſe. Obſidem enim ſe animum ejus habere, etſi patri corpus
reddiderit: & ſcire, quantum ſalva in patrem pietate poſſit,
amicum eum populo Romano eſſe. Honoriſque ejus cauſſa miſſu-
ros in Macedoniam legatos: ut, ſi quid minus factum ſit quam
debuerit, tum quoque ſine piaculo rerum prætermiſſarum fiat.
Velle etiam ſentire Philippum, integra omnia ſibi cum populo Ro-
mano Demetrii filii beneficio eſſe.* Hæc quæ augendæ ampli- 48
tudinis ejus cauſa facta erant, extemplo in invidiam, mox
etiam in perniciem adoleſcenti verterunt. Lacedæmo-
nii deinde introducti ſunt. multæ & parvæ diſceptatio-
nes jactabantur; ſed, quæ maxime rem continerent,
erant: utrum reſtituerentur quos Achæi damnaverant,
necne. inique, an jure occidiſſent, quos occiderant, ver-
tebatur, &, utrum manerent in Achaico concilio Lace-
dæmonii: an, ut ante fuerat, ſecretum ejus unius in Pelo-
ponneſo civitatis jus eſſet. Reſtitui, judiciaque facta
tolli placuit. Lacedæmonem manere in Achaico conci-
lio: ſcribique id decretum, & conſignari à Lacedæmo-
niis & Achæis. Legatus in Macedoniam Q. Marcius eſt
miſſus: juſſus idem in Peloponneſo ſociorum res adſpi-
cere. nam ibi quoque & ex veteribus diſcordiis reſidui
motus erant, [1] & Meſſene deſciverat à concilio Achai-
co. cujus belli & cauſſam & ordinem ſi expromere ve-
lim, immemor ſim propoſiti, quo ſtatui non ultra attin-
gere

1 *Et Meſſenii deſciverant à conſilio Achaico*] Et hoc è Moguntino. Superiores cum illis, quos vidimus, ſcriptis: *& Meſſene deſciverat à concilio Achaico.* Quis neget reſtitui debere? & eodem jure mutatum, quo libro præcedenti cap. 29. *Quatuor menſes obſidionem Same ſuſtinuit.* Et animadvertit, ut video, Glareanus. *J. F. Gron.*

1. Ad

49 gere externa, niſi qua Romanis cohærent rebus. Eventus memorabilis eſt, quod quum bello ſuperiores eſſent Achæi, Philopœmen prætor eorum capitur [1] ad præoccupandam Coronem profectus, quam hoſtes petebant: in valle iniqua cum equitibus paucis oppreſſus. Ipſum potuiſſe effugere Thracum Cretenſiumque auxilio tradunt. ſed pudor relinquendi equites, nobiliſſimos gentis, ab ipſo nuper lectos, tenuit. quibus dum locum ad evadendas anguſtias cogendo ipſe agmen præbet, ſuſtinens impetus hoſtium; prolapſo equo, & ſuo ipſe caſu, & onere equi ſuper eum ruentis, haud multum abfuit quin exanimaretur: ſeptuaginta annos jam natus, & diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur, viribus admodum attenuatis. jacentem hoſtes ſuperfuſi oppreſſerunt: cognitumque primum à verecundia memoriaque meritorum haud ſecus quam ducem ſuum attollunt, reficiuntque, & ex valle devia in viam portant; vix ſibimetipſi præ necopinato gaudio credentes: pars nuncios Meſſenem præmittunt debellatum eſſe, Philopœmenem adduci. Primum adeo incredibilis viſa res, ut non pro vano modo, ſed vix pro ſano nuncius audiretur. deinde ut ſuper alium alius idem omnes affirmantes veniebant, tandem facta fides; & priuſquam appropinquare urbi ſatis ſcirent, ad ſpectaculum omnes ſimul liberi ac ſervi, pueri quoque cum fœminis effunduntur. [2] itaque clauſerant portam turbæ, dum pro ſe quiſque, niſi ipſe

1 *Ad præoccupandam Coronen*] *Colonem* edit Plutarchus in Philopœmene. Utraque autem in Meſſeniaco agro eſt: ὁ δὲ Μεσσήνην ἀπέστησεν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ κώμην τὴν καλουμένην Κολωνίδα προσήγγελθη μέλλων καταλαμβάνειν. *Sigonius.*

2 *Itaque clauſerat portam turba, dum pro ſe quiſque.*] Barberinus: *clauſerant.* Petav. *Itaque clauſerant turbandum.* Naudæanus, & priſci editi: *Itaque clauſerant portam turbæ, dum.* Quod verum puto. *Turbæ* ſunt diverſi globi hominum concurrentium, manipuli hominum per intervalla, ut fit ejuſmodi in motu ac tumultu, conglobatorum. Prima hoc Aldina perperam mutavit. Lib. 24. *Et erat confuſa concio, non populari modo, ſed militari quoque turbis, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia novare cupiebant, permiſtis.* J. F. Gron.

1 Vix

ipſe oculis ſuis crediдiſſet, [1] vix pro comperta tantam rem habiturus videretur. Ægre ſummoventes obvios intrare portam, qui adducebant Philopœmenem, potuerunt, atque turba conferta iter reliquum clauſerat. & cum pars maxima excluſa à ſpectaculo eſſet, theatrum repente, quod viæ propinquum erat, compleverunt, & ut eo in conſpectum populi adduceretur, una voce omnes expoſcebant. Magiſtratus & principes, veriti ne quem motum miſericordia præſentis tanti viri faceret, quum alios verecundia priſtinæ majeſtatis collata præſenti fortunæ, alios recordatio ingentium meritorum motura eſſet, procul in conſpectu eum ſtatuerunt. deinde raptim ex oculis hominum abſtraxerunt, Prætore Dinocrate dicente, eſſe quæ pertinentia ad ſummam belli percunctari eum magiſtratus vellent. [2] Inde abducto eo in curiam, & ſenatu vocato, conſultari cœptum. Jam inve- 50
ſperaſcebat, & non modo cætera, ſed ne in proximam quidem noctem ubi ſatis tuto cuſtodiretur, expediebant. Obſtupuerant ad magnitudinem priſtinæ ejus fortunæ virtutiſque: & neque ipſi domum recipere cuſtodiendum audebant, nec cuiquam uni cuſtodiam ejus ſatis credebant. [3] Admonent deinde quidam, eſſe theſaurum publi-

1 *Vix pro comperta tantam rem habiturus videretur*] Sic & editi veteres, non *comperto*, ut Moguntina & deinceps editiones. *J. F. Gron.*

2 *Inde adducto eo in curiam, & ſenatu vocato*] Tò *inde* ut & pronomen *eo* neque membranæ habent ullæ neque priſcæ editiones. Sed etiam Barberin. Petav. Naud. *abducto*. Ut reſtituimus etiam lib. 27, 29. *Exercitum, cui collega præfuerat, M. Marcellum tribunum militum Venuſiam abducere juſſit.* Et lib. 30, 14. *Abductum in ſecretum Maſiniſſam.* Sic *abducere domum.* Incontaminata ſcriptura eſt: *magiſtratus vellent. Abducto in curiam & ſenatu vocato, conſultari cœptum.* Scriptor Moguntini, à quo iſta ſunt profecta, abruptam nimis putavit orationem, qui error mille centonibus interponendis cauſſa fuit, nudumque ablativum participii non explere ſenſum abſque pronomine credidit. At ita noſter lib. 3, 53. *Ob hæc advenientibus gratiæ actæ.* Sic Mſſ. non *iis advenientibus*, ut vulgo. Lib. 34. *Unam ſpem fuiſſe, ſi qua admoventibus exercitum diſſenſio inter ipſos ac ſeditio excitari poſſet.* Lib. 36. *Ducere tum porro in ſinum Maliacum cœpit. Appropinquante faucibus, ſuper quas ſiti Thaumaci ſunt, deſerta urbe juventus omnis armata, ſilvas & itinera inſedit.* Idem.

3 *Admonent deinde quidam eſſe theſ. publ. ſub terra --- & ſax. ing. quo op. mach. ſuperimpoſitum eſt*] Hæc Plutarchus

publicum ſub terra, ſaxo quadrato ſeptum. eò vinctus demittitur, [1] & ſaxum ingens, quo operitur, machina ſuperimpoſitum eſt. ita loco potius quam homini cuiquam credendam cuſtodiam rati, lucem inſequentem exſpectaverunt. Poſtero die multitudo quidem integra, memor priſtinorum ejus in civitatem meritorum, parcendum, ac per eum remedia quærenda eſſe præſentium malorum, cenſebat: defectionis auctores, quorum in manu reſpublica erat, in ſecreto conſultantes omnes ad necem ejus conſentiebant: ſed utrum maturarent, an differrent, ambigebatur. Vicit pars avidior pœnæ; miſſuſque qui venenum ferret. Accepto poculo nihil aliud locutum ferunt, quam quæſiſſe ſi incolumis Lycortas (is alter imperator Achæorum erat) equiteſque evaſiſſent? Poſteaquam dictum eſt, incolumes eſſe; Bene habet, inquit,

chus ita vertit in Philopœmene, & quaſi interpretatur, οὐ μὴν ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενοι ἐνταῦθα κατέθεντο, καὶ τὸν λίθον ἐπιρράξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν. *Sigonius.*

1 *Et ſaxum ingens, quo operitur, machina ſuperimpoſitum eſt*] Ita interpungendum. Plutarchus: οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενοι. Vide quid poſſit non poſita loco diſtinctio. Scaliger ad Feſti *Faviſſas* obſervat eleganter à Livio (quum acciperet hæc ab eodem auctore, ex quo hauſit poſtea ſua Plutarchus) τὸν περιαγόμενον λίθον verti *ſaxum, quo operitur machina*, hoc eſt, mola inferior, quam *metam* vocat Paullus IC. Intelligi ergo *catillum*, ut idem Paullus vocat (l. 18 §. 5 de inſtruct. & inſtr.) hoc eſt, ſuperiorem molam. *Machinam* enim eſſe molam. atque adeo neque Plutarchum ſine Livio, neque hunc ſine illo explicari poſſe. Nimirum nimia eruditionis gloria tranſverſum egit ſummum virum. Quis enim non videt *machinam* hic eſſe trochleam vel tollenonem aut inſtrumentum ad levandas moles ſive pondera, quæ manibus hominum non facile tractantur? Quid ſubterraneæ cryptæ commune cum mola aut piſtrino? Quis poteſt imaginari *ſaxum* eſſe tectum molæ? Plutarcho μέγας λίθος περιαγόμενος eſt ingens ſaxum, quod machina ſive tormento movetur & circumvertitur. Livius dicit ſaxum, quo ſolet iſta crypta ſive theſaurus operiri, amotum, ut demitti poſſet eo Philopœmen; repoſitum eſſe ad claudendum os ſucula vel machina tractoria. Salmaſius ad Solinum pag. 1210. falli ait Scaligerum, qui *machinam* putavit ibi eſſe molam: ipſe vult ſubterraneum ita vocari theſaurum, οἴκημα κατάγειον. quod lapide deſuper impoſito operiebatur. At *machina* eſt aliquid ex tabulis aut materiis conſtructum, non ſub terra effoſſum aut exciſum. Tam parva res tantos viros impedire potuit. *J. F. Gron.*

1 *Po-*

quit, & [1] poculo impavidè exhauſto, haud ita multo poſt exſpiravit. [2] Nec diuturnum mortis ejus gaudium auctoribus crudelitatis fuit. victa namque Meſſene bello expoſcentibus Achæis noxios dedidit, oſſaque reddita Philopœmenis ſunt: & ſepultus ab univerſo Achaico concilio; adeo omnibus humanis congeſtis honoribus, ut ne divinis quidem abſtineretur. Ab ſcriptoribus rerum Græcis Latiniſque tantum huic viro tribuitur, ut à quibuſdam eorum velut ad inſignem notam hujus anni memoriæ mandatum ſit, tres claros imperatores eo anno deceſſiſſe, Philopœmenem, Annibalem, P. Scipionem. adeo in æquo eum duarum potentiſſimarum gentium ſummis imperatoribus poſuerunt. Ad Pruſiam regem 51 legatus, T. Quintius Flamininus venit, quem ſuſpectum Romanis, & receptus poſt fugam Antiochi Annibal, & bellum adverſus Eumenem motum, faciebat. ibi, ſeu quia à Flaminino inter cætera objectum Pruſiæ erat; hominem omnium qui viverent infeſtiſſimum populo Romano apud eum eſſe, qui patriæ ſuæ primum, deinde fractis ejus opibus, Antiocho regi auctor belli adverſus populum Romanum fuiſſet; ſeu quia ipſe Pruſias, ut gratificaretur præſenti Flaminino Romaniſque, per ſe necandi aut tradendi ejus in poteſtatem conſilium cepit; à primo colloquio Flaminini, milites extemplo ad domum Annibalis cuſtodiendam miſſi ſunt. Semper talem exitum vitæ ſuæ Annibal proſpexerat animo; & Romanorum inexpiabile odium in ſe cernens, & fidei regum nihil ſanè confiſus. Pruſiæ vero levitatem etiam expertus erat. Flaminini quoque adventum velut fatalem ſibi horruerat. Ad omnia undique infeſta, ut iter ſemper aliquod præparatum fugæ haberet, ſeptem exitus è domo [3] fecerat; & ex iis quoſdam occultos, ne cuſtodia ſe-

piren-

1 *Poculo impavide exhauſto*] Vet. libri, *Hauſto*. Sigonius.

2 *Nec diuturnum mortis ejus gaudium*] Si vox *mortis* non exſtaret in libris, nemo eam deſideraret. *J. F. Gron.*

3 *Fecerat, & ex iis quoſdam*] Scripti: *ſeptem exitus è domo fecerat: ex his*

quoſdam

pirentur. Sed grave imperium regum nihil inexploratum, quod inveſtigari volunt, efficit. totius circuitum domus ita cuſtodiis complexi ſunt, ut nemo inde elabi poſſet. Annibal, poſteaquam eſt nunciatum milites regios in veſtibulo eſſe; poſtico, quod devium maxime atque occultiſſimi exitus erat, fugere conatus, ut id quoque occurſu militum obſeptum ſenſit, & omnia circa clauſa cuſtodiis diſpoſitis eſſe, [1] venenum (quod multò ante præparatum ad tales habebat caſus) popoſcit. *Liberemus*, inquit, *diuturna cura populum Romanum: quando mortem ſenis exſpectare longum cenſent. Nec magnam nec memorabilem ex inermi proditoque Flamininus victoriam feret. mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* [2] *Horum patres Pyrrho regi hoſti armato exercitum in Italia habenti, ut à veneno caveret, prædixerunt. hi legatum conſularem, qui auctor eſſet Pruſiæ per ſcelus occidendi hoſpitis, miſerunt.* Execratus deinde in caput regnumque Pruſiæ, & hoſpitales Deos violatæ ab eo fidei teſtes in-
52 vocans, poculum exhauſit. Hic vitæ exitus fuit Annibalis. Scipionem & Polybius & Rutilius hoc anno mortuum ſcribunt. Ego neque his, neque Valeriò aſſentior: his, quod, cenſoribus M. Porcio, L. Valerio, principem ſenatus ipſum L. Valerium cenſorem lectum invenio: [3] quum ſuperioribus tribus luſtris Africanus fuiſſet: quo vivo, niſi ut ille ſenatu moveretur, quam notam ne-

mo

quoſdam occultos, ne cuſtodia ſepirentur. Apud me Curio primus: *& ex iis.* nam priores ab Andrea ad Frobenium: *fecerat. ex iis quoſdam.* Nobis ad guſtum priſca lectio. *J. F. Gron.*

1 *Venenum - - - popoſcit, Liberemus, inquit*] Lege, *& liberemus, inquit.* Verba hæc eadem vertit Plutarchus. *Sigonius.*

2 *Horum patres Pyrrho regi*] Hanc hiſtoriam ſcribit Plutarchus in Pyrrho. Epiſtola etiam conſulum ad Pyrrhum miſſa extat apud Gellium. *Idem.*

3 *Cum ſuperioribus duobus luſtris Africanus fuiſſet*] Perſpicue legendum eſt, *Tribus*, ter enim princeps ſenatus fuit Africanus. Nam ſupra lib. 34 ſcriptum eſt: *Cenſores Sex. Ælius Patus, & C. Cornelius Cethegus P. Scipionem conſulem, quem & priores cenſores legerant, legerunt.* Et lib. 38. *Cenſores T. Quintius Flamininus, & M. Claudius Marcellus ſenatum perlegerunt. princeps in ſenatu tertium lectus P. Scipio Africanus.* Idem.

3 *Alius*

mo memoriæ prodidit, [1] alius princeps in locum ejus lectus non eſſet. Antiatem auctorem refellit tribunus plebis M. Nævius, adverſus quem oratio inſcripta P. Africani eſt. Hic Nævius in magiſtratuum libris eſt tribunus plebis, P. Claudio, L. Porcio conſulibus: ſed [2] iniit tribunatum, Appio Claudio, M. Sempronio conſulibus, ante diem quartum Idus Decembres. inde tres menſes ad Idus Martias ſunt; quibus P. Claudius, L. Porcius conſulatum inierunt. Ita & vixiſſe in tribunatu Nævii videtur: dieſque ei dici ab eo potuiſſe; deceſſiſſe autem ante L. Valerii & M. Porcii cenſuram. Trium clariſſimorum ſuæ cujuſque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videtur eſſe, quam quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore vitæ exitum habuit. Jam primum omnes non in patrio ſolo mortui, nec ſepulti ſunt. veneno abſumpti Annibal & Philopœmen, exul Annibal proditus ab hoſpite: captus Philopœmen, in carcere & in vinculis exſpiravit. Scipio, etſi non exul, neque damnatus, die tamen dicta, ad quam non affuerat, reus abſens, citatus, voluntarium non ſibimetipſe ſolum, ſed etiam funeri ſuo exilium indixit. Dum

1 *Alius princeps in locum ejus electus non eſſet*] Hoc quoque Latinius ſcripti, & quos habeo editos ante Modium: *in locum ejus lectus non eſſet*. Ut vitiaverant lib. 22, 42. *Se quiſque eum optabat, quem fortuna in id certamen legeret.* Lib. 28. 42. *Dux tumultuarius quidem ille L. Marcius & militari ſuffragio ad tempus lectus.* Lib. 39, 23. *Ipſe legeret, quos in Africam ſecum trajiceret.* Lib. 40, 35. *Loca pacata ad hibernacula me lecturum.* Ita ſcribe ex Moguntino, non *electurum*. Symmachus lib. 10 epiſtolar. *Bonorum virorum vena fœcunda eſt. Melius urbi noſtræ in poſterum conſuletis, ſi legatis invitos.* Erravit Lectius jubens legi: *ſi eligatis.* J. F. Gron.

2 *Iniit tribunatum Ap. Claudio, M. Sempronio conſulibus ad quartum Idus Decembres*] Lege, *A. D. quartum*, id eſt, *ante diem quartum*, Sic enim & Dionyſius Haiicarnaſſeus, ubi ait primos tribunos pl. iniiſſe τετάρτῃ πρὸ τῶν εἰδῶν Δεκεμβρίων. Quibus ex locis intelligi poteſt hunc diem ineundo tribunatui fuiſſe ſolennem, quemadmodum ad ſuam uſque ætatem factum eſſe ſcribit Dionyſius. Plutarchus etiam auctor eſt in lib. τῶν κεφαλαίων tribunos plebis contra atque alii magiſtratus ante anni principium iniiſſe. Itaque Q. Metellus Nepos, qui Silano & Murena conſulibus tribunatum geſſit, Ciceronem conſulatu abeuntem prid. K. Jan. jam inito magiſtratu concione prohibuit. Qua de re ſe ambigere Glareanus ait. *Sigonius.*

53 Dum ea in Peloponneſo (à quibus divertit oratio) geruntur; reditus in Macedoniam Demetrii legatorumque, aliter aliorum affecerat animos. vulgus Macedonum, quos belli ab Romanis imminentis metus terruerat, Demetrium ut pacis auctorem cum ingenti favore conſpiciebant: ſimul & ſpe haud dubia regnum ei poſt mortem patris deſtinabant. Nam etſi minore ætate, quam Perſeus eſſet, hunc tamen juſta [1] matrefamilias: illum pellice ortum eſſe: illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere: hunc inſignem Philippi ſimilitudinem præ ſe ferre. Ad hoc, Romanos Demetrium in paterno ſolio locaturos: Perſei nullam apud eos gratiam eſſe. Hæc vulgo loquebantur. itaque & Perſea cura angebat, ne parum pro ſe una ætas valeret, quum omnibus aliis rebus frater ſuperior eſſet: & Philippus ipſe, vix ſui arbitrii fore quem hæredem regni relinqueret credens, ſibi quoque graviorem eſſe quam vellet, minorem filium cenſebat. Offendebatur interdum concurſu Macedonum ad eum: & alteram jam ſe vivo regiam eſſe indignabatur. Et ipſe juvenis haud dubie inflatior redierat; ſubnixus erga ſe judiciis ſenatus, conceſſiſque ſibi, quæ patri negata eſſent: & omnis mentio Romanorum, quantam dignitatem ei apud cæteros Macedonas, tantam invidiam non apud fratrem modo, ſed etiam apud patrem conciliabat: utique poſteaquam alii legati Romani venerunt, & cogebatur decedere Thracia, præſidiaque deducere, & alia aut ex decreto priorum legatorum, aut ex nova conſtitutione Senatus, facere: ſed omnia mœrens quidem & gemens; eo magis, quod filium frequentiorem prope cum illis, quam ſecum cernebat. Obedienter tamen adverſus Romanos faciebat, ne quam movendi extemplo belli cauſſam præberet: aver-

1 *Matrefamilias*] Barber. Naud. Voſſ. Andreas Romæ & Mediolani (ſed mox Tarviſii mutatum eſt) *matrefamiliæ*. Et certum eſt modo hoc, modo illud maluiſſe veteres. *J. F. Gron.*

1 *Den-*

avertendos etiam animos à ſuſpicione talium conſiliorum ratus, mediam in Thraciam, exercitum in Odryſas, & [1] Dantheletas, & Beſſos duxit. Philippopolin urbem fuga deſertam oppidanorum, qui in proxima montium juga cum familiis receperant ſeſe, cepit: campeſtreſque barbaros, depopulatus agros eorum, in deditionem accepit. relicto inde ad Philippopolin præſidio, quod haud multo poſt ab Odryſis expulſum eſt, [2] oppidum in Deuriopo condere inſtituit. Pæoniæ ea regio eſt prope Eri- 54
gonum fluvium, qui ex Illyrico per Pæoniam fluens, in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, vetere urbe, novam urbem Perſeida, ut is filio majori haberetur honos, appellari juſſit. Dum hæc in Macedonia geruntur, conſules in provincias profecti. Marcellus nuncium præmiſit ad L. Porcium proconſulem, ut ad novum Gallorum oppidum legiones admoveret. Advenienti conſuli Galli ſeſe dediderunt: duodecim millia armatorum erant. plerique arma ex agris rapta habebant. ea ægrè patientibus iis adempta, quæque alia aut populantes agros rapuerant, aut ſecum attulerant. de his rebus qui quererentur, legatos Romam miſerunt. Introducti in ſenatum à C. Valerio prætore expoſuerunt; *Se, ſuperante in Gallia multitudine, inopia coactos agri & egeſtate, ad quærendam ſedem Alpes tranſgreſſos. quæ inculta per ſolitudines viderent, ibi ſine ullius injuria conſediſſe. Oppidum quoque ædificare cœpiſſe: quod indicium eſſet, nec agro, nec urbi ulli vim allaturos veniſſe. Nuper M. Claudium ad ſe nuncium miſiſſe, bellum ſe cum iis, ni dederentur, geſturum. Se certam, etſi non ſpecioſam pacem, quam incerta belli præoptantes, dedidiſſe ſe prius in fidem, quam in poteſtatem populi Romani. Poſt paucos dies, juſſos*

& agro

1 *Dentheletas*] Strabo lib. 7 *Danthelitas*, & cæteri Græci vocant, Δανθηλήτας. *Sigonius.*

2 *Oppidum in Dertiopo*] *Deuriopo* legendum eſt ex Strabonis lib. 7. πρὸς δὲ τούτοις Λυγκισταί τε καὶ ἡ Δευρίοπος καὶ ἡ Τριπολῖτις Πελαγονία. Et paulo poſt ubi de Erigone quoque, ut Livius hic, fluvio loquitur: ὁ δ᾽ Ἐριγὼν πολλὰ δεξάμενος ῥεύματα ἐκ τῶν Ἰλλυρικῶν ὀρῶν καὶ Λυγκηστῶν καὶ Βρυγῶν, καὶ Δευριόπων, εἰς τὸν Ἄξιον ἐκδίδωσι. Item: ἐπὶ τῷ Ἐριγῶνι πᾶσαι αἱ τῶν Δευριόπων πόλεις ᾤκηντο. *Idem.*

& agro & urbe decedere, ſeſe tacitos abire quo terrarum poſſent, in animo habuiſſe. arma deinde ſibi & poſtremo omnia alia quæ ferrent agerentve adempta. [1] *Orare ſe ſenatum populumque Romanum, ne in ſe innoxios deditos acerbius quam in hoſtes ſævirent.* Huic orationi ſenatus ita reſponderi juſſit: [2] *Neque illos recte geſſiſſe, quum in Italiam venirent, oppidumque in alieno agro nullius Romani magiſtratus, qui ei provinciæ præeſſet, permiſſu ædificare conati ſint: neque ſenatui placere, deditos ſpoliari. Itaque ſe cum iis legatos ad conſules miſſuros: qui, ſi redeant, unde venerint, omnia iis ſua reddi jubeant: quique protinus eant trans Alpes, & denuncient Gallicis populis, multitudinem ſuam domi contineant.* [3] *Alpes prope inexſuperabilem finem in medio eſſe. non utique iis melius fore, quam qui eas primi pervias feciſſent.* Legati miſſi, L. Furius Purpureo, Q. Minucius, P. Manlius Acidinus. Galli redditis omnibus, quæ ſine cujuſquam injuria habebant, Italia exceſſerunt.

55 Legatis Romanis Tranſalpini populi benigne reſponderunt. ſeniores eorum nimiam lenitatem populi Romani caſtigarunt: *Quod eos homines, qui gentis injuſſu profecti occupare agrum imperii Romani, & in alieno ſolo ædificare oppidum conati ſunt, impunitos dimiſerint. Debuiſſe gravem temeritatis mercedem ſtatui. quod vero etiam ſua reddiderint, vereri ne tanta indulgentia plures ad talia audenda impellantur.* Et exceperunt & proſecuti cum donis legatos ſunt. M. Claudius

1 *Orare ſe pro S. P. Q. R.*] Lege, *Orare ſe ſenatum, populumque Rom.* Sigonius.

2 *Neque illos recte feciſſe, quum in Italiam venirent*] Neque Moguntinæ curatores recte feciſſe arbitror, quod immutavere lectionem veterem ſcriptorum & Andreanarum: *Neque illos recte geſſiſſe.* Diximus alibi *gerere* & *agere* ſæpe promiſcue poni. Lib. 40. *Sive cæſi ab Romanis forent Baſtarnæ, Dardanos tamen ſublatos,* &c. *ſolatio fore: ſive proſpere geſſiſſent, Romanis averſis,* &c. *J. F. Gron.*

3 *Alpes prope inexſup. fin. in med. eſſe, non utique iis melius fore, qui eas primi pervias fec.*] Loquitur de Gallis, qui proxime Alpibus ſuperatis in Italia deſcendiſſent. Sententia autem manca expleri videtur poſſe, una addita particula, *Quam*: ut ſit, *non utique iis melius fore, quam qui eas primi pervias feciſſent.* Oratio eſt terroris, & minarum plena, qua ſe Gallos eos, qui Alpes, quæ in medio ſunt, in poſterum tranſcenderint non aliter caſtigaturos eſſe, denunciant, quam aut Senones, aut Annibalem, qui primi eas pervias fecerunt, caſtigaverint. *Sigonius.*

Alpes prope inexſuperabilem finem] Voſſ. *inexſuperabiles.* J. F. Gron.

dius conſul, Gallis ex provincia exactis, Iſtricum bellum moliri cœpit: literis ad ſenatum miſſis, ut ſibi in Iſtriam traducere legiones liceret. Id ſenatui placuit. Illud agitabant, uti colonia Aquileia deduceretur. nec ſatis conſtabat, utrum Latinam, an civium Romanorum deduci placeret. poſtremo Latinam potius coloniam deducendam patres cenſuerunt. Triumviri creati ſunt, P. Scipio Naſica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodem anno Mutina & Parma coloniæ Romanorum civium ſunt deductæ. bina millia hominum in agro, qui proxime Boiorum, ante Tuſcorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt triumviri, M. Æmilius Lepidus, T. Æbutius Carus, L. Quintius Criſpinus. Et Saturnia colonia civium Romanorum in agrum Caletranum eſt deducta. deduxerunt triumviri, Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Ti. Sempronius Gracchus. jugera in ſingulos data decem. Eodem anno A. Te- 56
rentius proprætor haud procul flumine Ibero in agro Auſetano, & prœlia ſecunda cum Celtiberis fecit, & oppida, quæ ibi communierant, aliquot expugnavit. Ulterior Hiſpania eo anno in pace fuit: quia & P. Sempronius proprætor diutino morbo eſt implicitus, & nullo laceſſente, peropportune quieverunt Luſitani. Nec in Liguribus memorabile quicquam à Q. Fabio conſule geſtum. M. Marcellus ex Iſtria revocatus, exercitu dimiſſo Romam comitiorum cauſſa rediit. Creavit conſules, Cn. Bæbium Tamphilum, & L. Æmilium Paullum. cum M. Æmilio Lepido hic ædilis curulis fuerat: à quo conſule quintus annus erat; quum is ipſe Lepidus poſt duas repulſas conſul factus eſſet. Prætores inde facti, Q. Fulvius Flaccus, [1] M. Valerius Lævinus, P. Manlius iterum, M. Ogul-

1 *M. Valerius Levinus L. Manlius iterum*] Hic prætor fuit primum anno DLV. Quo loco dicitur *P. Manlius.* Glareanus autem inſcite hunc *L. Manlium Acidinum* eſſe putavit. Vet. lib. *P. Manlium* & hoc loco, & in ſequenti libro edunt. *Sigonius.*

M. Ogulnius Gallus, [1] L. Cæcilius Denter, C. Terentius Iſtra. Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum cauſſa; quod [2] ſanguine per biduum pluiſſe in area Concordiæ ſatis credebant: nunciatumque erat, haud procul Sicilia inſulam, quæ non ante fuerat, novam editam è mari eſſe. Annibalem hoc anno Antias Valerius deceſſiſſe auctor eſt: legatis ad eam rem ad Pruſiam miſſis, præter T. Quintium Flamininum (cujus in ea re celebre eſt nomen) L. Scipione Aſiatico, & P. Scipione Naſica.

1 *L. Cæcilius Dentrix*] Vet. lib. *Denter*. Cæciliorum etiam fuit cognomen *Denter* ex Livio & Capit. tabb. Livius libro 42. *M. Cæcilius Denter*. Sigonius.

2 *Sanguinem per bid. pluiſſe*] Vet. lib. *Sanguine*. Idem.

EPITOME

LIBRI XL.

QUum Philippus liberos eorum, quos in vinculis nobiliſſimorum hominum habebat, [1] conquiri ad mortem juſſiſſet, Theoxena, pro liberis ſuis & ſororis admodum pueris verita regis libidinem, prolatis in medium gladiis, & poculo, in quo erat venenum, ſuaſit iis, ut imminens ludibrium morte effugerent: & quum perſuaſiſſet, [2] ipſa ſe cum viro in mare præcipitavit. Certamina inter Philippi Macedoniæ regis liberos [3] Perſeum & Demetrium referuntur: & ut fraude fratris ſui Demetrius confictis criminibus, inter quæ accuſatione parricidii, & affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, veneno necatus eſt. regnumque Macedoniæ mortuo Philippo ad Perſeum devenit. Item, res in Liguribus & Hiſpania contra Celtiberos à compluribus feliciter geſtas continet.

1 *Conquiri ad mortem juſſiſſet*] Gud. min. *conquiri obſides juſſiſſet*. J. F. Gron.

2 *Ipſa etiam ſe interemit*] Membranaceus Barberin. *ſuaſit iis, ut imminens ludibrium morte effugerent. quod cum perſuaſiſſet, ipſa ſe cum viro in mare præcipitavit*. Idem.

3 *Perſeum & Demetrium referuntur*] Scripti *Perſen*, non hic modo, ſed & mox: *ad Perſen devenit*. Idem.

1 *L. Pe-*

net. Libri Numæ Pompilii in agro [1] *L. Petillii ſcribæ ſub Janiculo à cultoribus agri in arca lapidea clauſi, & Græci & Latini, inventi ſunt, in quibus plura, quæ diſſolvendarum religionum, prætor, ad quem delati erant, quum legiſſet, juravit Senatui, contra rempublicam eſſe, ut legerentur ſervarenturque. & ex Senatuſconſulto in comitio exuſti ſunt. Colonia Aquileia deducta eſt. Philippus ægritudine animi confectus, quod Demetrium filium* [2] *falſis alterius filii in eundem delationibus impulſus veneno ſuſtuliſſet, & de pœna Perſei cogitavit, voluitque Antigonum potius amicum ſuum ſucceſſorem regni ſui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus eſt.* [3] *regnum Perſeus excepit.*

PRincipio inſequentis anni conſules prætoreſque ſortiti provincias ſunt. conſulibus nulla, 1
præter Ligures, quæ decerneretur, erat. Juriſdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit. Hiſpaniarum Q. Fulvio Flacco citerior, [4] P. Manlio ulterior, [5] L. Cæcilio Dentri Sicilia, C. Terentio Iſtræ Sardinia. Conſules delectus habere juſſi. Q. Fabius ex Liguribus ſcripſerat, Apuanos ad rebellionem ſpectare: periculumque eſſe, ne impetum in agrum Piſanum facerent. Et ex Hiſpaniis, citeriorem in armis eſſe, & cum Celtiberis bellari ſciebant: in ulteriore, quia diu æger prætor eſſet, luxuria & otio ſolutam diſciplinam militarem eſſe. Ob ea novos exercitus conſcribi placuit: quatuor legiones in Ligures; uti ſingulæ quina millia & ducenos pedites, trecenos haberent equites: ſociorum iiſdem Latini nominis quindecim millia peditum addita, & octingenti equites. Hi duo conſulares exercitus eſſent. Scribere præterea juſſi ſeptem

1 *L. Petilii*] *L. Petillii*, ut ſupra. *Sigonius.*

2 *Falſis alterius filii*] Vet. lib. *Falſis Perſei alterius filii.* Idem.

3 *Regnum Perſeus accepit*] Vet. lib. *Excepit.* Idem.

4 *P. Manlio ulterior*] Hic eſt, qui extremo priore libro *L. Manlius* à Glareano ſine ratione dictus eſt. *Idem.*

5 *L. Cæcilio Dentrici*] *Dentri*, legendum, à recto caſu *Denter*, ut dixi. *Idem.*

ſeptem millia peditum ſociorum, ac Latini nominis, & ſexcentos equites, & mittere ad M. Marcellum in Galliam: cui ex conſulatu prorogatum imperium erat. In Hiſpaniam etiam utramque, quæ ducerentur, quatuor millia peditum, civium Romanorum, & ducenti equites, & ſociorum ſeptem millia peditum, cum trecentis equitibus, ſcribi juſſa. & Q. Fabio Labeoni cum exercitu, quem habebat in Liguribus, prorogatum in annum
2 imperium eſt. Ver procelloſum eo anno fuit. pridie Parilia medio ferme die atrox cum vento tempeſtas coorta, multis ſacris profaniſque locis ſtragem fecit: ſigna ænea in Capitolio dejecit: forem ex æde Lunæ, quæ in Aventino eſt, raptam tulit, & [1] in poſticis parietibus Cereris templi affixit: ſigna alia in circo maximo, cum columnis, quibus ſuperſtabant, evertit: faſtigia aliquot templorum à culminibus abrupta, fœde diſſipavit. Itaque in prodigium verſa ea tempeſtas, procurarique aruſpices juſſerunt. ſimul procuratum eſt, quod tripedem mulum Reate natum nunciatum erat: [2] & à Formiis ædem Apollinis Caietæ de cœlo tactam. ob ea prodigia viginti hoſtiis

1 *In poſticis parietibus Cereris templi adfixit*] Barber. & Naud. *poſticis partibus*. Petav. *in poſtibus poſticis partibus*. Mediam lectionem probo argumento illius lib. 23, 8. *Hortus erat poſticis ædium partibus*. Sic Put. & omnes Gallicani integre, ſatis fidi & locupletes hic auctores contra Andream & Pall. quorum inſtinctu Gruterus τὸ *partibus* ejecit. Varro lib. 1 de Vita populi Romani: *in poſtica parte erat culina, dicta ab eo, quod ibi colebant ignem*. Idem Ταφῇ Μενίππου: *perrexit in interiores partes domus poſticæ*. Valerius Maximus lib. 5 cap. 7. *Cum domo poſtica clam eſſet egreſſus*. Suetonius Othone: *proripuitque ſe poſtica parte palatii ad conſtitutum*. Quibus omnibus firmatur apud Tacitum tertio hiſtoriarum: *Vitellius capta urbe per averſam palatii partem Aventinum in domum uxoris ſellula defertur*. ubi deleta voce *partem* præivit intempeſtivam correctionem ἄριστος ἀρίστῳ Grutero Lipſius. Voſſianus: *Cereris poſteris partibus affixit*. J. F. Gron.

2 *Et à Formiis ædem Apoll. ac Caietæ de cœlo tact.*] *Ac*, vacat ex veteribus libris, & libro Obſequentis de prodigiis, quem librum ex ipſius Livii verbis contexuit. in eo ita eſt: *Ædes Apollinis Cajetæ de cœlo icta*. Sigonius.

Et à Formiis ædem Apollinis ac Cajetæ] Sigonio videtur τὸ *ac* vacare, partim quia non fuerit in vet. libro, partim quia Obſequens: *Ædes Apollinis Cajetæ de cœlo tacta*. Sed cur nuntiatum à Formiis, quod factum erat Cajetæ? immo maneat conjunctio: tollatur præpoſitio: *quod tripedem mulum Reate natum nuntiatum erat, & Formiis ædem Apollinis ac Cajetæ de cœlo tactam*. Utrobique, & Formiis & Cajetæ, ædes Apollinis tacta erat. *J. F. Gron.*

1 *Omnem*

hoſtiis majoribus ſacrificatum eſt, & diem unum ſupplicatio fuit. Per eoſdem dies ex literis A. Terentii proprætoris cognitum, P. Sempronium in ulteriore provincia, quum plus annum æger fuiſſet, mortuum eſſe. eo maturius in Hiſpaniam prætores juſſi proficiſci. Legationes tranſmarinæ deinde in ſenatum introductæ ſunt. Prima Eumenis & Pharnacis regum, & Rhodiorum, querentium de Sinopenſium clade. Philippi quoque legati, & Achæorum, & Lacedæmoniorum, ſub idem tempus venerunt: iis, prius Marcio audito, qui ad res Græciæ Macedoniæque viſendas miſſus erat, reſponſa data ſunt. Aſiæ regibus ac Rhodiis reſponſum eſt, legatos ad eas res viſendas miſſurum ſenatum. De Philippo auxerat 3
curam Marcius. nam ita feciſſe eum, quæ ſenatui placuiſſent, fatebatur, ut facile appareret, non diutius, quam neceſſe eſſet, facturum. neque obſcurum erat, rebellaturum, omniaque, quæ tunc ageret diceretque, eo ſpectare. Jam primum [1] omnem fere multitudinem civium ex maritimis civitatibus cum familiis ſuis in Emathiam, quæ nunc dicitur, quondam appellata Pæonia eſt, traduxit: Thracibuſque & aliis barbaris urbes tradidit habitandas: fidiora hæc genera hominum fore ratus in Romano bello. [2] Ingentem ea res fremitum tota Macedonia fecit, relinquenteſque penates ſuos cum conjugibus ac liberis pauci tacitum dolorem continebant: execrationeſque in agminibus proficiſcentium in regem, vincente odio metum, exaudiebantur. His ferox animus, omnes homines, omnia loca temporaque, ſuſpecta habebat. [3] Poſtremo negare propalam cœpit, ſatis tutum ſibi quic-
[illegible]
[illegible] quam

1 *Omnem fere multitudinem civium*] Sic ſcribe, non *equitum*, quod poſtremas editiones aliquot invaſit. *J. F. Gron.*

2 *Ingentem ea res fr. in tota Maced. fecit*] Vet. lib. non habent particulam, *In.* Sigonius.

3 *Poſtremo negare p. c. tutum ſibi quicq. - - - niſi liberos eor. &c. tolleret*] Hujus ſententiæ meminit Euripides in Andromacha: καὶ γὰρ ἄνοια μεγάλη λιπεῖν ἡμᾶς ἐχθρῶν, ἐξὸν κτείνειν καὶ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι. Et Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum: καὶ ὅτι τὸ ἀναιρεῖν τῶν ἐχθρῶν τὰ τέκνα, καὶ μηδὲν ἀδικοῦντα, Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλίποι. *Idem.*

1 Prin-

quam eſſe: niſi liberos eorum, quos interfeciſſet, comprehenſos in cuſtodia haberet. & tempore alium alio
4 tolleret. Eam crudelitatem fœdam per ſe, fœdiorem unius domus clades fecit. Herodicum principem Theſſalorum multis antè annis occiderat: generos quoque ejus poſtea interfecit. in viduitate relictæ filiæ, ſingulos filios parvos habentes. Theoxena & Archo nomina mulieribus erant. Theoxena multis petentibus aſpernata nuptias eſt. Archo Poridi cuidam longe [1] principi gentis Æneatum nupſit: & apud eum plures enixa partus, parvis admodum relictis omnibus deceſſit. Theoxena, ut in ſuis manibus liberi ſororis educarentur, Poridi nupſit: & tamquam omnes ipſa enixa foret, ſuum ſororiſque filios in eadem habebat cura. poſteaquam regis edictum de comprehendendis liberis eorum, qui interfecti eſſent, accepit; ludibrio futuros, non regis modo, ſed cuſtodum etiam libidini rata, ad rem atrocem animum adjecit, auſaque eſt dicere, ſe ſua manu potius omnes interfecturam, quam in poteſtatem Philippi venirent. Poris abominatus mentionem tam fœdi facinoris, Athenas deportaturum eos ad fidos hoſpites dixit, comitemque ipſum fugæ futurum eſſe. Proficiſcuntur ab Theſſalonica Æneam ad ſtatum ſacrificium, quod conditori Æneæ cum magna cærimonia quotannis faciunt. ibi die per ſolennes epulas conſumpto, navem præparatam à Poride, ſopitis omnibus, de tertia vigilia con-

1 *Principi gentis Ænianum*, & poſt: *Proficiſcuntur ab Theſſalonica Æniam.* &c.] Legendum eſt *Æneatum*, & *Æneam.* Urbs enim in Thracia ab *Ænea* condita hoc nomine eſt. De qua ait Stephanus: Αἴνεια, τόπος Θρᾴκης ἀπὸ Αἰνείου. Θέων. Αἰνιάδας ταύτην καλεῖ. Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν εἰς Θρᾴκην παραγενόμενος, καὶ ἔκτισε πόλιν Αἰνιάδας, ὅπου τὸν πατέρα ἔθαψε. τὸ ἐθνικὸν Αἰνειεύς. ἔστι καὶ Αἰνεάτης. Hinc Æneas apud Vergilium in 3 ait: *Æneadaſque meo nomen de nomine fingo.* Sigonius. *Ænianum* legendum libenter crediderim, non *Æneatum*, quod de urbe *Gentem* non dixiſſet; & gens Ænianum ſatis nota eſt. *Turnebus.*

Conſcendunt, [1] tamquam redituri in Theſſalonicam: ſed
trajicere in Eubœam erat propoſitum. cæterum in ad-
verſum ventum nequicquam eos tendentes prope ter-
ram lux oppreſſit: & regii, qui præerant cuſtodiæ por-
tus, lembum armatum ad pertrahendam eam navim mi-
ſerunt, cum gravi edicto, ne reverterentur ſine ea. Quum
jam appropinquabant, Poris quidem ad hortationem
remigum nautarumque intentus erat: interdum manus
ad cœlum tendens, opem ut Dii ferrent, orabat. ferox
interim fœmina ad multo antè præcogitatum revoluta
facinus, venenum diluit, ferrumque promit: & poſito in
conſpectu poculo, ſtrictiſque gladiis, *Mors*, inquit, *una
vindicta eſt. Viæ ad mortem hæ ſunt: qua quemque animus fert,
effugite ſuperbiam regiam. Agite juvenes mei, primum, qui
majores eſtis, capite ferrum: aut haurite poculum, ſi ſegnior mors
juvat.* Et hoſtes aderant, & auctor mortis inſtabat. Alii
alio leto abſumpti ſemianimes è nave præcipitantur. ipſa
deinde virum comitem mortis complexa in mare ſeſe
dejecit. nave vacua dominis regii potiti ſunt. Hujus 5
atrocitas facinoris novam velut flammam regis invidiæ
adjecit, ut vulgo ipſum liberoſque ejus execrarentur.
quæ diræ brevi ab omnibus Diis exauditæ, ut ſæviret
ipſe in ſuum ſanguinem, effecerunt. Perſeus enim, quum
indies magis cerneret favorem dignitatemque Demetrii
fratris apud Macedonum multitudinem creſcere, & gra-
tiam apud Romanos; ſibi ſpem nullam regni ſupereſſe,
niſi in ſcelere ratus, ad id unum omnes cogitationes in-
tendit. cæterum quum ſe ne ad id quidem, quod muliebri
cogitabat animo, ſatis per ſe validum crederet; ſingulos
amicorum patris tentare ſermonibus perplexis inſtitit.
& primò quidam ex his, aſpernantium tale quicquam
ſpeciem præbuerunt, quia plus in Demetrio ſpei pone-
bant. deinde creſcente indies Philippi odio in Romanos,
cui Perſeus indulgeret, Demetrius ſumma ope adverſa-
retur:

1 *Tanquam redituri in Theſſalonicam*] Dele præpoſitionem. *J. F. Gron.*

1 Ex

retur; proſpicientes animo exitum incauti à fraude fraterna juvenis, adjuvandum quod futurum erat rati, fovendamque ſpem potentioris, Perſeo ſe adjungunt: cætera in ſuum quæque tempus agenda differunt. in præſentia placet, omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad conſilia belli, ad quæ jam ſua ſponte animum inclinaſſet. Simul, ut Demetrius indies ſuſpectior eſſet, [1] ex compoſito ſermones ad ſpretionem Romanorum trahebant. ibi quum alii mores & inſtituta eorum, alii res geſtas, alii ſpeciem ipſius urbis nondum exornatæ, neque publicis, neque privatis locis, alii ſingulos principum eluderent; juvenis incautus & amore nominis Romani, & certamine adverſus fratrem, omnia tuendo ſuſpectum ſe patri, & opportunum criminibus faciebat. Itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis conſiliorum habebat: totus in Perſea verſus, cum eo cogitationes ejus rei dies ac noctes agitabat. Redierant, quos forte miſerat in Baſtarnas ad arceſſenda auxilia, adduxeruntque inde nobiles juvenes, & regii quoſdam generis. quorum unus ſororem ſuam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: erexeratque conſociatio gentis ejus animum regis. Tum Perſeus: *Quid iſta proſunt?* inquit,

1 *Ex compoſito ſerm. ad ſpem Rom. trahebant*] *Spem*, habent etiam Vet. lib. pro qua voce malim *ſpeciem*, ut ſit, ex compoſito quidam de dignitate Romanorum ſermonem inferebant, ut alii redarguendi ejus ſermonis gratia, præſente Demetrio eos eluderent, atque ut à Demetrio defenſionem Romanorum qua ſuſpectior fieret, elicerent. Vox certe, *ſpem*, Glareano non probatur. *Sigonius.*

Ad ſpem Romanorum] Ita eſſe in Mſſ. ait Sigonius; ſi ita habent, Spem intelligit, quam Demetrius conceperat de Romanis: neque ſtare poteſt conjectaneum ejus *ſpeciem*, quum repugnet narrationi. Sed ed. Ven. habet *ad ſpretionem*, quod non ſpreverim, ſi etiam eſſet in Mſſ. ii enim contemnebant Romana, ut elicerent defenſionem eorum à Demetrio. *Gruterus.*

Ex compoſito ſermones ad ſpem Romanorum trahebant] An *ſpem Romanorum* quam Demetrius habebat poſitam in Romanis? Immo merito Glareanus, qui τὸ *ſpem* hic repoſuerint Moguntinæ editionis curatores, eo compoſitionem feciſſe, quam nemo intelligat. Sigonius *ſpeciem*, ut ſit, eos de dignitate Romanorum ſermonem intuliſſe. Nihilo melius. Aut reſtituenda vetus lectio: *ad ſpretionem*, ſi poteſt hæc vox tolerari: aut ex ea faciendum *contemptionem* vel *mentionem.* J. F. Gron.

1 *Quai-*

quit. *nequaquam tantum in externis auxiliis eſt præſidii,* [1] *quantum periculi fraude domeſtica. Proditorem nolo dicere, certe ſpeculatorem habemus in ſinu: cujus, ex quo obſes Romæ fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipſi habent. Omnium penè Macedonum in eum ora converſa ſunt:* [2] *nec regem ſe alium rentur habituros eſſe, quam quem Romani dediſſent.* His per ſe ægra mens ſenis ſtimulabatur. & animo magis quam vultu, ea crimina accipiebat. [3] Forte luſtrandi exercitus 6
venit tempus, cujus ſolenne eſt tale: Caput mediæ canis præciſæ, & prior pars ad dexteram cum extis, poſterior ad lævam viæ ponitur. inter hanc diviſam hoſtiam copiæ armatæ traducuntur. præferuntur primo agmini arma inſignia omnium ab ultima origine Macedoniæ regum: deinde rex ipſe cum liberis ſequitur. proxima eſt regia cohors cuſtodeſque corporis: poſtremum agmen Macedonum cætera multitudo claudit. latera regis duo filii juvenes cingebant; Perſeus jam triceſimum annum agens, Demetrius quinquennio minor. medio juventæ robore ille, hic flore; fortunati patris matura ſoboles, ſi mens ſana fuiſſet. Mos erat, luſtrationis ſacro peracto exercitum decurrere, & diviſas bifariam duas acies concurrere ad ſimulacrum pugnæ. Regii juvenes duces ei ludicro certamini dati. cæterum non imago fuit pugnæ, ſed

1 *Quantum periculi fraude domeſtica*] Videtur excidiſſe præpoſitio *in* vel *à*. J. F. Gron.

2 *Nec regem ſe alium habituros ajunt, quam*] Hoc Gelenii eſt, cui tamen nos non facimus ſecundas, ſed tenemus prius editum: *nec regem ſe alium rentur habituros eſſe, quam quem Romani dediſſent.* Idem verbum bis alibi Livio reſtituimus, & eſt ex illis, quæ amavit auctor. Neque ignoro, quod libro præcedenti: *Ad hoc Romanos Demetrium in paterno ſolio locaturos, Perſei nullam apud eos gratiam eſſe. Hæc vulgo loquebantur.* Nimirum ſermones hujuſmodi indicio erant, quid ſentirent. *Dediſſent* invidioſe, quaſi vel ipſo Philippo amoto, id jam facturi fuiſſent, ſi arbitrii eorum res eſſent. *Idem.*

3 *Forte luſtrandi exercitus*] Ξανθικὰ Macedones celebrabant; eratque militum luſtratio. Heſychius: Ξανθικά, ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς η' ἀγομένη. ἔστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. Nempe ad diem VIII Xanthici celebrari id feſtum ſolitum ſcripſit. Eam luſtrationem militum hic deſcribit Livius. Curtius lib. 10. *Macedonum reges ita luſtrare ſoliti erant milites, ut diſciſſæ canis viſcera ultimo in campo, in quem deducerentur, ab utraque abjicerentur parte.* Meurſ. Græc. Fer. lib. 5. *Idem.*

ſed tamquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt:
[1] multaque vulnera ſudibus facta, nec præter ferrum
quicquam defuit ad juſtam belli ſpeciem. Pars ea, quæ
ſub Demetrio erat, longe ſuperior fuit. id ægre patiente
Perſeo, lætari prudentes amici ejus, eamque rem ipſam
7 dicere præbituram cauſſam criminandi juvenis. Convi-
vium eo die ſodalium, qui ſimul decurrerant, uterque
habuit: quum vocatus ad cœnam ab Demetrio Perſeus
negaſſet, feſto die invitatio benigna, & hilaritas juveni-
lis utroſque in vinum traxit. Commemoratio ibi certa-
minis ludicri, & jocoſa dicta in adverſarios, ita ut ne ipſis
quidem ducibus abſtineretur, jactabantur. [2] ad has exci-
piendas voces ſpeculator ex convivis Perſei miſſus,
quum incautior obverſaretur, exceptus à juvenibus fortè
triclinio egreſſis, male mulcatur. Hujus rei ignarus De-
metrius, *Quin comiſſatum*, inquit, *ad fratrem imus? & iram
ejus, ſi qua ex certamine reſidet, ſimplicitate & hilaritate noſtra
lenimus?* Omnes ſe ire conclamarunt, præter eos, qui
ſpeculatoris ab ſe pulſati præſentem ultionem metue-
bant. quum eos quoque Demetrius traheret; ferrum
veſte abdiderunt, quo ſe tutari, ſi qua vis fieret, poſſent.
Nihil occulti eſſe in inteſtina diſcordia poteſt. utraque
domus ſpeculatorum & proditorum plena erat. [3] Præcu-

currit

1 *Multaque vulnera ſudibus facta*] Forſan & hic *rudibus*, & cap. 9, ut lib. 26. *J. F. Gron.*

2 *Ad has accipiendas voces ſpeculator ex convivis Perſei miſſus*] Sic recentiorem fecit aliquis; in Modiana certe jam apparet: ſed vetuſtæ omnes, ut conjeceram olim: *ad has excipiendas voces.* Sic dicuntur, quæ in hoc accipiuntur, ut ſerventur, ut earum aut in honorem aut injuriam dicentis recordere. Tacitus in vita Agricolæ: *auget mæſtitiam, quod adſidere valetudini, fovere deficientem, ſatiari vultu, complexu non contigit: excepiſſemus certe mandata voceſque, quas penitus animo figeremus.* Idem lib. 6 annalium, ubi narravit Tiberium in Druſum Germanici filium etiam defunctum ſævum recitari dictorum factorumque ejus deſcripta per dies juſſiſſe: *quo non aliud atrocius viſum, adſtitiſſe tot per annos, qui vultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent.* Sed & proprium verbum eſt inſidiarum. Lib. 9. *Si qua licentia populando effuſus exercitus excipi ac circumveniri poſſet.* Lib. 27. *Si quos vagos pabuli aut lignorum cauſſa longius à caſtris progreſſos poſſent excipere.* Lib. 33. *Alios vagos per hiberna milites ad varios commeantes uſus excipiebant.* Mox ſcribes: *male mulcatur.* Idem.

3 *Præcucurrit index*] Sic editio Moguntina, non *præcurrit.* Jac. Gron.

1 *Cui*

currit index ad Perſea; ferro ſuccinctos nuncians cum
Demetrio quatuor adoleſcentes venire. etſi cauſſa appa-
rebat, (nam ab iis pulſatum convivam ſuum audierat)
tamen infamandæ rei cauſſa januam obſerari jubet: &
ex parte ſuperiore ædium, verſiſque in viam feneſtris,
comiſſatores, tamquam ad cædem ſuam venientes, aditu
januæ arcet. Demetrius per vinum, quod excluderetur,
pauliſper vociferatus, in convivium redit, totius rei
ignarus. Poſtero die Perſeus, quum primum convenien- 8
di poteſtas patris fuit, regiam ingreſſus perturbato vultu
in conſpectu patris tacitus procul conſtitit. [1] cui cum
pater, Satin' ſalvæ? & quænam ea mœſtitia eſſet? inter-
rogaret eum: [2] *De lucro tibi*, inquit, *vivere me ſcito. jam non
occultis à fratre petimur inſidiis. Nocte cum armatis domum ad
interficiendum me venit: clauſiſque foribus, parietum præſidio
me à furore ejus ſum tutatus.* Quum pavorem miſtum ad-
miratione patri injeciſſet: *Atqui ſi aures præbere potes*, in-
quit, *manifeſtam rem teneas*, *faciam.* Enimvero ſe Philip-
pus dicere auditurum, vocarique extemplo Demetrium
juſſit:

1 *Cui pater, ſatin' ſalvæ? & quænam ea mœſtitia*] Editiones ante Gruterum: *cui quum pater.* Ubi particula neceſſaria eſt, ſupervacuum pronomen. Deinde veteres edd. *de ludicro tibi, inquit.* Sigonius præclare, *de lucro:* ſed quod pro *tibi* reponit *pater*, id neque confirmant libri noſtri ullo veſtigio, & τὸ *tibi*, ut ſæpe apud optimos ſcriptores, eleganter παρέλκει. Naudæanus hic omnium integerrimus: *interrogaret, de lucro tibi, inquit*: ejecto etiam pronomine *eum*, & meo judicio recte. Veram ſcripturam puta: *perturbato vultu in conſpectu patris tacitus procul conſtitit. Cum pater, ſatin' ſalvæ? &, quænam ea mœſtitia eſſet? interrogaret: de lucro tibi, inquit, vivere me ſcito.* J. F. Gron.

2 *De ludicro tibi, inquit, vivere me ſcio*] Obſcura ſententia, &, ut puto, vitiata. Interrogaverat Perſeum pater, cum eum perturbato vultu tacitum procul conſpexiſſet, *ſatin' ſalvæ*, & *quænam ea mœſtitia eſſet.* Reſpondet filius. *De ludicro tibi vivere me ſcito, jam non occultis petimur inſidiis.* Hoc autem quid ſit, vix intelligi poteſt. In veteribus libris nihil varietatis eſt, niſi quod legitur, *De ludrico ter inquit.* Ex quo ſuſpicor eſſe legendum: *De lucro pater, inquit, vivere me ſcito.* Eſt autem, *de lucro vivere*, vitam ipſam in lucro ponere, quod ii facere ſolent, qui ſummo è periculo evaſerunt, ex quo ſervatum ſe eſſe Perſeus patri narraturus eſt. Sic loquitur Cicero ad Papirium: *De lucro prope jam quadriennium vivimus, ſi aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita ſuperſtitem reip. vivere.* Et Horat. Carminum primo: *Quid ſit futurum cras, fuge quærere; &, Quem ſors dierum cumque dabit lucro Appone:* aptiſſima ergo ſententia hæc eſt: quæ expoſitioni factarum ſibi inſidiarum præponitur, cum ſe lucrum ait putare, quod vivat. *Sigonius.*

juſſit : & ſeniores duos amicos, expertes inter fratres certaminum, infrequentes jam in regia, Lyſimachum & Onomaſtum arceſſit, quos in conſilio haberet. Dum veniunt amici, ſolus, filio procul ſtante, multa ſecum animo volutans inambulavit. poſteaquam veniſſe eos nunciatum eſt, ſeceſſit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem cuſtodibus corporis: filiis, ut ternos inermes ſecum introducerent, permiſit. Ibi quum conſediſſet: *Sedeo*, inquit, *miſerrimus pater judex inter duos filios, accuſatorem parricidii, & reum; aut conficti, aut admiſſi criminis labem apud meos inventurus. Jampridem quidem hanc procellam imminentem timebam, quum vultus inter vos minime fraternos cernerem, quum voces quaſdam exaudirem. ſed interdum ſpes animum ſubibat, deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe. etiam hoſtes armis poſitis fœdus iciſſe, & privatas multorum ſimultates finitas. ſubituram vobis aliquando germanitatis memoriam. puerilis quondam ſimplicitatis conſuetudiniſque inter vos, meorum denique præceptorum: quæ vereor, ne vana ſurdis auribus cecinerim. Quoties ego, audientibus vobis, deteſtatus exempla diſcordiarum fraternarum, horrendos*[1] *eventus eorum retuli, quibus ſe ſtirpemque ſuam, domos, regna, funditus evertiſſent? Meliora quoque exempla parte altera poſui;* [2] *ſociabilem conſortionem inter binos Lacedæmoniorum reges, ſalutarem per multa ſecula ipſis patriæque. Eandem civitatem, poſteaquam mos ſibi cuique rapiendi tyrannidem exortus ſit, everſam. Jam hos Eumenem Attalumque fratres, à quam exiguis rebus, prope ut puderet regii nominis, mihi, Antiocho, & cuilibet regum hujus ætatis, nulla re magis, quam fraterna unanimitate regnum æquaſſe.* Ne Romanis *quidem exemplis abſtinui,*

quæ

1 *Eventus eorum retuli, quibus ſe*] Legendum puto: *qui ſe*, &c. nam ſi nil hic mutandum, legerem *earum*. Tan. Faber.

2 *Sociabilem conſortionem inter binos Laced. reg.*] Rara vox *conſortio*, ſed apta tamen. Loquitur autem de iis qui ab Ariſtodemi gemellis geniti, per multa deinceps tempora Rempub. Lacedæmoniorum concordi rexere imperio. Ariſtodemus enim quintus ab Hercule, Proclen ac Euryſthenem genuit gemellos, à quibus deinde regum Spartanorum duplex deſcendit genus. Vide Herodot. lib. 6 ac Pauſan. lib. 3. *Glarean.*

1 Vo-

quæ aut viſa, aut audita habebam: T. & L. Quintiorum, qui bellum mecum geſſerunt, P. & L. Scipionum, qui Antiochum devicerunt: patris patruique eorum, quorum perpetuam vitæ concordiam mors quoque miſcuit. Neque vos illorum ſcelus, ſimiliſque ſceleri eventus deterrere à vecordi diſcordia potuit: neque horum bona mens, bona fortuna, ad ſanitatem flectere. Vivo & ſpirante me hæreditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improba creviſtis. Eouſque me vivere vultis, donec alterius veſtrûm ſuperſtes, haud ambiguum regem alterum mea morte faciam. Nec fratrem, nec patrem poteſtis pati. nihil cari, nihil ſancti eſt: in omnium vicem regni unius inſatiabilis amor ſucceſſit. Agite! conſcelerate aures paternas: decernite criminibus, mox ferro decreturi: dicite palam, quicquid aut veri poteſtis, aut comminiſci libet. Reſeratæ aures ſunt, quæ poſthac ſecretis alterius ab altero criminibus claudentur. Hæc furens ira quum dixiſſet, lacrimæ omnibus obortæ, & diu mœſtum ſilentium tenuit. Tum Perſeus: *Aperienda nimirum nocte janua fuit, &* 9
armati comiſſatores accipiendi, præbendumque ferro jugulum, quando non creditur, niſi perpetratum facinus: & eadem petitus inſidiis audio, quæ latro atque inſidiator. Non nequicquam iſti unum Demetrium filium te habere, me ſubditum & pellice genitum appellant. nam ſi gradum, ſi caritatem filii apud te haberem, non in me querentem deprehenſas inſidias, ſed in eum, qui feciſſet, ſævires: nec adeo tibi vilis vita eſſet noſtra, ut nec præterito periculo meo movereris, neque futuro, ſi inſidiantibus ſit impune. Itaque ſi mori tacitum oportet, taceamus, precati tantum Deos, ut à me cœptum ſcelus in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris. Sin autem, quod circumventis in ſolitudine natura ipſa ſubjicit, ut hominum, quos numquam viderint, fidem tamen implorent; mihi quoque ferrum in me ſtrictum cernenti [1] *vocem mit-*

1 *Vocem mittere liceat. Per te*] Videtur ſcribendum: *Itaque ſi mori tacitum oportet, taceamus, precati tantum deos, ut à me cœptum ſcelus in me finem habeat: nec per meum latus tu petaris: ſin autem, (quod circumventis in ſolitudine natura ipſa ſubjicit, ut hominum, quos nunquam viderint, fidem tamen implorent) mihi quoque ferrum in me ſtrictum cernenti vocem mittere licet; per te patrium nomen, quod utri noſtrum ſanctius ſit, jampridem ſentis, ita me audias, precor,* &c. Vel, *per ego te patrium nomen.* J. F. Gron.

1 *Huc*

mittere liceat. Per te patriumque nomen, quod utri noſtrûm ſanctius ſit, jampridem ſentis, ita me audias, precor; tamquam ſi voce & comploratione nocturna excitus mihi quiritanti interveniſſes, Demetrium cum armatis nocte intempeſta in veſtibulo meo deprehendiſſes. quod tum vociferarer in re præſenti pavidus, hoc nunc poſtero die queror. Frater, non comiſſantium invicem jamdiu vivimus inter nos: regnare utique vis: huic ſpei tuæ obſtat ætas mea, obſtat gentium jus, obſtat vetuſtus Macedoniæ mos, obſtat verò etiam patris judicium. [1] *Huc tranſcendere, niſi per meum ſanguinem, non potes. omnia moliris & tentas. adhuc ſeu cura mea, ſeu fortuna, reſtitit parricidio tuo. Heſterna die in luſtratione, & decurſu, & ſimulacro ludicro pugnæ, funeſtum prope prœlium feciſti: nec me aliud à morte vindicavit, quam quod me ac meos vinci paſſus ſum. Ab hoſtili prœlio, tamquam fraterno luſu, pertrahere me ad cœnam voluiſti. Credis me, pater, inter inermes convivas cœnaturum fuiſſe, ad quem armati comiſſatum venerunt? credis nihil à gladiis* [2] *nocte periculum fuiſſe, quem ſudibus te inſpectante prope occiderunt? Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro ſuccinctis juvenibus venis? Convivam me tibi committere auſus non ſum, comiſſatorem te cum armatis venientem recipiam? Si aperta janua fuiſſet, funus meum parares hoc tempore, pater, quo querentem audis. Nihil ego, tamquam accuſator criminoſe, nec dubia argumentis colligendo ago.* [3] *Quid enim? negat ſe cum multitudine veniſſe ad januam meam? an ferro ſuccinctos ſecum fuiſſe? Quos nominavero, arceſſe. poſſunt quidem omnia audere, qui hoc auſi ſunt, non tamen audebunt negare. Si deprehenſos intra limen*

1 *Huc tranſſcendere*] Lege: *Hac tranſſcendere.* Ut infra: *qui tranſſcendere feſtinat ordinem ætatis, naturæ, moris Macedonum, juris gentium.* J. F. Gron.

2 *Nocte periculum fuiſſe*] Lege: *nihil à gladiis nocte periculi fuiſſe.* J.F.Gron. Apparet unam vocem coaluiſſe, quum ſcriptum primo eſſet *periculi mi fuiſſe*, pro *periculi mihi f.* quomodo legendum puto, ut ſic nulla lineola pereat. *Jac. Gron.*

3 *Quid enim? negat ſe cum multitudine veniſſe*] Diſtinctione & una litera mutata animandam orationem exiſtimo? *Nihil ego tanquam accuſator criminoſe, nec dubia argumentis colligendo ago. Quid enim neget? ſe cum multitudine veniſſe ad januam meam? an ferro ſuccinctos ſecum fuiſſe?* J. F. Gron.

1 *Pro*

limen meum cùm ferro ad te deducerem, [1] *pro manifeſto haberes; fatentes pro deprehenſis habe.* Execrare nunc cupiditatem regni, *& furias fraternas concita! ſed ne ſint cæcæ, pater, execrationes tuæ, diſcerne & diſpice inſidiatorem &* [2] *petitum inſidiis.* ***** *noxium huic eſſe caput. Qui occiſurus fratrem fuit, habeat etiam iratos paternos Deos: qui periturus fraterno ſcelere fuit, perfugium in patris miſericordia & juſtitia habeat. Quo enim alio confugiam, cui non ſolenne luſtrale exercitus tui, non decurſus militum, non domus, non epulæ, non nox ad quietem data naturæ beneficio mortalibus, tuta eſt? Si iero ad fratrem invitatus, moriendum eſt: ſi recepero intra januam comiſſatum fratrem, moriendum eſt. nec eundo, nec manendo inſidias evito. quo me conferam? Nihil præter Deos, pater, & te colui. non Romanos habeo, ad quos confugiam. periſſe expetunt, quia tuis injuriis doleo, qui tibi ademptas tot urbes, tot gentes, modo Thraciæ maritimam oram, indignor. nec me, nec te incolumi, Macedoniam ſuam futuram ſperant. Si me ſcelus fratris, te ſenectus, abſumpſerit, aut ne ea quidem exſpectata fuerit; regem regnumque Macedoniæ ſua futura ſciunt. Si quid extra Macedoniam tibi Romani reliquiſſent, mihi quoque id relictum crederem receptaculum. At in Macedonibus ſatis præſidii eſt. Vidiſti heſterno die impetum in me militum. Quid illis defuit, niſi ferrum? quod illis defuit interdiu, convivæ fratris noctu aſſumpſerunt. Quid de magna parte principum loquar, qui in Romanis ſpem omnem dignitatis & fortunæ poſuerunt, & in eo, qui omnia apud Romanos poteſt? neque hercule iſtum mihi tantum fratri majori, ſed prope eſt, ut tibi quoque ipſi regi & patri præferant. Iſte enim eſt, cujus beneficio pœnam tibi ſenatus remiſit, qui nunc te ab*

1 *Pro manifeſto haberes*] Poteſt intelligi *hoc* quod præceſſit. Fere tamen malim: *pro manifeſtu haberes.* Tacitus 11 ann. *& cæteri, qui non judicium (quippe in manifeſtos) ſed pœnam ſtatui videbant.* J. F. Gron.

2 *Petitum inſidiis ** noxium huic eſſe caput*] Rubenius: *& petitum inſidiis: noxium inceſſe caput.* Suetonius Claudio: *populus & militem quaſi proditorem & ſenatum quaſi parricidam diris exſecrationibus inceſſere non ante deſtiterit.* Schelius: *in noxium exſecrare caput.* Idem.

* *Noxium huic eſſe caput*] Aut hæc verba vacant, aut aliquid deſideratur, quemadmodum cenſet Glareanus. Locum non mutavi, aſteriſco tantum ſignavi. *Sigonius.*

Noxium huic eſſe caput] Sententia erit integra, ſi *eſto* ſcribatur. *Gruterus.*

 1 T. *Quin-*

ab armis Romanis protegit, qui tuam ſenectutem obligatam & obnoxiam adoleſcentiæ ſuæ eſſe æquum cenſet. Pro iſto Romani ſtant, pro iſto omnes urbes tuo imperio liberatæ, pro iſto Macedones, qui pace Romana gaudent. mihi præter te, pater, quid uſ-
11 *quam aut ſpei, aut præſidii eſt? Quo ſpectare illas literas ad te nunc miſſas T. Quintii credis, quibus & bene te conſuluiſſe rebus tuis ait, quod Demetrium Romam miſeris, & hortatur, ut iterum & cum pluribus legatis, & primoribus quoque Macedonum, remittas eum?* [1] *T. Quintius nunc eſt auctor omnium rerum iſti, & magiſter. Eum ſibi, te abdicato patre, in locum tuum ſubſtituit. illic ante omnia clandeſtina concocta ſunt conſilia. Quæruntur adjutores conſiliis, quum te plures, & principes Macedonum cum iſto mittere jubet. qui hinc integri & ſinceri Romam eunt, Philippum regem ſe habere credentes, imbuti illinc & infecti Romanis delinimentis redeunt. Demetrius iis unus omnia eſt, eum jam regem vivo patre appellant. Hæc ſi indignor, audiendum eſt ſtatim, non ab aliis ſolum, ſed etiam à te, pater, cupiditatis regni crimen. Ego vero, ſi in medio ponitur, non agnoſco. quem enim ſuo loco moveo, ut ipſe in ejus locum ſuccedam? Unus ante me pater eſt: &, ut diu ſit, Deos rogo.* [2] *Superſtes (& ita ſim, ſi merebor, ut ipſe me eſſe velit) hæreditatem regni, ſi pater tradet, accipiam. Cupit regnum, & quidem ſcelerate cupit, qui tranſcendere feſtinat ordinem ætatis, naturæ, moris Macedonum, juris gentium. Obſtat frater major, ad quem jure, voluntate etiam patris, regnum pertinet. Tollatur: non primus regnum fraterna cæde petiero. Pater ſenex, & filio ſolus orbatus, de ſe magis timebit,* [3] *quam ut filii necem ulciſcatur. Romani lætabun-*

1 *T. Quintius nunc eſt auctor omnium rerum iſti & mag.*] Editio prima habet. *auctor omnium rerum iſtic & mag.* MS. Thuan. *auctor omnium rerum iſte & mag.* Libens legerim: *T. Quintius nunc eſt auctor omnium rerum; iſte eſt Magiſter: eum,* &c. Jac. Gron.

2 *Superſtes ei ita ſim, ſi merebor*] Scopæ diſſolutæ. Lege: *Unus ante me pater eſt, & ut diu ſit, deos rogo. Superſtes (& ita ſim, ſi merebor, ut ipſe me eſſe velit) hæreditatem regni, ſi pater tradet, accipiam.* Hæc Barberini, Petaviani, Naudæani duumque Florentinorum ſcriptura eſt: diſtinctionem nos addidimus. Et ſane ſi vel mera conjectura eſſet, ſatis ſe probaret intelligentibus. *J. F. Gron.*

3 *Quam ut filii necem ulciſcatur*] Sic Gelenius ex ſcripto. Qui levi conjectura adjuvandus, ut legatur: *Pater ſenex, & filio ſolus orbatus, de ſe magis timebit, quam filii necem ulciſcetur.* Idem.

buntur, probabunt, defendent factum. Hæ ſpes incertæ, pater, ſed non inanes ſunt. Ita enim res ſe habet: periculum vitæ propellere à me potes, puniendo eos, qui ad me interficiendum ferrum ſumpſerunt: ſi facinori eorum ſucceſſerit, mortem meam idem tu perſequi non poteris. Poſteaquam dicendi finem 12
Perſeus fecit, conjecti eorum, qui aderant, oculi in Demetrium ſunt, velut confeſtim reſponſurus eſſet. deinde diu ſilentium fuit. Quum perfuſum fletu, appareret omnibus loqui non poſſe; tandem vicit dolorem ipſa neceſſitas, [1] quum dicere juberent. atque ita orſus eſt: *Omnia, quæ reorum antea fuerant auxilia, pater, præoccupavit accuſator. Simulatis lacrimis in alterius perniciem, veras meas lacrimas ſuſpectas tibi fecit. quum ipſe, ex quo ab Roma redii, per occulta cum ſuis colloquia dies noctesque* [2] *inſidietur ultro mihi; non inſidiatoris modo, ſed latronis manifeſti & percuſſoris ſpeciem induit. Periculo ſuo te exterret, ut innoxio fratri per eundem te maturet perniciem. perfugium ſibi nuſquam gentium eſſe ait, ut ego ne apud te quidem quicquam ſpei reliquæ habeam. Circumventum, ſolum, inopem, invidia gratiæ externæ, quæ obeſt potius, quam prodeſt, onerat. Jam illud quam accuſatoriè, quod noctis hujus crimen miſcuit cum cætera inſectatione vitæ meæ? ut & hoc, quod jam, quale ſit ſcies, ſuſpectum alio vitæ noſtræ tenore faceret: & illam vanam criminationem ſpei, voluntatis, conſiliorum meorum, nocturno hoc ficto & compoſito argumento fulciret. Simul & illud quæſivit, ut repentina & minime præparata accuſatio videretur: quippe ex noctis hujus metu & tumultu repentino exorta. Oportuit autem, Perſeu, ſi proditor ego patris regnique eram, ſi cum Romanis, ſi cum aliis inimicis*

1 *Quum dicere juberent*] Aut diſtinctio mutanda, ut ſit: *Quum dicere juberent, atque ita orſus eſt:* & τὸ *Atque* accipiendum ut lib. 26, 39. aut ſcribendum: *Tandem vicit dolorem ipſa neceſſitas, quæ dicere juberet.* J. F. Gron. Hæc ſatis alioquin accommodata. Cæterum nemo illic juſſit, niſi pater, ut fatetur infra ipſe Demetrius cap. 15. *Te iratum & jubentem dicere cauſam audivi.* ut parum placeat τὸ *juberent*; neque etiam aliam mutationem facile patiar, quum diſerte liber Thuan. habeat, *neceſſitas, quum dicere juberetur.* Quod ſatis ſincerum. *Jac. Gron.*

2 *Inſidietur ultro mihi, non inſidiatoris*] Diſtinguo: *Quum ipſe, &c. inſidietur ultro, mihi non inſidiatoris mod'o, ſed latronis manifeſti & percuſſoris ſpeciem induit.* J. F. Gron.

*cis patris inieram conſilia, non exſpectatam fabulam noctis hujus
eſſe,* [1] *ſed proditionis meæ ante me accuſatum; ſi illa ſeparata ab
hac vana accuſatio erat, invidiamque tuam adverſus me magis,
quam crimen meum indicatura,* [2] *hodie quoque eam aut præter-
mitti, aut in aliud tempus differri: ut perſpiceretur, utrum ego
tibi, an tu mihi, novo quidem & ſingulari genere odii, inſidias
feciſſes. Ego tamen, quantum in hac ſubita perturbatione potero,
ſeparabo ea quæ tu confudiſti: & noctis hujus inſidias aut tuas
aut meas detegam. Occidendi ſui conſilium me iniſſe, videri
vult: ut ſcilicet, majore fratre ſublato, cujus jure gentium, more
Macedonum, tuo etiam, ut ait, judicio regnum eſt futurum; ego
minor, in ejus, quem occidiſſem, ſuccederem locum. Quid ergo
illa ſibi vult pars altera orationis, qua Romanos à me cultos ait,
atque eorum fiducia in ſpem regni me veniſſe? nam ſi & in Ro-
manis tantum momenti eſſe credebam, ut, quem vellent, impo-
nerent Macedoniæ regem, & meæ tantum apud eos gratiæ confi-
debam; quid opus parricidio fuit? An ut cruentum fraterna cæde
diadema gererem? ut illis ipſis, apud quos aut vera aut certe ſi-
mulata probitate partam gratiam habeo, ſi quam forte habeo,
execrabilis & inviſus eſſem? niſi T. Quintium credis, cujus vir-
tute & conſiliis me nunc arguis regi, quum & ipſe tali pietate
vivat cum fratre, mihi fraternæ cædis fuiſſe auctorem. Idem non
Romanorum ſolum gratiam,* [3] *ſed Macedonum judicia ac penè
omnium Deorum hominumque conſenſum collegit, per quæ omnia
ſe mihi parem in certamine non futurum* [4] *crediderit. idem, tan-
quam in aliis omnibus rebus inferior eſſem, ad ſceleris ſpem ulti-
mam confugiſſe me inſimulat. Vis hanc formulam cognitionis
eſſe, ut uter timuerit, ne alter dignior videretur regno, is conſi-*
13 *lium opprimendi fratris cepiſſe judicetur? Exſequamur tamen
quocunque modo conficti ordinem criminis. Pluribus modis ſe pe-
titum criminatus eſt, & omnes inſidiarum vias in unum diem
con-*

1 *Sed proditionis meæ ante me accuſatum*] Supervacuum τὸ *meæ*. J. F. Gron.

2 *Hodie quoque eam aut*] Cenſeo fuiſſe: *hodieque eam aut prætermitti.* Idem.

3 *Sed Macedonum judicia ac pæne omnium*] Aliter legerem: *ſed Macedonum pæne omnium judicia ac deorum hominumque.* Tan. Faber.

4 *Crediderit. Idem tamquam in aliis*] Scribe: *crediderit; dein, tanquam aliis omnibus rebus inferior eſſem.* J. F. Gron.

contulit. Volui interdiu eum poſt luſtrationem, quum concurri-
mus, & quidem, ſi Diis placet, luſtrationum die occidere: volui,
quum ad cœnam invitavi, veneno ſcilicet tollere: volui, quum
comiſſatum gladiis accincti me ſecuti ſunt, ferro interficere.
Tempora quidem qualia ſint ad parricidium electa, vides: luſus,
convivii, comiſſationis. Quis dies? qualis? quo luſtratus exer-
citus, quo inter diviſam victimam prælatis omnium, qui um-
quam fuere, Macedoniæ regum armis regiis, duo ſoli tua tegentes
latera, pater, prævecti ſumus, & ſecutum eſt Macedonum agmen.
Hoc ego, etiam ſi quid ante admiſiſſem piaculo dignum, luſtratus
& expiatus ſacro, tum cum maxime in hoſtiam itineri noſtro
circumdatam intuens, parricidium, venena, gladios, in comiſſa-
tionem præparatos, volutabam in animo. [1] Ut quibus aliis dein-
de ſacris contaminatam omni ſcelere mentem expiarem? Sed
cæcus criminandi cupiditate animus, dum omnia ſuſpecta efficere
vult, aliud alio confundit. nam ſi veneno te inter cœnam tollere
volui, quid minus aptum fuit, quam pertinaci certamine & con-
curſu iratum te efficere? Ut merito, ſicut feciſti, invitatus ad
cœnam abnueres? quum autem iratus negaſſes, utrum ut placa-
rem te danda opera fuit, ut aliam quærerem occaſionem, quo-
niam ſemel venenum paraveram: an ab illo conſilio velut tranſi-
liendum ad aliud fuit, ut ferro te, & quidem eo die per ſpeciem
comiſſationis, occiderem? Quo deinde modo, ſi te metu mortis
credebam cœnam evitaſſe meam, non ab eodem metu comiſſatio-
nem quoque evitaturum exiſtimabam? Non eſt res, qua erube- 14
ſcam, pater, ſi die feſto inter æquales largiore vino ſum uſus. tu
quoque velim inquiras, qua lætitia, quo luſu apud me celebratum
heſternum convivium ſit, illo etiam (pravo forſitan) gaudio pro-
veben-

1 *Ut quibus aliis deinde ſacris*] Nulla hic poteſt fingi deſtinatio vel finalis cauſſa, quam particula *ut* explicet. Nemo enim unquam hac fini, ut expiaretur, propoſuit ſibi, ſe hominem occiſurum, nedum parricidium commiſſurum. Lege: *venena, gladios, in comiſſationem præparatos, volutabam in animo. Et quibus aliis deinde ſacris contaminatam omni ſcelere mentem expiarem.* Immo maneat τὸ *Ut*. Sic lib. 44. *Sine ulla ſede vagi dimicaſſemus: ut quo nos victores reciperemus?* Adde quæ nuper ad Fabium Quintilianum avum properabamus. *Græci*, ἵνα τί. *Plinius* 13, 3. *Quæſo ut qualiter ſentiretur, juvaretque ab ea parte corporis?* Ubi male quidam *ut qua iret ſentiretur, oleretque in ea*, &c. *J. F. Gron.*

1 *Mi-*

vehente quod in juvenili armorum certamine pars noſtra non inferior fuerat. [1] *miſeria hæc & metus crapulam facile excuſſerunt, quæ ſi non interveniſſent, inſidiatores nos ſopiti jaceremus. Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum interfecturus eram, non temperaſſem vino in unum diem?* [2] *non milites abſtinuiſſem meos? Et ne ego me ſolus nimia ſimplicitate tuear, ipſe quoque minime malus ac ſuſpicax frater, nihil aliud ſcio, inquit, nihil arguo, niſi quod cum ferro comiſſatum venerunt. Si quæram, unde id ipſum ſcieris; neceſſe erit te fateri, aut ſpeculatorum tuorum plenam domum fuiſſe meam, aut illos ita aperte ſumpſiſſe ferrum, ut omnes viderent. Et ne quid ipſe aut prius inquiſiſſe, aut nunc criminoſe argumentari videretur, te quærere ex iis, quos nominaſſet, jubebat, an ferrum habuiſſent? ut tanquam in re dubia, quum id quæſiſſes, quod ipſi fatentur, pro convictis haberentur. Quin tu illud quæri jubes, num tui occidendi cauſſa ferrum ſumpſerint? num me auctore & ſciente? Hoc enim videri vis, non illud quod fatentur & palam eſt,* [3] *& ſui ſe tuendi cauſa ſumpſiſſe dicunt. Recte an perperam fecerint, ipſi ſui facti rationem reddent. Meam cauſſam, quæ nihil eo facto contingitur, ne miſcueris: aut explica, utrum aperte an clam te aggreſſuri fuerimus. Si aperte, cur non omnes ferrum habuimus? cur nemo præter eos, qui tuum ſpeculatorem pulſarunt? ſi clam, quis ordo conſilii fuit? Convivio ſoluto, quum comiſſator ego diſceſſiſſem, quatuor ſubſtitiſſent, ut ſopitum te aggrederentur? quomodo fefelliſſent, & alieni, & mei, & maxime ſuſpecti, quia paulo ante in rixa fuerant? quomodo autem trucidato te ipſi evaſuri*

1 *Miſeria hæc & metus crapulam facile excuſſerunt, quæ*] Glareanus: quid ſibi velit hæc vox *miſeria*, neſcio. Fortaſſe fratris invidiam intelligit, & patrem ſcire vult, quæ domi ſuæ ſint acta, quæ item in domo Perſei. Ego minus ſcio, quid his ambagibus velit Glareanus. An ulla res magis propria reorum quam miſeria? Cicero pro Cluentio: *Quod ſi qua calamitas hunc in hoc judicio adflixerit innocentem, næ iſte miſer*, &c. Pro Muræna: *ſi hunc ſententiis veſtris adflixeritis, quo ſe miſer vertet?* Pro Sulla: *jam impedior egomet dolore animi, ne de hujus miſeria plura dicam.* Ergo *miſeria hæc & metus* nihil aliud quam reatus & periculum capitis. *J. F. Gron.*

2 *Non milites abſtinuiſſem meos*] Supra *ſodales* appellat. Forte hic *comites*. Idem.

3 *Et ſui ſe tuendi cauſa ſumpſiſſe dicunt*] Placet: *Hoc enim videri vis: non illud quod fatentur, (& palam eſt) ſui ſe tuendi cauſa ſumpſiſſe. Recte an perperam fecerint, ipſi rationem reddent.* Idem.

1 *Cur*

ſuri fuerint? quatuor gladiis domus tua capi & expugnari potuit. Quin tu omiſſa iſta nocturna fabula, ad id quod doles, quod invidiam urit, reverteris? [1] *Cur uſquam regni tui mentio ſit, Demetri? cur dignior patris fortunæ ſucceſſor quibuſdam videris, quam ego? cur ſpem meam, quæ, ſi tu non eſſes, certa erat. dubiam & ſollicitam facis? Hæc ſentit Perſeus, & ſi non dicit: hæc iſtum inimicum, hæc accuſatorem faciunt: hæc domum, hæc regnum tuum criminibus & ſuſpicionibus replent. Ego autem, pater, quemadmodum nec nunc ſperare regnum, nec ambigere unquam de eo forſitan debeam, quia minor ſum, quia tu me majori cedere vis; ſic illud nec debui facere, nec debeo, ut indignus te patre, indignus omnibus videar.* [2] *id enim vitiis meis, non cedendo*

cui

1 *Cur uſquam regni tui*] Forte: *ut tui*: vel *in regno tui.* J. F. Gron.

2 *Id en. --cui jus faſque eſt, non modeſt. conſ.*] Hunc locum negat ſe intelligere Glareanus. Eſt autem ſenſus: Quemadmodum regnum ſperare, quia minor ſum, quia me majori cedere vis, non debeo: ſic ne efficere quidem debeo, ut indignus te patre videar. Regnum enim vitiis meis, id eſt, non cedendo majori fratri conſequar, ut autem te dignus videar, modeſtia. Quod cum ita ſit, ergo legendum eſt: *Id enim vitiis meis, non cedendo, cui jus, faſque eſt, hoc modeſtia conſequar.* Sigonius.

Id enim vitiis meis, non cedendo cui jus faſque eſt] Ingenua confeſſio Glareani ſumma ratione nititur: qui eum docere ſperat vir doctus, facit intelligendo, ut nihil intelligat. Senſum ait eſſe: regnum enim vitiis meis, id eſt, non cedendo fratri, conſequar, ut autem te dignus habear, modeſtia: ideoque legendum: *hoc modeſtia conſequar.* Inſanum bene profecto: ut accuſatus majeſtatis & cogitati in fratrem patremque parricidii fateatur in ipſa defenſione, etiam nunc ſe exiſtimare, vitiis & non cedendo fratri ſe poſſe regnum conſequi. Nihil vidi acutius. At, ut ſerio agamus, quem promptiorem ad ipſum ſe induendum laqueum Demetrio vel Perſeus aptare poſſet? Quis judex tam probus & ſimplex eſſet, ut quem audiret ita ſermocinantem, eum dubitaret regno potius inhiare quam conſectari æſtimandam minimi laudem imperii cupido, patre dignum videri? Nihil eſt tota accuſatio Perſei: non tot delatores, tot ſuſpicionum ipſius patris cauſſæ nocebant Demetrio: hoc unum dictum ad peragendum & condemnandum eum ſufficit. Non ſic excidere Livius ſolet, neque reos, innocentes utique, tam manifeſta verborum imprudentia ſe ipſos jugulantes inducere. Ergo alia quæramus. Et mihi quidem non hæc modo vitio ſcripta, ſed & proxime præcedentia videntur. Quid eſt enim: *indignus te patre, indignus omnibus*? Veniebat in mentem: *indignus te patre, indignus majoribus videar.* Sed acute Schelius: *indignus ominibus.* nempe regnum illi haud dubia ſpe deſtinantium, & Demetrii, ut regnaturi, mentionem facientium. Quod ſequitur, ita forſan melius erit: *id enim citius, non cedendo. cui jus faſque eſt, quam modeſtia conſequar.* Nempe ut indignus videar. Tacitus lib. 3 hiſtor. de Junio Blæſo: *ſanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeo non principatus appetens, ut parum effugeret, ne dignus crederetur.* Niſi malis, *indignus tibi, pater, indignus omnibus.* nempe regno. *J. F. Gron.*

1 *Tum*

cui jus faſque eſt, non modeſtia conſequar. Romanos objicis mihi: & ea, quæ gloriæ eſſe debent, in crimen vertis. Ego nec obſes Romanis ut traderer, nec, ut legatus mitterer Romam, petii. à te miſſus, ire non recuſavi. utroque tempore ita me geſſi, ne tibi pudori, ne regno tuo, ne genti Macedonum eſſem. Itaque mihi cum Romanis amicitiæ cauſſa tu fuiſti pater. Quoad tecum illis pax manebit, mecum quoque gratia erit: ſi bellum eſſe cœperit, qui obſes, qui legatus pro patre non inutilis fui, idem hoſtis illis acerrimus ero. Nec hodie, ut proſit mihi gratia Romanorum, poſtulo: ne obſit, tantum deprecor. nec in bello cœpit, nec ad bellum reſervatur. Pacis pignus fui, ad pacem retinendam legatus miſſus ſum. neutra res mihi nec gloriæ nec crimini ſit. Ego ſi quid impie in te, pater, ſi quid ſcelerate in fratrem admiſi, nullam deprecor pœnam. ſi innocens ſum, ne invidia conflagrem, quum crimine non poſſim, deprecor. Non hodie me primum frater accuſat: ſed hodie primum aperte, nullo meo in ſe merito. Si mihi pater ſuccenſeret, te majorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adoleſcentiæ, te errori veniam impetrare. in eo, ubi præſidium eſſe oportebat, ibi exitium eſt. E convivio & comiſſationibus prope ſemiſomnus raptus ſum ad cauſſam parricidii dicendam. ſine advocatis, ſine patronis, ipſe pro me dicere cogor. Si pro alio dicendum eſſet, tempus ad meditandam & componendam orationem ſumpſiſſem, quum quid aliud quam ingenii fama periclitarer? ignarus quid arceſſitus eſſem, te iratum & jubentem dicere cauſſam, fratrem accuſantem audivi. Ille diu ante præparata, meditata in me oratione eſt uſus: ego id tantum temporis, quo accuſatus ſum, ad cognoſcendum, quid ageretur, habui. Utrum momento illo horæ accuſatorem audirem? an defenſionem meditarer? Attonitus repentino atque inopinato malo, vix quid objiceretur, intelligere potui: nedum ſatis ſciam quo modo me tuear. Quid mihi ſpei eſſet, niſi patrem judicem haberem? apud quem etiam ſi caritate à fratre majore vincor, miſericordia certe reus vinci non debeo. Ego enim, ut me mihi tibique ſerves, precor: ille, ut me in ſecuritatem ſuam occidas, poſtulat. Quid eum, quum regnum ei tradideris, facturum credis eſſe, qui jam nunc ſan-

ſanguine meo ſibi indulgeri æquum cenſet? Dicenti hæc lacri- 16
mæ ſimul ſpiritum & vocem intercluſerunt. Philippus ſummotis iis pauliſper collocutus cum amicis pronunciavit: *Non verbis ſe nec unius horæ diſceptatione cauſſam eorum dijudicaturum, ſed inquirendo in utriuſque vitam, mores; & dicta factaque, in magnis, parviſque rebus obſervando:* ut omnibus appareret, noctis proximæ crimen facile revictum; ſuſpectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam eſſe. Hæc vivo Philippo velut ſemina jacta ſunt Macedonici belli, quod maxime cum Perſeo gerendum erat. Conſules ambo in Ligures, quæ tum una conſularis provincia erat, proficiſcuntur. & quia proſpere ibi res geſſerunt; ſupplicatio in unum diem decreta eſt. Ligurum duo millia ferè ad extremum finem provinciæ Galliæ, ubi caſtra Marcellus habebat, venerunt, uti reciperentur orantes. Marcellus, opperiri eodem loco Liguribus juſſis, ſenatum per literas conſuluit. Senatus reſcribere M. Ogulnium prætorem Marcello juſſit: *Verius fuiſſe, conſules, quorum provincia eſſet, quam ſe, quid è republica eſſet, decernere.* [1] *tum quoque non placere ſibi, per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi. Atque eos ad conſulem mitti ſena-*

1 *Tum quoq. non placere ſibi, ſi per ded. Lig. recipiet, rec. a. adimi, atque e. ad Coſ. m. ſen. æquum cenſere*] Senſus hujus lectionis vix intelligi poteſt, ut ait Glareanus. quare tueamur veterum librorum lectionem, quæ eſt: *Tum quoque non placere ſibi per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi.* Inde verba: *Atque eos ad conſulem*, legamus: *Itaque eos ad conſules.* Repetita litera ex voce præcedente. *Adimi, atque. Adimit. Itaque* Inde elicietur hic ſenſus: Senatus reſcribi juſſit, æquius fuiſſe, Marcellum conſules, quorum provincia Ligures erat, de Liguribus, qui ſe dedebant, quam ſe conſulere. Tum quoque id ſibi non placere, ut per deditionem Ligures reciperentur, & receptis, arma adimerentur. Quamobrem eos ad conſules mitti, ſenatum æquum cenſere. Sic libro trigeſimo nono, *Neque ſenatui placere deditos ſpoliari. Itaque ſe cum iis legatos ad* COS. *miſſuros.* Quod autem ait ſenatus, non placere ſibi, ut receptis arma adimantur, id habet hanc vim, non videri ſibi eos. qui ſponte ſe dedunt armis ſuis eſſe ſpoliandos, perinde atque, qui ſubacti armis, ſe dedidiſſent, ut ſupra ſæpe dixit libro 39. *C. Flaminius* COS. *Ligures in deditionem accepit, & arma ademit.* Item: *In deditionem Ligures conceſſerunt, tum conquiſita cum intentiore cura arma, & omnia adempta.* Item: *Ligures ſubegit Æmilius, armaque ademit.* Quod autem paulo ante, *verius eſſe*, dixit pro, *æquius eſſe*, accipiendum eſt.

natum æquum cenſere. Prætores eodem tempore, [1] P. Manlius in ulteriorem Hiſpaniam, quam & priore prætura provinciam obtinuerat; Q. Fulvius Flaccus in citeriorem pervenit, exercitumque à Terentio accepit. nam ulterior morte P. Sempronii proprætoris ſine imperio fuerat. Fulvium Flaccum oppidum Hiſpanum, Urbicuam nomine, oppugnantem Celtiberi adorti ſunt. [2] Dura ibi prœlia aliquot facta: multi Romani milites & vulnerati & interfecti ſunt. [3] vicit perſeverantia Fulvius, quod nulla vi abſtrahi ab obſidione potuit. Celtiberi feſſi prœliis variis abſceſſerunt. urbs, amoto auxilio eorum, intra paucos dies capta & direpta eſt: prædam militibus prætor conceſſit. Fulvius, hoc oppido capto, P. Manlius exercitu tantum in unum coacto, qui diſſipatus fuerat; nulla alia memorabili geſta re, exercitus in hiberna deduxerunt. Hæc ea æſtate in Hiſpania geſta. Terentius, qui ex ea provincia deceſſerat, ovans urbem iniit. tranſla-

eſt. Sic lib. 39, *Multo verius eſſe, quæ ſub Antiocho fuerint, præmia belli Eumenem, quam Philippum habere.* Sigon.

Non placere ſibi per deditionem] Gelenius è ſcripto notat: *placere ſi per deditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi.* Quod ſpreverunt. Mihi vero id placet, modo ſcribas *reciperet*. Deinde, *ad conſules remitti*. J. F. Gron.

1 *P. Manlius in ulter. Hiſp. quam & priore prætura prov. hab.*] Hunc P. Manlium in comitiis prætoris exponendis, prætorem iterum nominavit. fuit autem primum anno D L V. Movet autem, quod ait priore prætura ulteriorem Hiſpaniam provinciam obtinuiſſe, cum ſcripſerit eo loco in citeriorem eſſe conſuli M. Catoni adjutorem miſſum, neque vero de alio prætore intelligi poteſt. Quod unuſquiſque probabit, qui prætores omnes, qui ante hunc annum Hiſpanias ſortiti fuerint, ſigillatim inſpexerit. Æquum præterea eſt videre an hic forte Manlius ille ſit, quem ſenatu motum eſſe à Catone cenſore ait Plutarchus, & quem opinio erat conſulatum eſſe adepturum: *βουλῆς τε ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν ἐπίδοξον ὄντα Μανίλιον.* me, ut ita ſuſpicer, impellit ſecunda, poſtquam ſenatu motus eſt, ejus prætura, quam ut locum ſenatorium recuperaret, petiiſſe videtur, quod feciſſe P. Lentulum tradit Dio libro trigeſimo octavo, qui cum poſt præturam, & conſulatum à cenſoribus Gellio, & Lentulo ſenatu eſſet motus, alteram conſule Cicerone repetendæ ſenatoriæ dignitatis cauſſa geſſit. Sic enim Dio: *Λέντουλος ὁ Πούπλιος ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών. ἐστρατήγει γὰρ ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ. Sigonius.*

2 *Dura ibi prælia aliquot*] Valerius Flaccus lib. 3. *& duras obit horrida pugnas.* Sed Livium ſcripſiſſe puto: *Dubia ibi prælia aliquot facta.* J. F. Gron.

3 *Vicit perſeverantia Fulvius quod nulla*] Sic Gelenius è Mog. cum haberetur *Fulvii*. Forte non pejus ſit: *Vicit perſeverantia Fulvii, qui nulla vi abſtrahi ab obſidione potuit.* Idem

1 *Creati*

latum, argenti pondo novem millia trecenta viginti: auri octoginta pondo, & duæ coronæ aureæ pondo ſexaginta ſeptem. Eodem anno inter populum Carthaginienſem 17 & regem Maſiniſſam in re præſenti diſceptatores Romani de agro fuerunt. ceperat eum ab Carthaginienſibus, pater Maſiniſſæ, Gala, Galam Syphax inde expulerat: poſtea in gratiam ſoceri Aſdrubalis Carthaginienſibus dono dederat. Carthaginienſes eo anno Maſiniſſa expulerat. Haud minore certamine animorum, quam quum ferro & acie dimicarunt, res acta apud Romanos. Carthaginienſes, quod primo majorum ſuorum fuiſſet, deinde ab Syphace ad ſe perveniſſet, repetebant. Maſiniſſa paterni regni agrum ſe & recepiſſe, & habere jure gentium ajebat: & cauſſa & poſſeſſione ſuperiorem eſſe, nihil aliud ſe in ea diſceptatione metuere, quam ne pudor Romanorum, dum vereantur ne quid ſocio atque amico regi adverſus communes ſuos atque illius hoſtes indulſiſſe videantur, damno ſit. Legati poſſeſſionis jus non mutarunt, cauſſam integram Romam ad ſenatum rejecerunt. In Liguribus nihil poſtea geſtum. receſſerant primum in devios ſaltus, deinde dimiſſo exercitu, paſſim in vicos caſtellaque ſua dilapſi ſunt. Conſules quoque dimittere exercitum voluerunt, ac de ea re Patres conſuluerunt. Alterum ex his dimiſſo exercitu ad magiſtratus in annum creandos venire Romam juſſerunt: alterum cum legionibus ſuis Piſis hiemare. Fama erat, Gallos Tranſalpinos juventutem armare: nec, in quam regionem Italiæ effuſura ſe multitudo eſſet, ſciebatur. ita inter ſe conſules compararunt, ut Cn. Bæbius ad comitia iret, quia M. Bæbius frater ejus conſulatum petebat. Comitia 18 conſulibus rogandis fuere. [1] creati, P. Cornelius Cethegus,

1 *Creati P. Cornelius Lentulus, M. Bæbius Pamphilus*] Conſulares tabulæ quæ in Capitolio ſunt, quibus tantum tribuo, quantum non depravatis alteris Romanorum monumentis eſt tribuendum, conſules edunt: *P. Cornelium Cethegum, M. Bæbium Tamphilum.* Item Plin. libro decimo tertio, capite decimo tertio, ex Caſſii Heminæ annalibus. Ita vero legendum eſſe et-

thegus, M. Bæbius Tamphilus. Prætores inde facti, duo Q. Fabii, Maximus & Buteo, [1] C. Claudius Nero, [2] Q. Petillius Spurinus, M. Pinarius Poſca, L. Duronius. His inito magiſtratu provinciæ ita ſorte evenerunt. Ligures conſulibus; prætoribus, Q. Petillio urbana, [3] Q. Fabio Maximo peregrina, Q. Fabio Buteoni Gallia; C. Claudio Neroni Sicilia, M. Pinario Sardinia, L. Duronio Apulia, & Iſtri adjecti, quod Tarentini Brundiſinique nunciabant, maritimos agros infeſtos tranſmaritimarum navium latrociniis eſſe. eadem Maſſilienſes de Ligurum navibus querebantur. Exercitus inde decreti. [4] quatuor legiones conſulibus, quina millia ducenos Romanos pedites, trecenos haberent equites, & quindecim millia ſocium ac Latini nominis, octingentos equites. In Hiſpaniis prorogatum veteribus prætoribus imperium eſt, cum exercitibus quos haberent. & in ſupplementum decreta tria millia civium Romanorum, ducenti equites: & ſocium Latini nominis, ſex millia peditum, trecenti equites. Nec rei navalis cura omiſſa. duumviros in eam rem conſules creare juſſi, per quos naves viginti deductæ navalibus ſociis civibus Romanis, qui ſervitutem ſerviſſent, complerentur; ingenui tantum ut iis præeſſent. Inter duumviros ita diviſa tuenda denis navibus maritima ora, ut [5] promontorium iis Minervæ,

velut

iam apud Livium apparet ex eo, quod *P. Cornelius Cethegus* biennio ante prætor fuit; *Lentulus* nullus prætor editus eſt. Nemo autem per hæc tempora ad conſulatum fere niſi prætorius perveniebat. *Sigonius.*

1 *T. Claudius Nero*] *Ti. Claudius*, ut ſæpe. *Idem.*

2 *Q. Petelius Spurinus*] *Petillius*, ut libro XXXIIX, in hujus tribunatu dixi. *Idem.*

3 *Q. Fabio Maximo peregrina, Q. Fabio*] Ex more Livii: *Quintu Fabiis Maximo peregrina, Buteoni Gallia.* J. F. Gron.

4 *Quatuor legiones conſulibus, quina millia*] Ab Gelenio additum τὸ *quina* ſine ulla mentione librorum veterum. Certe nobis inſpecti membranacei omnes una cum prius editis id non agnoſcunt. Nihil certius quam Livium more ſuo ſcripſiſſe; *Exercitus inde decreti. quatuor legiones conſulibus: quina millia ducenos Romanos pedites, trecenos haberent equites, & quindecim millia ſocium ac Latini nominis, octingentos equites.* Idem.

5 *Promontorium Minervæ*] De eo intelligo quod in Picentinis inter Surrentum ac Salernum e regione Prochytæ

velut cardo, in medio eſſet: [1] alter in dextram partem uſque ad Maſſiliam, lævam alter uſque ad Barium tueretur. Prodigia multa fœda & Romæ eo anno viſa, & nun- 19
ciata peregre. In area Vulcani & Concordiæ ſanguinem pluit, & pontifices haſtas motas nunciavere: & Lanuvii ſimulacrum Junonis Soſpitæ lacrimaſſe. & peſtilentia in agris foriſque & conciliabulis, & in urbe tanta erat, [2] ut Libitina tunc vix ſufficeret. His prodigiis cladibuſque anxii Patres decreverunt, ut & conſules, quibus Diis videretur, hoſtiis majoribus ſacrificarent, & decemviri libros adirent. Eorum decreto ſupplicatio circa omnia pulvinaria Romæ in diem unum indicta eſt. iiſdem auctoribus & ſenatus cenſuit, & conſules edixerunt, ut per totam Italiam triduum ſupplicatio & feriæ eſſent. Peſtilentiæ tanta vis erat, ut quum, propter defectionem Corſorum, bellumque [3] ab Ilienſibus concitatum in Sardinia, octo millia peditum ex ſociis Latini nominis ſcribi placuiſſet, & trecentos equites, quos M. Pinarius prætor ſecum in Sardiniam trajiceret; tantum hominum demortuum eſſe, tantum ubique ægrorum conſules renunciaverint, ut [4] is numerus effici militum non potuerit. quod deerat militum, ſumere à Cn. Bæbio proconſule, qui Piſis hibernabat, juſſus prætor, atque inde in Sardiniam

chytæ inſulæ à Ptolemæo ponitur. *Barium* eodem auctore non longe à Salapia ad oſtia Aufidi amnis. Meminit ejus Horat. lib. 1 Serm. Sat. 5. *Via pejor aduſque Bari mœnia piſcoſi.* Glarean.

1 *Alter in dexteram partem*] Dele otioſam præpoſitionem. *J. F. Gron.*

2 *Ut Libitina tunc vix ſufficeret*] Libitinarios, qui funebribus miniſteriis obeundis victum quæritabant, vocavere à Libitina, quam ἐπίσκοπον τῶν περὶ τοὺς θνήσκοντας ὁσίων θεὸν Plutarchus appellat in Numa: Unde pro ipſa morte Horatius, *vitare Libitinam.* Et pro lectulo, in quo mortui efferebantur, Sidonius, *Libitinam prenſitaret.* Item pro ipſo ferali officio, quo libitinarii fungebantur, Valerius Maximus *exercere Libitinam.* Denique pro omnibus ad curandum funus neceſſariis, ut hic Livius. *Kirchmannus.*

3 *Ab Ilienſibus in Sardinia*] Non recte *Iolenſibus* aut *Iluenſibus* reponendum cenſet Glareanus, cum *Ilienſes* Sardiniæ populi à Plinio & Solino commemorentur. *Sigonius.*

4 *Is numerus effici militum non potuerit. quod deerat militum*] Poſtremam vocem è margine irrepſiſſe crediderim. *J. F. Gron.*

niam trajicere. [1] L. Duronio prætori, cui provincia Apulia evenerat, adjecta de Bacchanalibus quæſtio eſt: cujus reſidua quædam velut ſemina ex prioribus malis jam priore anno apparuerant: ſed magis inchoatæ apud L. Pupium prætorem quæſtiones erant, quam ad exitum ullum perductæ: id perſecare novum prætorem, ne ſerperet iterum latius, Patres juſſerunt. Et leges de ambitu conſules ex auctoritate ſenatus ad populum tulerunt.

20 Legationes deinde in ſenatum introduxerunt. [2] Regum primas Eumenis, & [3] Ariarathis Cappadocis, & Pharnacis Pontici. nec ultra quicquam eis reſponſum eſt, quam miſſuros qui de controverſiis eorum cognoſcerent, ſtatuerentque. Lacedæmoniorum deinde exulum & Achæorum legati introducti ſunt. & ſpes data exulibus eſt, ſcripturum ſenatum Achæis, ut reſtituerentur. Achæi de Meſſene recepta, compoſitiſque ibi rebus, cum aſſenſu Patrum expoſuerunt. Et à Philippo rege Macedonum duo legati venerunt, Philocles & Apelles. nulla ſuper re quæ ab ſenatu petenda eſſet: ſpeculatum magis inquiſitumque miſſi de iis, quorum Perſeus Demetrium inſimulaſſet, ſermonum cum Romanis; maxime cum T. Quintio adverſus fratrem de regno habitorum. Hos tanquam medios, nec in alterius favorem inclinatos, miſerat rex. erant autem & hi Perſci fraudis in fratrem miniſtri

1 *L. Duronio præt. cui Apulia prov. even. adjecta de Bacchanalibus quæſtio eſt, - - - inchoatæ ap. L. Puppium prætorem*, &c.] Prætoribus qui Apuliam ſortiebantur, quæſtionem de Bacchanalibus adjectam fuiſſe ſignificat. Sic enim de L. Poſtumio, qui triennio ante prætor fuerat. *Et L. Poſtumius prætor, cui Tarentum provincia evenerat, reliquias Bacchanalium quæſtionis cum omni executus eſt cura.* Hoc etiam loco *L. Puppium* priori anno, & *L. Duronium* ſequenti prætores cum Apulia quæſtionem eandem obtinuiſſe ait. Hoc dixi ne quis *L. Poſtumium*, pro *L. Puppio* hoc loco reponendum eſſe cenſeret, ut quidam fecerunt. *Sigonius.*

2 *Regum prima Eumenis & Ariarathis Cappadocis*] Scribe cum antiquioribus: *primas*, ut omnes tres includat numerus ille: ſequitur enim: *Lacedæmoniorum deinde exulum & Achæorum legati introducti ſunt.* Eſt tamen illud vitium ſcripti Moguntini. *J. F. Gron.*

3 *Ariaratis*] *Ariarathis*, ut ſupra. *Sigonius.*

niſtri & participes. [1] Demetrius omnium, præterquam fraterni ſceleris, quod nuper eruperat, ignarus, primo neque magnam neque nullam ſpem habebat, patrem ſibi placari poſſe. minus deinde indies patris animo fidebat, [2] quum obſideri aures à fratre cerneret. Itaque circumſpiciens dicta factaque ſua, ne cujus ſuſpiciones augeret, maxime ab omni mentione & contagione Romanorum abſtinebat: ut neque ſcribi ſibi vellet; quia hoc præcipue criminum genere exaſperari animum ſentiebat. Philip- 21
pus, ſimul ne otio miles deterior fieret, ſimul avertendæ ſuſpicionis cauſſa quicquam à ſe agitari de Romano bello, Stobos Pæoniæ exercitu indicto, [3] in Mædicam ducere pergit. Cupido eum ceperat in verticem Æmi montis aſcendendi, quia vulgatæ opinioni crediderat, Ponticum ſimul & Adriaticum mare, & Iſtrum amnem, & Alpes conſpici poſſe: ſubjecta oculis ea haud parvi ſibi momenti futura ad cogitationem Romani belli. Percunctatus regionis peritos de aſcenſu Æmi, quum ſatis inter omnes conſtaret, viam exercitui nullam eſſe, [4] paucis & expeditis per difficillimum aditum, ut ſermone familiari minorem filium permulceret, quem ſtatuerat non ducere ſecum, primum quærit ab eo, *Quum tanta difficultas itineris proponatur, utrum perſeverandum ſit in incœpto, an abſtinendum? Si pergat tamen ire, non poſſe oblviiſci ſe in talibus rebus Antigoni: qui ſæva tempeſtate jactatus quum in eadem nave ſecum ſuos omnes habuiſſet, præcepiſſe liberis diceretur, ut & ipſi meminiſſent, & ita poſteris proderent, ne quis cum tota gente ſimul in rebus dubiis periclitari auderet. Memorem ergo ſe præcepti*

1 *Demetrius omnium, præterquam fraterni ſceleris*] In Frobenio reperio primo; ſcripti editique veteres, nec non ipſa Moguntina, & tres eam ſecutæ, *præterquam fraterno ſcelere.* Quo ſignificatur omnium, quæ de ſe patrem, fratrem, totam aulam agitare poſſet ſuſpicari, inſcium fuiſſe, præterquam quantum ex ſcelere fraternæ accuſationis colligeret. *J. F. Gron.*

2 *Cum obſideri aures à fratre*] Forte malis: *cujus obſideri aures.* Poteſt tamen & illud tolerari. *Idem.*

3 *In Medicam*] *Mædicam:* Græci enim Μαιδικὴ, ut ante. *Sigonius.*

4 *Paucis & expeditis per difficillimum aditum*] Minus ambiguum foret *per difficillima.* J. F. Gron.

cepti ejus, duos ſimul filios non commiſſurum in aleam ejus, qui proponeretur, caſus. & quoniam majorem filium ſecum duceret, minorem ad ſubſidia ſpei & cuſtodiam regni remiſſurum in Macedoniam eſſe. Non fallebat Demetrium ablegari ſe, ne adeſſet conſilio; quum in conſpectu locorum conſultaret, quæ proxime itinera ad mare Adriaticum atque Italiam ducerent, quæque belli ratio eſſet futura. ſed non ſolum parendum patri tum, ſed etiam aſſentiendum erat, ne invitum parere ſuſpicionem faceret. Ut tamen iter ei tutum in Macedoniam eſſet, Didas ex prætoribus regiis unus, qui Pæoniæ præerat, juſſus eſt proſequi eum cum modico præſidio. Hunc quoque Perſeus, ſicut pleroſque patris amicorum, ex quo haud dubium cuiquam eſſe cœperat, ad quem ita inclinato regis animo hæreditas regni pertineret, inter conjuratos in fratris perniciem habuit. in præſentia dat ei mandata, ut per omne obſequium inſinuaret ſe in quam maxime familiarem uſum, ut elicere omnia arcana, ſpecularique abditos ejus ſenſus poſſit. Ita digreditur Demetrius, cum infeſtioribus, quam ſi ſolus iret, præſidiis. Philippus Mædicam

22 primum, deinde ſolitudines interjacentes Mædicæ atque Æmo tranſgreſſus, ſeptimis demum caſtris ad radices montis pervenit. ibi unum moratus diem, ad deligendos, quos duceret ſecum, [1] tertio die iter eſt ingreſſus. Modicus primo labor in imis collibus fuit. quantum in altitudinem egrediebantur, magis magiſque ſilveſtria & pleraque invia loca excipiebant. Pervenere deinde in opacum iter, ut, præ denſitate arborum immiſſorumque aliorum in alios ramorum, perſpici cœlum vix poſſet: ut vero jugis appropinquabant, quod rarum in aliis locis eſſet,

1 *Tertio die iter eſt ingreſſus,*] *Poſtero die*, legendum. Ex notis numerorum manavit error: II & III. Ita legendum eſſe, verba Livii indicant, qui ait: *ſeptimis demum caſtris ad radices montis pervenit. Ibi unum moratus diem, tertio die iter eſt ingreſſus.* poſt autem; *Tertio demum die ad verticem perventum.* Quis eſt qui non intelligat, ita accipiendum eſſe ad radices montis unum diem regem eſſe moratum, poſtero die iter eſſe ingreſſum, tertio demum in verticem perveniſſe. *Sigonius.*

1 *Cum*

eſſet, adeo omnia contecta nebula, ut haud ſecus quam nocturno itinere impedirentur: tertio demum die ad verticem perventum. Nihil vulgatæ opinioni degreſſi inde detraxerunt. magis credo ne vanitas itineris ludibrio eſſet, quam quod diverſa inter ſe maria, monteſque, & amnes, ex uno loco conſpici potuerint. Vexati omnes, & ante alios rex ipſe, quo gravior ætate erat, difficultate viæ eſt. Duabus aris ibi Jovi & Soli ſacratis [1] quum immolaſſet, qua triduo aſcenderat biduo eſt degreſſus; frigora nocturna maxime metuens, quæ caniculæ ortu ſimilia brumalibus erant. Multis per eos dies difficultatibus conflictatus, nihilo lætiora in caſtris invenit: ubi ſumma penuria erat, ut in regione, quam ab omni parte ſolitudines clauderent. Itaque unum tantum moratus diem, quietis eorum cauſſa quos habuerat ſecum, itinere inde ſimili fugæ in [2] Dentheletas tranſcurrit. Socii erant: ſed propter inopiam haud ſecus quam hoſtium fines Macedones populati ſunt. rapiendo enim paſſim villas primum, dein quoſdam vicos etiam evaſtarunt, non ſine magno pudore regis; quum ſociorum voces, nequicquam Deos ſociales nomenque ſuum implorantes audiret. Frumento inde ſublato, in Mædicam regreſſus, urbem, quam Petram appellant, oppugnare eſt adortus. ipſe à campeſtri aditu caſtra poſuit. Perſeum filium cum modica manu circummiſit, ut à ſuperioribus locis urbem aggrederetur. Oppidani, quum terror undique inſtaret, obſi-

1 *Cum immolaſſet (quatriduo aſcenderat) biduo digreſſus eſt*] Quomodo *quatriduo aſcenderat*, ſi *tertio demum die in verticem pervenerit*? Hæc parit menda lectorum, atque librariorum incuria. pro certo habeo tollendam eſſe parentheſim & legendum: *cum immolaſſet, qui triduo aſcenderat, biduo digreſſus eſt.* Quamquam ne, *digreſſus*, quidem probo, non enim *Aſcendere*, & *Digredi* contraria ſunt, ſed *Degredi*, quo verbo uſus eſt alibi Livius, ut lib. 29. *Cum quingentis peditibus degreſſum jugis Maſſaniſſam perſecutus.* Et lib. vigeſimo quinto, *Cum equitibus ad pedes degreſſis.* Deſcenſum enim ex alto hoc verbum ſignificat. *Sigonius.*

Qui triduo aſcenderat, biduo eſt degreſſus] Conjectura Sigonii eſt, quum antea legeretur: *quatriduo aſcenderat.* Ubi nulla mutanda litera, tantum dividenda vox erat: *qua triduo aſcenderat.* nempe, via. *J. F. Gron.*

2 *Dentheletas*] *Dantheletas*, ut ſupra. *Sigonius.*

obſidibus datis, in præſentia dediderunt ſeſe. iidem, poſteaquam exercitus receſſit, obliti obſidum, relicta urbe, in loca munita & montes refugerunt. Philippus omni genere laboris ſine ullo effectu fatigatis militibus, & fraude prætoris Didæ auctis in filium ſuſpicionibus,
23 in Macedoniam rediit. Miſſus hic comes (ut ante dictum eſt) quum ſimplicitatem juvenis incauti, & ſuis haud immerito ſuccenſentis, aſſentando indignandoque & ipſe vicem ejus, captaret; in omnia ultro ſuam offerens operam, fide data arcana ejus elicuit. Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur. cui conſilio adjutor Deûm beneficio oblatus videbatur Pæoniæ prætor, per cujus provinciam ſpem ceperat elabi tuto poſſe. Hoc conſilium extemplo & fratri proditur, & auctore eo indicatur patri. Literæ primum ad obſidentem Petram allatæ ſunt. inde Herodotus (princeps hic amicorum Demetrii erat) in cuſtodiam eſt conjectus: & Demetrius diſſimulanter aſſervari juſſus. Hæc ſuper cætera triſtem adventum in Macedoniam regi fecerunt. movebant eum & præſentia crimina: exſpectandos tamen, quos ad exploranda omnia Romam miſerat, cenſebat. His anxius curis quum aliquot menſes egiſſet, tandem legati, jam ante [1] præmeditatis in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent, venerunt. qui, ſuper cætera ſcelera, falſas etiam literas ſigno adulterino T. Quintii ſignatas reddiderunt regi. Deprecatio erat in literis: *Si quid adoleſcens cupiditate regni prolapſus ſecum egiſſet, nihil eum adverſus ſuorum quemquam facturum: neque eum ſeſe eſſe, qui ullius impii conſilii auctor futurus videri poſſit.* Hæ literæ fidem Perſei criminibus fecerunt. Itaque Herodotus extemplo diu excruciatus,
24 ſine indicio rei ullius, in tormentis moritur. [2] Demetrium ite-

1 *Præmeditatis in Macedonia*] Lege, *præmeditati.* J. F. Gron.

2 *Demetrium iterum ad patrem accuſavit Perſeus. Fuga per Pæoniam præparata arguebatur, & corrupti quidam, ut comites itineris eſſent*] In Vet. lib. *Arguebant, & corrupti quidam.* Hinc ego ſenſum auctorem ſequutus legendum & diſtinguendum puto, *Demetrium iterum ad patrem accuſavit Perſeus de*

iterum ad patrem accuſavit [1] Perſeus. fuga per Pæoniam præparata arguebatur, & corrupti quidam, ut comites itineris eſſent: maximè falſæ literæ T. Quintii urgebant. nihil tamen palam gravius pronunciatum de eo eſt, ut dolo potius interficeretur: nec id cura ipſius, ſed ne pœna ejus conſilia adverſus Romanos nudaret. Ab Theſſalonica Demetriadem ipſi quum iter eſſet; [1] Aſterium Pæoniæ Demetrium mittit cum eodem comite Dida: Perſeum Amphipolin, ad obſides Thracum accipiendos. digredienti ab ſe Didæ mandata dediſſe dicitur, de filio occidendo. Sacrificium ab Dida ſeu inſtitutum, ſeu ſimulatum eſt. ad quod celebrandum invitatus Demetrius ab Aſterio Heracleam venit. in ea cœna dicitur venenum datum. Poculo epoto, extemplo ſenſit. & mox coortis doloribus, relicto convivio, quum in cubiculum recepiſſet ſeſe, crudelitatem patris conquerens, parricidium fratris, ac Didæ ſcelus incuſans, torquebatur.

de præparata per Pæoniam fuga. arguebant eum corrupti quidam. Iccirco autem ait: *Iterum*, quod primum de inſidiis ſibi factis accuſaverat; nunc de fuga, cujus indicia & comites, & literas falſas T. Quinctii afferebat. *Sigonius.*

Perſeus de fuga in P. præparata. arguebant eum] Andreas: *accuſavit fuga per Pæoniam præparata. arguebant & corrupti.* Et ſic omnes uſque ad Aſcenſium. Magontiaci primum dederunt: *accuſavit Perſeus fuga:* & ſecuti Aldus, Juntas, Frobenius. Gelenius ex eodem codice, in quo paſſim male oculis uſi, qui priores edidere variantem ſcripturam: *accuſavit Perſeus. fuga p. P. pr. arguebatur, & corrupti.* Hic Sigonius pannuceam facit: ex Mag. adſumit *Perſeus*, ex editionibus *arguebant*, de conjectura reddit *eam*, & inſerit *τὸ de.* Primum, inquit, de inſidiis, iterum de fuga, cujus indicia comites & falſæ literæ T. Quinctii. Quid quæſo in literis Quinctii de fuga? Immo accuſavit proditionis & adfectati per Romanos regni: argumenta, fuga, & ſollicitati comites, & literæ Titi adoleſcentem egiſſe ſecum de ſucceſſione confeſſi. Nihil melius Geleniano: etſi olim explicabamus non incommode illud *accuſavit fuga.* Sed vincat verum. *J. F. Gron.*

1 *Ad Aſtræum Pæoniæ Dem. - - Perſeum ad Philippopolim,&c.*]Præpoſitio *ad* nominibus harum Urbium juncta tollenda. Nam & Vet. lib. habent tantum, *Aſtræum Pæoniæ.* Et Priſcianus lib. 7 ex lib. 40 T. Livii Hiſt. ab Urbe cond. citat hæc duo verba: *Perſeum Amphipolim*, non *ad Philippopolim.* Eſt autem Amphipolis oppidum item Thraciæ, quod in errorem inſcios librarios, aut imperitos, vel potius audaces emendatores impulit, ut *ad Philippopolim*, ſcripſerint, pro *Amphipolim. Aſterium* porro legendum eſt, non *Aſtræum*, ex Vet. lib. Strabone & Stephano, Ἀϛέϱιον, πόλις Θετλαλίας. *Sigonius.*

 1 Thyr-

tur. intromiſſi deinde [1] Thyrſis quidam Stuberæus, & [2] Berœæus Alexander, * injectis tapetibus in caput fauceſque, ſpiritum intercluſerunt. Ita innoxius adoleſcens, quum in eo ne ſimplici quidem genere mortis contenti inimici fuiſſent, interficitur.
25 Dum hæc in Macedonia geruntur, L. Æmilius Paullus, prorogato ex conſulatu imperio, principio veris in Ligures Ingaunos exercitum introduxit. Ubi primum in hoſtium finibus caſtra poſuit, legati ad eum, per ſpeciem pacis petendæ, ſpeculatum venerunt. negante Paullo, niſi cum deditis paciſci ſe pacem, non tam id recuſabant, quam tempore opus eſſe ajebant, ut generi agreſti hominum perſuaderetur. ad hoc decem dierum induciæ quum darentur, petierunt deinde, ne trans montes proximos caſtris pabulatum lignatumque milites irent. culta ea loca ſuorum finium eſſe. Id ubi impetravere, poſt eos ipſos montes, unde averterant hoſtem, exercitu omni coacto, repente multitudine ingenti caſtra Romanorum oppugnare ſimul omnibus portis aggreſſi ſunt. Summa vi totum unum diem oppugnarunt: ita ut ne efferendi quidem ſigna Romanis ſpatium, [3] nec ad explicandam aciem locus eſſet. Conferti in portis obſtando magis, quam pugnando caſtra tutabantur. Sub occaſum Solis quum receſſiſſent hoſtes, duos equites [4] ad Cn. Bæbium proconſulem

1 *Thyrſis quidam Stubaræus*] Vet. lib. *Stubereus*. Recte. *Stubera* enim & ante, & poſt meminit Livius, & Græci Στυϐηρα. Quam tamen vocem ſuſpectam habet Glareanus. *Stuberæus* tamen ſcribendum: omnia enim nomina oppidorum in *ra* deſinentia eum edunt gentilis nominis finem, auctore Stephano, in Ἄϐϐρα. *Sigonius.*

2 *Berreus Alexander*] *Berœæus* ſcribendum ab oppido *Berœa*. Sic Stephanus: Βέρροια πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν Βερροιαῖος. mendoſius eſt in Piſoniana, *Borea*, pro *Berœa*. Idem.

3 *Nec ad explicandam aciem*] Scribe: *nedum ad explicandam*. Aut deleto *ne* quidem: *ita ut nec efferendi ſigna Romanis ſpatium, nec ad explicandam aciem locus eſſet.* J. F. Gron.

4 *Ad M. Bæbium conſulem*] Legendum, *ad Cn. Bæbium proconſulem*. Sic enim ſupra: *M. Pinarius prætor, quod deerat militum ſumere à Cn. Bæbio proconſule, qui Piſis hybernabat, juſſus.* Item hoc loco: *Bæbius exercitum M. Pinario prætori eunti in Sardiniam tradiderat.* Errorem intulit *M. Bæbius*, qui hoc anno conſul eſt. De quo haud ita multo poſt ait. *Conſules niſi confecto delectu negare ſe ituros, nec ſuam ſegnitiam, ſed vim morbi in cauſa eſſe, quo ſerius perficeretur.* Sigonius.

1 *Et*

ſalem cum literis Piſas mittit, ut obſeſſo ſibi per inducias quamprimum ſubſidio veniret. Bæbius exercitum M. Pinario prætori eunti in Sardiniam tradiderat. cæterum & ſenatum literis certiorem fecit, obſideri à Liguribus L. Æmilium; & M. Claudio Marcello, cujus proxima inde provincia erat, ſcripſit, ut, ſi videretur ei, exercitum ex Gallia traduceret in Ligures, & L. Æmilium liberaret obſidione. Hæc ſera futura auxilia erant. Ligures poſtero die ad caſtra redeunt. Æmilius, quum & venturos ſciſſet, [1] & educere in aciem potuiſſet, intra vallum ſuos tenuit, ut extraheret rem in id tempus, quo Bæbius cum exercitu venire à Piſis poſſet. [2] Romæ ma- 26
gnam trepidationem literæ Bæbii fecerunt. eo majorem, quod paucos poſt dies Marcellus tradito exercitu Fabio Romam quum veniſſet, ſpem ademit, eum, qui in Gallia eſſet, exercitum in Ligures traduci poſſe, quia bellum cum Iſtris eſſet, prohibentibus coloniam Aquileiam deduci: eo profectum Fabium, neque inde regredi bello inchoato poſſe. Una, & ea ipſa tardior, quam tempus poſtulabat, ſubſidii ſpes erat, ſi conſules maturaſſent in provinciam ire. id ut facerent, pro ſe quiſque Patrum vociferari. Conſules, niſi confecto delectu negare ſe ituros, nec ſuam ſegnitiem, ſed vim morbi in cauſſa eſſe, [3] quo ſerius proficiſcerentur. non tamen potuerunt ſuſtinere conſenſum ſenatus, quin paludati exirent, & militibus,

1 *Et ducere in aciem copias potuiſſet*] Scripti omnes: *& educere in aciem potuiſſet, intra vallum ſuos tenuit.* Nuſquam *copias.* Quod profecto inſiticium eſt: nam ut τὸ *venturos* reſpicit ex præcedenti *Ligures*, ita *educere*, (quod & Andreas tenet Moguntinaque cum tribus proximis) ex ſequenti *ſuos.* Sed & per ſe intelligitur, & prorſus eodem modo auctor lib. 8. *Romani Coſſ. priuſquam educerent in aciem, immolaverant.* Lib. 21. de Hannone: itaque *priuſquam alienarentur omnia, obviam eundum ratus, caſtra in conſpectu hoſtium poſitis, in aciem eduxit. Nec Romano differendum viſum.* J. F. Gron.

2 *Romæ magnam trepidationem literæ Bæbii*] Suſpicor, immo pœne pro certo habeo τὸ *magnam* alienum eſſe & diſtinctionem mutandam. Nam præterquam quod inficeta prorſus eſt gradatio ex *magnam* in *majorem*, pleniſſimi ſenſus eſt: *Romæ trepidationem literæ Bæbii fecerunt eo majorem, quod paucos poſt dies Marcellus,* &c. *Idem.*

3 *Quo ſerius proficiſcerentur*] Lege, *quod ſerius.* Idem.

1 *Per-*

bus, quos conſcriptos haberent, diem edicerent, quo Piſas convenirent. [1] permiſſum, ut qua irent, protinus ſubitarios milites ſcriberent, ducerentque ſecum. Et prætoribus Q. Petillio & Q. Fabio imperatum eſt, ut Petillius duas legiones civium Romanorum tumultuarias ſcriberet, & omnes minores quinquaginta annis ſacramento rogaret: Fabio, ut ſociis Latini nominis quindecim millia peditum, octingentos equites imperaret. Duumviri navales creati, C. Matienus, & C. Lucretius, naveſque iis ornatæ ſunt; [2] Matienoque, cujus ad Gallicum ſinum provincia erat, imperatum, ut claſſem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram; [3] ſi quo uſui eſſe
27 L. Æmilio atque ejus exercitui poſſet. Æmilius, poſteaquam nihil uſquam auxilii oſtendebatur, interceptos credens equites, non ultra differendum ratus, quin per ſe fortunam tentaret, priuſquam hoſtes venirent, qui jam ſegnius ſocordiuſque oppugnabant: ad quatuor portas exercitum inſtruxit, ut ſigno dato ſimul ex omnibus partibus eruptionem facerent. Quatuor [4] extraordinariis cohor-

1 *Permiſſum ut qua irent protinus ſubitarios*] Omnibus ſcriptis & priſcis editis τὸ *ut* exeſt. Librarius Moguntinus addidit. *J. F. Gron.*

2 *Matienoque cujus ad Gallicum*] Sic Gelenius. Docuit nos ſuperius Livius inter duumviros ita diviſam maritimam oram, ut promontorium Minervæ iis velut cardo in medio eſſet; alter dextram partem uſque ad Maſſiliam, lævam alter uſque ad Barium tueretur. Et Matieno eveniſſe dextram ſcimus ex cap. 28. Itaque omnino cenſeo Livium hic diſtuliſſe ejus rei mentionem, & ſcripſiſſe, ut olim edebatur, & quos ſcriptos vidimus: *naveſque iis ornatæ ſunt: cujuſque ad Gallicum ſinum provincia erat, imperatum.* Ipſum genus loquendi antiquum & doctum. Plautus Pœnulo a. 3, 5. *Ita mihi renunciatum eſt, quibus credo ſatis:* hoc eſt, ab illis quibus credo ſatis. Ubi fuit qui conjectaret: *ibus.* Trinummo: *Pater cum peregre venit, in porta eſt locus.* Fruſtra Douza: *patri.* Noſter lib. 4. *Civis Romanus ſi ſit ex plebe, præciſa conſulatus ſpes erit.* Intelligis, ei præciſa erit. Lib. 10, 25. *Hodierno & craſtino die qui nomina dederitis, mecum ducam.* Ubi perperam Sigonius, *dederit.* Lib. 28, 45. *Imperiumque in annum prorogaretur, cui ea provincia eveniſſet.* Sic omnes ſcripti. Vulgo, *ei prorogaretur.* Idem.

3 *Si quo uſui eſſe L. Æmilio*] Ita alibi quoque. Sed tamen legendum credo: *ſi qua uſui.* id eſt, ſi qua ratione. Video, quid ad illud alterum dici queat; ſed *qua* magis placet. *Tan. Faber.*

4 *Extraordinariis cohortibus duas*] Hiat indecore oratio: Scribe: *Quatuor extraordinarias cohortes duabus adjunctis, præpoſito M. Valerio legato, erumpere extraordinaria porta juſſit.* Duas intellige, non ut Lipſius feſtinat lib. 2. Dial. 7. ſive

cohortibus duas adjunxit, præpoſito M. Valerio legato: erumpere extraordinaria porta juſſit. ad dexteram principalem haſtatos legionis primæ inſtruxit: principes ex eadem legione in ſubſidiis poſuit. [1] M. Servilius & L. Sulpicius tribuni militum his præpoſiti: tertia legio adverſus principalem ſiniſtram portam inſtructa eſt. id tantum mutatum: principes primi, & haſtati in ſubſidiis locati: Sex. Julius Cæſar & L. Aurelius Cotta, tribuni militum huic legioni præpoſiti ſunt. Q. Fulvius Flaccus legatus cum dextera ala ad quæſtoriam portam poſitus, duæ cohortes & triarii duarum legionum in præſidio caſtrorum manere juſſi. Omnes portas concionabundus ipſe imperator circumiit: & quibuſcunque irritamentis poterat, iras militum acuebat: nunc fraudem hoſtium incuſans, qui pace petita, induciis datis, per ipſum induciarum tempus contra jus gentium ad caſtra oppugnanda veniſſent: nunc quantus pudor eſſet, edocens, ab Liguribus, latronibus verius quam hoſtibus juſtis, Romanum exercitum obſideri. *Quo ore quiſquam veſtrum, ſi hinc alieno præſidio, non veſtra virtute, evaſeritis, occurret, non dico eis militibus, qui Annibalem, qui Philippum, qui Antiochum, maximos noſtræ ætatis reges duceſque, vicerunt: ſed iis, qui hos ipſos Ligures, aliquoties pecorum modo fugientes, per ſaltus invios conſectati ceciderunt? Quod Hiſpani, quod Galli, quod Macedones Pœnive non audeant; Liguſtinus hoſtis vallum Romanum ſubit, obſidet ultro & oppugnat, quem ſcrutantes antea devios ſaltus, abditum, & latentem vix inveniebamus?* Ad hæc conſen-

tiens

ſive legionarias ſive alares, ſed omnino alares: nam quidquid in legionibus, alibi occupatum: haſtati & principes primæ ad dextram principalem; principes & haſtati tertiæ ad ſiniſtram; triarii utriuſque in præſidio caſtrorum. *Portam extraordinariam*, Prætoriam; ubi tendebant Extraordinarii, ἐκλεχθέντες τοῖς ὑπάτοις οἱ ἐπιτηδειότατοι πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ πάντων τῶν παραγεγονότων συμμάχων· τῶν μὲν ἱππέων, τὸ τρίτον μέρος. τῶν δὲ πεζῶν τὸ πέμπτον, ut ait Polybius. *J. F. Gron.*

1 *M. Servilius & L. Sulpicius tribuni mil. his præpoſiti*] Sic primus apud me Curio. Priores omnes ab Andrea ad Frobenium: *M. Servilio & L. Sulpicio tribunis militum his præpoſitis.* Quod reſtituendum, ita tamen ut inducatur τὸ *his*. Idem.

1 *Red-*

tiens [1] reddebatur clamor, *nullam militum culpam eſſe; quibus nemo ad erumpendum ſignum dediſſet. Daret ſignum: intellecturum, eoſdem, qui antea fuerint, & Romanos & Ligures eſſe.*

28 Bina cis montes caſtra Ligurum erant. ex iis, primis diebus ſole orto, pariter omnes compoſiti & inſtructi procedebant: tum niſi exſatiati cibo vinoque arma non capiebant. diſperſi, inordinati exibant: [2] ut quibus pro ſpe certum eſſet, hoſtes extra vallum ſigna non elaturos. Adverſus ita incompoſitos eos venientes, clamore pariter omnium, qui in caſtris erant, calonum quoque & lixarum ſublato, ſimul omnibus portis Romani eruperunt. Liguribus adeo improviſa res fuit, ut perinde, ac ſi inſidiis circumventi forent, trepidarent. Exiguum temporis aliqua forma pugnæ fuit. fuga deinde effuſa, & fugientium paſſim cædes erat. Equitibus dato ſigno, ut conſcenderent equos, nec effugere quemquam ſinerent; in caſtra omnes trepida fuga compulſi ſunt: deinde ipſis exuti caſtris. Supra quindecim millia Ligurum eo die occiſa: capta duo millia & quingenti. Triduo poſt Ligurum [3] Ingaunorum omne nomen obſidibus datis in deditionem venit. gubernatores nautæque conquiſiti, qui prædatores fuiſſent navibus, atque omnes in cuſtodiam conjecti. Et à [4] C. Matieno duumviro naves ejus generis in Liguſtina ora duæ ac triginta captæ ſunt. Hæc, qui nunciarent, literaſque ad ſenatum ferrent, L. Aurelius Cotta, C. Sulpicius Gallus, Romam miſſi: ſimulque peterent, ut L. Æmilio confecta provincia decedere, & deducere ſecum milites liceret atque dimittere. Utrumque permiſſum ab ſenatu, & ſupplicatio ad omnia pulvi-

naria

1 *Reddebatur militum clamor, nullam militum culpam eſſe*] Vocem *militum* priore loco neque ſcripti ulli neque editi principes agnoſcunt. Itaque deleatur, invito quamvis Moguntino ſcripto, quem Aldus & deinceps alii ſecuti. *J. F. Gron.*

2 *Ut quibus pro ſpe certum eſſet*] Lege, *ut quibus prope certum eſſet*. Muretus.

3 *Ingaunorum omne nomen obſidibus datis in deditionem venit*] Sic etiam Aldina. Tu vero ſcribe cum membranis & prius editis, *in ditionem*: quod male Moguntini mutarunt. *J. F. Gron.*

4 *Et à Matieno duumviro*] Vet. lib. *Et à C. Matieno duumviro.* Sigonius.

1 *Trium-*

naria per triduum decreta: juſſique prætores, Petillius urbanas dimittere legiones, Fabius ſociis atque nomini Latino remittere delectum. & uti prætor urbanus conſulibus ſcriberet, ſenatum æquum cenſere, ſubitarios milites, tumultus cauſſa conſcriptos, primo quoque tempore dimitti. Colonia Graviſcæ eo anno deducta eſt in 29
agrum Etruſcum, de Tarquinienſibus quondam captum. Quina jugera agri data. [1] treſviri deduxerunt, C. Calpurnius Piſo, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Iſtra. Siccitate & inopia frugum inſignis annus fuit. Sex menſes nunquam pluiſſe, memoriæ proditum eſt. Eodem anno in agro L. Petillii ſcribæ ſub Janiculo, dum cultores agri altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ ſunt; operculis plumbo devinctis. Literis Latinis Græciſque utraque arca inſcripta erat; in altera Numam Pompilium, Pomponis filium, regem Romanorum, ſepultum eſſe: in altera, libros Numæ Pompilii ineſſe. Eas arcas quum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet; quæ titulum ſepulti regis habuerat, inanis inventa, ſine ullo veſtigio corporis humani, aut ullius rei; per tabem tot annorum [2] omnibus abſumptis. in altera [3] duo faſces candelis involuti, ſeptenos habuere libros, non integros modo, ſed recentiſſima ſpecie. Septem Latini de jure Pontificio erant: ſeptem Græci de diſciplina ſapientiæ, quæ illius [illegible] ætatis [illegible]

1 *Triumviri deduxerunt, C. Calpurnius Piſo*] Barber. & Petav. *treſviri deduxerunt*. Neque aliter iidem, immo omnes præcedenti libro cap. 44. *Coloniaſque deduxerunt iidem treſviri Q. Fabius Labeo & M. & Q. Fulvii, Flaccus & Nobilior*. Quod retinuerunt editi antequam Moguntinus mutavit. Sic & cap. 24 hoc libro Barber. *treſviri deduxerunt, T. Cornelius Scipio Naſica*, &c. *J. F. Gron.*

2 *omnibus abſumptis*] Suſpicor legendum eſſe: *oſſibus abſumptis*. Sic enim fere Plutarchus in Numa: ἡ μὲν ἑτέρα κενὴ παντάπασιν ὤφθη, καὶ μέρος οὐδὲν οὐδὲ λείψανον ἔχουσα τοῦ σώματος. *Sigonius.*

3 *Duo faſces candelis involuti*] Caſſius Hemina apud Plinium lib. 13. cap. 13. *Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo verſus*. Funiculis intellige pice vel cera illitis. Sic *candelis ſubigi* apud eundem Plinium lib. 33, 7. *J. F. Gron.*

ætatis eſſe potuit. Adjicit Antias Valerius, Pythagoricos fuiſſe: vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuiſſe Numam, mendacio probabili accommodata fide. Primo ab amicis, qui in re præſenti fuerunt, libri lecti. mox pluribus legentibus quum vulgarentur, Q. Petillius prætor urbanus, ſtudioſus legendi eos libros à L. Petillio ſumpſit. & erat familiaris uſus, quod ſcribam eum quæſtor Q. Petillius in decuriam legerat. Lectis rerum ſummis, quum animadvertiſſet [1] pleraque diſſolvendarum religionum eſſe, L. Petillio dixit, *Seſe eos libros in ignem conjecturum eſſe. prius quam id faceret, ſe ei permittere, uti, ſi quod ſeu jus, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia eum facturum.* Scriba ad tribunos plebis adit: ab tribunis ad ſenatum res eſt rejecta. Prætor ſe jusjurandum dare paratum eſſe ajebat, libros eos legi, ſervarique non oportere. Senatus cenſuit, *Satis habendum, quod prætor jusjurandum polliceretur. libros primo quoque tempore in comitio cremandos eſſe. pretium pro libris, quantum Q. Petillio prætori majorique parti tribunorum plebis videretur, domino eſſe ſolvendum.* id ſcriba non accepit. libri in comitio, igne à victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt. Magnum bellum ea æſtate coortum in Hiſpania citeriore. ad quinque & triginta millia hominum, quantum nunquam ferme antea, Celtiberi comparaverant. Q. Fulvius Flaccus eam obtinebat provinciam. is, quia armare juventutem Celtiberos audierat, & ipſe, quanta poterat, à ſociis auxilia contraxerat; ſed nequaquam numero militum hoſtem æquabat. Principio veris exercitum in Carpetaniam duxit, & caſtra locavit [2] ad oppidum Æburam, mo-

dico

1 *Pleraque diſſolvendarum religionum eſſe*] Hoc genus dicendi, de quo ſupra admonuimus, quam vim habeat ex Valerio, qui hæc eadem fere verba in primum ſuum librum tranſtulit, perſpici poteſt, cum ait: *Quia aliqua ex parte ad ſolvendam religionem pertinere videbantur.* Eandem hiſtoriam attigit Lactantius lib. 1 cap. 22. *Sigonius.*

2 *Ad oppidum Eburam*] *Æburam* ſcribo ex Stephan. Αἴβουρα πόλις Ἰβηρίας· ὡς Στράβων· ὁ πολίτης Αἰβουραῖος. δύναται καὶ Αἰβουράτης. *Idem.*

1 *Pu-*

dico præſidio in urbe poſito. Paucis poſt diebus Celtiberi, millia duo ferme inde, ſub colle poſuerunt caſtra. quos ubi adeſſe prætor Romanus ſenſit, M. Fulvium fratrem cum duabus turmis ſociorum equitum ad caſtra hoſtium ſpeculatum miſit; quam proxime ſuccedere ad vallum juſſum, ut viſeret, quanta eſſent: [1] pugna abſtineret, reciperetque ſeſe, ſi hoſtium equitatum exeuntem vidiſſet. Ita, ut præceptum erat, fecit. per dies aliquot nihil ultra motum, quam ut hæ duæ turmæ oſtenderentur: dein ſubducerentur, ubi equitatus hoſtium caſtris procurriſſet. Poſtremo & Celtiberi omnibus ſimul peditum equitumque copiis caſtris egreſſi, acie directa medio ferme ſpatio inter bina caſtra conſtiterunt. Campus erat planus omnis, & aptus pugnæ. ibi ſtetere Hiſpani hoſtem exſpectantes. Romanus intra vallum ſuos continuit per quatriduum continuum, & illi eodem loco aciem inſtructam tenuerunt. Ab Romanis nihil motum. inde quievere in caſtris Celtiberi, quia pugnæ copia non fiebat: equites tantum in ſtationem egrediebantur, ut parati eſſent, ſi quid ab hoſte moveretur. pone caſtra utrique pabulatum & lignatum ibant, neutri alteros impedientes. Prætor Romanus, ubi ſatis tot dierum quie- 31
te credidit ſpem factam hoſti, nihil ſe priorem moturum: L. Acilium cum ala ſiniſtra, & ſex millibus provincialium auxiliorum circumire montem jubet, qui ab tergo hoſtibus erat: inde ubi clamorem audiſſet, decurrere ad caſtra eorum. nocte profecti ſunt, ne poſſent conſpici. Flaccus luce prima C. Scribonium præfectum ſociûm ad vallum hoſtium cum equitibus extraordinariis ſiniſtræ alæ mittit. quos, ubi & propius accedere, & plures, quam ſoliti erant, Celtiberi conſpexerunt, omnis equitatus effunditur caſtris: ſimul & peditibus ſignum ad exeundum

1 *Pugna abſtineret, reciperetque ſeſe*] Livii fuerat: *quam proxime ſuccedere ad vallum juſſum, ut viſeret quanta eſſent; pugna abſtinere, recipereque ſeſe, ſi hoſtium.* nempe *juſſum.* J. F. Gron.

1 Ubi

dum datur. Scribonius, uti præceptum erat, [1] ubi primum fremitum equeſtrium audivit, avertit equos, & caſtra repetit. eo effuſius ſequi hoſtes. primo equites, mox & peditum acies aderat, haud dubia ſpe, caſtra eo die ſe oppugnaturos. quingentos paſſus non plus à vallo aberant. Itaque ubi Flaccus ſatis abſtractos eos à præſidio caſtrorum ſuorum ratus eſt, intra vallum exercitu inſtructo, tribus partibus ſimul erumpit: clamore non tantum ad ardorem pugnæ excitandum ſublato, ſed etiam, ut qui in montibus erant, exaudirent. nec morati ſunt, quin decurrerent, ſicut imperatum erat, ad caſtra: ubi quingentorum armatorum, non amplius, relictum erat præſidium. quos quum & paucitas ſua, & multitudo hoſtium, & improviſa res terruiſſet, prope ſine certamine capiuntur caſtra. caſtris, quæ pars maxime à pugnantibus conſpici poterat, injecit Acilius ignem.
32 Poſtremi Celtiberorum, qui in acie erant, primi flammam conſpexere. deinde per totam aciem vulgatum eſt, caſtra amiſſa eſſe, & tum, cum maxime, ardere: unde illis terror, inde Romanis animus crevit. jam clamor ſuorum vincentium accidebat, jam ardentia hoſtium caſtra apparebant. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati ſunt. cæterum poſteaquam receptus pulſis nullus erat, nec uſquam, niſi in certamine, ſpes; pertinacius de integro capeſſunt pugnam. Acie media urgebantur acriter à quinta legione. adverſus lævum cornu, in quo ſui generis provincialia auxilia inſtruxiſſe Romanos cernebant, cum majore fiducia intulerunt ſigna. Jam prope erat, ut ſiniſtrum cornu pelleretur Romanis, ni ſeptima legio ſucceſſiſſet: ſimul ab oppido Æbura, qui in præſidio relicti erant, in medio ardore pugnæ advenerunt, & Acilius ab tergo erat. Diu in medio cæſi Celtiberi. qui ſupererant, in omnes

1 *Ubi primum fremitum equeſtrium audivit*] Haud dubie: *fremitum equeſtrem*. Sic alibi, *procella equeſtris*. Forte &, *caſtra eo die ſe expugnaturos*. J. F. Gron.

omnes paſſim partes capeſſunt fugam. Equites bipartito in eos emiſſi, magnam cædem edidere. ad viginti tria millia hoſtium eo die cæſa: capta quatuor millia, & octingenti cum equis plus quingentis: & ſigna militaria nonaginta octo. Magna victoria, non tamen incruenta fuit. Romani de duabus legionibus milites paulo plus ducenti, ſociûm Latini nominis octingenti triginta, externorum auxiliarium duo millia ferme & quadringenti ceciderunt. Prætor in caſtra victorem exercitum reduxit. Acilius manere in caſtris ab ſe captis juſſus. poſtero die ſpolia de hoſtibus lecta: & pro concione donati, quorum virtus inſignis fuerat. Sauciis deinde in oppidum 33
Æburam devectis, per Carpetaniam [1] ad Contrebiam ductæ legiones. ea urbs circumſeſſa quum à Celtiberis auxilia arceſſiſſet, morantibus iis, non quia ipſi cunctati ſunt, ſed quia profectos à domo inexplicabiles continuis imbribus viæ & inflati amnes tenebant, deſperato auxilio ſuorum in deditionem venit. Flaccus quoque tempeſtatibus fœdis coactus, exercitum omnem in urbem introduxit. Celtiberi, qui domo profecti erant, deditionis ignari, quum tandem ſuperatis, ubi primum remiſerunt imbres, amnibus, Contrebiam veniſſent: poſteaquam caſtra nulla extra mœnia viderunt, aut in alteram partem tranſlata rati, aut receſſiſſe hoſtes, per negligentiam effuſi, ad oppidum acceſſerunt. In eos duabus portis Romani eruptionem fecerunt, & incompoſitos adorti fuderunt. Quæ res ad reſiſtendum eos, & ad capeſſendam pugnam, impediit, quod non uno agmine nec ad ſigna frequentes veniebant; eadem magnæ parti ad fugam ſaluti fuit. Sparſi enim toto paſſim campo ſe diffude-

1 *Ad Contrebiam ductæ legiones*] Quid in mentem Glareano venerit negare, *Contrebiæ* oppidi nomen alibi extare, neſcio, cum & Velleius libro 2 & Valerius lib. 2 & 7 & Florus, & qui ſcripſit de Viris illuſtribus, ubi de rebus Q. Metelli Macedonici in Hiſpania geſtis agunt, ejus meminerint, apud Valerium tamen eſt mendoſe *Trebia*, pro *Contrebia*. At Glareanus *Contributam* reponendum putat. *Sigonius*.

derunt: nec uſquam confertos eos hoſtis circumvenit. tamen ad duodecim millia ſunt cæſa: capta plus quinque millia hominum, equi quadringenti, ſigna militaria ſexaginta duo. Qui palati è fuga domum ſe recipiebant, alterum agmen Celtiberorum venientium, deditionem Contrebiæ & ſuam cladem narrando, averterunt. extemplo in vicos caſtellaque ſua omnes dilapſi. Flaccus à Contrebia profectus, per Celtiberiam populabundus ducit legiones: [1] multa caſtella oppugnavit, donec maxima pars Celtiberorum in
34 deditionem venit. Hæc in citeriore Hiſpania eo anno geſta. Et in ulteriore Manlius prætor ſecunda aliquot prœlia cum Luſitanis fecit. Aquileia colonia Latina eodem anno in agro Gallorum eſt deducta. tria millia peditum, quinquagena jugera, centuriones centena; centena quadragena equites acceperunt. treſviri deduxerunt, P. Cornelius Scipio Naſica, [2] C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Ædes duæ eo anno dedicatæ ſunt: una Veneris Erycinæ ad portam Collinam. dedicavit L. Porcius L. F. Licinus duumvir. (vota erat ab conſule L. Porcio; Liguſtino bello.) altera in foro olitorio Pietatis. eam ædem dedicavit Manius Acilius Glabrio duumvir: ſtatuamque auratam, [3] quæ prima

1 *Multa caſtella oppugnavit*] Lege, *expugnavit*. J. F. Gron.

2 *C. Flaminius, L. Manlius Acidinus*] Hi triumviri ſunt: Hæret autem hoc loco Glareanus, quia *L. Manlium Acidinum* eundem eſſe, cum eo putavit, quem nos *P. Manlium* prætorem ſcripſimus: nec quid ſequatur certi quicquam habet. *Sigonius.*

3 *Quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt*] Scio apud Manilium lib. 4. *Quum vitreum findens aurato vellere pontum*: in Gemblacenſi & Venetis membranis legi: *auravit vellere pontum*: Et Priſcianum: *A metallorum quoque nominibus ſolent naſci verba, ut ab auro, auro auras; ab ære, æro æras: unde auratus & æratus.* Nihilominus ſcripſiſſe Livium ſuſpicor: *ſtatuamque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatuta aurata eſt, patri Glabrioni poſuit.* Plautus Curculione: *Tibi naæ ego, ſi fidem ſervas mecum, Vineam pro aurea ſtatua ſtatuam, quæ tuo Gutturi ſit monumentum.* Cicero Philippica 9. *Ut eam baſim ſtatuamque faciendam & in Roſtris ſtatuendam locent.* Gellius 9, 11. *Statuam Corvino iſti D. Auguſtus in foro ſuo ſtatuendam curavit.* J. F. Gron.

Quæ prima omn. in It. ſtatua aur. eſt, patris Glabrionis poſuit] Valerius lib. 2 ita: *Statuam aureatam nec in urbe*

prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patri Glabrioni poſuit. Is erat, qui ipſe eam ædem voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnaſſet: locaveratque idem ex ſenatuſconſulto. Per eoſdem dies, quibus hæ ædes dedicatæ ſunt, L. Æmilius Paullus proconſul ex Liguribus Ingaunis triumphavit. Tranſtulit coronas aureas quinque & viginti. nec præterea quicquam auri argentique in eo triumpho latum. captivi multi principes Ligurum ante currum ducti. æris trecenos militibus diviſit. Auxerunt ejus triumphi famam legati Ligurum; pacem perpetuam orantes: ita in animum induxiſſe Ligurum gentem, nulla umquam arma, niſi imperata à populo Romano, ſumere. Reſponſum à Q. Fabio prætore eſt Liguribus juſſu ſenatus, *Orationem eam non novam Liguribus eſſe: mens vero ut nova & orationi conveniens eſſet, ipſorum id plurimum referre. Ad conſules irent, &, quæ ab iis imperata eſſent, facerent. nulli alii, quam conſulibus ſenatum* [1] *crediturum eſſe, ſincera fide in pace Ligures eſſe.* Pax in Liguribus fuit. In Corſica pugnatum eſt cum Corſis. ad duo millia eorum M. Pinarius prætor in acie occidit. qua clade compulſi obſides dederunt, & ceræ centum millia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus: & cum Ilienſibus, [2] gente ne nunc quidem omni parte pacata, ſecunda prælia facta. Carthaginienſibus eodem anno centum obſides redditi, [3] pacemque cum iis populus Roma-

be, nec in ulla parte Italiæ quiſquam prius aſpexit, quam à M' Acilio Glabrione equeſtris patri poneretur in æde Pietatis. Ex quibus verbis animadvertere licet, *patri Glabrioni*, apud Livium, non *patris Glabrionis* eſſe legendum, quæ lectio in manuſcriptis etiam reperitur. *Sigonius.*

1 *Crediturum eſſe*] Dele hic τὸ *eſſe*. J. F. Gron.

2 *Gente ne nunc quidem omni parte pacata*] Si ita ſcripſit auctor, feremus ſane, ut 41, 6. *Invalido exercitu & magna parte peſtilentia abſumpto.* Interim confidenter ſuſpicor à Livio poſitum: *ne nunc quidem omni perpacata.* Jac. Gr.

3 *Pacemque cum iis populus Romanus non ab ſe tantum*] Neque ignoro illa Plautina: *ſervare cum aliquo fidem, cavere, captare cum aliquo*: tamen præpoſitionem *cum* hic apud noſtrum delendam eſſe cenſeo, Lib. 9. *Fœdus petitum venerunt, pacis per omnem Apuliam præſtandæ populo Ro. auctores.* Juſtinus lib. 25.

Romanus, non ab ſe tantum, ſed ab rege etiam Maſiniſſa præſtitit: qui tum præſidio armato agrum, qui in controverſia erat, obtinebat.
35 Otioſam provinciam conſules habuerunt. M. Bæbius, comitiorum cauſſa Romam revocatus, conſules creavit, A Poſtumium Albinum Luſcum, & C. Calpurnium Piſonem. Prætores exinde facti, Ti. Sempronius Gracchus, L. Poſtumius Albinus, P. Cornelius Mammula, [1] Ti. Minucius Molliculus, A. Hoſtilius Mancinus, C. Mænius. ii omnes magiſtratum Idibus Martiis inierunt. Principio ejus anni, quo A. Poſtumius Albinus, & C. Calpurnius Piſo conſules fuerunt, ab A. Poſtumio conſule in ſenatum introducti, qui ex Hiſpania citeriore venerant à Q. Fulvio Flacco, L. Minucius legatus, & duo Tribuni militum, T. Mænius, & L. Terentius Maſſa. Hi quum duo ſecunda prœlia, deditionem Celtiberiæ, confectam provinciam nunciaſſent; nec ſtipendio, quod mitti ſoleret, nec frumento portato ad exercitum in eum annum opus eſſe; petierunt ab ſenatu primum, *ut ob res proſpere geſtas Diis immortalibus honos haberetur. deinde: ut Q. Fulvio decedenti de provincia deportare inde exercitum, cujus forti opera & ipſe & multi ante eum prætores uſi eſſent, liceret. quod fieri, præterquam quod ita deberet,* [2] *etiam prope neceſſarium eſſet. Ita enim obſtinatos eſſe milites, ut non ultra retineri poſſe in provincia viderentur, injuſſuque abituri inde eſſent, ſi non dimitterentur: aut in pernicioſam, ſi quis impenſe retineret, ſeditionem exarſuri.* Conſulibus ambobus provinciam Ligures eſſe ſenatus juſſit. Prætores inde ſortiti ſunt. A. Hoſtilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit; P. Cornelio Sicilia, C. Mænio Sar-

lib. 25. Ut *Antigono pacem opinio hujus victoria, non à Gallis tantum, verum etiam à finitimorum feritate præſtiterit.* Idem 29. *Gryphus octo annis quietem & ipſe habuit & regno præſtitit.* J. F. Gron.

1 *T. Minutius Melliculus*] Vet. lib. *Ti. Minucius Molliculus.* Supra oſtendimus *Tiberii* prænomen fuiſſe etiam *Minuciorum.* Sigonius.

2 *Etiam prope neceſſarium eſſet*] Scripſit Livius: *quod fieri, præterquam quod ita deberet, etiam prope neceſſarium eſſe: ita enim obſtinatos eſſe milites,* &c. Qualiter cum alibi tum lib. 31, 8 & 11. lib. 35, 49 reſtituimus. *J. F. Gron.*

1 *Et*

Sardinia. Hiſpanias ſortiti, L. Poſtumius ulteriorem, Ti. Sempronius citeriorem. Is quia ſucceſſurus Q. Fulvio Flacco erat, ne vetere exercitu provincia ſpoliaretur, *Quæro*, inquit, *de te, L. Minuci, quum confectam provinciam nuncies, exiſtimeſne Celtiberos perpetuo in fide manſuros, ita ut ſine exercitu ea provincia obtineri poſſit? Si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut affirmare nobis potes, & habendum illic utique exercitum cenſes; utrum tandem auctor ſenatui ſis ſupplementum in Hiſpaniam mittendi? ut ii modo, quibus emerita ſtipendia ſint, milites dimittantur, veteribus militibus tyrones immiſceantur? An deductis de provincia veteribus legionibus novas conſcribendi & mittendi: quum contemptum tyrocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebellandum poſſit? Dictu quam re facilius ſit, provinciam ingenio ferocem, rebellatricem, confeciſſe. Paucæ civitates, ut quidem ego audio, quas vicina maxime hiberna premebant, in jus ditionemque venerunt, ulteriores in armis ſunt. quæ cum ita ſint, ego jam hinc prædico, Patres Conſcripti, me exercitu eo, qui nunc eſt, rempublicam adminiſtraturum: ſi deducat ſecum Flaccus legiones, loca pacata me ad hibernacula electurum, neque novum militem ferociſſimo hoſti objecturum.* Legatus ad ea, quæ interrogatus erat, 36
reſpondit? *Neque ſe, neque quemquam alium divinare poſſe, quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri eſſent. Itaque negare non poſſe, quin rectius ſit, etiam ad pacatos barbaros, nondum ſatis aſſuetos imperio, exercitum mitti. novo autem, an vetere exercitu opus ſit; ejus eſſe dicere, qui ſcire poſſit, qua fide Celtiberi in pace manſuri ſint: ſimul & qui illud exploratum habeat, quieturos milites, ſi diutius in provincia retineantur. Si ex eo, quod aut inter ſe loquantur, aut ſucclamationibus apud concionantem imperatorem ſignificent, quid ſentiant, conjectandum ſit; palam vociferatos eſſe, aut imperatorem in provincia retenturos, aut cum eo in Italiam venturos eſſe.* Diſceptationem inter prætorem legatumque conſulum relatio interrupit: qui ſuas ornari provincias, priuſquam de prætoris exercitu ageretur, æquum cenſebant. Novus omnis

exercitus conſulibus eſt decretus: binæ legiones Romanæ cum ſuo equitatu, & ſociûm Latini nominis, quantus ſemper numerus, quindecim millia peditum, & octingenti equites. cum hoc exercitu Apuanis Liguribus ut bellum inferrent, mandatum eſt. P. Cornelio & M. Bæbio prorogatum imperium: juſſique provincias obtinere, donec conſules veniſſent. tum imperatum, ut dimiſſo, quem haberent, exercitu, reverterentur Romam. De Ti. Sempronii deinde exercitu actum eſt. novam legionem ei quinque millium & ducentorum peditum cum equitibus quadringentis conſules ſcribere juſſi: [1] & mille præterea peditum civium Romanorum, quinquaginta equites: & ſociis è nomine Latino imperare ſeptem millia peditum, trecentos equites. cum hoc exercitu placuit ire in Hiſpaniam citeriorem Ti. Sempronium. Q. Fulvio permiſſum, ut qui milites ante Sp. Poſtumium, & Q. Marcium conſules, cives Romani ſociive in Hiſpaniam tranſportati eſſent, & præterea, ſupplemento adducto, quot amplius duabus legionibus, quam decem millia, & quadringenti pedites, ſexcenti equites eſſent; & ſociûm Latini nominis duodecim millia, ſexcenti equites, quorum forti opera duobus adverſus Celtiberos prœliis uſus Q. Fulvius eſſet; eos, ſi videretur, ſecum deportaret. Et ſupplicationes decretæ, quod is proſpere rempublicam geſſiſſet: & cæteri prætores in provincias miſſi. [2] Q. Fabio Butconi prorogatum in Gallia imperium

1 *Et mille præt. peditum Romanorum*] Vet. lib. *Peditum civium Romanorum.* Recte; ſic enim ſupra, *Quatuor millia peditum civium Romanorum, & ducenti equites.* Sigonius.

2 *Q. Fab. But prorogatum in Gallia imperium*] Vet. lib. *In Galliam.* Utraque locutio Livio uſitata. *Idem.*

Prorogatum in Gallia imperium eſt] Et hic Sigonius *in Galliam*: ex ſuis veteribus libris, (quibuſcum non certe faciunt noſtri) & utramque locutionem eſſe Livio uſitatam obſervat. In quo etiam fallitur: nam, ut dixi, imperium populus Romanus non dabat magiſtratibus in provincias, ſed in exercitus in provinciis: neque aliud erat *imperium* hoc ſenſu quam poteſtas exercitum habendi & ei imperandi, remve bellicam adminiſtrandi. Sic lib. 26. *Et prætoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant, proroga-*

rium eſt. Octo legiones, præter exercitum veterem, qui in Liguribus in ſpe propinqua miſſionis erat, eo anno eſſe placuit. & is ipſe exercitus ægre explebatur propter peſtilentiam, quæ jam tertium annum urbem Romanam atque Italiam vaſtabat. Prætor Ti. Minucius, & haud 37
ita multo poſt Conſul C. Calpurnius moritur, multique alii omnium ordinum illuſtres viri: poſtremo, prodigii loco ea clades haberi cœpta eſt. C. Servilius pontifex maximus, piacula iræ Deûm conquirere juſſus, decemviri libros inſpicere, conſul Apollini, Æſculapio, Saluti, dona vovere, & dare ſigna inaurata, quæ vovit deditque. Decemviri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſſa, in urbe, & per omnia fora conciliabulaque edixerunt: majores duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes ſupplicaverunt. Fraudis quoque humanæ inſinuaverat ſuſpicio animis: & veneficii quæſtio ex ſenatusconſulto, quod in urbe propiuſve urbem decem millibus paſſuum eſſet commiſſum, C. Claudio prætori, qui in locum Ti. Minucii erat ſuffectus; ultra decimum lapidem per fora conciliabulaque C. Mænio, priuſquam in Sardiniam provinciam trajiceret, decreta. Suſpecta conſulis erat mors maximè. necatus à Quarta Hoſtilia uxore dicebatur. ut quidem filius ejus [1] Q. Fulvius Flaccus

rogatum eſt imperium. Sic utique ſine ulla varietate & veteres & vulgati libri. Eodem, c. 18. *Omnes non centuriæ modo, ſed etiam homines P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpania juſſerunt.* Sic Mſſ. Lib. 27. *His quoque eſt enim prorogatum in Sicilia imperium.* Lib. 30. *Latum ad populum eſſe, cujus vellent imperium in Africa eſſe.* Nec longe ibidem: *P. Scipioni cum exercitibus, quos haberet, in provincia Africa prorogatum imperium.* Iterumque: *M. Servilio in Etruria prorogatum imperium.* Denique: *cui juberent in Hiſpania imperium eſſe.* Lib. 31, extremo. *Plebes Cn. Cornelio Lentulo & L. Stertinio proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania juſſit.* Videntur induxiſſe Sigonium illa lib. 26. *Quem cum imperio mitti placeret in Hiſpaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator præfuiſſet.* Lib. 42. *C. Sicinius prætor deſignatus cum imperio in Apuliam miſſus.* Et ſi quæ ſimilia. Sed hæc alius, atque ſuperiora, generis eſſe nemo non videt. *J. F. Grou.*

1 *Q. Fulvius Flaccus in locum vitrici coſ. eſt decl.*] Veriſimile non videtur Glareano duos Q. Fulvios Flaccos conſules fuiſſe, alterum hoc anno C. Calpurnio ſubrogatum, alterum cum L. Manlio inſequenti anno. & ne idem utroque anno conſul ſit veretur,

cus in locum vitrici conſul eſt declaratus; aliquanto magis infamis mors Piſonis cœpit eſſe: & teſtes exiſtebant, qui poſt declaratos conſules, Albinum & Piſonem, quibus comitiis Flaccus tulerat repulſam, & exprobratum ei à matre dicerent, quod jam ei tertium negatus conſulatus petenti eſſet: & adjeciſſe, pararet ſe ad petendum: intra duos menſes effecturam, ut conſul fieret. Inter multa alia teſtimonia ad cauſſam pertinentia, hæc quoque vox nimis vero eventu comprobata, valuit, cur Hoſtilia damnaretur. Veris principio hujus, dum conſules novos delectus Romæ tenet; mors deinde alterius; & creandi comitia conſulis in locum ejus, omnia tardiora fecerunt; interim P. Cornelius, & M. Bæbius, qui in conſulatu nihil memorabile geſſerant; in Apuanos Ligu-
38 res exercitum induxerunt. Ligures, qui ante adventum in provinciam conſulum non exſpectaſſent bellum, improviſo oppreſſi; ad duodecim millia hominum dediderunt ſe. Eos conſulto per literas prius ſenatu, deducere ex montibus in agros campeſtres procul ab domo, ne reditus ſpes eſſet, Cornelius & Bæbius ſtatuerunt: [1] nullum alium ante finem rati fore Liguſtini belli. [2] Ager pu- [illegible] bli-

tur, cum tamen duos eſſe eoſque patrueles appareat ex tabulis Capitolinis, in quibus ita eſt,

A. POSTUMIUS. A. F. A. N. ALBINUS.
CALPURNIUS. C. F. CN. N. PISO IN M. M. F. IN E. L. F.
L. MANLIUS L. F. L. N. ACIDINUS FULVIAN.
Q. FULVIUS CN. F. M. N. FLACCUS.
Q. FULVIUS Q. F. M. N. FLACCUS. *Sigonius.*

1 *Nullum alium ante finem rati fore Liguſtini belli*] Vel *alium* vel *ante* ſupereſt: ſed potius *ante*. J. F. Gron.

2 *Ager.---qui Tauraſinorum fuerat, cum trad. Lig. Ap. vell.*] Hujus extremi XL libri niſi unum (ut reor) manuſcriptum exemplar extat, quod in Germania eſt, unde ad ceteros hæc pars tranſlata eſt. Cum igitur Germani primum impreſſiſſent: *Qui Tauraſinorum traducere Ligures*, deinde ab aliis emendatum eſt: *Qui Tauraſinorum fuerat, cum traducere*. Recte (ut mihi videtur,) verum ad explendum hunc ſenſum, nimis præciſe. Plene autem ſic legetur: *Qui Tauraſinorum fuerat. In eum cum traducere.* Sic paulo poſt ait: *In Samnium traducti, agerque his popularis datus. Tauraſini* porro, qui ſint in Italia nemo prodit: *Tauraninos* edit Steph. *Sigonius.* At tu vide Cluverium lib. 4 Ital. Antiq. cap. 8.

Qui Tauraſinorum) V. ed. *Tauraninorum*, quos à Taurania, cujus meminit Plinius 3, 5, & Stephanus; dici pu-

blicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Tauraſinorum ** traducere Ligures Apuanos vellent; [1] edixerunt, Ligures ab Anido montibus deſcendere cum liberis conjugibuſque: ſua omnia ſecum portarent. Ligures ſæpe per legatos deprecati, ne penates, ſedem in qua geniti eſſent, ſepulchra majorum, cogerentur relinquere, arma, obſides pollicebantur. poſteaquam nihil impetrabant, neque vires [2] ad bellandum erant, edicto paruerunt. Traducti ſunt publico ſumptu ad quadraginta millia liberorum capitum cum fœminis puerisque. [3] argenti data centum & quinquaginta millia ſeſtertiûm, unde in novas ædes compararent quæ opus eſſent. agro dividendo dandoque, iidem, qui traduxerant, Cornelius & Bæbius præpoſiti. poſtulantibus tamen ipſis, quinqueviri ab ſenatu dati, quorum ex conſilio agerent. Tranſacta re, quum veterem exercitum Romam deduxiſſent, triumphus ab ſenatu eſt decretus. Hi omnium primi nullo bello geſto triumpharunt. [4] tantum hoſtes ducti ante currum: quia nec quid ferretur, neque quid duceretur captum, neque quid militibus daretur, quicquam in triumphis eorum fuerat. Eodem anno in Hiſpania Fulvius Flaccus proprætor, quia ſucceſſor in provinciam 39
tar-

putat Camillus Peregr. diſſ. 2 de Capua cap. 23. *J. F. Gron.*

1 *Edixerunt Ligures ab Anido montibus deſ.*] Neque hic locus perfectus eſt, deeſt enim alterius montis nomen. quamquam ne *Anidi* quidem mentio eſt. Aſteriſcum iccirco apponendum cenſeo. *Sigonius.*

Ab Anido montibus deſcendere] Lege: *ab Anido monte ut deſcenderent. Anidus* vero mons is forte fuerit qui Macram effundens flumen, vulgo nunc appellatur *Monte Borgada* & *Monte Borgalla.* Cluverius. Lege: *ut Ligures Apuani de montibus deſcenderent.* Muretus.

2 *Ad rebellandum*] In primo exemplari Germanico fuit, *ad bellandum.* Quod magis huic loco convenit. *Sigonius.*

3 *Argenti data centum & quinquaginta millia*] Adjiciendum puto H. S. Nam ſi pondo intelligamus, nimis magna erit ſumma, quam in ablegatos Ligures erogare voluiſſe Romanos, non eſt veriſimile. *Glarean.*

4 *Tantum hoſtes ducti ante currum*] Non video, qui hoſtes ante currum potuerint duci, ubi nulli fuerunt. Forte, *obſides.* Mox lege: *nec quod ferretur, neque quod d. c. neque quod mil. daretur, quicquam, in triumphis eorum, fuerat.* J. F. Gron.

tardius veniebat, educto exercitu ex hibernis, ulteriorem Celtiberiæ agrum, unde ad deditionem non venerant, inſtitit vaſtare. qua re irritavit magis, quam conterruit animos barbarorum: [1] & clam comparatis copiis ſaltum Manlianum, per quem tranſiturum exercitum Romanum ſatis ſciebant, obſederunt. In Hiſpaniam ulteriorem eunti L. Poſtumio Albino collegæ Gracchus mandaverat, ut Q. Fulvium certiorem faceret, Tarraconem exercitum adduceret. ibi [2] dimitti veteranos, ſupplementaque diſtribuere, & ordinare omnem exercitum ſeſe velle: dies quoque, & ea propinqua, edita Flacco eſt, qua ſucceſſor eſſet venturus. Hæc nova allata res, omiſſis quæ agere inſtituerat, Flaccum raptim deducere exercitum ex Celtiberia quum coëgiſſet; barbari, cauſſæ ignari, ſuam defectionem, & clam comparata arma ſenſiſſe eum, & pertimuiſſe rati, eo ferocius ſaltum inſederunt. Ubi eum ſaltum prima luce agmen Romanum intravit, repente ex duabus partibus ſimul exorti hoſtes Romanos invaſerunt. quod ubi vidit Flaccus, primos tumultus, in agmine per centuriones ſtare omnes ſuo quemque loco, & arma expedire jubendo, ſedavit: & ſarcinis jumentiſque in unum locum coactis, copias omnes partim ipſe, partim per legatos tribunoſque militum, ut tempus & locus poſtulabat, ſine ulla trepidatione inſtruxit; cum bis deditis rem eſſe admonens. *Scelus & perfidiam illis, non virtutem nec animum acceſſiſſe. Reditum ignobilem in patriam, clarum ac memorabilem eos ſibi feciſſe: cruentos ex recenti cæde hoſtium gladios, & manantia ſanguine ſpolia, Romam ad triumphum delaturos.* Plura dici tempus non patiebatur. invehebant ſe hoſtes, & in partibus extremis jam pugnabatur. deinde acies concurrerunt. Atrox ubique prœlium, ſed varia fortuna erat. egregie legiones, nec ſe-

1 *Et clam comparatis copiis*, &c. *obſederunt*] Opinor: *ut clam comparatis copiis*, &c. *obſederint*. Jac. Gron.

2 *Dimitti veteranos*] Forte, *dimittere*. J. F. Gron.

1 *Qua-*

ſegnius duæ alæ pugnabant: externa auxilia ab ſimili armatura, meliore aliquantum militum genere urgebantur, nec locum tueri poterant. Celtiberi ubi ordinata acie, & ſignis collatis ſe non eſſe pares legionibus ſenſerunt, cuneo impreſſionem fecerunt. quo tantum valent genere pugnæ, ut, [1] quacumque parte perculère impetu ſuo, ſuſtineri nequeant. tunc quoque turbatæ legiones ſunt, prope interrupta acies. Quam trepidationem ubi Flaccus conſpexit, equo [2] advehitur ad legionarios equites: &, *Ecquid auxilii in vobis eſt? Actum jam de hoc exercitu erit?* quum undique acclamaſſent, quin ederet quid fieri velit, non ſegniter imperium exſecuturos: *Duplicate turmas*, inquit, *duarum legionum equites*, & [3] *permittite equos in cuneum hoſtium, quo noſtros urgent. id cum majore vi equorum facietis, ſi effrenatos in eos equos immittitis:* quod ſæpe Romanos equites cum magna laude feciſſe ſua, memoriæ proditum eſt. Dicto paruerunt, detractiſque frænis bis ultro citroque cum magna ſtrage hoſtium infractis omnibus haſtis tranſcurrerunt. Diſſipato cuneo, in quo omnis ſpes fuerat, Celtiberi trepidare, & prope omiſſa pugna locum fugæ circumſpicere. Et alarii equites, poſtquam Romanorum equitum tam memorabile facinus videre, & ipſi virtute eorum accenſi, ſine ullius imperio, in perturbatos jam hoſtes equos immittunt. Tunc vero Celtiberi omnes in fugam effunduntur, & imperator Romanus averſos hoſtes contemplatus, ædem Fortunæ Equeſtri, Jovique optimo maximo ludos vovit: cæduntur Celtiberi per totum ſaltum diſſipati fuga. Decem & ſe-

1 *Quacumque parte perculere impetu ſuo*] Ego legendum arbitror: *quamcumque in partem pertulere impetum ſuum.* Poteſt tamen retineri *quacumque parte*; ſed alteram lectionem venuſtiorem puto. *Tan. Fab.*

2 *Advehitur ad legionarios equites, & ecquid auxilii*] Conjicio ſcribendum: *& ni quid in vobis auxilii eſt, actum jam de hoc exercitu erit.* & ſane ſenſus dictat non aliter concepiſſe auctorem. *J. F. Gron.*

3 *Permittite equos, &c. cum majore vi equorum*] Delendum puto τὸ *equorum*. Tan. Faber.

eptem millia hoſtium cæſa eo die traduntur: vivi capti plus tria millia, ducentis ſeptuaginta ſeptem cum ſignis militaribus: equis prope mille centum. Nullis caſtris eo die victor exercitus manſit: victoria non ſine jactura militum fuit. quadringenti ſeptuaginta duo milites Romani, ſociûm ac Latini nominis mille decem & novem, cum his tria millia militum auxiliariorum perierunt. ita victor exercitus, renovata priore gloria, Tarraconem eſt perductus. Venienti Fulvio Ti. Sempronius prætor, qui biduo ante venerat, obviam proceſſit: gratulatuſque eſt, quod rempublicam egregie geſſiſſet. cum ſumma concordia, quos dimitterent, quoſque retinerent milites, compoſuerunt. Inde Fulvius, exauctoratis militibus in naves impoſitis, Romam eſt profectus. Sempronius in Celtiberiam legiones duxit. conſules ambo in Ligures exercitus induxerunt, diverſis partibus. Poſtumius prima & tertia legione Baliſtam Suiſmontiumque montes obſedit. & premendo præſidiis anguſtos ſal-
41 tus eorum, commeatus interclusit: inopiaque omnium rerum eos perdomuit. Fulvius ſecunda & quarta legione adortus à Piſis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluvium incolebant, in deditionem acceptos, [1] ad ſeptem millia hominum in naves impoſitos, præter oram Etruſci maris Neapolin tranſmiſit. inde in Samnium traducti, agerque his inter populares datus eſt. Montanorum Ligurum ab A. Poſtumio vineæ cæſæ, frumentaque deuſta: donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt. Navibus inde Poſtumius ad viſendam oram Ingaunorum Intemeliorumque Ligurum proceſſit. [2] Priuſquam hi conſules venirent ad exercitum, qui Piſas indictus erat, præerant A. Poſtumius, & frater Q. Fulvii M. Fulvius Nobilior. ſe-

1 *Ad ſeptem millia hom. in na. impoſitos*] In primo exemp. Germanico erat *impoſita*, quod magis probo. *Sigonius.*

2 *Priuſq. hi conſ. ad ex. ven. qui Piſas inductus erat, praerant A. Poſtumius*, &c.] Legendum cenſeo, *Indictus erat.* Nam *indu-*

ſecundæ legionis Fulvius tribunus militum erat.[1] is menſibus

inducere exercitum, eſt in hoſtem adducere. at Piſæ pro Romanis ſtabant. Itaque paulo ante dixit: *Adortus à Piſis Apuanos Ligures. Indictus* ergo reſtituendum. Nam *Edicere* & *indicere exercitum* aliquo ad conveniendum eſt uſitatum, ut paulo ante: *Stobos Pœoniæ exercitu indicto.* Porro autem A. Poſtumius hic alius erat quam conſul, qui & ipſe A. Poſtumius dicebatur. *Sigonius.*

1 *Is menſibus ſuis dimiſit legionem*] Nihil vitii inſidere in hoc loco puto, contra atque cenſet Glareanus. ſenſus eſt: Ante adventum conſulum præfuiſſe exercitui, qui Piſas erat indictus, A. Poſtumium & M. Fulvium Nobiliorem fratrem Q. Fulvii Flacci conſulis: ita ut menſes, quibus ſinguli præeſſent, inter ſe diviſerint, æque ac conſules faſces, & Fabius, ac Minucius Dictatores quondam imperium. M. autem Fulvius menſibus ſuis dimiſit legionem ſecundam, cujus ipſe erat tribunus militum. Hac de re Valerius lib. 2, Frontin. lib. 4 ſic: *Q. Fulvius Flaccus cenſor Fulvium fratrem ſuum, quia legionem in qua tribunus militum erat injuſſu conſulis dimiſerat, à ſenatu movit.* Hinc Velleius lib. 1 ait: *Aſpera cenſura Fulvii Flacci, & Poſtumii Albini. quippe Fulvii Cenſoris frater, & quidem conſors Cn. Fulvius ſenatu motus eſt ab iis cenſoribus.* Et Livius lib. 41. *Creati cenſores Q. Fulvius Flaccus, A. Poſtumius Albinus legerunt ſenatum. Inſignis nota F. Fulvii, qui frater germanus, & (ut Valerius Antias tradit) conſors etiam cenſoris erat.* Qui autem cenſor Fulvius Fulvium notavit, is non hoc anno, ſed ſequenti eſt conſul. Hic enim Cn. F. ille Q. F. eſt ex tabulis Cap. Neque Fulvius tribunus militum frater eſt germanus hujus conſulis, ſed illius cenſoris. Credo autem hunc tribunum *Fulvium* recte, & *M.* & *Cn.* dici, at *L.* mendoſe. Quod ex ſequenti Fulviorum ſtemmate intelligetur:

M. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus Cos. an. 486.

C. Fulvius Flaccus frater Quinti. legatus ann. 539.	Q. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus. Cos. 513. 526. 538. 541. Cenſor. Dictator Capuam cepit.	Cn. Fulvius Flaccus. frater Quinti, qui Capuam cepit. prætor an. 538

Q. Fulvius Q. F. M. N. præt. Hiſpan. an. 568. conſul, 571. cenſor 567. filius Quinti, qui Capuam cepit. Velleius.	M. Fulvius Flaccus frater Quinti. de eo Liv. in an. 570. cum fratre eſt in Hiſpania. — M. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus Coſ. an. 625. interfectus cum C. Graccho.	Cn. Fulvius Flaccus frater germanus Quinti Cenſoris notatus ab eo, quia legionem dimiſerit Q. Fulvii conſulis. an. 570. Idem adoptatus à M. Fulvio Nobiliore, M. Fulvius Nobilior dictus.	L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fulvianus Coſ. 571. cum fratre ſuo germano Q. Fulvio. Velleius.	Q. Fulvius. Cn. F. M. N. Flaccus præt. Sardin. ann. 568. Cos. ann. 570. cujus conſulis legionem M. Fulvius Nobilior frater patruelis dimiſit. *Sigon.*

bus ſuis dimiſit legionem. jurejurando adactis centurionibus, æs in ærarium ad quæſtores eſſe delaturos. [1] Hoc ubi Placentiam (nam eo forte erat profectus) Aulo nunciatum eſt, cum equitibus expeditis ſecutus dimiſſos, quos eorum potuit aſſequi, [2] deduxit caſtigatos Piſas. de cæteris conſulem certiorem fecit. Eo referente ſenatuſconſultum factum eſt, ut M. Fulvius in Hiſpaniam relegaretur ultra Novam Carthaginem. [3] Literæque ei datæ ſunt

Is menſibus ſuis dimiſit legionem] Opinor hanc eſſe ſententiam. Cum ſex Tribuni militum eſſent in legione, in duabus duodecim, ita inter ſe partiri ſolitos eſſe vel comparare, ut per ſemeſtre bini duobus menſibus legionibus duabus imperarent. Polybius hujus rei mihi auctor, qui ita ſcribit: *κατὰ δύο γὰρ σφᾶς αὐτοὺς διελόντες ἀνὰ μέρος τῆς ἑξαμήνου τὸ δίμηνον ἄρχουσι.* Cum igitur imperandi vices ad Fulvium perveniſſent, is ſuis menſibus, id eſt, ſuo bimeſtri legionem dimiſit. *Turnebus.*

1 *Hoc ubi Plac. nam eo forte,* &c. *Fulvio nunciatum eſt, - - - conſulem certiorem fec. eo ref. S. C. factum eſt*] Duorum Fulviorum hic fit mentio, *Q. Fulvii* conſulis, & *M. Fulvii* tribnni militum: cum autem *M. Fulvius*, antequam conſul veniret, ad exercitum injuſſu ejus dimiſiſſet legionem, mirum videtur, cur ſubdat Livius, *Hoc ubi nunciatum Placentiam Fulvio eſt, nam eo forte profectus erat.* Nam ſi Fulvius conſul ad exercitum nondum venerat, quomodo forte Placentiam, quaſi ab exercitu erat profectus? deinde cum ait, *Certiorem conſulem fecit.* Quem conſulem? collegam dicet aliquis. at collegam erit dicendum. perſpicuum eſt igitur, cum dicat, antequam conſules ad exercitum venirent, præfuiſſe ei A. Poſtumium, & M. Fulvium: cumque addat, dimiſſam à M. Fulvio legionem, Fulvium, qui forte Placentiam profectus erat, perſequutum eſſe, deque ea re conſulem certiorem feciſſe, & conſule referente, S. C. factum eſſe, non Fulvium conſulem legionem perſequutum eſſe, qui adhuc Romæ erat, ſed A. Poſtumium, qui item exercitui cum præeſſet, Placentiam tum forte conceſſerat, ab ipſoque Aulo Fulvium conſulem certiorem factum eſſe, & Fulvio ipſo conſule S. C. factum eſſe. Quare pro *Fulvio* reponendum eſt, *Aulo*, immutatis paulum literis: ut de *A. Poſtumio* intelligamus. Glareanus plures hic verſus mendoſe eſſe cenſuit, nos uno nomine reſtituto omnia patefecimus. Et ſunt tamen qui diligentem hanc nominum Romanorum emendationem, ut minime neceſſariam improbent. quaſi vero, & hoc loco, & aliis nihil interſit quo quiſque nomine affectus fuerit, certo ſcire. *Sigonius.*

2 *Deduxit caſtigatos*] Lege, *reduxit.* J. F. Gron.

3 *Literæque ei datæ ſunt à Conſule ad P. Manlium*] Gelenio debemus, quum prius editum eſſet: *remitteretque ei datæ ſunt.* Et criminatur ille quidem editores non ſatis intentos oculos in veterem librum habuiſſe. Quidquid ſit, fieri non poteſt, quin ambigua veſtigia illius lectionis, aliter, quia ſenſu caret, non placituræ, apparuerint: eaque ſuſpicor ſignificaſſe: *SC. literaque ei datæ ſunt à conſule.* Ita namque ſimili in re ſolet Livius. Ut lib. 26. *Eques citus ab Roma venit, liteRaſque à C. Calpurnio prætore Fulvio & ſenatuſconſultum tradit.* Lib. 37. *Hoc ſenatuſconſultum literæque à Sp. Poſtumio prætore in Etruriam miſſæ ſunt.* Lib. 41. *& C. Claudius*

ſunt à conſule ad P. Manlium in Hiſpaniam ulteriorem
deferendæ. Milites juſſi ad ſigna redire. [1] cauſſa ignomi-
niæ, uti ſemeſtre ſtipendium in eum annum eſſet ei legio-
ni, decretum. qui miles ad exercitum non rediſſet, eum
ipſum bonaque ejus vendere conſul juſſus. Eodem anno 42
L. Duronius, qui prætor anno ſuperiore ex Illyrico cum
decem navibus Brunduſium redierat; inde in portu reli-
ctis navibus quum veniſſet Romam, inter exponendas
res, quas ibi geſſiſſet, haud dubiè in Regem Illyriorum
Gentium latrocinii omnis maritimi cauſam avertit. ex re-
gno ejus omnes naves eſſe, quæ ſuperi maris oram depo-
pulatæ eſſent. [2] De his rebus legatos miſiſſe, nec conve-
niendi regis poteſtatem factam. Venerant Romam legati
à Gentio, qui, quo tempore Romani conveniendi Regis
cauſſa veniſſent, ægrum forte eum in ultimis partibus fuiſ-
ſe regni dicerent. Petere Gentium ab ſenatu, ne crederent
con-

diis literis Ti. Claudii & ſenatuſconſulto accepto ex Iſtria legiones in Ligures traduxit. Quæ & valde firmant conjecturam noſtram lib. 22,26. *Acceptiſque in ipſo itinere literis ſenatuſque conſulto de æquato imperio.* J. F. Gron.

1 *Cauſa ignom. uti ſemeſtre ſtip. in eum ann. eſſet ei leg. decr.*] Hic mos exponitur apud Nonium. *Ære diruti,* inquit, *appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt, merces menſtrualis, aut annua, quæ eſſet in nummis æris ſubtrahebatur.* Varro de Vita populi Rom. lib. 2. *Stipendium appellabatur, quod æs militi ſemeſtre, aut annuum dabatur; cui datum non ſit propter ignominiam, ære dirutus eſſet.* Et Feſtus: *Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non erat datum, quod æs diruebatur in Fiſcum non in militis ſacculum.* Sigonius.

2 *De his rebus ſe legatos miſiſſe, nec conveniendi*] In unico codice Germanico, unde pars hæc libri hujus publicata eſt, non fuit τὸ *ſe*, ut apparet ex prima editione & Aldina, & quotquot eas fideliter expreſſerunt: recentiores ex lubitu adjecerunt: itaque nobis religioni non ſit tollere. Lib. 4, 57. *Tum Ahala Servilius tribunus militum, tacuiſſe tam diu, ait, non quia incertus ſententiæ fuerit.* Sic Fulvianus, Cujacianuſque & Voſſianus alter codices. Vulgo: *tacuiſſe ſe tamdiu.* Lib. 23, 13. *Quum id neſcire Mago diceret.* ut nos ibi ex melioribus. Et eodem lib. cap. 34. *Deinde ubi celeritate vinci ſenſerunt, tradunt ſe Romanis.* Lib. 25, 26. *Achradinam inde, trinis caſtris per idonea diſpoſitis loca, ſpe ad inopiam omnium rerum incluſos redacturum, circumſedit.* Ita ſcripti, non *redacturum ſe.* Et habes pariter lib. 22. *Edoctus à peritis regionum, ſi eum ſaltum occupaſſet, exitum Romano ad opem ferendam ſociis intercluſurum.* Lib. 27, 21. *Eo die quo pugnatum cum Romanis eſſet, inſcio avunculo clam armis equoque ſumto in aciem exiſſe.* Lib. 30, 22. *Nec meminiſſe per ætatem dicerent legati.* Quæ duo loca vulgo eadem labes inſederat. Lib. 29. *Duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alte-*

confictis criminibus in ſe, quæ inimici detuliſſent. ad ea Duronius adjecit, multis civibus Romanis & ſociis Latini nominis injurias factas in regno ejus. & cives Romanos dici Corcyræ retineri. Eos omnes Romam adduci placuit: C. Claudium prætorem cognoſcere: neque ante Gentio regi legatiſve ejus reſponſum reddi. Inter multos alios, quos peſtilentia ejus anni abſumpſit, ſacerdotes quoque aliquot mortui ſunt. L. Valerius Flaccus pontifex mortuus eſt. in ejus locum ſuffectus eſt Q. Fabius Labeo. P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hiſpania redierat, triumvir epulo, Q. Fulvius M. F. in locum ejus triumvir cooptatus. tum prætextatus erat. De rege ſacrifico ſufficiendo [1] in locum Cn. Cornelii Dolabellæ contentio inter C. Servilium pontificem maximum fuit, & L. Cornelium Dolabellam duumvirum navalem, quem ut inaugararet pontifex, magiſtratu ſeſe abdicare jubebat. recuſantique id facere, ob eam rem mulcta duumviro dicta à pontifice, deque ea quum provocaſſet, certatum ad populum. quum plures jam tribus intro vocatæ, dicto eſſe audientem pontifici duumvirum juberent; mulctamque remitti, ſi magiſtratu ſe abdicaſſet; [2] ultimum de cœlo, quod comitia turbaret, intervenit. reli-

rum in Etruria eſſe, ſatis ſcire. Lib. 34. *Ad ea conſul, moveri quidem vel periculo eorum vel metu dicere.* Ubi Andreas invitis ſcriptis, *moveri ſe.* Hoc libro cap. 44. *Voviſſe, quo die poſtremum cum Celtiberis pugnaſſet, ludos Jovi optimo maximo & ædem Equeſtri Fortunæ ſeſe facturum: in eam rem ſibi pecuniam collatam ab Hiſpanis.* Sic prima editio, ſic Aldina. Recentiores nec quid nec quare: *voviſſe ſe:* & deinde: *in eas res.* J. F. Gron.

1 *In locum C. Cornelii Dolabellæ*] Hæc anno DLXII, quo rex creatur, dicitur *Cn. Cornelius.* Itaque hoc etiam loco *Cn. Cornelii* lego. Quod prænomen tulerunt Dolabellæ, cum Cajum non item. *Sigonius.*

2 *Ultimum de cœlo, quod com. turb. int.*] *Ultimum* mendoſe eſt. Glareanus *portentum*, reſtituit, in quo portenta loquitur. Ego: *Vitium.* Unde *vitio creati*, & *vitioſi magiſtratus* dicuntur, qui contra auſpicia creati ſunt. Cicero de Divinatione: *Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus.* Idem. *Ultimum* loco adverbii poſitum, ut lib. 1. *Nunc errabundi domos ſuas ultimum illas viſuri pervagantur.* Nam *quod turbaret comitia* eſt deſcriptio vitii. Puta. fulgur apparuit, aut toni-

religio inde fuit pontificibus inaugurandi Dolabellæ. P. Clœlium Siculum inaugurarunt: [1] qui ſecundo loco inauguratus erat. Exitu anni, & [2] C. Servilius Geminus pontifex maximus deceſſit: idem decemvir ſacrorum fuit. pontifex in locum ejus à collegio cooptatus eſt Q. Fulvius Flaccus. [3] At pontifex maximus M. Æmilius Lepidus, quum multi clari viri petiſſent, & decemvir ſacrorum Q. Marcius Philippus in ejuſdem locum eſt cooptatus. Et augur Sp. Poſtumius Albinus deceſſit. in locum ejus [4] P. Scipionem filium Africani augures coo-

nitru auditum eſt. Elegans quoque *intervenit*. Terentius Hecyræ prologo: *Novum intervenit vitium & calamitas*. Gutherius de Jur. pont.

1 *Qui ſecundo loco inauguratus erat*] Turnebo mirum videtur eum inaugurari, qui jam ſecundo loco inauguratus fuerat. Suſpicatur autem vel Dolabellam aliud ſacerdotium habuiſſe, cui ante Clœlium inauguratus fuerat; vel cum Pontifex maximus inaugurare Dolabellam nollet, velut in ſubſidium & ſecundo loco Clœlium inauguraſſe, ſi primo Dolabella non inauguraretur. Gutherius ſcribit *inaugurandus*. At mihi videtur nihil hic eſſe difficultatis, niſi negare volumus & Pontifices inauguratos fuiſſe, perinde ut alios ſacerdotes. Et Dionyſius clare lib. 2. παραλαμβάνει δὲ τὴν ἱερατείαν ὁ δοκιμασθεὶς, ἐὰν οἱ ὄρνιθες τύχωσιν οἰωνοὶ γενόμενοι. *P. Clœlium Siculum inaugurarunt*, nempe regem ſacrorum, *qui ſecundo loco inauguratus fuerat*, nempe Pontifex. *J. F. Gron.*

2 *C. Servilius Geminus Pont. Max. deceſſit*] Paucis ante verſibus *C. Servilium Pont. Max.* dixit, ſine cognomine *Gemini*. ita vero ſcribendum eſſe jam bis ſupra oſtendi. *Sigonius.*

3 *In Pontificem Maximum Æmilius Lepidus*] In primo exemplari German. erat, *Ante Pontificem Maximum Æmilius*: inde emendatores fecerunt, *In Pontificem Maximum Æmilius*. Ego vero: *At Pont. Max. M. Æmilius*, ut ſit, Pontifex in locum ejus à collegio cooptatus eſt Q. Fulvius Flaccus: at Pont. Max. M. Æmilius Lepidus, Me n. movet hæc nova dicendi forma, *In Pontificem cooptari*: deinde agnoſco erroris cauſam: librarius n. *M.* prænominis Æmilii notam, cum voce præcedenti præciſa, *Max.* conjunxit, & *Maximum* fecit. Unde coacti alii poſtea ſunt, pro AT. *ante* reponere. *M. Æmilii Pont. Max.* poſt in aliis libris magna eſt mentio. *Idem.*

At Pontifex maximus] Hæc Sigonii conjectura eſt. Unicus codex: *ante pontificem maximum Æmilius Lepidus*. Unde Gelenius, *in pontificem maximum*. Sed non modo vitioſus ſermo eſt, *in pontificem maximum cooptari*, quod merito carpit Sigonius, verum etiam *pontificem maximum cooptari*. Nam & ante legem Domitiam, quæ jus ſubrogandorum ſacerdotum à collegiis ad populum tranſtulit, ut loquitur Suetonius, Pontifex maximus tributis comitiis creabatur. Videtur ergo Livius ſcripſiſſe: *cooptatus eſt Q. Fulvius Flaccus, creato ante pontifice maximo M. Æmilio Lepido.* J. F. Gron.

4 *Scipionem fil. Africani aug. coopt.*] Duo Africani filii fuiſſe traduntur, P. &c. N. Scipiones. Publius hic eſt, qui Augur nunc cooptatur, quique Cicerone auctore in Bruto & in Catone,

cooptarunt. Cumanis eo anno petentibus permiſſum, ut publice Latine loquerentur, & præconibus Latine
43 vendendi jus eſſet. Piſanis agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiæ ab ſenatu actæ. triumviri creati ad eam rem, Q. Fabius Buteo, M. & P. Popilii [1] Lænates. à C. Mænio prætore (cui provincia Sardinia quum eveniſſet, additum erat, ut quæreret de veneficiis longius ab urbe decem millibus paſſuum) literæ allatæ, *Se jam tria millia hominum damnaſſe, & creſcere ſibi quæſtionem indiciis.* [2] *aut eam ſibi eſſe deſerendam, aut provinciam dimittendam.* [3] Q. Fulvius Flaccus ex Hiſpania rediit Romam cum magna fama geſtarum rerum, qui, quum extra urbem triumphi cauſſa eſſet, conſul eſt creatus cum L. Manlio Acidino; & poſt paucos dies cum militibus, quos ſecum deduxerat, triumphans urbem

Æmilianum adoptavit, à quo ille P. Scipio dictus eſt, imbecilla valetudine ille quidem, ſed ſummo tamen ingenio præditus. Eundem Ædilem curulem fuiſſe arbitror L. Anicio, M. Cornelio conſulib. Eſt enim in indice Adelphorum Terentii ita ſcriptum: *Acta ludis Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano ædilibus curulibus, L. Anicio, M. Cornelio coſſ.* nec de alio poteſt intelligi, Cneus is eſt, qui captus ab Antiocho rege in prælio fuit, quique ſordidam præturam geſſit, & a patris gloria degeneravit, Valerio auctore libro tertio, capite quinto & libro 4 cap, 5. *Sigonius.*

1 *Lenates*] *Lænates*, ut ante. *Idem.*

2 *Aut eam ſibi defendendam, aut prov. dimitt.*] Si ſententiam explicuero, neminem puto futurum, cui non probem, *Deſerendam*, pro *defendendam*, eſſe reponendum; *C. Mænio* inquit, *cum Sardinia provincia eveniſſet, additum erat, ut quæreret de veneficiis longius ab urbe x millibus paſſuum.* Ab hoc igitur allatæ litteræ, *ſe jam tria millia hominum damnaſſe, & croſcere quæſtionem indiciis*, propterea ſe cogi, ut aut veneficiorum quæſtionem inchoatam deſerat, aut provinciam Sardiniam dimittat, Ergo ne hic quidem recte Glareanus, qui de provinciæ nomine dubitat, an *Quæſtio*, an *Sardinia* intelligi debeat. *Idem.*

3 *Q. Fulvius Flaccus ex Hiſpania*, &c. *Coſ. eſt cr. cum L. Manlio Acidino*] Hos conſules Q. Fulvium, & L. Manlium fratres germanos fuiſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis, ſic:

L. MANLIUS L. F. L. N. ACIDINUS FULVIAN.

Q. FULVIUS Q. F. M. N. FLACCUS.

HEI FRATRES GERMANI FUERUNT,

Idem ſcribit Vellejus lib. 1. *Non minus clarum exemplum, & adhuc unicum Fulvii Flacci ejus qui Capuam ceperat filiorum, ſed alterius in adoptionem dati, in collegio conſulum fuit adoptivus in Acidini Manlii familiam datus.* Hoc adſcripſi, ut Capitolinorum auctorum diligentiam & Velleji ſententiam, quæ vulgo corrupta eſt, indicarem. *Idem.*

1 *Eo*

bem eſt invectus. Tulit in triumpho coronas aureas centum viginti quatuor: præterea auri pondo triginta unum; & ſignati Oſcenſis nummûm centum ſeptuaginta tria millia ducentos. Militibus de præda quinquagenos denarios dedit: duplex centurionibus, triplex equiti, tantundem ſociis Latini nominis: & ſtipendium omnibus duplex. [1] Eo anno rogatio primum lata eſt ab L. Villio 44
tribuno plebis, quot annos nati quemque magiſtratum peterent caperentque. inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur. Prætores quatuor poſt multos annos lege Bæbia creati, quæ alternis quaternos jubebat creari. hi facti, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Lævinus, [2] Q. & P. Mucii Q.F. Scævolæ. Q. Fulvio, & L. Manlio conſulibus eadem provincia, quæ ſuperioribus, pari

1 *Eo anno rogatio pr. lata eſt ab L. Julio tr. pl. quot annos nati quemque magiſtrat. pet. caperentque*] Miror hoc anno primum latam hanc rogationem ſcribi, cum libro 25 ita de Scipione tradiderit. *Huic petenti ædilitatem cum obſiſterent tribuni plebis, negantes rationem ejus habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet.* poſt autem lib. 32, in conſulatu mandando T. Quintio Flaminino, quem nondum annos XXX natum fuiſſe Plutarchus prodit, hujus legis ne verbum quidem fecerit, imo vero ita ſcripſerit: *Patres cenſuerunt, qui honorem, quem ſibi per leges capere liceret, peteret, in eo populo creandi quem velit poteſtatem fieri æquum eſſe.* Nam quæ lex Flamininum à conſulatu dejiciebat, ea erat, quod à quæſtura ad conſulatum tranſcendendo ædilitatem, & præturam tranſibat. Legitimam autem petendo conſulatui ætatem fuiſſe annum XLIX ex Ciceronis Philippica 5 colligitur. Puto præterea, *L. Villio Annali*, ſcribendum. nam in lib. epiſtolarum Cœlii 8, pro *L. Julio Annali*, in manuſcriptis eſt *L. Villio*. Et apud Valerium lib. 9. *L. Tullius Annalis*, pro *L. Villius*. Sic ante *L. Villius* Tappulus conſul, *L. Julius* evaſerat, neque *Villiæ* gentis ulla in libris impreſſis mentio relicta erat. *Sigonius.* Plures de tempore magiſtratuum leges fuiſſe ante hanc latas ex Livio & aliis facile colligimus: quæ ab antiquis (ut Feſtus & Lampridius in Commodi vita teſtantur) communi voce vocabantur *Annariæ leges.* L. Villius tamen exactius quid de magiſtratuum curulium annis conſtituiſſe videtur, cum inde cognomen adeptus ſit. Eos ut lectori ſuggeram, unus M. Tullius exemplo nobis erit, qui ſæpius gloriatur, ſe magiſtratus, quos geſſit, omnes anno ſuo, hoc eſt, legibus finito, obtinuiſſe. Is Quæſtor in Siciliam ivit anno ætatis ſuæ 31. Ædilis curulis ſexto poſt anno fuit, ætatis ſcilicet 37. dein Prætor 40. Conſul 43. *Pighius.*

2 *Q. & M. Mucii Scævolæ*] In primo exemplari Germ. *Q. & P. Mucii, P. Filii Scævolæ.* Optime, ſi *Q. Filii* legas ex Capit. eorum conſulatibus. Uterque enim *Q. F. P. N.* proditur, ut germani fratres collegæ in prætura ſint. *Sigonius.*

 1 *C. Cor-*

pari numero copiæ peditum, equitum, civium, ſociorum decretæ. In Hiſpaniis duabus Ti. Sempronio & L. Poſtumio cum iiſdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium eſt. & in ſupplementum conſules ſcribere juſſi ad tria millia peditum Romanorum trecentos equites. quinque millia ſociorum Latini nominis, & quadringentos equites. P. Mucius Scævola urbanam ſortitus provinciam eſt: & ut idem quæreret de veneficiis in urbe, & propius urbem decem millia paſſuum. [1] Cn. Cornelius Scipio peregrinam, Q. Mucius Scævola Siciliam, [2] C. Valerius Lævinus Sardiniam. Q. Fulvius conſul prius quam ullam rem publicam ageret, liberare & ſe & rempublicam religione votis ſolvendis dixit velle. voviſſe, quo die poſtremum cum Celtiberis pugnaſſet, ludos Jovi optimo maximo, & ædem Equeſtri Fortunæ ſeſe facturum: in eam rem ſibi pecuniam collatam eſſe ab Hiſpanis. Ludi decreti, & ut duumviri ad ædem locandam crearentur. de pecunia finitur, *Ne major cauſſa ludorum conſumeretur, quam quanta Fulvio Nobiliori poſt Ætolicum bellum ludos facienti decreta eſſet: neve quid ad eos ludos arceſſeret, cogeret, acciperet, faceret, adverſus id ſenatuſconſultum, quod L. Æmilio, Cn. Bæbio conſulibus de ludis factum eſſet.* Decreverat id ſenatus propter effuſos ſumptus factos in ludos [3] Ti. Sempronii ædilis, qui graves non modo Italiæ ac ſociis Latini nominis, ſed etiam provin-
45 ciis externis fuerant. [4] Hiems eo anno nive ſæva & omni tempeſtatum genere fuit: arbores, quæ obnoxiæ frigoribus ſunt, deuſſerat cunctas: & ea tum aliquanto quam alias

1 *C. Cornelius Scipio*] *Cn. Cornelius* ex conſulatu, quem biennio poſt geret. Tabul. Capitol. *Sigonius.*

2 *L. Valerius Lævinus*] *C. Valerius Lævinus* ex conſulatu, quem biennio poſt geret. Tabul. Cap. & ipſemet Livius. *Idem.*

3 *T. Sempronii ædilis*] *Ti. Sempronii* ex conſulatu Cap. *Idem.*

4 *Hiems eo anno - - - decuſſit cunctas*] In primo exemplari Germ. *deuſſit*, & recte. Sic enim Virgil. *penetrabile frigus adurit.* Et lib. 21. Livius *peruſtos artus* dixit *frigore.* & lib. ſuperiore, *M. Æmilius* C o s. *agros Ligurum deuſſit.* Idem.

Deuſſerat cunctas] Sic primum exemplar. Deinde lege: *ſed & tum aliquanto.* J. F. Gron.

alias longior fuit. itaque Latinas mox ſubito coorta & intolerabilis tempeſtas in monte turbavit: inſtauratæque ſunt ex decreto pontificum. Eadem tempeſtas & in Capitolio aliquot ſigna conſtravit, fulminibuſque complura loca deformavit; ædem Jovis Tarracinæ, [1] ædem Albam Capuæ, portamque Romanam: muri pinnæ aliquot locis decuſſæ erant. Hæc inter prodigia, nunciatum & ab Reate, *tripedem natum mulum*. Ob ea decemviri juſſi adire libros edidere, quibus Diis, & quot hoſtiis ſacrificaretur: & ob fulminibus complura loca deformata, ad ædem Jovis ut ſupplicatio diem unum eſſet. Ludi deinde votivi Q. Fulvii conſulis per dies decem magno apparatu facti. Cenſorum inde comitia habita: creati, M. Æmilius Lepidus pontifex maximus, & M. Fulvius Nobilior, qui ex Ætolis triumphaverat. Inter hos viros nobiles inimicitiæ erant; ſæpe multis in ſenatu, [2] & ad populum atrocibus celebratæ certaminibus. Comitiis confectis, ut traditum antiquitus eſt, cenſores in campo ad aram Martis ſellis curulibus conſederunt; quo repente principes ſenatorum cum agmine venerunt civitatis: inter quos Q. Cæcilius Metellus verba fecit. *Non obliti ſumus, Cenſores, vos paulo ante ab uni-* 46
verſo populo Romano moribus noſtris præpoſitos eſſe: & nos à vobis & admoneri & regi, non vos à nobis debere. indicandum tamen eſt, quid omneis bonos in vobis aut offendat, aut certe mutatum malint. Singulos quum intuemur, M. Æmili, M. Fulvi, neminem hodie in civitate habemus, quem, ſi revocemur in ſuffragium, velimus vobis prælatum eſſe. ambo quum ſimul aſpicimus, non poſſumus non vereri, ne male comparati ſitis, nec tantum reipublicæ proſit, quod omnibus nobis egregie placetis, quam quod

1 *Ædem albam Capuæ*] *Albam* Livius lib. 32. *De cœlo tacta Capuæ ædes, quæ Alba dicitur.* Sigonius.

2 *Et ad populum atrocioribus celebratæ*] Vetus exemplar unicum: *& ad populum civibus atrox celebratæ.* Scribe: *ſæpe multis & in ſenatu & ad populum atrocibus celebratæ certaminibus.* ut jam edidit Sigonius. Forte & mox: *mutatum malimus.* J. F. Gron.

 1 *Niſi*

quod alter alteri diſplicetis, noceat. Inimicitias per annos multos vobis ipſis graves & atroces geritis: quæ, periculum eſt, ne ex hac die nobis & reipublicæ, quam vobis graviores ſiant. De quibus cauſſis hoc timeamus, multa ſuccurrunt quæ dicerentur; [1] *niſi forte implacabiles veſtræ iræ implicaverint animos veſtros. Has ut hodie, ut in iſto templo finiatis ſimultates, quæſumus vos univerſi; & quos conjunxit ſuffragiis ſuis populus Romanus, hac etiam reconciliatione gratiæ conjungi a nobis ſinatis. Uno animo, uno conſilio legatis ſenatum, equites recenſeatis, agatis cenſum, luſtrum condatis. quod in omnibus fere precationibus nuncupabitis verbis:* [2] *Ut ea res mihi collegæque meo bene & feliciter eveniat, id ita ut vere, ut ex animo velitis evenire: efficiatiſque, ut quod Deos precati eritis, id vos velle etiam homines credamus. T. Tatius & Romulus, in cujus urbis medio foro acie hoſtes concurrerant, ibi concordes regnarunt. Non modo ſimultates, ſed bella quoque finiuntur. ex infeſtis hoſtibus plerumque ſocii fideles, interdum etiam cives fiunt. Albani diruta Alba Romam traducti ſunt: Latini, Sabini in civitatem accepti. Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit: Amicitias immortales, inimicitias mortaleis debere eſſe.* Fremitus ortus cum aſſenſu: deinde univerſorum voces idem petentium confuſæ in unum, orationem interpellarunt. Inde Æmilius queſtus

quum

1 *Niſi forte implacabiles veſtræ iræ implicaverint an. veſtr.*] In Germanico exemplari erat: *Niſi forte implicabiles fueritis implicaverint.* Glareanus autem pro *fueritis*, reſtituit, *iræ veſtræ*. Ego deſiderari alias voces puto, itaque aſteriſcum appoſui. *Sigonius.*

Niſi forte implacabiles veſtræ iræ implicaverint] Non optime ſic Glareanus, ut cuivis videre pronum. Conſultiſſime forſan Sigonius, qui appoſito aſteriſco deſperat. In ſcripto fuit: *implacabiles fueritis implicaverint.* Vide an potuerit fuiſſe: *multa ſuccurrunt, quæ dicerentur, niſi forte placabiles gravius implicarent animos veſtros.* Vel, *irritarent*. Niſi verendum foret, inquit, ne iſta zelata & repetita animos veſtros, nunc forte placabiles, dum ea quodammodo obliterata ſilentur, acrius irritarent recrudeſcentibuſque odiis facem ſubjicerent. *J. F. Gron.*

2 *Ut ea res m. collegæque meo bene & fel. ev.*] Precatio ſolennis cenſorum hæc eſt, de qua ſic Varro lib. 5 De lingua Latina. *Ubi noctu in templo cenſor auſpicaverit, atque de cœlo nunciatum erit, præconi ſic imperat, ut viros vocet. Quod bonum, fortunatum felixque ſalutareque ſibi & populo Rom. Quiritium, reique publicæ populi Rom. Quiritium, mihique collegæque meo, fidei magiſtratuique noſtro: omnes Quirites, pedites, armatos, privatoſque curatores omnium tribuum, ſi quis pro ſe, ſive pro altero dari rationem volet, vocat indicium.* Sigonius.

1 *A L. Ful-*

quum alia, tum bis [1] à M. Fulvio ſe certó conſulatu dejectum. Fulvius contra queri, ſe ab eo ſemper laceſſitum, & in probrum ſuum ſponſionem factam: tamen ambo ſignificare, ſi alter vellet, ſe in poteſtate tot principum civitatis futuros. Omnibus inſtantibus qui aderant, dexteras fidemque dedere, mittere vere ac finire odium. Deinde, collaudantibus cunctis, deducti ſunt in Capitolium. & cura ſuper tali re principum, & facilitas cenſorum egregie comprobata ab ſenatu, & laudata eſt. Cenſoribus deinde poſtulantibus, ut pecuniæ ſumma ſibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur; vectigal annuum decretum eſt. Eodem anno [2] in Hiſpania 47
L. Poſtumius & Ti. Sempronius proprætores comparaverunt ita inter ſe, ut in Vacceos per Luſitaniam iret Albinus, inde in Celtiberiam reverteretur. [3] Gracchus, quod majus ibi bellum eſſet, in ultima Celtiberiæ penetravit. Mundam urbem primum vi cepit, nocte ex improviſo aggreſſus. acceptis deinde obſidibus, præſidioque impoſito, [4] caſtella oppugnare, agros urere, donec ad prævalidam aliam urbem (Certimam appellant Celtiberi) pervenit. ubi quum jam opera admoveret, veniunt legati ex oppido, quorum ſermo antiquæ ſimplicitatis fuit; [5] non diſſimulantium bellaturos, ſi vires eſſent. Petierunt enim, ut ſibi in caſtra Celtiberorum ire liceret [6] ad auxi-

1 *A L. Fulvio*] *M. Fulvio*, perſpicue. *Sigonius.*

2 *In Hiſp. L. Poſt. & Ti. Sempr. proprætor comp.*] Scribe, *proprætores*, quia ſupra dixit: *In Hiſpaniis duabus Ti. Sempronio; & L. Poſtumio cum iiſdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium eſt.* Idem.

3 *Gracchus quod majus ibi bellum eſſet*] Ab Gelenio eſt. Magontiaci ediderunt: *in Celtiberiam inde reverteretur ſi Gracchus majus ſibi bellum eſſet in ultima Celtiberiæ penetraret.* Scribe: *in Celtiberiam inde reverteretur, ſi majus ibi bellum eſſet; Gracchus in ultima Celtiberiæ penetraret.* J. F. Gron.

4 *Caſtella oppugnare, agros urere*] Lege: *expugnare.* Idem.

5 *Non diſſimulantium bellaturos*] Sic primus Curio. Sed unicus liber & ex eo Mag. Ald. Juntas, Frobenius *rebellaturos.* i. repugnaturos. *Idem.*

6 *Ad auxilia accipienda*] Lege hic quoque *accienda.* nam mox ſequitur: *ſi non impetraſſent.* Itaque voce dubia opus fuit, qualis eſt *accienda.* Tan. Faber.

auxilia accipienda. ſi non impetraſſent; [1] tum ſeparatim eos ab illis ſe conſulturos. permittente Graccho ierunt, & poſt paucis diebus alios decem legatos ſecum adduxerunt. Meridianum tempus erat. nihil prius petierunt à prætore, quam ut bibere ſibi juberet dari. Epotis primis poculis, iterum popoſcerunt; magno riſu circumſtantium, in tam rudibus & moris omnis ignaris ingeniis. tum maximus natu ex iis: *Miſſi ſumus*, inquit, *à gente noſtra, qui ſciſcitaremur, qua tandem re fretus arma nobis inferres?* Ad hanc percunctationem Gracchus, *Exercitu ſe egregio fidentem veniſſe*, reſpondit, *quem ſi ipſi viſere velint, quo certiora ad ſuos referant, poteſtatem ſe eis facturum eſſe*: tribuniſque militum imperat, ut ornari omneis copias peditum equitumque, & decurrere jubeant armatas. Ab hoc ſpectaculo legati miſſi deterruerunt ſuos, ab auxilio circumſeſſæ urbi ferendo. Oppidani quum ignes nocte turribus nequicquam (quod ſignum convenerat) ſuſtuliſſent, deſtituti ab unica ſpe auxilii, in deditionem venerunt. [2] ſeſtertium quater & vicies ab iis eſt exactum; quadraginta nobiliſſimi equites: nec obſidum nomine (nam militare juſſi ſunt) & tamen reipſa ut pignus fidei
48 eſſent. Inde jam duxit ad Alcen urbem, ubi caſtra Celtiberorum erant, à quibus venerant nuper legati. eos quum per aliquot dies armaturam levem immittendo in ſtationes laceſſiſſet parvis prœliis, indies majora certamina ſerebat, ut omnes extra munitiones eliceret. ubi quod petebatur, ſenſit effectum, auxiliorum præfectis imperat, ut contracto certamine, tanquam multitudine ſuperarentur, repente tergis datis ad caſtra effuſe fugerent: ipſe intra vallum ad omneis portas inſtruxit copias.

1 *Tum ſeparatim eos ab illis ſe conſulturos*] Forte: *tum ſeparatim oppidanos ſibi conſulturos*. J. F. Gron.

2 *Seſtertium nummum quater & vicies ab illis eſt exactum*] Prima editio & Aldina: *Numum quater & vicies*, omiſſa prima voce æque corrupte. Non potuit aliter ſcribere Livius quam: *Seſtertium quater & vicies ab iis eſt exactum*. Vidit primus Scaliger: nos luculente probavimus. *Idem*.

pias. Haud multum temporis interceſſit, quum ex com-
poſito refugientium ſuorum agmen, poſt effuſe ſequen-
tes barbaros conſpexit. Inſtructam ad hoc ipſum intra
vallum habebat aciem. itaque tantum moratus, ut ſuos
refugere in caſtra libero introitu ſineret, clamore ſublato
ſimul omnibus portis erupit. Non ſuſtinuere impetum
necopinatum hoſtes. qui ad caſtra oppugnanda venerant,
ne ſua quidem tueri potuerunt. nam extemplo fuſi, fu-
gati, mox intra vallum paventes compulſi, poſtremo
exuuntur caſtris. Eo die novem millia hoſtium cæſa:
capti vivi trecenti viginti, equi centum duodecim: ſigna
militaria triginta ſeptem. de exercitu Romano centum
novem ceciderunt. Ab hoc prœlio Gracchus duxit ad 49
populandam Celtiberiam legiones; & quum ferret paſ-
ſim cuncta atque ageret, populique alii voluntate, alii
metu jugum acciperent; centum tria oppida intra paucos
dies in deditionem accepit. præda potitus ingenti eſt.
Convertit inde agmen retro, unde venerat, ad Alcen,
atque eam urbem oppugnare inſtitit. Oppidani primum
impetum hoſtium ſuſtinuerunt: deinde, quum jam non
armis modo, ſed etiam operibus oppugnarentur, diffiſi
præſidio urbis, in arcem univerſi conceſſerunt: poſtre-
mo & inde, præmiſſis oratoribus, in ditionem ſe ſuaque
omnia Romanis permiſerunt. Magna inde præda facta
eſt. multi captivi nobiles in poteſtatem venerunt; inter
quos & Turri filii duo, & filia. Regulus hic earum gen-
tium erat, longe potentiſſimus omnium Hiſpanorum.
Audita ſuorum clade, miſſis qui fidem venienti in caſtra
ad Gracchum peterent, venit. & primum [1] quæſivit ab
eo, ne ſibi liceret ac ſuis vivere? quum prætor victurum
reſpondiſſet; quæſivit iterum, *ſi cum Romanis militare lice-
ret*? id quoque Graccho permittente; ſequar, inquit, vos
adverſus veteres ſocios meos, quoniam illos ad me [2] pro-
piunt

1 *Quæſivit ab eo ne ſibi liceret*] Forte: *& primum quæſivit, Liberone ſibi liceret ac ſuis vivere.* J. F. Gron.

2 *Propiunt ſuſpicere*] Forte: *piguit reſpicere.* Idem.

piunt ſuſpicere. Secutus eſt inde Romanos, fortique ac fideli opera multis locis rem Romanam adjuvit. [1] Ergavia inde nobilis & potens civitas, aliorum circa populorum cladibus territa, portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum *haud cum fide factam*, quidam auctores ſunt. *è qua regione abduxiſſet legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque cum poſtea prœlio ad montem Caunum cum Celtiberis à prima luce ad ſextam horam diei ſignis collatis pugnaſſe: multos utrimque cecidiſſe:* [2] *nec aliud magnopere victores*

1 *Ergavia inde nobilis*] Ptolemæus *Ergavicam* nominat in Celtiberis, hanc ut opinor urbem: quamquam idem in Vaſconibus *Ergaviam* ponit (ut Græcum noſtrum habet exemplar) Ilergetibus vicinam. *Glarean.*

Ergavia inde nobilis] *Ergavica*, Ex Ptolemæo, & primo exemplari German. in quo eſt paulo poſt: *Erbica*, pro *Ergavicæ*. Sigonius.

2 *Nec aliud magnopere victores fuiſſe Rom.*] In primo exemplari German. eſt: *Nec aliud magnopere Erbicæ*, quam vocem, qui non intellexerunt, induxerunt. Ego, *Ergavicæ*, cujus quatuor ante verſibus deditæ meminit, puto legendum. præterea quod in eodem exemplari eſt: *Nec aliud magnoperè Erbicæ crederes fuiſſe.* puto legendum: *Nec aliud magnopere Ergavicæ credere ſe feciſſe Romanos.* Etenim aliorum narrat opinionem, de rebus à Romanis ad Ergavicam geſtis & prœliis cum Celtiberis commiſſis, *Idem.*

Nec aliud magnopere victores fuiſſe Romanos] In primo exemplari Germanico exſtabat: *nec aliud magnopere berbice crederes fuiſſe Romanos, niſi qui poſtero die arceſſierint manentes prœlio ſpolia intra vallum per totum diem legiſſet.* Quæ quidem mirifice & corrupta & turbata ſunt. Sigonius: *cecidiſſe (nec aliud magnopere Ergavicæ credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra vallum prœlio laceſſierint) poſtero die ſpolia.* Sed ſi legeris apud ipſum omnia quæ huc pertinent, facile animadvertes, non niſi admodum inepte iſta quæ vult, interjecta parentheſi huc loci applicari. Neque convenit illos, quos auctores refert Livius, dicere, *credere ſe nihil aliud feciſſe Romanos:* non eſt hic hiſtoricorum in tali re ſermo. Si ſcirent certo, utcumque eſſet, adfirmarent, non dicerent *credere ſe:* ſi dubitarent, famam fuiſſe, ſic à pluribus relatum creditumque, ſcriberent. Jam cum legimus: *manentes intra vallum*, de caſtris utique, non de urbe, agi audimus: idque haud dubie de Celtiberorum vallo, non de Ergavicenſium mœnibus, intelligendum. cenſeo vulgatæ lectionis auctorem, non Sigonium, penetraſſe omnino in Livii mentem. Nihil de Ergavica hic voluit: totum eſt de prælio cum Celtiberis: & hæc quidem narratio non ſoli illi de Ergavicenſium deditione, ſed toti narrationi præcedenti capitis hujus opponitur, tamquam diverſa de illis omnibus, quæ retulerat, quorundam ſcriptorum traditio. Volunt autem illi, non Ergavicæ modo, ſed etiam Alces centumque trium illorum oppidorum deditionem haud cum fide factam: ſed qua eorum ex regione legiones abduxiſſet, inde extemplo rebellatum: ita coactum denuo ingenti prælio cum Celtiberorum copiis contractis de ſumma rerum diſcrimen facere: ex prælio pares fere partes diſceſſiſſe: una re viſos fuiſſe Romanos potiores, quod die inſequenti rurſus in aciem proceſſerint, & obtulerint ſe certamini, tenentibuſque ſe intra munimenta caſtrorum hoſtibus ſpolia

ſtores fuiſſe Romanos; niſi quod [1] *poſtero die manentes intra vallum prœlio laceſſierint. Spolia per totum diem legiſſe; tertio die prœlio majore iterum pugnatum; & tum demum haud dubie victos Celtiberos: caſtraque eorum capta & direpta eſſe. Viginti duo millia hoſtium eo die eſſe cæſa: plus trecentos captos: parem fere equorum numerum: & ſigna militaria ſeptuaginta duo. inde debellatum, veramque pacem,* [2] *non fluxa, ut ante, fide, Celtiberos feciſſe.* Eadem æſtate & L. Poſtumium in Hiſpania ulteriore bis cum Vaccæis egregie pugnaſſe ſcribunt. ad triginta & quinque millia hominum occidiſſe, [3] & caſtra oppugnaſſe. Propius vero eſt, ſerius in provinciam perveniſſe, quam ut ea æſtate potuerit res gerere. Cenſo- 51
res fideli concordia ſenatum legerunt, princeps electus eſt ipſe cenſor M. Æmilius Lepidus pontifex maximus: tres ejecti de ſenatu. retinuit quoſdam Lepidus à collega

ſpolia pridie cæſorum legerint, & quæ porro. Itaque præſtat omnino vulgata Sigonianæ, quæ omnem ſenſum trucidat. Sed propius veſtigia ſcripturæ veteris ita, licebit, reponas: *ſignis collatis pugnaſſe: multos utrinque cecidiſſe: nec aliud magnopere, ne victos crederes, feciſſe Romanos, niſi quod poſtero die laceſſierint prælio manentes intra vallum, ſpoliis per totam diem lectis.* Lib. 27. *Poſtero die Romani ab ſole orto in multum diei ſtetere in acie, ubi nemo hoſtium adverſus prodiit, ſpolia per otium legere.* Et inferius: *Romanus in aciem copiis adactis, poſteaquam neminem ſigna contra efferre vidit, ſpolia legi cæſorum hoſtium, & ſuorum corpora collata in unum ſepeliri juſſit.* J. F. Gron.

1 *Poſtero die manentes - - - tertio die prœl. maj. it. pug*] Has voces, *poſtero die* transferendas ad initium ſequentis membri puto, ut ſit: *poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe.* primo enim die à prima luce ad ſextam horam diei Sempronium pugnaſſe, multos utrimque cecidiſſe: poſtero ſpolia per totum diem legiſſe: tertio die majore iterum prælio pugnatum eſſe. Reliqua parentheſi includenda eſſe exiſtimo, id eſt, *Nec aliud magnopere Ergavicæ credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra vallum prœlio laceſſierint,* hoc modo: Ergavica nobilis civitas aliorum circa populorum cladibus territa portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum fide factam quidam auctores ſunt, à qua regione abduxiſſet legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque poſtea prœlio eum ad montem Caunum cum Celtiberis à prima luce ad ſextam horam diei ſignis collatis pugnaſſe: multos utrinque cecidiſſe (nec aliud magnopere Ergavicæ credere ſe feciſſe Romanos: niſi quod manentes intra vallum prœlio laceſſierint) poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe: tertio die prœlio majore iterum pugnatum, & tum demum haud dubie victos Celtiberos, caſtraque eorum capta & direpta eſſe. *Sigonius.*

2 *Non fluxa, ut ante, fide Celtib. fuiſſe*] Senſus & Latina ratio poſtulat, ut legamus, *feciſſe*, ut etiam paulo ante, *Feciſſe Romanos.* Idem.

3 *Et caſtra oppugnaſſe*] Lego rurſum: *expugnaſſe.* J. F. Gron.

1 *Pri-*

ga præteritos. Opera ex pecunia attributa diviſaque inter ſe, hæc confecerunt. Lepidus molem ad Tarracinam; ingratum opus, quod prædia habebat ibi, [1] privatamque publicæ rei impenſam inſuerat. Theatrum & proſcenium ad Apollinis, ædem Jovis in Capitolio, columnaſque [2] circa poliendas albo locavit. & ab his columnis, quæ incommode oppoſita videbantur, ſigna amovit: clypeaque de columnis, & ſigna militaria affixa omnis generis dempſit. M. Fulvius plura & majoris locavit uſus. [3] portum & pilas pontis in Tiberim; quibus pilis fornices poſt aliquot annos P. Scipio Africanus, & L. Mummius cenſores locaverunt imponendos. baſilicam poſt argentarias novas, & forum piſcatorium circumdatis tabernis; quas vendidit in privatum: & forum & porticum extra portam [4] Trigeminam, & aliam poſt navalia, & ad fanum Herculis, & poſt Spei ad Tiberim ædem Apollinis Medici. [5] Habuere

1 *Privatamque publicæ rei impenſam inſuerat*] Cui perſuaſerit Palmerius Salluſtium in Catilinario bello ſcripſiſſe: *plurimos cuique generis homines adfuiſſe ſibi dicitur*: & iterum: *ſicut multa conſuerat*: à *conſuo* non *conſueſco*: eidem & *inſuere impenſam* placere poſſe puto. Legendum: *privatamque publicæ rei impenſam injunxerat*. Quo verbo inter alia delectatur Livius. Addam unum alterumque exemplum, quæ proprie ad hunc uſum pertinent. Lib. 26. *Privatis id ſeu æquum ſeu iniquum onus injungendum eſſe: nam unde, quum pecunia in ærario non eſſet, petituros navales ſocios?* Lib. 42. *Erant quibus vel ſtipendium pendendum, ſi injungeretur, vel agri parte cedendum, ſi mulctarent, videretur.* Niſi malis, *impoſuerat*. J. F. Gron.

Publicæ rei impenſam inſuerat] Sane non diſplicet, quod olim mihi in mentem. Leg. *inſulſerat*. Et noſti vim illius verbi. *Tan. Faber.* An *inſumſerat*? Gruterus.

2 *Circa poliendas albo locavit, & ab his columnis, quæ incommode oppoſita*] Pighius, *circumpoliendas albario*. Non probo: eſt enim illius idem ſenſus *Album*, ut, *album in veſtimentum addere*. Multo minus ejuſdem, *incommode appoſita*. *Oppoſita* ſunt obſtantia, & ita columnas minus conſpectas reddentia. Similis error Sigonii cap. 59. *lana, quæ Jovi oppoſita fuit.* corrigit ex Julio Obſequente *appoſita*. atqui ex Livio corrigendus Obſequens. *J. F. Gron.*

3 *Portum & pilas pontis*] Forte, *pontem & p.* Pighius.

4 *Trigeminam*] *Tergeminam.* Priſcianus de Numeris. *Sigonius.*

5 *Habuere & in prom. prætores pec.*] Loquitur de cenſoribus. Itaque vox, *Prætores*, perſpicue mendoſa eſt, & ſine ullo ſenſu: ſuſpicor legendum, *præterea*. Sic enim ait: *Cenſoribus poſtulantibus ut pecuniæ ſumma ſibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, vectigal annuum decretum eſt*, Item: *Opera ex pecunia attributa diviſaque inter ſe, hæc confecerunt.* Poſtremo: *Habuere, & in*

re & in promiſcuo præterea pecuniam. ex eâ com-
muniter locarunt aquam adducendam, fornicesſque
faciendos. Impedimento operi fuit M. Licinius Craſ-
ſus, qui per fundum ſuum duci non eſt paſſus. Por-
toria quoque & vectigalia iidem multa inſtituerunt.
complura ſacella [1] publica, quæ occupata à privatis;
publicaque ſacra ut eſſent paterentque populo, cu-
rarunt. Mutarunt ſuffragia: [2] regionatimque generi-
bus hominum, cauſſiſque & quæſtibus, tribus de-
ſcripſerunt. Et alter ex cenſoribus M. Æmilius petiit 52
ab ſenatu; ut ſibi dedicationis templorum Reginæ Juno-
nis & Dianæ, quæ bello Liguſtino ante annis octo vo-
viſſet, pecunia ad ludos decerneretur. Viginti millia
æris decreverunt. dedicavit eas ædes utramque in circo
Flaminio. ludoſque ſcenicos triduum poſt dedicationem
templi Junonis, biduum poſt Dianæ, & ſingulos dies fe-
cit in circo. Idem [3] dedicavit ædem Larium Permarinûm
in

in promiſcuo præterea pecuniam, ex ea communiter locarunt aquam adducendam, id eſt, præter eam, quam inter ſe diviſerant, habuerunt aliam promiſcuam. *Sigonius.*

In promiſcuo præterea pecuniam] Ab Sigonio eſt, quum ſcriptus *prætores*. Scribe: *Habuere & in promiſcuo partem pecuniæ.* J. F. Gron.

1 *Publica quæ occupata à privatis, publicaque ſacra*] Mutuati ſunt à Pighio. Membrana: *publicaque ſua occupata à privatis.* Lege: *Complura ſacella publica, quæ fuerant occupata à privatis, publica rurſus ut eſſent paterentque populo, curarunt.* Idem.

2 *Regionatimque generibus hominum, cauſiſque & quæſtibus*] Regiones quatuor urbis, quatuor ſunt tribus urbanæ, reliquæ tribus ruſticæ, regiones & præfecturæ ſunt in Italia. In ſuffragiorum ratione deſcripſerunt tribus illi cenſores ex ordinibus & generibus, artificiiſque & quæſtibus; ut homines unius ordinis & generis, ut unius cauſæ & quæſtus, ſimul ferrent ſuffragium. Itaque in regione tribus Sergiæ, omnes qui calcearii erant, ſimul ſuo ordine ſuffragium ferebant: ac ſic genera & quæſtus certo ordine deſcripſerant per omnes regiones & tribus: ut cum ad tribum aliquam ventum eſſet, ſcirent Senatorii & Equeſtris ordinis viri, quando ſibi in ſuffragium eundum eſſet, & deinceps alii inferiorum ordinum & quæſtuum. *Turnebus.*

3 *Dedicavit ædem Larium Permarinum in Campo, voverat eam annis duodecim ante L. Æmilius Regillus*, &c.] Meminit hujus ædis Macrobius libro primo, II *Kal. Jan.* inquit, *feriæ ſunt Laribus dedicatæ, quibus ædem bello Antiochi L. Æmilius Regillus prætor in campo Martio curandam vovit.* Quod autem ſcriptum eſt, *annis duodecim*, intelligendum eſt eſſe legendum *undecim*. Cum enim ante legeretur, *quadraginta*,, Glareanus vitio agnito, *duodecim* reſtituit. Error enim ex notis natus eſt XL & XI. Docui autem in ejuſmodi loquendi genere, anni ex-
tremi,

in Campo. voverat eam annis undecim ante L. Æmilius Regillus, navali prœlio adverſus præfectos regis Antiochi. Supra valvas templi [1] tabula cum titulo hoc fixa eſt: [2] *Duello magno regibus dirimendo * caput ſubigendis patrandæ pacis*

tremi, quo res geritur, rationem non haberi: ſic paulo ante dixit: *annis ante octo*, cum tamen *novem*, niſi hanc formulam tueretur, fuiſſet ei dicendum. Quod item ait: *Præfectos regis*, ſupra, *Præfectum* dixit lib. 37. *L. Æmilio Regillo, qui claſſe præfectum Antiochi regis devicerat*. Polixenidam autem intelligit; affuiſſe autem etiam Annibalem tradit Florus de bello Syriaco, de quo in ea pugna nihil Livius. *Sigonius.*

1 *Tabula cum titulo*] Hunc titulum miſere habitum repræſentavi, quemadmodum ex unico libro proditus eſt, ut doctis integra facultas eſſet divinandi; niſi quod τὸ *Camuchumque* mutavi. Fulvii *regnumque ejus in poteſtatem populi Romani redactum*, nimium videtur. *J. F. Gron.*

2 *Duello magno regibus*, &c.] Miror hunc locum non depravatum ſolum, ſed ex omni parte divulſum, ac laceratum, ne aſteriſco quidem in optimis Gallorum exemplaribus eſſe notatum. Quo de loco quid ſentiam dicam: nam omnino illum reſtituere non poſſum, præſertim vero cum veterum exemplarium auxilio deſtitutus ſim. Primum igitur dico ad explendum horum verborum ſenſum (*Duello magno regibus dirimendo caput ſubigendis patrandæ pacis*) multa deſiderari, neque enim hæc aut inter ſe, aut cum inſequentibus ullo modo conſentiunt. Reges autem videtur intelligere Antiochum & Eumenem. Etenim cum Eumenes à Seleuco Antiochi filio obſideretur, L. Regillum advocavit, teſte Livio & Appiano. Itaque hunc titulum pugnæ ſuæ prætuliſſe videtur Regillus, ut prælium regum dirimeret, & pacem componeret. Deinde ne hæc quidem (*Hæc pugna exeunti L. Æmilio M. Æmilii filio*) congruunt cum iis quæ ſequuntur (*auſpicio, imperio* (deſideratur n. verbum, cui vox *Pugna*, jungatur. præterquam quod & magiſtratus, & cognomen L. Æmilii intercidit, quæ in ejuſmodi re affingi accuratiſſime ſolent, ut in tabula Gracchi lib. 14. *Ti. Sempronii Gracchi conſulis auſpicio, imperioque*, &c. Præterea nec hæc inter ſe conveniunt (*auſpicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Epheſum, Camuchumque*) niſi quod pro *Camuchumque*, *Samum, Chiumque* legendum eſt ex verbis Livii, ubi hanc pugnam deſcripſit. At vero hæc (*inſpectante* Cos. *ipſo Antiocho, exercitu omni equitatu, elephantiſque*) luxata verba ſunt, & ex alio loco temere neſcio quo pacto in hunc tranſlata, neque enim pugnatum eſt præſente, aut conſule, aut Antiocho: neque equitatus, neque elephanti ad pugnam navalem pertinent: ergo ſine controverſia è medio tollenda, atque ita oratio connectenda: *Auſpicio, imperio, felicitate, ductuque ejus claſſis regis Antiochi*, &c. Quod autem ſcriptum eſt, *claſſis regis Antiochi antea ſit victa, fuſa, contuſa*, vitioſe eſt. Legendum eſt enim *claſſis regis Antiochi ante* D. XI *K. Jan. victa.* Etenim Macrobius hoc die in prœlio votam eſſe ædem à L. Regillo ait: & in notis facilis lapſus eſt. *ante* D. XI *Kal. antea ſit*: & in tabula hac diei factam eſſe mentionem, quo pugnatum eſt apparet ex verbis, quæ ſequuntur, *Ibique eo die naves longæ*. Hoc autem ita eſſe, ex eo etiam perſpici poteſt, quod L. Æmilius eodem anno Kal. Feb. triumphaſſe ob hanc victoriam à Livio ipſo traditus ſit. Poſtremo ne hæc quidem verba (*ea pugna pugnata rex Antiochus regnumque*) expletam continent ſententiam. Suſpicor autem librarium cum ſcripſiſſet,

Re-

pacis hæc pugna exeunti L. Æmilio M. Æmilii filio auſpicio, imperio, felicitate ductuque ejus [1] *inter Epheſum, Samum Chiumque, inſpectante Coſ. ipſo Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantiſque, claſſis Regis Antiochi antea ſic victa, fuſa, contuſa, fugataque eſt, ibique eo die naves longæ cum omnibus ſociis captæ* LXII. *Ea pugna pugnata rex Antiochus regnumque ejus **. Ejus rei ergo ædem Laribus Permarinis vovit.* Eodem exemplo tabula
in æde Jovis in Capitolio ſupra valvas fixa eſt. Biduo, 53
quo ſenatum legerunt cenſores, Q. Fulvius conſul profectus in Ligures, per invios montes valleſque ſaltus cum exercitu tranſgreſſus, ſignis collatis cum hoſte pugnavit: neque tantum acie vicit, ſed caſtra quoque eodem die cepit. tria millia ducenti hoſtium, omniſque ea regio Ligurum in deditionem venit. Conſul deditos in campeſtres agros deduxit, præſidiaque montibus impoſuit. [2] Celeriter & ex provincia literæ Romam venerunt. ſupplicationes ob eas res geſtas in triduum decretæ ſunt. Prætores quadraginta hoſtiis majoribus per ſupplicationes rem divinam fecerunt. Ab altero conſule L. Manlio nihil memoria dignum in Liguribus eſt geſtum. Galli Tranſalpini tria millia hominum in Italiam tranſgreſſi, nemi-

(*Regnumque ejus*) oculis in ſequentia verba conjectis, *ejus rei ergo*, verſum quo ſententia perficiebatur, per incuriam tranſcendiſſe. Nam vox, *ejus*, bis ſcribenda eſt, ut & *regnum ejus*, dicamus, *& ejus rei ergo*. Nam in extrema etiam Gracchi tabula hæc verba ſunt: *Cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit*. Quamobrem ſic hunc locum deſcribendum cenſeo: *Duello magno regibus dirimendo * caput * ſubigendis * patrandæ pacis * *. hac pugna exeunti L. Æmilio M. F. Regillo prætori * * * auſpicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Epheſum, Samum, Chiumque claſſis regis Antiochi ante* D. XI *K. Jan. victa, fuſa, contuſa, fugataque eſt: ibique eo die naves longæ cum omnibus ſociis captæ* XLII. *Ea pugnata rex Antiochus regnumque ejus * * *: ejus rei ergo ædem Laribus permarinis vovit. Permarinos* autem *Lares* vocavit L. Æmilius, quia mari ſibi affuerant. Nam Curius aram dicaverat K. Maiis *Laribus Præſtitibus*, quod præfuiſſent mœnibus urbis: auctore Ovidio libro quinto Faſtorum. *Sigonius.*

1 *Inter Epheſum Camuchumque*] Hæc ita videntur emendanda: *inter Epheſum, Samum Chiumque, inſpectante eos ipſo Antiocho*, &c. *claſſis regis Antiochi victa, fuſa fugataque eſt: ibique eo die naves longæ cum omnibus ſociis captæ* XIII. *Ea pugna pugnata rex Antiochus regnumque ejus in poteſtatem populi Romani redactum. Ejus rei ergo*, &c. *Fulv. Urſinus.*

2 *Celeriter & ex prov.*] Videtur: *Celeriter, ut ex provincia literæ Romam venerunt, ſupplicationes*, &c. Jac. Gron.

neminem bello laceſſentes, agrum à conſule & ſenatu petebant, ut pacati ſub imperio populi Romani eſſent. Eos ſenatus excedere Italia juſſit: & conſulem Q. Fulvium quærere & animadvertere, in eos, qui principes &
54 auctores tranſcendendi Alpes fuiſſent. Eodem anno Philippus Rex Macedonum, ſenio & mœrore conſumptus, poſt mortem filii deceſſit. Demetriade hibernabat, [1] quum deſiderio anxius filii, tum pœnitentia crudelitatis ſuæ. ſtimulabat animum & alter filius, haud dubie & ſua & aliorum opinione rex; converſique in eum omnium oculi, & deſtituta ſenectus; aliis exſpectantibus ſuam mortem: aliis ne exſpectantibus quidem. Quo magis angebatur. & cum eo Antigonus Echecratis filius, nomen patrui Antigoni ferens, qui tutor Philippi fuerat, [2] regiæ vir majeſtatis, [3] nobili etiam pugna adverſus Cleomenem Lacedæmonium clarus. Tutorem eum Græci, ut cognomine à cæteris regibus diſtinguerent, appellarunt. Hujus fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanſerat: [4] eique ea fides, nequaquam amicum Perſea, inimiciſſimum fecerat. is proſpiciens animo, quanto cum periculo ſuo hæreditas regni ventura eſſet ad Perſea; ut primum labare animum regis, & ingemiſcere interdum filii deſiderio ſenſit: nunc præbendo aures, nunc laceſſendo etiam men-

1 *Cum deſiderio anxius filii, tum pœnitentia crudelitatis ſuæ, quæ ſtimulabat animum: & alter filius*, &c.] Aſſentior Florebello ita legenti: *Cum deſiderio anxius filii, tum pœnitentia crudelitatis ſuæ. Stimulabat animum & alter filius.* Sigonius.

Crudelitatis ſuæ, quæ ſtimulabat] Bene Florebellus. Sed malim adhuc illud *quæ* converti in *quin*. Gruterus.

2 *Regis vir majeſtatis*] Malim: *regiæ vir majeſtatis*. Rex enim fuerat. ita ante legebatur. *Sigonius*.

3 *Nobili etiam pugna adv. Cleomenem Lac. clarus. Tutorem eum Græci --- appellarunt*] Hunc Græci Euergeten, & Sotera vocarunt, auctore Suida: Ἀντίγονος Εὐεργέτης νικήσας μάχῃ Κλεομένην τὸν τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέα, ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης, καὶ οὐ μόνον ἐκλήθη παρ' αὐτὸν καιρὸν Εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας Σωτήρ. Tutor autem Philippi pueri fuerat, ut Plutarchus quoque tradit in Paulo, qui hunc eundem Δώσωνα vocatum ſcribit. Et Pauſanias in Achaicis. *Idem*.

4 *Eique ea fides nequaquam amicum Perſea, inimiciſſimum fecerat*] Scripſiſſe Livium exiſtimo: *neque ante amicum Perſea*. J. F. Gron.

1 *Eas*

mentionem rei temere actæ, ſæpe querenti querens & ipſe aderat. & quum multa adſoleat veritas præbere veſtigia ſui, omni ope adjuvabat, quo maturius omnia emanarent. Suſpecti & miniſtri facinoris, Apelles maxime & Philocles erant, qui Romam legati fuerant, literaſque exitiales Demetrio ſub nomine Flaminini attulerant.
[1] Falſas eſſe, & à ſcriba vitiatas, ſignumque adulterinum, 55
vulgo in regia fremebant. Cæterum quum ſuſpecta magis, quam manifeſta eſſet res, forte Xychus obvius fit Antigono, comprehenſuſque ab eo, in regiam eſt perductus. relicto eo cuſtodibus, Antigonus ad Philippum proceſſit. *Multis*, inquit, *ſermonibus, intellexiſſe videor, magno te æſtimaturum, ſi ſcire vera omnia poſſis de filiis tuis, uter ab utro petitus fraude & inſidiis eſſet. Homo unus omnium, qui nodum hujus erroris exſolvere poſſit, in poteſtate tua eſt Xychus.* [2] *forte vocatum perductumque in regiam, vocari juberet.* Adductus, primo ita negare inconſtanter, ut parvo metu admoto, paratum indicem eſſe appareret. conſpectum tortoris verberumque non ſuſtinuit: ordinemque omnem facinoris legatorum miniſteriique ſui expoſuit. Extemplo miſſi qui legatos comprehenderent, Philoclem, qui præſens erat, oppreſſerunt: Apelles miſſus ad Chæream quendam perſequendum, indicio Xychi audito,

1 *Eas falſas eſſe & à ſcriba vitiatas*] Non prima editio, non Aldina, non plures aliæ habent τὸ *eas*: eſt ergo recentiorum, non Livii. Adde quæ ad lib. 34, 56. *J. F. Gron.*

2 *Forte vocatum, perductumque in Reg. voc. jub.*] Locum aſteriſco notavi, quia ſententia expleta non eſt. Quæ quidem hæc videtur fuiſſe: *Hortatur inde, ut eum forte vocatum*, &c. Hic autem Xychus ſcriba legatorum videtur fuiſſe, quia ſubdit, *ordinemque omnem facinoris legatorum, miniſteriique ſui expoſuit.* Sigonius.

Forte vocatum perductumque] Quid hoc *forte vocatum*? dein *vocari forte vocatum.* Leg. *Forte oblatum.* Et vere; nam antea dixit: *forte obvius.* Tan. Faber.

Forte vocatum] Locum aſteriſco ſignat Sigonius, quippe implenam ſententiam requirere: *Hortatur inde, ut eum forte vocatum*, &c. Fieri poteſt, ſed nihil requiret tale integra ſententia, ſi ſcribas *jube.* Quis autem non offenditur illo *vocatum vocari*? præſertim cum falſum ſit, *vocatum. Forte Xychus obvius fit Antigono*, dixerat. Scribe: *forte oblatum perductumque in regiam vocari jube.* Lib. 5. *Palantes veluti forte oblati, populatores Capenatis agri.* J. F. Gron.

to, in Italiam trajecit. De Philocle nihil certi vulgatum eſt. [1] alii primo audaciter negantem, poſtquam in conſpectum adductus ſit Xychus, non ultra tetendiſſe; alii tormenta etiam inficiantem perpeſſum affirmant. Philippo redintegratus eſt luctus geminatuſque. & infelicitatem ſuam in liberis graviorem, [2] quod alter periſſet,
56 cenſebat. Perſeus certior factus, omnia detecta eſſe, potentior quidem erat, quam ut fugam neceſſariam duceret. tantum, ut procul abeſſet, curabat; interim velut ab incendio flagrantis iræ, dum Philippus viveret, ſe defenſurus. qui ſpe potiundi ad pœnam corporis ejus amiſſa, quod reliquum erat, id ſtudere, ne ſuper impunitatem etiam præmio ſceleris frueretur. Antigonum igitur appellat; cui & palam facti parricidii gratia obnoxius erat: neque pudendum aut pœnitendum eum regem Macedonibus propter recentem patrui Antigoni gloriam fore cenſebat. *Quando in eam fortunam veni*, inquit, *Antigone, ut orbitas mihi, quam alii deteſtantur parentes, optabilis eſſe debeat; regnum, quod à patruo tuo forti, non ſolum fideli, tutela ejus cuſtoditum & auctum etiam accepi, id tibi tradere in animo eſt. Te unum habeo, quem dignum regno judicem. ſi neminem haberem, perire & extingui id mallem, quam Perſeo ſceleſtæ fraudis præmium eſſe. Demetrium excitatum ab inferis, reſtitutumque credam mihi, ſi te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus inlacrimaſti, in locum ejus ſubſtitutum relinquam.* Ab hoc ſermone omni genere honoris producere eum non deſtitit. quum in Thracia Perſeus abeſſet, circumire Macedoniæ urbes, principibuſque Antigonum commendare. & ſi vita longior ſuppetiſſet, haud dubium fuit, quin eum in poſſeſſione regni relicturus fuerit. Ab

De-

1 *Alii primo audacter negantem, poſtquam*] Prima & eidem proximæ editiones: *audaciter*. Idem reſtituimus lib. 22, 25. *Audaciter ſe laturum fuiſſe de abrogando Q. Fabii imperio.* J. F. Gron.

2 *Quod alter periſſet*] Melius *ſupereſſet*, ut referatur ad Perſeum, non ad Demetrium, quemadmodum placet Florebello. *Sigonius.*

Quod alter periſſet: cenſebat] Muretus: *quod alter ſupereſſet.* J. F. Gron.

1. *Cum*

Demetriade profectus, Theſſalonicæ plurimum temporis moratus fuerat. inde quum Amphipolin veniſſet, gravi morbo eſt implicitus. ſed animo tamen ægrum magis fuiſſe, quam corpore, conſtat: curiſque & vigiliis [1] (quum identidem ſpecies & umbræ inſontis interempti filii eum diris agitarent) extinctum eſſe, cum execrationibus alterius. Tamen admoveri potuiſſet Antigonus, [2] ſi haud ſtatim palam facta eſſet mors regis. Medicus Calligenes, qui curationi præerat, non exſpectata morte regis, à primis deſperationis notis, [3] nuncios prædiſpoſitos, ita ut convenerat, miſit ad Perſeum: & mortem regis

1 *Cum identidem ſpecies & umbræ --- ext. eſſe cum execr. alt.*] Antea legebatur, *cum identidem ſpecies, & umbræ inſontis interempti filii cum diris agitarent extinctum eſſe execrationibus alterius.* Qui poſtea emendarunt, fecerunt recte: *Eum diris*, non ita autem recte, quod, *Extinctum eſſe cum execrationibus alterius*, ſcripſerunt. Quantum autem ipſe intelligere poſſum, ii germanum hujus loci ſenſum aſſequuti non ſunt, qui ex hac verborum diſpoſitione nullus percipi poteſt. Incredibile eſt enim, quam luxata fuerint verba hujus extremi libri XL in illo exemplari Germanico. Itaque niſi ſæpe ea in ordinem ſuum redigas, vix ſenſum invenias. Quod qui ante me hunc librum emendarunt, & ſenſerunt etiam & fecerunt. Hæc igitur verba in hunc modum mihi videntur eſſe ordinanda. *Curiſque & vigiliis, cum identidem ſpecies, & umbra inſontis interempti filii eum diris execrationibus alterius agitarent extinctum eſſe.* Sic locutus eſt libro 26. *Diram execrationem in populares, obteſtationemque quam ſanctiſſimam potuerunt adverſus hoſpites compoſuerunt.* Et libro decimo, *Dira execratio, & furiale carmen.* Item lib. 28. Et Plin. lib. 28 cap. 2 *Diras deprecationes* dixit. Senſus per ſe ex verbis ipſis perſpicuus eſt. *Sigonius.*

Eum diris agitarent, exſtinctum eſſe cum] Recte Sigonius, in libro, unde hæc habemus, fuiſſe, *cum diris*; deinde, *extinctum eſſe execrationibus*: recte, multa in eodem libro luxata fuiſſe. Sed non probat quod conjicit: *eum diris exſecrationibus alterius agitarent, extinctum eſſe.* Longe melius illæ exſecrationes conveniunt morienti, quam ante mortem à manibus filii agitato & vexato. Sic igitur potius: *curiſque & vigiliis (quum identidem ſpecies & umbræ inſontis interempti filii agitarent) extinctum eſſe cum diris exſecrationibus alterius.* Sive malis: *filii eum agitarent) extinctum inter diras exſecrationes alteriut. Tamen admoveri.* Nam & hoc ordine poſtremorum duum verborum ſcriptus, quibus ſine cauſſa locum mutarunt. *J. F. Gron.*

2 *Si haud ſtatim pal. f. eſſet mors reg.*] Glareanus ſic: Videtur altera parte defecta oratio, & *Aut* legendum, pro *Haud.* Nam alioqui ſenſus nullus eſt: neque enim ſtatim palam facta eſt mors regis. Quod laudo. *Sigonius.* Emendat Glareanus aut putat locum defectuoſum. Fruſtra. Statim palam non facta fuit, nempe per regiam, at ſtatim Perſeo innotuit per medicum. *Gruterus.*

3 *Nuncios prædiſpoſitos,*] Quid ſi legas, *nuncios per diſpoſitos equos.* ut lib. 37. *Gracchus per diſpoſitos equos die tertio Pellam pervenit.* Sigonius.

gis in adventum ejus omnes, qui extra regiam erant, ce-
57 lavit. Oppreſſit igitur necopinantes ignaroſque omnes Perſeus, & regnum ſcelere partum invaſit. Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem, & ad vires bello contrahendas. nam poſt paucis diebus gens Baſtarnarum diu ſollicitata, ab ſuis ſedibus magna peditum equitumque manu Iſtrum trajecit. [1] inde prægreſſi qui nunciarent regi, Antigonus & Cotto: nobilis is erat Baſtarna. erat Antigonus perinvitus cum ipſo Cottone legatus ad concitandos Baſtarnas miſſus. [2] Haud procul Amphipoli famæ incerti nuncii occurrerunt, mortuum eſſe regem: quæ res omnem ordinem conſilii turbavit. Compoſitum autem ſic fuerat: tranſitum per Thraciam tutum, [3] & commea-

mea-

1 *Inde prægreſſi qui nunt.* &c. *erat Antigonus*, &c.] Livius edidiſſe videtur: *Id, prægreſſis, qui nuntiarent regi, Antigono & Cottoni (nobilis erat Baſtarna; & Antigonus perinvitus cum ipſo Cottone legatus ad concitandos Baſtarnas miſſus) haud procul Amphipoli famæ incertæ nuntii occurrerunt.* Exemplar ſcriptum: *nobilis erat Baſtarna ea res Antigonus*: unde alii, *de ea re Antigonus.* Sigonius, *nobilis is erat Baſtarna. erat Antigonus.* J. F. Gron.

De ea re Antigonus ſæpe invitus cum ipſo Cottone leg. ad conc. Baſt. miſſ.] Ante legebatur: *Ea res Antigonus.* Quidam fecerunt, *De ea re.* Ego malim: *Erat Antigonus.* Cur enim dicat: *De ea re*, cum addat: *Ad concitandos Baſtarnas.* Malim ergo: *Erat Antigonus perinvitus cum ipſo Cottone legatus.* Nam cum ſupra dicturus fuerit: *admoveri tamen potuiſſet Antigonus, ſi aut ſtatim palam facta eſſet mors regis, aut tum apud regem fuiſſet.* Ne ſtatim patefieret mors regis, Calligenes medicus cauſam attulit. Ne tum: adeſſet Antigonus, incidit, quod perinvitus erat legatus cum Cottone ad Baſtarnas concitandos miſſus. Reddit ergo rationem cur uterque & Cotto, & Antigonus ad Baſtarnanum adventum nunciandum regi, prægreſſus erat, alter quia Baſtarna erat, alter perinvitus. Quod autem ſupra ait etiam, *Nobilis erat Baſtarna*, malim *Nobilis is erat Baſtarna*: ſic enim fere loqui ſolet Livius, & lapſus facilis eſt & uſitatus, ut lib. 41. *Caſtra ad lacum Timavi poſuit: Imminet mari is lacus.* & 43. *Prætor novus Iſmenias. Is erat vir nobilis, ac potens.* Item *Leonides Lacedæmonius regii is generis ferebatur.* Sigonius.

2 *Haud procul Amphipoli famæ incerti*] In ed. Moguntina, quæ prima ex unico codice ultima hujus libri vulgavit, reperio *fama.* Unde vix aliter exiſtimare poſſum, quam Livium dediſſe, *fama, dein certi nuncii occurrerunt.* Solent enim res magnæ, qualis eſt mors Regis alicujus, primum famæ velocitate, & poſtea demum certis nunciis ſignificari. Atque ita plane 37, 51. *Fama deinde de rebus in Aſia geſtis temere vulgata ſine auctore, & poſt dies paucos nuncii certi literaque imperatoris Romam allata.* Cicero ad Quintum fr. *Etſi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nuncii, fama denique ipſa eſſet ſua celeritate ſuperatura.* Jac. Perizonius.

3 *Et commeatus Baſtarnis ut Philippus præſtaret*] Et hic audacter recentiores; nam veteres illæ, ut fuit in unico libro: *ut Philippus daret.* J. F. Gron.

1 In-

meatus Baſtarnis ut Philippus præſtaret. id ut facere poſ-
ſet, regionum principes donis coluerat; fide ſua obliga-
ta, pacato agmine tranſituros Baſtarnas. Dardanorum
gentem delere propoſitum erat, [1] inque eorum agro ſe-
des dare Baſtarnis. duplex inde erat commodum futu-
rum, ſi & Dardani gens ſemper infeſtiſſima Macedoniæ,
temporibuſque iniquis regum imminens, tolleretur: &
Baſtarnæ, relictis in Dardania conjugibus liberiſque, ad
populandam Italiam poſſent mitti. Per Scordiſcos iter
eſſe ad mare Adriaticum, Italiamque. alia via traduci
exercitum non poſſe. Facile Baſtarnis Scordiſcos iter
daturos. nec enim aut lingua aut moribus æquales abhor-
rere; & ipſos adjuncturos ſe, quum ad prædam opulen-
tiſſimæ gentis ire vidiſſent. Inde in omnem eventum
[2] conſilia commodabantur. ſive cæſi ab Romanis forent
Baſtarnæ; Dardanos tamen ſublatos, prædamque ex re-
liquiis Baſtarnarum, & poſſeſſionem liberam Dardaniæ,
ſolatio fore: ſive proſpere geſſiſſent; Romanis averſis in
Baſtarnarum bellum, recuperaturum ſe in Græcia quæ
amiſiſſet. Hæc Philippi conſilia fuerant. Ingreſſi ſunt 58
pacato agmine, fide Cottonis & Antigoni. ſed haud
multo poſt famam mortis Philippi, neque Thraces com-
mercio faciles erant, neque Baſtarnæ empto contenti
eſſe poterant, aut in agmine contineri, ne decederent
via. inde injuriæ ultro citroque fieri: quarum indies in-
cremento bellum exarſit. Poſtremo Thraces, quum
vim ac multitudinem ſuſtinere hoſtium non poſſent, re-
lictis campeſtribus vicis, in montem ingentis altitudinis
(Donucam vocant) conceſſerunt. [3] Quo ubi ire Baſtar-
næ

1 *Inque eorum agro ſedes dare Baſtarnis*] Scriptus: *ſe fundare*. Recte *ſedes*: ſed verbum erat integrum retinendum. Imitatur Virgilii mutato ſenſu, *ſaxo incolitur fundata vetuſto Urbis Agyllinæ ſedes*. J. F. Gron.

2 *Conſilia commodabantur*] Malim *accommodabantur*, *a* litera ex præcedenti voce, *Conſilia*, repetita. ſic Cicero: *Id ſi ſciſſem, ad id meas literas accommodaviſſem*. & alibi, *Ut iidem verſus in aliam rem accommodari poſſe viderentur*. Et Livius libro quadrageſimo primo, *Ad hæc quæ palam ſunt conſilia noſtra accommodare oportet*. Sigonius.

3 *Quo ubi ire Baſtarnæ vellent*] Lege: *quum ſubire Baſtarnæ vellent*. J. F. Gron.

næ vellent, quali tempeſtate [1] Gallos ſpoliantes Delphos fama eſt peremptos eſſe; talis tum Baſtarnas, nequicquam ad juga montium appropinquantes, oppreſſit. neque enim imbre tantum effuſo, dein creberrima grandine obruti ſunt, cum ingenti fragore cœli tonitribuſque & fulguribus præſtringentibus aciem oculorum, ſed fulmina etiam ſic undique micabant, ut peti viderentur corpora: nec ſolum milites, ſed etiam principes icti caderent. itaque quum præcipiti fuga per rupes præaltas improvidi ſternerentur, ruerentque; inſtabant quidem perculſis Thraces: ſed ipſi Deos auctores fugæ eſſe cœlumque in ſe ruere ajebant. Diſſipati procella, quum tanquam ex naufragio plerique ſemiermes in caſtra, unde profecti erant, rediſſent; conſultari quid agerent cœptum: inde orta diſſenſio; aliis redeundum, aliis penetrandum in Dardaniam, cenſentibus. Triginta ferme millia hominum [2] (Clondico duce profecti erant) pervenerunt. cætera multitudo retro qua venerat, tranſdanubianam regionem repetiit. Perſeus potitus regno, interfici Antigonum juſſit: & dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renovandam, petendumque, ut rex ab ſenatu appellaretur, miſit. Hæc eo anno in Ma-
59 cedonia geſta. Alter conſulum, Q. Fulvius ex Liguribus triumphavit. quem triumphum magis gratiæ, quam rerum geſtarum magnitudini datum, conſtabat. Armorum hoſtilium magnam vim tranſtulit: nullam pecuniam admodum. diviſit tamen in ſingulos milites tricenos æris: duplex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis inſigne fuit, quam quod forte evenit, ut eodem die triumpharet, quo priore anno ex prætura trium-

phave-

1 *Gallos ſpoliantes Delphos*] Hanc hiſtoriam pleniſſime ſcribit Pauſanias in Atticis. *Sigonius.*

2 *Clondico duce profecti erant*] Ex epitome lib. 43 legendum eſt, *Elonico.* Idem.

Elonico duce profecti erant] Ita legendum ait Sigonius ex epitome lib. 43. At valde dubium eſt, an ibi eodem de homine agatur. Tum libri illic *olonico.* Retineamus igitur quod erat in unico codice, *Clondico.* J. F. Gron.

1 *A. Man-*

phaverat. Secundum triumphum comitia edixit, quibus creati conſules ſunt, M. Junius Brutus, [1] A. Manlius Vulſo. Prætorum inde tribus creatis, comitia tempeſtas diremit. poſtero die reliqui tres facti, ante diem quartum Idus Martias, M. Titinius Curvus, Ti. Claudius Nero, T. Fonteius Capito. Ludi Romani inſtaurati ab Ædilibus curulibus, Cn. Servilio [2] Cæpione, Ap. Claudio [3] Centone, propter prodigia, quæ evenerant. Terra movit, in foris publicis, ubi lectiſternium erat. Deorum capita, quæ in lectis erant, averterunt ſe: [4] lanaque cum integumentis, quæ Jovi oppoſita fuit, decidit. de menſa oleas quoque prægustaſſe mures, in prodigium verſum eſt. Ad ea expianda nihil ultra, quam ut ludi inſtaurarentur, actum eſt.

1 *A. Manlius Volſo*] *Vulſo*, ut ante. *Sigonius.*
2 *Cepione*] *Capione*, ut ante. *Idem.*
3 *Centone*] *Centhone*, ut ante. *Idem.*
4 *Lanaque cum integ. quæ Jovi oppoſita f. dec.*] *Appoſita*, legendum ex Obſequente in libro de Prodigiis: *Lana cum integumentis, quæ Jovi appoſita erant, decidit.* Idem.

EPITOME
LIBRI XLI.

Ignis in æde Veſtæ exſtinctus eſt. Ti. Sempronius Gracchus proconſul Celtiberos victos in deditionem accepit: monimentumque operum ſuorum, [1] *Gracchurim oppidum in Hiſpania conſtituit.* [2] *Et à Poſtumio Albino proconſule, Vaccæi ac Luſitani ſubacti ſunt.* [3] *uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obſes Romanis à patre datus, mortuo fratre Seleuco qui patri defuncto ſucceſſerat,* [4] *in regnum Syriæ*

1 *Gracchurim oppidum in Hiſpania conſt.*] Recte: ſic enim Feſtus lib. 7. *Gracchuris urbs Iberæ regionis, dicta à Graccho Semptonio, quæ antea Illurcis nominabatur.* Sigonius.
2 *A. Poſtumio Albino*] Vet. lib. *Et à Poſtumio Albino.* Idem.
3 *De utriſque triumphavit*] Vet. lib. *Uterque triumphavit.* Recte: id eſt, Gracchus, & Albinus: ille de Celtiberis, hic de Luſitanis: ita enim Livius. *Idem.*
4 *In regnum Syriæ dimiſſus*] Tres membranæ: *obſes à patre Romanis datus,*

riæ dimiſſus. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta tria millia ducenta quadraginta quatuor. [1] *Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis hæredem mulierem inſtitueret: ſuaſit legem M. Cato. extat oratio ejus. Præterea res contra Ligures, Iſtros, Sardos, & Celtiberos à compluribus ducibus proſpere geſtas, & initia belli Macedonici continet, quod Perſeus Philippi filius moliebatur. miſerat enim ad Carthaginienſes legationem & ab iis nocte audita erat: ſed & alias Græciæ civitates ſollicitabat.* [2] *qui, præter religionem, quod quam multa* [3] *templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, & Antiochiæ Capitolini; viliſſimum regem egit.*

ACEPHALUS.

* * *

1 [4] à patre in pace habitam armaſſe, eoque juventuti prædandi cupidæ pergratus eſſe dicebatur. Conſilium de Iſtri-

tus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto ſucceſſerat, in regnum Syriæ ab urbe dimiſſus. J.F. Gron.

1 *Q. Volumnius Saxa*] Emendo, *Q. Voconius*: ſic enim Cicero in Catone, ubi *legis Voconiæ* meminit, ſic in oratione pro Cornelio: ſic Auguſtinus de Civitate Dei. ſic cæteri: eſt enim hæc *lex Voconia* celebris. *Sigonius.*

2 *Qui præter religionem quod*] Ergo cum hæc epitome fieret, jam mutilum erat caput vigeſimum hujus libri. In eodem enim errore verſatur, qui tenuit aliquamdiu viros doctos, quæ illic narrantur, ad Perſen Macedonem pertinere. In quem qui potuit prolabi, quisquis integrum Livium vidit? Sic tamen ſemper editum: nec ſecus Voſſianus & major Gudianus. In minore nullum horum verborum veſtigium eſt. Unde mihi ſuſpicio naſcitur primigenio aliquo in exemplari ea ſcriptoris vitio prætermiſſa in marginem deinde conjecta fuiſſe: itaque ſequentium alios eadem diſſimulaſſe, alios ad finem alleviſſe, quæ ſuperius erant interponenda, hoc modo: *Antiochus, Antiochi filius, obſes à patre Romanis datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto ſucceſſerat, in regnum Syriæ ab urbe dimiſſus, præter religionem, quæ multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii & Antiochiæ Capitolini, viliſſimum regem egit. Luſtrum à cenſoribus*, &c. Juvat utcumque, quod in Voſſ. & Gud. *religionem quam multa*: non *religionem, quod quam multa.* J.F. Gron.

3 *Templa --- erexit, Athenis, Jovis Olympii, & Antiochiæ*] Scribe *& Antiochiæ, Capitolini.* ſic enim Livius hoc libro: alioquin imperfecta, & oratio, & hiſtoria erit. *Sigonius.*

4 *A patre in pace habitam*] Reliquos quinque libros, quos nemo adhuc commentariis editis emendandos ſuſcepit, quanquam manuſcriptorum libro-

Iſtrico bello quum haberet conſul, alii, gerendum extemplo, antequam contrahere copias hoſtes poſſent, alii, conſulendum prius ſenatum cenſebant. Vicit ſententia, quæ diem non proferebat. Profectus ab Aquileia conſul; caſtra ad lacum Timavi poſuit. imminet mari is lacus. Eodem decem navibus C. Furius duumvir navalis venit. Adverſus Illyriorum claſſem creati duumviri navales erant, [1] qui tuendam viginti navibus mari ſuperiore Anconam, veluti cardinem haberent: inde L. Cornelius dextra littora uſque ad Tarentum, C. Furius læva uſque ad Aquileiam tueretur. Eæ naves ad proximum portum in [2] Iſtriæ fines cum onerariis & magno commeatu miſſæ: ſecutuſque cum legionibus conſul, quinque ferme millia à mari poſuit caſtra. In portu emporium brevi perfrequens factum, omniaque hinc in caſtra ſupportabantur. & quo id tutius fieret, ſtationes ab omnibus caſtrorum partibus circumdatæ ſunt: [3] in Iſtriamque ſuum

librorum ope deſtituti, dabimus operam, ut ex ingenio, aut corrigamus, aut ubi correctionis indigeant, demonſtremus. Atque hoc quidem loco multa deeſſe intelligendum eſt, ut ſortitionem provinciarum & conſularium, & prætoriarum. Conſulibus A. Manlio Gallia, M. Junio Ligures. Prætoribus M. Titinio Hiſpania citerior, T. Fonteio ulterior: Neroni Etruria, T. Æbutio Sardinia obtigerunt. præterea quæ de igne Veſtæ extincto, de rebus à Ti. Graccho, & L. Albino in Celtiberia, & Luſitania geſtis, de Antiocho, de luſtro à cenſoribus condito, de lege Q. Voconii in epitoma traduntur, poſtremo res à M. Junio conſule in Liguribus geſtæ deſiderantur. Hoc autem principium eſt earum, quas A. Manlius conſul ex provincia ſua Gallia in Iſtriam tranſgreſſus, cum Iſtris geſſit. *Sigonius.*

1 *Qui tuendam viginti navibus mari ſuperiore Anconam vel. card. hab.*] Mirum, qua felicitate reſtituerit hunc locum Florebellus, hoc modo; *qui tuendæ viginti navibus maris ſuperi oræ, Anconam velut cardinem hab.* probatur autem eo magis hæc conjectura, quod libro ſuperiore ita ſcripſit: *Inter duumviros ita diviſa tuenda denis navibus maritima ora, ut promontorium iis Minervæ velut cardo in medio eſſet.* Idem.

Qui tuendam viginti navibus] Non Ancona, ſed mare omniſque ora maritima defendenda erat. Lege igitur cum Mureto: *tuendæ viginti navibus maris ſuperi oræ Anconam.* Libro præcedenti: *Inter duumviros ita diviſa tuenda denis navibus maritima ora, ut promuntorium iis Minervæ velut cardo in medio eſſet.* J. F. Gron.

2 *Hiſtriæ fines*] *Iſtriæ*, ſic enim Græci. *Sigonius.*

3 *In Iſtriamque ſuam præſidium*] Scribe: *& quo id tutius fieret, ſtationes ab omnibus caſtrorum partibus circumdatæ ſunt: in Iſtriam verſum præſidium ſtativum, repentina cohors Placentina, oppoſita inter mare & caſtra.* Lib. 5. *Alia munimenta*

ſuum præſidium ſtativum, repentina cohors Placentina oppoſita inter mare & caſtra: &, ut idem aquatoribus ad fluvium eſſet præſidium, M. Æbutius tribunus militum ſecundæ legionis duos manipulos militum adjicere juſſus eſt. T. & C. Ælii tribuni militum legionem tertiam, quæ pabulatores & lignatores tueretur, via quæ Aquilejam fert, duxerant. Ab eadem regione mille ferme paſſuum caſtra erant Gallorum: Carmelus pro regulo
2 erat [1] tribus aut amplius millibus armatorum. Iſtri, ut primum ad lacum Timavi caſtra ſunt Romana mota, ipſi poſt collem occulto loco conſederunt: & inde obliquis itineribus agmen ſequebantur, in omnem occaſionem intenti: nec quicquam eos, quæ terra marique agerentur, fallebat. Poſtquam ſtationes invalidas [2] eſſe pro caſtris, eorum turba inermis frequens inter caſtra & mare mercantium, ſine ullo terreſtri aut maritimo munimento viderunt; duo ſimul præſidia, Placentinæ cohortis, & manipulorum ſecundæ legionis, aggrediuntur. Nebula matutina texerat incœptum: qua dilabente ad primum teporem ſolis, perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut ſolet, lux ſpeciem omnium multiplicem intuenti reddens, tum quoque fruſtrata Romanos, multo majorem iis quam erat hoſtium aciem oſtendit: qua territi utriuſque ſtationis milites, ingenti tumultu quum in caſtra confugiſſent, haud paulo ibi plus, quam quod ſecum ipſi attulerant, terroris fecerunt. Nam neque dicere quid fugiſſent, nec percontantibus reddere reſponſum poterant: & cla-

menta in urbem & contra oppidanos verſa. Vel ſi mavis, *Iſtriam verſus.* Lib. 44. *Et aliud pro caſtru ſtativum erat præſidium ſub Cluvio legato tres cohortes.* J. F. Gron.

1 *Tribus aut amplius millibus arm.*] *Haud amplius*, legit Florebellus. Sic lib. 29. *Cum ducentis haud amplius equitibus.* Et lib. 45. *Triginta haud amplius dies.* Sigonius.

Tribus aut amplius] Lege: *tribus haud amplius millibus armatorum.* J. F. Gron.

2 *Eſſe pro caſtris, eorum turba inermis frequens inter*] Nemini obſcurum eſt hæc quoque corrupta admodum verba eſſe. Joſ. Scaliger ad marginem in exemplari ſuo poſuiſſe dicitur, *forum.* Legas ergo, *Poſtquam ſtationes invalidas eſſe pro caſtris, forum turba inermi frequens inter caſtra & mare mercantium, ſine ullo terreſtri munimento, viderunt.* Supra: *in portu emporium brevi perfrequens factum.* Idem.

1 *Tunc*

& clamor in portis (ut ubi nulla eſſet ſtatio, quæ ſuſtine-
ret impetum) audiebatur: & concurſatio in obſcuro in-
cidentium aliorum in alios, incertum fecerat, an hoſtis
intra vallum eſſet. Una vox audiebatur; ad mare vocan-
tium. Id forte temere ab uno exclamatum totis paſſim
perſonabat caſtris. Itaque primo velut juſſi id facere,
pauci armati, major pars inermes, ad mare decurrunt:
dein plures, poſtremo prope omnes, & ipſe conſul;
quum fruſtra revocare fugientes conatus, nec imperio,
nec auctoritate, nec precibus, ad extremum valuiſſet.
Unus remanſit M. Licinius Strabo, tribunus militum
tertiæ legionis, cum tribus ſignis ab legione ſua relictus.
Hunc in vacua caſtra impetu facto Iſtri, quum alius ar-
matus iis nemo obviam iſſet, in prætorio inſtruentem
atque adhortantem ſuos oppreſſerunt. Prœlium atro-
cius quam pro paucitate reſiſtentium fuit: nec ante fini-
tum eſt, quam tribunus militum, quique circa eum con-
ſtiterant, interfecti ſunt. Prætorio dejecto, direptis quæ
ibi fuerunt, ad quæſtorium forum, quintanamque, hoſtes
pervenerunt. Ibi quum omnium rerum paratam expoſi-
tamque copiam, & ſtratos lectos in quæſtorio inveniſ-
ſent, regulus accubans epulari cœpit. mox idem cæteri
omnes armorum hoſtiumque obliti faciunt: &, ut quibus
inſuetus liberalior victus eſſet, avidius vino ciboque cor-
pora onerant. Nequaquam eadem eſt tum rei forma 5
apud Romanos: terra mari trepidatur, nautici taberna-
cula detendunt, commeatumque in littore expoſitum in
naves rapiunt: milites in ſcaphas & mare territi ruunt:
nautæ metu ne compleantur navigia, alii turbæ obſi-
ſtunt, alii ab littore naves in altum expellunt. inde cer-
tamen, mox etiam pugna cum vulneribus & cæde invi-
cem militum nautarumque oritur, donec juſſu conſulis
procul à terra claſſis ſubmota eſt. Secernere inde iner-
mes ab armatis cœpit. vix mille ducenti ex tanta multi-
tudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos
ſecum

ſecum eduxiſſent, inventi ſunt: cætera deformis turba, velut lixarum calonumque, præda vere futura, ſi belli hoſtes meminiſſent. [1] Tunc demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, & Gallorum præſidium: & ſimul

1 *Tunc demum nuncius ad tert. leg. revocand. & Gallorum præſid. Et ſimul*] Duæ voces, aut paulo plures huic ſententiæ deeſſe videntur, hæ: *opprimendum venit.* ut ſit: *Tum demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, & Gallorum præſidium opprimendum venit.* Sic enim ait paulo poſt: *Egregiam gloriam tertiæ legionis fore, ſi caſtra metu ſecundanorum amiſſa ſua virtute recipiant, & recipi facile eſſe, ſi in præda occupati barbari ſubito opprimantur.* Sigonius.

Et Gallorum præſidium venit] Vox *venit* non erat in ſcripto unico, neque in editis eſt ante Sigonium, ut & verbo monet Gruterus. Sed illi duæ minimum voces, ſi non multo plures, abeſſe viſæ, hæ nempe: *opprimendum venit:* ut ſit: *& Gallorum præſidium opprimendum venit.* Si ſatis capio Livium in præcedentibus, Galli ſteterunt à parte Romana: ideoque non debuerunt ab Romanis opprimi, ſed in auxilium vocari. Deinde quid eſt, *nuntius venit ad opprimendum præſidium Gallorum?* Ad tertiam legionem nuntius venit, ut eam revocaret: hoc Latine dicitur, *ad tertiam legionem revocandam:* haud ſcio quo ſenſu idem nuntius veniſſe dicatur ad Gallos, ut illos opprimeret. Sin accepit, nuntium revocaſſe tertiam legionem hac fini, ut Gallorum illa præſidium opprimeret, primum neque ſatis bene hic ſenſus illis verbis exprimitur: deinde Iſtri erant, non Galli, qui caſtra ceperant; denique non hoc *præſidium* dixiſſet Livius. Quæ aut omnia aut in parte occurrerunt editoribus poſt Sigonium, qui omiſſo importuniſſimo *opprimendum* alteram vocem receperunt. Nos vero ſanum eſſe locum ſtatuimus, ut conceptus olim fuit: *Tum demum nuntius ad tertiam legionem revocandam & Gallorum præſidium: & ſimul ex omnibus locis ad caſtra recipienda demendamque ignominiam rediri cœptum eſt.* Illud *venit*, quod docti viri deeſſe putarunt, ex ſenſu ſupplendum in compendio orationis ſatis eleganti. Plinius lib. 6 ep. 20. *Nobis tamen ne tunc quidem, quamquam & expertis periculum & exſpectantibus, abeundi conſilium, donec de avunculo nuntius.* Sic ſcripti vetereſque editiones, & ex illis Gruterus. nam recentiores hic quoque adjecerant de ſuo *veniret.* Statius lib. 5 Thebaid. *Cauſſa viæ genitrix nec inhoſpita tecta Lycurgi Præbuerant aditus, & protinus ille tyranno Nuntius extinctæ miſerando vulnere prolis.* Noſter lib. 44. *Eodem tempore & ad Eumenem & ad Antiochum communia mandata, quæ ſubjicere conditio rerum poterat.* Ubi intelligitur, dedit, vel miſit per Telemaſtum Perſeus: ſic enim vocatur legatus apud Polybium. Adde quæ ad lib. 37, 10 notavimus. Gallos exiſtimo feciſſe cum Romanis: & ideo ad eos mille paſſus à conſule caſtra habentes nuntius miſſus, qui edoceret ſociorum periculum. Ea re mox etiam: *& ſimul ex omnibus locis.* Quæ illa omnia? nempe à mari & navibus, qui è caſtris aufugerant, tum à via, quæ ferebat Aquilejam, legio tertia cum pabulatoribus, denique à præſidio Gallorum, etſi horum poſtea mentionem omittat, ſive non adfuerint in tempore, ſive operam eorum non ducens tanti: ſecus non *ex omnibus locis*, ſed *utrimque*, dixiſſet. Quod ſi omnino conſtaret Gallos hic Romanis adverſos fuiſſe, facile foret corrigere: *ad tertiam legionem revocandam & pabulatorum præſidium*: etenim tertia legio tum præſidio pabulatoribus erat profecta. Sed illud teneo, donec ex aliquo auctore alio doceatur, Gallos Iſtrorum ſocios fuiſſe. *J. F. Gron.*

1 Quo

ſimul ex omnibus locis ad caſtra recipienda demendamque ignominiam rediri cœptum eſt. Tribuni militum tertiæ legionis pabulum lignaque projicere jubent: centurionibus imperant, ut graviores ætate milites binos in ea jumenta, ex quibus onera dejecta erant, imponant: equites, ut ſingulos è juvenibus pedites ſecum in equos tollant. *Egregiam gloriam legionis fore, ſi caſtra, metu ſecundanorum amiſſa, ſua virtute recipiant: & recipi facile eſſe, ſi in præda occupati barbari ſubito opprimantur: ſicut ceperint, poſſe capi.* Summa militum alacritate adhortatio audita eſt. Ferunt citati ſigna, nec ſigniferos armati morantur: priores tamen conſul copiæque, quæ à mari reducebantur, ad vallum acceſſerunt. L. Atius tribunus primus ſecundæ legionis, non hortabatur modo milites, ſed docebat etiam, *Si victores Iſtri, quibus armis cepiſſent caſtra, iiſdem capta retinere in animo haberent, primum exutum caſtris hoſtem ad mare perſecuturos fuiſſe, deinde ſtationes certè pro vallo habituros. vino ſomnoque veriſimile eſſe merſos jacere.* Sub 4
hæc A. Bæculonium ſigniferum ſuum, notæ fortitudinis virum, inferre ſignum juſſit. Ille ſi unum ſe ſequerentur, [1] quo celerius fieret, facturum dixit: connixuſque, quum trans vallum ſignum trajeciſſet, primus omnium portam intravit. Et parte alia T. & C. Ælii tribuni militum tertiæ legionis cum equitatu adveniunt. confeſtim & quos binos oneraria in jumenta impoſuerant ſecuti; & conſul cum toto agmine. At Iſtrorum pauci, qui modice vinoſi erant, memores fuerunt fugæ; aliis ſomno mors continuata eſt: integraque ſua omnia Romani, præterquam

quod

1 *Quo celerius fieret, facturum dixit*] Quid apertius quam ſcribendum: *notæ fortitudinis virum inferre ſignum juſſit. Ille unum, ſi ſe ſequerentur, quo celerius fieret, jacturum dixit.* Non modo ſcilicet inlaturum, quod jubebatur. Illud *unum* quale apud Cæſarem lib. 5 belli Gall. *Cicero ad hæc unum modo reſpondit, non eſſe conſuetudinem populi Romani accipere ab hoſte armato conditionem.* Lib. 2 Civil. *Ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quæ pridie ſibi confirmaſſent, ſequi ſeſe jubet.* *Jacturum*, ut lib. 26. *Secundi haſtati ſignum ademptum ſignifero in hoſtem infert, jacturum in medios eos minitans, ni ſe propere ſequantur milites.* Sic & lib. 34, 46 reſtituimus ex ſcriptis membranis: *ſigna ademta ſigniferis in hoſtes jecerunt.* J. F. Gron.

1 *Lici-*

quod vini cibique abſumptum erat, receperunt. Ægri quoque milites, qui in caſtris relicti fuerant, poſtquam intra vallum ſuos ſenſerunt, armis arreptis cædem ingentem fecerunt. Ante omnes inſignis opera fuit C. Popilii equitis. Sabello cognomen erat. is pede ſaucio relictus, longe plurimum hoſtium occidit. Ad octo millia Iſtrorum ſunt cæſa; captus nemo. quia ira & indignatio immemores prædæ fecit. Rex tamen Iſtrorum temulentus ex convivio raptim à ſuis in equum impoſitus fugit. Ex victoribus ducenti triginta ſeptem milites perierunt; plures in matutina fuga quam in recipiendis caſtris.
5 Forte ita evenit, ut Cn. & L. Gavillii, novelli Aquileienſes, cum commeatu venientes, ignari prope in capta caſtra ab Iſtris inciderent. Ii quum Aquilejam relictis impedimentis refugiſſent, omnia terrore ac tumultu, non Aquileiæ modo, ſed Romæ quoque poſt paucos dies impleverunt: quo non capta tantum caſtra ab hoſtibus, nec fuga, quæ vera erant, ſed perditas res deletumque exercitum omnem, allatum eſt. Itaque, quod in tumultu fieri ſolet, delectus extra ordinem non in urbe tantum, ſed tota Italia indicti. Duæ legiones civium Romanorum conſcriptæ, & decem millia peditum cum equitibus quingentis ſociis nominis Latini imperata. M. Junius conſul tranſire in Galliam, & ab civitatibus provinciæ ejus, quantum quæque poſſet, militum exigere juſſus. Simul decretum, *ut Ti. Claudius prætor militibus legionis quartæ, & ſociûm Latini nominis quinque millibus, equitibus ducentis quinquaginta, Piſas ut convenirent, ediceret, eamque provinciam, dum conſul inde abeſſet, tutaretur: M. Titinius prætor legionem primam, parem numerum ſociorum peditum equitumque, Ariminum convenire juberet.* Nero paludatus Piſas in provinciam eſt profectus. Titinius C. Caſſio tribuno militum Ariminum, qui præeſſet legioni, miſſo, delectum Romæ habuit. M. Junius conſul ex Liguribus in provinciam Galliam tranſgreſſus, auxiliis, protinus per

civi-

civitates Galliæ, militibuſque colonis imperatis, Aquileiam pervenit. Ibi certior factus, exercitum incolumem eſſe, ſcriptis literis Romam ne tumultuarentur, ipſe remiſſis auxiliis quæ Gallis imperaverat, ad collegam eſt profectus. Romæ magna ex necopinato lætitia fuit: delectus omiſſus eſt. exauctorati, qui ſacramento dixerant: & exercitus, qui Arimini peſtilentia affectus erat, domum dimiſſus. Iſtri magnis copiis, quum caſtra haud procul conſulis caſtris haberent, poſtquam alterum conſulem cum exercitu novo adveniſſe audierunt, paſſim in civitates dilapſi ſunt: conſules Aquileiam in hiberna legiones reduxerunt. Sedato tandem 6
Iſtrico tumultu Senatuſconſultum factum eſt, ut conſules inter ſe compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret. Quum abſentem Manlium tribuni plebis, [1] A. Licinius Nerva, & C. Papirius Turdus, in concionibus lacerarent, rogationemque promulgarent, ne Manlius poſt Idus Martias (prorogatæ namque conſulibus jam in annum provinciæ erant) imperium retineret; uti cauſſam extemplo dicere, quum abiſſet magiſtratu, poſſet; huic rogationi Q. Ælius collega interceſſit, magniſque contentionibus obtinuit, ne perferretur. Per eos dies Ti. Sempronius Gracchus, & L. Poſtumius Albinus ex Hiſpania Romam quum reverτiſſent, ſenatus iis à M. Titinio prætore datus in æde Bellonæ, [2] ad differendas res, quas geſſiſſent, poſtulandoſque honores meritos, ut Diis immortalibus haberetur honos. Eodem tempore & in Sardinia magnum tumul-

1 *Licinius Nerva, & C. Papirius Turdus*] Omiſſum eſt à librariis prænomen Licinii *A. Licinius Nerva.* ſic enim poſt in prætura vocatur: neque par eſt omiſiſſe id in Licinio Livium, at non in Papirio. De *Papiriis Turdis* Cicero ad Papirium Pætum. *Sigonius.*

2 *Ad differendas res quas geſſiſſent*] Scribo: *ad ediſſerendas res, quas geſſiſſent, poſtulandoſque honores meritos, & ut diis immortalibus haberetur honos.* Verbum *ediſſerere* & lib. 22, 54 & lib. 27, 7 reſtituimus. Copulativæ autem interpoſitæ auctor nobis ipſe Livius, cum alibi, tum lib. 39. *Ut æquum cenſerent ob rempublicam bene ac feliciter geſtam & diis immortalibus honorem haberi jubere & ſibi triumphum decernere.* J. F. Gron.

multum eſſe, literis T. Æbutii prætoris cognitum eſt, quas filius ejus ad ſenatum attulerat. [1] Ilienſes, adjunctis Balarorum auxiliis, pacatam provinciam invaſerant: nec eis invalido exercitu, & magna parte peſtilentia abſumpto, reſiſti poterat. Eadem & Sardorum legati nunciabant; orantes ut urbibus ſaltem (jam enim agros deploratos eſſe) opem ſenatus ferret. Hæc legatio totumque quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magiſtratus rejectum eſt. Æque miſerabilis legatio Lyciorum, qui crudelitatem Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione attributi erant, querebantur: *fuiſſe ſub ditione Antiochi: eam regiam ſervitutem collatam cum præſenti ſtatu, præclaram libertatem viſam. non publico tantum ſe premi imperio, ſed ſingulos juſtum pati ſervitium.* [2] *juxta ſe conjuges liberoſque vexari: in corpus, in tergum ſæviri: famam, quod indignum ſit, maculari, dehoneſtarique: & palam res odioſas fieri; juris etiam uſurpandi cauſſa. ne pro dubio habeant, nihil inter ſe & argento parata mancipia intereſſe.* [3] Motus his ſenatus, literas Lyciis ad Rhodios dedit: *nec Lycios Rhodiis* [4] *nec ullos alicuiquam, qui nati liberi ſint, in ſervitutem dari placere. Lycios ita ſub Rhodiorum ſimul imperio & tutela eſſe, ut in ditione populi Romani*

1 *Ilienſes adj. Balarorum aux.*] *Balaros* Sardiniæ populos, æque atque *Ilienſes* commemorat etiam Strabo. *Sigonius.*

2 *Juſtos conjuges liberoſque vexari*] *Juſtos* mendoſe eſt. Suſpicor *juxta ſe*, reponendum. Eſt autem *juxta*, æque ac *pariter.* ſic lib. 29. *Omnia ſcelera Pleminius in nos, liberoſque noſtros, conjugeſque edidit.* Et lib. 43. *Domos ſuas plenas turba nautica eſſe, verſari inter ſe, conjuges, liberoſque ſuos.* Idem.

3 *Motus is ſenatus*] Lege, *motus his ſenatus.* Idem.

4 *Nec ullos alicui, quam qui nati liberi ſint*] Primæ edd. è ſcripto: *Nec Lycios Rhodiis nec ullos alicuiquam, qui nati liberi ſint, in ſervitutem dari placere.* Vox proba *aliquiſquam*, ut *aliquiſpiam*; apud Ciceronem in oratione pro Sextio c. 29. *Atque ille, ſi aliquapiam vi expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facile pateretur.* Sic enim ibi codex Gemblacenſis apud Gruterum: & conjecerat Manutius fiducia hujus loci Liviani. Nos utrique exemplum addemus. Alterum ex ſecundo de Divinatione cap. 50. *Epicuruſne qui negat aliquidquam deos nec alieni curare nec ſui?* Vulgo: *quicquam*: ante quam vocem in optimo codice Voſſiano litura erat, oſtendens τὸ *ali* eraſum eſſe. Alterum ex tertia Tuſculana cap. 9. *Num manus adfecta recte eſt, cum in tumore eſt? aut num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſe ſe habet?* Ubi vulgo inepte: *aliquod quoppiam.* Non igitur neceſſe eſt Heraldi, *alii cuiquam.* J. F. Gron.

Quan-

mani civitates ſociæ ſint. Triumphi deinde ex Hiſpania duo 7
continui acti. Prior Sempronius Gracchus de Celtiberis, ſociiſque eorum; poſtero die L. Poſtumius de Luſitanis, aliiſque ejuſdem regionis Hiſpanis triumphavit. quadraginta millia pondo argenti Ti. Gracchus tranſtulit, viginti millia Albinus. Militibus denarios quinos vicenos, duplex centurioni, triplex equiti ambo diviſerunt: ſociis tantundem quantum Romanis. Per eoſdem fortè dies M. Junius conſul ex Iſtria comitiorum cauſſa Romam venit. Eum quum in ſenatu fatigaſſent interrogationibus tribuni plebis Papirius & Licinius, de his quæ in Iſtria eſſent acta, in concionem quoque produxerunt. Ad quæ quum conſul, ſe dies non plus undecim in ea provincia fuiſſe, reſponderet; quæ ſe abſente acta eſſent, ſe quoque, ut illos, fama comperta habere; exſequebantur deinde quærentes, *Quid ita non potius A. Manlius Romam veniſſet, ut rationem redderet populo Romano, cur ex Gallia provincia, quam ſortitus eſſet, in Iſtriam tranſiſſet: quando id bellum ſenatus decreviſſet,* [1] *quando id bellum populus Romanus juſſiſſet? At hercule, privato quidem conſilio bellum ſuſceptum eſſe, ſed geſtum prudenter fortiterque. Immo, utrum ſuſceptum ſit nequius, an inconſultius geſtum, dici non poſſe. Stationes duas necopinantes ab Iſtris oppreſſas, caſtra Romana capta; quod peditum, quod equitum in caſtris fuerit.* [2] *cæteros inermes fuſoſque, ante omnes conſulem ipſum, ad mare ac naves fugiſſe. Privatum rationem redditurum earum rerum eſſe, quoniam conſul noluiſſet.*
Comitia deinde habita. conſules creati, C. Claudius 8
Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus: & poſtero die prætores facti, P. Ælius Tubero iterum, C. Quintius Flamini-

1 *Quando id bellum populus*] Duas voculas per errorem repetiſſe librarius videtur, & ſcripſiſſe Livius: *quando id bellum ſenatus decreſſet? quando populus Romanus juſſiſſet?* J. F. Gron.

2 *Cæteros inermes fuſoſque ad mare ac naves fugiſſe*] Non victi, nec fuſi, ſed metu conſternati caſtra reliquerant effuſo curſu, antequam hoſtis adeſſet, vel caſtra oppugnaret. Vid. cap. 2. Rectius forte leges *effuſaſque*, quæ vox ſæpiſſime de præcipiti fuga uſurpatur. Sic *effuſa fuga* 1, 27. 33, 10. 44, 28. *Effuſis eadem fugam impediit* 1, 37. *Fugientes effuſe* 44, 10. *Longo agmine effuſi* 43, 10. Jac. Perizonius.

 1 C. Mun-

mininus, C. Numiſius, [1] C. Mummius, Cn. Cornelius Scipio, P. Valerius Lævinus. Tuberoni urbana juriſdictio, Quintio peregrina evenit, Numiſio Sicilia, Mummio Sardinia: ſed ea, propter belli magnitudinem, provincia conſularis facta. Gracchus eam ſortitur; Iſtriam Claudius, Scipio & Lævinus Galliam in duas diviſam provincias ſortiti ſunt. Idibus Martiis, quo die Sempronius Claudiuſque conſulatum inierunt, mentio tantum de provinciis Sardinia Iſtriaque & utriuſque hoſtibus fuit, qui in his provinciis bellum conſciviſſent. Poſtero die legati Sardorum, qui ad novos magiſtratus dilati erant, L. Minucius Thermus, qui legatus Manlii conſulis in Iſtria fuerat, [2] in ſenatum venit. Ab his edoctus eſt ſenatus, quantum belli eæ provinciæ haberent. Moverunt ſenatum & legationes ſociûm nominis Latini, [3] quæ & cenſores, & priores conſules fatigaverunt, tandem in ſenatum introductæ. Summa querelarum erat, *Cives ſuos Romæ cenſos pleroſque Romam commigraſſe. Quod ſi permittatur, perpaucis luſtris futurum, ut deſerta oppida, deſerti agri, nullum militem dare poſſent. Fregellas quoque millia quatuor familiarum tranſiſſe ab ſe, Samnites Pelignique querebantur:* [4] *neque eo minus aut hos aut illos plus in delectum militum dare.* Genera autem fraudis duo mutandæ viritim civitatis inducta erant. Lex ſociis ac nominis Latini, [5] qui ſtir-

1 *C. Mummius*] Hic poſt *L. Mummius* dicitur. Idem anno DLXIII tribunus pl. fuit, quo loco *L. Nummius* dicebatur. *Sigonius.*

2 *In ſenatum venit*] Forte *venerunt*: ut commodius referatur & ad Sardorum legatos. *J. F. Gron.*

3 *Quæ & cenſores & priores conſules fatigaverunt*] Lege: *fatigaverant*. Idem.

4 *Neque eo minus aut hos aut illos in delectum*] Itane & ratio eſt, cur Fregellani, ad quos quatuor millia familiarum tranſierant, propterea minus in delectum darent? Haudquaquam: ſed procul omni dubio excidit τὸ *plus* inſerendum hoc modo: *Fregellas quoque millia quatuor familiarum tranſiſſe ab ſe, Samnites Pelignique querebantur: neque eo aut minus hos aut plus illos in delectum militum dare.* Idem. Neutiquam tamen deſideres τὸ *plus*, ſi dicas ſenſum eſſe: Samnites Pelignique querebantur, quatuor millia familiarum ab ſe tranſiſſe ad aliam civitatem, neque tamen aut hos aut illos, id eſt, Samnites Pelignoſve, adeoque neutros illorum eo minus militum in delectum dare. *Jac. Perizonius.*

5 *Qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabant*] Quæ ſequuntur, omnino volunt: *qui ſtirpem ex ſeſe domi non relinquerent.* Neque illud prætereundum, mox

ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent. ea lege male utendo, alii ſociis, alii populo Romano injuriam faciebant. Nam &, ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos, quibuſquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives eſſent: & quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, [1] ii cives Romani fiebant. Poſtea his quoque imaginibus juris ſpretis, promiſcue ſine lege, ſine ſtirpe, in civitatem Romanam per migrationem & cenſum tranſibant. Hæc ne poſtea fierent, petebant legati. *& ut redire in civitates juberent ſocios, deinde ut lege caverent,* [2] *ne quis quem civitatis mutandæ cauſſa ſuum faceret, neve alienaret:* [3] *&, ſi quis ita civis Romanus factus eſſet.* * Hæc impe- 9
trata ab ſenatu. Provinciæ deinde, quæ in bello erant, Sardinia atque Iſtria decretæ. In Sardiniam duæ legiones ſcribi juſſæ; quina millia in ſingulas, & duceni pedites, treceni equites, & duodecim millia peditum ſociorum ac Latini nominis, & ſexcenti equites, & decem quinqueremes [4] naves, ſi deducere ex navalibus vellet. Tan-

mox in membranis fuiſſe: *quibus ſtirpes deeſſet:* ut ſervavit Aldina. Quod non video cur non æque antiquitus potuerit dici, cur non Livius uſurpare, quam *plebes.* J. F. Gron.

1 *Ut cives Romani fiebant*] Malim, *ii cives Romani fiebant.* Sigonius.

2 *Ne quis quem civitatis mutandæ cauſſa ſuum faceret*] Sigonius arbitratur τὸ *ſuum* eſſe mendoſum pro *ſervum*, in librum ſecundum Emendationum Robortelli cap. 39. caviſſe enim legem, ne quis filium mancipio daret, vel ſervum faceret. Verum duæ partes ſunt hujus capitis, altera contra accipientem mancipio, altera contra dantem: itaque prior recte dicitur *ſuum facere*, quem mancipio accipit, poſterior *alienare* quem tradit. Huc pertinet, quod eſt apud Appulejum lib. 7 Metam. *Piſtor ille, qui me pretio ſuum fecerat.* Plautus Amphitr. *nam pugnis uſu feciſti tuum.* J. F. Gron.

3 *Et ſi quis ita civis Rom. factus eſſet. Hæc impetrata ab ſenatu*] Librarius tres voces tranſcendiſſe videtur. Nam hæc futura erat oratio: *Et ſi quis ita civis Rom. factus eſſet, civis non eſſet.* Vox *eſſet*, decepit librarium, ut ſæpe. *Sigonius.*

Et ſi quis ita civis Romanus factus eſſet] Et ſermonis brevitas & aſſueta Romanis formula ſubjiciunt Livium ſcripſiſſe: *& ne quis, ita civis Romanus factus, eſſet.* 42, 10. *Edixerat, qui ſociûm redire in civitates ſuas debuiſſent, ne quis eorum Romæ, ſed omnes in civitatibus ſuis cenſerentur.* 43, 16. *Edixerunt, ne quis eorum ad haſtam ſuam accederet.* & paſſim. *Jac. Gron.*

4 *Naves ſi deducere ex navalibus vellet*] Videtur ſcripſiſſe: *& decem quinqueremes naves, quas deduceret, ex quibus navalibus vellet.* J. F. Gron.

Tantundem peditum equitumque in Iſtriam, quantum in Sardiniam, decretum. Et legionem unam cum equitibus trecentis, & quinque millia peditum ſociorum, & ducentos quinquaginta mittere equites in Hiſpaniam conſules ad M. Titinium juſſi. Priuſquam conſules provincias ſortirentur, prodigia nunciata ſunt. Lapidem in agro Cruſtumino in lacum Martis de cœlo cecidiſſe. Puerum trunci corporis in agro Romano natum: & quadrupedem anguem viſum: & Capuæ multa in foro ædificia de cœlo tacta: & Puteolis duas naves fulminis ictu concrematas eſſe. Inter hæc, quæ nunciabantur, lupus etiam Romæ interdiu agitatus, quum Collina porta intraſſet, per Æſquilinam magno conſectantium tumultu evaſit. Eorum prodigiorum cauſſa conſules majores hoſtias immolarunt, & diem unum circa omnia pulvinaria ſupplicatio fuit. Sacrificiis rite perfectis, provincias ſortiti ſunt: Claudio Iſtria, Sempronio Sardinia obvênit. [1] Legem deinde ſociis C. Claudius tulit Senatuſconſulto, & edixit: *qui ſocii ac nominis Latini ipſi majoreſve eorum M. Claudio, T. Quintio cenſoribus, poſtque ea apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent, ut omnes in ſuam quiſque civitatem ante Calend. Novembris redirent.* Quæſtio, qui ita non rediſſent, L. Mummio prætori decreta eſt. ad legem & edictum conſulis [2] Senatuſconſultum adjectum eſt: *ut dictator, conſul, interrex, cenſor, prætor, qui nunc eſſet apud forum, ** quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut*

1 *Legem deinde ſociis C. Claudius tulit. SC.*] Scribe: *Legem dein de ſociis C. Claudius tulit ex SC.* J. F. Gron.

2 *SC. adjectum eſt, ut --- ap. forum, quem manumitteret, in lib. vindicaretur, jusjur. daret, &c.*] Ne hæc quidem ſententia perfecta eſt, cum futura fuerit ejuſmodi. *Ut dictator, conſul, interrex, cenſor, prætor, qui tunc eſſet apud forum, darent operam, ut qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, jusjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandæ cauſa non manumittere.* Sigonius. *Darent operam, ut qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, jusjurandum*] Sic Sigonius: quum illud *darent operam* nullum veſtigium in autographo haberet. Erat autem ibi: *forum, quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret.* Ex quo faciendum: *ut dictator, conſul, interrex, cenſor, prætor, qui tunc eſſet apud forum, quem manumitterent, in libertatem vindicaretur, ſi jusjurandum daret.* J. F. Gron.

1 *Non*

ut jusjurandum daret: qui eum manumitteret, civitatis mutandæ cauſſa manu non mittere: qui id non juraret, eum manumittendum non cenſuerunt. Hæc in poſterum cauſa juriſque dictio C. Claudio conſuli decreta eſt. Dum hæc Romæ geruntur, M. Junius, & A. Manlius, qui priore anno conſules fuerant, quum Aquileiæ hibernaſſent, principio veris in fines Iſtrorum exercitum introduxerunt: ubi quum effuſe popularentur, dolor magis & indignatio diripi res ſuas cernentes Iſtros, quam certa ſpes ſatis ſibi virium adverſus duos exercitus, excivit. concurſu ex omnibus populis juventutis facto, repentinus & tumultuarius exercitus acrius primo impetu quam perſeverantius pugnavit. Ad quatuor millia eorum in acie cæſa: cæteri omiſſo bello in civitates paſſim diffugerunt. inde legatos primum ad pacem petendam in caſtra Romana, deinde obſides imperatos, miſerunt. Hæc quum Romæ cognita literis proconſulum eſſent, C. Claudius conſul, veritus, ne forte ea res provinciam exercitumque ſibi adimeret, [1] non votis nuncupatis, non paludatus, ſine

1 *Non votis nuncupatis, non paludatis lictoribus*] Imperatorum *paludamenta* eſſe propria & *paludatos exiiſſe* dictos, cum in expeditionem ab urbe proficiſcerentur magiſtratus Romani, nemo ignorat. Livio ſolo utar lib. 36 de Manio Acilio Glabrione: *ipſe ante diem quintum Nonas Majas paludatus urbe egreſſus eſt.* Lib. 37 de L. Cornelio Scipione: *& omnibus jam paratis, paludatus ab urbe eſt profectus.* Lib. 40. *Conſules non tamen potuerunt ſuſtinere conſenſum ſenatus, quin paludati exirent.* Lib. 42. *Ad omnia præparata Cn. Sicinius prætor, paludatus ex urbe profectus, Brunduſium venit.* Eodemque, *Per hos forte dies P. Licinius conſul, votis in Capitolio nuncupatis paludatus ab urbe profectus eſt.* Cicero centies, & alii. *Lictores* autem *paludatos* unicus hoc & 45 libro Livii librarius in ſcenam produxit: quos tanquam perſonatos hiſtriones Agamemnone vel Creonte deſaltato, tempus eſt tandem indumento imperatorio ſpoliari & in ſua ſaga redire. Bis præterea hoc loco oſtentatur idem error. Ut mox: *ſecundum vota nuncupata lictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet.* Et deinde: *paludatis lictoribus votiſque in Capitolio nuncupatis* Habetur & lib. 45, 39 in concione M. Servilii. Quibus adverſatur agmen ingens & infinitum locorum apud veteres, ubi perpetuo imperatores, nuſquam lictores, niſi hic, *paludati* dicuntur. Obſtat & nomen veſtimenti, à quo *paludati* appellantur, quod ſine controverſia uſu recepto imperatoribus tribuitur ſolis apud attentius locutos. Ut noſter lib. 9. *Tum à conſulibus abire lictores juſſi, paludamentaque detracta.* Et lib. 25 de Tiberio Sempronio Gracco proconſule: *paludamento circa lævum brachium intorto.* At lictorum ſunt ſagula. Cicero in Piſonem: *tegulæ lictoribus ad portam*

ſine lictoribus, uno omnium certiore facto collega, no- cte

præſto fuerunt, quibus illi acceptis ſagula rejecerunt, catervam imperatori ſuo novam præbuerunt. Obſtat vero illud maxime, quod ineptiſſimum ſit, ſummi ducis egredientis pompam, tacito ipſius habitu & ornatu, ab amictu lictorum deſcribi. Sed & quum *lictores paludatos* volunt, oportet explicent nobis aliquid ſingulare in illis, non ſimpliciter militarem habitum ſic denotari nos doceant: ſecus non modo lictores, ſed totam cohortem ad bellum proficiſcentis, omnes immo milites quoque *paludatos*, quia militariter haud dubie ornati fuerunt, dici conveniret. Qui ergo tam conſpecti lictores, ut præ cæteris horum ſaga inciderentur *paludamenta*? Quæ ſtultitia fuit lictoribus paludamentum dare, quum tumultu decreto ſagis ſenatus, tot cenſorii, tot conſulares, prætorii viri eſſent contenti; *ſaga parare, ad ſaga ire, in ſagis eſſe* dici non dedignarentur, *paludamenta* imperatoribus populi Romani relinquerent? Scilicet hi non adſpirarent ad eam dignitatem veſtis, qua conſpicuus incedebat minimus inter liberos adſecla imperatoris. Adverſatur denique, quod in locis certæ integritatis ac ſcriptorum codicum & vetuſtate & multitudine longe munitiſſimis aliter multo Livius loquitur, & illis, qui naſum habent, facile ſubjicit, quæ dubiis iſtis verba concepiſſe debeat credi. Ut lib. 21 extremo de C. Flaminio: *ne auſpicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret, lixæ modo, ſine inſignibus, ſine lictoribus profectum, clam furtim.* Ut lib. 31. *Tum Sulpitius, ſecundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus ab urbe Brunduſium venit.* Ubi non mediocriter me confirmat, quod Andream ſecutæ editiones & ſcripti etiam quidam habeant ſimiliter: *paludatu lictoribus.* Sed ratione & melioribus ſcriptis auctoribus abſurda lectio eſt à doctis viris mutata: cur hic minus liceat? Repone igitur ſine ſcrupulo; *non votis nuncupatis, non paludatus, ſine lictoribus.* Deinde: *quum is more majorum, ſecundum vota in Capitolio nuncupata, cum lictoribus paludatus, profectus ab urbe eſſet.* Iterumque: *non ultra triduum moratus Romæ, paludatus, cum lictoribus, votiſque in Capitolio nuncupatis, in provinciam æque ac prius præcipiti feſtinatione abiit.* Nam ita quoque ſenſus legendum dictat: *non æque amplius præcipiti.* Gruterus pro inſiticia eam vocem delebat. Sic etiam lib. 45 ſcribe: *Conſul proficiſcens prætorve paludatus cum lictoribus in provinciam & ad bellum vota in Capitolio nuncupat.* Neque me fugit virum multæ lectionis in nupero ad Ciceronis orationes commentario colores & ſplenia vulgatæ præparaſſe. Varro producitur lib. 6 de L. L. *Paluda à paludamentis. Sunt hæc inſignia & ornamenta militaria. Ideo ad bellum cum exit imperator, ac lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerunt, paludatus dicitur proficiſci: quæ, propterea quod conſpiciuntur, qui ea habent, & fiunt palam, paludamenta dicta.* Ἔτυμον palam ineptum, cum Paluda viragine, & à paludamentis dicta, illi remitto. Sed etſi dicat lictores *mutare veſtem*, non tamen dicit eos amiciri paludamentis, aut fieri paludatos, aut paludatis iis imperatorem proficiſci; verum dicit *paludatum imperatorem proficiſci.* Ergo ſi integer locus eſt, veſtem mutant ipſi ſumtis ſagulis loco togularum: forte *mutant* & *veſtem* imperatori præbito & circumjecto paludamento. neque enim mirum hac in re lictorum, non ſervorum, miniſterio uſos, ut magis omnia publice fieri ſignificaretur. Obtenditur & Feſtus: *Paludati in libris auguralibus, ſignificat, ut ait Veranius, armati, ornati; omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.* Equidem non negabo originem dare his vocibus genericam ſignificationem: ſed uſum magiſtrum lo- quendi

cte profectus præceps in provinciam abiit: ubi inconſultius,

quendi eas ad imperatorium cultum arctaſſe & aptaſſe ajo. Sic quoque verum eſt, quod ſentiunt illi, modo non promiſcue de vulgo militum, ſed de imperatoribus audiantur. Concedamus & intelligi de quibuſvis, ſed meminerimus id eos obſervare ex auguralibus libris, in quibus ſermo vetuſtiſſimus & originibus propior, necdum pro varietate rerum per artem inventarum diſtinctis vocabulis, ut ætas curioſa poſtea voluit. Ubi niſi foret ſingulare, quid opus allegare libros augurales? quis ferret hoc frigus & jejunitatem in Veranio & Feſto, quum tot celeberrimi & politiſſimi ſcriptores eaſdem voces totidem iterarint, quum in ore omnium quotidie verſarentur occaſione ducum ad bellum exeuntium? Videtur autem *paludamentum* dictum quaſi *pallulamentum*. *Palla* ut & *pallium* prima ſignificatione quodvis amiculum tam virorum quam fœminarum; etſi uſus poſtea illud mulieribus & hiſtrionibus & citharœdis attribuerit: inde *pallula*, & hinc *pallulamentum*, ut à *penis*, *peniculus*, mox *peniculamentum*. Ob ingratam repetitionem liquidam medio loco juſſerunt liqueſcere: & ſic prima ſyllaba, natura brevis, poſitione longa, in naturam ſuam rediit: (eſſe autem primæ ſyllabæ *A* breve ex origine apparet: eamque quantitatem oſtendunt, in quibus ſervata eſt *ſupparus*, & *ſiparium*: nam qui poſt inventam divine proditamque ab Salmaſio omnium horum ſcaturiginem venaſque *pallam* à πάλλειν cum Servio derivant, ignoſcat mihi genius ipſorum, βαλανηφαγοῦσι) vis vero liquidæ producentis antecedentem ſyllabam brevem, liqueſcente ea in proxime ſequentem vocalem *V* transfunditur, unde ſyllaba antea brevis in *pallula* fit longa: poſtremo loco etiam liquidam mutarunt in *D*, quarum literarum tranſlatitia variatio erat. Ut *impelimenta* pro impedimenta apud Feſtum, *Melicæ aves* pro Medicis, *Delicare* pro dedicare: ſic *dacrimas* pro lacrimis dixit Livius Andronicus, & *dautia* pro lautia: deſcendit enim ab δώπιον. cum in multis AV & O promiſcue uſurparent, maluerunt *lautia*, ut diſtinguerent à *lotium*. ſic à μελετῶ fecerunt *meditor*, ſic *odefacit*, *dingua*, *capitodium* dixerunt, pro quibus poſteriores, *olefacit*, *linguam*, *capitolium* maluerunt. A paludamento porro quum deberent dicere *paludamentati*, ut rotundius aptiuſque eſſet, maluerunt extrita ſyllaba *paludati*: quod dictum accipiemus non quod olim *paludare* fuerit, ſed quaſi fuiſſet, ut in pluribus à vocabulis indumentorum denominatis accidit, ſic *palliolatus*, *crepidatus*, *amethyſtinatus*, *ſardonychatus*. Eandem proprietatem vocis reſpexit Lucillius, quum ſcripſit lib. 10. *Pone paludatus ſtabat rotarius velox.* At etiam *Curiatii paludamentum* memoratur apud noſtrum lib. 1. Qui profecto non fuit lictor, ſed quamvis non imperator, inſtar tamen & imperatoris & exercitus, homo illuſtriſſimus, in quo ſimul cum fratribus ſumma belli, ſumma rei Albanæ, ut in Horatiis Romanæ, periclitaretur. Eos vero ab utraque parte inſignitius ornatos fuiſſe, quid miri? Annon ex ſacra hiſtoria novimus, Davidem pari pæne ſorte certamen cum Palæſtino Goliatho initurum à Saulo rege Hebræorum & veſtimentis & armis regiis ornari juſſum? Non igitur Curiatii cultus habituſque promiſcuum imperatori & lictoribus faciet paludamentum. De Agrippina meminimus ea duodecimo annali Taciti: *Ipſe inſigni paludamento neque procul Agrippina chlamyde aurata præſedere.* Hoc narrando & Plinius ſi recte dicitur & mulieri paludamentum tradere, dicatur & Suetonius peltam & galeam mulieri tradere, quum narrat in Caligula: *ut ſæpe chlamyde peltaque & galea ornatam* (Cæſoniam ſuam) *& juxta adequitantem militibus oſten-*

Z z 3

tius, quam venerat, ſe geſſit. nam quum concione advocata fugam è caſtris A. Manlii adverſis auribus militum (quippe qui primi ipſi fugiſſent) jactaſſet; ingeſſiſſetque probra M. Junio, quod ſe dedecoris ſocium collegæ feciſſet; ad extremum utrumque decedere provincia juſſit. [1] Quod quum milites conſulis imperio dicto audientes futuros ſeſe dicerent, quum is more majorum ſecundum vota in Capitolio nuncupata, cum lictoribus, paludatus profectus ab urbe eſſet; furens ira, vocatum qui pro quæſtore Manlii erat, catenas popoſcit; vinctos ſe Junium Manliumque minitans Romam miſſurum. Ab eo quoque ſpretum conſulis imperium eſt: & circumfuſus exercitus favens imperatorum cauſſæ, &, conſuli infeſtus, animos ad non parendum addebat. Poſtremo fatigatus conſul, & contumeliis ſingulorum, & multitudinis (nam inſuper irridebant) ludibriis, nave eadem qua venerat, Aquileiam rediit. Inde collegæ ſcripſit, ut militum novorum ei parti, quæ ſcripta in Iſtriam provinciam eſſet, ediceret, Aquileiam ut conveniret. ne quid ſe Romæ teneret, quo minus votis nuncupatis paludatus ab urbe exiret. Hæc collegæ obſequenter facta, breviſque dies ad conveniendum edicta eſt. Claudius prope conſecutus eſt literas ſuas. Concione adveniens de Manlio & Junio habita, non ultra triduum moratus Romæ paludatus, cum lictoribus, votiſque in Capitolio nuncupatis, in provinciam [2] æque ac prius præcipiti celeritate abit.

Pau-

oſtenderet. Sane Hieronymus paludamentum dat lictori, neque conſulem ad bellum comitanti, ſed ſupplicium à damnato exigenti: itaque illum ſuo jure interdum diſertum in aliis admirantes hic cum Livio comparare mittamus. *J. F. Gron-*

1 *Quod cum milites Conſulis*] Quid hic negotii militibus? Manlius & Junius provincia decedere jubebantur. Cur pro illis reſpondent milites? Scribe: *ad extremum utrumque decedere provincia juſſit. Quumque illi ſe conſulis imperio dicto audientes futuros eſſe dicerent.* nam *eſſe*, non *ſeſe*, quod ſubjecerunt, ibi ſcriptus. *Idem*. Nihilominus illa *quod quum* mutanda non cenſebit qui inſpiciet notata ad 38, 9. *Jac. Gron.*

2 *Æque amplius præcipiti celeritate abit*] Florebellus legit, *æque ac prius*. egregie; nam paulo ante dixit: *In provinciam nocte profectus præceps abtit*. Sigonius.

Æque amplius præcipiti celeritate abit] Gruterus delet τὸ *amplius*. Quid ſi, *æque, ac prius, præcipiti*. J. F. Gron.

1 *Plus*

Paucis ante diebus Junius Manliuſque oppidum Neſar- 11
tium, quo ſe principes Iſtrorum & regulus ipſe Æpulo receperat, ſumma vi oppugnarunt. Eo Claudius duabus legionibus novis adductis, vetere exercitu cum ſuis ducibus dimiſſo, ipſe oppidum circumſedit, & vineis oppugnare intendit: amnemque præterfluentem mœnia, qui & impedimento oppugnantibus erat, & aquationem Iſtris præbebat, multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit. Ea res barbaros miraculo terruit abſciſſæ aquæ: & ne tum quidem memores pacis, in cædem conjugum ac liberorum verſi; etiam ut ſpectaculo hoſtibus tam fœdum facinus eſſet, palam in muris trucidatos præcipitabant. Inter ſimul complorationem fœminarum puerorumque, ſimul nefandam cædem, milites tranſgreſſi murum, oppidum intrarunt. cujus capti tumultum ut ex pavido clamore fugientium accepit rex, trajecit ferro pectus, ne vivus caperetur: cæteri capti, aut occiſi. Duo deinde oppida, Mutila & Faveria, vi capta, & deleta. Præda, ut in gente inopi, ſpe major fuit. & omnis militibus conceſſa eſt. Quinque millia capitum, ſexcenta triginta duo, ſub corona venierunt. auctores belli virgis cæſi, & ſecuri percuſſi. Iſtria tota trium oppidorum exſcidio, & morte regis pacata eſt: omneſque undique populi obſidibus datis in ditionem venerunt. Sub Iſtrici finem belli, apud Ligures concilia de bello haberi cœpta.
Ti. Claudius proconſul, qui prætor priore anno fuerat, 12
cum præſidio legionis unius Piſis præerat. cujus literis ſenatus certior factus, eas ipſas literas ad C. Claudium (nam alter conſul jam in Sardiniam trajecerat) deferendas cenſet: & adjicit decretum, quoniam Iſtria provincia confecta eſſet; ſi ei videretur, exercitum traduceret in Ligures. Simul ex literis conſulis, quas de rebus in Iſtria geſtis ſcripſerat, in biduum ſupplicatio decreta. Et ab altero conſule Ti. Sempronio in Sardinia proſpere res geſtæ. Exercitum in agrum Sardorum Ilienſium induxit.

duxit. Balarorum magna auxilia Ilienſibus venerant. Cum utraque gente ſignis collatis conflixit. fuſi fugatique hoſtes, caſtriſque exuti: duodecim millia armatorum cæſa. Poſtero die arma lecta conjici in acervum juſſit conſul, ſacrumque id Vulcano cremavit. Victorem exercitum in hiberna ſociarum urbium reduxit. Et C. Claudius literis Ti. Claudii & Senatuſconſulto accepto, ex Iſtria legiones in Ligures tranſduxit. Ad Scultennam flumen in campos progreſſi caſtra habebant hoſtes. Ibi cum his acie dimicatum. quindecim millia cæſa, [1] plus ſeptingenti in prœlio, aut in caſtris (nam ea quoque expugnata ſunt) capti: & ſigna militaria unum & quinquaginta capta. Ligures reliquiæ cædis, in montes refugerunt paſſim: populantique campeſtres agros conſuli nulla uſquam apparuerunt arma. Claudius, duarum gentium uno anno victor, duabus, quod raro alius, in conſulatu pacatis provinciis, Romam revertit. Pro-

13 digia eo anno nunciata: in Cruſtumino [2] avem ſangualem (quam vocant) ſacrum lapidem roſtro cecidiſſe. [1] Bo-

1 *Plus ſeptingentis in prælio*, &c. *capti*] *Septingenti*, ut alioqui ſolet Livius, Lib. 42 *Amplius ſeptingenti paſſim capti*. J. F. Gron.

2 *Avem Sangualem* (*quam vocant*) *ſacro lapidem roſtro cecidiſſe*] Plin. lib. 13 cap. 7 dicit. *Sangualem* avem Oſſifragam fuiſſe appellatam; quam Ariſtoteles aquilæ perſimilem eſſe dicit, ſed majorem tamen & coloris leucophæi ſeu fuſci. Cur vero Liv. Sangualis avis *roſtrum ſacrum* nuncupaverit, non ita manifeſtum. Puto ego, eo quod augures hujus avis volatum magnifacerent, avem ſacram habitam Sangualem, ob idque & *ſacrum* illius *roſtrum*. Vel forte etiam propterea, quod in Sangi Dei ſacrificiis hujus avis aliquis eſſet uſus, unde & *Sangualis* appellatio, quaſi *Sangi avis*. Nonnulli non *ſacro*, ſed *ſacrum* legendum dixere, & non ad avem, ſed ad lapidem adjungunt; quam lectionem ſi admittimus, quid per *ſacrum lapidem* intelligendum ſit, inquirendum. Auctor eſt Pauſanias apud Trœzenios ante Dianæ Lyceæ templum lapidem extitiſſe *ſacrum* appellatum. Dicamus itaque in Cruſtumino forte & lapidem hujuſmodi fuiſſe; Vel lapidea Dei ſigna & ſimulacra, *ſacros lapides* dictos, quum ea religioſiſſime colerent Romani: unde & per Jovem lapidem jurabant. *Marcell. Donat.*

Sacrum lapidem] Tibullus: *Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris, Seu vetus in trivio florida ſerta lapis.* Apulejus in Floridis: *Neque enim juſtius religioſam moram viatori objecerit lapis unguine delibutus.* Idem in Apologia: *Negant vidiſſe ſe, qui fuere, unum ſaltem in finibus ejus aut lapidem unctum aut ramum coronatum.* Arnobius lib. 1. *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem,*

[1] Bovem in Campania locutum. Vaccam æneam Syracu-
ſis ab agreſti tauro, qui pecore aberraſſet, initam,ac ſemine
aſperſam. In Cruſtumino diem unum in ipſo loco ſuppli-
catio fuit. & in Campania bos alenda publice data: Syra-
cuſanumque prodigium expiatum, editis ab aruſpicibus
Diis, quibus ſupplicaretur. Pontifex eo anno mortuus
eſt M. Claudius Marcellus, qui conſul cenſorque fuerat.
in ejus locum ſuffectus eſt pontifex filius ejus M. Mar-
cellus. & Lunam colonia eodem anno duo millia civium
Romanorum ſunt deducta. Triumviri deduxerunt, P. Æ-
lius, L. Egilius, Cn. Sicinius. quinquagena & ſingula ju-
gera & ſemiſſes agri, in ſingulos dati ſunt. de Ligure ca-
ptus is ager erat. Etruſcorum antè, quam Ligurum fue-
rat. C. Claudius conſul ad urbem venit: cui (quum in
ſenatu de rebus in Iſtria Liguribuſque proſpere geſtis
diſſeruiſſet) poſtulanti triumphus eſt decretus. trium-
phavit in magiſtratu de duabus ſimul gentibus. Tulit in
eo triumpho denariûm trecenta ſeptem millia. & victo-
riatûm octoginta quinque millia ſeptingentos duo. mili-
tibus in ſingulos quinideni denarii dati: duplex centurio-
ni, triplex equiti. Sociis dimidio minus, quam civibus
datum. itaque taciti, ut iratos eſſe ſentires, ſecuti ſunt
currum. Dum is triumphus de Liguribus agebatur, Li- 14
gures, poſtquam ſenſerunt, [2] non conſularem tantum
exercitum Romam abductum, ſed legionem ab Ti. Clau-
dio Piſis dimiſſam, ſoluti metu clam exercitu indicto,
per tranſverſos limites ſuperatis montibus in campos
degreſſi, agrum Mutinenſem populati, repentino impe-
tu coloniam ipſam ceperunt. Id ubi Romam allatum eſt,
ſenatus C. Claudium conſulem comitia primo quoque
tem-

dem, & ex olivi unguine ordinatum, tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar. Sciendum eſt autem in prima editione *ſacrum* eſſe, non *ſacro*. In utroque fruſtra ſe fatigat Marcellus Donatus. *J. F. Gron.*

1 *Bovem in Campania locutum*] An non *locutam*? quum mox quoque ſequatur *bos alenda publice data*. Jac. Gr.

2 *Non conſularem tantum exercitum Romam adductum*] Scribe ut pluribus aliis locis, *abductum*. J. F. Gron.

1 *Q. Pe-*

tempore habere juſſit, creatiſque in annum magiſtratibus, in provinciam redire, & coloniam ex hoſtibus eripere. Ita, uti cenſuit ſenatus, comitia habita. Conſules creati, Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus, [1] Q. Petillius Spurinus. Prætores inde facti, M. Popillius Lænas, P. Licinius Craſſus, M. Cornelius Scipio, L. Papirius Maſo, M. Aburius, [2] L. Aquilius Gallus. C. Claudio conſuli prorogatum in annum imperium, & Gallia provincia: &, ne Iſtri quoque idem, quod & Ligures facerent, ſocios nominis Latini in Iſtriam mitteret, quos triumphi cauſſa [3] de provincia deduxiſſet. Cn. Cornelio, & Q. Petillio conſulibus, quo die magiſtratum inierunt, immolantibus Jovi ſingulis bubus, uti ſolet, in ea hoſtia, qua Q. Petillius ſacrificavit, in jocinore caput non inventum. id quum ad ſenatum retuliſſet, bove perlitare juſſus. De provinciis deinde conſultus ſenatus, Piſas & Ligures provincias conſulibus decrevit. Cui Piſæ provincia obveniſſet, quum magiſtratuum creandorum tempus eſſet, ad comitia reverti juſſit. additum decreto, ut binas legiones novas ſcriberent, & trecentos equites: & dena millia peditum ſociis nominique Latino, & ſexcentos imperarent equites. Ti. Claudio prorogatum eſt imperium in id tempus, quo in provinciam conſul veniſſet.
15 Dum de his rebus in ſenatu agitur, [4] Cn. Cornelius, evocatus à viatore, quum templo egreſſus eſſet, paulo poſt rediit confuſo vultu; & expoſuit Patribus Conſcriptis, [5] bovis ſeſce-

1 *Q. Petilius Spurinus*] *Petillius*, ex conſulatu Capitolino. *Sigonius.*

2 *L. Aquilius Gallus*] *Aquillius*, ex tabulis Capitolinis & Græcis. *Idem.*

3 *De provincia deduxiſſet*] Adjice, quod deeſſe videtur, *mandatum.* Muretus.

4 *C. Cornelius*] Haud dubie vitioſum pro *Cn. Cornelius*, ut nunc edidi. *Jac. Gron.*

5 *Bovis ſeſcenaris*] Ex Feſto interpretor. Illi enim *ſcena* vel *ſacena* genus eſt cultri, ſed utrum ſecuris, an dolabra ſit, ambiguum dicit. Item: *Scena ab aliis, à quibuſdam ſacena appellatur dolabra pontificalis.* Pro *ſacena* forte legendum *ſeſcena.* Et conjicio *ſeſcenarem bovem* dictum ſeſcena à victimariis percuſſum. Qui auderet legere *ſagenaris*, non reprehenderem, ut eſſet opimi bovis & publice ſaginati. Nam Varro dixit *ſagenantur* pro ſaginantur: & in ſacris vocabula in *AR* multa deſinebant, ut *lar, pulvinar, far, buſtar.* Gutherius.

ſecur-

ſeſcenaris, quem immolaviſſet, [1] jecur defluxiſſe. id ſe victimario nuncianti parum credentem, ipſum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, juſſiſſe. & vidiſſe cæteram integram partem extorum, jecur omne inenarrabiliter abſumtum. Territis eo prodigio Patribus, & alter conſul curam adjecit: qui ſe, quod caput jecinori defuiſſet, tribus bubus perlitaſſe negavit. Senatus majoribus hoſtiis uſque ad litationem ſacrificari juſſit. Cæteris Diis perlitatum ferunt. Saluti Petillium perlitaſſe negant. Inde conſules prætoreſque provincias ſortiti. [2] Piſæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt. Prætores, L. Papirius Maſo urbanam, M. Aburius inter peregrinos, ſortiti ſunt. M. Cornelius Scipio Maluginenſis Hiſpaniam ulteriorem, L. Aquilius Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati ſunt, ne in provincias irent: M. Popillius in Sardiniam. Gracchum eam provinciam pacare, [3] & T. Æbutium prætorem adjutorem ab ſenatu datum eſſe. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipſa efficaciſſima eſſet, minime convenire. Inter traditionem imperii, novitatemque ſucceſſoris, quæ noſcendis prius quam agendis rebus imbuenda ſit, ſæpe bene gerendæ rei occaſiones intercidere. Probata Popillii excuſatio eſt. P. Licinius Craſſus ſacrificiis ſe impediri ſolennibus excuſabat, ne in provinciam iret. Citerior Hiſpania obvenerat. Cæterum aut ire juſſus, aut jurare pro concione, ſolenni ſacrificio ſe prohiberi. id ubi in P. Licinio ita ſtatutum eſt, & ab

1 *Jecur defluxiſſe*] Lege: *diffluxiſſe.* h.e. in aqua diſſipatum eſſe & in liquorem abiiſſe. Sic Phædr. Fab. 81. *Sudore multo diffluentes.* Defluere eſt de loco ſuperiore labi ſeu cadere. Supra 2, 20. *Moribundus ad terram defluxit.* Hic vero jecur omne in olla inenarrabiliter abſumptum fuiſſe traditur, quod non niſi effuſa aqua cognoſci potuit. *Jac. Perizonius.*

2 *Piſæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio*] Si ſcripſit Livius *Cn. Cornelio*, prorſus quoque ſcripſit *Q. Petillio.* Jac. Gron.

3 *Et T. Æbutium prætorem*] Suſpicor: *Gracchum eam provinciam pacare: ei T. Æbutium prætorem adjutorem ab ſenatu datum eſſe.* Juſtinus lib. 13. *Ibi Crateron & Antipatrum opperiri jubetur: adjutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccæ Alcetas & Neoptolemus.* J. F. Gron.

1 *Quia*

& ab ſe uti jusjurandum acciperent, M. Cornelius poſtulavit, ne in Hiſpaniam ulteriorem iret. Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt. M. Titinius & T. Fonteius, proconſules, manere cum eodem imperii jure in Hiſpania juſſi: & ut in ſupplementum his tria millia civium Romanorum cum equitibus ducentis, quinque millia ſociûm Latini nominis, & trecenti equites mitteren-
16 tur. Latinæ feriæ fuere ante diem tertium Nonas Maii, in quibus, quia in una hoſtia magiſtratus Lanuvinus precatus non erat, *populo Romano Quiritium*, religioni fuit. Id quum ad ſenatum relatum eſſet, ſenatuſque ad Pontificum collegium rejeciſſet; pontificibus, [1] quia non recte factæ Latinæ eſſent, inſtauratis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera inſtauratæ eſſent, hoſtias præbere. Acceſſerat ad religionem, quod Cn. Cornelius conſul ex monte Albano rediens concidit: & parte membrorum captus, ad Aquas Cumanas profectus, ingraveſcente morbo Cumis deceſſit. Sed inde mortuus Romam allatus, & funere magnifico elatus, ſepultuſque eſt. Pontifex idem fuerat. Conſul Q. Petillius, quum primum per auſpicia poſſet, collegæ ſubrogando, comitia habere juſſus, & Latinas edicere. [2] comitia in ante diem tertium Nonas Sextiles, Latinas in ante diem tertium Idus Sextiles, edixit. Plenis religionum animis prodigia inſuper nunciata: Tuſculi facem in cœlo viſam: Gabiis ædem Apollinis, & privata ædificia complura, Graviſcis murum portamque de cœlo tacta. Ea Patres procurari, uti pontifices cenſuiſſent, juſſerunt. Dum Conſules, primum religiones, deinde alterum alterius mors & comitia, & Latinarum inſtaurationes impediunt, interim

C. Clau-

1 *Quia non recte*] Malim, *Rite*, ut ſemper alias. *Sigonius.*

2 *Comitia in diem* III *Non. Sext. Latinas ad diem* III *Idus Sext. edixit*] Lego utrobique: *In* A. D. id eſt, *in ante diem.* ſic enim lib. 43. *In ante dies* VIII *&* VII *Kalend. Octob. dicta dies.* Et lib. 45. *Latina edicta à conſule ſunt in ante* IIII. III *& prid. Idus Novemb.* Sic igitur & hic *in* A. D. III Nonas edicta erant. *Idem.*

I *Ante*

C. Claudius exercitum ad Mutinam, quam Ligures priore anno ceperant, admovit. [1] Ante triduum, quam oppugnare cœperat, receptam ex hoſtibus, colonis reſtituit. Octo millia ibi Ligurum intra muros cæſa: literæque Romam extemplo ſcriptæ, quibus non modo rem exponeret ſed etiam gloriaretur, ſua virtute ac felicitate neminem jam cis Alpes hoſtem populi Romani: [2] agrique aliquantum captum, qui multis millibus hominum dividi viritim poſſet. Et Ti. Sempronius eodem tempore 17
in Sardinia multis ſecundis prœliis Sardos perdomuit. quindecim millia hoſtium ſunt cæſa. Omnes Sardorum populi, qui defecerant, in ditionem redacti. ſtipendiariis veteribus duplex vectigal imperatum, exactumque: cæteri frumentum contulerunt. Pacata provincia, obſidibuſque ex tota inſula ducentis triginta acceptis, legati Romam, qui ea nunciarent, miſſi: quique ab ſenatu peterent, ut ob eas res, ductu auſpicioque Ti. Sempronii proſpere geſtas, Diis immortalibus honos haberetur: ipſique decedenti de provincia exercitum ſecum deportare liceret. Senatus, in æde Apollinis legatorum verbis auditis, ſupplicationem in biduum decrevit, & quadraginta majoribus hoſtiis conſules ſacrificare juſſit: Ti. Sempronium proconſulem exercitumque eo anno in provincia manere. Comitia deinde conſulis unius ſubrogandi, quæ in ante diem tertium Nonas Sextiles edicta erant, eo ipſo die ſunt confecta. Q. Petillius conſul collegam, qui extemplo magiſtratum occiperet,

1 *Ante triduum quam oppugnare cœperat*] Quicquamne abſurdius dici poteſt urbem poſt triduum quam ex hoſtibus jam recepta erat, oppugnari? Is enim in his verbis eſt ſenſus. Repone, quod proximum eſt veſtigiis vulgatæ lectionis, *intra triduum*. Sic 36, 10. *Intra decimum diem, quam Pheras venerat.* 43, 9. *Intra dies ſexaginta, quam in provinciam venit.* Epit. 49. *Tertii belli Punici intra quintum annum quam erat cœptum, conſummati.* Florus 2, 2. *Intra ſexageſimum diem, quam cæſa ſilva fuerat.* Jac. Perizonius.

2 *Agrique aliquantum captum*] Reor Claudii gloriantis vel potius Livii eſſe: *agrique ad id tantum captum.* Jac. Gron.

peret, creavit, [1] C. Valerium Lævinum. Is jam diu cupidus provinciæ, quum opportunæ cupiditati ejus litteræ allatæ eſſent, Ligures rebellaſſe; Nonis Sextilibus paludatus, [2] literis auditis, tumultus ejus cauſa legionem tertiam ad C. Claudium proconſulem in Galliam proficiſci juſſit: & duumviros navales cum claſſe Piſas ire, qui Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admoventes, circumvectarentur. Eodem & Q. Petillius conſul ad conveniendum exercitui diem edixerat. Et C. Claudius proconſul, audita rebellione Ligurum, præter
18 eas copias quas ſecum Parmæ habebat, ſubitariis collectis militibus exercitum ad fines Ligurum admovit. Hoſtes ſub adventum C. Claudii, à quo duce ſe meminerant nuper ad Scultennam flumen victos fugatoſque, locorum magis præſidio adverſus infeliciter expertam vim, quam armis ſe defenſuri, duos montes Letum & Baliſtam ceperunt: muroque inſuper amplexi, tardius ex agris demigrantes, oppreſſi ad mille & quingentos perierunt. Cæteri montibus ſe tenebant, &, ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti, ſæviunt in prædam, quæ Mutinæ parta erat: captivos cum fœda laceratione interficiunt: pecora in fanis trucidant verius paſſim, quam ritè ſacrificant. Satiati cæde animantium; quæ inanima erant parietibus affigunt, vaſa omnis generis uſui magis quam ornamento in ſpeciem facta. Q. Petillius conſul, ne abſente ſe debellaretur, literas ad C. Claudium miſit, ut cum exercitu ad ſe in Galliam veniret: campis Macris ſe eum exſpectaturum. Literis acceptis Claudius ex Liguribus caſtra movit, exercitumque ad campos Macros conſuli tradidit. Eodem paucis poſt diebus C. Valerius conſul alter venit. Ibi diviſis copiis, priuſquam digrederentur, communiter ambo exercitus luſtraverunt. tum ſor-

1 *M. Valerium Levinum*] *C. Valerium Lævinum*, ex conſulatu ejus Capit. & ipſomet Livio infra. *Sigonius.*

2 *Literis auditis*] Voces ſtæ turbandæ potius ſententiæ quam firmandæ. *Gruter.*

ſortiti, quia non ab eadem utrumque parte aggredi hoſtem placebat, regiones quas peterent. Valerium auſpicato ſortitum conſtabat, quod in templo fuiſſet: in Petillio id vitio factum, poſtea augures reſponderunt, quod extra templum ſortem in ſitellam in templum latam foris ipſe poſuerit. Profecti inde in diverſas regiones. Petillius adverſus Baliſtæ & Leti jugum, quod eos montes perpetuo dorſo inter ſe jungit, caſtra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione milites, immemorem ambiguitatis verbi ominatum ferunt: [1] *ſe eo die Letum capturum eſſe.* Duabus ſimul partibus ſubire in adverſos montes cœpit. Ea pars, in qua ipſe erat, impigre ſuccedebat. Alteram hoſtes quum propuliſſent, ut reſtitueret rem inclinatam, conſul equo advectus, ſuos quidem à fuga revocavit: ipſe, dum incautius ante ſigna obverſatur, miſſili trajectus cecidit. Nec hoſtes ducem occiſum ſenſerunt: & ſuorum pauci, qui viderant, haud negligenter, ut qui in eo victoriam verti ſcirent, corpus occultavere. Alia multitudo peditum equitumque, deturbatis hoſtibus, montes ſine duce cepere. ad quinque millia Ligurum occiſa: ex Romano exercitu duo & quinquaginta ceciderunt. Super tam evidentem triſtis ominis eventum, etiam ex pullario auditum eſt, vitium in auſpicio fuiſſe, nec id conſulem ignoraſſe. [2] C. Valerius audita

* Periti

1 *Se eo die Letum capturum eſſe*] Val. lib. 1 ita: *Petillius conſul in Liguria bellum gerens, cum montem, cui Leto cognomen erat oppugnaret, interque adhortationem militum dixiſſet: hodie ego Letum utique capiam, inconſideratius prœliando fortuitum jactum vocis leto ſuo confirmavit.* Sigonius.

2 *C. Valerius audita*] Hoc loco hæc deſiderantur. Expoſitis rebus ab altero conſule, Q. Petillio in Liguribus geſtis, & morte ejus, jam ordiebatur narrationem earum, quas collega ejus C. Valerius geſſiſſet, his verbis: *C. Valerius audita morte collegæ.* Quæ res & ipſæ interciderunt, & comitia conſulum P. Mucii Scævolæ, & M. Æmilii Lepidi. itemque prætorum, una cum ſortitione provinciarum; præterea expoſitio rerum, quas in Gallia Liguribuſque conſules geſſerunt; nam ait: *Ob eas res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum conſulum ductu auſpicioque, ſenatus in triduum ſupplicationes decrevit.* Quod autem ad comitia conſulum pertinet, reperi ſententiam perbellam jacere apud Priſcianum lib. 17 quam ſuo loco interjicien-

* * *

Periti religionum juriſque publici, quando duo ordinarii conſules ejus anni, alter morbo alter ferro periiſſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe

* * *

19 deduxit. Cis Apenninum Garuli & Lapicini, & Hercates, trans Apenninum Briniates fuerant. [1] Inter Audenam amnem [2] P. Mucius cum iis, qui Lunam Piſaſque depopulati erant, bellum geſſit: omnibuſque in ditionem redactis, arma ademit. Ob eas res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum conſulum ductu auſpicioque, ſenatus in triduum ſupplicationes decrevit, & quadraginta hoſtiis ſacrificari juſſit. Et tumultus quidem Gallicus & Liguſtinus, qui principio ejus anni exortus fuerat, haud magno conatu brevi oppreſſus erat. Belli Mace-

jiciendam eſſe duxi. Ea eſt hæc, *Livius ab urbe condita lib. 41. Periti religionum, juriſque publici, quando duo ordinarii conſules ejus anni alter morbo, alter ferro periiſſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe.* Ordinarios autem appellat conſules, qui primis comitiis ſint creati, neque in demortuorum locum ſuffecti. Fuerant autem Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus, & Q. Petilius Spurinus, quorum ille morbo, hic ferro abſumptus fuerat, ut & Livius, & Valerius tradunt. Suffectus autem in Scipionis locum C. Valerius Lævinus, quem religionum, inquit, periti negabant comitia rogandis conſulibus habere poſſe. Hac autem de re ſic ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis:

CN. CORNELIUS L. F. L. N. SCIPIO HISPALUS.
IN MAG. MORTUUS EST. IN EJUS L. F. E.
C. VALERIUS M. F. P. N. LÆVINUS.
Q. PETILLIUS C. F. Q. N. SPURINUS. IN.
MAG. POSTEAQUAM SIBI CONLEG.
SUBROG. OCCISUS EST. *Sigonius.*

C. Valerius audita] Deſunt nonnulla, inter alia puto talia quædam: *morte collegæ, exercitum in Ligures deduxit.* Cluverius.

1 *Inter Audenam amnem*] Qui in ſiniſtram Macræ ripam defluens vulgo nunc accolis vocatur *Ula* & *Aula*, & cum articulo *La Ula*, & *L'Aula*. quod vulgi ſimplicitas etiam facit *Laula*. Cluverius.

2 *Q. Mucius cum iis*] Scribe *P. Mucius*, ex conſulatu Cap. & Caſſiodoro: collegam enim M. Lepidi quærimus. *Sigonius.*

cedonici ſubibat jam cura, miſcente Perſeo inter Dardanos Baſtarnaſque certamina. & legati, qui miſſi ad res viſendas in Macedoniam erant, jam reverterant Romam, renunciaverantque bellum in Dardania eſſe. Simul venerant & ab rege Perſeo oratores, qui purgarent, nec accitos ab eo Baſtarnas, nec auctore eo quicquam facere. Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, neque arguit: moneri eum tantummodo juſſit, ut etiam atque etiam curaret, [1] ut ſanctum haberet fœdus, quod ei cum Romanis eſſe videri poſſet. Dardani quum Baſtarnas non modo non excedere finibus ſuis, quod ſperaverant, ſed graviores fieri indies cernerent, ſubnixos Thracum accolarum & Scordiſcorum auxiliis; audendum aliquid vel temere rati, omnes undique armati ad oppidum, quod proximum caſtris Baſtarnarum erat, convenerunt. Hiems erat, & id anni tempus elegerant, ut Thraces Scordiſcique in fines ſuos abirent. quod ubi ita factum, & ſolos jam eſſe Baſtarnas audierunt, bifariam dividunt copias. pars, ut recto itinere ad laceſſendum ex aperto iret: pars devio ſaltu circumducta, ab tergo aggrederetur. Cæterum priuſquam circumire caſtra hoſtium poſſent, pugnatum eſt: victique Dardani compelluntur in urbem, quæ fere duodecim millia ab caſtris Baſtarnarum aberat. Victores confeſtim circumſidunt urbem: haud dubie poſtero die aut metu dedituris ſe hoſtibus, aut vi expugnaturi. Interim Dardanorum altera manus, quæ circumducta erat, ignara cladis ſuorum, caſtra Baſtarnarum ſine præſidio relicta

*   *

*

[1] more

1 *Ut ſanctum haberet fœdus, quod ei cum Romanis eſſe videri poſſet*] Hæc ſunt abſurda. Certe enim erat ei cum Romanis fœdus & tum maxime, & infra 42, 25 Legati Romani Perſeum admonent fœderis cum Philippo icti, cum ipſo eo poſt patris mortem renovati. Itaque peropportuna emendatione ſenſum Livii eruo, ſcribens: *ut ſanctum habere fœdus, quod ei cum Romanis eſſet, videri poſſet.* Jac. Gron.

20 [1] more ſella eburnea poſita [2] jus dicebat, diſceptabatque controverſias minimarum rerum. adeoque [3] nulli fortunæ adhærebat animus, per omnia genera vitæ errans, uti nec ſibi, nec aliis, quinam homo eſſet, ſatis conſtaret. Non alloqui amicos, vix notis familiariter arridere: munificentia inæquali ſeſe alioſque ludificari: quibuſdam honoratis magnoque æſtimantibus ſe puerilia, ut [4] eſcæ aut luſus, munera dare: alios nihil exſpectantes ditare. Itaque neſcire quid ſibi vellet quibuſdam videri. quidam [5] ludere eum ſimpliciter, quidam haud dubie inſanire ajebant. In duabus tamen magnis honeſtiſque rebus verè regius erat animus, [6] in urbium do-

1 *More ſella eburnea*] Deſiderantur pauca, quibus mores Perſei regis deſcribebat, de quo dicere cœperat. Itaque ſubſequitur, *Perſeus regio more ſella eburnea poſita jus dicebat.* Sigonius.

More ſella eburnea] *Romano more.* Muretus. De Antiocho Epiphane ſeu potius Epimane, accipiendum fragmentum hoc T. Livii, quod non animadvertentes viri eruditiſſimi de Perſeo acceperunt. Atque id ſi conferas cum alio Polybii fragmento, quod exſtat apud Athenæum lib. 5, rem invenies unam eandemque ab utroque narrari, & T. Livium Polybii narrationem pæne interpretari. *Heraldus ad Arnobium.* Hactenus omnes fragmento iſto Perſeum deſcribi putarunt; quam opinionem licet deponant. Nam quis unquam de Perſei moribus ſimilia prodidit? omnes ſane ad unum ſugillant avaritiam ejus ſummam. Ergo cum iſtæc omnia & alia plura Polybius apud Athenæum lib. V Dipnoſoph. attribuat Antiocho Epiphani Syriæ regi, nec dubium eſſe debet eidem potius adſcribenda. Quod ipſum ſi animadvertiſſet amicus noſter Caſaubonus, nunquam ibidem affirmaſſet templum Jovis Olympici à Perſeo inchoatum, quod nemo unquam ſcripſit. *Gruterus.*

2 *Jus dicebat diſceptabatque*] Verba Polybii, quæ vertit Livius, pæne ad verbum tranſcripſit Diodorus: *Ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρον ἐλεφάντινον, καὶ καθὼς ἦν Ῥωμαίοις ἔθιμον, διηκούετο τῶν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητούντων περὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβολαίων.* Valeſius.

3 *Nulli fortunæ adhærebat animus*] Rubenius, *formæ.* Tacitus I Annali: *Qui formam vitæ iniit quam poſtea celebrem miſeriæ temporum & audaciæ hominum fecerunt.* Poſſet etiam legi: *adeoque nulli firme adhærebat animus, per omnia genera vitæ errans. Nulli*, ſcilicet generi. *J. F. Gron.*

4 *Eſcæ aut luſus munera dare, alios nihil exſpectantes ditare*] Athenæus: *Καὶ γὰρ περὶ τὰς δωρεὰς ἦν παραπλήσιος· ἐδίδου γὰρ τοῖς μὲν ἀστραγάλους δορκαδείους, τοῖς δὲ φοινικοβαλάνους, ἄλλοις δὲ χρυσίον· καὶ ἐξ ἀπαντήσεως δέ ποι τυγχάνων, οὓς μὴ ἑωράκει ποτε, ἐδίδου δωρεὰς ἀπροσδοκήτους.*

5 *Ludere eum ſimpliciter*] Diodorus: *ὡς τοὺς χαριεστάτους ἄνδρας ἀπορεῖν περὶ αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀφέλειαν, οἱ δὲ ἀλογίαν, τινὲς δὲ μανίαν αὐτοῦ κατεγίνωσκον.* Athenæus: *ἐξ ὧν εἰς ἀπορίαν ἦγε τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἐπιεικεῖς· οἱ μὲν γὰρ ἀφελῆ τινα αὐτὸν εἶναι ὑπελάμβανον, οἱ δὲ μαινόμενον.*

6 *In urbium donis & deorum cultu*] Locus hic de Antiocho Epiphane totus eſt ex Polybio tranſlatus, cujus verba

donis, & Deorum cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum ſe circumdaturum urbi eſt pollicitus, majoremque partem pecuniæ dedit. Tegeæ theatrum magnificum è marmore facere inſtituit. Cyzici in Prytaneum, id eſt, penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus eſt, veſcuntur, vaſa aurea menſæ unius poſuit. [1] Rhodiis, ut nihil unum inſigne, ita omnis generis, ut quæque uſus eorum poſtulaverunt, dona dedit. Magnificentiæ vero in Deos, vel Jovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine Dei, poteſt teſtis eſſe. [2] Sed & Delon aris inſignibus ſtatuarumque copia exornavit. & Antiochiæ Jovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, [3] ſed parietibus totis lamina inauratum, & alia multa in aliis locis pollicitus, quia perbreve tempus regni ejus fuit, non perfecit. Spectaculorum quoque omnis generis magnificentia ſuperiores reges vicit; [4] reliquorum ſui moris & copia Græcorum artificum. Gladiatorum munus Romanæ conſuetudinis, primo majore cum terrore hominum inſuetorum ad tale ſpectaculum, quam voluptate dedit: deinde ſæpius dando, & modo vulneribus tenus, modo ſine miſſione etiam; & familiare oculis gratumque

verba exſtant apud Athenæum lib. 5 & hac parte ſic ſe habent. Ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βεβασιλευκότας. Valde laborat magnus interpres in vocabulo θυσίαις, ſed apparet ex Livio δωρεαῖς vel δόσεσι ſcribendum: quorum alterum & Heraldo ad Arnobium in mentem venit. *J. F. Gron.*

1 *Rhodiis nihil unum inſigne*] Emendaveram: *Rhodiis ut nihil unum inſigne, ita.* Sed video id præcepiſſe Freinshemium ad Tacitum. *Idem.*

2 *Sed & Delon maris inſignibus*] Scribendum videtur, *Deli aram inſignibus.* Polybius: καὶ τὸν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. *Heraldus.*

Sed & Delon maris inſignibus] Lege cum Ger. Voſſio ad Vellejum, *aris.* Hic quoque notandus error memoriæ Caſauboni, qui hoc ab nullo ſcriptore præterquam Athenæo tradi autumat. *J. F. Gron.*

3 *Sed parietibus totis lamina inauratum*] Forte, *inductum*, vel *inducta*. Juſtinus: *phaleras equorum ac arma militum argento induerit.* Idem.

4 *Reliquorum ſui moris*] Conjicio: *religione ſui moris.* Memineris autem τὸ *magnificentia* accipere nominativo caſu. Spectaculorum ab Antiocho ludorumque datorum magnificentiam ſuperaſſe ait priores reges duabus rebus iſtis. *ſui moris* addit, nequis eam exigeret ad Romanos. *Idem.*

tumque id ſpectaculum fecit, & armorum ſtudium pleriſque juvenum accendit. Itaque, qui primo ab Roma magnis præmiis paratos gladiatores arceſſere ſolitus erat, jam ſuo [illegible]

* * *

21 L. Cornelius [1] Scipio inter peregrinos. M. Atilio prætori provincia Sardinia obvenerat: ſed cum legione nova, quam conſules conſcripſerant, quinque millibus peditum, trecentis equitibus in Corſicam juſſus eſt tranſire. dum is ibi bellum gereret, Cornelio prorogatum imperium, ut obtineret Sardiniam. Cn. Servilio Cæpioni in Hiſpaniam ulteriorem, & P. Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum, equites centum quinquaginta, & ſociûm Latini nominis quinque millia peditum, trecenti equites: Sicilia L. Claudio ſine ſupplemento decreta. Duas præterea legiones conſules ſcribere juſſi, cum juſto numero peditum equitumque, & decem millia peditum ſociis imperare, & ſexcentos equites. Delectus conſulibus eo difficilior erat, quod peſtilentia, quæ priore anno in boves ingruerat, [2] eo verterat in hominum morbos. qui inciderant, haud facilè ſeptimum diem ſuperabant: qui ſuperabant, longinquo, maxime quartanæ, implicabantur morbo. Servitia maxime moriebantur. eorum ſtrages per omnes vias

1 *Scipio inter peregrinos*] Hoc loco interciderunt comitia conſularia, quibus conſules creati ſunt Sp. Poſtumius Albinus, Q. Mucius Scævola. Comitia item prætoria. De ſortitione autem provinciarum prætorum ſubſequitur hoc modo: *Jam prætores ſortiti provincias erant, C. Caſſius Longinus urbanam, L. Cornelius Scipio inter peregrinos.* Sigonius.

2 *Eo verterat in hominum morbos; qui incid. haud fac. ſept. diem ſup.*] Suſpicor ſic legendum, *eo verterat in homines. In morbos qui inciderant, haud facile ſeptimum diem ſuperabant*, quamquam uſus eſt etiam ejuſmodi genere dicendi lib. 25. *Ut neglecti qui incidiſſent morerentur.* Et Cic. in Piſon. *Neque ſe recreare quiſquam poſſet, qui ſemel incidiſſet.* Idem.

Verterat in homines. In morbos qui inciderant] Sic Sigonius mutavit, quod erat: *in hominum morbos. Qui inciderant.* Sed ipſe præbet, quo refutetur: nempe, *qui inciderant*, ſic breviter poni lib. 25. *Ut neglecti, qui incidiſſent, morerentur:* & Ciceroni in Piſonem: *neque ſe recreare quiſquam poſſet qui ſemel incidiſſet.* Conferuntur autem hominum morbi non cum bobus ipſis, ſed cum peſtilentiâ, quæ in boves ingruerat. *J. F. Gron.*

vias inſepultorum erat. Ne liberorum quidem funeribus Libitina ſufficiebat. Cadavera intacta à canibus ac vulturibus, tabes abſumebat: ſatiſque conſtabat, nec illo, nec priore anno in tanta ſtrage boum hominumque vulturium uſquam viſum. Sacerdotes publici ea peſtilentia mortui ſunt, Cn. Servilius Cæpio pontifex, pater prætoris, & [1] Ti. Sempronius C. F. Longus decemvir ſacrorum, & P. Ælius Pætus augur, & Ti. Sempronius Gracchus, & [2] C. Mamilius Vitulus, curio maximus, & M. Sempronius Tuditanus pontifex. pontifices ſuffecti ſunt, [3] C. Sulpicius Galba in locum Tuditani. Augures ſuffecti ſunt, in Gracchi locum T. Veturius Gracchus Sempronianus: in P. Ælii, Q. Ælius Pætus. Decemvir ſacrorum C. Sempronius Longus, [4] curio maximus C. Scribonius Curio ſufficitur. Quum peſtilentiæ finis non

1 *Tib. Sempronius T. F Longus*] Lege *Ti. Sempronius. C. F. Longus.* Nam anno DLXI ait *Decemvir ſacris faciundis in locum Ti. Sempronii Ti. F. Longi, Ti. Sempronius C. F. Longus ſuffectus.* Qui ergo creatur eo anno, hoc moritur. ibi autem idcirco prænomina appoſuit, ut internoſcerentur. *Sigonius.* Vetus & genuina ſcriptura fuit *Ti. Sempronius T.* (*pro Ti.*) *F. Longus.* Mutavit eam Sigonius ex lib. 27 c. 6. qui locus potius corrigendus erat ex hoc, ut recte illic fecit & edidit ὁ πάνυ membranarum auctoritate, ut videtur, ad id inductus. Verum eo minus auſcultandum hic fuit Sigonio contra Msti codicis & hiſtoriæ fidem antiquam lectionem rejicienti. Revera enim Ti. Sempronius fuit Ti. non Caii F. ſed C. N. ſuffectus in hoc ſacerdotium, quod ſæpe factum eſſe vel ex hoc eod. cap. apparet, patri ſuo Ti. Sempronio C. F. qui conſul fuit cum P. Scipione anno primo belli Punici ſecundi, quorum filii itidem fuere collegæ in eodem magiſtratu 24 annis poſt, ab V. C. 559, quo anno in faſtis Capitolinis, quorum fides in dubium vocari nequit, hic Ti. Sempronius ſcribitur T. F. C. N. ad quod dignitatis faſtigium per omnes honorum gradus productus eſt anno 16 poſtquam ſacerdotium hoc adeptus erat. *Jac. Perizonius.*

2 *C. Attilius Æmilius, curio maximus*] Ut dixi ſupra in eo anno, quo hic creatur curio, legendum eſt, *C. Mamilius Vitulus, curio maximus.* Sigonius.

C. Atilius Æmilius] Recte Sigonius: *C. Mamilius Vitulus.* Niſi paullo plus obſequendo vetuſtis apicibus malis: *C. Vitulus Mamilius.* J. F. Gron.

3 *C. Sulp. Galba in loc. Tuditani. Augures ſuffecti ſunt*] Excidit nomen Pontificis ſuffecti in locum Cn. Servilii Cæpionis demortui. Ait enim Pontifices ſuffecti ſunt, *C. Sulpitius Galba in locum Tuditani, ... in locum Cæpionis.* Neque enim ſi de Galba ſolum dixiſſet, *Pontifices ſuffecti*, ſed *Pontifex ſuffectus* dixiſſet. *Sigonius.*

4 *Curio maximus C. Scribonius Curio*] Altera vox *Curio* cognomen eſt Scriboniorum. Itaque majore litera notanda eſt, ut diſtinguatur à priore voce, quæ ſacerdotium ſignificat. *Idem.*

non fieret; ſenatus decrevit, uti decemviri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum, diem unum ſupplicatio fuit. & Q. Marcio Philippo verba præeunte, populus in foro votum concepit; Si morbus peſtilentiaque ex agro Romano emota eſſet, biduum ferias ac ſupplicationem ſe habiturum. In Veienti agro biceps natus puer, & Sinueſſæ unimanus, & Oximi puella cum dentibus, & arcus interdiu ſereno cœlo ſuper ædem Saturni in foro Romano intentus, & tres ſimul ſoles effulſerunt: & faces eadem nocte plures per cœlum lapſæ ſunt [1] in Lanuvino. Cæriteſque anguem in oppido ſuo jubatum, aureis maculis ſparſum, apparuiſſe affirmabant. &, in agro
22 Campano bovem locutum eſſe, ſatis conſtabat. [2] Legati Nonis Junii ex Africa redierunt, qui convento prius Maſiniſſa rege, Carthaginem ierant: cæterum certius aliquanto quæ Carthagine acta eſſent, ab rege reſcierant, quam ab ipſis Carthaginienſibus. compertum tamen affirmaverunt, legatos ab rege Perſeo veniſſe, iiſque noctu ſenatum in æde Æſculapii datum eſſe. ab Carthagine legatos in Macedoniam miſſos, & rex affirmaverat, & ipſi parum conſtanter negaverant. In Macedoniam quoque mittendos legatos ſenatus cenſuit. tres miſſi ſunt, C. Lælius, M. Valerius Meſſala, Sex. Digitius. Perſeus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, &, de quibus ambigebatur rebus, diſceptationem ab rege ad Romanos revocabant; cum exercitu profectus, ſub jus judiciumque ſuum totam coëgit gentem. Inde per Oetæos montes tranſgreſſus, religionibus quibuſdam animo objectis, oraculum aditurus Delphos aſcendit. Quum in media repentè Græcia apparuiſſet, magnum non finitimis

1 *Faces--- lapſæ ſunt in Lanuvino, Cæriteſque*] Priſcianus lib. 4 citat hunc locum ſic. Livius hiſtor. ab urbe cond. lib. 41. *Lanuvini, Cæriteſque anguem jubatum nunciarunt*. Itaque legendum eſt ita: *Lapſæ ſunt. Lanuvini, Cæriteſque*. Sig.

2 *Legati Nonis Julii*] Ut dixi alio loco, ſi *Julias Nonas* intelligeret, *Quinctiles* dixiſſet, quomodo ante Cæſarem Dictatorem loquebantur. Itaque *Junias* repono, ut alibi ex veterum librorum auctoritate feci. Plutarchus ſæpe Καλάνδας Κυιντιλίας, ἃς νῦν Ἰουλίας καλοῦμεν. *Idem.*

1 *Sibi-*

timis modo urbibus terrorem præbuit, ſed in Aſiam quoque ad regem Eumenem nuncius tumultus ejus venit. Triduum non plus Delphis moratus, per Phthiotidem Achaiam, Theſſaliamque, ſine damno injuriaque agrorum per quos iter fecit, in regnum rediit. Nec earum tantum civitatum, per quas iturus erat, ſatis habuit animos [1] ſibi conciliare: ſed aut legatos, aut literas dimiſit, petens, ne diutius ſimultatum, quæ cum patre ſuo fuiſſent, meminiſſent. nec enim tam atroces fuiſſe eas, ut non cum ipſo potuerint ac debuerint finiri. Secum quidem omnia illis integra eſſe ad inſtituendam fideliter amicitiam. Cum Achæorum maximè gente reconciliandæ gratiæ viam quærebat. Hæc una ex omni Græ- 23
cia gens, & Athenienſium civitas, eo proceſſerat irarum, ut finibus interdiceret Macedonibus. Itaque ſervitiis ex Achaia fugientibus receptaculum Macedonia erat: quia quum finibus ſuis interdixiſſent, intrare regni terminos ipſi non audebant. Id quum Perſeus animadvertiſſet, [2] comprehenſis omnibus literas *** cæterum, ne ſimilis fuga ſervorum poſtea fieret, cogitandum & illis eſſe. Recitatis his literis per Xenarchum prætorem, qui privatæ gratiæ aditum apud regem quærebat; & pleriſque moderate & benigne ſcriptas eſſe cenſentibus literas, atque his maxime qui præter ſpem recepturi eſſent amiſſa mancipia: Callicrates ex iis, qui in eo verti ſalutem gentis crederent, ſi cum Romanis inviolatum fœdus ſervaretur, *Parva*, inquit, *aut mediocris res, Achæi, quibuſdam vide-*

1 *Sibi conciliare, aut legatos, aut lit dim.*] Legendum eſt, *Sed aut legatos aut literas dimiſit.* Sigonius.

Sibi conciliare: ſed aut legatos aut literas dimiſit] In veteri codice defuit τὸ *ſed*, quod Sigonius de conjectura addidit. Videntur plura deeſſe: ſin, ne hoc quidem adjecto opus eſt. *J. F. Gron.*

2 *Comprenſis omnibus literas. Ceterum ne ſimilis*] Poſt vocem *literas* exciderunt verba aliquot, quæ hunc ſenſum explerent. Comprenſis omnibus literas ad Achæos miſit, quibus ſe ſervos eorum, qui ad ſe transfugerant benigne remittere illis ſcripſit. cæterum ne ſimilis fuga ſervorum poſtea fieret, cogitandum & illis eſſe. Hæc ſententia elicitur ex ſequentibus Callicratis verbis: *Inde literas ad nos cum muneris ſpecie miſit, & cogitare jubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus.* Sigon.

1 *Ego*

videtur agi. [1] *Ego maxime graviſſimam omnium, non agique tantum arbitror, ſed quodammodo actam eſſe. Nam qui regibus Macedonum, Macedonibuſque ipſis, finibus interdixiſſemus,* [2] *manereque id decretum, ſcilicet ne legatos, ne nuncios admitteremus regum, per quos aliquorum ex nobis animi ſollicitarentur;* [3] *ii concionantem quodammodo abſentem audimus regem: &, ſi Diis placet, orationem ejus probamus. & quum feræ beſtiæ cibum ad fraudem ſuam poſitum plerumque aſpernentur & refugiant, nos cæci, ſpecie parvi beneficii, ineſcamur: & ſervulorum minimi pretii recipiendorum ſpe, noſtram ipſorum libertatem ſubrui & tentari patimur. Quis enim non videt, viam regiæ ſocietatis quæri, qua Romanum fœdus, quo noſtra omnia continentur, violetur? Niſi hoc dubium alicui eſt, bellandum Romanis cum Perſeo eſſe, & quod vivo Philippo exſpectatum, morte ejus interpellatum eſt, id poſt mortem Philippi futurum. Duos, ut ſcitis, habuit filios Philippus, Demetrium & Perſea. Genere materno, virtute, ingenio, favore Macedonum, longe præſtitit Demetrius. Sed quia in Romanos odii regnum poſuerat præmium, Demetrium nullo alio crimine, quam Romanæ amicitiæ initæ, occidit:* [4] *Perſea, quem populus Romanus prius pœnæ quam regni hæredem futurum ſciebat, regem fecit. Itaque* [5] *quid hic poſt mortem patris egit aliud, quam bellum paravit? Baſtarnas pri-*

1 *Ego maxime graviſſimam omnium*] Lege, *maximam & graviſſimam omnium. neque agi tantum.* J. F. Gron.

2 *Manereque in decretum, ſcilicet ne*] Præciſa ſententia, imo manca ſic expleri poſſit: *Manereque id decretum voluimus, ſcilicet ne.* ſic paulo poſt: *Ut decretum, quo arcentur Peloponneſo Macedones tollamus.* Sigonius.

Manereque id decretum voluimus, ſcilicet ne legatos] Verbum *voluimus* iterum eſt ex additione Sigonii. Tu vero mitius ita reſtitue, *Nam quum regibus Macedonum Macedonibuſque ipſis finibus interdixiſſemus, maneretque id decretum, ſcilicet ne legatos; ne nuntios admitteremus regum.* J. F. Gron.

3 *Ii concionantem*] Forte, *hic concionantem.* Vel *nunc concionantem.* Idem.

4 *Perſea quem populus Romanus prius pœnæ quam regni*] Cujus pœnæ? & unde ſciret populus Romanus de hac pœna, quam nemo, credo, unquam ſcivit. Prima editio: *quem P. R. prius pœnæ.* Parum juvat. Emendabam: *quem in populum Romanum prius odii quam regni hæredem futurum ſciebat.* Commodius fortaſſe Alb. Rubenius: *quem belli in populum Romanum prius pæne quam regni.* Muretus: *quem populi Romani hoſtem prius pæne.* Idem.

5 *Quid hic poſt mortem patris egit aliud, quam bellum paravit*] Dubitari non poteſt, quin τὸ *egit* ſit inſiticium & fal-

ſæ

primum ad terrorem omnium in [1] *Dardaniam immiſit: qui ſi ſedem eam tenuiſſent, graviores eos accolas Græcia habuiſſet quam Aſia Gallos habeat. Ea ſpe depulſus, non tamen belli conſilia omiſit: imo, ſi vera volumus dicere, jam inchoavit bellum. Dolopiam armis ſubegit,* [2] *nec provinciis de controverſis ad diſceptationem populi Romani adivit. inde tranſgreſſus Oetam, ut repente in medio umbilico Græciæ conſpiceretur, Delphos aſcendit. Hæc uſurpatio itineris inſoliti quo vobis ſpectare videtur? Theſſaliam deinde peragravit. quod ſine ullius eorum quos oderat noxia, hoc magis tentationem metuo. Inde literas ad nos cum muneris ſpecie miſit: & cogitare jubet, quomodo in reliquum hoc munere non egeamus. hoc eſt, ut decretum, quo arcentur Peloponneſo Macedones, tollamus: rurſus legatos regios, & hoſpitia cum principibus, & mox Macedonum exercitus, ipſum quoque à Delphis (quantum enim interluit fretum?) trajicientem in Peloponneſum videamus,* [3] *immiſceamur Macedonibus armantibus ſe adverſus Romanos. Ego nihil novi cenſeo decernendum, ſervandaque*

ſæ manus. vide omnino ad 26,2. *J. Gr.*

1 *Dardaniam immiſit*] Lege, *Dardania*, vel *in Dardaniam*. J. F. Gron.

2 *Nec provinciis de controv. ad diſcept. P. R. aud.*] Excidit vox una ad ſenſum complendum neceſſaria; ea eſt, *revocantem*. ſic enim ait: *Dolopiam armis ſubegit, nec provinciis de controverſis ad diſceptationem populi Rom. revocantem audivit.* Hoc probatur ex eo quod paulo ante dixit: *Et de quibus ambigebatur rebus, ab rege ad Romanos revocabant.* Sigonius.

Nec provinciis de controverſis ad diſceptationem populi Romani revocantem] *Provincias controverſas* ab auctore non eſſe arbitror, τὸ *revocantem* vero ſpurium eſſe certo ſcio: neque fuit enim in ſcripto, ſed ſupplementum eſt Sigonii, qui dum ſenſum quærit, non animadvertit orationem ſe minus Latinam reddidiſſe. Quid enim eſt ſimpliciter *revocantem*? aut quam bonum, *revocare de controverſo ad aliquem*? Nam quem allegat ad firmandam conjecturam ſuam locum, non ibi verbum ponitur ſine caſu: *quia quidam Dolopum non parebant, & de quibus ambigebatur rebus, diſceptationem ab rege ad Romanos revocabant.* In quo apponendo Sigonius τὸ *diſceptationem*, memoriæne vitio an judicii errore, quum in omnibus habeatur libris, omittit: Ut ergo Latinum eſſet, dicendum erat: *provinciis de controverſis diſceptationem ad populum Romanum revocantem.* Sed tamen melius puto: *Dolopiam armis ſubegit, nec provocantem de controverſis ad diſceptationem populi Romani audivit.* Vel, *provocantes*, ut Dolopes intelligas. *J. F. Gron.*

3 *Immiſcemur Macedonibus*] Procul dubio, *immiſceamur*, legendum eſt, pendetque & hoc membrum à ſuperioribus. Hoc eſt, ut decretum tollamus, ut legatos regios, exercitus Macedonum, & mox ipſum à Delphis trajicientem in Peloponneſum videamus. immiſceamur Macedonibus armantibus ſe adverſus Romanos. *Sigon.*

1 *Donec*

daque omnia integra, [1] *donec ad certum dirigatur, vanuſne hic timor noſter an verus fuerit. Si pax inviolata inter Macedonas Romanoſque manebit, nobis quoque amicitia & commercium ſit:*
24 *nunc de eo cogitare periculoſum & immaturum videtur.* Poſt hunc Arco frater Xenarchi prætoris ita diſſeruit: *Difficilem orationem Callicrates, & mihi & omnibus, qui ab eo diſſentimus, fecit: agendo enim Romanæ ſocietatis cauſſam ipſe, tentarique & oppugnari dicendo, quam nemo neque tentat, neque oppugnat; effecit, ut, qui ab ſe diſſentiret, adverſus Romanos dicere videretur. Ac primum omnium tamquam non hic nobiſcum fuiſſet, ſed aut ex curia populi Romani veniret, aut regum arcanis intereſſet; omnia ſcit & nunciat quæ occulte facta ſunt. Divinat etiam* [2] *quæ futura fuerant, ſi Philippus vixiſſet. quid ita Perſeus regni hæres ſit, quid parent Macedones, quid cogitent Romani. Nos autem, qui nec ob quam cauſſam, nec quemadmodum perierit Demetrius, ſcimus; nec quid Philippus, ſi vixiſſet, facturus fuerit; ad hæc, quæ palam geruntur, conſilia noſtra accommodare oportet.* [3] *Ac ſcimus, Perſea regno accepto ad legatos Romanos veniſſe, ac regem Perſea à populo Romano appellatum: audimus, legatos Romanos veniſſe ad regem, & eos benigne acceptos. Hæc omnia pacis equidem ſigna eſſe judico, non belli: nec Romanos offendi poſſe, ſi, ut bellum gerentes eos ſecuti ſumus,* nunc

1 *Donec ad certum dirigatur*] Tribus mutatis literis ſcribendum teneo: *donec ad certum redigatur.* Ea enim vere-Latina phraſis, non *dirigere ad certum.* hoc certe ſenſu. Sic lib. 26. *Ab L. Marcio tumultuario duce ad vanum & irritum victoriam redactam eſſe.* Lib. 28, 31. *Spem ad irritum redactam, qua veniſſent.* Ubi contra meliores fruſtra Rhenanus, *in irritum.* Lib. 44. *Et, ſi id ante dubium fuiſſet, legatorum paullo ante verba ad certum redegiſſe.* M. Seneca controv. 9 *Dum inſanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, quod ſimulabat, ad verum redegit.* Noſter iterum lib. 5. *Eum prædam Vejentanam publicando ſacrandoque ad nihilum redegiſſe.* Cicero pro Cæcina: *Cui perſpicuum non ſit, ad incertum revocari bona, fortunas, poſſeſſiones omnium.* J. F. Gron.

2 *Quæ futura fuerant, ſi Philippus vixiſſet*] Donatus & Priſcianus jubent reponi: *quæ futura fuerint.* Idem.

3 *Ac ſcimus Perſea regno accepto ad legatos Romanos veniſſe*] Id neſcit hiſtoria Livii: ſed memorat libro præcedente, ſtatim potitum regno, dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renovandam, petendumque, ut rex ab ſenatu appellaretur, miſiſſe. Ita ergo hic lege: *Ac ſcimus Perſea regno accepto legatos Romam miſiſſe ac regem à populo Romano appellatum: audimus legatos Romanos veniſſe ad regem, & ab eo benigne exceptos.* Idem.

1 Immo

nunc quoque pacis auctores ſequamur. cur quidem nos inexpiabile omnium ſoli bellum adverſus regnum Macedonum geramus, non video. Opportuni propinquitate ipſa Macedoniæ ſumus: an infirmiſſimi omnium, tamquam quos nuper ſubjecit, Dolopes? [1] *imo contra ea vel viribus noſtris, Deûm benignitate, vel regionis intervallo tuti. Sed ſumus æque ſubjecti* [2] *ac Theſſali Ætolique, nihilo plus fidei auctoritatiſque habemus adverſus Romanos, qui ſemper ſocii atque amici fuimus, quam Ætoli, qui paulo ante hoſtes fuerunt. Quod Ætolis, quod Theſſalis, quod Epirotis, omni denique Græciæ, cum Macedonibus juris eſt, idem & nobis ſit. cur execrabilis iſta nobis ſolis velut deſertio juris humani eſt? Fecerit aliquid Philippus, cur adverſus eum armatum & bellum gerentem hoc decerneremus: quid Perſeus novus rex, omnis injuriæ inſons, ſuo beneficio paternas ſimultates obliterans, meruit?* [3] *cur ſoli omnium hoſtes ei ſumus? Quamquam & illud dicere poteram, tanta priorum Macedoniæ regum merita erga nos fuiſſe, ut Philippi unius injurias,* [4] *ſi quæ fortè fuerunt, * utique poſt mortem.* [5] *quum claſſis Romana Cenchreis ſtaret, conſul cum exercitu Elatiæ eſſet, triduum in concilio fuimus; conſultantes, utrum Romanos an Philippum ſequeremur.* [6] *Nonnihil metus præſens ab Roma-*

1 *Immo contra ea vel viribus*] Delete *ea*, aut ſcribe: *contra vim*. J.F.Gron.

2 *Ac Theſſali Ætolique*] Nulla ratio eſt, quare hic Ætolorum mentio fiat: itaque aut delenda ea vox, aut ſcribendum: *ac Theſſali Dolopeſque.* Sed potius *Epirotæque*, ex ſequentibus. *Idem.*

3 *Cur ſoli omnium hoſtes ei ſumus*] Scribo: *quid Perſeus, &c. meruit, cur ſoli omnium hoſtes ei ſimus?* Idem.

4 *Si quæ forte fuerunt, utique poſt mortem*] Senſus docet deeſſe verbum, *obliviſceremur.* ut ſit: Si quæ forte fuerunt, obliviſceremur utique poſt mortem. *Sigonius.*

5 *Cum Claſſis Rom. Cenchris - - - Velatiæ eſſet*] *Cenchreis*, & *Elatiæ* ſcribendum ſine dubio, ex libro 31. *Idem.*

6 *Nonnihil metus præſens*] Apparet Arconem in ſpeciem largiri adverſariis, quo cæteroquin ipſe in rem ſuam uti poſſet: nempe licet nihil affirmare ſe aſtute ſimulet, haud obſcure tamen innuit Romanorum metu ſubactos Achæos cum illis amicitiam junxiſſe, non contra, ut videtur velle vulgata lectio, cum nihil magis adverſum ſit ſuæ ſententiæ; quippe qui tanta fuiſſe Philippi in Achæorum gentem merita contendat, ut non facile videantur ab illo ad Romanos fuiſſe defecturi. Senſus totius loci eſt: Cum triduo in concilio fuerimus deliberantes utrum Romanis an Philippo nos adjungeremus, eo ipſo tempore, quando claſſis illorum Cenchreis ſtaret, exercitus Elatiæ eſſet, quis non videt, etiamſi nihil metus præſens à Romanis tam ex propinquo cum claſſe & exercitu nobis imminentibus ſententias noſtras ad ſe inclinaverit, fuiſſe

Romanis ſententias noſtras inclinarit. fuit certe tamen aliquid, quod tam longam deliberationem faceret: id quod erat vetuſta conjunctio cum Macedonibus, vetera & magna in nos regum merita. Valeant & nunc eadem illa, non ut præcipuè amici, ſed ne præcipuè inimici ſimus. Ne id, quod non agitur, Callicrates, ſimulaverimus. nemo novæ ſocietatis aut novi fœderis, quo nos temerè illigemus, conſcribendi eſt auctor: ſed commercium tantum juris præbendi repetendique ſit, ne interdictione finium noſtrorum & nos quoque regno arceamus: ne ſervis noſtris aliquo fugere liceat. Quid hoc adverſus Romana fœdera eſt? Quid rem parvam & apertam, magnam & ſuſpectam facimus? Quid vanos tumultus ciemus? Quid, ut ipſi locum aſſentandi Romanis habeamus, ſuſpectos alios ac inviſos efficimus? Si bellum erit, ne Perſeus quidem dubitat quin Romanos ſecuturi ſimus. in pace etiamſi non odia finiuntur, intermittantur. Quum iidem huic orationi, [1] qui literis regis adſentierant, adſentirentur; indignatione principum, quod quam rem ne legatione quidem dignam judicaſſet Perſeus, [2] literis paucorum verſuum impetraret, decretum differtur. Legati deinde poſtea miſſi ab rege, quum Megalopoli concilium eſſet; dataque opera eſt ab iis, qui offenſionem apud Romanos timebant, ne admitterentur.

25 Per hæc tempora Ætolorum in ſemetipſos verſus furor, mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem. Feſſi deinde & Romam utraque pars miſerunt legatos, & inter ſe ipſi de reconcilianda concordia agebant: quæ novo facinore diſcuſſa res veteres etiam iras excitavit. [3] Exulibus Hypatæis, qui factionis Proxeni erant, quum reditus in patriam promiſſus eſſet, fideſque data per principem civitatis

fuiſſe tamen aliquid, quod nos tamdiu ab incunda ſocietate & amicitia cum tam potente populo & tum prope in cervicibus noſtris hærente retinuerit. Expungamus igitur τὸ *non*, ut omnia ſint plana & perſpicua. *Jac. Perizonius.*

1 *Qui literis regis adſentierant, adſentirentur*] Ocius tolle τὸ *adſentierant.* non eſt enim Livii. At forte ejus *adſentarentur.* J. F. Gron.

2 *Literis paucorum verſuum imperaret*] Non imperabat utique, nec aut jus id ejus aut tanta auctoritas. Scribe *impetraret.* Idem.

3 *Exulibus Hypateis*] *Hypatæis*, ex Stephano, Ὕπατα, Ὑπαταῖος. *Sigonius.*

1 *Damna-*

tatis Eupolemum, octoginta illuſtres homines, quibus redeuntibus inter cæteram multitudinem Eupolemus obvius exierat, quum ſalutatione benigne excepti eſſent, dextræque datæ; ingredientes portam, fidem datam Deoſque teſtes nequicquam invocantes, interfecti ſunt. Inde gravius de integro bellum exarſit. C. Valerius Lævinus, & Appius Claudius Pulcher, & C. Memmius, & M. Popillius, & L. Canuleius miſſi ab ſenatu venerant. Apud eos quum Delphis utriuſque partis legati magno certamine agerent; Proxenus maxime, quum cauſſa, tum eloquentia, præſtare viſus eſt, qui paucos poſt dies ab Orthobula uxore veneno eſt ſublatus: [1] damnataque eo crimine,in exilium abiit. Idem furor & Cretenſes lacerabat. adventu deinde Q. Minucii legati, qui cum decem navibus miſſus ad ſedanda eorum certamina erat, in ſpem pacis venerant. [2] cæterum induciæ & antea ſex menſium fuerunt: inde multo gravius bellum exarſit. Lycii quoque per idem tempus ab Rhodiis bello vexabantur. Sed externorum inter ſe bella, quo quæque modo geſta ſunt, perſequi non operæ eſt: ſatis ſuperque oneris ſuſtinenti res à populo Romano geſtas ſcribere.
Celtiberi in Hiſpania, qui bello domiti ſe Ti. Graccho 26
dediderant, pacati manſerant M. Titinio prætore obtinente provinciam, rebellarunt ſub adventum Ap. Claudii, orſique bellum ſunt ab repentina oppugnatione caſtrorum Romanorum. Prima lux ferme erat, quum vigiles in vallo, quique in portarum ſtationibus erant, quum vidiſſent procul venientem hoſtem; ad arma conclamaverunt. Ap. Claudius ſigno propoſito pugnæ, ac paucis adhortatus milites, tribus ſimul portis eduxit. Obſiſtentibus ad exitum Celtiberis, primo par utrimque prœlium fuit; quia propter anguſtias non omnes in faucibus

1 *Damnataque eo crimine in exilium abiit*] Commodius foret: *quæ damnata.* J. F. Gron.

2 *Cæterum induciæ & antea ſex menſium*] Lege: *cæterum inducias tantum ſex menſium fecerunt.* Idem.

bus pugnare poterant Romani: urgentes deinde alii alios ſecuti evaſerunt extra vallum, ut pandere aciem, [1] & exæquari cornibus hoſtibus, quibus circumibantur, poſſent. ita repente eruperunt, ut ſuſtinere impetum eorum Celtiberi nequirent. Ante horam ſecundam pulſi ſunt: ad quindecim millia cæſa aut capta: ſigna adempta duo & triginta. Caſtra etiam eo die expugnata; debellatumque. nam qui ſuperfuere prœlio, in oppida ſua dilapſi ſunt: quieti deinde paruerunt imperio.
27 Cenſores eo anno creati, Q. Fulvius Flaccus, & A. Poſtumius Albinus, legerunt ſenatum: princeps lectus M. Æmilius Lepidus pontifex maximus. De ſenatu novem ejecerunt. inſignes notæ fuerunt M. Cornelii Maluginenſis, qui biennio ante prætor in Hiſpania fuerat: & L. Cornelii Scipionis prætoris, cujus tum inter cives & peregrinos juriſdictio erat: & [2] Cn. Fulvii, qui frater germanus, &, ut Valerius Antias tradit, conſors etiam cenſoris erat. Conſules votis etiam in Capitolio nuncupatis in provincias profecti ſunt. Ex iis [3] M. Æmilio ſenatus negotium dedit, ut Patavinorum in Venetia ſeditionem com-

1 *Et exæquari cornibus hoſtibus, quibus circumibantur*] Video quid ſpectaverint, quibus hæc tolerata lectio: *cornibus* auferendi, *hoſtibus* dandi caſu acceperunt. Nec ſic tamen cohæret: *quibus circumibantur*. Melius fortaſſe: *ut pandere aciem & exæquari cornibus hoſti, à quo circumibantur, poſſent*: aut legendum: *cornibus hoſtium, quibus circumibantur*. Forſan omnia ſic concipienda: *urgentes deinde alii alios ſeque ubi evaſerunt extra vallum, ut pandere aciem & exæquari cornibus hoſtium, à quibus circumibantur, poſſent, ita repente irruerunt, ut ſuſtinere*, &c. J. F. Gron.

2 *L. Fulvii, qui frater germ. --- Cenſoris erat*] Hunc Velleius *Cn. Fulvium* vocat: & recte, ut libro priore docui. *Aſpera*, inquit, *cenſura Fulvii Flacci, & Poſtumii Albini fuit: quippe Fulvii cenſoris frater, & quidem conſors Cn. Fulvius ſenatu motus eſt ab iis cenſoribus*. Sigonius.

3 *M. Æmilio ſenatus negotium dedit*] Hoc nomen conſulis eſt mendoſe: non enim hoc anno, ſed priore M. Æmilius conſulatum geſſit. qui autem proxime ante L. Poſtumium Albinum, & M. Popillium Lænatem, qui ſubſequuntur, conſules fuerunt, ii Sp. Poſtumius Albinus, & Q. Mucius fuerunt. Neque vero de M. Æmilio intelligi poteſt, quia ille ſortitus Galliam eſt, hic autem Iſtros, nihil memorabile geſſit. P. Mucii res in Liguribus geſtæ apud Livium omnino interciderunt. Illud enim tantum exſtat, *ob eas res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum conſulum ductu auſpicioque ſenatus in triduum ſupplicaciones decrevit*, & XL hoſtiis ſacrificari juſſit. *Idem*.

comprimeret, quos certamine factionum ad inteſtinum bellum exarſiſſe & ipſorum legati attulerant. Legati, qui in Ætoliam ad ſimiles motus comprimendos ierant, renunciarunt, coërceri rabiem gentis non poſſe. Patavinis ſaluti fuit adventus conſulis: neque aliud quod ageret in provincia quum habuiſſet, Romam rediit. Cenſores vias ſternendas ſilice in urbe, glarea extra urbem ſubſternendas, marginandaſque primi omnium locaverunt, ponteſque multis locis faciendos: & ſcenam ædilibus prætoribuſque præbendam: & carceres in circo, & [1] ova ad notas curriculis numerandis, & * dam, & metas trans * & caveas ferreas pe * intromitterentur * [1] fer-

1 *Ova ad notas curriculis numerandas*] Locus hic hactenus depravatæ reſtitutionis. Legendum credo. *Carceres in Circo faciendos, & Ova ad notas curriculis numerandas, & rhedam & metas tranſitus, & caveas ferreas, per quas intromitterentur feræ.* Sic omnes lacunæ repletæ & lectio ſenſui congruit. In Circo fuiſſe *carceres*, hoc eſt, locum, in quo equi coërcerentur, ne inde intempeſtive exirent, ſed ſignum exſpectarent ſe movendi, quod à Magiſtratu, qui ludis præſidebat, dari ſolebat, adeo manifeſtum eſt, ut nulla prorſus indigeat probatione. Quæ vero *Ova* dicerentur, & in quem uſum parata, non æque manifeſtum. Juxta poſtremas metas Circi poſitæ erant columnæ modo binæ, nonnunquam quaternæ, quibus veluti quidam lectulus ſuperſtructus, cui ſuperpoſita corpuſcula quædam ovali forma, quina quandoque numero, ut plurimum ſeptena: horum uſus erat, ut aurigantibus oſtenderent, quot circuitus in curſu perficiendi eſſent. Ut plurimum vero in Circenſibus fuiſſe ſeptem curricula colligimus ex Propertio lib. Eleg. 24.

Aut prius infecto depoſcit præmia curſu,
Septima quam metam triverit arte rota.

Erat autem *rheda* utplurimum unius equi currus: poſtea Romani in Circenſibus uſi bigis & quadrigis. Deinde lego *& metas tranſitus* ſeu *tranſcurſus* in Circo namque erant ab utroque capite metæ, circum quas currus agebantur. Denique: *per quas intromitterentur feræ.* In Circenſibus enim non ſolum curru certatum, ſed & cum feris pugnabatur. Hæ autem feræ ferreis caveis continebantur, quibus recluſis in Circi arenam exibant, cum hominibus ad id muneris deſtinatis concurſuræ. *Marc. Donat.*

Ad notas curriculis numerandas] Lege, *numerandis.* Ova illa veluti notæ fuerunt, quibus curricula numerarentur. Ὠοειδῆ δημιουργήματα vocat Dio: fabricas quaſdam è ligno ovali figura factas cum baſi, qua ſiſti poſſent & erigi. Varro: *Nam non modo ovum illud ſublatum eſt, quod ludu Circenſibus noviſſimi curriculi finem fecit quadrigis.* Ex his auguror ſeptem ova tot numero ſtatuta fuiſſe, quot curricula erant peragenda: primo curriculo peracto, unum ovum è medio tollebatur: ſecundo curriculo facto alterum: ita de reliquis. Caſſiodorus: *quod metarum circuitus ovorum exemptionibus exprimatur.* Salmaſius ad Solinum.

* [1] ferreis in monte Albano conſulibus, & clivum Capi-
tolinum ſilice ſternendum curaverunt, & porticum ab
æde Saturni [2] in Capitolium ad ſenaculum, ac ſuper id
curiam. & extra portam Trigeminam emporium lapide
ſtraverunt, ſtipitibuſque ſepſerunt: & porticum Æmi-
liam reficiendam curarunt: gradibuſque aſcenſum ab
Tiberi in emporium fecerunt. & extra eandem portam
in Aventinum porticum ſilice ſtraverunt, [3] & eo publico
ab æde Veneris fecerunt. Iidem Calatiæ & Oximi
muros faciendos locaverunt: venditiſque ibi publicis
locis, pecuniam, quæ redacta erat, tabernis utrique foro
circumdandis conſumpſerunt. & alter ex iis Fulvius
Flaccus [4] (nam Poſtumius nihil niſi ſenatus Romani po-
pulive juſſu ſe locaturum ipſorum pecunia *) Jovis ædem
Piſauri & Fundis, [5] & Pollentiæ, etiam aquam ad-
ducendam, & Piſauri [6] viam ſilice ſternendam, & Sinueſ-
ſam a ga * aviariæ: [7] In his & clo * um circumducend * &
forum porticibus taberniſque claudendum, & Janos tres
faciendos. Hæc ab uno cenſore opera locata, cum ma-
gna gratia colonorum. Moribus quoque regendis dili-
28 gens & ſevera cenſura fuit. multis equi ademti. Exitu
prope anni diem unum ſupplicatio fuit, ob res proſperè
geſtas in Hiſpania; ductu auſpicioque Ap. Claudii pro-
conſulis. & majoribus hoſtiis viginti ſacrificatum: & al-
terum

1 *Ferreis in monte Albano*] *Feriis*, puto legendum, ut de Latinis intelligatur, quæ agebantur in monte Albano. Ceterum hic locus ſanari ne conjectura quidem poteſt. *Sigonius.*

2 *In Capitolium ad Senaculum*] Puto præpoſitivam particulam προϑέσϑαι, reſcribendumque: *In Capitolium & Senaculum.* Juſtus Ryquius.

3 *Et eo publico ab æde Veneris fecerunt*] Forte: *& baſilicam ad ædem Veneris fecerunt.* J. F. Gron.

4 *Nam Poſtumius nihil niſi ſenatus Romani, populive juſſu ſe locaturum eſſe ipſorum pecunia, Jovis æd. Piſ.*] Malim: *Nam Poſtumius nihil niſi Senatuſconſulto, populive juſſu ſe locaturum ipſorum pecunia dicebat.* Sic enim loqui ſolet, ut Senatusſconſultum, vel auctoritatem juſſui populi opponat. *Sigonius.*

5 *Et Pollentiæ*] *Potentiæ*, ut ſupra. *Idem.*

6 *Viam ſilice ſternendam, & Sinueſſam à .... aviariæ*] Legendum puto, *Et Sinueſſæ glarea.* Marcell. Donat.

7 *In his & clo* um circumducend **] Puto legendum: *cloacam in fluvium circumducendam, & forum.* Sic lib. 1. *cloacis è faſtigio in Tiberim ductu.* Sigonius.

1 *M. Po-*

terum diem ſupplicatio ad Cereris Liberi Liberæque fuit, quod ex Sabinis terræ motus ingens cum multis ædificiorum ruinis nunciatus erat. Quum Ap. Claudius ex Hiſpania Romam rediſſet, decrevit ſenatus, ut ovans urbem iniret. Jam conſularia comitia appetebant, quibus magna contentione habitis propter multitudinem petentium, creati, L. Poſtumius Albinus, & [1] M. Popillius Lænas. Prætores inde facti, [2] Numerius Fabius Buteo, M. Matienus, C. Cicereius, M. Furius Craſſipes iterum, A. Atilius Serranus iterum, C. Cluvius Saxula iterum. Comitiis perfectis Ap. Claudius Cento ex Celtiberis ovans quum in urbem iniret, decem millia pondo argenti, quinque millia auri in ærarium tulit. Flamen dialis inauguratus eſt Cn. Cornelius. Eodem anno tabula [3] in æde matris Matutæ cum indice hoc poſita eſt: *Ti. Sempronii Gracchi conſulis imperio auſpicioque legio exercituſque populi Romani Sardiniam ſubegit. in ea provincia hoſtium cæſa aut capta ſupra octoginta millia. Republica feliciſſimè geſta,* [4] *atque liberatis vectigalibus * reſtitutis exercitum ſalvum atque incolumem pleniſſimum præda domum reportavit. iterum triumphans in urbem Romam rediit. Cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit.* Sardiniæ inſulæ forma erat, atque in ea ſimulacra pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot parva alia data: unum ante cætera inſigne fuit [5] T. Flaminini, quod mortis cauſa patris ſui, cum

1 *M. Popilius Lænates*] *M. Popillius Lænas*, ex Capitolinis lapidibus. *Sigonius.*

2 *Cn. Fabius Buteo*] Alio loco oſtendi *N. Fabios*, *Cn. Fabios* mendoſe ſcribi. Eſt profecto N. Fabius Buteo conſul anno DV in tabul. Cap. Neminem autem Cn. Fabium reperi niſi mendoſe. *Idem.*

3 *In ædem Matris Matutæ*] Lege: *in æde.* Sic lib. 40. *Eodem exemplo tabula in æde Jovis in Capitolio ſupra valvas fixa eſt.* Idem.

4 *Atque liberatis vectigalibus reſtitutis*] Deeſſe mihi vox aliqua videtur, ut: *atque liberatis vectigalibus, & reipub. reſtitutis.* Idem.

Liberatis vectigalibus] Inter hæc duo verba aſteriſcum poſuerunt. Male: nam *liberata vectigalia* ſunt ſalva reddita populo Romano, quæ defectores averterant. At quod ſequitur, truncatum. Sigonius, *& republica reſtitutis.* Pighius, *rei publicæque reſtitutis.* Forte: *ſociiſque reſtitutis.* J. F. Gron.

5 *T. Flaminii*] *Flaminini*, ut ſupra: eſt enim filius T. Quinctii Flaminini, qui de Philippo triumphavit. *Sig.*

cum viſceratione epuloque, & ludis ſcenicis quatriduum dedit. magni tamen muneris ea ſumma fuit, ut per triduum quatuor & ſeptuaginta homines pugnarint.

EPITOME

LIBRI XLII.

Q. Fulvius Flaccus cenſor templum Junonis Laciniæ tegulis marmoreis ſpoliavit, ut ædem, quam dedicaverat, tegeret. tegulæ ex ſenatuſconſulto reportatæ. Eumenes Aſiæ rex in ſenatu de Perſeo, Macedoniæ rege, queſtus eſt: cujus injuriæ in populum Romanum referuntur. ob quas bello ei indicto, P. Licinius Craſſus Conſul,[1] *cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam tranſiit, levibuſque expeditionibus, equeſtribus prœliis, in Theſſalia cum Perſeo parum felici eventu pugnavit. Inter Maſiniſſam, & Carthaginienſes*[2] *de agro fuit dies ad diſceptandum à ſenatu datus. Legati miſſi ad civitates ſocias & reges*[3] *rogandos, an in fide permanerent, dubitantibus Rhodiis. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita* CCLVII *millia* CCXXXI. *Res præterea adverſus Corſos & Ligures proſpere geſtas continet.*

1 L. Poſtumius Albinus, M. Popillius Lænas, quum omnium primum de provinciis exercitibuſque ad ſenatum retuliſſent: Ligures utrique decreti ſunt: ut novas ambo, quibus eam provinciam obtinerent, legiones (binæ ſingulis decretæ) & ſocium Latini nominis dena millia peditum, & ſexcentos equi-

1 *Cui Macedonia decreta erat*] Tres memb. *cui mandatum erat.* Scribe: *ob quas bello ei indicto P. Licinius Craſſus conſul, cui id mandatum erat, in Macedoniam tranſiit.* J. F. Gron.

2 *De agro fuit dies ad diſceptandum*] Membr. Barber. *de agro fuit arbiter ad diſceptandum à ſenatu datus.* Idem.

3 *Rogandos, an in fide permanerent*] Idem: *rogandos, ut in fide permanerent.* Idem.

1 Et

equites; [1] & ſupplementum Hiſpaniæ tria millia peditum Romanorum ſcriberent, & ducentos equites. Ad hoc, mille & quingenti pedites Romani cum centum equitibus ſcribi juſſi; cum quibus prætor, cui Sardinia obtigiſſet, in Corſicam tranſgreſſus bellum gereret; interim M. Atilius vetus prætor provinciam obtineret Sardiniam. Prætores deinde provincias ſortiti ſunt; A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives & peregrinos, [2] Num. Fabius Buteo Hiſpaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Furius Craſſipes Siciliam, C. Cicereius Sardiniam. Priuſquam magiſtratus proficiſcerentur, ſenatui placuit, L. Poſtumium conſulem, ad agrum publicum à privato terminandum, in Campaniam ire; cujus ingentem modum poſſidere privatos, paulatim proferendo fines, conſtabat. Hic iratus Præneſtinis, quod, cum eo privatus ſacrificii in templo Fortunæ faciundi cauſſa profectus eſſet, nihil in ſe honorifice, neque publice, neque privatim factum à Præneſtinis eſſet: priuſquam ab Roma proficiſceretur, literas Præneſte miſit, ut ſibi magiſtratus obviam exiret, locum publice pararet, ubi diverteretur, jumentaque, quum exiret inde, præſto eſſent. Ante hunc conſulem nemo unquam ſociis in ulla re oneri aut ſumptui fuit. ideo magiſtratus mulis tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis: privata hoſpitia habebant; ea benigne comiterque colebant: domuſque eorum Romæ hoſpitibus patebant,

1 *Et ſupplementum Hiſpaniæ tria millia peditum*] Sic & lib. 26. *Milites ſub vexillis in ſupplementum Hiſpaniæ, profectos audivit.* Solet alias dicere: *in Hiſpaniam.* Infra: *Poſtulantibus deinde, ut novos exercitus ſcribere aut ſupplementum veteribus liceret, utrumque negatum eſt. Prætoribus quoque in Hiſpaniam ſupplementum petentibus negatum, M. Junio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem.* Lib. 29. *Ad novas ſcribendas in Bruttios legiones, & in cæterorum exercitum ſupplementum.* Lib. 43. *In incertum, ne quid gratia momenti faceret, in utramque provinciam, quod res deſideraret, ſupplementi decerni.* Quod ne cui fraudi ſit, prioribus duobus locis τὸ *Hiſpaniæ* accipiat dandi caſu. *J. F. Gron.*

2 *Cn. Fabius* [*Buteo*] Scribe: *Num. Fabius*, ut dixi. *Sigonius.*

tebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet. Legati, qui repente aliquo mitterentur, ſingula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant: aliam impenſam ſocii in magiſtratus Romanos non faciebant. [1] Injuria Conſulis etiamſi juſta, non tamen in magiſtratu exercenda, & ſilentium nimis aut modeſtum, aut timidum Præneſtinorum, jus, velut probato exemplo, magiſtratibus fecit graviorum indies talis generis imperiorum.
2 Principio hujus anni legati, qui in Ætoliam & Macedoniam miſſi erant, renunciarunt, *ſibi conveniendi regis Perſei, quum alii abeſſe eum, alii ægrum eſſe, falſo utrumque fingerent, poteſtatem non factam. Facile tamen apparuiſſe ſibi bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum. Item in Ætolia ſeditionem gliſcere indies, neque diſcordiarum principes auctoritate ſua coërceri potuiſſe.* Quum bellum Macedonicum in expectatione eſſet, priuſquam id ſuſciperetur, prodigia expiari pacemque Deûm peti [2] precationibus, quæ editæ ex fatalibus libris eſſent, placuit. Lanuvii claſſis magnæ [3] ſpecies in cœlo viſæ dicebantur: & Priverni lana pulla terra enata: & in Veienti [4] apud Rementem lapidatum: Pomptinum omne, velut nubibus locuſtarum, coopertum eſſe: in Gallico agro, qua induceretur aratrum, ſub exiſtentibus glebis piſces emerſiſſe. Ob hæc prodigia libri fatales inſpecti, editumque ab decemviris eſt, & quibus Diis, quibuſque hoſtiis ſacrificaretur, & ut ſupplicatio prodigiis expiandis fieret: altera quæ priore anno valetudinis populi cauſſa vota eſſet, ea uti feriæque eſſent. itaque ſacrificatum eſt, ut decemviri ſcriptum edide-

1 *Injuria conſulis, etiamſi juſta*] Scribe, ut & viſum Schelio noſtro: *Ira conſulis, etiamſi juſta.* J. F. Gron.

2 *Precationibus, quæ editæ*] Lege: *pacemque deum peti precationibus, qui editi ex fatalibus libris eſſent.* Mox enim: *editumque ab decemviris eſt, quibus diis quibuſque hoſtiis ſacrificaretur.* Idem.

3 *Species in cœlo viſæ dicebantur*] Sæpiuſne? an legendum: *viſa dicebatur.* Idem. Nihil tentandum docet ipſe Livius 24, 44. *Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro veris: navium longarum ſpecies in flumine Tarracinæ, quæ nullæ erant, viſæ.* Jac. Gron.

4 *Apud Rementem*] Forte *apud Cremeram.* Cluverius in Ital. antiq.

ediderunt. Eodem anno ædes Junonis Laciniæ detecta. 3
Q. Fulvius Flaccus cenſor, ædem Fortunæ Equeſtris, quam in Hiſpania prætor bello Celtiberico voverat, faciebat enixo ſtudio, ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum eſſet. Magnum ornamentum ſe templo ratus adjecturum, ſi tegulæ marmoreæ eſſent; profectus in Bruttios, ædem Junonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit. id ſatis fore ratus ad tegendum quod ædificaretur. Naves paratæ fuerunt, quæ tollerent atque aſportarent; auctoritate cenſoria ſociis deterritis id ſacrilegium prohibere. Poſtquam cenſor rediit, tegulæ expoſitæ de navibus, ad templum portabantur. quamquam unde eſſent ſilebatur, non tamen celari potuit. Fremitus igitur in curia [1] ortus eſt; ex omnibus partibus poſtulabatur, ut conſules eam rem ad ſenatum referrent. ut vero arceſſitus in curiam cenſor venit, multo infeſtius ſinguli univerſique præſentem lacerare: *Templum auguſtiſſimum regionis ejus, quod non Pyrrhus, non Annibal violaſſent, violare parum habuiſſe, niſi detexiſſet fœde ac prope diruiſſet. Detractum culmen templo, nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum. cenſorem moribus regendis creatum, cui ſarta tecta exigere ſacris publicis & loca tuenda more majorum traditum eſſet; eum per ſociorum urbes diruentem templa, nudantemque tecta ædium ſacrarum, vagari: & quod, ſi in privatis ſociorum ædificiis faceret, indignum videri poſſet, id Deûm immortalium templa demolientem facere. & obſtringere religione populum Romanum, ruinis templorum templa ædificantem: tamquam non iidem ubique Dii immortales ſint, ſed ſpoliis aliorum alii colendi exornandique.* Quum, priuſquam referretur, appareret quid ſentirent Patres; relatione facta in unam omnes ſententiam ierunt, ut hæ tegulæ reportandæ in templum locarentur, piaculariaque Junoni fierent. Quæ ad religionem pertinent, cum cura facta: tegulas reli-

1 *Ortus eſt ; ex omnibus*] Malo: *Fremitus igitur in curia ortus, & ex omnibus partibus poſtulabatur.* J. F. Gron.

relictas in area templi, quia reponendarum nemo artifex inire rationem potuerit, redemtores nunciarunt. Ex prætoribus, qui in provincias ierant, [1] Num. Fabius Maſſiliæ moritur, quum in citeriorem Hiſpaniam iret. Itaque, quum id nunciatum à Maſſilienſibus legatis eſſet, [2] ſenatus decrevit, ut P. Furius & Cn. Servilius, quibus ſuccedebatur, inter ſe ſortirentur, uter citeriorem Hiſpaniam prorogato imperio obtineret. Sors opportuna

1 *C. Fabius Maſſiliæ*] N. *Fabius*, ut dixi. *Sigonius.*

2 *Senatus decrevit, ut P. Furius, Cn. Servilius --- inter ſe ſortirentur, uter*] Locus ſine dubio mancus. Quod ex diuturna obſervatione Livianæ orationis intelligi poteſt. Poſſum ſexcentos proferre locos, quibus Livius ita locutus ſit: *Compararent inter ſe, aut ſortirentur.* verum paucis quibuſdam ero contentus, quæ ſunt in extremis his libris. Lib. 41. *S. C. factum eſt, ut conſules inter ſe compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret*, & hoc libro: *S. C. inde factum eſt, ut conſules inter ſe provincias compararent, ſortirenturve.* Et lib. 43. *Primo quoque tempore provincias, aut comparare eos inter ſe Italiam, & Macedoniam, aut ſortiri placuit.* & lib. 45. *Aut compararent eos inter ſe aut ſortirentur.* Cum igitur & ex his locis, & ex iis, quæ ſupra à me collecta ſunt, ſatis conſtet, non conſueviſſe dicere Livium, *ſortiri inter ſe*, ſed *comparare*, non eſt dubium, quin legendum ſit; *Inter ſe compararent, aut ſortirentur.* præſertim vero cum ſubſequatur: *Sors opportuna fuit.* quaſi dicat: ex duabus propoſitis rationibus, una opportuna fuit. *Idem.*

Inter ſe ſortirentur, uter citeriorem Hiſpaniam] Locus ſine dubio mancus Sigonio, quod ex diuturna obſervatione Livianæ orationis intelligi poſſit. Sexcentis locis ita loquutum Livium: *compararent inter ſe aut ſortirentur.* Unde quum conſtet, non conſueviſſe dicere, *ſortiri inter ſe*, ſed *comparare*, non eſt ei dubium quin legendum ſit: *inter ſe compararent aut ſortirentur.* Fateor equidem *comparare inter ſe* frequentius auctori noſtro eſſe, & ſæpe hæc duo conjungi, *compararent aut ſortirentur*: non tamen video, quare *ſortiri inter ſe* non æque dicere potuerit, ac divinus Poëta: *Vis ergo, inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim Experiamur?* Et Cicero de Fato. *Num ſortiuntur inter ſe, quæ declinet quæ non?* Aut ipſe lib. 23. *Conſules inter ſeſe juſſerunt, Fabio exercitum tradi, cui M. Junius Pera dictator præfuerat, Tib. Sempronio volones, qui fierent, & ſociorum viginti quinque millia.* Non video deinde, quare non poſſit aliquibus præcipi ſortitio ſine comparatione, æque ac comparatio poteſt præcipi ſine ſortitione; aut verbum *ſortiri* ſolum poni ſine mentione alterius, perinde ut *comparare* poteſt poni ſine mentione alterius. Hujus autem teſtimonium eſt apud noſtrum lib. 4. *Tandem ita comparatum eſt, ut alternis diebus ſummam imperii haberent.* Lib. 8. *Comparare inter ſe provincias juſſi, & Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat.* Habes & lib. 23, 24. lib. 26, 8. lib. 40, 47. Cur non & hic ſexcentis illis locis abutitur, & hæc ſine dubio manca ſtatuit? Jam manifeſtus eſt error, quod verba, quæ proxime ſequuntur: *Sors opportuna fuit:* in ſuam ſententiam detorquet, & interpretatur: ex duabus propoſitis rationibus, ſortitionis nempe vel comparationis, una opportuna fuit. Quis enim non videat rectius interpretari illa verba Livium ipſum, quum ſubjungit: *P. Furius idem, cujus ea provincia*

tuna fuit. P. Furius idem, [1] cujus ea provincia fuerat, remaneret. Eodem anno, quum agri Liguſtini & Gallici quod bello captum erat, aliquantum vacaret, Senatuſconſultum factum, ut is ager viritim divideretur. Decemviros in eam rem ex ſenatuſconſulto creavit A. Atilius prætor urbanus, M. Æmilium Lepidum, C. Caſſium, T. Æbutium Carum, C. Tremellium, P. Cornelium Cethegum, Q. & L. Appuleios, M. Cæcilium, C. Salonium, C. Munatium. Diviſerunt dena jugera in ſingulos, ſociis nominis Latini terna. Per idem tempus, quo hæc agebantur, legati ex Ætolia Romam venerunt, de diſcordiis ſeditionibuſque ſuis: & Theſſali legati,
nunciantes quæ in Macedonia gererentur. Perſeus jam 5
bellum vivo patre cogitatum in animo volvens, omnes non gentes modo Græciæ ſed civitates etiam, legationibus mittendis, pollicendo plura quam præſtando, ſibi conciliabat. Erant tamen magna ex parte hominum ad favorem ejus inclinati animi, & aliquanto quam in Eumenem propenſiores: quum Eumenis beneficiis muneribuſque omnes Græciæ civitates & plerique principum obligati eſſent: & ita ſe in regno ſuo gereret, ut quæ ſub ditione ejus urbes eſſent, nullius liberæ civitatis fortunam ſecum mutatam vellent. contra Perſea fama erat poſt patris mortem uxorem manu ſua occidiſſe: Apellem miniſtrum quondam fraudis in fratre tollendo, atque ob id requiſitum à Philippo ad ſupplicium, exulantem, arceſſitum poſt patris mortem ingentibus promiſſis ad præmia tantæ perpetratæ rei, clam interfeciſſe. inteſtinis exter-

vincia fuerat, remanſit. Fuit ergo ideo ſors opportuna, quod non Cn. Servilium ex ulteriore provincia tranſire in citeriorem juſſit, ſed P. Furium, in qua jam erat, retinuit. Sed in primis auctor ſe ſalvum præſtat illis, quæ dixerat lib. 28, 45. *Hi & ſortirentur inter ſe compararentve, uter in Bruttiis duabus legionibus, quas conſul reliquiſſet, rem gereret.* Ubi iterum Sigonius urget ſexcenta ſua loca, ut perſuadeat, quod profert ex vet. lib. *ſortirentur inter ſeve compararent.* Poteſt ita fuiſſe in libro illo depravato toties: neque enim fidem tanti viri ſuſpectam reddere velim: ſed certe omnes noſtri ſartam tectam ſervant vulgatam. *J. F. Gron.*

1 *Cujus ea provincia fuit, remaneret*] Lege, *remanſit.* Idem.

externiſque præterea multis cædibus infamem, nec ullo commendabilem merito, præferebant vulgo civitates, tam pio erga propinquos, tam juſto in cives, tam munifico erga omnes homines regi: ſeu fama & majeſtate Macedonum regum præoccupati ad ſpernendam originem novi regni: ſeu mutationis rerum cupidi; ſeu quia eum objectum eſſe Romanis volebant. Erant autem non Ætoli modo in ſeditionibus propter ingentem vim æris alieni, ſed Theſſali etiam: [1] ea contagione, velut tabes, in Perræbiam quoque id pervaſerat malum. Quum Theſſalos in armis eſſe nunciatum eſt, Ap. Claudium legatum ad eas res aſpiciendas componendaſque ſenatus miſit. Qui utriuſque partis principibus caſtigatis, quum injuſto fœnore gravatum æs alienum, ipſis magna ex parte concedentibus qui onerarant, levaſſet, juſti crediti ſolutionem in annorum penſiones diſtribuit. Per eundem Appium eodemque modo compoſitæ in Perræbia res. Ætolorum cauſas Marcellus Delphis per idem tempus hoſtilibus actas animis, [2] quas inteſtino geſſerant bello, cognovit. Quum certatum utrimque temeritate atque audacia cerneret, decreto quidem ſuo neutram partem aut levare aut onerare voluit: communiter ab utriſque petiit, abſtinerent bello, &, oblivione præteritorum, diſcordias finirent. Hujus reconciliationis inter ipſos fides obſidibus ultro citroque datis firmata eſt. Corinthum, ut ibi deponerentur obſides, convenitur.

6 A Delphis & Ætolico concilio Marcellus in Peloponneſum trajecit, quo Achæis edixerat conventum. Ubi collaudata gente, quod conſtan-

1 *Ea contagione velut tabes*] Recte ſi recidas τὰ *id malum*. Sed ſi hoc nimium eſt, ſcribe: *& contagione, velut tabes in Perrabiam quoque id pervaſerat malum.* Sed & quod ſequitur, malis forſan: *Quum Theſſalos in armis eſſe nuntiatum eſſet, Ap. Claudium ad eas res inſpiciendas componendaſque ſenatus miſit.* J. F. Gron.

2 *Quas inteſtino geſſerant bello*] Suſpicor τὸ *geſſerant* addidiſſe aliquem ſupplendæ ſententiæ, quum jam τὸ *quas* corrupte legeretur: ſcripſiſſe autem Livium: *hoſtilibus actas animis, quaſi inteſtino bello.* Non enim bellum verum fuit, ſed factionum rabies. *Idem.*

1 *Cn. Lu-*

ſtanter vetus decretum de arcendis aditu finium regibus Macedonum tenuiſſent, inſigne adverſus Perſea odium Romanorum fecit: quod ut maturius erumperet, Eumenes rex, commentarium ferens ſecum, quod de apparatibus belli omnia inquirens fecerat, Romam venit. Per idem tempus quinque legati ad regem miſſi, qui res in Macedonia adſpicerent. Alexandriam iidem ad Ptolemæum renovandæ amicitiæ cauſſa proficiſci juſſi. Legati erant hi, C. Valerius, [1] Cn. Lutatius Cerco, Q. Bæbius Sulca, M. Cornelius Mammula, M. Cæcilius Denter. Et ab Antiocho rege ſub idem tempus legati venerunt: quorum princeps Apollonius in ſenatum introductus multis juſtiſque cauſſis regem excuſavit, *Quod ſtipendium ſerius quoad diem præſtaret. id ſe omne advexiſſe, ne cujus niſi temporis gratia regi fieret. Donum præterea afferre, vaſa aurea quingentûm pondo. Petere regem, ut quæ cum patre ſuo ſocietas atque amicitia fuiſſet, ea ſecum renovaretur: imperaretque ſibi populus Romanus, quæ bono fidelique ſocio regi eſſent imperanda. ſe nullo uſquam ceſſaturum officio. Ea merita in ſe ſenatus fuiſſe, quum Romæ eſſet, eam comitatem juventutis, ut pro rege, non pro obſide, omnibus ordinibus fuerit.* Legatis benigne reſponſum, & ſocietatem renovare cum Antiocho, quæ cum patre ejus fuerat, A. Atilius prætor urbanus juſſus. Quæſtores urbani ſtipendium, vaſa aurea cenſores acceperunt: eiſque negotium datum eſt, ut ponerent ea in quibus templis videretur: legatoque centum millium æris munus miſſum, & [2] ædes liberæ hoſpitio datæ ſumptuſque decretus, donec in Italia eſſet. Legati, qui in Syria fuerant, renunciaverunt, in maximo eum honore apud regem eſſe, amiciſſimumque populo Ro-

1 *Cn. Lutatius Cerco*] Puto legendum, *C. Lutatius*. neque enim *Cnæum* prænomen eſſe Lutatiorum reperi. Supra in Capitolinis conſulibus eſt, *Q. Lutatius C. F. C. N. Cerco*. Sigonius.

2 *Ædes liberæ hoſpitio datæ*] Hic *ædes liberas* interpretor: quæ nulli alii vel inquilino, vel habitatori ſervirent; quaſque is cui dabantur, & qui in eis collocabatur, ſolus cum ſua familia incoleret. *Turneb.*

1 *Vo-*

7 Romano. In provinciis eo anno hæc. C. Cicereius prætor in Corſica ſignis collatis pugnavit: ſeptem millia Corſorum cæſa: capti amplius mille & ſeptingenti. [1] Voverat in ea pugna prætor ædem Junoni Monetæ. Pax deinde data petentibus Corſis, & exacta ceræ ducena millia pondo. Ex Corſica ſubacta Cicereius in Sardiniam tranſmiſit. Et in Liguribus in agro Statiellati pugnatum ad oppidum Caryſtum. Eo ſe magnus exercitus Ligurum contulerat. Primo ſub adventum M. Popillii conſulis mœnibus ſeſe continebant: deinde, poſtquam oppidum oppugnaturum Romanum cernebant, progreſſi ante portas, aciem ſtruxerunt: nec conſul, (ut qui idipſum oppugnatione comminanda quæſiſſet) moram certamini fecit. Pugnatum eſt amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret ſpes. Quod ubi conſul vidit, nulla parte moveri Ligurum ſigna, imperat equitibus, ut equos conſcendant, ac tribus ſimul partibus in hoſtes quanto maximo poſſent tumultu incurrant. Pars magna equitum, mediam trajecit aciem, & ad terga pugnantium pervaſit. Inde terror injectus Liguribus. diverſi in omnes partes fugerunt. perpauci retro in oppidum, quia inde ſe maxime objecerat eques. & pugna tam pervicax multos abſumpſerat Ligurum, & in fuga paſſim cæſi ſunt. Decem millia hominum cæſa traduntur: amplius ſeptingenti paſſim capti: ſigna militaria relata octoginta duo. Nec incruenta victoria fuit. amplius tria millia militum amiſſa; quum cedentibus neutris ex parte utraque primores caderent.

8 Poſt hanc pugnam ex diverſa fuga in unum collecti Ligures, quum majorem multo partem civium amiſſam quam ſupereſſe cernerent (nec enim plus decem millia hominum erant) dediderunt ſeſe; nihil quidem illi pacti. ſperaverant tamen non atrocius, quam ſuperiores imperatores, conſulem in ſe ſævit urum. At ille arma

1 *Voverat --- ædem Junonis Monetæ*] Caſus dandi requiritur. ſic enim ſemper loquitur. Res exemplis non eget. *Junoni* ergo ſcribe. *Sigonius.*

1 *Quas*

arma omnibus ademit, oppidum diruit, ipſos bonaque eorum vendidit: literaſque ſenatui de rebus ab ſe geſtis miſit. Quas quum A. Atilius prætor in curia recitaſſet (nam conſul alter Poſtumius agris recognoſcendis in Campania occupatus aberat) atrox res viſa ſenatui: *Statiellates, qui uni ex Ligurum gente non tuliſſent arma adverſus Romanos, tum quoque oppugnatos, non ultro inferentes bellum, deditos in fidem populi Romani, omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos eſſe: tot millia capitum innoxiorum, fidem implorantia populi Romani, ne quis umquam ſe poſtea dedere auderet, peſſimo exemplo veniſſe: & diſtractos paſſim, juſtis quondam hoſtibus populi Romani pacatis ſervire.* [1] Quas ob res *placere ſenatui, M. Popillium Conſulem Ligures, pretio emptoribus reddito, ipſos reſtituere in libertatem: bonaque ut iis, quicquid ejus recuperari poſſit, reddantur curare.* [2] *Arma primo quoque tempore fieri in ea gente. conſulem de provincia decedere, quum deditos in ſedem ſuam Ligures reſtituiſſet. Claram victoriam vincendo oppugnantes, non ſæviendo in afflictos fieri.* Con- 9
ſul, qua ferocia animi uſus erat in Liguribus, eandem ad non parendum ſenatui habuit. Legionibus extemplo Piſas

1 *Quas ob res placere ſenatui, &c.*] Suſpicor legendum: *Quam ob rem S. C. factum eſt, placere ſenatui, &c.* Dixit enim: *Atrox res viſa ſenatui eſt, Statiellates Ligures deditos in fidem populi Romani, armis & libertate ſpoliatos eſſe. Quare S. C. factum eſt, placere ſenatui, M. Popillium conſulem Ligures in libertatem reſtituere,*&c. De hoc S.C. ita paulo poſt: *Poſtulare à patribus, ut S. C. in ſe factum tolli juberent.* Hæc autem verba, *ob eas res placere ſenatui, ut,* &c. ſolennia eſſe Senatuſconſultorum, apparet ex SConſultis Philippicarum apud Ciceronem. *Sigonius.*

Quas ob res Senatuſconſultum factum eſt placere] Scriptus: *Quas ob res placere ſenatui.* Sigonius ex conjectura: *Quam ob rem Senatuſconſultum factum eſt, placere.* Hujus partem adoptarunt, partem neglexerunt vulgatæ architecti. Ego vero & in ſcripto delere malim τὸ *ſenatui*: tantum abeſt, ut deeſſe aliquid putem, aut non intelligam SC. factum eſſe, etſi factum eſſe non exprimatur. *J. F. Gron.*

2 *Arma quoque tempore fieri*] Corrige, *arma primo quoque tempore fieri.* Nam de conſule paulo ante dixit: *At ille arma omnibus ademit.* Quæ ergo arma à conſule Liguribus adempta fuerant, ea primo quoque tempore fieri cenſuit ſenatus, & factum conſulis improbavit. Nota dicendi forma eſt. *Sigonius.*

Arma primo quoque tempore fieri] Credo *finiri.* Nec enim ſenſus alioquin eſt. 25, 34. *Tempus eſſe id jam agi, ut bellum in Hiſpania finiretur.* Et ſic quoque legendum videtur 44, 34. *Aut victoria egregia aut morte memorabili finituros bellum.* non *inituros*, ut vulgo. *Jac. Gron.*

1 In-

ſas in hibernacula miſſis, iratus Patribus, [1] infeſtus prætori, Romam rediit: ſenatuque extemplo ad ædem Bellonæ vocato, multis verbis invectus eſt in prætorem: *qui quum ob bello rem bene geſtam, uti Diis immortalibus honos haberetur, referre ad ſenatum debuiſſet, adverſus ſe pro hoſtibus ſenatuſconſultum feciſſet, quo victoriam ſuam ad Ligures transferret, dedique iis prope conſulem prætor juberet. Itaque mulctam ei ſe dicere. A Patribus poſtulare, ut ſenatuſconſultum in ſe factum tolli juberent: ſupplicationemque, [2] quam abſentes ex literis de bene geſta republica miſſis decernere debuerint, præſentes honoris Deorum primum cauſſa, deinde & ſui aliquo tandem reſpectu decernerent.* Nihilo lenioribus quam abſens ſenatorum aliquot orationibus increpitus, neutra impetrata re in provinciam rediit. Alter Conſul Poſtumius, conſumpta æſtate in recognoſcendis agris, ne viſa quidem provincia ſua, comitiorum cauſſa Romam rediit: conſules, C. Popillium Lænatem, P. Ælium Ligurem, creavit. Prætores deinde facti, C. Licinius Craſſus, [3] M. Junius Pennus, Sp. Lucretius, Sp. Cluvius, Cn. Sicinius,
10 C. Memmius iterum. Eo anno luſtrum conditum eſt. Cenſores erant, Q. Fulvius Flaccus, [4] L. Poſtumius Albinus. Poſtumius condidit. Cenſa ſunt civium Romanorum capita ducenta ſexaginta novem millia & quindecim. Minor aliquanto numerus, quia L. Poſtumius conſul pro concione edixerat, qui ſociûm Latini nominis ex edicto C. Claudii Conſulis redire in civitates ſuas debuiſſent, ne quis eorum Romæ, ſed omnes in ſuis civitatibus cenſerentur. Concors & è republica cenſura fuit. omnes, quos ſenatu moverunt, quibuſque equos ademerunt,

1 *Infeſtus prætorib.*] Lege, *Prætori.* A. enim Atilium intelligit. Itaque addit: *Invectus eſt in prætorem, qui adverſus ſe pro hoſtibus Senatuſconſultum feciſſet.* Sigonius.

2 *Quam abſentes ex literis*] Lege: *quam abſenti ſibi ex literis de bene geſta republica miſſis decernere debuerint, præſenti honoris.* J.F. Gron.

3 *M. Junius Pœnus*] *Pennus,* ut ante. *Sigonius.*

4 *L. Poſtumius Albinus*] *A. Poſtumius*, ex cenſura Capitolina, & Livio ſupra. *Idem.*

1 Ne-

runt, ærarios fecerunt, & tribu moverunt: [1] neque ab altero notatum alter probavit. Fulvius ædem Fortunæ Equeſtris, quam proconſul in Hiſpania dimicans cum Celtiberorum legionibus voverat, annos ſex poſtquam voverat, dedicavit: & ſcenicos ludos per quatriduum, unum diem in circo fecit. L. Cornelius Lentulus, decemvir ſacrorum, eo anno mortuus eſt. in locum ejus ſuffectus A. Poſtumius Albinus. Locuſtarum tantæ nubes à mari vento repente in Apuliam illatæ ſunt, ut examinibus ſuis agros latè operirent. ad quam peſtem frugum tollendam, C. Sicinius prætor deſignatus cum imperio in Apuliam miſſus, ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquantum temporis abſumpſit. Principium inſequentis anni, quo C. Popillius & P. Ælius fuerunt conſules, reſiduas contentiones ex priore anno habuit. Patres referri de Liguribus renovarique ſenatuſconſultum volebant, & conſul Ælius referebat. Popillius & collegam & ſenatum pro fratre deprecabatur: præ ſe ferens, ſi quid decernerent interceſſurum, collegam deterruit. Patres eo magis utrique pariter conſulum infenſi, [2] in cœpto perſtabant. Itaque, quum de provinciis ageretur, & Macedonia jam imminente Perſei bello peteretur, Ligures ambobus conſulibus decernuntur. Macedoniam decreturos negant, ni de M. Popillio referretur. Poſtulantibus deinde, ut novos exercitus ſcribere, aut ſupplementum veteribus liceret, utrumque negatum eſt. Prætoribus quoque in Hiſpaniam ſupplementum petentibus negatum: M. Junio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem. C. Licinius Craſ-

1 *Neque ab altero notatum probavit*] Corrigo: *Neque ab altero notatum alter probavit.* Sic lib. 45. *Neque ullius, quem alter notaret, ab altero levata ignominia.* Hac de ratione cenſoria ſic Cicero Pro Cluentio. *Atque ipſi inter ſe cenſores ſua judicia tanti eſſe arbitrantur, ut alter alterius judicium non modo reprehendat, ſed etiam reſcindat, ut alter de ſenatu movere velit, alter retineat, alter in ærarios referri, aut tribu moveri jubeat, alter vetet.* Sigonius.

2 *Incœpto perſtabant*] Dividendæ voces ſunt, *in cœpto.* Et lib. 45. *In bene cœpto perſeverare* ait. *Idem.*

Craſſus urbanam juriſdictionem, Cn. Sicinius inter pere-
grinos erat ſortitus: C. Memmius Siciliam, Sp. Clu-
vius Sardiniam. [1] Conſules ob ea irati ſenatui, Latinis
feriis in primam quamque diem indictis, in provinciam
abituros ſe denunciarunt: nec quicquam reipublicæ
acturos; præterquam quod ad provinciarum adminiſtra-
11 tionem attineret. Attalum regis Eumenis fratrem lega-
tum veniſſe Romam, Valerius Antias his conſulibus
ſcribit; ad deferenda de Perſeo crimina, indicandoſque
apparatus belli. Plurium annales, & quibus credidiſſe
malis, ipſum Eumenem veniſſe tradunt. Eumenes igi-
tur ut Romam venit, exceptus cum tanto honore, quan-
tum non meritis tantum ejus, ſed beneficiis etiam ſuis,
ingentia quæ in eum congeſta erant, exiſtimaret deberi
populus Romanus, in ſenatum eſt introductus. *Cauſam
veniendi ſibi Romam fuiſſe,* dixit, *præter cupiditatem viſendi
Deos hominesque, quorum beneficio in ea fortuna eſſet, ſupra
quam ne optare quidem auderet: etiam ut coram moneret ſena-
tum, ut Perſei conatis obviam iret.* Orſus inde à Philippi
conſiliis, necem Demetrii filii retulit, adverſantis Ro-
mano bello; *Baſtarnarum gentem excitam ſedibus ſuis, quo-
rum auxiliis fretus in Italiam tranſiret. Hæc eum volutantem
in animo, oppreſſum fato regnum ei reliquiſſe, quem infeſtiſſimum
eſſe ſenſiſſet Romanis. itaque Perſea, hæreditarium à patre reli-
ctum bellum, & ſimul cum imperio traditum,* [2] *jamjam primum
alere ac fovere omnibus conſiliis. Florere præterea juventute,*
quam

1 *Conſules ob ea irati ſenatui, Latinis feriis*] Non moverem, ſi hæc verba cauſſis irarum ſtatim ſubjicerentur, non interjectis, quæ de provinciis prætorum proxime præcedunt. Nunc ſuſpicor ab Livio relictum: *Conſules obirati ſenatui.* Quo verbo uſus & lib. 1. *Aut Romana ſacra ſuſceperant, aut fortunæ, ut fit, obirati cultum reliquerant Deum.* Seneca de Tranquillitate animi: *& ex hac deinde averſatione alienorum proceſſuum & ſuorum deſperatione obiraſcens fortunæ animus, & de ſæculo querens.* Apulejus in Apologia: *cum etiam hi, qui ſibi delicti alicujus conſcii ſunt, tamen cum male audiunt, commoveantur & obiraſcantur.* Eſt & apud Ciceronem ad Atticum *obiratio.* Prorſus τὸ *ea* inſiticium ab ignorantibus id verbum videtur. *J. F. Gron.*

2 *Jamjam primum alere ac fovere*] Lege: *tanquam primum alere.* Lib. 34. *Quandoquidem, inquit, honeſta penſamus, ſicut aut ſola aut prima penſari decet.* Idem.

& Se-

quam ſtirpem longa pax ediderit: florere opibus regni, florere etiam ætate. Quæ quum corporis robore ac viribus vigeat, animum eſſe inveteratum diutina arte atque uſu belli jam inde à puero, patris contubernio, Romanis quoque bellis, non finitimis tantum aſſuetum, miſſum à patre in expeditiones multas, variaſque. Jam ex quo ipſe accepiſſet regnum, multa, quæ, non vi, non dolo; Philippus omnia expertus potuiſſet moliri, admirando rerum ſucceſſu tenuiſſe. Acceſſiſſe ad vires eam, quæ longo tempore, multis magniſque meritis pararetur, auctoritatem. Nam 12
apud Græciæ atque Aſiæ civitates, vereri majeſtatem ejus omnes. nec pro quibus meritis, pro qua munificentia, tantum ei tribuatur, cernere: nec dicere pro certo poſſe, utrum felicitate id quadam ejus accidat, an, quod ipſe vereatur dicere, invidia adverſus Romanos favorem illi conciliet. Inter ipſos quoque reges ingentem auctoritate, [1] *Seleuci filiam duxiſſe eum: non petentem ſed petitum ultro: ſororem dediſſe Pruſiæ precanti ac oranti: celebratas eſſe* [2] *utraſque nuptias gratulatione doniſque innumerabilium legationum, & velut auſpicibus nobiliſſimis populis deductas eſſe. Bœotorum gentem captatam Philippo, nunquam ad ſcribendum amicitiæ fœdus adduci potuiſſe: tribus nunc locis cum Perſeo fœdus inciſum literis eſſe: uno Thebis,* [3] *altero ad Delum auguſtiſſimo & celeberrimo in templo: tertio Delphis. in Achaico concilio vero, niſi diſcuſſa res per paucos Romanum imperium intentantes eſſet, eo rem prope adductam, ut aditus & in Achaiam daretur. At, hercule, ſuos honores, cujus merita in eam gentem privatim an publice ſint majora, vix dici poſſet, partim deſertos* per

1 *Seleuci filiam duxiſſe*] Philopatoris, qui fuit Antiochi Magni filius, Demetrii Soteris pater. Nomen ejus Laodice. Marmor Arundellianum: Ὁ δῆμος. ὁ Δηλίων βασίλισσαν Λαοδίκην βασιλέως Σελεύκου, γυναῖκα δὲ βασιλέως Περσέως, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας τῆς περὶ τὸ ἱερὸν καὶ εὐνοίας εἰς τὸν δῆμον τὸν Δηλίων. Hinc poteſt juvari Seldenus qui notat Laodicen aut hujus uxorem aut illius filiam alibi occurrere ſe non meminiſſe: uxorem autem Perſei, ſed ſine nomine, appellari Plutarcho. Ex Livio tanto amplius ſcimus Seleuci filiam fuiſſe. *J. F. Gron.*

2 *Utraſque nuptias gratulatione*] Appianus: Διέβαλλε δ' αὐτὸν καὶ τοὺς ἐπιγαμίας βασιλικὰς ἀμφοῖν γενομένας, καὶ τὰς νυμφαγωγίας ὅλῳ τῷ Ῥοδίων στόλῳ παραπεμφθείσας. *Ful. Urſinus.*

3 *Altero ad Sidenum aug.*] Videtur legendum *ad Delum* ex Suida, qui de Perſeo ait: καὶ τούτων ἐξετίθει περιγραφὰς εἴς τε Δῆλον καὶ Δελφούς. *Sigonius.*

per incultum ac negligentiam, partim hoſtiliter ſublatos eſſe. Jam Ætolos quem ignorare in ſeditionibus ſuis non ab Romanis, ſed à Perſeo præſidium petiiſſe? His eum fultum ſocietatibus atque amicitiis, eos domeſticos apparatus belli habere, ut externis non egeat; triginta millia peditum, quinque millia equitum: in decem annos frumentum præparare, ut abſtinere & ſuo & hoſtium agro frumentandi cauſſa poſſit. Jam pecuniam tantam habere, [1] *ut decem millibus mercenariorum militum, præter Macedonum copias, ſtipendium in totidem annos præparatum habeat: præter annuum, quod ex metallis regiis capiat, vectigal. Arma* [2] *vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congeſſiſſe. Juventutem, ut jam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam ſubjectam eſſe.*

13 Reliquum orationis adhortatio fuit. *Non ego hæc*, inquit, *incertis jactata rumoribus, & cupidius credita, quia vera eſſe de inimico crimina volebam, adſero ad vos, Patres Conſcripti; ſed comperta & explorata, haud ſecus, quam ſi ſpeculator miſſus à vobis ſubjecta oculis referrem. Neque relicto regno meo, quod amplum & egregium vos feciſtis, mare tantum trajeciſſem, ut vana ad vos afferendo fidem abrogarem mihi. Cernebam nobiliſſimas Aſiæ & Græciæ civitates indies magis denudantes judicia ſua: mox, ſi permitteretur, eo proceſſuras unde receptum ad pœnitendum non haberent. Cernebam Perſea, non continentem ſe Macedoniæ regno, alia armis occupantem; alia, quæ vi ſubigi non poſſunt, favore ac benevolentia complectentem. Videbam quam impar eſſet ſors, quum* [3] *ille vobis bellum, vos ei ſecuram pacem præſtaretis, quamquam mihi quidem non parare, ſed gerere penè bellum videbatur.* [4] *Abrupolim*

1 *Ut decem millia mercenariorum militum*] Quem fugere poteſt ſcribendum eſſe; *decem millibus.* J. F. Gron.

2 *Vel tribus tantum exercitibus*] Corrigo: *vel tribus tantis*, quo de dicendi genere libro priore dictum eſt. *Sigonius.*

3 *Ille vobis bellum, vos ei ſecuram pacem præſtaretis*] Notari jubet hoc Muretus, verbum enim *præſtandi* non convenire ad utrumque. At ego ajo Livium ſcripſiſſe: *cum ille vobis bellum pararet, vos ei pacem præſtaretis.* Cur ita? quia ſequitur: *Quamquam mihi quidem non parare, ſed gerere pæne bellum videbatur.* Eſt enim correctio, tamquam minus, quam res eſt, dixiſſet. Oportuit igitur etiam eum dixiſſe, quod corrigit. *J. F. Gron.*

4 *Abrupolim ſocium*] Appianus in Excerptis legation. Καὶ τὸν ὑμέτερον φίλων καὶ συμμάχων Ἀβρούπολιν μὲν ἀφῄρητες

tim ſocium atque amicum veſtrum regno expulit. Artetarum Illyrium, quia ſcripta ab eo quædam vobis comperit, ſocium item atque amicum veſtrum, interfecit. [1] *Euerſam & Callicritum,* [2] *Thebanos, principes civitatis, quia liberius adverſus eum in concilio Bœotorum locuti fuerant, delaturoſque ad vos quæ agerentur profeſſi erant, tollendos curavit. Auxilium Byzantiis adverſus fœdus tulit,* [3] *Dolopiæ bella intulit, Theſſaliam & Doridem cum exercitu pervaſit, ut in bello inteſtino deterioris partis auxilio meliorem affligeret. Confudit & miſcuit omnia in Theſſalia Perrhæbiaque ſpe novarum tabularum, ut manu debitorum obnoxia ſibi optimates opprimeret. Hæc quum vobis quieſcentibus & patientibus fecerit, & conceſſam ſibi Græciam eſſe à vobis videat: pro certo habet, neminem ſibi, antequam in Italiam trajecerit, armatum occurſurum. Hoc quam vobis tutum aut honeſtum ſit, vos videritis: ego certe mihi turpe eſſe duxi, prius Perſea ad bellum inferendum, quam me ſocium ad prædicendum, ut caveretis, venire in Italiam. Functus neceſſario mihi officio, & quodam modo liberata atque exonerata fide mea, quid ultra facere poſſum, quam uti Deos Deaſque precer, ut vos & veſtræ reipublicæ, & nobis ſociis atque amicis, qui ex vobis pendemus, conſulatis?* Hæc 14
oratio movit Patres Conſcriptos. cæterum in præſentia nihil, præterquam, fuiſſe in curia regem, ſcire quiſquam potuit: eo ſilentio clauſa curia erat. bello denique perfecto, quæque dicta ab rege, quæque reſponſa eſſent, emanavere. Perſei deinde regis legatis poſt paucos dies ſenatus datus eſt. Cæterum, præoccupatis non auribus magis quam animis ab Eumene rege, omnis & defenſio & de-

ρῆται τὴν ἀρχήν· Ἀρθέταυρον δ' ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ δυνάστην ἔκτεινεν ἐπιβουλεύσας, καὶ τοὺς ἐργασαμένους ὑποδέδεκται. Non eſt dubitandum, quin à Polybio ſumpſerit Livius, unde Appianus etiam fere ad verbum accepit. *Urſinus.*

1 *Euerſam*] Malo *Euercam.* quod nomen Græcum eſt. *Henr. Valeſius.*

Euerſam & Callicritum] Fulvius legendum putat *Callicratem*, quem nominat Pauſanias in Laconicis Achæorum res ad Romanos trahentem. At Callicrates ille ſatis ex Polybio notus Achæus fuit; hi Thebani principes. *J. F. Gron.*

2 *Thebanos, principes civitatis*] Forte, *Thebanæ prin cipes civitatis.* Idem.

3 *Dolopiæ bella intulit*] Quot quæſo? haud dubie *bellum.* Idem.

& deprecatio legatorum reſpuebatur: & [1] exaſperavit animos ferocia animi [2] Harpali, qui princeps legationis erat. Is, *velle quidem & laborare* dixit *regem, ut purganti ſe nihil hoſtile dixiſſe aut feciſſe fides habeatur: cæterum ſi pervicacius cauſſam belli quæri videat, forti animo defenſurum ſe. Martem communem eſſe, & eventum incertum belli.* Omnibus civitatibus Græciæ atque Aſiæ curæ erat, quid Perſei legati, quid Eumenes in ſenatu egiſſet: & propter adventum ejus, quem moturum aliquid rebantur, miſerant pleræque civitates, alia in ſpeciem præferentes, legatos. [3] & legatio Rhodiorum erat, ac Satyrus princeps, haud dubius, quin Eumenes civitatem quoque ſuam Perſei criminibus junxiſſet. Itaque omni modo per patronos hoſpiteſque diſceptandi cum rege locum in ſenatu quærebat. Quod quum contigiſſet, [4] libertate intemperantius invectus in regem, quod Lyciorum gentem adverſus Rhodios concitaſſet, graviorque Aſiæ eſſet, quam Antiochus fuiſſet; popularem quidem ac gratam populis Aſiæ (nam eo quoque jam favor Perſei venerat) orationem habuit: cæterum inviſam ſenatui, inutilemque ſibi & civitati ſuæ. Eumeni vero conſpiratio adverſus eum [5] favorem apud Romanos fecit. ita omnes ei honores habiti, donaque quam ampliſſima data, cum ſella
15 curuli atque eburneo ſcipione. Legationibus dimiſſis, quum Harpalus, [6] quanta eximia celeritate poterat, regreſſus in Macedoniam, nunciaſſet regi; nondum quidem parantes bellum reliquiſſe ſe Romanos, ſed ita infeſtos,

1 *Exaſperavit animos ferocia animi Harpali*] Lege: *ferocia nimia Harpali.* J. F. Gron.

2 *Harpali qui princeps legationis*] Appianus: Ἁρπαλόντε πεμφθέντα παρὰ Περσέως εἰς ἀντιλογίαν Εὐμένους ϗ Ῥοδίων τινὰ πρεσβευτῶν. *Urſinus.*

3 *Et legatio Rhodiorum erat*] Videtur deeſſe: *Inter cæteras & legatio Rhodiorum:* aut quid ſimile. *J. F. Gron.*

4 *Libertate intemperantius invectus*] Lege: *intemperanti.* Appianus: ἀγαν-ακτοῦντες ϗ παῤῥησίᾳ χρώμενοι πλέον. *Idem.*

5 *Favorem apud Romanos fecit*] Forte *auxit.* Jam enim ante ſatis erat favorabilis. *Idem.*

6 *Quanta eximia celeritate poterat*] Lege: *quanta maxima.* Ut lib. 10. *Quanto maximo poſſent impetu incurrerent.* Et, *quanta maxima vi poſſet, Cominium oppugnare.* Sic & Muretus. *Idem.*

1 *Pre-*

feſtos, ut facile appareret non dilaturos; & ipſe, præterquam quod & ita credebat futurum, jam etiam volebat, in flore virium ſe credens eſſe. Eumeni ante omnes infeſtus erat: à cujus ſanguine ordiens bellum, Euandrum Cretenſem ducem auxiliorum, & Macedonas tres aſſuetos miniſteriis talium facinorum, ad cædem regis ſubornat: literaſque eis dat ad Praxo hoſpitam, principem auctoritate & opibus Delphorum. Satis conſtabat, Eumenem, ut ſacrificaret Apollini, Delphos aſcenſurum. [1] Progreſſi cum Euandro inſidiatores, nihil aliud ad peragendum inceptum, quam loci opportunitatem, omnia circumeuntes, quærebant. Aſcendentibus [2] ad templum à Cirra priuſquam perveniretur ad frequentia ædificiis loca, maceria erat ab læva ſemitæ paulum extans à fundamento, qua ſinguli tranſirent, dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. poſt maceriam ſe abdiderunt, gradibus aſtructis, ut ex ea, velut è muro, tela in prætereuntem conjicerent. [3] Primo à mari circumfuſa turba amicorum ac ſatellitum procedebat: deinde extenuabant paulatim anguſtiæ agmen. Ubi ad eum locum ventum eſt, qua ſingulis eundum erat, primus ſemitam ingreſſus Pantaleon Ætoliæ princeps, cum quo inſtitutus regi ſermo erat. Tum inſidiatores exorti, ſaxa duo ingentia devolvunt: [4] quorum altero caput ictum eſt regi; altero humerus ſopitus; ex ſemita proclivi in declive multis ſuper prolapſum jam ſaxis congeſtis. & cæteri quidem etiam amicorum & ſatellitum, poſtquam cadentem videre, diffugiunt: Pantaleon conſtanter impavidus manſit ad protegendum regem. Latrones, quum 16
brevi

1 *Progreſſi cum Euandro*] Forte, *Pragreſſi*. J. F. Gron.

2 *Ad templum à Cirrha*] Appianus: αὐτὸς δ' ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπανιὼν ἐκ Κίῤῥας ἐς Δελφοὺς ἀνέβαινε θύσων· καὶ αὐτῷ τέσσαρες ἄνδρες ὑπὸ τὸ τειχίον ὑποστάντες ἐπεκύλινδον. *Urſinus.*

3 *Primo à mari circumfuſa*] An, *Primo agmine circumfuſa.* J. F. Gron.

4 *Quorum altero caput ictum eſt regi, altero humerus ſopitus*] Iterum: *Tollentes ſopitum vulnere ac nihil ſentientem.* *Sopitum* dicit id, cui ſenſus ablatus eſt, propterea quod ſomno conſopiti nihil ſentimus. *Turneb.*

brevi circumitu maceriæ decurrere ad conficiendum ſaucium poſſent, velut perfecta re, in jugum Parnaſſi refugerunt, eo curſu, ut, quum unus, non facilè ſequendo per invia atque ardua, moraretur fugam eorum, ne comprenſo indicium emanaret, occiderint comitem. Ad corpus regis primo amici, deinde ſatellites ac ſervi concurrerunt; tollentes ſopitum vulnere, ac nihil ſentientem. Vivere tamen ex calore & ſpiritu remanente in præcordiis ſenſerunt; victurum exigua ac prope nulla ſpes erat. Quidam ex ſatellitibus ſecuti latronum veſtigia, quum uſque ad jugum Parnaſſi nequicquam fatigati perveniſſent; re infecta redierunt. Aggreſſi facinus Macedones ut inconſultè, ita audacter cœptum, nec conſultè & timidè reliquerunt. Compotem jam ſui regem, amici poſtero die deferunt ad navem: inde Corinthum: à Corintho per Iſthmi jugum navibus traductis Æginam trajiciunt. Ibi adeo ſecreta ejus curatio fuit, admittentibus neminem, ut fama mortuum in Aſiam perferret. Attalus quoque celerius, quam dignum concordia fraterna erat, credidit. nam & cum uxore fratris, & præfecto arci, tanquam jam haud dubius regni hæres, eſt locutus. Quæ poſtea non fefellere Eumenem: & quamquam diſſimulare & tacitè habere id patique ſtatuerat, [1] tamen in primo congreſſu non temperavit, quin uxoris petendæ præmaturam feſtinationem fratri objiceret. Romam
17 quoque fama de morte Eumenis perlata eſt. Sub idem tempus C. Valerius ex Græcia, qui legatus ad viſendum ſtatum regionis ejus, ſpeculandaque conſilia Perſei regis miſſus erat, rediit; congruentiaque omnia criminibus ab Eumene allatis referebat. ſimul & adduxerat ſecum Praxo à Delphis, cujus domus receptaculum latronum fuerat: & L. Rammium Brundiſinum, qui talis indicii dela-

1 *Tamen in primo congr. non t. quin--- fratri objiceret*] Sic Plutarchus in apophtheg. ὁ δὲ Εὐμένης φιλοφρόνως ἀσπασάμενος αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸ οὖς εἰπών· Μὴ σπεῦδε γῆμαι, πρὶν τελευτήσαντα ἴδῃς. *Sigonius.*

delator erat. Princeps Brundiſii Rammius fuit; hoſpitio quoque & duces Romanos omnes, & legatos, exterarum quoque gentium inſignes, præcipuè regios, accipiebat. ex eo notitia ei cum abſente Perſeo fuerat: literiſque ſpem amicitiæ interioris magnæque inde fortunæ facientibus, ad regem profectus; brevi perfamiliaris haberi, trahique magis quam vellet in arcanos ſermones eſt cœptus. Promiſſis enim ingentibus præmiis petere inſtitit ab eo rex, *Quoniam duces omnes legatique Romani hoſpitio ejus uti aſſueſſent, quibus eorum ipſe ſcripſiſſet, ut venenum dandum curaret. cujus ſcire ſe comparationem plurimum difficultatis & periculi habere, pluribus conſciis comparari. eventu præterea incerto eſſe, ut aut ſatis efficacia* [1] *ad rem peragendam, aut tuta ad rem celandam dentur. Se daturum, quod nec in dando, nec datum, ullo ſigno deprendi poſſet.* Rammius veritus ne, ſi abnuiſſet, primus ipſe veneni experimentum eſſet, facturum pollicitus proficiſcitur. nec Brundiſium ante redire, quam convento C. Valerio legato, qui circa Chalcidem eſſe dicebatur, voluit. Ad eum primum indicio delato, juſſu ejus Romam ſimul venit. Introductus in curiam, quæ acta erant expoſuit.
Hæc ad ea, quæ ab Eumene delata erant, acceſſere, quo 18
maturius hoſtis Perſeus judicaretur. quippe quem non juſtum modo apparare bellum regio animo; ſed per omnia clandeſtina graſſari ſcelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant. Belli adminiſtratio ad novos conſules rejecta eſt: in præſentia tamen Cn. Sicinium prætorem, cujus inter cives & peregrinos juriſdictio erat, ſcribere milites placuit; qui Brundiſium ducti primo quoque tempore Apolloniam in Epirum trajicerentur,

1 *Ad rem peragendam aut tuta ad rem celandam dentur*] Non ſit religio delere τὸ *rem* poſteriore loco: quod ſæpius jam ex veterum librorum auctoritate fecimus. Non ovum ovo ſimilius atque præſentibus verbis illud lib. 33. 28. *Non tam idoneum ad celandam rem eum videri ſibi quam ad agendam rem fuerit.* Sic enim prima editio. Gelenius recte alterum delevit. Forte & malis, *efficax, tutum, detur.* J. F. Gron.

tur, ad occupandas maritimas urbes, ubi conſul, cui provincia Macedonia obveniſſet, [1] claſſem appellere tuto & copias per commodum exponere poſſet. Eumenes aliquamdiu Æginæ retentus periculoſa & difficili curatione, quum primum tuto potuit, profectus Pergamum, præter priſtinum odium recenti etiam ſcelere Perſei ſtimulante, ſumma vi parabat bellum. Legati eo ab Roma, gratulantes quod è tanto periculo evaſiſſet, venerunt. Quum Macedonicum bellum in annum dilatum eſſet, cæteris prætoribus jam in provincias profectis, M. Junius, & Sp. Lucretius, quibus Hiſpaniæ provinciæ obvenerant, fatigato ſæpe idem petendo ſenatu, tandem pervicerunt, ut ſupplementum ſibi ad exercitum daretur. tria millia peditum, centum & quinquaginta equites in Romanas legiones, in ſocialem exercitum quinque millia peditum, & trecenti equites, imperare ſociis juſſi. Hoc copiarum in Hiſpanias cum prætoribus novis portatum eſt.

19 Eodem anno quia per recognitionem Poſtumii conſulis magna pars agri Campani, quem privati ſine diſcrimine paſſim poſſederant, recuperata in publicum erat, M. Lucretius tribunus plebis promulgavit, ut agrum Campanum cenſores fruendum locarent. quod factum tot annis poſt captam Capuam non fuerat, ut in vacuo vagaretur cupiditas privatorum. Quum in exſpectatione ſenatus eſſet, bello etſi non indicto, tamen jam decreto, qui regum ſuam, Perſei qui ſecuturi amicitiam eſſent, legati Ariarathis, puerum filium regis ſecum adducentes, Romam venerunt. quorum oratio fuit, *regem educandum filium Romam miſiſſe, ut jam inde à puero aſſueſceret moribus Romanis, hominibuſque. Petere, ut eum non ſub hoſpitum modo privatorum cuſtodia, ſed publicæ etiam curæ ac velut tutelæ vellent eſſe.* Ea regis legatio grata ſenatui fuit. Decreverunt, ut Cn. Sicinius prætor ædes inſtructas locaret,

1 *Claſſem app. tuto, & c. per commoda*] *Percommode*: reſpondet enim voci, *tuto*. Sigonius.

1 *Co-*

caret; ut filius regis comiteſque ejus habitare poſſent.
Et Thracum legatis, apud ſe diſceptantibus, & ſocieta-
tem amicitiamque petentibus; & quod petebant, datum
eſt, & munera binum millium æris ſummæ in ſingulos
miſſa. Hos utique populos, quod ab tergo Macedoniæ
Thracia eſſet, aſſumptos in ſocietatem gaudebant. Sed
ut in Aſia quoque & inſulis explorata omnia eſſent, Ti.
Claudium Neronem, M. Decimium legatos miſerunt.
adire eos Cretam, & Rhodum juſſerunt, ſimul renovare
amicitiam, ſimul ſpeculari, num ſollicitati animi ſocio-
rum ab rege Perſeo eſſent. In ſuſpenſa civitate ad ex- 20
ſpectationem novi belli, nocturna tempeſtate [1] columna
roſtrata in Capitolio, bello Punico priore poſita à M.
Æmilio conſule, cui collega Ser. Fulvius fuit, tota ad
imum fulmine diſcuſſa eſt. Ea res, prodigii loco habita,
ad ſenatum relata eſt. Patres ad aruſpices referre, & de-
cemviros adire libros juſſerunt. [2] Decemviri luſtrandum
oppidum, ſupplicationem obſecrationemque habendam,
victimis majoribus ſacrificandum, & in Capitolio Romæ
& in Campania ad Minervæ promontorium, renuncia-
runt: ludos per decem dies Jovi optimo maximo primo
quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta. aruſpi-
ces, in bonum verſurum id prodigium, prolationemque
finium, & interitum perduellium portendi reſponderunt;
quod ex hoſtibus ſpolia fuiſſent ea roſtra, quæ tempeſtas
disjeciſſet. Acceſſerunt, quæ cumularent religiones
animis. Saturniæ nunciatum erat, ſanguine per triduum
in oppido pluiſſe: Calatiæ aſinum tripedem natum: &
taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanima-
tos. Oximi terra pluiſſe. Horum quoque prodigiorum
cauſſa

1 *Columna roſtrata in Capit. bello Punico conſule, cui coll.*] Et hic locus mancus ita ſanari fortaſſe poſſit. *Columna roſtrata in Capitolio bello Punico priore poſita à M. Æmilio conſule, cui collega Ser. Fulvius fuit.* Hi autem conſules fuerunt anno V. C. CDXCV. de quibus Caſſiodorus, & Capitolini auctores. *Sigonius.*

2 *Decemviri luſtrandum oppidum, &c.*] Sic lib. 22 prodigiis aliis ex alio loco nunciatis, tamen Ardeæ ſacrificatum ait: *Decemviri in foro Ardeæ majoribus hoſtiis ſacrificarunt.* Idem.

cauſſa res divinæ factæ, & ſupplicatio unum diem feriæ-
21 que habitæ. Conſules ad id tempus in provincias non exierant: quia neque uti de M. Popillio referrent ſenatui obſequebantur, & nihil aliud decernere prius, ſtatutum Patribus erat. Aucta etiam invidia eſt Popillii literis ejus, quibus iterum cum Statiellatibus Liguribus proconſul [1] pugnaſſe ſe ſcripſit, ac ſe decem millia eorum occidiſſe. propter cujus injuriam belli, cæteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. Tum vero non abſens modo Popillius, qui deditis contra jus ac fas bellum intuliſſet, [2] & pacatos ad rebellium incitaſſet, ſed conſules, quod non exirent in provinciam, in ſenatu increpiti. hoc conſenſu Patrum accenſi, M. Marcius Sermo, & Q. Marcius Scylla, tribuni plebis, & conſulibus mulctam ſe dicturos, niſi in provinciam exirent, denunciarunt: & rogationem, quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in ſenatu recitarunt. Sanciebatur, [3] ut qui ex Statiellis deditis in libertatem reſtitutus ante Calendas Sextiles primas non eſſet, [4] cujus dolo malo is in ſervitutem veniſſet, [5] ut juratus ſenatus decerneret, qui eam rem quæreret, animadverteretque. Ex auctoritate deinde ſenatus eam rogationem promulgarunt. Priuſquam proficiſcerentur conſules, C. Cicereio prætori prioris anni ad ædem Bellonæ ſenatus datus eſt. Is expoſitis, quas in Corſica res geſſiſſet, poſtulato-

que

1 *Pugnaſſe ſe ſcripſit ac ſe decem millia, &c.*] Forte, *ſedecim*. Ingrata enim auribus accidit repetitio voculæ *ſe* tam propinquis in locis. *Jac. Perizon.*

2 *Et pacatos ad rebellandum incitaſſet*] Hoc ab ultima Gruteri inolevit. Priores omnes, ut & fuit in unico codice: *ad rebellium incitaſſet*. quod doctiſſimo viro diſplicuiſſe nollem, ſi tamen ab ipſo hæc mutatio eſt. Ut *contagium* & *contagio*, *conſortium* & *conſortio*, *oblivium* & *oblivio*, *obſidium* & *obſidio*, ſic & *rebellium* & *rebellio* commodiſſime dicuntur. *J. F. Gron.*

3 *Ut qui ex Statiellis deditis*] Ego haud video quorſum iteratio particulæ *Ut* in his verbis, inquit vir doctus. At norat id Livius. Sic ſequenti capite: *SC. factum eſt, ut qui Ligurum poſt Q. Fulvium L. Manlium conſules hoſtes non fuiſſent, ut eos*. Sic etiam cap. 28 & 30. Adde quæ lib. 28, 9. *Idem.*

4 *Cujus dolo is in ſervitutem veniſſet*] Scribe: *cujus dolo is in ſervitute manſiſſet.* Idem.

5 *Ut juratus Senatus decerneret*] Pighius, *ut rogatus ſenatus decerneret.* Inepte ac ſine ſenſu. Alterum unde intelligas, habes ad lib. 26, 34. *Idem.*

1 *Exer-*

que fruſtra triumpho, in monte Albano, quod jam in morem venerat ut ſine publica auctoritate fieret, triumphavit. Rogationem Marciam de Liguribus magno conſenſu plebes ſcivit juſſitque. ex eo plebiſcito C. Licinius prætor conſuluit ſenatum, quem quærere ex rogatione vellet. Patres ipſum eum quærere juſſerunt. Tum demum conſules in provinciam profecti ſunt, 22
[1] exercitumque à M. Popillio ceperunt. Neque tamen M. Popillius reverti Romam audebat, ne cauſſam diceret adverſo ſenatu, infeſtiore populo, apud prætorem, qui de quæſtione in ſe poſita ſenatum conſuluiſſet. Huic detrectationi ejus, tribuni plebis alterius rogationis denunciatione occurrerunt: ut, ſi non [2] ante Idus Novembris in urbem Romam introiſſet, de abſente eo C. Licinius ſtatueret ac judicaret. Hoc tractus vinculo quum rediſſet, ingenti cum invidia in ſenatum venit. Ibi quum laceratus jurgiis multorum eſſet, ſenatuſconſultum factum eſt, ut qui Ligurum poſt Q. Fulvium, L. Manlium conſules hoſtes non fuiſſent, ut eos C. Licinius, Cn. Sicinius prætores in libertatem reſtituendos curarent, agrumque iis trans Padum conſul C. Popillius daret. Multa millia hominum hoc ſenatuſconſulto reſtituta in libertatem, traductiſque Padum ager eſt aſſignatus. M. Popillius rogatione Marcia bis apud C. Licinium cauſſam dixit: tertio prætor, gratia conſulis abſentis & Popilliæ familiæ precibus victus, Idibus Martiis adeſſe reum juſſit, quo die novi magiſtratus inituri erant honorem: ne diceret jus, qui privatus futurus eſſet. Ita rogatio de Liguribus

1 *Exercitumque à M. Popillio ceperunt*] Captus una ſyllaba locus. Scribe: *à M. Popillio acceperunt.* Sic enim Latine loquimur, lib. 36. *M. Æmilius Lepidus a L. Valerio, cui ſucceſſurus eſſet, ſimul provinciam exercitumque accipere juſſus.* Nihil frequentius noſtro. Cicero lib. 13 ad Att. epiſtola ad Pompejum: *Vidi T. Ampium delectum habere diligentiſſime, ab eo accipere Libonem.* Curtius lib. 3. *Ut omnes peregrinos milites, in quis plurimum habebat ſpei, à Pharnabazo acciperet.* J. F. Gron.

2 *Ante Idus Novembris in urbem Romam introiſſet*] Sic primum exemplar. Poſtea deleverunt τὰ *in urbem.* Male. Plautus Amphit. 2. *Quin introire in ædes nunquam licitum eſt.* Milite 4, 4. *Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.* Idem.

23 bus arte fallaci eluſa eſt. Legati Carthaginienſes eo tempore Romæ erant, & Guluſſa[1] filius Maſiniſſæ: inter eos magnæ contentiones in ſenatu fuêre. Carthaginienſes querebantur, *præter agrum, de quo ante legati ab Roma,* [2] *qui in re præſenti cognoſcerent, miſſi eſſent, amplius ſeptuaginta oppida caſtellaque agri Carthaginienſis biennio proximo Maſiniſſam vi atque armis poſſediſſe. Id illi, cui nihil penſi ſit, facile eſſe. Carthaginienſes fœdere illigatos ſilere. Prohiberi enim extra fines efferre arma. Quamquam ſciant in ſuis finibus, ſi inde Numidas pellerent, ſe geſturos bellum; illo haud ambiguo capite fœderis deterreri, quo diſerte vetentur cum ſociis populi Romani bellum gerere. Sed jam ultra ſuperbiam, crudelitatemque, & avaritiam ejus,* [3] *non pati poſſe Carthaginienſes. miſſos eſſe qui orarent ſenatum, ut trium harum rerum unam ab ſe impetrari ſinerent: ut vel ex æquo apud ſocium populum, quid cujuſque eſſet, diſceptarent: vel permitterent Carthaginienſibus, ut adverſus injuſta arma pio juſtoque ſe tutarentur bello: vel ad extremum, ſi gratia plus quam veritas apud eos valeret, ſemel ſtatuerent; quid donatum ex alieno Maſiniſſæ vellent. Modeſtius certe daturos eos, & ſcituros quid dediſſent: ipſum nullum, præterquam ſuæ libidinis arbitrio, finem facturum. Horum ſi nihil impetrarent, & aliquod ſuum poſt datam à P. Scipione pacem delictum eſſet, ipſi potius animadverterent in ſe. Tutam ſervitutem ſe ſub dominis Romanis, quam libertatem expoſitam ad injurias Maſiniſſæ malle. Perire namque ſemel ipſis ſatius eſſe, quam ſub acerbiſſimi carnificis arbitrio ſpiritum ducere.* Sub hæc

1 *Filius Maſiniſſa*] Video propter auctoritatem Græcorum *Maſſaniſam* vulgo in Livio hodie ſcribi. Sed, ut ſæpe teſtificor, longe aliter iſta Græci pronunciant quam Latini, & Silius Italicus lib. 7. *Fervidus ingenii Maſiniſſa & fervidus ævi*, ſcribens, vulgo receptam comprobat ſcripturam. *Turnebus.*

2 *Qui re præſenti cognoſcerent*] *In re præſenti*, legendum. Liv. lib. 34. *Miſſuros ſe in Africam, qui inter Carthaginienſes, & regem in re præſenti diſceptarent.* Legi etiam exemplum tabulæ cujuſdam æneæ perantiquæ in agro Genuate repertæ, ubi ita eſt: *De. controverſiis. inter. Genuateis. &. Veiturios. in. re. præſente. cognoverunt, &. coram. inter. eos. controverſias. compoſuerunt.* Sigonius.

3 *Non pati poſſe. Carthaginienſes miſſos eſſe.*] Lege: *non pati poſſe Carthaginienſes. Miſſos ſeſe, qui orarent ſenatum.* J. F. Gron.

1 Non

hæc dicta lacrimantes procubuerunt, ſtratique humi, [1] non ſibi magis miſericordiam, quam regi * Interrogari 24
Guluſſam placuit, quid ad ea reſponderet, aut, ſi prius mallet, expromeret, ſuper qua re Romam veniſſet. Guluſſa, *Neque ſibi facile eſſe*, dixit, *de iis rebus agere, de quibus nihil mandati à patre haberet: neque patri facile fuiſſe mandare, quum Carthaginienſes nec de qua re acturi eſſent, nec omnino ituros ſe Romam, indicaverint. In æde Æſculapii clandeſtinum eos per aliquot noctes conſilium principum habuiſſe, unde præterea legatos occultis cum mandatis Romam mitti. Eam cauſſam fuiſſe patri mittendi ſe Romam;* [2] *qui deprecaretur ſenatum, ne quid communibus inimicis criminantibus ſe crederent, quem ob nullam aliam cauſſam, niſi propter conſtantem fidem erga populum Romanum odiſſent.* His utrimque auditis, ſenatus, de poſtulatis Carthaginienſium conſultus, reſpondere ita juſſit: *Guluſſam placere extemplo in Numidiam proficiſci: & nunciare patri, ut de iis, de quibus Carthaginienſes querantur, legatos quamprimum ad ſenatum mittat: denuncietque Carthaginienſibus, ut ad diſceptandum veniant. Si aliquid poſſent Maſiniſſæ honoris cauſſa, & feciſſe & facturos eſſe: jus gratiæ non dare. Agrum, qua cujuſque ſit, poſſideri velle: nec novos ſtatuere fines,* [3] *ſed veteres obſervari, in animo habere. Carthaginienſibus victis ſe & urbes & agros conceſſiſſe, non ut in pace eriperent per injuriam, quæ jure belli non ademiſſent.* Ita regulus Carthaginienſeſque dimiſſi. Munera ex inſtituto data utriſque, aliaque hoſpitalia comiter conſervata.
Sub idem tempus Cn. Servilius Cæpio, Ap. Claudius 25
Cento, T. Annius Luſcus, legati, ad res repetendas in Macedoniam, [4] renunciandamque amicitiam regi miſſi, redie-

1 *Non ſibi magit miſ. quam regi * Int. Guluſſ.*] Expleveris ſenſum ſi ita leges: *Non ſibi magis miſericordiam, quam regi invidiam concitarunt. Deinde interrogari Guluſſam placuit.* Sigonius.

2 *Qui deprecarentur*] *Deprecaretur*, perſpicue. *Idem.*

3 *Sed veteres obſervari in animo habere*] Immo, *obſervare.* J. F. Gron.

4 *Renunciandamque amicitiam regis miſſi*] *Regi* legendum eſt. Sic enim lib. 38. *Decreverunt renunciare ſocietatem Achæis.* Et lib. 35. *Badium Campanum T. Quintio Criſpino Romano renunciare hoſpitium.* Suet. in Caligula. *Ac ne tum quidem ultra progreſſus eſt, quam ut amicitiam ei more majorum renunciaret.* Sigonius.

1 *Sua*

redierunt: qui jam [1] ſua ſponte infeſtum Perſi ſenatum inſuper accenderunt, relatis ordine quæ vidiſſent, quæque audiſſent. *Vidiſſe ſe per omnes urbes Macedonum ſumma vi parari bellum. Quum ad regem perveniſſent, per multos dies conveniendi ejus poteſtatem non factam: poſtremo quum deſperato jam colloquio profecti eſſent, tum demum ſe ex itinere revocatos, & ad eum introductos eſſe. Suæ orationis ſummam fuiſſe, fœdus cum Philippo ictum, cum ipſo eo poſt mortem patris renovatum: in quo diſerte prohiberi eum extra fines arma efferre, prohiberi ſocios populi Romani laceſſere bello.* Expoſita deinde ab ſe ordine, quæ ipſi nuper in ſenatu Eumenem vera omnia & comperta referentem audiſſent. *Samothraciæ præterea per multos dies occultum conſilium cum legationibus civitatium Aſiæ regem habuiſſe. Pro his injuriis ſatisfieri ſenatum æquum cenſere, reddique ſibi res ſociiſque ſuis, quas contra jus fœderis habeat. Regem ad ea primo accenſum ira inclementer locutum; avaritiam ſuperbiamque Romanis objicientem frequenter: quod alii ſuper alios legati venirent ſpeculari dicta factaque ſua, quod ſe ad nutum imperiumque eorum omnia dicere ac facere æquum cenſerent. Poſtremo, multum ac diu vociferatum, reverti poſtero die juſſiſſe. ſcriptum ſe reſponſum dare velle.* Tum ita ſibi ſcriptum traditum eſſe: *Fœdus cum patre ictum, ad ſe nihil pertinere. Id ſe renovari, non quia probaret, ſed quia in nova poſſeſſione regni patienda omnia eſſent, paſſum.* *Si*

1 *Sua ſponte infeſtum Perſeo ſenatum accenderunt*] Sic prave recentiores: nam in ſcripto fuit, ut in Aldina: *infeſtum Perſi ſenatum.* Eadem fraus innexa capite ſequenti: *Illyrios ſpeculatores Romæ eſſe Perſe auctore miſſos.* Cap. 52. *Diu meditatum Philippo primum, deinde & Perſi Romanum bellum.* Lib. 43, 7. *Patienda eſſe ducant potius quam ſe dedant Perſi.* Et iterum ſequente: *bellum Perſi & ante Philippo patri ejus intuliſſe populum Romanum.* Sic ubique Aldina, ſequens primam editionem, ubi nunc vulgo habemus: *Perſeo.* Lib. 45. 19. *Altero nec Romanis nec Perſi fido ſocio.* Ubi fecerunt, *Perſei.* Auguſtinus lib. 3 de Civitate Dei cap. 11. *Retulerunt tale prodigium & Antiochi & Perſidis bello in eodem apparuiſſe figmento.* Pro *Perſidis,* alii *Xerxis*, Lud. Vives *Perſæ:* ſed membranæ Noricæ: *Perſi:* quod verum eſt. Etenim & *Perſes* & *Perſa* dicimus, non tantum *Perſeus*, à quo & patrio caſu *Perſi.* Salluſtius lib. 1 Hiſtor. *Bellum Perſi Macedonicum.* Ut *Achilli*, *Ulyſſi* apud Virgilium. *Euripidi*, *Theodecti*, *Mithridati*, *Sophocli* (quod à mſſ. & reſtituendum lib. 13, 17. *& in Tragœdia Sophocli ſcriptus eſt*) apud A. Gellium: immo & *Themiſtocli*, *Ariſtoteli*, *Theophani*, *Ariobarzani* eodem caſu apud Ciceronem. *J. F. Gron.*

1 *Nec*

Si novum fœdus ſecum facere vellent; convenire prius de conditionibus debere: & ſi in animum inducerent, ut ex æquo fœdus fieret; & ſe viſurum quid ſibi faciundum eſſet, & illos, credere reipublicæ conſulturos. Atque ita ſe proripuiſſe, & ſummoveri è regia omnes cœptos. Tum ſe amicitiam & ſocietatem renunciaſſe. qua voce eum accenſum reſtitiſſe, atque voce clara denunciaſſe ſibi, ut triduo regni ſui decederent finibus. Ita ſe profectos: [1] *nec ſibi aut venientibus aut manentibus quicquam hoſpitaliter aut benigne factum.* Theſſali deinde Ætolique legati auditi. Senatui, ut ſcirent quam primum quibus ducibus uſura reſpublica eſſet, literas mitti conſulibus placuit: [2] ut uter eorum poſſet, Romam ad magiſtratus creandos veniret. Nihil magnopere, quod memorari attineat, rei pu- 26
blicæ eo anno conſules geſſerant. magis è republica viſum erat, comprimi ac ſedari exaſperatos Ligures. Quum Macedonicum bellum exſpectaretur, Gentium quoque Illyriorum regem ſuſpectum Iſſenſes legati fecerunt: ſimul queſti, fines ſuos ſecundo populatum, ſimul nunciantes, uno animo vivere Macedonum atque Illyriorum regem. communi conſilio parare Romanis bellum: & ſpecie legatorum Illyrios ſpeculatores Romæ eſſe, Perſe auctore miſſos, ut quid ageretur ſcirent. Illyrii vocati in ſenatum. qui quum legatos ſe eſſe miſſos ab rege dicerent ad purganda crimina, ſi qua de rege Iſſenſes deferrent; quæſitum, ecquid ita non adiſſent magiſtratum, ut ex inſtituto [3] loca, lautia, acciperent: ſciretur denique veniſſe eos, & ſuper qua re veniſſent? Hæſitantibus in reſponſo, ut curia excederent dictum. Reſponſum, tanquam legatis, ut qui adire ſenatum non poſtulaſſent, dari non placuit: mittendoſque ad regem legatos cenſuerunt, qui nunciarent, [4] qui ſocii quererentur apud ſenatum exuſtum

1 *Nec ſibi aut venientibus aut moventibus*] Placet lectio Florebelli; *aut venientibus, aut manentibus.* Sigonius.

2 *Ut uter eorum eſſet*] Lege, *poſſit.* J. F. Gron.

3 *Loca, lautia acciperent*] Legendum arbitror, *loca & lautia:* quod eſt, hoſpitium & munera. *Turnebus.*

4 *Qui ſocii quererentur*] Videtur fuiſſe: *qui nuntiarent, quod ſocii quererentur apud ſenatum exuſtum a rege agrum, non æquum eum facere, qui ab ſociis ſuis non abſti-*

ſtum à rege agrum. non æquum eum facere qui ab ſociis ſuis non abſtineret injuriam. In hanc legationem miſſi, A. Terentius Varro, C. Plætorius, C. Cicereius. Ex Aſia, qui circa ſocios reges miſſi erant, legati redierunt, qui renunciarunt, *Eumenem in ea, Antiochum in Syria,* [1] *Ptolemæum in Alexandria ſeſe conveniſſe. Omnes ſollicitatos legationibus Perſei, ſed egregie in fide permanere, pollicitoſque omnia, quæ populus Romanus imperaſſet, præſtaturos. & civitates ſocias adiſſe: cæteras ſatis fidas; ſolos Rhodios fluctuantes & imbutos Perſei conſiliis inveniſſe.* Venerant Rhodii legati ad purganda ea quæ vulgo jactari de civitate ſciebant: cæterum ſenatum iis dari, quum novi conſules magiſtratum
27 iniſſent, placuit. Belli apparatum non differendum cenſuerunt. C. Licinio prætori negotium datur, ut ex veteribus quinqueremibus in navalibus Romæ ſubductis, quæ poſſent uſui eſſe, reficeret; pararetque naves quinquaginta. Si quid ad eum numerum explendum deeſſet, C. Memmio collegæ in Siciliam ſcriberet, ut eas, quæ in Sicilia naves eſſent reficeret atque expediret, ut Brundiſium primo quoque tempore mitti poſſent. Socios navales libertini ordinis in viginti & quinque naves ex civibus Romanis C. Licinius prætor ſcribere juſſus. in quinque & viginti parem numerum Cn. Sicinius ſociis imperaret: idem Prætor peditum octo millia, quadringentos equites à ſociis Latini nominis exigeret. Hunc militem qui Brundiſii acciperet, atque in Macedoniam mitteret, A. Atilius Serranus, qui priore anno prætor fuerat, deligitur: [2] Cn. Sicinius prætor qui exercitum paratum

abſtineret injuriam. Tò *Quod* eſt quoniam. Ut apud Petronium: *Encolpion quod quæris, ſcito à me in navem tuam eſſe perductum.* Ubi male corrigunt *quem quæris.* Cicero ad Quintum 3, 5. *Quod quæris, quid de illis libris egerim, quos cum eſſem in Cumano, ſcribere inſtitui, non ceſſavi neque ceſſo.* Silius Italicus lib. 11 verſ. 327. *ſummum quod credis & æquas Hannibalem ſuperis, ô quantum nomine major Jam Pœno tibi natus erit.* Sic Mſſ. & prima editio. Suppoſuerunt, *tu credis.* J. F. Gron.

1 *Ptolemæum in Alexandria*] Scribe: *Ptolemæum Alexandriæ conveniſſe ſeſe.* Id.

2 *Cn. Sicinius qui exercitum*] Scribe: *deligitur. Cn. Sicinius prætor quo exercitum paratum ad trajiciendum haberet, C. Popilio conſuli ex auctoritate ſenatus C. Licinius prætor ſcribit, ut & legionem,* &c. Idem.

4 Et

ratum ad trajiciendum haberet. C. Popillio conſuli ex auctoritate ſenatus C. Licinius prætor ſcribit, ut & legionem ſecundam, quæ maxime veterana in Liguribus erat, [1] & sociûm Latini nominis quatuor millia peditum, ducentos equites Idibus Februariis Brundiſii adeſſe juberet. Hac claſſe & hoc exercitu Cn. Sicinius provinciam Macedoniam obtinere, donec ſucceſſor veniret juſſus: prorogato in annum imperio. Ea omnia, quæ ſenatus cenſuit, impigrè facta ſunt. Duodequadraginta quinqueremes ex navalibus deductæ. qui deduceret eas Brundiſium, [2] L. Porcius Licinus præpoſitus: duodecim ex Sicilia miſſæ. Ad frumentum claſſi exercituique coemendum in Apuliam Calabriamque tres legati miſſi, Sex. Digitius, T. Juventius, M. Cæcilius. Ad omnia præparata Cn. Sicinius prætor, paludatus ex urbe profectus, Brundiſium venit. Exitu prope anni C. Popil- 28
lius conſul Romam rediit; aliquanto ſerius quam ſenatus cenſuerat: [3] cui primo quoque tempore magiſtratus creare, quum tantum bellum immineret, juſſum erat. Itaque non ſecundis auribus patrum auditus eſt conſul, quum in æde Bellonæ de rebus in Liguribus geſtis diſſereret. ſucclamationes frequentes erant, interrogationeſque, cur ſcelere fratris oppreſſos Ligures in libertatem non reſtituiſſet? Comitia conſularia, in quam edicta erant [4] diem, ante diem XII Calendas Martias ſunt habita. Creati conſules, P. Licinius Craſſus, C. Caſſius Longinus. Poſtero die prætores facti, C. Sulpicius Galba, L. Furius Philus, L. Canuleius Dives, C. Lucretius Gal-

1 *Et ſocios Latini nominis quatuor millia peditum*] Solet Livius dicere: *ſocium.* J. F. Gron.

2 *L. Porcius Licinius*] *Licinus*, ut antè. *Sigonius.*

3 *Cui primo quoque tempore*] Uſus loquendi dictat: *quippe primo quoque tempore magiſtratus creare, quum tantum bellum immineret, juſſus erat.* Vel, *quem juſſum erat.* J. F. Gron.

4 *Diem in ante diem Kalendas Martias*] Corruptiſſime & male Latine ſic Gruteri ultima, ex qua in citeriores eadem labes defluxit. Repone ex primo exemplari: *Comitia conſularia, in quam edicta erant diem, ante diem duodecimum Kal. Martias ſunt habita.* Idem.

Gallus, C. Caninius Rebilus, L. Villius Annalis. His prætoribus provinciæ decretæ: duæ jure Romæ dicendo, Hiſpania, & Sicilia, & Sardinia, [1] ut uni ſors integra eſſet, quo ſenatus cenſuiſſet. Conſulibus deſignatis imperavit ſenatus, ut, qua die magiſtratum iniſſent, hoſtiis majoribus rite mactatis precarentur, ut quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id proſperum eveniret. Eodem die decrevit ſenatus, C. Popillius conſul ludos per dies decem Jovi Opt. Max. voveret, donaque circa omnia pulvinaria dari, ſi reſpublica decem annos in eodem ſtatu fuiſſet. Ita ut cenſuerant, in Capitolio vovit conſul ludos fieri donariaque dari, quanta ex pecunia decreſſet ſenatus. quum centum & quinquaginta non minus adeſſent, præeunte verba Lepido pontifice maximo, id votum ſuſceptum eſt. Eo anno ſacerdotes publici mortui, L. Æmilius Papus decemvir ſacrorum, & Q. Fulvius Flaccus pontifex, qui priore anno fuerat cenſor. hic fœda morte periit. Ex duobus filiis ejus, qui tum in Illyrico militabant, nunciatum alterum deceſſiſſe, alterum gravi & periculoſo morbo ægrum eſſe. Obruit animum ſimul luctus, metuſque: mane ingreſſi cubiculum ſervi, laqueo dependentem invenere. Erat opinio, poſt cenſuram minus compotem fuiſſe ſui: vulgo Junonis Laciniæ iram ob ſpoliatum templum alienaſſe mentem ferebant. Suffectus in Æmilii locum decemvir, M. Valerius Meſſalla: in Fulvii, pontifex Cn. Domitius Ænobarbus, oppido adoleſcens ſacerdos lectus.
29 P. Licinio, C. Caſſio conſulibus, non urbs tantum Roma, nec terra Italia, ſed omnes reges civitateſque, quæ in Europa, quæque in Aſia erant, converterant animos in curam Macedonici ac Romani belli. Eumenem quum vetus odium ſti-

1 *Ut uni ſors integra eſſet, quo ſenatus cenſuiſſet*] Infra: *L. Furius Philus Sardiniam, C. Lucretio Gallo, quo ſenatus cenſuiſſet, ſors evenit.* Lib. 27. *P. Licinio Craſſo pontifici maximo peregrina, & quo ſenatus cenſuiſſet.* J.F. Gron.

1 *Quo*

ſtimulabat, tum recens ira, quod ſcelere ejus prope ut victima mactatus Delphis eſſet. Pruſias Bithyniæ rex ſtatuerat abſtinere armis, eventumque exſpectare. nam neque pro Romanis ſe æquum cenſere adverſus fratrem uxoris arma ferre: & apud Perſea victorem veniam per ſororem impetrabilem fore. Ariarathes Cappadocum rex, præterquam quod Romanis ſuo nomine auxilia pollicitus erat, ex quo eſt junctus Eumeni affinitate, in omnia belli paciſque ſe conſociaverat conſilia. Antiochus imminebat quidem Ægypti regno: & pueritiam regis, & inertiam tutorum ſpernens, & ambigendo de Cœleſyria, cauſſam belli ſe habiturum exiſtimabat, geſturumque ſine ullo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello, id bellum: tamen omnia & per ſuos legatos ſenatui, & ipſe legatis eorum eximiè pollicitus erat. Ptolemæus propter ætatem alieni etiam tum arbitrii erat. tutores & bellum adverſus Antiochum parabant, [1] quo vindicarent Cœleſyriam, & Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum. Maſiniſſa & frumento juvabat Romanos, & auxilia cum elephantis, Miſagenenque filium mittere ad bellum parabat. conſilia autem in omnem fortunam ita diſpoſita habebat; Si penes Romanos victoria eſſet, ſuas quoque in eodem ſtatu manſuras res, neque ultra quidquam movendum: non enim paſſuros Romanos vim Carthaginienſibus afferri. Si fractæ eſſent opes Romanorum, quæ tum protegerent Carthaginienſes, ſuam omnem Africam fore. Gentius rex Illyriorum fecerat potius cur ſuſpectus eſſet Romanis, quam ſatis ſtatuerat utram foveret partem; impetuque magis quam conſilio his aut illis ſe adjuncturus videbatur. Cotys Thrax, Odryſarum rex, evidenter

1 *Quo vindicarent Cœleſyriam*] Parvum eſt, ſed in priſco fuit: *Cœlemſyriam.* Sic lib. 32, 5 Petavianæ membranæ: *ad condendum Megalempolin.* Niſi utrobique mavis: *Cœlenſyriam*, *Megalenpolin.* Ut lib. 37. *Ad portum, quem Magiſten vocant.* Statim etiam vetus: *Miſagenenque filium.* J. F. Gron.

1 *De-*

30 ter Macedonum partis erat. Hæc ſententia regibus quum eſſet de bello, in liberis gentibus populiſque plebs utique omnis ferme, ut ſolet, [1] deterioribus erat ob regem Macedonaſque inclinata. principum diverſa cerneres ſtudia. pars ita in Romanos effuſi erant, ut auctoritatem immodico favore corrumperent: pauci ex iis juſtitia imperii Romani capti: plures ita, ſi præcipuam operam navaſſent, potentes ſeſe in civitatibus ſuis futuros rati. pars altera regiæ adulationis erat, quos æs alienum & deſperatio rerum ſuarum, eodem manente ſtatu, præcipites ad novanda omnia agebat: quoſdam ventoſum ingenium, quia Perſeus magis auræ popularis erat. tertia pars optima eadem & prudentiſſima, ſi utique optio domini potioris daretur, ſub Romanis quam ſub rege malebat eſſe. ſi liberum inde arbitrium fortunæ eſſet, neutram partem volebant potentiorem altera oppreſſa fieri: ſed illibatis potius viribus utriuſque partis, [2] pacem ex eo manere. ita inter utroſque optimam conditionem civitatium fore; protegente altero ſemper inopem ab alterius injuria. Hæc ſentientes, certamina fautorum utriuſque partis taciti ex tuto ſpectabant. Conſules, quo die magiſtratum inierunt ex Senatuſconſulto, quum circa omnia fana, in quibus lectiſternium majorem partem anni eſſe ſolet, majoribus hoſtiis immolaſſent, inde preces ſuas acceptas ab Diis immortalibus ominati, ſenatui ritè ſacrificatum, precationemque de bello factam, renunciarunt. Aruſpices ita reſponderunt, *ſi quid rei novæ inciperetur, id maturandum eſſe. victoriam, triumphum, prorogationem imperii portendi.* Patres, *quod fauſtum felixque populo*

1 *Deterioribus erat ob regem*] Poſſes, *deterioris erat.* Sed videtur in hoc vocabulo intelligi voluiſſe τὸ *ſtudiis.* Itaque diſtinguendum, & legendum: *plebs utique omnis ferme, ut ſolet, deterioribus erat ad regem Macedonaſque inclinata; principum diverſa cerneres ſtudia.* J.F. Gron.

2 *Pacem ex eo manere*] Lego: *ſed illibatis potius viribus utriuſque partis, pacem ex æquo manere.* Liberius vertit Polybium: ὧν μία μὲν ἦν τῶν οὐχ ἡδέως μὲν ὁρώντων κρινόμενα τὰ ὅλα, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἐξουσίαν ὑπὸ μίαν ἀρχὴν πίπτουσαν, οὔτε δὲ συνεργούντων οὔτ' ἀντιπραττόντων ἁπλῶς Ῥωμαίοις οὐδέν. *Idem.*

1 *Quod-*

pulo Romano eſſet, centuriatis comitiis primo quoque die ferre ad populum conſules juſſerunt, *ut quod Perſeus Philippi filius Macedonum rex adverſus fœdus cum patre Philippo ictum, & ſecum poſt mortem ejus renovatum, ſociis populi Romani arma intuliſſet, agros vaſtaſſet, urbeſque occupaſſet;* [1] *quodque belli parandi adverſus populum Romanum conſilia iniiſſet, arma, milites, claſſem ejus rei cauſa comparaſſet; ut, niſi de iis rebus ſatisfeciſſet, bellum cum eo iniretur.* Hæc rogatio ad populum lata 31
eſt. Senatuſconſultum inde factum eſt, *Ut conſules inter ſe provincias Italiam & Macedoniam compararent ſortirenturve. Cui Macedonia obveniſſet, ut is regem Perſea, quique ejus ſectam ſecuti eſſent, niſi populo Romano ſatisfeciſſent, bello perſequeretur.* Legiones quatuor novas ſcribi placuit, binas ſingulis conſulibus. Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum, quod quum alterius conſulis legionibus [2] quina millia & duceni equites ex vetere inſtituto darentur in ſingulas legiones, in Macedoniam ſena millia peditum ſcribi juſſa, equites treceni æqualiter in ſingulas legiones. & in ſociali exercitu conſuli alteri auctus numerus: ſexdecim millia peditum, octingentos equites (præter eos quos Cn. Sicinius duxiſſet, ſexcentos equites) in Macedoniam trajiceret. Italiæ ſatis viſa duodecim millia ſociorum peditum, ſexcenti equites. Illud quoque præcipuum datum ſorti Macedoniæ, ut centuriones militeſque veteres ſcriberet, quos vellet conſul uſque ad quinquaginta annos. In tribunis militum novatum eo anno propter Macedonicum bellum, quod conſules ex

Sena-

1 *Quodque belli parandi adverſus populum Romanum*] Forte *patrandi*. id eſt, gerendi. *J. F. Gron.*

2 *Quina millia & duceni equites*] Si æqualiter in ſingulas quatuor legiones ſcripti ſunt treceni equites, quid hic nominantur ducenti equites? iique ex vetere inſtituto, quod non bello Annibalis, non Philippi, non Antiochi obtinuit? Et tamen τὸ *æqualiter* pertinere ad quatuor legiones omnes conſtat, quia ineptum foret cogitare in conſulari exercitu uni legioni plures equites attributos fuiſſe, quam alteri; ac proinde ineptius, monere, fuiſſe æqualiter in duas legiones deſcriptum equitum numerum, quum id ſemper factum ſit. Legendum omnino, *quina millia & duceni pedites.* Id erat jam vetus inſtitutum. lib. 48, 1 & 18. 41, 9. 44, 21. *Jac. Perizonius.*

1 *L. Ju-*

Senatuſconſulto ad populum tulerunt, ne Tribuni militum eo anno ſuffragiis crearentur, ſed conſulum prætorumque in iis faciendis judicium arbitriumque eſſet. Inter prætores ita partita imperia. prætorem, cujus ſors fuiſſet, ut iret quo ſenatus cenſuiſſet, Brundiſium ad claſſem ire placuit: utque ibi recognoſceret ſocios navales, dimiſſiſque, ſi qui parum idonei eſſent, ſupplementum legeret ex libertinis: & daret operam, ut duæ partes civium Romanorum, tertia ſociorum eſſet. Commeatus claſſi legionibuſque, ut ex Sicilia Sardiniaque ſubveherentur, prætoribus, qui eas provincias ſortiti eſſent, mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardiſque imperarent, utque id frumentum ad exercitum in Macedoniam portaretur. Siciliam C. Caninius Rebilus eſt ſortitus, L. Furius Philus Sardiniam, L. Canuleius Hiſpaniam, C. Sulpicius Galba urbanam juriſdictionem, [1] L. Villius Annalis inter peregrinos. C. Lucretio Gal-
32 lo, quo ſenatus cenſuiſſet, ſors evenit. Inter conſules magis cavillatio, quam magna contentio de provincia fuit. Caſſius, [2] *ſine ſorte ſe Macedoniam oppugnaturum*, dicebat, *nec poſſe collegam ſalvo jurejurando ſecum ſortiri. Prætorem eum, ne in provinciam iret, in concione juraſſe, ſe ſtato loco ſtatiſque diebus ſacrificia habere, quæ abſente ſe recte fieri non poſſent: quæ non magis conſule, quam prætore abſente recte fieri poſſent.* [3] *Si ſenatus, non quid vellet in conſulatu potius, quam quid in prætura juraverit P. Licinius, animadvertendum*

eſſe

1 *L. Junius Annalis*] *L. Villius.* ut ante. *Sigonius.*

2 *Sine ſorte ſe Macedoniam oppugnaturum*] Alb. Rubenius *optaturum.* Lib. 26. *Quum extra ſortem collegæ optionem dari provinciæ iniquum fuerit.* J. F. Gron.

3 *Si Senatus non quid vellet in conſulatu*] Negativam particulam delendam eſſe cenſeo. Nam qui dicit ſe in ſenatus futurum poteſtate, ſignificat ſe obtemperaturum ſenatui, etſi decernant patres contra ſtudium ipſius. At ut non quid vellet in conſulatu potius quam quid in prætura juraſſet P. Licinius, animadverteretur, hoc erat quod deſiderabat & faciendum cenſebat Caſſius. Nunc autem ait in contrarium: ſi tamen Patres tantum indulgerent Licinio, ut potius rationem haberent ejus, quod ille cuperet conſul, quam ejus quod juraſſet prætor, ſe daturum hoc patribus, ut, contra quam juſtum putet, in ſortem provincias mittat. *Idem.*

1 *Cum*

eſſe cenſeat; ſe tamen futurum in ſenatus poteſtate. Conſulti Patres, cui conſulatum populus Romanus non negaſſet, ab ſe provinciam negari ſuperbum rati, ſortiri conſules juſſerunt. P. Licinio Macedonia, C. Caſſio Italia obvenit. Legiones inde ſortiti ſunt. prima & tertia in Macedoniam trajicerentur, ſecunda & quarta ut in Italia remanerent. Delectus conſules multo intentiorem quam alias curam habebant. Licinius veteres quoque ſcribebat milites centurioneſque: & multi voluntate nomina dabant, quia locupletes videbant, qui priore Macedonico bello aut adverſus Antiochum in Aſia ſtipendia fecerant. [1] Quum tribuni militum centuriones, ſed primum quemque citarent, tres & viginti centuriones, qui primoſpilos duxerant, citati tribunos plebis appellarunt. Duo ex collegio, M. Fulvius Nobilior, & M. Claudius Marcellus, [2] ad conſules rejiciebant: *Eorum cognitionem eſſe debere, quibus delectus, quibuſque bellum mandatum eſſet.* cæteri, *cogrituros ſe, de quo appellati eſſent*, ajebant. *&, ſi injuria fieret, auxilium civibus laturos.* Ad ſubſellia tri- 33
bunorum res agebatur. eò M. Popillius conſularis advocatus, centuriones & conſul venerunt. Conſuli inde poſtulanti, ut in concione ea res ageretur, populus in concionem advocatus. Pro centurionibus M. Popillius, qui biennio ante conſul fuerat, ita verba fecit: *Militares homines, & ſtipendia juſta, & corpora & ætate & aſſiduis laboribus confecta habere: nihil recuſare tamen, quo minus* [3] *operam reipublicæ dent. id tantum deprecari, ne inferiores iis ordines, quam quos, quum militaſſent, habuiſſent, attribuerentur.* P. Licinius conſul Senatuſconſultum recitari juſſit. Primum,

1 *Cum Tribuni militum, centuriones, ſed primum quemque citarent*] Hoc ex loco intelligimus, quod & hiſtoriarum monumentis à Polybio mandatum eſt, Tribunos militum ſolitos eſſe delectum habere. *Turnebus.*

2 *Ad conſules rejiciebant*] Forte: *ad conſules rem rejiciebant.* vel, *eos rejiciebant.* Poſt paullo: *M. Popillius conſularis, advocatus centurionibus, & conſules.* J. F. Gron.

3 *Operam P. R. dent*] Inverſæ literæ ſunt, & *R. P.* ſcribendum eſt, ut ſit *Reip.* non *populo Romano.* Hæc enim uſitata locutio. *Sigonius.*

quod bellum [1] ſenatus Perſeo juſſiſſet: deinde quod [2] veteres centuriones, quam plurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet: nec ulli, qui non major annis quinquaginta eſſet, vacationem militiæ eſſe. Deprecatus eſt deinde, ne novo bello tam propinquo Italiæ, adverſus regem potentiſſimum, aut tribunos militum, delectum habentes impedirent: aut prohiberent conſulem, quem cuique ordinem aſſignari è republica eſſet, eum aſſignare. Si quid in ea re dubium eſſet, ad ſenatum rejicerent.

34 Poſtquam conſul, quæ voluerat, dixit; Sp. Liguſtinus ex eo numero, qui tribunos plebis appellaverant, à conſule & ab tribunis petiit, ut ſibi paucis ad populum agere liceret. Permiſſu omnium ita locutus fertur. *Sp. Liguſtinus tribus Cruſtuminæ ex Sabinis ſum oriundus, Quirites. Pater mihi jugerum agri reliquit; & parvum tugurium, in quo natus educatuſque ſum: hodieque ibi habito. Quum [3] primum in ætatem veni, pater mihi uxorem fratris ſui filiam dedit: quæ ſecum nihil attulit præter libertatem, pudicitiamque, & cum his fœcunditatem, quanta vel in diti domo ſatis eſſet. Sex filii nobis, duæ filiæ ſunt: [4] utræque jam nuptæ. Filii quatuor togas viriles habent, duo prætextati ſunt. Miles ſum factus, P. Sulpicio, C. Aurelio conſulibus. In eo exercitu, qui in Macedoniam eſt tranſportatus, biennium miles gregarius fui adverſus Philippum regem: tertio anno virtutis cauſſa mihi T. Quintius Flamininus [5] decumum ordinem haſtatum aſſignavit. Devicto Philippo*

1 *Senatus Perſeo juſſiſſet*] Malim, *cum Perſeo*. Sigonius.

Quod bellum ſenatus Perſeo juſſiſſet] Sigonius, *cum Perſeo.* Negat ſe ſequi Gruterus: quia infra cap. 36. *quum jam bellum regi eorum & ſenatus decreſſet, & populus juſſiſſet.* Sed forte & illic legendum, *cum rege.* Sic certe lib. 31, 8 & lib. 36, 2. *J. F. Gron.*

2 *Veteres centuriones quam plurimum*] Lege: *quam plurimos.* Idem.

3 *Primum in ætatem veni*] De eo dicitur, qui adolevit juveniſque eſt: quod adoleſcentia & pubertas *prima ætas* videatur eſſe; perinde quaſi in ætatibus pueritia non ſit habenda. Hinc *ab ineunte ætate* eſt à principio adoleſcentiæ. Sic Cicero 1 de Legib, *nam à primo tempore ætatis juri ſtudere te memini.* Turnebus.

4 *Utraque jam nuptæ*] Lege, *utraque*, ut lib. 36, 16. *J. F. Gron.*

5 *Decumum ordinem haſtatum*] Hic primus è gregaria militia in centuriones aſcendentium gradus. *Ordines* in legione triginta erant, decem haſtati, decem principes, decem triariorum. In unoquoque ordine duæ centuriæ: ergo

lippo Macedonibuſque, quum in Italiam portati ac dimiſſi eſſemus, continuo miles voluntarius cum M. Porcio conſule in Hiſpaniam ſum profectus. Neminem omnium imperatorum, qui vivant, acriorem virtutis ſpectatorem ac judicem fuiſſe ſciunt, qui & illum & alios duces longa militia experti ſunt. hic me imperator dignum judicavit, cui primum haſtatum prioris centuriæ aſſignaret. Tertio iterum voluntarius miles factus ſum in eum exercitum, qui adverſus Ætolos & Antiochum regem eſt miſſus. [1] *à Man. Acilio mihi primus princeps prioris centuriæ eſt aſſignatus. Expulſo rege Antiocho, ſubactis Ætolis, reportati ſumus in Italiam. & deinceps bis, quæ annua merebant legiones, ſtipendia feci. Bis deinde in Hiſpania militavi, ſemel Q. Fulvio Flacco, iterum Ti. Sempronio Graccho prætore. A Flacco inter cæteros, quos virtutis cauſſa ſecum ex provincia ad triumphum deducebat, deductus ſum. à Ti. Graccho rogatus, in provinciam ii. Quater intra paucos annos primum pilum duxi: quater & tricies virtutis cauſſa donatus ab imperatoribus ſum: ſex civicas coronas accepi: viginti duo ſtipendia annua in exercitu emerita habeo, & major annis ſum quinquaginta. Quod ſi mihi nec ſtipendia omnia emerita eſſent, nec dum ætas vacationem daret, tamen quum quatuor milites pro me uno vobis dare, P. Licini, poſſem, æquum erat me dimitti. Sed hæc pro cauſſa mea dicta accipiatis velim: ipſe me, quoad quiſquam qui exercitus ſcribit idoneum militem judicabit, nunquam ſum excuſaturus.* [2] *Ordinem quo me dignum judicent tribuni militum, ipſorum eſt poteſtatis: ne quis me virtute in exercitu præſtet, dabo operam;* [3] *ut ſem-*

ergo centuriæ & centuriones ſexaginta. Quorum quiſque *ordinem ducere* dicebatur: etſi non niſi decem quavis in parte ordines numerarentur. Nempe duos dicebant primos haſtatos, *primus haſtatus prior, primus haſtatus poſterior*: duos haſtatos ſecundos, priorem & poſteriorem; & ſic ad decimos uſque. Pariter *primum principem priorem* & *primum principem poſteriorem, primumque pilum priorem* & *poſteriorem* uſque ad decimos. Et à decumis ad ſuperiores, ab haſtatis ad principes, à principibus ad triarios promovebantur. *Lipſius* 2 de Mil. dial. 8.

1 *A M. Cælio*] Lege, *à M' Acilio*, Glabrionem enim intelligit aperte eum, qui cum Ætolis bellavit, & cum Antiocho. *Sigonius*.

2 *Ordinem quo me dignum judicent*] Haud ſcio an excuſari poſſit. Malim *Ordine*. J. F. Gron.

3 *Ut ſemper ita feciſſe me*] Corrige: *& ſemper ita*. Idem.

1 *Li-*

ſemper ita feciſſe me & imperatores mei, & qui una ſtipendia fecerunt, teſtes ſunt. Vos quoque æquum eſt, commilitones, etſi appellationis vobis uſurpatis jus, quum adoleſcentes nihil adverſus magiſtratuum ſenatuſque auctoritatem uſquam feceritis, nunc quoque in poteſtate ſenatus ac conſulum eſſe, & omnia honeſta

35 *loca ducere, quibus rempublicam defenſuri ſitis.* Hæc ubi dixit, collaudatum multis verbis conſul ex concione in ſenatum duxit. Ibi quoque ei ex auctoritate ſenatus gratiæ actæ, tribunique militares in legione prima primum pilum virtutis cauſſa ei aſſignarunt. cæteri centuriones, omiſſa appellatione, ad delectum obedienter reſponderunt. Quo maturius in provincias magiſtratus proficiſcerentur, Latinæ Calendis Juniis fuere: eoque ſolenni perfecto C. Lucretius prætor, omnibus quæ ad claſſem opus erant præmiſſis, Brundiſium eſt profectus. Præter eos exercitus quos conſules comparabant, C. Sulpicio Galbæ prætori negotium datum, ut quatuor legiones ſcriberet urbanas; juſto numero peditum equitumque: iiſque quatuor tribunos militum ex ſenatu legeret qui præeſſent. Sociis Latini nominis imperaret quindecim millia peditum, mille & ducentos equites. Is exercitus uti paratus eſſet, quo ſenatus cenſuiſſet. P. Licinio conſuli ad exercitum civilem ſocialemque petenti addita auxilia, [1] Ligurum duo millia, Cretenſes ſagittarii (incertus numerus, [2] quantum rogati auxilia Cretenſes miſiſſent) Numidæ item equites, elephantique. In eam rem legati ad Maſiniſſam Carthaginienſeſque miſſi, L. Poſtumius Albinus, Q. Terentius Culleo, C. Aburius. In Cretam item legatos tres ire placuit, A. Poſtumium Albinum, [3] C. Decimium, A. Licinium Nervam. Per

36 idem tempus legati ab rege Perſeo venerunt. eos in oppidum

1 *Ligurum mille millia*] Scribe; *Ligurum M. M.* id eſt, duo millia. *Sigonius.*

2 *Quantum rogati auxilia Cretenſes*] Vox *auxilia* videtur invito Livio repetita. *J. F. Gron.*

3 *C. Decium,*] Emendo, *C. Decimium.* uterque enim horum poſt prætor fit. Decios præterea hoc prænomine uſos non comperi. *Sigonius.*

1 *In*

pidum intromitti non placuit, quum jam bellum regi eorum & Macedonibus & ſenatus decreſſet, & populus juſſiſſet. [1] In ædem Bellonæ in ſenatum introducti, ita verba fecerunt. *Mirari Perſea regem, quid in Macedoniam exercitus tranſportati eſſent. Si impetrari à ſenatu poſſet ut ii revocentur, regem de injuriis, ſi quas ſociis factas quererentur, arbitratu ſenatus ſatisfacturum eſſe.* Sp. Carvilius, ad eam ipſam rem ex Græcia remiſſus ab Cn. Sicinio, in ſenatu erat. is Perræbiam expugnatam armis, Theſſaliæ aliquot urbes captas, cætera quæ aut ageret, aut pararet rex, quum argueret; reſpondere ad ea legati juſſi. Poſtquam hæſitabant, negantes ſibi ultra quicquam mandatum eſſe, juſſi renunciare regi, *Conſulem P. Licinium brevi cum exercitu futurum in Macedonia eſſe. ad eum, ſi ſatisfacere in animo eſſet, mitteret legatos. Romam quod præterea mitteret, non eſſe:* [2] *neminem eorum per Italiam ire liciturum.* [3] Ita dimiſſis, P. Licinio conſuli mandatum intra undecimum diem juberet eos Italia excedere, & Sp. Carvilium mitteret, qui, donec navem conſcendiſſent, cuſtodiret. Hæc Romæ acta nondum profectis in provinciam conſulibus. Jam Cn. Sicinius, qui, priuſquam magiſtratu abiret, Brundiſium ad claſſem, & ad exercitum præmiſſus erat, trajectis in Epirum quinque millibus peditum, trecentis equitibus, ad Nymphæum in agro Apolloniati caſtra habebat. Inde tribunos cum duobus millibus militum, ad occupanda Daſſaretiorum & Illyriorum caſtella, ipſis arceſſentibus præſidia, ut tutiores à finitimorum impetu Macedonum eſſent, miſit. Paucis poſt 37
diebus Q. Marcius, A. Atilius, & P. & Ser. Cornelii Len-

1 *In ædem Bellonæ in ſenatum*] Scribe: *in æde Bellonæ.* J.F. Gron.

2 *Neminem eorum per Italiam ire liciturum*] Forte: *iter tuto facturum.* Idem.

Neminem eorum per Italiam ire liciturum] Neſcio, an vox ultima mutari debeat. 32, 21. *Non quemadmodum hodie utrumque vobis licet, ſic ſemper liciturum eſt.* Et ſic *greſſus licens* Martiali 4, 8. *Greſſu timet ire licenti.* ut potius conjicias, *nemini eorum p. It. ire liciturum.* Jac. Gron.

3 *Ita dimiſſis P. Licinio conſuli mandatum*] Poteſt ferri: malim tamen: *Ita dimiſſos*, ut referatur ad verbum *excedere.* J. F. Gron.

1 Et

Lentuli, & L. Decimius, legati in Græciam miſſi, Corcyram peditum mille ſecum advexerunt: ibi inter ſe & regiones quas obirent, & milites diviſerunt. Decimius miſſus eſt ad Gentium regem Illyriorum, quem, ſi aliquem reſpectum amicitiæ eum habere cerneret, tentare, aut etiam ad belli ſocietatem pellicere juſſus. Lentuli in Cephalleniam miſſi, ut in Peloponneſum trajicerent, oramque maris in occidentem verſi ante hiemem circumirent. Marcio & Atilio Epirus, Ætolia, & Theſſalia, circumeundæ aſſignantur. Inde Bœotiam atque Eubœam aſpicere juſſi. tum in Peloponneſum trajicere: ibi congreſſuros ſe cum Lentulis conſtituunt. Priuſquam digrederentur à Corcyra, literæ à Perſeo allatæ ſunt: quibus quærebat, quæ cauſſa Romanis aut in Græciam trajiciendi copias, aut urbes occupandi eſſet? Cui reſcribi nihil placuit: nuncio ipſius qui literas attulerat dici, præſidii cauſſa ipſarum urbium Romanos facere. Lentuli circumeuntes Peloponneſi oppida, quum ſine diſcrimine omnes civitates adhortarentur, ut, quo animo, qua fide adjuviſſent Romanos, Philippi primum, deinde Antiochi bello, eodem adverſus Perſea juvarent; fremitum in concionibus audiebant: Achæis indignantibus, eodem ſe loco eſſe (qui omnia à principiis Macedonici belli præſtitiſſent Romanis, & Macedonum Philippi bello hoſtes fuiſſent) quo Meſſenii atque Elii, qui pro Antiocho hoſte arma adverſus populum Romanum tuliſſent: ac nuper in Achaicum contributi concilium, velut præmium belli ſe victoribus Achæis tradi
38 quererentur. Marcius & Atilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum aſcenderent, concilio Epirotarum habito, cum magno omnium aſſenſu auditi ſunt: & quadringentos juventutis eorum in Oreſtas, ut præſidio eſſent liberatis ab ſe Macedonibus, miſerunt. Inde in Ætoliam progreſſi, ac paucos ibi morati dies, dum in prætoris mortui locum alius ſufficeretur,

& Ly-

& Lyciſco Pr. facto, quem Romanorum favere rebus
tis compertum erat, tranſierunt in Theſſaliam. Eo le-
ati Acarnanum & Bœotorum exules venerunt. Acarna-
es nunciare juſſi, *Quæ Philippi primum, Antiochi deinde bello*
ecepti pollicitationibus regis adverſus populum Romanum com-
iſiſſent, ea corrigendi occaſionem illis oblatam. Si male meriti
lementiam populi Romani experti eſſent, bene merendo liberali-
atem experirentur. Bœotis exprobratum, ſocietatem
os cum Perſeo junxiſſe. iis, quum culpam in Iſmeniam
rincipem alterius partis conferrent, & quaſdam civita-
es diſſentientes in cauſſam deductas; appariturum id
ſſe, Marcius reſpondit: ſingulis enim civitatibus de
eipſis conſulendi poteſtatem facturos. Theſſalorum
ariſſæ fuit concilium. ibi & Theſſalis benigna materia
gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit: & le-
gatis, quod & Philippi prius & poſt Antiochi bello enixè
adjuti à gente Theſſalorum eſſent. hac mutua comme-
moratione meritorum, accenſi animi multitudinis ad
omnia decernenda, quæ Romani vellent. Secundum
hoc concilium legati à Perſeo rege venerunt, privati
maxime hoſpitii fiducia, quod ei paternum cum Marcio
erat. Ab hujus neceſſitudinis commemoratione orſi,
petierunt legati, in colloquium veniendi regi poteſtatem
faceret. Marcius, *Et ſe ita à patre ſuo accepiſſe* dixit; *amici-*
tiam hoſpitiumque cum Philippo fuiſſe. minime immemorem ne-
ceſſitudinis ejus, legationem eam ſuſcepiſſe. Colloquium, ſi ſatis
commode valeret, non fuiſſe dilaturum: nunc ubi primum poſſet,
ad Peneum flumen, qua tranſitus ab Omolio Dium eſſet, præmiſ-
ſis qui nunciarent regi, venturos. Et tum quidem ab Dio 39
Perſeus in interiora regni recepit ſe; levi aura ſpei ob-
jecta, quod Marcius ipſius cauſſa ſuſcepiſſe ſe legatio-
nem dixiſſet. Poſt dies paucos ad conſtitutum locum
vene-

1 *Et Lyciſco præfecto facto*] Vitium eſt recentiſſimarum. Frobenius ex ſcripto edidit: *& Lyciſco Pr. facto.* Unde Sigonius: *prætore facto*: alii, *& Lyciſco præfecto*: inepte poſtremi. *J. F. Gron.*

2 *Vel*

venerunt. Magnus comitatus fuit regius, quum amicorum tum ſatellitum turba ſtipante. non minore agmine legati venerunt, & ab Lariſſa multis proſequentibus, & legationibus civitatium, quæ convenerant Lariſſam & renunciare domum certa, quæ audiſſent, volebant. Inerat cura inſita mortalibus videndi congredientes nobilem regem, & populi principis terrarum omnium legatos. Poſtquam in conſpectu ſteterunt dirimente amne, pauliſper internunciando cunctatio fuit, utri tranſgrederentur. aliquid illi regiæ majeſtati, aliquid hi populi Romani nomini, quum præſertim Perſeus petiiſſet colloquium, exiſtimabant deberi. Joco etiam Marcius cunctantes movit, *Minor*, inquit, *ad majorem*, *&* (quod Philippo ipſi cognomen erat) *Filius ad patrem tranſeat*. Facile perſuaſum id regi eſt. Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis tranſiret. Rex, cum omni comitatu tranſire æquum cenſebat: legati, vel cum tribus venire jubebant, [1] vel ſi tantum agmen traduceret, obſides daret, nihil fraudis fore in colloquio. Hippian & Pantaucum, quos & legatos miſerat, principes amicorum obſides dedit. nec tam in pignus fidei obſides deſiderati erant, quam ut appareret ſociis, nequaquam ex dignitate pari congredi regem cum legatis. Salutatio non tamquam hoſtium, ſed hoſpitalis ac benigna fuit. poſitiſque

40 ſedibus conſederunt. Quum pauliſper ſilentium fuiſſet: *Exſpectari nos*, inquit Marcius, *arbitror, ut reſpondeamus literis tuis quas Corcyram miſiſti, in quibus quæris, quid ita legati cum militibus venerimus, & præſidia in ſingulas urbes dimittamus? Ad hanc interrogationem tuam, & non reſpondere vereor, ne ſuperbum ſit; & vera reſpondere, ne nimis acerbum audienti tibi videatur. Sed quum aut verbis caſtigandus aut armis ſit, qui fœdus rumpit; ſicut bellum adverſus te alii quam mihi mandatum*

1 *Vel ſi tantum agmen traduceret, obſides daret*] Scribe tuto: *legati vel cum tribus venire jubebant, vel ſi tantum agmen traduceret, obſides dare, nihil fraudis fore in colloquio*. Nam τὸ *dare* pendet à τῷ *jubebant*. Monitum ſæpius, & proxime ad lib. 40, 35. *J. F. Gron.*

1 *Unam*

datum malim, ita orationis acerbitatem adverſus hoſpitem, utcumque eſt, ſubibo: ſicut medici, quum ſalutis cauſſa triſtiora remedia adhibent. Ex quo regnum adeptus es, unam rem te quæ facienda fuerit ſenatus feciſſe cenſet: [1] *quod legatos Romam ad renovandum *** judicat potius, quam quum renovatum eſſet violandum.* [2] *Abrupolim ſocium atque amicum populi Romani regno expuliſti. Artetari interfectores, ut cæde (ne quid ultra dicam) lætatum appareret, recepiſti: qui omnium Illyriorum fidiſſimum Romano nomini regulum occiderant. Per Theſſaliam & Malienſem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos iſti. Byzantiis item contra fœdus miſiſti auxilia. Cum Bœotis ſociis noſtris ſecretam tibi ipſi ſocietatem, quam non licebat, jurejurando pepigiſti. Thebanos legatos, Euerſam & Callicritum, venientes à nobis, quærere malo quis interfecerit, quam arguere. In Ætolia bellum inteſtinum, & cædes principum, per quos niſi per tuos factæ videri poſſunt? Dolopes à te ipſo evaſtati ſunt. Eumenes rex ab Roma quum in regnum rediret, prope ut victima Delphis in ſacrato loco ante aras mactatus, quem inſimulet, piget referre. Quæ hoſpes Brundiſinus occulta facinora indicet, certum habeo & ſcripta tibi omnia ab Roma eſſe, & legatos tuos renunciaſſe. Hæc ne dicerentur à me, uno modo vitare potuiſti, non quæ-*

1 *Qu. legatos Romam ad renovandum judicat p. quam cum ren. eſſ. viol.*] Hoc modo perfici hæc ſententia videtur poſſe, *Quod legatos Romam ad renovandum fœdus miſeris: quod ipſum tamen tibi non fuiſſe renovandum judicat potius, quam cum renovatum eſſet, violandum.* Fecit enim iteratio hujus vocis *renovandum*, ut librarius à priore ad poſteriorem tranſierit, verbis mediis præteritis. *Sigonius.*

2 *Abrypolim ſoc. atque amic. pop. Rom. regno exp.*] Hujus rei hiſtoria excidit apud Livium. Priore autem libro, quo in loco de origine Perſici belli agebat, ut puto, eam tradidit: præſertim vero cum in epitome ejus libri hæc verba ſint: *Initia belli Macedonici continet.* miſerat ad Carthaginienſes legationem, & ab iis nocte audita erat. Sed & alias Græciæ civitates ſollicitabat, qui præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, & Antiochiæ Capitolini, viliſſimum regem egit. Narrat autem Pauſanias in Achaicis, cum Perſeus fœdus, quod ſibi cum Romanis erat, violandum eſſe decreviſſet, Abrupolim Sapenſium Regem aggreſſum eſſe & populi Rom. ſocios vexaſſe. Verba ſunt hæc: Περσεῖ γὰρ τῷ Φιλίππου πρὸς Ῥωμαίους ἄγοντι τὴν εἰρήνην κατὰ τὰς συνθήκας, ἃς ὁ πατὴρ, ὁ Φίλιππος ἐποιήσατο, ἐπῆλθεν ὑπερβῆναι τοὺς ὅρκους, καὶ ἐπί τε Σαπέων τὸν βασιλέα Ἀβρούπολιν στράτευμα ἀγαγὼν ἐποίησεν ἀναστάτους Ῥωμαίων συμμάχους ὄντας. *Idem.*

quærendo, quam ob cauſſam exercitus in Macedoniam trajicerentur, aut præſidia in ſociorum urbes mitteremus. Quærenti tibi, ſuperbius tacuiſſemus, quam vera reſpondimus. Equidem pro paterno noſtro hoſpitio [1] *faveo orationi tuæ, & opto ut aliquam*
41 *mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud ſenatum cauſſæ.* Ad ea rex: *Bonam cauſſam, ſi apud judices æquos ageretur, apud eoſdem & accuſatores & judices agam. Eorum autem, quæ objecta ſunt mihi, partim ea ſunt quibus neſcio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubeſcam, partim quæ verbo objecta, verbo negare ſit. Quid enim, ſi legibus veſtris hodie reus ſim, aut* [2] *index Brundiſinus, aut Eumenes mihi objiciat, ut accuſare potius vere quam conviciari videantur? Scilicet nec Eumenes, quum tam multis gravis publice ac privatim ſit, alium quam me inimicum habuit: neque ego potiorem quemquam ad miniſteria facinorum, quam Rammium (quem neque unquam ante videram, nec eram poſtea viſurus) invenire potui. Et Thebanorum, quos naufragio periſſe conſtat, & Artetari cædis mihi reddenda ratio eſt. in qua tamen nihil ultra objicitur, quam interfectores ejus in regno exulaſſe meo. Cujus conditionis iniquitatem ita non ſum recuſaturus, ſi vos quoque accipitis, ut quicumque exules in Italiam aut Romam ſe contulerunt, his facinorum, propter quæ damnati ſunt, auctores vos fuiſſe fateamini. Si hoc & vos recuſabitis, & omnes aliæ gentes, ego quoque inter cæteros ero. Et hercule quid attinet cuiquam exilium patere, ſi nuſquam exuli futurus locus eſt? Ego tamen iſtos, ut primum in Macedonia eſſe admonitus à vobis comperi, requiſitos abire ex regno juſſi, & in perpetuum interdixi finibus meis. Et hæc quidem mihi tamquam cauſſam dicenti reo objecta ſunt: illa, tamquam regi, & quæ de fœdere quod mihi eſt vobiſcum, diſceptationem habeant. Nam ſi*

eſt

1 *Faveo orationi tuæ*] *Rationi* lego, id eſt, cauſæ. etenim ſic ſequitur: *& opto ut aliquam mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud ſenatum cauſæ.* Videtur autem litera o, ex fine vocis *faveo* repetita. *Sigonius.*

2 *Index Brundiſinus*] Ἐρέννιον τὸν ἐκ Βρεντεσίου τίς ἂν πιστεύσειεν ὅτι Περσεὺς, Ῥωμαῖον ὄντα καὶ φίλον ὑμέτερον καὶ πρόξενον, εἴληφεν ἐπὶ τὴν τῆς βουλῆς φαρμακείαν; Sic enim vocat Herennium, quem Livius Rammium. Mox: Ἀλλ' Ἐρέννιος μὲν ἐψεύσατο, τοῖς ἐπιτρέπουσιν ἐς τὸν πόλεμον ὑμᾶς πρόφασιν ἀξιόχρεων διδούς. *Urſinus.*

3 *Donec*

eſt in fœdere ita ſcriptum, ut ne, ſi bellum quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat; mihi fatendum eſt, quod me armis adverſus Abrupolim ſocium populi Romani defenderim, fœdus violatum eſſe. Sin autem hoc & ex fœdere licuit, & jure gentium ita comparatum eſt, ut arma armis propulſentur; quid tandem me facere decuit, quum Abrupolis fines mei regni uſque ad Amphipolim pervaſtaſſet, multa libera capita, magnam vim mancipiorum, multa milia pecorum abegiſſet? Quieſcerem & paterer, [1] *donec Pellam & in regiam meam armatus perveniſſet? At enim bello quidem juſto ſum perſecutus; ſed vinci non oportuit eum, neque ea, quæ victis accidunt, pati: quorum caſum quum ego ſubierim, qui ſum armis laceſſitus, qui poteſt queri ſibi accidiſſe, qui cauſſa belli fuit? Non ſum eodem modo defenſurus, Romani, quod Dolopas armis coërcuerim. quia, etſi non merito eorum, jure feci meo: quum mei regni, meæ ditionis eſſent, veſtro decreto patri attributi meo. Nec, ſi cauſſa reddenda ſit, non vobis, nec fœderatis, ſed iis qui ne in ſervos quidem ſæva atque injuſta imperia probant, plus æquo & bono ſæviſſe in eos videri poſſum. quippe Euphranorem præfectum à me impoſitum ita occiderunt, ut mors pœnarum ejus leviſſima fuerit. At quum proceſ-* 42 *ſiſſem inde ad viſendas Lariſſam,* [2] *& Antrona, & Pylleon, quo in propinquo multo ante debita vota perſolverem; Delphos ſacrificandi cauſſa aſcendi. Et hic criminis augendi cauſſa cum exercitu me fuiſſe adjicitur. ſcilicet, ut, quod nunc vos facere queror, urbes occuparem, arcibus imponerem præſidia. Vocate in concilium Græciæ civitates, per quas iter feci: queratur unuſquilibet militis mei injuriam; non recuſabo quin ſimulato ſacrificio aliud petiſſe videar. Ætolis & Byzantiis præſidia miſimus, & cum Bœotis amicitiam fecimus. Hæc qualiacumque ſunt, per legatos meos non ſolum indicata ſed etiam excuſata ſunt ſæpe in ſenatu*

veſtro:

1 *Donec Pellam & in regiam meam*] Suſpecta copulativa. Lib. 5. Ut *multo major pars Vejos in hoſtium urbem fugeret.* Salluſtius Jugurth. *Thalam pervenit in oppidum magnum & opulentum.* Tacitus 4 ann. *Capreas ſe in inſulam abdidit.* Lib. 2. *Iberos ad patrium regnum pervadit.* J. F. Gron.

2 *Et Antrona & Phylleon*] Legendum videtur, *& Pteleon*, vel ex Homeri catalogo, cujus verſus eſt, Ἀγχίαλόν τ' Ἄντρωνα, ἰδὲ Πτελεὸν λεχεποίην. Turneb.

veſtro: ubi aliquos ego diſceptatores, non tam æquos quam te, Q. Marci, paternum amicum & hoſpitem, habebam. Sed nondum Romam accuſator Eumenes venerat, qui calumniando omnia detorquendoque ſuſpecta & inviſa efficeret; & perſuadere vobis conaretur, non poſſe Græciam in libertate eſſe, & veſtro munere frui, quoad regnum Macedoniæ incolume eſſet. Circumagetur hic orbis: erit mox qui arguat, nequidquam Antiochum ultra juga Tauri remotum: graviorem multo Aſiæ, quam Antiochus fuerit, Eumenem eſſe: nec conquieſcere ſocios veſtros poſſe, quoad regia Pergami ſit: eam arcem ſupra capita finitimarum civitatum impoſitam. Ego hæc, Q. Marci & A. Atili, quæ aut à vobis objecta, aut purgata à me ſunt, talia eſſe ſcio, ut aures, ut animi audientium ſint: nec tam referre, quid ego aut qua mente fecerim, quam quomodo id vos factum accipiatis. Conſcius mihi ſum, nihil me ſcientem deliquiſſe: & ſi quid fecerim imprudentia lapſus, corrigi me & emendari caſtigatione hac poſſe. Nihil certe inſanabile, nec quod bello & armis perſequendum eſſe cenſeatis, commiſi: aut fruſtra clementiæ gravitatiſque veſtræ fama vulgata per gentes eſt, ſi talibus de cauſſis, quæ vix querela & expoſtulatione dignæ ſunt, arma capitis, & regibus ſociis bella infertis.

43 Hæc dicenti tum aſſenſus Marcius; auctor fuit mittendi Romam legati, quum experienda omnia ad ultimum, nec prætermittendam ſpem ullam cenſuiſſet. Reliqua conſultatio erat, quonam modo tutum iter legatis eſſet. ad id quum neceſſaria petitio induciarum videretur, cuperetque Marcius, neque aliud colloquio petiſſet; gravate & in magnam gratiam petentis conceſſit. nihil enim ſatis paratum ad bellum in præſentia habebant Romani, non exercitum, non ducem: quum Perſeus (ni ſpes vana pacis occæcaſſet conſilia) omnia præparata atque inſtructa haberet: & ſuo maxime tempore atque alieno hoſtibus incipere bellum poſſet. Ab hoc colloquio, fide induciarum interpoſita, [1] legati Romani in

1 *Legati Romani in Bœot. comparati ſunt*] *Comparare legatos* dixit, ut *comparare conſules & cenſores*, id eſt, ut alibi dixit, legere, & in legationem conjicere. *Sigonius.*

Legati Romani in Bœotiam comparati

in Bœotiam comparati ſunt. Ibi jam motus cœperat
eſſe, diſcedentibus à ſocietate communis concilii Bœo-
torum quibuſdam populis; ex quo renunciatum erat, re-
ſpondiſſe legatos, appariturum, quibus populis proprie
ſocietatem cum rege jungi diſplicuiſſet. Primi à Chæro-
nea legati, deinde à Thebis, in ipſo itinere occurrerunt;
affirmantes non interfuiſſe ſe, quo ſocietas ea decreta
eſſet, concilio: [1] queis legati nullo in præſentia reſponſo
dato, Chalcidem ſe ſequi juſſerunt. Thebis magna con-
tentio orta erat ex alio certamine. Comitiis prætoriis
Bœotorum victa pars injuriam perſequens, coacta mul-
titudine decretum fecit Thebis, ne Bœotarchæ urbibus
reciperentur. Exules Theſpias univerſi conceſſerunt:
inde (recepti enim ſine cunctatione erant) Thebas jam
mutatis animis revocati decretum faciunt, ut duodecim,
qui privati cœtum & concilium habuiſſent, exilio mul-
ctarentur. Novus deinde prætor, (Iſmenias is erat, vir
nobilis ac potens) capitalis pœnæ abſentes eos decreto
damnat. Chalcidem fugerant: inde ad Romanos Lariſ-
ſam profecti, cauſſam cum Perſeo ſocietatis in Iſmeniam
contulerant. Ex contentione ortum certamen: utriuſ-
que tamen partis legati ad Romanos venerunt, & exules
accuſatoreſque Iſmeniæ, & Iſmenias ipſe. Chalcidem 44
ut ventum eſt, aliarum civitatium principes, id quod ma-
xime gratum erat Romanis, ſuo quique proprio decreto
Perſei ſocietatem aſpernati, Romanis ſe adjungebant:
Iſmenias gentem Bœotorum in fidem Romanorum per-
mitti æquum cenſebat. inde certamine orto, niſi in tri-
bunal legatorum perfugiſſet, haud multum abfuit quin
ab

rati ſunt] Sigonius obſervat *comparare legatos* dixiſſe Livium ut *comparare conſules & cenſores*, quod ſit, ut alibi dixerit, legere & in legationem conjicere. Quod poſſem tolerare, ſi ex pluribus aliquot ad hoc munus excreti eſſent. Sed fuerunt iidem qui apud Perſea fuerant, Marcius & Atilius, ut apparet ex capite ſequenti. Mallem igitur: *converſi ſunt*. J. F. Gron.

1 *Queis legati nullo in præſentia*] An non: *quos legati, nullo in præſentia reſponſo dato, Chalcidem ſe ſequi juſſerunt.* Idem.

ab exulibus fautoribuſque eorum interficeretur. Thebæ quoque ipſæ, quod Bœotiæ caput eſt, in magno tumultu erant; aliis ad regem trahentibus civitatem, aliis ad Romanos: [1] & turba Coronæorum Haliartiorumque convenerat ad defendendum decretum regiæ ſocietatis. ſed conſtantia principum, docentium cladibus Philippi Antiochique, quanta eſſet vis & fortuna imperii Romani, victa eadem multitudo, &, ut tolleretur regia ſocietas, decrevit, & eos, qui auctores paciſcendæ amicitiæ fuerant, ad ſatisfaciendum legatis Chalcidem miſit, fideique legatorum commendari civitatem juſſit. Thebanos Marcius & Atilius læti audierunt, auctoreſque [2] & his ſeparatim ſingulis fuerunt ad renovandam amicitiam mittendi Romam legatos. Ante omnia exules reſtitui juſſerunt: & auctores regiæ ſocietatis decreto ſuo damnarunt. Ita, quod maxime volebant, diſcuſſo Bœotico concilio, Peloponneſum proficiſcuntur, Ser. Cornelio Chalcidem arceſſito. Argis præbitum eſt iis concilium: ubi nihil aliud à gente Achæorum petierunt, quam ut mille milites darent. id præſidium ad Chalcidem tuendam, dum Romanus exercitus in Græciam trajiceretur, miſſum eſt. Marcius & Atilius, peractis, quæ agenda in Græcia erant, principio hiemis Romam redierunt. Inde

45 legatio ſub idem tempus in Aſiam circum inſulas miſſa. tres erant [3] legati, Ti. Claudius, P. Poſtumius, M. Junius. ii circumeuntes, hortabantur ſocios ad ſuſcipiendum adverſus Perſea pro Romanis bellum. & quo quæque opulentior civitas erat, eo accuratius agebant: quia minores ſecuturæ majorum auctoritatem erant. Rhodii maximi

1 *Et turba Coroneorum*] Forſan: *eo & turba Coronæorum*. nempe Thebas. Polybius: Οἱ δὲ Κορωνεῖς καὶ Ἁλιάρτιοι συνδεδραμηκότες εἰς τὰς Θήβας ἀκμὴν ἀντεποιοῦντο τῶν πραγμάτων, καὶ μένειν ἔφασαν δεῖν ἐν τῇ πρὸς τὸν Περσέα συμμαχίᾳ. *J. F. Gron.*

2 *Et his ſeparatim ſingulis*] Puto: *auctoreſque & his & ſeparatim ſingulis. His*, Thebanis, *& ſeparatim ſingulis* Bœotiæ civitatibus. *Idem.*

3 *Legati, Ti. Claudius, P. Poſtumius*] Polybius: Οἱ περὶ τὸν Τιβέριον καὶ Ποστούμιον, κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἐπιπορευόμενοι τὰς νήσους καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις. *Urſinus.*

1 *Aucto-*

maximi ad omnia momenti habebantur: quia non favere tantum, ſed adjuvare etiam viribus ſuis bellum poterant; quadraginta navibus [1] auctore Hegeſilocho comparatis. qui quum in ſummo magiſtratu eſſet (Prytanin ipſi vocant) multis rationibus pervicerat Rhodios, ut omiſſa, quam ſæpe vanam experti eſſent, regum fovendorum ſpe, Romanam ſocietatem (unam tum in terris vel viribus, vel fide ſtabilem) retinerent. *Bellum imminere cum Perſeo: deſideraturos Romanos eundem navalem apparatum, quem nuper Antiochi, quem Philippi ante bello vidiſſent. trepidaturos tum repente paranda claſſe, quum mittenda eſſet; niſi reficere naves, niſi inſtruere navalibus sociis cœpiſſent. Id eo magis enixè faciendum eſſe, ut crimina delata ab Eumene fide rerum refellerent.* His incitati, quadraginta navium claſſem inſtructam ornatamque, legatis Romanis advenientibus, ut non exſpectatam adhortationem eſſe appareret, oſtenderunt. Et hæc legatio magnum ad conciliandos animos civitatum Aſiæ momentum fuit. Decimius unus ſine ullo effectu (captarum etiam pecuniarum ab regibus Illyriorum ſuſpicione infamis) Romam rediit. Perſeus, quum à 46
colloquio Romanorum in Macedoniam recepiſſet ſeſe, legatos Romam de inchoatis cum Marcio conditionibus pacis miſit: & Byzantium & Rhodum literas legatis ferendas dedit. In literis eadem ſententia ad omnes erat: collocutum ſe cum Romanorum legatis. [2] quæ audiſſet quæque dixiſſet, ita diſpoſita, ut ſuperior fuiſſe in diſceptatione videri poſſet. Apud Rhodios legati addiderunt, *Conſidere pacem futuram. auctoribus enim Marcio atque Atilio, miſſos Romam legatos. Si pergerent Romani contra fœdus movere bellum; tum omni gratia, omni ope, enitendum fore Rhodiis, ut reconcilient pacem. Si nihil deprecando proficiant:*

id

1 *Auctore Hegeſilo comparatis*] Apud Polybium vocatur hic Γνησίλοχος. Ergo ex utroque alter eſt corrigendus, ut apud Polybium ſit Ἡγησίλοχος, apud Livium *Hegeſilocho*. Urſinus.

2 *Quæque audiſſet, quæque dixiſſet ita diſpoſita*] Fortaſſis, *expoſita*. Polybius tamen, κατέταττεν εἰς τὴν ἐπιστολήν. *J. F. Gron.*

id agendum, ne omnium rerum jus ac poteſtas ad unum populum perveniat. Quum cæterorum id intereſſe, tum præcipue Rhodiorum, qui plus inter alias civitates dignitate atque opibus excellant: quæ ſerva atque obnoxia fore ſi nullus alio ſit quam ad Romanos reſpectus. Magis & literæ & verba legatorum benigne ſunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt: potentior eſſe partis melioris auctoritas cœperat. Reſponſum ex decreto eſt, *Optare pacem Rhodios. ſi bellum eſſet, ne quid ab Rhodiis ſperaret aut peteret rex, quod veterem amicitiam, multis magniſque meritis pace belloque partam, dijungeret ſibi ab Romanis.* Ab Rhodo redeuntes, Bœotiæ quoque civitates, & Thebas, & Coroneam, & Haliartum, adierunt: quibus expreſſum invitis exiſtimabatur, ut relicta regia ſocietate Romanis adjungerentur. Thebani nihil moti ſunt, quamquam nonnihil, & damnatis principibus & reſtitutis exulibus, ſuccenſebant Romanis. Coronæi & Haliartii, favore quodam inſito in reges, legatos in Macedoniam miſerunt: præſidium petentes, quo ſe adverſus impotentem ſuperbiam Thebanorum tueri poſſint. Cui legationi reſponſum ab rege eſt, *præſidium ſe propter inducias cum Romanis factas mittere non poſſe: tamen ſuadere, ita à Thebanorum injuriis qua poſſent ut ſe vindicarent, ne Romanis præberent cauſam in ſe ſæviendi.*
47 Marcius & Atilius Romam quum veniſſent, legationem in Capitolio ita renunciarunt, *Ut nulla re magis gloriarentur, quam decepto per inducias & ſpem pacis rege. Adeo enim apparatibus belli fuiſſe inſtructum, ipſis nulla parata re, ut omnia opportuna loca præoccupari ante ab eo potuerint, quam exercitus in Græciam trajiceretur. Spatio autem induciarum ſumpto, venturum illum nihilo paratiorem; Romanos omnibus inſtructiores rebus cœpturos bellum. Bœotorum quoque ſe concilium arte diſtraxiſſe, ne conjungi amplius ullo conſenſu Macedonibus poſſent.* Hæc, ut ſumma ratione acta, magna pars ſenatus approbabat: veteres, & moris antiqui memores *negabant ſe in ea legatione Romanas agnoſcere artes.*
Non

Non per inſidias & nocturna prœlia, nec ſimulatam fugam improviſoſque ad incautum hoſtem reditus, nec ut aſtu magis quam vera virtute gloriarentur, bella majores geſſiſſe. indicere prius quam gerere ſolitos bella, denunciare etiam; interdum locum finire in quo dimicaturi eſſent. Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, vitæ ejus inſidiantem: [1] *eadem Faliſcis vinctum traditum proditorem liberorum regis. Hæc Romana eſſe, non verſutiarum Punicarum, neque calliditatis Græcæ: apud quos fallere hoſtem quam vi ſuperare glorioſius fuerit. Interdum in præſens tempus plus profici dolo, quam virtute: ſed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confeſſio expreſſa ſit, ſe neque arte, neque caſu, ſed collatis cominus viribus juſto ac pio bello eſſe ſuperatum.* Hæc ſeniores, quibus nova hæc minus placebat ſapientia. vicit tamen ea pars ſenatus, cui potior utilis quam honeſti cura erat, ut comprobaretur prior legatio Marcii: & eodem rurſus in Græciam cum quinqueremibus remitteretur, jubereturque cætera, uti è republica maxime viſum eſſet, agere. A. quoque Atilium miſerunt ad occupandam Lariſſam in Theſſalia: timentes, ne, ſi induciarum dies exiſſet, Perſeus præſidio miſſo, caput Theſſaliæ in poteſtate haberet. Duo millia peditum Atilius ab Cn. Sicinio accipere ad eam rem agendam juſſus. & P. Lentulo, qui ex Achaia redierat, treceni milites Italici generis dati, ut Thebis daret operam, ut in poteſtate Bœotia eſſet. His præparatis, quam- 48
quam ad bellum conſilia erant deſtinata, ſenatum tamen præberi legatis placuit. Eadem fere, quæ in colloquio ab rege dicta erant, relata ab legatis. Inſidiarum Eumeni factarum crimen, & maxima cura, & minime tamen [illegible] pro-

1 *Eadem Faliſcis vinctum traditum proditorem liberorum regis*] Alios ſequi videtur auctores, quam quos ſequutus eſt lib. 6 ubi de magiſtro proditore loquitur: non enim liberos eos fuiſſe regis ſignificat, ſed principum Faleriorum. Idem tradit Plutarchus. *Sigonius.*

Proditorem liberorum regis] Sigonius hic Livium alios ſequi putat auctores, quam quos ſecutus ſit lib. 6 ubi de magiſtro proditore loquitur. Gruterus ultimam vocem delet. Quid ſi legamus: *proditorem liberorum magiſtrum.* J. F. Gron.

50 ad Nymphæum in Apolloniati agro poſuit caſtra. Paucos ante dies Perſeus, poſtquam legati ab Roma regreſſ præciderant ſpem pacis, conſilium habuit. Ibi [1] aliquamdiu diverſis ſententiis certatum eſt. Erant quibus ve ſtipendium pendendum, ſi injungeretur, vel agri parte cedendum, ſi mulctarent; quidquid denique aliud paci cauſſa patiendum eſſet, non recuſandum videretur: nec committendum, ut in aleam tanti caſus ſe regnumque daret. Si poſſeſſio haud ambigua regni maneret, multa diem tempuſque afferre poſſe, quibus non amiſſa modo recuperare, ſed timendus ultro iis eſſe, quos nunc timeret, poſſet. Cæterum multo major pars ferocioris ſententiæ erat: *Quicquid ceſſiſſet, cum eo ſimul regno protinus cedendum eſſe* affirmabant. *Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: ſed hoc ſcire quum omnia humana, tum maxima quæque & regna & imperia ſub caſibus multis eſſe. Carthaginienſium opes fregiſſe ſeſe, & cervicibus eorum præpotentem finitimum regem impoſuiſſe: Antiochum progeniemque ejus [2] ultra juga Tauri remotum. Unum eſſe Macedoniæ regnum, & regione propinquum, & quod, [3] ſicubi populus Romanus ſua fortuna labet, antiquos animos regibus ſuis videatur poſſe facere. [4] Dum integræ res *, apud animum ſuum Perſea debere; utrum ſingula concedendo, nudatus ad extremum opibus extorriſque regno, Samothraciam aliamve quam inſulam petere ab Romanis, ubi privatus ſuperſtes regno ſuo in contemptu atque inopia conſeneſcat, malit: an armatus vindex fortunæ dignitatiſque ſuæ, ita ut viro forti dignum ſit, patiatur quodcunque caſus belli tulerit: aut victor liberet orbem terrarum ab imperio Romano. Non eſſe admi-*

rabi-

1 *Aliquam diverſis*] *Aliquamdiu diverſis.* Sigonius.

2 *Ultra juga Tauri remotum*] Niſi dixit *emotum*: ut lib. 37. *Ultra Tauri juga Antiochum emoſtis.* Et rurſus: *Antiocho ultra Tauri juga emoto.* Item: *Quo longius Antiochus emotus eſſet.* Et cap. 42. *J. F. Gron.*

3 *Sicubi populus Romanus ſua fortuna labet*] Fortaſſis: *& quod, ſicubi populi Romani fortuna labet, ſua fortuna antiquos animos regibus ſuis videatur poſſe facere.* Idem.

4 *Dum int. res ſint ap. an. ſuum Perſea deb.*] Imperfectum ſenſum ita expleveris. *Dum integræ res ſint, cogitare apud animum ſuum Perſea debere.* Sigonius.

1 *Poſtre-*

abilius Romanos Græcia pelli, quam Annibalem Italia pulſum eſſe. neque hercule videre, qui conveniat, fratri affectanti per njuriam regnum, ſumma vi reſtitiſſe; alienigenis bene parto eo cedere. [1] *Poſtremo ita bello & pace quæri, ut inter omnes conveniat, nec turpius quicquam eſſe, quam ſine certamine ceſſiſſe regno: nec præclarius quicquam, quam pro dignitate ac majeſtate omnem fortunam expertum eſſe.* Pellæ in vetere regia Ma- 51
cedonum hoc conſilium erat. *Geramus ergo*, inquit, *Diis bene juvantibus, quando ita videtur, bellum:* literiſque circa præfectos dimiſſis, Citium (Macedoniæ oppidum eſt) copias omnes contrahit. ipſe centum hoſtiis ſacrificio regaliter Minervæ, [2] quam vocant Alcidem, confecto, cum purpuratorum & ſatellitum manu profectus Citium eſt. eo jam omnes Macedonum externorumque auxiliorum convenerant copiæ. Caſtra ante urbem ponit, [3] omneſque armatos in campo ſtruxit. Summa omnium quadraginta millia armata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitæ erant. [4] Hippias Berœæus præerat. Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipſi legionem vocabant. Præfectos habebant [5] Leonatum & Thraſippum Eulyeſtas. Cæterorum cetratorum trium ferme millium hominum dux erat [6] Antiphilus Edeſſæus. Pæo-

1 *Poſtremo ita bello & pace quæri*] Quin potius: *ita bellum & pacem quæ-*:. Lib. 1 de Metio: *Igitur ut prius in bello pacem, ſic in pace bellum quærens.* J. F. Gron.

2 *Quam vocant Alcidem*] Inceſſit animo meo libido *Alcidemum* ſcribendi. nam Λ'αόσας vocabatur & Α'λκιμάχη. Quid ni etiam Α'λκίδημος vocari potuerit à Macedonibus? Ut nunc quidem vocabulum formatum eſt, originem olet Græcam, non tamen integram. Erant & Αλκεῖδαι dii quidam apud Lacedæmonios. *Turnebus.*

3 *Omneſque armatos in campo ſtruxit*] Cur non *inſtruxit*? Statim erratum in ſumma copiarum Macedonicarum: non enim *quadraginta millia*, ſed *quadraginta tria millia* poſuit Livius, quum non longe poſt: *Summa totius exercitus triginta novem millia peditum erant, quatuor equitum.* Rotundius Plutarchus: ἱππεῖς μὲν τετρακισχίλιοι, πεζοὶ δ' εἰς φάλαγγα τετρακισμυρίων οὐ πολλοῖς ἀποδέοντες. J. F. Gron.

4 *Hippias Bereus*] *Berœæus*, ut ante. *Sigonius.*

5 *Leonatum & Thraſippum Eulyeſtas*] Turnebus: *Elymiotas*. Forte: *Lynceſtas*. J. F. Gron.

6 *Antiphilus Ediſſæus*] *Edeſſæus*, ab *Edeſſa*: Stephanus. *Sigonius.*

1 Ex

50 ad Nymphæum in Apolloniati agro poſuit caſtra. Paucos ante dies Perſeus, poſtquam legati ab Roma regreſſi præciderant ſpem pacis, conſilium habuit. Ibi [1] aliquamdiu diverſis ſententiis certatum eſt. Erant quibus vel ſtipendium pendendum, ſi injungeretur, vel agri parte cedendum, ſi mulctarent; quidquid denique aliud pacis cauſſa patiendum eſſet, non recuſandum videretur: nec committendum, ut in aleam tanti caſus ſe regnumque daret. Si poſſeſſio haud ambigua regni maneret, multa diem tempuſque afferre poſſe, quibus non amiſſa modo recuperare, ſed timendus ultro iis eſſe, quos nunc timeret, poſſet. Cæterum multo major pars ferocioris ſententiæ erat: *Quicquid ceſſiſſet, cum eo ſimul regno protinus cedendum eſſe* affirmabant. *Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: ſed hoc ſcire quum omnia humana, tum maxima quæque & regna & imperia ſub caſibus multis eſſe. Carthaginienſium opes fregiſſe ſeſe, & cervicibus eorum præpotentem finitimum regem impoſuiſſe: Antiochum progeniemque ejus* [2] *ultra juga Tauri remotum. Unum eſſe Macedoniæ regnum, & regione propinquum, & quod,* [3] *ſicubi populus Romanus ſua fortuna labet, antiquos animos regibus ſuis videatur poſſe facere.* [4] *Dum integræ res *, apud animum ſuum Perſea debere; utrum ſingula concedendo, nudatus ad extremum opibus extorriſque regno, Samothraciam aliamve quam inſulam petere ab Romanis, ubi privatus ſuperſtes regno ſuo in contemptu atque inopia conſeneſcat, malit: an armatus vindex fortunæ dignitatiſque ſuæ, ita ut viro forti dignum ſit, patiatur quodcunque caſus belli tulerit: aut victor liberet orbem terrarum ab imperio Romano. Non eſſe admirabi-*

1 *Aliquam diverſis*] *Aliquamdiu diverſis.* Sigonius.

2 *Ultra juga Tauri remotum*] Niſi dixit *emotum*: ut lib. 37. *Ultra Tauri juga Antiochum emoſtis.* Et rurſus: *Antiocho ultra Tauri juga emoto.* Item: *Quo longius Antiochus emotus eſſet.* Et cap. 42. *J. F. Gron.*

3 *Sicubi populus Romanus ſua fortuna labet*] Fortaſſis: *& quod, ſicubi populi Romani fortuna labet, ſua fortuna antiquos animos regibus ſuis videatur poſſe facere.* Idem.

4 *Dum int. res ſint ap. an. ſuum Perſea deb.*] Imperfectum ſenſum ita expleveris. *Dum integræ res ſint, cogitare apud animum ſuum Perſea debere.* Sigonius.

1 *Poſtre-*

rabilius Romanos Græcia pelli, quam Annibalem Italia pulſum eſſe. neque hercule videre, qui conveniat, fratri affectanti per injuriam regnum, ſumma vi reſtitiſſe; alienigenis bene parto eo cedere. [1] *Poſtremo ita bello & pace quæri, ut inter omnes conveniat, nec turpius quicquam eſſe, quam ſine certamine ceſſiſſe regno: nec præclarius quicquam, quam pro dignitate ac majeſtate omnem fortunam expertum eſſe.* Pellæ in vetere regia Ma- 51
cedonum hoc conſilium erat. *Geramus ergo*, inquit, *Diis bene juvantibus, quando ita videtur, bellum:* literiſque circa præfectos dimiſſis, Citium (Macedoniæ oppidum eſt) copias omnes contrahit. ipſe centum hoſtiis ſacrificio regaliter Minervæ, [2] quam vocant Alcidem, confecto, cum purpuratorum & ſatellitum manu profectus Citium eſt. eo jam omnes Macedonum externorumque auxiliorum convenerant copiæ. Caſtra ante urbem ponit, [3] omneſque armatos in campo ſtruxit. Summa omnium quadraginta millia armata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitæ erant. [4] Hippias Berœæus præerat. Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipſi legionem vocabant. Præfectos habebant [5] Leonatum & Thraſippum Eulyeſtas. Cæterorum cetratorum trium ferme millium hominum dux erat [6] Antiphilus Edeſſæus.

Pæo-

1 *Poſtremo ita bello & pace quæri*] Quin potius: *ita bellum & pacem quæ-*... Lib. I de Metio: *Igitur ut prius in bello pacem, ſic in pace bellum quærens.* J. F. Gron.

2 *Quam vocant Alcidem*] Inceſſit animo meo libido *Alcidemum* ſcribendi. nam Α'κέσας vocabatur & Α'λκιμάχη. Quid ni etiam Α'λκίδημος vocari potuerit à Macedonibus? Ut nunc quidem vocabulum formatum eſt, originem olet Græcam, non tamen integram. Erant & Αλκεῖδαι dii quidam apud Lacedæmonios. *Turnebus.*

3 *Omneſque armatos in campo ſtruxit*] Cur non *inſtruxit*? Statim erratum in ſumma copiarum Macedonicarum: non enim *quadraginta millia*, ſed *quadraginta tria millia* poſuit Livius, quum non longe poſt: *Summa totius exercitus triginta novem millia peditum erant, quatuor equitum.* Rotundius Plutarchus: *ἱππεῖς μὲν τετρακισχίλιοι, πεζοὶ δ' εἰς φάλαγγα τετρακισμυρίων οὐ πολλοῖς ἀποδέοντες.* J. F. Gron.

4 *Hippias Bereus*] *Berœæus*, ut ante. *Sigonius.*

5 *Leonatum & Thraſippum Eulyeſtas*] Turnebus: *Elymiotas.* Forte: *Lynceſtas.* J. F. Gron.

6 *Antiphilus Ediſſæus*] *Edeſſæus*, ab *Edeſſa*: Stephanus. *Sigonius.*

I Ex

Pæones, & [1] ex Parorea & Parſtrymonia (ſunt autem ea loca ſubjecta Thraciæ) & Agrianes, admiſtis etiam Thracibus incolis, trium millium ferme & ipſi expleverunt numerum. Armaverat contraxeratque eos Didas Pæon, qui adoleſcentem Demetrium occiderat. Et armatorum duo millia Gallorum erant, præfecto Aſclepiodoto. Ab Heraclea ex Sintiis tria millia Thracum liberorum ſuum ducem habebant. Cretenſium par pæne numerus ſuos duces ſequebatur, Suſum Phalaſarneum & Syllum Gnoſſium. Et Leonides Lacedæmonius quingentis ex Græcia, miſto generi hominum, præerat. Regii is generis ferebatur: exul damnatus frequenti concilio Achæorum, literis ad Perſea deprenſis. Ætolorum & Bœotorum, qui non explebant plus quam quingentorum omnes numerum, Lyco Achæus præfectus erat. Ex his miſtis tot populorum, tot gentium auxiliis, duodecim millia armatorum ferme efficiebantur. Equitum ex tota Macedonia contraxerat tria millia. Venerat eodem Cotys Seuthæ filius, rex gentis Odryſarum, cum mille delectis equitibus pari ferme peditum numero. Summa totius exercitus triginta novem millia peditum erant, quatuor equitum. Satis conſtabat, ſecundum eum exercitum, quem magnus Alexander in Aſiam trajecit, numquam
52 ullius Macedonum regis copias tantas fuiſſe. [2] Sextus & viceſimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat: per id omne tempus quieta Macedonia, & pro-

ge-

1 *Ex Paroria*] *Parorea*, Græce Παρόρεια, ſic ante. *Sigonius.*

2 *Sextus & viceſimus annus*] Lege, *tertius & viceſimus*. Tot enim numerantur à P. Cornelio, Ti. Sempronio Cos. Error ex notis manavit. III & VI. ex duobus enim II. V factum eſt. *Sigonius.* Lapſus vehementer vir diligentiſſimus. Nam non illis, verum triennio ante C. Cornelio Q. Minucio Coſſ. à quibus ad hos conſules revera ſunt 26 anni, pacem Philippus petiit, & ab Quintio impetravit. Vide lib. 33 cap. 12, 13. quæ deinde anno ſequente ab Senatu confirmata eſt, lib. 33 c. 24 & 30. Decepit eum, quod meminerat pacem Philippo dediſſe T. Quintium, qui ex Græcia deceſſit, ac de Philippo & Nabide triumphavit iis, quos poſuit ipſe, conſulibus, lib. 34, c. 48 & 52, oblitus interim, manſiſſe illum, poſtquam cum Philippo debellaſſet, in Græcia per triennium, ut eam ordinaret ac componeret, & bellum contra Nabidem gereret. *Jac. Perizonius.*

1 Ne

geniem ediderat, cujus magna pars matura militiæ eſſet, & levibus bellis Thracum accolarum, quæ exercerent magis quam fatigarent, ſub aſſidua tamen militia fuerat: & diu meditatum Philippo primo, deinde & Perſi Romanum bellum, omnia ut inſtructa parataque eſſent, effecerat. Mota parumper acies, non juſto decurſu tamen, [1] ne ſtetiſſe tantum in armis viderentur. armatoſque, ſicut erant, ad concionem vocavit. Ipſe conſtitit in tribunali, circa ſe habens filios duos: quorum major Philippus, natura frater, adoptione filius: minor, quem Alexandrum vocabant, naturalis erat. Cohortatus eſt milites ad bellum. injuriam populi Romani in patrem ſeque commemoravit: *Illum omnibus indignitatibus, compulſum ad rebellandum, inter apparatum belli fato oppreſſum: ad ſe ſimul legatos, ſimul milites ad occupandas Græciæ urbes miſſos. Fallaci deinde colloquio per ſpeciem reconciliandæ pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent. Conſulem nunc venire* [2] *cum duabus legionibus Romanis,* [3] *quæ* * *trecenos equites habeant, & pari ferme numero ſociorum peditum equitumque. Eo ut accedant regum auxilia Eumenis & Maſiniſſæ, non plus ſeptem millia peditum, duo equitum, futura. Auditis hoſtium copiis, reſpicerent ſuum ipſi exercitum, quantum numero, quantum genere militum præſtarent tironibus raptim ad id bellum*

1 *Ne ſtetiſſe tantum*] Tranſponit Muretus: *non juſto decurſu tamen; tantum, ne ſtetiſſe in armis viderentur.* J. F. Gron.

2 *Cum duabus legionibus Romanis, quæ trecenos equites*] Locus defectus, quem miror non integraſſe Sigonium, cum ſub manu haberet monens *trecenos* ſcribendum pro *tricenos*, ut male erat in antiquis, cumque id illi facillimum eſſet. Quid enim certius quam Livium ſcripſiſſe: *Conſulem nunc venire cum duabus legionibus Romanis, quæ ſingula ſena millia peditum & trecenos equites habeant, & parem ferme numerum ſociorum peditum equitumque.* Quo enim equitem annumeraret, niſi & peditum copias expreſſiſſet? Fuit autem, ut ſupra cap. 31 id præcipuum provinciæ Macedoniæ datum, quod cum alterius conſulis legionibus quina millia & duceni equites ex vetere inſtituto darentur in ſingulas legiones, in Macedoniam ſena millia peditum ſcribi juſſa, equites treceni æqualiter in ſingulas legiones. *Idem.*

3 *Quæ tricenos equites habeant*] Corrigo *trecenos*, quod eſt æque, ac trecentenos; ſic paulo poſt: *Non plus quam* CCC *equites erant in caſtris Romanis.* ſic libro priore: *Quina millia, & duceni pedites, & trecenti equites.* Sigonius.

3 In-

lum conſcriptis; ipſi à pueris eruditi artibus militiæ, tot ſubacti atque durati bellis. Auxilia Romanis Lydos, & Phrygas, & Numidas eſſe: ſibi Thracas, Galloſque, ferociſſimas gentium. Arma illos habere ea, quæ ſibi quiſque paraverit pauper miles: Macedonas prompta ex regio apparatu, per tot annos patris ſui cura & impenſa facta. Commeatum illis quum procul, tum omnibus ſub caſibus maritimis fore: ſe & pecuniam & frumentum, præter reditus metallorum, in decem annos ſepoſuiſſe. Omnia, quæ Deorum indulgentia, quæ regia cura præparanda fuerant, plena cumulataque habere Macedonas. animum habendum eſſe, quem habuerint majores eorum: qui Europa omni domita, tranſgreſſi in Aſiam, [1] incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum: nec ante vincere deſierint, quam Rubro mari incluſis, quod vincerent, defuerit. At, hercule, nunc non de ultimis Indiæ oris, ſed de ipſius Macedoniæ poſſeſſione certamen fortunam indixiſſe. Cum patre ſuo gerentes bellum Romanos, [2] ſpecioſum Græciæ liberandæ tuliſſe titulum. nunc propalam Macedoniam in ſervitutem petere: ne rex vicinus imperio ſit Romano, ne gens bello nobilis arma habeat. Hæc enim tradenda ſuperbis dominis eſſe cum rege regnoque, ſi abſiſtere bello & facere imperata velint. Quum
53 per omnem orationem ſatis frequenti aſſenſu ſucclamatum eſſet; tum vero ea vociferatio, ſimul indignantium minitantiumque, partim jubentium bonum animum habere regem, exorta eſt, ut finem dicendi faceret. tantum juſſis [3] ad iter parari, (jam enim dici, movere caſtra ab Nymphæo Romanos) concione dimiſſa, ad audiendas legationes civitatum Macedoniæ ſe contulit. venerant autem ad pecunias, pro facultatibus quæque ſuis, & frumentum pollicendum ad bellum. Omnibus gratiæ actæ, remiſſum omnibus; ſatis regios apparatus ad ea dictum ſufficere: vehicula tantum imperata, ut tormenta, telorumque miſſilium ingentem vim præparatam, bel-

1 *Incognitum famæ aper.*] *Famæ*, perſpicuè. *Sigonius.*

2 *Specioſum Græciæ liberandæ tuliſſe titulum*] Lege, *prætuliſſe.* J. F. Gron.

3 *Ad iter parare*] *Parari*, perſpicue. *Sigonius.*

1 *Py-*

bellicúmque aliud inſtrumentum veherent. Profectus
inde, toto exercitu Eordeam petens, ad Begorritem
quem vocant lacum, poſitis caſtris, poſtero die in Eli-
meam ad Haliacmona fluvium proceſſit. Deinde ſaltu
anguſto ſuperatis montibus, quos Cambunios vocant,
deſcendit ad (Tripolim vocant) Azorum, [1] Pythium, &
Dolichen incolentes. Hæc tria oppida pauliſper cun-
ctata, quia obſides Lariſſæis dederant: victa tamen præ-
ſenti metu, in deditionem conceſſerunt. Benigne his
appellatis, haud dubius Perræbos quoque idem factu-
ros, urbem, nihil cunctatis qui incolebant, primo ad-
ventu recipit. [2] Cyretias oppugnare conatus, primo
etiam die acri concurſu ad portas armatorum eſt repul-
ſus: poſtero die omnibus copiis adortus, in deditionem
omnes ante noctem accepit. Mylæ proximum oppidum, 54
ita munitum, ut inexſuperabilis munimenti ſpes incolas
ferociores faceret; non portas claudere regi ſatis habue-
runt, ſed [3] probris quoque in ipſum Macedonaſque pro-
cacibus jaculati ſunt. quæ res, quum infeſtiorem hoſtem
ad oppugnandum feciſſet, ipſos deſperatione veniæ ad
tuendos ſeſe acrius accendit. Itaque per triduum ingen-
tibus utrimque animis & oppugnatæ ſunt, & defenſæ.
Multitudo Macedonum ad ſubeundum invicem prœlium
haud difficulter ſuccedebat: oppidanos diem, noctem,
eoſdem

1 *Pythoum, & Dolychene*] Πύθιον vocant Plutarchus in Paullo & Stephanus. Quare lego, *Pythium*. Sigonius.

2 *Cyrethias oppugnare coactus*] *Conatus*, perſpicue. *Idem.*

3 *Probris in ipſum jaculati ſunt*] Uſitatiora *jaculari aliquid* vel pro ſcopo, ut *corvos*, *dextra ſacras arces*, vel pro telo, velut *ignem puppibus* aut è *nubibus panes* de Capitolio, *ornos*, tum ſine caſu *jaculari ex ſummo*, *jaculari in dextrum latus*. Sed & ſic Quintilianus lib. 9 Inſt. 1, 2. *Si pater, qui infamem in matrem filium ſecreto occidiſſet, reus malæ tractationis jacularetur in uxorem obliquis ſententiis*. Sed ibi in Mſ. fuiſſe *jocularetur* teſtatur Gebhardus. Ut apud noſtrum lib. 7. *Inter carminum prope modum incondita quædam militariter joculantes.* Utrum igitur hic quoque in Livio *joculati ſunt*, an legimus *probra*? apud Fabium *jacularetur in uxorem obliquas ſententias*: Petronii certe eſt: *dicta voluit in calvos ſtigmoſoſque jaculari*. Fabii lib. 2, 11. *Abrupta quædam, ut forte ad manum venere, jaculantur.* Lib. 11, 3. *Qui ſententias vibratis digitis jaculantur.* Idem lib. 6. *In hac veluti jaculatione dictorum.* Muretus. *jocati*. J.F.Gron.

eoſdem tuentes mœnia, non vulnera modo, ſed etiam vigiliæ & continens labor conficiebat. quarto die quum & ſcalæ undique ad muros erigerentur, & porta vi majore oppugnaretur; oppidani depulſi muris ad portam tuendam concurrunt, eruptionemque repentinam in hoſtes faciunt. quæ quum iræ magis inconſultæ, quam veræ fiduciæ virium eſſet, pauci & feſſi ab integris pulſi terga dederunt, [1] fugienteſque per patentem portam hoſtes acceperunt. Ita capta urbs ac direpta eſt. libera quoque corpora, quæ cædibus ſuperfuerunt, venundata. Diruto magna ex parte & incenſo oppido, profectus ad Phalannam caſtra movit: inde poſtero die Gyrtonem pervenit. Quo quum T. Minucium Rufum, & Hippiam, Theſſalorum prætorem, cum præſidio intraſſe accepiſſet; ne tentata quidem oppugnatione prætergreſſus, [2] Elatiam & Gonnum, perculſis inopinato adventu oppidanis, recepit. Utraque oppida [3] in faucibus ſunt, quæ Tempe adeunt; magis Gonnus. itaque & firmiore id præſidio tutum equitum peditumque, ad hoc, foſſa triplici ac vallo munitum, reliquit. Ipſe ad Sycurium progreſſus, opperiri ibi hoſtium adventum ſtatuit: ſimul & frumentari paſſim exercitum jubet in ſubjecto hoſtium agro. namque Sycurium eſt ſub radicibus Oſſæ montis. qua in meridiem vergit, ſubjectos habet Theſſaliæ campos: ab tergo Macedoniam atque Magneſiam. Ad has opportunitates accedit ſumma ſalubritas & copia pluribus circumjectis fontibus perennium aquarum.
55 Conſul Romanus per eoſdem dies Theſſaliam cum exercitu petens, iter expeditum primo per Epirum habuit: deinde, poſtquam in Athamaniam eſt tranſgreſſus, aſperi ac prope invii ſoli, cum ingenti difficultate

parvis

1 *Fugienteſque per patentem*] Forte: *fugienteſque &* (vel *etiam*) *per patentem portam hoſtes acceperunt*. nam partem eorum jam trans muros acceperant. *J. F. Gr.*

2 *Velatias & Connum*] *Elatiam & Gonnum*. De utriſque dictum eſt ante ex Stephano. *Sigonius.*

3 *In faucibus ſunt, quæ Tempe adeunt*] Lege: *qua Tempe adeuntur*. J. F. Gron.

1 In-

parvis itineribus ægrè Gomphos pervenit: cui ſi vexatis hominibus equiſque tironem exercitum ducenti acie inſtructa & loco ſuo & tempore obſtitiſſet rex, ne Romani quidem abnuunt, magna ſua cum clade fuiſſe pugnaturos. Poſtquam Gomphos ſine certamine ventum eſt, præter gaudium periculoſi ſaltus ſuperati, contemptus quoque hoſtium, adeo ignorantium opportunitates ſuas, acceſſit. Sacrificio rite perfecto conſul, & frumento dato militibus, paucos ad requiem jumentorum hominumque moratus dies; quum audiret vagari Macedonas effuſos per Theſſaliam, vaſtarique ſociorum agros; ſatis jam refectum militem ad Lariſſam ducit. [1] Inde quum tria millia ferme abeſſet à Tripoli (Sceam vocant) ſuper Peneum amnem poſuit caſtra. Per idem tempus Eumenes ad Chalcidem navibus acceſſit cum Attalo atque Athenæo fratribus; [2] Philetæro fratre relicto Pergami ad tutelam regni. inde cum Attalo & quatuor millibus peditum, mille equitum ad conſulem venit. Chalcide relicta duo millia peditum, quibus Athenæus præpoſitus. Et alia eodem auxilia Romanis ex omnibus undique Græciæ populis convenerunt, quorum pleraque (adeo parva erant) in oblivionem adducta. Apolloniatæ trecentos equites, centum pedites miſerunt. Ætolorum alæ unius inſtar, quantum in tota gente equitum erat, venerant: & Theſſalorum omnis equitatus ſeparatus erat. non plus quam trecenti erant equites in caſtris Romanis. Achæi juventutis ſuæ, Cretico maxime armatu,
56 ad mille dederunt. Sub idem tempus & C. Lucretius prætor, qui navibus præerat ad Cephalleniam, M. Lucretio fratre cum claſſe ſuper Maleam Chalcidem juſſo petere, ipſe triremem conſcendit; ſinum Corinthium petens ad præoccupandas in Bœotia res: tardior ei naviga-

1 *Inde quum tria millia fere abeſſet à Tripoli*] Recte ſi τὸ *Inde* ſignificat deinde vel poſtea. Sed poteſt & ſignificare, ab Lariſſa: & tum legendum foret: *Inde quum tria millia ferme abeſſet, ad Tripolin (Scæam vocant) ſuper Peneum amnem poſuit caſtra.* Idem.

2 *Philetero.*] *Philetæro*, de quo Appianus in Syriaca. *Sigonius.*

vigatio propter infirmitatem corporis fuit. M. Lucretius Chalcidem adveniens, quum à P. Lentulo Haliartum oppugnari audiſſet, nuncium, prætoris verbis, qui abſcedere eum inde juberet, miſit. Bœotorum juventute, quæ pars cum Romanis ſtabat, eam rem aggreſſus legatus, à mœnibus abſceſſit. Hæc ſoluta obſidio locum alteri novæ obſidioni dedit. namque extemplo M. Lucretius cum exercitu navali decem millibus armatorum, ad hoc duobus millibus regiorum, qui ſub Athenæo erant, Haliartum circumſedit: parantibuſque jam oppugnare, ſupervenit à Creuſa prætor. Ad idem ferè tempus & ab ſociis naves Chalcidem convenerunt: duæ Punicæ quinqueremes, duæ ab Heraclea ex Ponto triremes, quatuor Chalcedone, totidem Samo, tum quinque Rhodiæ quadriremes. Prætor, quia nuſquam erat maritimum bellum, remiſit ſociis. & Q. Marcius Chalcidem navibus venit, Alope capta, Lariſſa quæ Cremaſte dicitur, oppugnata. Quum hic ſtatus in Bœotia eſſet, Perſeus quum ad Sycurium (ſicut ante dictum eſt) ſtativa haberet, frumento undique circa ex agris convecto, ad vaſtandum agrum Pheræorum miſit: ratus ad juvandas ſociorum urbes longius ab caſtris abſtractos deprehendi Romanos poſſe. Quos quum eo tumultu nihil motos animadvertiſſet, [1] prædam quidem, præterquam hominum, (pecora autem maxime omnis generis
57 fuere) diviſit ad epulandum militibus. Sub idem deinde tempus conſilium & conſul & rex habuerunt, unde bellum ordirentur. Regis creverunt animi vaſtatione conceſſa ſibi ab hoſte Pheræi agri. itaque, eundum inde ad caſtra, nec dandum ultra ſpatium cunctandi, cenſebat. Et Romani cenſebant, cunctationem ſuam infamem apud ſocios eſſe; maximopere indigne ferentes non latam Pheræis opem. Conſultantibus quid agerent (aderant autem Eumenes & Attalus in conſilio) trepidus nun-

1 *Prædam quidem, præterquam hominum*] Forte: *prædæ quod erat*. J.F.Gron.

nuncius affert, hoſtem magno agmine adeſſe. Conſilio dimiſſo, ſignum extemplo datur, ut arma capiant. Interim placet ex regiis auxiliis centum equites & parem numerum jaculatorum peditum exire. [1] Perſeus hora ferme diei quarta, quum paulo plus mille paſſus abeſſet à caſtris Romanis, conſiſtere ſigna peditum juſſit. prægreſſus ipſe cum equitibus ac levi armatura, & Cotys cum eo duceſque aliorum auxiliorum præceſſerunt. Minus quingentos paſſus ab caſtris aberant, quum in conſpectu fuere hoſtium equites: duæ alæ erant magna ex parte Gallorum (Caſſignatus præerat) & levis armaturæ centum fere & quinquaginta, Myſi aut Cretenſes. Conſtitit rex; incertus quantum eſſet hoſtium. Duas inde ex agmine turmas Thracum, duas Macedonum, cum binis Cretenſium cohortibus & Thracum, miſit. Prœlium, quum pares numero eſſent, neque ab hac aut illa parte nova auxilia ſubvenirent, incerta victoria finitum eſt. Eumenis ferme triginta interfecti: inter quos Caſſignatus dux Gallorum cecidit. & tunc quidem Perſeus ad Sycurium copias reduxit: poſtero die circa eandem horam in eundem locum rex copias admovit; plauſtris cum aqua ſequentibus. nam duodecim millium paſſuum via omnis ſine aqua & plurimi pulveris erat: affectoſque ſiti, ſi primo in conſpectu dimicaſſent, pugnaturos fuiſſe apparebat. Quum Romani quieſſent, ſtationibus etiam intra vallum reductis, regii quoque in caſtra redeunt. Hoc per aliquot dies fecerunt; ſperantes fore ut Romani equites abeuntium noviſſimum agmen aggrederentur. inde certamine orto, quum longius à caſtris eos elicuiſſent, facilè ubiubi eſſent, ſe, qui equitatu & levi armatura plus poſſent, converſuros aciem. Poſtquam inceptum 58
non ſuccedebat, caſtra propius hoſtem movit rex, & à quin-

1 *Perſeus ferme diei quarta*] Lego, *Perſeus hora ferme diei quarta*: neque enim in ejuſmodi ἔλλειψιν adhuc apud Livium incidi. paulo poſt, *ante horam quartam*. Sigonius.

quinque millibus paſſuum communiit. inde luce prima in eodem quo ſolebat loco peditum acie inſtructa, equitatum omnem levemque armaturam ad caſtra hoſtium ducit. Viſus & plurium & propior ſolito pulvis, trepidationem in caſtris Romanis fecit. & primo vix creditum nuncianti eſt; quia prioribus continuis diebus, nunquam ante horam quartam hoſtis apparuerat. tum ſolis ortus erat. Deinde ut plurium clamore & curſu à portis dubitatio excempta eſt; tumultus ingens oboritur: tribuni præfectique, & centuriones, in prætorium: miles ad ſua quiſque tentoria diſcurrit. Minus quingentos paſſus à vallo inſtruxerat Perſeus ſuos, circa tumulum, quem Callicinum vocant. Lævo cornu Cotys rex præerat cum omnibus ſuæ gentis: equitum ordines levis armatura interpoſita diſtinguebat. In dextro cornu Macedones erant equites: intermixti turmis eorum Cretenſes. Huic armaturæ [1] Milo Berœæus, equitibus & [2] ſummæ partis ejus Meno Antigonenſis præerat. Proximi cornibus conſtiterant regii equites, &, mixtum genus, delecta plurium gentium auxilia: [3] Patrocles Antigonenſis hic, & Pæoniæ præfectus Didas, erant præpoſiti. Medius omnium rex erat. circa eum agema quod vocant, equitumque ſacræ alæ. Ante ſe ſtatuit funditores jaculatoreſque: quadringentorum manus utraque numerum expleverat. Ionem Theſſalonicenſem & Timanora Dolopem iis præfecit. ſic regii conſtiterant. [4] Conſul intra vallum peditum acie inſtructa, & ipſe equitatum omnem cum levi armatura emiſit. pro vallo inſtructi ſunt. Dextro cornu præpoſitus C. Licinius Craſſus conſulis frater cum

1 *Midon Bereus*] *Milo Berœæus.* Plutarchus enim in Paullo Μίλωνα nominat. *Sigonius.* Polybius in fragmento LXIX habet Μύδων Βεϱοιδὺς. unde videtur apud Livium *Medon Beræus* ſcribendum, ſive *Berœæus* ex Græco numiſmate ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. *Urſinus.*

2 *Summæ partis ejus*] Legendum *parti*, non *partis.* Sigonius.

3 *Patrocles Antigonenſis hic*] Legendum *his*, id eſt, auxiliis gentium præerat. *Idem.*

Patrocles Antigonenſis hic & Pæoniæ præfectus Didas] Lege: *his*. J. F. Gron.

4 *Proconſul intra vallum*] Lege, *Conſul* perſpicue. *Sigonius.*

1 *Gla-*

cum omni Italico equitatu, velitibus intermixtis: ſiniſtro M. Valerius Lævinus ſociorum ex Græcis populis equites habebat, ejuſdem gentis levem armaturam. Mediam autem aciem cum delectis equitibus extraordinariis tenebat Q. Mucius. ducenti equites Galli ante ſigna horum inſtructi, & de auxiliis Eumenis Cyrtiorum gentis trecenti. Theſſali quadringenti equites parvo intervallo ſuper lævum cornu locati. Eumenes rex Attaluſque cum omni manu ſua ab tergo inter poſtremam aciem ac vallum ſteterunt. In hunc modum maximè inſtructæ 59
acies, par ferme utrimque numerus equitum ac levis armaturæ concurrunt; à funditoribus jaculatoribuſque, qui præceſſerunt, prœlio orto. Primi omnium Thraces, haud ſecus quam diu clauſtris retentæ feræ, concitati cum ingenti clamore in dextrum cornu Italicos equites incurrerunt: ut uſu belli & ingenio impavida gens turbaretur. [1] gladiis haſtas petere pedites, nunc ſuccidere crura equis, nunc ilia ſuffodere. Perſeus in mediam invectus aciem, Græcos primo impetu avertit: quibus quum gravis ab tergo inſtaret hoſtis, Theſſalorum equitatus, qui [2] à lævo cornu brevi ſpatio disjunctus in ſubſidiis fuerat, extra concurſum primo ſpectator certaminis, deinde inclinata re, maximo uſui fuit. Cedentes enim ſenſim integris ordinibus, poſtquam ſe Eumenis auxiliis adjunxerunt; & cum eo tutum inter ordines ſuos receptum ſociis fuga diſſipatis dabant; &, quum minus conferti hoſtes inſtarent, progredi etiam auſi multos fugientium obvios exceperunt. Nec regii ſparſi jam ipſi paſſim ſequendo, cum ordinatis & [3] certo incedentibus gradu,

1 *Gladiis haſtas petere pedites. Nunc ſuccidere*] Suſpicor conjungenda eſſe verba, *gladiis haſtas petere pedites, nunc ſuccidere*, nam hæc omnia peditum ſunt in equites opera, ut alii haſtas eorum gladiis peterent, alii crura equis ſuccidęrent, alii ilia ſuffoderent. *Sigonius.*

2 *A lævo cornu brevi ſpatio disjunctus*] Primum exemplar: *dijunctus.* J. F. Gron.

3 *Certo incidentibus gradu*] Lego, *incedentibus*, ut lib. 22. *Cum ſignu prima luce motis ſegniter agmen incederet.* Et Ovidius lib. 2 Metamorph. *Incedere paſſu*, dixit. *Sigonius.*

gradu, manus conſerere audebant. Quum victor equeſtri prœlio rex parvo momento [1] ſi adjuviſſet, debellatum eſſet; opportunè adhortanti ſupervenit phalanx, quam ſua ſponte, ne audaci cœpto [2] deeſſent, Hippias & Leonatus raptim adduxerant, poſtquam proſpere pugnaſſe equitem acceperunt. Fluctuante rege inter ſpem metumque tantæ rei conandæ, Cretenſis Euander, quo miniſtro Delphis ad inſidias Eumenis regis uſus erat, [3] poſtquam agmen impeditum venientium ſub ſignis vidit, ad regem accurrit, & monere inſtitit, *Ne elatus felicitate ſummam rerum temere in non neceſſariam aleam daret. Si contentus bene re geſta quieſſet eo die, vel pacis honeſtæ conditionem habiturum, vel plurimos belli ſocios, qui fortunam ſequerentur, ſi bellare mallet.* In hoc conſilium pronior erat animus regis. Itaque collaudato Euandro, ſigna referri, peditumque agmen redire in caſtra jubet: equitibus re-
60 ceptui canere. [4] Cecidere eo die ab Romanis ducenti equites, duo millia haud minus peditum: capti ferme ducenti equites. ex regiis autem viginti equites, quadraginta pedites interfecti. Poſtquam rediere in caſtra victores, omnes quidem læti, ante alios Thracum inſolens lætitia eminebat: [5] cum cantu enim ſuperfixa capita hoſtium portantes redierunt. Apud Romanos non mœſtitia tantum ex male geſta re, ſed pavor etiam erat, ne

ex-

1 *Si adjuviſſet, debellatum eſſet*] *Debellaturus*, ut legatur, ſenſus poſtulat. *Sigonius.*

Si adjuviſſet, debellatum eſſet] Forte: *debellaturus eſſet.* J. F. Gron.

2 *Deeſſet*] *Deeſſent.* refertur enim ad Hippiam & Leonatum, non ad phalangem. *Sigonius.*

3 *Poſtquam agmen impeditum venientium*] Intelligit phalangem, quæ opportune regi superveniſſe dicitur. Cur autem *impeditum agmen* vocetur, non video, cum expediti ad pugnam & ab ipſo rege inſtructi, eodem quo ſolebant loco, ſteterint pedites cap. 59. Impeditum vero agmen eſt, quod impedimenta ſecum habet atque iter facit. Vide 43, 23. Contra *ad pugnam exibant expediti* 44, 4. Scribe *agmen peditum.* Paulo poſt de iiſdem. *peditumque agmen redire in caſtra jubet.* Jac. Perizonius.

4 *Concid. eo die ab Rom. cc equites*, &c.] Summam colligit omnium Plutarchus in Apophthegmatibus, duo millia octingentos, qui aut cæſi aut capti ſint. *Sigonius.*

5 *Cum cantu enim ſuperfixa capita*] Videtur excidiſſe τὸ *haſtis*, aut ſimile teli genus. *J. F. Gron.*

1 *Lo-*

extemplo caſtra hoſtis aggrederetur. Eumenes ſuadere, ut trans Peneum transferret caſtra: ut pro munimento amnem haberet, dum perculſi milites animos colligerent. Conſul moveri flagitio timoris fatendi: victus tamen ratione, ſilentio noctis tranſductis copiis, caſtra in ulteriore ripa communit. Rex poſtero die ad laceſſendos prœlio hoſtes progreſſus, poſtquam trans amnem in tuto poſita caſtra animadvertit; fatebatur quidem peccatum, quod pridie non inſtitiſſet victis: ſed aliquanto majorem culpam eſſe, quod nocte foret ceſſatum. nam ut neminem alium ſuorum moveret, levi armatura immiſſa, trepidantium in tranſitu fluminis hoſtium deleri magna ex parte copias potuiſſe. Romanis quidem præſens pavor demptus erat; in tuto caſtra habentibus: damnum inter cætera præcipuè famæ movebat. & in conſilio apud conſulem pro ſe quiſque in Ætolos conferebant cauſſam; ab iis fugæ terroriſque principium ortum. ſecutos pavorem Ætolorum & cæteros ſocios Græcorum populorum. Quinque principes Ætolorum primi terga vertentes conſpecti dicebantur. Theſſali pro 61
concione laudati, duceſque eorum etiam virtutis cauſſa donati. Ad regem ſpolia cæſorum hoſtium referebantur. dona ex his aliis arma inſignia, aliis equos, quibuſdam captivos dono dabat: ſcuta erant ſupra mille quingena; [1] loricæ thoraceſque mille amplius ſummam explebant: galearum gladiorumque & miſſilium omnis generis major aliquanto numerus. Hæc per ſe ampla, pleraque multiplicata verbis regis, quæ ad concionem vocato exercitu habuit. *Præjudicatum eventum belli habetis. Meliorem partem hoſtium, equitatum Romanum, quo invictos ſe eſſe gloriabantur, fudiſtis. Equites enim illis principes juventutis, equites ſeminarium ſenatus: inde lectos in Patrum numerum conſules, inde imperatores creant. horum ſpolia paulo ante diviſimus inter vos. Nec minorem de legionibus peditum victoriam habe-*

1 *Loricæ thoraceſque mille amplius ſummam*] Lego, *millenum*. J. F. Gron.

habetis. quæ nocturna fuga vobis ſubtractæ, naufragorum trepidatione paſſim natantium flumen compleverunt. Sed facilius nobis ſequentibus victos Peneum ſuperare erit, quam illis trepidantibus fuit, tranſgreſſique extemplo caſtra oppugnabimus; quæ hodie cepiſſemus, ni fugiſſent. Aut ſi acie decernere volent, eundem pugnæ pedeſtris eventum exſpectate, qui equitum in certamine fuerit. Et qui vicerant alacres, ſpolia cæſorum hoſtium [1] humeris gerentes ante ora ſua, audivere; ex eo quod acciderat ſpem futuri præcipientes: & pedites aliena gloria accenſi, præcipuè qui Macedonum phalangis erant, ſibi quoque & navandæ regi operæ, & ſimilem gloriam ex hoſte pariendi, occaſionem optabant. Concione dimiſſa, poſtero die profectus inde [2] ad Mopſium poſuit caſtra. tumulus hic inter Tempe & Lariſſam me-
62 dius eſt. Romani non abſcedentes ab ripa Penei tranſtulerunt in locum tutiorem caſtra. Eo Miſagenes Numida venit cum mille equitibus; pari peditum numero; ad hoc elephantis duobus & viginti. Per eos dies conſilium habenti regi de ſumma, quum jam conſediſſet ferocia ab re bene geſta: auſi ſunt quidam amicorum conſilium dare, [3] ut ſecunda fortuna in conditione honeſtæ pacis uteretur, potius quam ſpe vana evectus in caſum irrevocabilem ſe daret. *Modum imponere ſecundis rebus, nec nimis credere ſerenitati præſentis fortunæ; prudentis hominis & merito felicis eſſe. Mitteret ad conſulem, qui fœdus in eaſdem leges renovarent, quibus Philippus pater ejus pacem à* T. *Quintio victore accepiſſet. Neque finiri bellum magnificentius, quam à tam memorabili pugna: neque ſpem firmiorem pacis perpetuæ dari, quam quæ perculſos adverſo prœlio Romanos molliores fa-*

ctura

1 *Humeris gerentes ante ora ſua audivere*] Bifrontes utique fuere hoc genus hominum, qui quæ humeris gerebant, ante ora ſua habuere. Expiemus hoc monſtrum ſcribendo: *Et qui vicerant, alacres, ſpolia cæſorum hoſtium humeris gerentes, facinora ſua audivere.* Vel, *decora ſua.* J. F. Gron.

2 *Ad Mopſelum*] *Mopſium* lego, ex Stephano: Μόψιον, πόλις τῆς Πελασγιώτιδος χώρας Θετταλίας· Στράβων ἐνάτῃ. *Sigonius.*

3 *Ut ſecunda fortuna in conditione honeſtæ pacis uteretur*] Forte, *in conditionem.* J. F. Gron.

1 Ceſ-

ctura ſit ad paciſcendum. Quod ſi Romani tum quoque inſita pertinacia æqua aſpernarentur; Deos homineſque, & moderationis Perſei, & illorum pervicacis ſuperbiæ, futuros teſtes. Numquam ab talibus conſiliis abhorrebat regis animus. itaque plurium aſſenſu comprobata eſt ſententia. Legati ad conſulem miſſi, adhibito frequenti conſilio auditi ſunt. *Pacem petere, vectigal, quantum Philippus pactus eſſet, daturum Perſea Romanis pollicentes. urbibus, agris lociſque, quibus Philippus ceſſiſſet,* [1] *ceſſurum primum.* hæc Legati. Summotis his, quum conſultarent; Romana conſtantia vicit in conſilio. Ita tum mos erat, in adverſis vultum ſecundæ fortunæ gerere; moderari animos in ſecundis. Reſponderi placuit, [2] *Ita pacem dari, ſi de ſumma rerum liberum ſenatui permittat rex, de ſe deque univerſa Macedonia ſtatuendi jus.* Hæc quum renunciaſſent legati, [3] miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum eſſe: & plerique vetare amplius mentionem pacis facere. ultrò mox quæſituros quod oblatum faſtidiant. Perſeus hanc ipſam ſuperbiam, quippe ex fiducia virium eſſe, timere: & ſummam pecuniæ augens, ſi pretio pacem emere poſſet, non deſtitit animum conſulis tentare. Poſtquam nihil ex eo, quod primo reſponderat, mutabat; deſperata pace ad Sycurium, unde profectus erat, rediit; belli caſum de
integro tentaturus. Fama equeſtris pugnæ vulgata per 63
Græciam, nudavit voluntates hominum. non enim ſolum

1 *Ceſſurum primum*] Pro *primum*, repono *Perſeum*, evidente ſenſu. nam dixit etiam: *Vectigal quantum Philippus pactus eſſet, daturum Perſea Romanis pollicentes.* Sigonius.

Ceſſurum Perſeum] Sigonii eſt, quum ex codice ſingulari edidiſſent: *ceſſurum primum.* Ille quidem evidente ſenſu conjecturam ſuam probari putat. At quis credat Livium ibi repetere voluiſſe vocem *Perſea*, dein non *Perſea*, ſed *Perſeum* dicturum fuiſſe? Lege potius: *ceſſurum & ipſum.* J. F. Gron.

2 *Ita pacem dari, --- deque univ. Mac. ſtat. jus*] Eadem ſententia eſt apud Plutarchum in Apophtheg. P. Licinii conſulis. *Sigonius.*

3 *Miraculo ignaris* * * *moris pertinacia*] Tolle aſteriſcos: nihil enim prorſus abeſt: *Hæc quum renunciaſſent legati, miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum eſſe.* Nihil eſt difficultatis, niſi quod τὸ *Romanorum*, quaſi bis poſitum, accipiendum eſt, hoc ſenſu: miraculo erat pertinacia Romanorum ignaris moris eorundem Macedonibus. *J. F. Gron.*

1 *Qui-*

lum qui partis Macedonum erant, ſed plerique, ingentibus Romanorum obligati beneficiis, [1] quidam vim ſuperbiamque experti, læti eam famam accepere: non ob aliam cauſam quam pravo ſtudio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur; [2] deteriori atque infirmiori favendo. Eodem tempore in Bœotia ſumma vi Haliartum Lucretius prætor oppugnarat: & quamquam nec habebant externa auxilia obſeſſi, præter Coronæorum juniores, qui prima obſidione mœnia intraverant, neque ſperabant; tamen ipſi animis magis quam viribus reſiſtebant. nam & eruptiones in opera crebro faciebant: & arietem admotum, libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant: &, ſi qua declinarent qui agebant ictum, pro diruto muro novum tumultuario opere, raptim ex ipſa ſtrage congeſtis ſaxis, extruebant. Quum operibus oppugnatio lentior eſſet, ſcalas per manipulos dividi prætor juſſit, ut corona undique mœnia aggreſſurus: eo magis ſuffecturam ad id multitudinem ratus, quod, qua parte palus urbem cingit, nec attinebat oppugnari, nec poterat. Ipſe ab ea parte, qua duæ turres, quodque inter eas muri prorutum fuerat, duo millia militum delectorum admovit; ut eodem tempore, quo ipſe tranſcendere ruinas conaretur, concurſu adverſus ſe oppidanorum facto, ſcalis vacua defenſoribus mœnia capi parte aliqua poſſent. Haud ſegniter oppidani vim ejus arcere parant. nam ſuper ſtratum ruinis locum, faſcibus aridis ſarmentorum injectis, ſtantes cum ardentibus facibus accenſuros ea ſe ſæpe minabantur, ut incendio [3] interſepti ab hoſte, ſpatium ad objiciendum interiorem murum haberent. Quod inceptum eorum fors impediit: nam tantus repentè effuſus eſt imber, ut nec accendi facile pateretur, & extingueret accenſa. Ita-

1 *Quidam vim ſuperbiamque experti*] Videtur excidiſſe, *Macedonum*. J. F. Gron.

2 *Deteriori atque infirmiori favendo*] Scribe, *favendi*. Adhæret enim hoc verbum τῷ *ſtudio*. Idem.

3 *Intercepti ab hoſte*] Legit Florebellus, *interſepti*. quod eſt melius. *Sigon.*

1 *At-*

Itaque & tranſitus per diſtracta fumantia virgulta patuit; & in unius loci præſidium omnibus verſis, mœnia quoque pluribus ſimul partibus ſcalis capiuntur. In primo tumultu captæ urbis ſeniores impubereſque, quos caſus obvios obtulit, paſſim cæſi: armati in arcem confugerunt. & poſtero die, quum ſpei nihil ſupereſſet, deditione facta, ſub corona venierunt. Fuerunt autem duo millia fermè & quingenti: ornamenta urbis, ſtatuæ & tabulæ pictæ, & quicquid pretioſæ prædæ fuit, ad naves delatum: urbs diruta à fundamentis. Inde Thebas ductus exercitus: quibus ſine certamine receptis, urbem tradidit exulibus, & qui Romanorum partis erant: adverſæ factionis hominum, fautorumque regis ac Macedonum, familias ſub corona vendidit. his geſtis in Bœotia, ad mare ac naves rediit. Quum hæc in Bœotia ge- 64
rerentur, Perſeus ad Sycurium ſtativa dierum aliquot habuit. Ubi quum audiſſet, raptim Romanos circa ex agris demeſſum frumentum convehere, deinde ante ſua quemque tentoria ſpicas falcibus deſecantem, quo purius frumentum tereret, ingentes acervos per tota caſtra ſtramentorum feciſſe: ratus incendio opportuna eſſe, faces, tædamque, & malleolos ſtuppæ illitos pice parari jubet: [1] atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret. Nequicquam. primæ ſtationes oppreſſæ,

1 *Atque ita media - - - nequicquam prima - - - exciverunt*] Duas puto voces deeſſe huic ſententiæ quod apparebit, ſi ita legeris: *Atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret; nequicquam tentavit: nam primæ ſtationes oppreſſæ, tumultu ac terrore ſuo cæteros exciverunt, ſignumque datum eſt arma extemplo capiendi.* Aliter ſi legas, nullum elicies ſenſum. *Sigonius.*

Nequicquam primæ ſtationes oppreſſæ] Sigonius: Duas puto voces deeſſe huic ſententiæ, quod apparebit, ſi ita legeris: *Atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret, nequicquam tentavit. nam primæ ſtationes oppreſſæ*, &c. Aliter ſi legas, nullum elicies ſenſum. Sic ille ſtyli hiſtorici perſæpe non adſecutus acumina. Nos omnino aliter legimus: nihil addi patimur, tantum diſtinguimus: *Atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret. Nequicquam; primæ ſtationes oppreſſæ tumultu ac terrore ſuo cæteros exciverunt.* Hoc compendium loquendi agnoſce in auctore lib. 8 de bello Gallico: *equites tamen & auxiliarios pedites in omnes partes mittit, quaſcumque petiſſe dicebantur hoſtes. Nec fruſtra: nam plerumque magna præda potiti noſtri revertuntur.* Idem ibidem: *Hoſtes concidunt animis, atque itineribus diverſis*

preſſæ, tumultu ac terrore ſuo cæteros exciverunt: ſignumque datum eſt arma extemplo capiendi: ſimulque in vallo, ad portas, miles inſtructus erat, & intentus propugnationi caſtrorum. Perſeus & extemplo circumegit aciem, & prima impedimenta ire, deinde peditum ſigna ferri juſſit. ipſe cum equitatu & levi armatura ſubſtitit ad agmen cogendum; ratus, id quod accidit, inſecuturos ad extrema ab tergo carpenda hoſtes. Breve certamen levis armaturæ maximè cum procurſatoribus fuit. equites pediteſque ſine tumultu in caſtra redierunt. Demeſſis circa ſegetibus, Romani ad Crannonium intactum

verſis fugam quærunt. Nequicquam; nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere voluerant, iis ipſi tenebantur. Cornelius Nepos Alcibiade: *At Alcibiades victu Athenienſibus non ſatu tuta eadem loca ſibi arbitratus penitus in Thraciam ſe ſupra Propontidem abdidit, ſperans ibi faciliime ſuam fortunam occuli poſſe. Falſo: nam Thraces, poſtquam eum cum magna pecunia veniſſe ſenſerunt, inſidias ei fecerunt.* Florus 4, 11. *Regina ad pedes Cæſaris provoluta tentavit oculos ducis. Fruſtra. nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit.* Ita diſtinguendum. Amat & Lucretius. Lib. 4. *Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt. Nequicquam; quoniam pars horum maxima fallit.* Eodemque libro: *junguntque ſalivas Oris & inſpirant preſſantes dentibus ora. Nequicquam; quoniam nihil inde abradere poſſunt.* Moxque: *unguenta, corona, ſerta parantur. Nequicquam; quoniam medio de fronte leporum Surgit amari aliquid.* Lib. 5. *Nam tranſverſa feros exibant dentis adactus Jumenta, aut pedibus ventos erecta petebant. Nequicquam: quoniam ab nervis ſuccisa videres Concidere.* Neque offendat quemquam, quod in his exemplis ubique comparent particulæ *nam* aut *quoniam*, apud Livium non comparent. Poſſemus multa dare exempla orationum cauſalium ſine particula cauſali, quemadmodum auctoritate veterum librorum compluribus eam locis ejecimus. Eorum nonnulla recordabitur lector. Sed pro omnibus opportunum ſit hic illud Valerii lib. 6. *Contra autem geminis fidens thoracibus ictum. Suſtulit, & gladio Siboles ferit ultima tali. Nequicquam: jam cuſpis ineſt, nec fragmina curat Ambenus.* Ejus particulæ, quia proditam à quoquam legiſſe non memini, origo & ratio hæc eſt. *Nequicquam* breviter dicitur pro *ne*, quod eſt *non*, vel *nec ad quid quam*: eo modo, ut *nec aliud, nihil aliud* interdum pro nec vel nihil ad aliud aut ad nihil aliud poſitum notavimus ad lib. 31, 24. Quod autem non fit aut juvat ad quidquam, id fruſtra & incaſſum fit: ideo *nequidquam* idem eſt quod incaſſum. Sed & poteſt intelligi verbum *facere*, cum dicimus *Nequicquam*: ut ſit, *fecit, fecerunt, facit, faciunt*, prout contextus orationis requirit. Nam & Juriſconſultis, qui non jure agit, ſic ut irritum reddi poſſit, quod agit, *nihil egiſſe* dicitur. Hinc apparet quid ſentiendum ſit de ſcriptura, quam Giffanio Schoppioque auctoribus omnia fere hodie præla receperunt: *nequiquam*. Vetuſtiſſimi utique dixerunt *nequidquam* vel *necquidquam*: poſtea molliores auriculæ fecerunt *nequicquam*. Si quibus amplius placuit *nequiquam*, ut ſcribi in pleriſque vett. lib. ſcio, non intercedo: ſed mihi legem aut edictionem, ut ſequar, inhiberi non patior. *J. F. Gron.*

1 *Pri-*

tactum agrum caſtra movent. Ibi quum ſecuri, & propter caſtrorum longinquitatem, & viæ inopis aquarum difficultatem, quæ inter Sycurium & Crannona eſt, ſtativa haberent, repente prima luce in imminentibus tumulis equitatus regius cum levi armatura viſus ingentem tumultum fecit. [1] Pridie per meridiem profecti ab Sycurio erant: peditum agmen ſub lucem reliquerant in proxima planitie. Stetit pauliſper in tumulis, elici poſſe ratus ad equeſtre certamen Romanos: qui poſtquam nihil movebant, equitem mittit, qui pedites referre ad Sycurium ſigna juberet; ipſe mox inſecutus. Romani equites modico intervallo ſequentes, ſicubi ſparſos ac diſſipatos invadere poſſent; poſtquam confertos abire, ſigna atque ordines ſervantes, vident, & ipſi in caſtra redeunt. Inde offenſus longinquitate itineris rex, ad 65
Mopſium caſtra movit, & Romani demeſſis Crannonis ſegetibus, in [2] Phalannæum agrum tranſeunt. Ibi quum ex transfuga cognoſſet rex, ſine ullo armato præſidio paſſim vagantes per agros Romanos metere; cum mille equitibus, duobus milibus Thracum & Cretenſium profectus, quum quantum accelerare poterat effuſo agmine iſſent, improviſo aggreſſus eſt Romanos. juncta vehicula, pleraque onuſta, mille admodum capiuntur: ſexcenti ferme homines. Prædam cuſtodiendam ducendamque in caſtra trecentis Cretenſium dedit. ipſe revocato ab effuſa cæde equite, & reliquis peditum, ducit ad proximum præſidium; ratus haud magno certamine opprimi poſſe. L. Pompeius tribunus militum præerat, qui perculſos milites repentino hoſtium adventu in propinquum tumulum recepit; loci ſe præſidio, quia numero & viribus impar erat, defenſurus. Ibi quum in orbem milites coëgiſſet, ut denſatis ſcutis ab jactu ſagittarum & jacu-

1 *Pridie per meridiem profecti*] Forte, *de meridie*. Cenſorinus: *tunc meridies, quod eſt medii diei nomen. inde de meridie*. J. F. Gron.

2 *Phalanneum agrum*] *Phalannaum.* Steph. Φάλαννα, Φαλανναῖος. *Sigonius.*

1 *Huic*

jaculorum ſeſe tuerentur; Perſeus circumdato armatis tumulo, alios aſcenſum undique tentare jubet, & cominus prœlium conſerere, alios eminus tela ingerere. Anceps Romanos terror circumſtabat: nam neque conferti pugnare, propter eos qui aſcendere in tumulum conabantur, poterant: & ubi ordines procurſando ſolviſſent, patebant jaculis ſagittiſve. Maxime ceſtroſphendonis vulnerabantur. hoc illo bello novum genus teli inventum eſt. Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum erat, craſſitudine digiti: [1] huic ad libramen pinnæ tres, velut ſagittis ſolent, circumdabantur: funda media, duo funalia imparia habebant. cum majori ſinu libratum funditor habena rotaret, excuſſum velut glans emicabat. Quum, & hoc & alio omni genere telorum, pars vulnerata militum eſſet, nec facilè jam arma feſſi ſuſtinerent, inſtare rex ut dederent ſe, fidem dare, præmia interdum polliceri: nec cujuſquam ad deditionem flectebatur animus; quum ex inſperato jam obſtinatis mori ſpes affulſit. Nam quum ex frumentatoribus refugientes quidam in caſtra, nunciaſſent conſuli circumſideri præſidium; motus periculo tot civium (nam octingenti ferme, & omnes Romani erant) cum equitatu ac levi armatura (acceſſerant nova auxilia Numidæ pedites equiteſque & elephanti) caſtris egreditur: & tribunis militum imperat, ut

1 *Huic ad libramen pinnæ tres*] Id eſt, ei pinnæ tres additæ erant, ut libratior & directior, certiorque eſſet volatus teli; nec erranti diverſeque nutanti parte ejus poſteriore ictus irritus eſſet, telo eodem tenore non eunte. *Funda*, inquit, *media duo funalia imparia habebat*. medio haſtili inhærebat ſunda: ſed ea duplex, ut latior ejus ſinus telum melius libraret. nam *funalia duo* interpretor fundam duplicem, alteram alteri continentem. Funale opus funarium eſt. hic funda è funibus, poſterius funale majus & latius erat, ut ictum teli adigeret vehementius, meliuſque telum ſuſtineret. Duo autem funalia quæ fundam unam faciebant, in nodum nectebantur, ut opinor, anſula facta, cui inſerebatur habena, qua telum rotabatur. *Cum*, inquit, *majori ſinu libratum funditor habena rotaret, excuſſum velut glans emicabat*. hic majorem ſinum interpretor, majoris fundæ & tanquam duplicis majorem capacitatem, in qua pendebat & librabatur telum. Hoc genus teli nomen adeptum eſt à funda & ceſtro, id eſt verriculo. Sic enim ceſtrum Plinius vertit lib. 15 cap. 11. *Turnebus*.

1 *Nul-*

ut legionum ſigna ſequantur. Ipſe velitibus ad firmanda levium armorum auxilia adjectis ad tumulum præcedit. conſulis latera tegunt, Eumenes, Attalus, & Miſagenes, regulus Numidarum. Quum in conſpectu prima ſigna 66
ſuorum circumſeſſis fuerunt, Romanis quidem ab ultima deſperatione recreatus eſt animus; Perſeus, cui primum omnium fuerat, ut contentus fortuito ſucceſſu, captis aliquot frumentatoribus occiſiſque, non tereret tempus in obſidione præſidii; ſecundum, ea quoque tentata utcumque, quum ſciret nihil roboris ſecum eſſe, dum liceret intacto, abire; & ipſe hoſtium adventum elatus ſucceſſu manſit, &, qui phalangem arceſſerent, propere miſit. qua & ſerius quam res poſtulabat & raptim acta, turbati curſu adverſus inſtructos & præparatos erant adventuri. Conſul anteveniens, extemplo prœlium conſeruit. Primò reſiſtere Macedones: deinde, ut nulla re pares erant, amiſſis trecenis peditibus, viginti quatuor primoribus equitum ex ala quam Sacram vocant, inter quos Antimachus etiam præfectus alæ cecidit, abire conantur. Cæterum iter prope ipſo prœlio tumultuoſius fuit: Phalanx abs trepido nuncio accita quum raptim duceretur, primo in anguſtiis captivorum agmini oblata vehiculiſque frumento onuſtis: iis cæſis ingens ibi vexatio partis utriuſque fuit; [1] nullo exſpectante utcumque explicaretur agmen; ſed armatis detrudentibus per præceps impedimenta, (neque enim aliter via aperiri poterat) jumentis, quum ſtimularentur, in turba ſævientibus. Vix ab incondito agmine captivorum expedierant ſeſe, quum regio agmini perculſiſque equitibus occurrunt. Ibi verò clamor jubentium referre ſigna, ruinæ quoque prope ſimilem trepidationem fecit: ut, ſi hoſtes introire anguſtias auſi longius inſecuti eſſent, magna clades accipi potuerit. Conſul recepto ex tumulo præſidio, conten-

1 *Nullo exſpectante utcumque*] Videtur fuiſſe: *nullo exſpectante, dum utcumque explicaretur agmen.* J. F. Gron.

tentus modico ſucceſſu, in caſtra copias reduxit. Sunt, qui eo die magno prœlio pugnatum auctores ſint, octo millia hoſtium cæſa; in his Sopatrum & Antipatrum regios duces: vivos captos circiter duo millia octingentos: ſigna militaria capta viginti ſeptem. Nec incruentam victoriam fuiſſe: ſupra quatuor millia & trecentos de exercitu conſulis cecidiſſe: ſigna ſiniſtræ alæ quinque
67 amiſſa. Hic dies & Romanis refecit animos, & Perſea perculit: ut dies paucos ad Mopſium moratus, ſepulturæ maximè militum amiſſorum cura, præſidio ſatis valido ad Gonnum relicto, in Macedoniam reciperet copias. Timotheum quendam ex regiis præfectis cum modica manu relinquit ad Philam; juſſum Magnetas & propinquos tentare. Quum Pellam veniſſet exercitu in hiberna dimiſſo, ipſe cum Cotye Theſſalonicam eſt profectus. Eo fama affertur, *Atlesbim regulum Thracum, & Corragum Eumenis præfectum, in Cotyis fines impetum feciſſe: & regionem Marenen (quam vocant) cepiſſe.* Itaque dimittendum Cotyn ad ſua tuenda ratus, magnis proficiſcentem donis proſequitur. ducenta talenta, ſemeſtre ſtipendium, equitatui numerat, quum primò annuum dare conſtituiſſet. Conſul, poſtquam profectum Perſea audivit, ad Gonnum caſtra movet, ſi potiri oppido poſſet. Ante ipſa Tempe in faucibus ſitum, Macedoniæ clauſtra tutiſſima præbet, & in Theſſaliam opportunum Macedonibus decurſum. Quum & loco & præſidio valido [1] inexpugnabilis res eſſet, abſtitit incepto. In Perræbiam flexis itineribus, Mallœa primo impetu capta ac direpta, Tripoli, aliaque Perræbia recepta, Lariſſam rediit. inde Eumene atque Attalo domum remiſſis, Miſagenem Numidaſque in hiberna in proximis Theſſaliæ urbibus diſtribuit. & partem exercitus ita per totam Theſſaliam diviſit, ut & hiberna commoda omnes haberent, & præſidio urbibus eſſent. Q. Mucium legatum cum

1 *Inexpugnabilis res eſſet*] Forte: *inexpugnabilis urbs eſſet*. J. F. Gron.

1 Præ-

cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam miſit. Græcarum civitatum ſocios omnes præter Achæos dimiſit. cum exercitus parte profectus in Achaiam Phthiotim; Pteleum deſertum fuga oppidanorum diruit à fundamentis. Antrona voluntate colentium recepit. Ad Lariſſam deinde exercitum admovit. urbs deſerta erat, in arcem omnis multitudo conceſſerat: eam oppugnare aggreditur. Primi omnium Macedones, regium præſidium, metu exceſſerant. à quibus relicti oppidani, in deditionem extemplo veniunt. Dubitari inde, utrum Demetrias prius aggredienda foret, an in Bœotia adipiſcendæ res. Thebani, vexantibus eos Coronæis, in Bœotiam arceſſebant. ad horum preces, quia hibernis aptior regio quam Magneſia erat, in Bœotiam duxit.

EPITOME
LIBRI XLIII.

[1] *PRætores nonnulli, eo quod avare & crudeliter provincias adminiſtraſſent, damnati ſunt. P. Licinius Craſſus proconſul complures in Græcia urbes expugnavit; & crudeliter diripuit. ob id [2] captivi, qui ab eo ſub corona venierant, ex ſenatuſconſulto poſtea reſtituti ſunt. Item [3] à præfectis claſſium Romanorum multa impotenter in ſocios facta. Res præterea à Perſeo rege in Thracia proſperè geſtas continet: victis Dardanis, & Illyrico, cujus rex erat [4] Gentius. Motus, qui in Hiſpania ab Olonico factus erat, ipſo interempto conſedit. M. Æmilius Lepidus à cenſoribus princeps in ſenatu lectus.*

1 *Pretores nonnulli*] Vet. lib. *Pretores aliquot.* Sigonius.

2 *Captivi, qui ab eo venierant*] Vet. lib. *Qui ab eo ſub corona venierant.* Idem.

3 *A Præfectis claſſium*] Vet. lib. *Item à præfectis claſſium.* Idem.

4 *Gentius, Motus qui in Hiſpan. ab Olonico fact.*] Vet. lib. habent, *ab Elonico.* lib. 40 extremo *Clondicus* dicitur; ut dixi, mendoſe, dux enim Baſtarnarum fuit. qui in Dardaniam venerant, atque ibi manſerant, à Philippo rege excitati. Quare pro *Hiſpania*, *Pæonia* lego. Eſt enim *Pæonia* Dardaniæ continens, ut ait Livius lib. 45.

I EAdem æſtate, qua in Theſſalia [1] equeſtri pugna vicere Romani, [2] legatus, in Illyricum à conſule miſſus, opulenta duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem; omniaque iis ſua conceſſit, ut opinione clementiæ eos, qui Carnuntem munitam urbem incolebant, alliceret. poſtquam nec, ut dederent ſe, compellere, neque capere obſidendo poterat; ne duabus oppugnationibus nequicquam fatigatus miles eſſet, [3] quas prius intactas urbes reliquerat, diripuit. Alter conſul C. Caſſius, nec in Gallia, quam ſortitus erat, memorabile quicquam geſſit: & per Illyricum ducere legiones in Macedoniam vano incepto eſt conatus. Ingreſ-

lib. 45. in ea igitur cum bellum excitaret, interfectus à Perſeo rege ſignificatur. *Sigonius.*

Qui in Pæonia ab Elonico] Ab Sigonio acceperunt, quum in vetuſtis eſſet: *qui in Hiſpania ab Olonico.* Putat hunc eſſe, qui lib. 40 extremo appellatur Baſtarnarum dux in Dardanos. Pighius tuetur antiquum, & eo refert, quod ab injuria ævi ſupereſt cap. 4 hujus libri. Suſpicatur autem in hoſtium rebellium exercitu ex ſeditione ventum ad arma, & ante congreſſum prælii cum Romanis Olonicum & alios belli principes ab his, qui pacem malebant, occiſos: qui reverſi in caſtra & capita oſtentantes adverſariorum tantum pavorem fecerint. Recordor, quod Florus ſcribit lib. 2, 17 fuiſſe, nimirum, qui argenteam haſtam quatiens velut cœlo miſſam, & vaticinanti ſimilis Celtiberos concitavit, Salondicum: ſed quum pari temeritate caſtra conſulis adiſſet, juxta prætorium pilo vigilis exceptum, finem bello in ipſis initiis feciſſe. Numquid ergo ſcribendum: *qui in Hiſpania ab Salondico.* Hujus enim & ſocii capita præciſa & haſtis ſuffixa per dimiſſos ex captivis Hiſpanis ad caſtra Celtiberorum miſiſſe prætorem credibile eſt, quibus conſpectis conciderint animi rebellantibus. Nam ad hoc belle referas illa: *culpamque in duorum amentiam conferentibus, qui ſe ultro ad pœnam ipſi obtuliſſent.* Nam quod *conſulem* vocat Florus, qui Livio *prætor* eſt, nihil me terret. *J. F. Gron.*

1 *Equeſtri pugna vicere Romani*] Parum verecunde. Quid enim factum eo prælio, quod deſcribit præcedenti libro cap. 59. Tum certe victi ſunt: ſed ſuperiores fuere illo, quod refertur cap. 66. Fuit igitur forte: *qua in Theſſalia equeſtri prælio primum victi, deinde vicere Romani.* Idem.

2 *Legatus in Ill. à conſule miſſus*] Puto deeſſe hujus legati nomen, niſi intelligamus *Q. Mucium*, de quo paulo ante dixit lib. 42 extremo: *Q. Mucium legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam miſit.* Quem tamen eodem libro *tribunum militum* appellaverat. *Duo conſulares*, inquit, *tribuni militum cum eo miſſi C. Claudius, Q. Mucius.* Sigonius.

3 *Quam prius intactam urbem*] Corrigo, *quas prius intactas urbes.* Nam dixit: *opulenta duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem, omniaque iis ſua conceſſit.* Item: *ne duabus oppugnationibus nequicquam fatigatus miles eſſet.* Idem.

1 *Le-*

greſſum hoc iter conſulem, ſenatus ex Aquileienſium legatis cognovit: qui querentes coloniam ſuam novam & infirmam, nec dum ſatis munitam, inter infeſtas nationes Iſtrorum & Illyriorum eſſe, quum peterent ut ſenatus curæ haberet, quomodo ea colonia muniretur; interrogati, vellentne eam rem C. Caſſio conſuli mandari: reſponderunt, Caſſium Aquileiam indicto exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam eſſe. Ea res primo incredibilis viſa. & pro ſe quiſque credere, Carnis forſitan aut Iſtris bellum illatum. Tum Aquileienſes, nihil ſe ultra ſcire, nec audere affirmare, quam triginta dierum frumentum militi datum. & duces, qui ex Italia itinera in Macedoniam noſſent, conquiſitos, abductoſque. Enimvero ſenatus indignari, tantum conſulem auſum, ut ſuam provinciam relinqueret, in alienam tranſiret: exercitum novo periculoſo itinere inter exteras gentes duceret, viam tot nationibus in Italiam aperiret. Decernunt frequentes, ut C. Sulpicius prætor tres ex ſenatu nominet legatos, qui eo die proficiſcantur ex urbe: &, quantum accelerare poſſent, Caſſium conſulem ubicumque ſit perſequantur. nuncient, ne bellum cum ulla gente moveat, niſi cum qua ſenatus gerendum cenſuerat. [1] Legati hi profecti, M. Cornelius Cethegus, M. Fulvius, P. Marcius Rex. Metus de conſule atque exercitu, diſtulit eo tempore muniendæ Aquileiæ curam. Hiſpaniæ deinde utriuſque legati ali- 2
quot populorum in ſenatum introducti. Ii de magiſtratuum Romanorum avaritia ſuperbiaque conqueſti, nixi genibus ab ſenatu petierunt, ne ſe ſocios fœdius ſpoliari vexarique, quam hoſtes, patiantur. Quum & alia indigna quererentur, manifeſtum autem eſſet pecunias captas; L. Canuleio prætori, qui Hiſpaniam ſortitus erat, nego-

1 *Legati ii profecti*] Corrigo, *Legati* III *profecti*, id eſt, legati tres profecti. Sic. lib. 41. *In Macedoniam quoque mittendos legatos ſenatus cenſuit. Tres miſſi ſunt: C. Lælius, M. Valerius Meſſala, Sex Digitius.* Sigonius.

1 *Bis*

negotium datum eſt, ut in ſingulos, à quibus Hiſpani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine ſenatorio daret, patronoſque quos vellent ſumendi poteſtatem faceret. Vocatis in curiam legatis recitatum eſt ſenatuſconſultum, juſſique nominare patronos: quatuor nominaverunt, M. Porcium Catonem, P. Cornelium Cn. F. Scipionem, L. Æmilium L. F. Paullum, C. Sulpicium Gallum. Cum M. Titinio primum, qui prætor A. Manlio, M. Junio conſulibus in citeriore Hiſpania fuerat, recuperatores ſumpſerunt. [1] Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus. Diſſenſio inter duarum provinciarum legatos eſt orta: citerioris Hiſpaniæ populi M. Catonem & Scipionem; ulterioris L. Paullum & Gallum Sulpicium patronos ſumpſerunt. Ad recuperatores adducti à citerioribus populis P. Furius Philus: ab ulterioribus M. Matienus. Ille Sp. Poſtumio, Q. Mucio conſulibus triennio ante, hic biennio prius, L. Poſtumio, M. Popillio, conſulibus, prætor fuerat. Graviſſimis criminibus accuſati ambo ampliatique: quum dicenda de integro cauſſa eſſet, excuſati exilii cauſſa ſolum vertiſſe. Furius Præneſte, Matienus Tibur exulatum abierunt. Fama erat, prohiberi à patronis nobiles ac potentes compellare: auxitque eam ſuſpicionem Canuleius prætor, quod omiſſa ea re delectum habere inſtituit. dein repentè in provinciam abiit, ne plures ab Hiſpanis vexarentur. Ita præteritis ſilentio obliteratis, in futurum conſultum ab ſenatu Hiſpanis; quod impe-

tra-

1 *Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus*] In judiciis antiquis *ampliare* verbum forenſe erat, & ſignificabat interloqui ſeu ſententiam differre, quum cauſa adhuc eſſet obſcura, unde judex pronuntiabat, *Non liquet.* Ergo *ampliatos* ſcribit Livius, P. Furium Philum & M. Matienum reos, hoc eſt, judicium illotum dilatum, & quum dicenda de integro cauſa eſſet, excuſatos exilii cauſa ſolum vertiſſe. Et M. Titinium bis ampliatum, tertio abſolutum. Itaque *ampliati* dicebantur, ut in *Annot.* Budæus tradit, quorum damnatio vel abſolutio differebatur; aut quia nondum plane liquebat, aut de crimine, aut de modo pœnæ; aut quia argumenta & probationes nondum ſatis erant idonea ad abſolvendum vel condemnandum. *Marcell. Donat.*

1 *Neve*

trarunt, ne frumenti æſtimationem magiſtratus Roma-
nus haberet: [1] néve cogeret viceſimas vendere Hiſpa-
nos, quanti ipſe vellet: & ne præfecti in oppida ſua ad
pecunias cogendas imponerentur. Et alia novi generis 3
hominum ex Hiſpania legatio venit. ex militibus Ro-
manis, & ex Hiſpanis mulieribus, cum quibus connu-
bium non eſſet, natos ſe memorantes, ſupra quatuor
millia hominum, orabant, ut ſibi oppidum, in quo habi-
tarent, daretur. Senatus decrevit, uti nomina ſua apud
L. Canuleium profiterentur: eorumque ſi quos manu-
miſiſſet, eos Carteiam ad Oceanum deduci placere. Qui
Carteienſium domi manere vellent, poteſtatem fore, uti
numero colonorum eſſent, agro aſſignato. [2] Latinam
eam coloniam fuiſſe, libertinorumque appellari. Eodem
tempore ex Africa & Gulusſa Maſiniſſæ regis filius, le-
gatus patris; & Carthaginienſes venerunt. Guluſſa prior
in ſenatum introductus, & quæ miſſa erant ad bellum
Macedonicum à patre ſuo expoſuit: &, ſi qua præterea
vellent imperare, præſtaturum merito populi Romani
eſt pollicitus: & monuit Patres Conſcriptos, ut à fraude
Carthaginienſium caverent. claſſis eos magnæ parandæ
conſilium cepiſſe; ſpecie pro Romanis, & adverſus Ma-
cedonas: ubi ea parata inſtructaque eſſet, ipſorum fore
poteſtatis quem hoſtem aut ſocium habeant.

* * *

[3] tantum pavorem ingreſſi caſtra oſtentantes capita fece- 4
runt,

1 *Neve cogeret viceſimas vendere Hiſpanos, quanti ipſe vellet*, &c.] Per *viceſimas* hoc loco interpretor, vigeſimam partem frumenti, quam Hiſpanorum unuſquiſque poſſidebat. *Marcell. Donat.*

2 *Latinam eam coloniam fuiſſe*] Quando? aut ex quo? Immo cum maxime fiebat, deductis eo quatuor millibus hominum, qui ex militibus Romanis & Hiſpanis mulieribus, quibuſcum connubium non eſſet, erant nati. Lege igitur: *Latinam eam coloniam eſſe* (hoc eſt, in poſterum eſſe, vel haberi) *Libertinorumque appellari.* J. F. Gron.

3 *Tantum pavorem ingreſſi*] Hoc loco deſiderantur comitia conſularia, quibus A. Hoſtilius Mancinus & A. Atilius Sarranus conſules facti ſunt. Hoſtilio Macedonia evenit: Atilio Italia. Item comitia prætoria cum ſortitione provinciarum. Ad hæc vero deſunt res à P. Licinio proconſule

runt, ut, ſi admotus extemplo exercitus foret, capi caſtra potuerint. Tum quoque fuga ingens facta eſt: & erant qui legatos mittendos, ad pacem precibus petendam, cenſerent: civitateſque complures eo nuncio audito, in deditionem venerunt. quibus purgantibus ſeſe, culpamque in duorum amentiam conferentibus, qui ſe ultro ad pœnam ipſi obtuliſſent, quum veniam dediſſet prætor; profectus extemplo ad alias civitates, omnibus imperata facientibus, quieto exercitu pacatum agrum, qui paulò ante ingenti tumultu arſerat, peragravit. Hæc lenitas prætoris, qua ſine ſanguine ferociſſimam gentem domuerat, eo gratior plebi Patribuſque fuit, quo crudelius avariuſque in Græcia bellatum, & ab conſule Licinio & ab Lucretio prætore, erat. Lucretium tribuni plebis abſentem concionibus aſſiduis lacerabant; quum reipublicæ cauſſa abeſſe excuſaretur: ſed tum adeo vicina etiam inexplorata erant, ut is eo tempore in agro ſuo Antiati eſſet, aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinæ duceret. Id opus centum triginta millibus æris locaſſe dicitur. tabulis quoque pictis ex præda fanum Æſculapii exornavit. Invidiam infamiamque ab Lucretio averterunt in Hortenſium ſucceſſorem ejus Abderitæ legati, flentes ante curiam, querenteſque *Oppidum ſuum ab Hortenſio expugnatum ac direptum eſſe. Cauſſam excidii fuiſſe urbi, quod quum centum millia denariûm, & tritici quin-*

in Macedonia geſtæ. Qua de re ſic in Epitoma: *P. Licinius Craſſus proconſul complures in Græcia urbes expugnavit, & crudeliter diripuit.* quamquam ex Livio videtur legendum *conſul*, non *proconſul*, quia ait paulo poſt: *Quo crudelius avariuſque in Græcia bellatum, & ab conſule Licinio, & ab Lucretio prætore erat.* Accedit, quod prorogatio imperii in P. Licinio non fuit neceſſaria, cum A. Hoſtilius conſul hoc anno cum imperio in Macedoniam venerit, atque ibi hoc tempore eſſet. Loquitur hic de quodam prætore, qui hoſtes ſine ſanguine domuit. deinde qui à P. Licinio conſule in ſervitutem adducti erant reſtitutos in libertatem exponit. Qua de re ſic in Epitoma: *ob id captivi, qui ab eo ſub corona venierant poſtea reſtituti ſunt.* Poſt autem, quæ à L. Hortenſio prætore avare & crudeliter in ſocios facta ſint, exponit. de quibus ſic in Epitoma: *Item à præfectis claſſium Romanorum multa impotenter in ſocios facta.* Si qua alia hoc loco deſiderentur, paulo poſt indicabo. *Sigonius.*

1 *Spa-*

quinquaginta millia modiûm imperaret; [1] *ſpatium petierunt, quo de ea re & ad Hoſtilium conſulem, & Romam mitterent legatos. Vix dum ad conſulem ſe perveniſſe, & audiſſe oppidum expugnatum, principes ſecuri percuſſos, ſub corona cæteros veniſſe.* [2] Indigna ſenatui viſa: decreveruntque eadem de Abderitis, quæ de Coronæis decreverant priore anno: eademque pro concione edicere Q. Mænium prætorem juſſerunt. Et legati duo, C. Sempronius Blæſus, Sex. Julius Cæſar, ad reſtituendos in libertatem Abderitas miſſi. Iiſdem mandatum, ut & Hoſtilio conſuli & Hortenſio prætori nunciarent, Senatum, Abderitis injuſtum bellum illatum, conquirique omnes qui in ſervitute ſint, & reſtitui in libertatem, æquum cenſere. Eodem tem- 5
pore de C. Caſſio, qui conſul priore anno fuerat, tum tribunus militum in Macedonia cum A. Hoſtilio erat, querelæ ad ſenatum delatæ ſunt: & legati regis Gallorum Cincibili venerunt. Frater ejus verba in ſenatu fecit, queſtus, Alpinorum populorum agros ſociorum ſuorum depopulatum C. Caſſium eſſe: & inde multa millia hominum in ſervitutem abripuiſſe. Sub id tempus Carnorum [3] Iſtrorumque & Iapidum legati venerunt: *Duces ſibi ab conſule Caſſio primum imperatos, qui in Macedoniam ducenti exercitum iter monſtrarent: pacatum ab ſe tamquam ad aliud bellum gerendum abiſſe: inde ex medio regreſſum itinere, hoſtiliter peragraſſe fines ſuos: paſſim rapinaſque & incendia facta: nec ſe ad id locorum ſcire propter quam cauſſam conſuli pro hoſtibus fuerint.* Et regulo Gallorum abſenti, & his populis reſponſum eſt, *Senatum ea, quæ facta querantur, neque ſciſſe futura, neque, ſi ſint facta, probare. Sed indicta cauſſa damnari abſentem conſularem virum, injurium eſſe, quum is reipublicæ cauſſa abſit. Ubi ex Macedonia rediſſet C. Caſſius; tum, ſi coram eum arguere vellent, cognita re ſenatum daturum operam uti ſatisfiat.*

Nec

1 *Spatium petierunt, quo de ea re*] Latinius: *petierint.* J. F. Gron.

2 *Indigna ſenatui viſa*] Utrum, *Indigna ea ſenatui viſa*, an *Indigna res ſenatui viſa.* Idem.

3 *Hiſtrorum & Iapidum*] Græci Ἰάποδες. Tabulæ Capitolinæ *Iapudes* edunt. *Sigonius.*

Nec reſponderi tantum iis gentibus, ſed legatos mitti,
duos ad regulum trans Alpes; tres circa eos populos placuit,
qui indicarent quæ Patrum ſententia eſſet. Munera
mitti legatis ex binis millibus æris cenſuerunt. duobus
fratribus regulis hæc præcipua, torques duo ex quinque
pondo auri facti, & vaſa argentea quinque ex viginti
pondo, & duo equi phalerati cum agaſonibus, & equeſtria
arma ac ſagula: & comitibus eorum veſtimenta liberis
ſerviſque. Hæc miſſa: illa petentibus data, ut denorum
equorum iis commercium eſſet, educendique ex
Italia poteſtas fieret. legati cum Gallis miſſi trans Alpes,
C. Lælius, M. Æmilius Lepidus: ad cæteros popu-
6 los C. Sicinius, P. Cornelius Blaſio, T. Memmius. Multarum
ſimul Græciæ Aſiæque civitatum legati Romam
convenerunt. Primi Athenienſes introducti: ii *ſe quod
navium habuerint militumque P. Licinio conſuli & C. Lucretio
prætori miſiſſe* expoſuerunt, *quibus eos non uſos, frumenti ſibi centum
millia imperaſſe: quod quamquam ſterilem terram arent,
ipſoſque etiam agreſtes peregrino frumento alerent, tamen, ne
deeſſent officio, confeciſſe: & alia, quæ imperarentur, præſtare
paratos eſſe.* Mileſii nihil præſtitiſſe memorantes, ſi quid
imperare ad bellum ſenatus vellet, præſtare ſe paratos
eſſe, polliciti ſunt. Alabandenſes templum Urbis Romæ
ſe feciſſe commemoraverunt, ludoſque anniverſarios ei
Divæ inſtituiſſe: & coronam auream quinquaginta pondo,
quam in Capitolio ponerent, donum Jovi optimo
maximo attuliſſe, & ſcuta equeſtria trecenta, ea cui juſſiſſent,
tradituros. Donum ut in Capitolio ponere, &
ſacrificare liceret, petebant. [1] Hoc Lampſaceni octoginta
pondo coronam afferentes petebant, commemorantes,
*Diſceſſiſſe ſe à Perſeo, poſtquam Romanus exercitus in Macedoniam
veniſſet, quum ſub ditione Perſei & ante Philippi fuiſſent.*

1 *Hoc Lampſaceni octogintorum pondo*] Scribe: *Hoc & Lampſaceni octoginta pondo coronam adferentes petebant.* Frobenio per notas ſignatus numerus LXXX. *Hóc &*, nempe ut donum in Capitolio ponere ac ſacrificare liceret. *J. F. Gron.*

ſent. Pro eo, & quod imperatoribus Romanis omnia præſtitiſſent, id ſe tantum orare, ut in amicitiam populi Romani reciperentur; & ſi pax cum Perſeo fieret, [1] *exciperentur, ne in regiam poteſtatem reciperentur.* Cæteris legatis comiter reſponſum, Lampſacenos in ſociorum formulam referre Q. Mænius prætor juſſus. munera omnibus in ſingulos binum millium æris data. Alabandenſes ſcuta reportare ad A. Hoſtilium conſulem in Macedoniam juſſi. Et ex Africa legati ſimul Carthaginienſium, [2] tritici decies centum millia [3] & hordei quingenta, indicantes ſe ad mare devecta habere; ut, quo ſenatus cenſuiſſet, deportarent. *Id munus officiumque ſuum ſcire minus eſſe, quam pro meritis populi Romani & voluntate ſua: ſed ſæpe alias bonis in rebus utriuſque populi ſe gratorum fideliumque ſociûm muneribus functos eſſe.* Item Maſiniſſæ legati, tritici eandem ſummam polliciti, & mille & ducentos equites, duodecim elephantos. & ſi quid aliud opus eſſet, ut imperaret ſenatus: æque propenſo animo, ac quæ ipſe ultro pollicitus ſit, præſtaturum eſſe. Gratiæ & Carthaginienſibus & regi actæ; rogatique, ut ea quæ pollicerentur, ad Hoſtilium conſulem in Macedoniam deportarent. Legatis in ſingulos binûm millium æris munera miſſa.
7 Cretenſium legatis, commemorantibus, ſe, quantum ſibi imperatum à P. Licinio conſule eſſet ſagittariorum, in Macedoniam miſiſſe; quum interrogati non inficiarentur, *Apud Perſea majorem numerum ſagittariorum quam apud Romanos militare*; reſponſum eſt: *Si Cretenſes bene ac gnaviter deſtinarent potiorem populi Romani quam regis Perſei amici-*

tiam

1 *Exciperentur, ne in regiam poteſtatem reciperentur*] Poſtremum mendoſum tinnit. Malim: *reciderent*. Lib. 44 de Gentio: *vix gladiatorio accepto, decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret*. Exſtat lib. 3, 37. *Avide ruendo ad libertatem, in ſervitutem elapſos juvare nolle*. Guilelmius *relapſos*. J. F. Gron.

2 *Tritici decies centum millia & hordei*] Pighius inſerit τὸ *modium*. Quod videtur elegantius ſubaudiri. Ut apud Senecam de Brev. vitæ cap. 18. *Ut tibi multa millia frumenti bene committerentur*. Idem.

3 *Hordei quinquaginta*] *Quingenta*, corrige. Sic enim locutus eſt de iiſdem Carthaginienſibus lib. 36. *Hordei quingenta millia*. Sigonius.

1 Mi-

tiam habere; ſenatum quoque Romanum iis tanquam certis ſociis reſponſum daturum eſſe. Interea nunciarent ſuis, placere ſenatui, dare operam Cretenſes; ut quos milites inter præſidia regis Perſei haberent, eos primo quoque tempore domum revocarent. Cretenſibus cum hoc reſponſo dimiſſis, Chalcidenſes vocati; quorum legatio ipſo introitu, ob id quod [1] Mictio princeps eorum pedibus captus lectica eſt introlatus, ultimæ neceſſitatis extemplo viſa res: in qua ita affecto excuſatio valetudinis, aut ne ipſi quidem petenda viſa foret, aut data petenti non eſſet. Quum ſibi nihil vivi reliquum præterquam linguam ad deplorandas patriæ ſuæ calamitates præfatus eſſet; expoſuit, *Civitatis primum ſuæ benefacta, & vetera, & ea quæ Perſei bello præſtitiſſent, ducibus exercitibuſque Romanis: tum quæ primo C. Lucretius in populares ſuos prætor Romanus ſuperbe, avare, crudeliter feciſſet: deinde quæ tum cum maxime L. Hortenſius faceret. Quemadmodum omnia ſibi, etiam iis quæ patiantur triſtiora, patienda eſſe ducant, potius quam ſe dedant Perſi. Quod ad Lucretium Hortenſiumque attineret; ſcire, tutius fuiſſe claudere portas, quam in urbem eos accipere.* [2] *Quæ excluſiſſent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Ænum, incolumes eſſe: apud ſe templa omnibus ornamentis compilata,* [3] *ſpoliataque ſacrilegiis C. Lucretium navibus Antium devexiſſe, libera corpora in ſervitutem abrepta: fortunas ſociorum populi Romani direptas eſſe, & quotidie diripi. Nam ex inſtituto C. Lucretii, Hortenſium quoque in tectis hieme pariter atque æſtate navales ſocios habere, & domos ſuas plenas turba nautica eſſe. verſari inter ſe, conjuges liberoſque ſuos,* [4] *quibus nihil neque dicere penſi neque facere.*

8 Arceſſere in ſenatum Lucretium placuit, ut diſceptaret coram purgaretque ſeſe. Cæterum multo plura præſens audi-

1 *Micion princeps eorum*] *Mictio* ex Plutarcho in Paullo, ut ante. *Sigonius.*

2 *Qui excluſiſſent*] Malim, *Quæ*; ſunt enim hæc urbium nomina. *Idem.*

3 *Spoliataque ſacrilegiis C. Lucretium navibus Antium devexiſſe*] Corrige: *Spoliaque ſacrilegii.* J. F. Gron.

4 *Quib. nihil dic. neque penſi, neque fac.*] Malim, *neque penſi ſit*: ut lib. 42. *Id illi cui nihil penſi ſit, facile eſt.* Sigonius.

I *M. Jun*

audivit, quam in abſentem jacta erant: & graviores potentioreſque acceſſere accuſatores duo Tribuni plebis, [1] M' Juvencius Thalna, & Cn. Aufidius. Ii non in ſenatu modo eum lacerarunt, ſed in concionem etiam pertracto, multis objectis probris, diem dixerunt. Senatus juſſu Chalcidenſibus Q. Mænius prætor reſpondit. *Quæ bene meritos ſeſe, & ante, & in eo bello, quod geratur, de populo Romano dicant, ea & ſcire vera eos referre ſenatum, & perinde ac debeant, grata eſſe. Quæ facta à C. Lucretio, fierique ab L. Hortenſio prætoribus Romanis querantur; ea neque facta, neque fieri voluntate ſenatus,* [2] *quem non poſſe exiſtimare? qui ſciat, bellum Perſi & ante Philippo patri ejus intuliſſe populum Romanum pro libertate Græciæ: non ut ea* [3] *à magiſtratibus ſociis atque amicis paterentur. Literas ſe ad L. Hortenſium prætorem daturos eſſe: quæ Chalcidenſes querantur acta, ea ſenatui non placere: ſi qui in ſervitutem liberi veniſſent, ut eos conquirendos primo quoque tempore reſtituendoſque in libertatem curaret: ſociorum navalium neminem præter magiſtros in hoſpitia deduci æquum cenſere.* Hæc Hortenſio juſſu ſenatus ſcripta. Munera binûm millium æris legatis miſſa, & vehicula Mictioni publice locata, quæ eum Brundiſium commode perveherent. C. Lucretium, ubi dies quæ dicta erat venit, tribuni ad populum accuſarunt, mulctamque decies centum millium æris dixerunt. Comitiis habitis, omnes quinque & triginta tribus eum condemnarunt.
In Liguribus eo anno nihil memorabile geſtum. nam 9
nec hoſtes moverunt arma, neque conſul in agrum eorum legiones induxit: & ſatis explorata pace ejus anni, [4] milites duarum legionum Romanarum, intra dies ſexaginta, quam in provinciam venit, dimiſit. ſociorum nominis

1 *M. Juventius Talna*] *M' Juventius Thalna*, ex conſulatu Capitolino. *Sigonius.*

2 *Quem non poſſe exiſtimare*] Niſi cum interrogatione legas, nullus erit ſenſus. *Idem.*

3 *A magiſtratibus ſociis atque amicis paterentur*] Lege: *non ut ea à magiſtratibus ſocii atque amici paterentur.* J. F. Gron.

4 *Milites --- diviſit*] *Dimiſit*, lego. Nam præcedit: *Satis explorata pace ejus anni*, De conſule A. Atilio loquitur. *Sigonius.*

1 Ad

minis Latini exercitu maturè in hiberna Lunam & Piſas deducto, ipſe cum equitibus Galliæ provinciæ pleraque oppida adiit. Nuſquam alibi quam in Macedonia bellum erat: ſuſpectum tamen & Gentium Illyriorum regem habebant. itaque & octo naves ornatas à Brundiſio ſenatus cenſuit mittendas ad C. Furium legatum Iſſam, qui cum præſidio duarum Iſſenſium navium inſulæ præerat. duo millia militum in eas naves ſunt impoſita, quæ Q. Mænius prætor, ex ſenatuſconſulto in ea parte Italiæ, quæ objecta Illyrico eſt, conſcripſit: & conſul Hoſtilius Ap. Claudium in Illyricum cum quatuor millibus peditum miſit, ut accolas Illyrici tutarentur. qui non contentus iis, quas adduxerat, copiis, auxilia ab ſociis corrogando, ad octo millia hominum vario genere armavit: peragrataque omni ea regione, [1] ad Lychnidum
10 Daſſaretiorum conſedit. Haud procul inde Uſcana oppidum finium plerumque Perſei erat. decem millia civium habebat, & modicum, cuſtodiæ cauſſa, Cretenſium præſidium. Inde nuncii ad Claudium occulti veniebant. *Si propius copias admoviſſet, paratos fore qui proderent urbem. Et operæ pretium eſſe, non ſe amicoſque tantum, ſed etiam milites præda expleturum.* Spes cupiditati admota ita occæcavit animum, ut nec ex iis qui venerant quemquam retineret, nec obſides, pignus futuros furto & fraude agendæ rei, poſceret, nec mitteret exploratum, nec fidem acciperet: die tantum ſtatuta profectus à Lychnido, duodecim millia ab urbe, ad quam tendebat, poſuit caſtra. Quarta inde vigilia ſigna movit; mille ferme ad præſidium caſtrorum relictis: incompoſiti longo agmine effuſi, infrequentes, quum nocturnus error diſſiparet, ad urbem pervenerunt. Crevit negligentia, poſtquam neminem armatum in muris viderunt. Cæterum ubi primum ſub jactu teli fuerunt, duabus ſimul portis erumpitur. & ad clamorem erumpentium ingens ſtrepitus

1 *Ad Lychnidum*] Græci enim Λύχνιδον. *Sigonius.*

pitus è muris ortus, ululantium mulierum cum crepitu
undique æris: & incondita multitudo, turba immiſta
ſervili, variis vocibus perſonabat. Hic tam multiplex
undique objectus terror effecit, ne ſuſtinere primam
procellam eruptionis Romani poſſent. itaque fugientes
plures quam pugnantes interempti ſunt: vix duo millia
hominum cum ipſo legato in caſtra perfugerunt. Quo
longius iter in caſtra erat, eo plures feſſos conſectandi
hoſtibus copia fuit. Ne moratus quidem in caſtris Ap-
pius, ut ſuos diſſipatos fuga colligeret (quæ res palatis
per agros ſaluti fuiſſet) ad Lychnidum protinus reliquias
cladis reduxit. Hæc & alia haud proſpere in Macedonia 11
geſta, ex Sex. Digitio Tribuno militum, qui ſacrificii
cauſſa Romam venerat, ſunt audita. Propter quæ ve-
riti Patres, ne quæ major ignominia acciperetur, lega-
tos in Macedoniam, M. Fulvium Flaccum & M. Cani-
nium Rebilum, miſerunt, qui comperta quæ agerentur
referrent: & ut A. Hoſtilius conſul comitia conſulibus
ſubrogandis ita ediceret, [1] uti menſe Januario comitia
haberi poſſent, & ut primo quoque tempore in urbem
rediret. Interim M. Recio prætori mandatum, ut edi-
cto ſenatores omnes ex tota Italia (niſi qui reipublicæ
cauſſa abeſſent) Romam revocaret. Qui Romæ eſſent,
ne quis ultra mille paſſuum ab Roma abeſſent. Ea, uti
ſenatus cenſuit, ſunt facta. Comitia conſularia [2] ante
diem quintum Calendas Septembres fuere. Creati con-
ſules ſunt, Q. Marcius Philippus iterum, & [3] Cn. Ser-
vilius Cæpio. poſt diem tertium prætores ſunt facti,
C. Decimius, M. Claudius Marcellus, [4] C. Sulpicius
Gallus, C. Marcius Figulus, Ser. Cornelius Lentulus,
P. Fon-

1 *Uti menſe Januario comitia haberi poſſent*] Tolle τὸ *comitia*. Sufficit eam vocem paullo ante expreſſam eſſe. *J.F.G.*

2 *Ante diem quintum Calendas Septembres*] Forte, *Februarias*, ut vidit Pighius. *Idem.*

3 *Q. Servilius Capio*] *Cn. Servilius* ex conſulatu Cap. & Caſſiodoro. *Sigonius.*

4 *M. Sulpicius Gallus*] *C. Sulpicius* ex prætura & conſulatu ejus. *Idem.*

I Pa-

P. Fonteius Capito. Deſignatis prætoribus, præter duas urbanas, quatuor provinciæ ſunt decretæ; Hiſpania, & Sardinia, & Sicilia, & claſſis. Legati ex Macedonia, exacto admodum menſe Februario, redierunt. *Hi, quas res ea æſtate proſpere geſſiſſet rex Perſeus, referebant: quantuſque timor ſocios populi Romani cepiſſet; tot urbibus in poteſtatem regis redactis. Exercitum conſulis infrequentem commeatibus vulgo datis per ambitionem eſſe: culpam ejus rei conſulem in tribunos militum, contra illos in conſulem conferre. Ignominiam, Claudii temeritate acceptam, elevare eos* [1] *Patres acceperunt, qui perpaucos Italici generis, & magna ex parte tumultuario delectu conſcriptos ibi milites amiſſos referebant.* Conſules deſignati, ubi primum magiſtratum iniſſent, de Macedonia referre ad ſenatum juſſi: deſtinatæque provinciæ iis ſunt, Italia & Macedonia. Hoc anno intercalatum eſt: tertio die poſt Terminalia Calendæ intercalares fuere. [2] Sacerdotes intra eum annum mortui, L. Flamininus * pontifices duo deceſſerunt, L. Furius Philus, & C. Livius Salinator. in locum Furii T. Manlium Tor-
12 quatum, in Livii M. Servilium pontifices legerunt. Principio inſequentis anni quum conſules novi Q. Marcius & Cn. Servilius de provinciis retuliſſent, primo quoque tempore aut comparare eos inter ſe Italiam & Macedoniam, aut ſortiri placuit. Priuſquam id ſors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret, in utramque provinciam, quod res deſideraret ſupplementi, decerni. In Macedoniam peditum Romanorum ſex millia, ſociorum nominis Latini ſex millia: equites Romanos ducentos quinquaginta, ſocios trecentos. Veteres milites dimitti, ita ut in ſingulas Romanas legiones, ne plus ſena

1 *Patres acceperunt qui*] Hæc tria verba expunxit Freinshemius, &, ut videtur, jure. Sed & *referebant* in fine hujus periodi aut delendum, aut pro eo ſcribendum: *referentes.* J. F. Gron.

2 *Sacerdotes intra eum annum mortui, L. Flamininus*] Deeſt nomen ſacerdotii, quo præditus erat *Flamininus:* erat autem augur factus in locum P. Furii Phili anno DXXXVIII. quare *L. Flamininus augur* legendum. *Sigonius.*

1 *Pe-*

ſena millia peditum, trecenti equites eſſent. Alteri con-
ſuli nullus certus finitus numerus civium Romanorum,
quem in ſupplementum legeret. id modo finitum, ut
duas legiones ſcriberet, quæ quina millia peditum & du-
cenos haberent, equites trecenos. [1] Peditum Latino-
rum major quam collegæ decretus numerus: peditum
decem millia & ſexcenti equites. quatuor præterea le-
giones ſcribi juſſæ, quæ, ſi quo opus eſſet, educerentur.
[2] Tribunos his non permiſſum, ut conſules facerent:
populus creavit. Sociis nominis Latini ſexdecim millia
peditum, & mille equites imperati. Hunc exercitum
parari tantum placuit, ut exiret ſi quo res poſceret. Ma-
cedonia maximè curam præbebat. in claſſem mille ſocii
navales cives Romani, libertini ordinis ex Italia ſcribi
juſſi; totidem ut ex Sicilia ſcriberentur: &, cui ea pro-
vincia eveniſſet, mandatum, ut eos in Macedoniam, ubi-
cunque claſſis eſſet, deportandos curaret. In Hiſpaniam
tria millia peditum Romanorum in ſupplementum, tre-
centi equites decreti. Finitus ibi quoque in legiones
militum numerus, peditum quina millia, trecenti & tri-
ginta equites. Et ſociis imperare prætor, cui Hiſpania
obveniſſet, juſſus quatuor millia peditum, & trecentos
equites. Non ſum neſcius, ab eadem negligentia, qua 13
nihil Deos portendere [3] vulgo nunc credant; neque nun-
ciari admodum nulla prodigia in publicum, neque in an-
nales referri. cæterum & mihi vetuſtas res ſcribenti, ne-
ſcio quo pacto antiquus ſit animus: & quædam religio
tenet, quæ illi prudentiſſimi viri publicè ſuſcipienda cen-
ſuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales refe-
ram.

1 *Peditum Latinorum major quam collegæ*] Inducendum τὸ *peditum.* J. F. Gron.

2 *Tribunos iis non permiſſum*] Corrigo *Tribunos mil. non permiſſum.* Sigonius.

Tribunos militum non permiſſum] Sigonii eſt. Unicum exemplar: *Tribunos iis non permiſſum.* Quod facile fero. Reſpicit, quod ſcripſerat ſuperiori libro, capite 31. Perinde eſt ac ſi dixiſſet: *Tribunos ut conſules facerent, non eſt iis permiſſum.* J. F. Gron.

3 *Vulgo nunc credant*] Scribe: *credunt, neque nuntiari admodum ulla,* Idem.

ram. Anagnia duo prodigia eo anno ſunt nunciata: facem in cœlo conſpectam, & bovem fœminam locutam publice ali. Minturnis quoque per eos dies [1] cœli ardentis ſpecies affulſerat. Reate imbri lapidavit. Cumis in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrimavit. in urbe Romana duo æditui nunciarunt, alter, in æde Fortunæ anguem jubatum à compluribus viſum eſſe: [2] alter, in æde Primigeniæ Fortunæ, quæ in colle eſt, duo diverſa prodigia: palmam in area enatam, & ſanguine interdiu pluiſſe. Duo non ſuſcepta prodigia ſunt, alterum quod in privato loco factum eſſet, [3] palmam enatam impluvio ſuo T. Marcius Figulus nunciabat. alterum, quod in loco peregrino, Fregellis in domo L. Atrei haſta, quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arſiſſe, ita ut nihil ejus ambureret ignis, dicebatur. Publicorum prodigiorum cauſſa libri à decemviris aditi, quadraginta majoribus hoſtiis, quibus Diis [4] conſules ſacrificarent. & addiderunt, uti ſupplicatio fieret, cunctique magiſtratus circa omnia pulvinaria victimis majoribus ſacrificarent, populuſque coronatus eſſet. Omnia, uti decemviri
14 præierunt, facta. Cenſoribus deinde creandis comitia edicta ſunt. petierunt cenſuram principes civitatis, [illegible] C. Va-

1 *Cœli ardentis ſpecies affulſerat*] Malim, *effulſerat.* Lib. 41. *Tres ſimul ſoles effulſerunt.* J. F. Gron.

2 *Alter in æde Primigenæ Fortunæ*] Sic & Frobenius: ſed ſcribendum: *Primigeniæ:* ut habent lapides antiqui, & ipſe Livius alibi. *Idem.*

3 *Palmam enatam impluvio*] Lege: *in impluvio.* Idem.

4 *Conſules ſacrificarent, & addiderunt, ut ſupplicatio fieret*] Locus haud dubie mendoſus, quem ſic reſtituendum putamus: *Publicorum prodigiorum cauſa libris decemviri aditis, quadraginta majoribus hoſtiis quibus diis conſules ſacrificarent, ediderunt, &, uti ſupplicatio fieret.* Hæc reſtitutio confirmatur fere quot locis negotii ſimilis fit mentio. Lib. 36. *Eorum prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex SC. decemviri quum adiſſent, renuntiatum,* &c. *& unum diem ſupplicatio fieret; coronati ſupplicarent, & conſul P. Cornelius, quibus diis quibuſque hoſtiis edidiſſent decemviri, ſacrificaret.* Lib. 37. *Supplicatio quoque earum religionum cauſa fuit; quibus diis, decemviri ex libris, ut fieret, ediderunt.* Lib. 40. *Ob ea decemviri juſſi adire libros edidere, quibus diis & quot hoſtiis ſacrificaretur: & ob fulminibus complura loca deformata ad ædem Jovis ut ſupplicatio diem unum eſſet.* Lib. 41. *Syracuſarumque prodigium expiatum, editis ab aruſpicibus diis, quibus ſupplicaretur.* Lib. 42. *Ob hæc prodigia libri fatales inſpecti, editumque ab decemviris eſt, & quibus diis quibuſque hoſtiis ſacrificaretur, & ut ſupplicatio prodigiis expiandis eſſet.* Idem.

1 *P. Mu-*

C. Valerius Lævinus, L. Poſtumius Albinus; [1] P. Mucius Scævola, M. Junius Brutus, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus. Hos duos cenſores creavit populus Romanus. Quum delectus habendi major quam alias propter Macedonicum bellum cura eſſet, conſules plebem apud ſenatum accuſabant, [2] quod & juniores non reſponderent. Adverſus quos [3] C. Sulpicius & M. Claudius tribuni plebis cauſſam egerunt. *Non conſulibus, ſed ambitioſis conſulibus delectum difficilem eſſe.* [4] *neminem invitum militem ab iis fieri. Id ita ut eſſe ſcirent & Patres Conſcripti; prætores, quibus & vis imperii minor & auctoritas eſſet, delectum, ſi ita ſenatui videretur, perfecturos eſſe.* Id prætoribus

1 *P. Mucius Scævola, C. Junius Brutus*] Scribe, *M. Junius Brutus.* Qui enim cenſuram petebant, hoc tempore conſulares erant. Conſul autem fuit *M. Junius Brutus*, non *Catus*, ex conſulatu ejus Capitolino & Caſſiodoro. *Sigonius.*

2 *Quod & juniores non reſponderent*] Supereſt τὸ *Et*, aut plura deſunt. *J. F. Gron.*

3 *C. Sulpicius & M. Claudius tribuni plebis*] Non invenies ullum tribunum pl. è gente Sulpicia, quæ adhuc integra erat inter patricias: immo neque in omni hiſtoria Romana ante Marii & Sullæ tempora, quando P. Sulpicius Rufus ſeditioſus ille tribunus pl. fuit. Pighius tamen in Annalibus ſuis ex hoc loco duos hos non tantum tribunos, ſed & quæſtores & ædiles facit, ac cæteris ornat honorum titulis, Rufumque & Flamininum, ſi Diis placet, cognominat. Verum ego illos confidenter ex hiſtoria Romana exſulare jubeo, nulloſque eo nomine hoc tempore fuiſſe tribunos pl. affirmo. Nempe erant hi C. Sulpicius Gallus, M. Claudius Marcellus, prætores hoc anno facti, ſupra cap. 11. Hi plebis cauſam egerunt contra conſules, & quia ipſi prætores erant, receperunt prætores vel communiter omnes, vel ſe ſolos, ſi ita ſenatui videretur, delectum perfecturos eſſe; quapropter etiam his ipſis C. Sulpicio, M. Claudio, non ſine ſuggillatione conſulum ab ſenatu mandata eſt ea cura. Itaque ait Livius cap. 15. *Quatuor à C. Sulpicio prætore ſcriptæ legiones ſunt.* Et deinde: *Ut C. Sulpicius, M. Claudius prætores ex his, quas ſcripſiſſent legionibus, quas videretur, conſuli darent.* Eodem quoque modo hic reſtituendum *C. Sulpicius, M. Claudius prætores plebis cauſam egerunt.* Scripta haud dubie fuit vox *Prætores* per duas literas *PR.* unde librarii pro ſolita oſcitantia, maxime quia ſequebatur continue *plebis*, fecerunt *TR.* h. e. tribuni. *Jac. Perizonius.*

4 *Neminem invitum militem*] Monebat me vir doctus ſcribendum: *neminem niſi invitum.* Id mihi ſecus videtur. nam ambitioſorum eſt fugere offenſiones, eoque neminem cogere, quod jure poſſis. Servius ad 2 Æneid. verſ. 81. *Palamedes quum delectum militum per Græciam ageret, ſimulantem inſaniam Ulyſſem duxit invitum. Quum enim ille junctis diſſimilis naturæ animalibus ſalem ſereret, filium ei Palamedes oppoſuit. Quo viſo Ulyſſes aratra ſuſpendit, & ad bellum ductus habuit juſtam cauſam doloris.* Hanc illi ſi contempſiſſent, & ſeveritate, qua Man. Curius bello Pyrrhi, uſi eſſent, facilis fuiſſet delectus. *J. F. Gron.*

ribus [1] magna Patrum * non ſine ſuggillatione cõnſulum mandatum eſt. Cenſores, ut eam rem adjuvarent, ita in concione edixerunt, *Legem cenſui cenſendo dicturos eſſe, ut præter commune omnium civium jusjurandum hæc adjurarent: Tu minor annis ſex & quadraginta es, tuque ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii cenſorum ad delectum prodito: &* [2] *quotieſcunque delectus erit, quem hic cenſores magiſtratum habebunt, ſi miles factus non eris, in delectu prodibis.* Item quia fama erat, multos ex Macedonicis legionibus, incertis commeatibus per ambitionem imperatorum ab exercitu abeſſe; edixerunt de militibus P. Ælio, C. Popillio conſulibus, poſtve eos conſules in Macedoniam ſcriptis: *Ut, qui eorum in Italia eſſent, intra dies triginta cenſi prius apud ſeſe, in provinciam redirent. qui in patris aut avi poteſtate eſſent, eorum nomina ad ſe ederentur. Miſſorum quoque cauſſas ſeſe cognituros eſſe: & quorum ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet, eos milites fieri juſſuros.* Hoc edicto literiſque cenſorum per fora & conciliabula dimiſſis, tanta multitudo juniorum Romam convênit, ut gravis urbi turba inſolita eſſet.

15 Præter delectum eorum, quos in ſupplementum mitti oportebat, quatuor à C. Sulpicio prætore ſcriptæ legiones ſunt, intraque undecim dies delectus eſt

1 *Magna patrum non ſine ſug. conſ. mand. eſt*] Deeſt huic ſententiæ vox una; ut, *magna patrum conſenſione.* Sigonius.

2 *Quotieſcumque delectus erit, quem hic cenſores,* &c.] Voces, *quem hic*, mendoſe ſunt. mihi reponendum pro iis videtur, *quicumque.* Erravit librarius, quia ſcriptum legit, *quic* & in *quem hic* mutavit. Reſpondent autem hæc inter ſe, *quotieſcumque*, & *quicumque.* Porro autem: *in delectum*, lego ut paulo ante, *ad delectum prodito.* Idem.

Quicumque cenſores magiſtratum habebunt] Hæc lectio ab Sigonio eſt: quam vel ideo repudiamus, quod credibile non eſt cenſores de bello, quod in manu erat, tam male ominatos, ut proximis quoque cenſoribus & pluribus deinceps eum magiſtratum gerentibus reipublicæ parem neceſſitatem fore delectus acerrime habendi animis præciperent. Vetus lectio erat: *quem hic cenſores.* Ita ſcilicet reddiderunt librarii vel editores, quod fuit olim: *quem his cenſſ.* hoc eſt: *& quotieſcumque delectus erit, quem his cenſoribus magiſtratus habebunt, ſi miles factus non eris, in delectu prodibis.* Refertur ergo τὸ *quem* ad *delectum*: & ſic hi cenſores tempus ſui magiſtratus non egrediuntur. Sic omnino ſcripſit Livius. Fulvius, *quum hi cenſores magiſtratum habebunt.* Saltem *dum* ſcripſiſſet. Quod diximus, verum eſt. *J. F. Gron.*

1 *In-*

eſt perfectus. Conſules deinde ſortiti provincias ſunt. nam prætores propter juriſdictionem maturius ſortiti erant. Urbana C. Sulpicio, peregrina C. Decimio obtigerat, Hiſpaniam M. Claudius Marcellus, Siciliam Ser. Cornelius Lentulus, Sardiniam P. Fonteius Capito, claſſem C. Marcius Figulus erat ſortitus. conſulum Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit. Latiniſque actis, Marcius extemplo eſt profectus. Cæpione deinde referente ad ſenatum, quas ex novis legionibus duas legiones ſecum in Galliam duceret: decrevêre Patres, ut C. Sulpicius, M. Claudius prætores ex his quas ſcripſiſſent legionibus, quas videretur, conſuli darent. [1] Indigne patiente prætorum arbitrio conſulem ſubjectum, dimiſſo ſenatu ad tribunal prætorum ſtans poſtulavit, ex Senatuſconſulto deſtinarent ſibi duas legiones. [2] prætores conſuli in eligendo arbitrium fecerunt. Senatum deinde cenſores legerunt: M. Æmilius Lepidus princeps, ab tertiis jam cenſoribus lectus. Septem è ſenatu ejecti ſunt. In cenſu accipiendo populi, milites ex Macedonico exercitu, qui quam multi abeſſent ab ſignis, cenſus docuit, in provinciam cogebant: [1] cauſ-

1 *Indigne patiente prætorum arbitrio conſulem ſubjectum*] Illud *patiente* nullo modo cohæret cæteræ orationi. Scribe: *Indigne patiens prætorum arbitrio conſulem ſubjectum.* Ante τὸ *indigne* intelligitur vel relativum *is* aut *ille*, vel ſubſtantivum *conſul* aut *Cn. Servilius Cæpio*. De qua ellipſi jam ſæpius egimus. Non poſſum vel inprimis ad confirmandam ſcripturam veterem, quam ſupra attigimus lib. 37, 20 non addere inſigne exemplum ex lib. 25, 35 quod imperitis hujus rei non poteſt non eſſe obſcuriſſimum. *Et inde una nocte ignaris hoſtibus, & ob id quietis, aliquantum emenſus eſt iter. Luce, ut ſenſerunt profectos hoſtes, præmiſſis Numidis quam poterant maxime citato agmine ſequi cœperunt: ante noctem adſecuti Numidæ nunc ab tergo, nunc in latera incurſantes. Conſiſtere cœperunt ac tutari agmen quantum poſſent.* Hic *emenſus eſt* dicitur de Cn. Scipione: *ſenſerunt* & *cœperunt* de Pœnis. Dein iterum *cœperunt* de Romanis: quum tamen nuſquam compareant nominativi: ſed placuit auctori ſic attentum lectorem ſuum facere. Fortaſſe tamen malis: *Indigne patiens prætorum arbitrio conſul ſe ſubjectum.* J. F. Gron.

2 *Prætores conſuli in eligendo arbitrium fecerunt*] Tuto corrige: *conſulis.* Sic lib. 27, 8 reſtituimus: *Senatus populi poteſtatem fecit.* Ubi vulgo erat, *populo.* Lib, 42. *Nec tribuni eo anno ſuffragiis crearentur, ſed conſulum prætorumque in eis faciendis judicium arbitriumque eſſet.* Idem.

[1] cauſſas ſtipendiis miſſorum cognoſcebant: & cujus nondum juſta miſſio viſa eſſet, ita jusjurandum adigebant: *Ex tui animi ſententia, tu ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii cenſorum in provinciam Macedoniam redibis,* [2] *quod ſine*
16 *dolo malo facere poteris?* In equitibus recenſendis triſtis admodum eorum atque aſpera cenſura fuit: multis equos ademerunt. in ea quum equeſtrem ordinem offendiſſent, flammam invidiæ adjecêre edicto, quo edixerunt, *Ne quis eorum, qui Q. Fulvio, A. Poſtumio cenſoribus publica vectigalia aut ultrotributa conduxiſſent, ad haſtam ſuam accederet, ſociuſve aut affinis ejus conductionis eſſet.* Sæpe id querendo veteres publicani quum impetrare nequiſſent ab ſenatu, ut modum poteſtati cenſoriæ imponerent; tandem [3] tribunum plebis P. Rutilium, ex rei privatæ contentione iratum cenſoribus, patronum cauſſæ nacti ſunt. [4] Clientem libertinum parietem in Sacra via adverſus ædes publicas demoliri juſſerunt, quod publico inædificatus eſſet. appellati à privato tribuni, quum præter Rutilium nemo intercederet, cenſores ad pignora capienda miſerunt: mulctamque pro concione privato dixerunt. Hic contentione orta, quum veteres publicani ſe ad tribunum contuliſſent; rogatio repente ſub unius tribuni nomine promulgatur: *Quæ publica vectigalia, ultrotributa, C. Claudius & Ti. Sempronius locaſſent, ea rata locatio ne eſſet. de integro locarentur, & ut omnibus redimendi & conducendi promiſcue jus eſſet.* Diem ad ejus rogationem concilio tribunus plebis dixit. qui poſtquam venit, ut cenſores ad diſſuadendum proceſſerunt, Graccho dicente, ſilentium fuit. quum Claudio obſtreperetur, audientiam facere præconem juſſit. Eo facto, avocatam à ſe concionem tri-

1 *Cauſas ſtipendiis miſſorum cognoſcebant*] Videtur excidiſſe, *emeritis*. J. F. Gron.

2 *Quod ſine dolo malo facere poteris*] Nota interrogationis addenda eſt. *Sigonius.*

3 *Tribunum pl. Rutilium*] Ego; *Tribunum pl. P. Rutilium.* Sic enim etiam lib. ſequenti vocatur. *Idem.*

4 *Clientem libertinum*] Pronomen deeſſe videtur, & fuiſſe: *Clientem ejus libertinum.* Vel, *Hujus clientem libertinum.* J. F. Gron.

1 *In-*

tribunus queſtus, & in ordinem ſe coactum, ex Capitolio, ubi erat concilium, abiit. Poſtero die [1] ingentes tumultus ciêre. Ti. Gracchi primum bona conſecravit, quod in multa pignoribuſque ejus, qui tribunum appellaſſet, interceſſioni non parendo, ſe in ordinem coëgiſſet. C. Claudio diem dixit, quod concionem ab ſe avocaſſet: & utrique cenſori perduellionem ſe judicare pronunciavit, diemque comitiis à C. Sulpicio prætore urbano petiit. Non recuſantibus cenſoribus quo minus primo quoque tempore judicium de ſe populus faceret, in ante dies VIII & VII Calend. Octob. comitiis perduellionis dicta dies. Cenſores extemplo in atrium Libertatis aſcenderunt: & ibi ſignatis tabellis publicis, clauſoque tabulario, [2] & dimiſſis ſervis publicis, negarunt, ſe prius quidquam publici negotii geſturos, quam judicium populi de ſe factum eſſet. Prior Claudius cauſſam dixit. & [3] quum ex duodecim centuriis equitum octo cenſorem condemnaſſent, multæque aliæ primæ claſſis, extemplo principes civitatis in conſpectu populi annulis aureis poſitis, veſtem mutarunt, ut ſupplices plebem circumirent. Maxime tamen ſententiam vertiſſe dicitur Ti. Gracchus, quod quum clamor undique plebis eſſet, periculum [4] Graccho non eſſe, conceptis verbis juravit, ſi col-

1 *Ingentes tumultus ciere*] Videtur ſtudioſæ elegantiæ. Niſi tamen ſcripſit Livius: *poſtremo die ingentes tumultus ciens, Ti. Gracchi primum bona conſecravit, quod,* &c. *coëgiſſet: C. Claudio diem dixit.* J. F. Gron.

2 *Et dimiſſis ſervis,* &c.] Qui in publico tabulario, id eſt, loco, in quo publicæ ſcripturæ cuſtodiebantur, inſerviebant tabularum obſignationi, *tabularios* dictos, & ſervos publicos fuiſſe patet ex *l. ult. C. de ſerv. reip.* & Capitolinus in Gordianis, tabularios *ſervos publicos* appellat. Poſtea vero Arcadii & Honorii conſtitutione ſancitum eſt, ut nulli deinceps ad tabularii officium pateret aditus, qui obnoxius eſſet ſervituti. Hi autem huic conditioni erant addicti & emancipati, ut non poſſent ad aliam aſpirare militiam & dignitatem. *Marcell. Donat.*

3 *Quum ex duodecim centuriis equitum*] Quare *duodecim* potius quam *octodecim*? quot ſcilicet fecerat Servius Tullius. *J. F. Gron.*

4 *Graccho non eſſe conc. verbis jur.*] Diſtinguenda verba ita, ut intelligamus, plebe acclamante periculum Graccho non eſſe, Gracchum conceptis verbis juraſſe. Ita enim factum eſſe tradunt etiam cæteri. *Sigonius.*

collega damnatus eſſet, non exſpectato de ſe judicio, comitem exilii ejus futurum. Adeo tamen ad extremum ſpei venit reus, ut octo centuriæ ad damnationem defuerint. Abſoluto Claudio, tribunus plebis negavit ſe

17 Gracchum morari. Eo anno [1] poſtulantibus Aquileienſium legatis, [2] ut numerum colonorum augeret, mille & quingentæ familiæ ex ſenatuſconſulto ſcriptæ: triumvirique, qui eas deducerent, miſſi ſunt, T. Annius Luſcus, P. Decius Subulo, M. Cornelius Cethegus. Eodem anno C. Popillius & Cn. Octavius legati, qui in Græciam miſſi erant, Senatuſconſultum, Thebis primum recitatum, per omnes Peloponneſi urbes circumtulerunt, *Ne quis ullam rem in bellum magiſtratibus Romanis conferret, præterquam quod ſenatus cenſuiſſet.* Hoc fiduciam in poſterum quoque præbuerat, levatos ſe oneribus impenſiſque, quibus alia aliis imperantibus exhauriebantur. [3] Achaico concilio Argis agitato, benigne locuti auditique. [4] egregia ſpe futuri ſtatus fidiſſima gente relicta, in Ætoliam trajecerunt. Ibi nondum quidem ſeditio erat, ſed omnia ſuſpecta, criminumque inter ipſos plena. ob quæ obſidibus poſtulatis, neque exitu rei impoſito, in Acarnaniam inde profecti legati ſunt. [5] Thyrii concilium legatis Acarnanes dederunt. Ibi quoque inter factiones erat certamen: quidam principum poſtulare, ut præſidia in urbes ſuas inducerentur, [6] adverſus amentiam

eorum,

1 *Poſtulantibus Aquileienſium legatis*] Perſpicue legendum eſt, *poſtulantibus à ſenatu Aquileienſium legatis.* Nam ſequitur: *augeret* & *ex S. C. ſcriptæ.* Sig.

2 *Ut numerum colonorum augeret*] Forte: *numerus colonorum augeretur.* J.F. Gron.

3 *Achaico concilio Argis agitato*] Scribendum ex Polybio, *Ægii.* non Argis: nam ſic eſt in fragmento 74. Διὸ συναχθείσης αὐτοῖς τῆς βουλῆς εἰς Αἴγιον. Et ipſe Livius lib. 45. *C. Quinctio Ægii datum eſt concilium.* Ful. Urſin.

4 *Egregia ſpe futuri ſtatus fidiſſima gente relicta*] Muretus, *fidiſſimæ genti.* Sed & alterum habet, quo placeat. *J. F. Gron.*

5 *Tyrrei*] Lege, *Thyrii.* Stephanus: Θύρειον, πόλις Ἀκαρνανίας. *Sigonius.* Polybius fr. 75. Κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν συναχθείσης τῆς ἐκκλησίας εἰς Θύρειον. *Fulv. Urſin.*

6 *Adverſus amentiam eorum, qui ad Macedonicam*] Fulvio Urſino videtur deeſſe verbum *res*, quod alibi poſitum ſit à Livio & habeatur apud Polybium in hac narratione: εἶναι δὲ περὶ αὐτοὺς, τοὺς ἀποφέροντας τὰ πράγματα πρὸς Περ-

σέα

eorum, qui ad Macedonas gentem trahebant: pars recuſare, [1] ne, quod bello captis & hoſtibus mos eſſet, id pacatæ & ſociæ civitates ignominiæ acciperent. Juſta deprecatio hæc viſa. Lariſſam ad Hoſtilium proconſulem, (ab eo enim miſſi erant) legati redierunt. Octavium retinuit ſecum. Popillium cum mille ferme militibus in hiberna Ambraciam miſit. Perſeus principio hiemis 18
egredi Macedoniæ finibus non auſus, ne qua in regnum vacuum irrumperent Romani, ſub tempus brumæ, quum inexſuperabiles ab Theſſalia montes nivis altitudo facit, occaſionem eſſe ratus, frangendi finitimorum ſpes animoſque, ne quid averſo ſe in Romanum bellum periculi ſubeſſet, quum [2] à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis præſtaret, [3] Dardanos recens domuiſſet bello, ſolum infeſtum eſſe Ma-

σία καὶ Μακεδόνας. Sed non adhæſit ſingulis vocabulis Livius, & inepte hic illa *Macedonica gens* commemoratur. Repone: *qui ad Macedonas gentem trahebant*. Sic lib. 23. *Princeps factionis ejus, quæ traxerat rem ad Pœnos.* J. F. Gron.

1 *Ne quod bello captis & hoſtibus mos eſſet*] Nec pejus foret: *ne quod bello captos & hoſtes mos eſſet*. Intelligitur enim *accipere ignominiæ*. Idem.

2 *A Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus rep. defectione à Rom. præſtarent*] De Cotye rege Thraciæ, & ut ipſe ait, Odryſarum, alii multi. De Cephalo Acarnaniæ duce. ſic Strabo lib. 10. φασὶ τοὺς Ταφίους, καὶ τοὺς Τηλεβόας λεγομένους οἰκεῖν τὴν Ἀκαρνανίαν πρότερον, καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν Κέφαλον. Fuere autem hæc multorum regulorum nomina, non unius duntaxat. *Sigonius.*

Ab Epiro Cephalus] Quid venit in mentem Sigonio, ut hic notaret de Cephalo Acarnaniæ duce ſcribere Strabonem lib. 10? Aſtute autem abrumpit verba in illo: καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν Κέφαλον. ne quid ultra ſcilicet de eo ſciremus, & cogitaremus eundem eſſe, qui hic Livio nominatur. At ſequitur apud Strabonem: κατασταθέντα, ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος κύριον τῶν περὶ τὴν Τάφον νήσων. Ergo hic Cephalus Sigonianus vixit ante tempora Trojana, nec magis ad hunc locum pertinet, quam Cotys ille, ad quem ſcripſit Ovidius. At ſi de hoc Cephalo, quem hic appellat Livius, cognoſcere vis amplius, & cur deſeruerit invitus partes Romanas, vide Excerpta ex Polybii libro 27. *J. F. Gron.*

3 *Dardanos recens domuiſſet bello*] Pars ea, qua Perſeum domuiſſe Thracas, & Dardanos tradebat Livius, deſideratur in ſuperiore hujus libri fragmento. Nam in epitoma etiam eſt: *Res præterea à Perſeo rege in Thracia proſpere geſtas continet, & victis Dardanis & Illyrico, cujus rex erat Gentius.* Reliqua igitur omnia de Thracia & Dardanis ibi tractabantur: nunc res Illyricas exorditur, cum ait: *Solum infeſtum eſſe Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, neque ipſis quietis Illyriis, & aditum præbentibus Romanis, ſi domuiſſet proximos Illyriorum, Gentium quoque regem jamdiu dubium in ſocietatem perlici poſſe.* Ex his autem, & quæ ſupra dixi intelligi poteſt, multas paginas eo loco intercidiſſe. *Sigonius.*

Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, [1] neque ipſis quietis Illyriis, & aditum præbentibus Romanis, ſi domuiſſet proximos Illyriorum, Gentium quoque regem jam diu dubium in ſocietatem perlici poſſe: cum decem millibus peditum, quorum pars phalangitæ erant, [2] & duobus millibus levium armatorum, & quingentis equitibus profectus, Stuberam venit. Inde frumento complurium dierum ſumpto, juſſoque apparatu oppugnandarum urbium ſequi, tertio die [3] ad Uſcanam ([4] Peneſtianæ terræ ea maxima urbs eſt) poſuit caſtra: prius tamen quam vim admoveret; miſſis qui tentarent nunc præfectorum præſidii, nunc oppidanorum animos. erat autem ibi cum juventute Illyriorum Romanum præſidium. Poſtquam nihil pacati referebant, oppugnare [5] eſt adortus, & corona eam capere conatus eſt. quum ſine intermiſſione interdiu noctuque alii aliis ſuccedentes, [6] pars ſcalas muris, ignem portis inferrent, ſuſtinebant tamen eam tempeſtatem propugnatores urbis: quia ſpes erat, neque hiemis vim diutius pati Macedonas in aperto poſſe, nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore, ut poſſet morari. Cæterum, poſtquam vineas agi turreſque excitari viderunt, victa pertinacia eſt. nam, præterquam quod adverſus vim pares non erant, ne frumenti quidem aut ullius alterius rei copia intus

1 *Neque quietis Illyriis & aditum præbentibus Romanis*] Minore ambiguitate legeres: *aditum præbentibus Romano*. J. F. Gron.

2 *Et duobus millibus levium armatorum*] Scribe: *levium armorum*. Lib. 44, *Præcipue qui gravium armorum erant, ſpectatores pugnæ ſtabant*; mendum, quod & alibi ſuſtulimus. Lib. 25, 34. *Fuga confeſtim ex acie duce amiſſo fieri cœpta eſt. cæterum ut ad erumpendum inter Numidas leviumque armorum auxilia haud difficilis erat.* Sic Mſſ. cum vulgo ſit: *Numidas aliaque levium armatorum auxilia.* Lib. 42, 66. *Ipſe velitibus ad firmanda levium armorum auxilia adjectis ad tumulum præcedit.* Sic prima editio. Neſcio quis nugator in poſt ſecutis (habent enim, quas video) auctor fuerit τῦ *armatorum*. Idem.

3 *Ad Uſcana*] Infra ſemper *Uſcanam* edit. *Sigonius.*

4 *Peneſtianæ terræ ea maxime urbs eſt*] Forte: *maxima*. J. F. Gron.

5 *Eſt adortus & corona eam capere conatus eſt*] Alterutrum *eſt* ſupervacuum. *Idem.*

6 *Pars ſcalas muris, ignem portis*] Suſpicor fuiſſe: *alii aliis ſuccedentes, ſcalas muris, pars ignem portis inferrent.* Vide ad lib. 3, 37. *Idem.*

1 *Et*

intus erat, ut in necopinata obſidione. Itaque quum ſpei
nihil ad reſiſtendum eſſet, C. Carvilius Spoletinus, &
C. Afranius à præſidio Romano miſſi, qui à Perſeo pe-
terent: primo, ut armatos ſuaque ſecum ferentes abire
ſineret: dein, ſi id minus impetrarent, vitæ tantum li-
bertatiſque fidem acciperent. Promiſſum id benignius
eſt ab rege, quam præſtitum. exire enim ſua ſecum effe-
rentibus juſſis, primum arma ademit. his urbe egreſſis,
& Illyriorum cohors (quingenti erant) & Uſcanenſes ſe
urbemque dediderunt. Perſeus præſidio Uſcanæ impo- 19
ſito, multitudinem omnem deditorum, quæ propè nu-
mero exercitum æquabat, Stuberam abducit. Ibi Ro-
manis (quatuor millia autem hominum erant, præter
principes) in cuſtodiam civitatum diviſis, Uſcanenſibus
Illyriiſque venditis, in Peneſtiam exercitum reducit,
ad Oæneum oppidum in poteſtatem redigendum: &
alioqui opportune ſitum; & tranſitus ea eſt in Labeates,
ubi Gentius regnabat. Prætereunti frequens caſtellum,
Draudacum nomine, peritorum quidam regionis ejus,
nihil Oæneo capto opus eſſe ait, niſi in poteſtate &
Draudacum ſit. opportunius enim ad omnia poſitum
eſſe. Admoto exercitu omnes extemplo dediderunt
ſeſe. Qua ſpe celeriore deditione erectus, poſtquam
animadvertit quantus agminis ſui terror eſſet, undecim
alia caſtella eodem metu in poteſtatem redigit. ad per-
pauca vi opus fuit, cætera voluntate dedita: & in his re-
cepti mille & quingenti diſpoſiti per præſidia milites
Romani. Magno uſui Carvilius Spoletinus erat in col-
loquiis, dicendo, nihil in ipſos ſævitum. Ad Oæneum
perventum eſt, quod ſine juſta oppugnatione capi non
poterat; [1] & majore aliquanto quam cætera juventute, &
validum oppidum mœnibus erat. & hinc amnis Artatus
nomine, hinc mons præaltus & aditu difficilis cingebat:
hæc

1 *Et majore aliquanto quam cætera juventute*] Forte, *in cæteris.* puta oppidis. *J. F. Gron.*

1 *Apu-*

hæc ſpem ad reſiſtendum oppidanis dabant. Perſeus, circumvallato oppido, aggerem à parte ſuperiore ducere inſtituit, cujus altitudine muros ſuperaret. quod opus dum perficitur, crebris interim prœliis, quibus per excurſiones & mœnia ſua oppidani tutabantur, & opera hoſtium impediebant, magna eorum multitudo variis caſibus abſumpta eſt: & qui ſupererant, labore diurno nocturnoque, & vulneribus inutiles erant. Ubi primum agger injunctus muro eſt, & cohors regia, quos Nicatoras appellant, tranſcendit: & ſcalis multis ſimul partibus impetus in urbem eſt factus: puberes omnes interfecti ſunt: conjuges, liberoſque eorum in cuſtodiam dedit: prædæ alia militum ceſſere. Stuberam inde victor revertens, ad Gentium legatos, Pleuratum Illyrium, exulantem apud ſe, & [1] Aputeum Macedonem à Berœa, mittit. Iis mandat, ut exponeret æſtatis ejus hiemiſque acta ſua adverſus Romanos, Dardanoſque. adjicerent recentia in Illyrico hibernæ expeditionis opera. hortarentur Gentium in amicitiam ſecum & cum Macedonibus jungendam.

20 Hi tranſgreſſi jugum Scordi montis, per Illyrici ſolitudines, quas de induſtria populando Macedones fecerant, ne tranſitus faciles Dardanis in Illyricum aut Macedoniam eſſent, Scodram labore ingenti tandem pervenerunt. Liſſi rex Gentius erat. eo acciti legati mandata exponentes, benigne auditi ſunt: qui reſponſum ſine effectu tulerunt; *Voluntatem ſibi non deeſſe ad bellandum cum Romanis: cæterum ad conandum id, quod velit, pecuniam maxime deeſſe.* Hæc Stuberam retulere regi, tum maxime captivos ex Illyrico vendenti. Extemplo iidem legati, addito Glaucia ex numero cuſtodum corporis, remittuntur, ſine mentione pecuniæ, qua una barbarus inops impelli ad bellum poterat. Ancyram inde populatus Perſeus, in Peneſtas rurſum exercitum reducit: firmatiſque Uſcanæ, & circa eam per omnia caſtel-

1 *Aputeum*] *Adæum* ex Polybio leg. 76. *H. Valeſius.*

1 *Ab*

caſtella quæ receperat, præſidiis, in Macedoniam ſeſe
recipit. L. Cælius, legatus Romanus præerat Illyrico: 21
qui moveri non auſus, quum in iis locis rex eſſet, poſt
profectionem demum ejus conatus in Peneſtis Uſcanam
recipere, à præſidio, quod ibi Macedonum erat, cum
multis vulneribus repulſus, Lychnidum copias reduxit.
Inde poſt dies paucos M. Trebellium Fregellanum cum
ſatis valida manu in Peneſtas miſit; ad obſides ab his ur-
bibus, quæ in amicitia cum fide permanſerant, accipien-
dos. Procedere etiam in Parthinos (ii quoque obſides
dare pepigerant) juſſit: [1] ab utraque gente ſine tumultu
exigi. Peneſtarum obſides Apolloniam, Parthinorum
Dyrrachium (tum Epidamni magis celebre nomen Græ-
cis erat) miſſi. Ap. Claudius acceptam in Illyrico igno-
miniam corrigere cupiens, [2] Phanotem Epiri caſtellum
adortus oppugnare, & auxilia Athamanum Theſproto-
rumque, præter Romanum exercitum, ad ſex millia ho-
minum ſecum adduxit: neque operæ pretium fecit; Cle-
va qui relictus à Perſeo erat cum valido præſidio defen-
dente. Et Perſeus in Elimeam profectus, & circa eam
exercitu luſtrato, ad Stratum vocantibus Epirotis ducit.
Stratus validiſſima tum urbs Ætoliæ erat. ſita eſt ſuper
Ambracium ſinum, prope amnem Acheloum. Cum de-
cem millibus peditum eo profectus eſt, & equitibus tre-
centis: quos pauciores propter anguſtias viarum & aſpe-
ritatem duxit. Tertio die quum perveniſſet ad Citium
montem, vix tranſgreſſus propter altitudinem nivis, lo-
cum quoque caſtris ægre invenit. Profectus inde, ma-
gis quia manere non poterat, quam quod tolerabilis aut
via aut tempeſtas eſſet, cum ingenti vexatione, præci-
pue jumentorum, altero die ad templum Jovis, quem
Nicæum vocant, poſuit caſtra. Ad Arachthum inde
flu-

1 *Ab utraque gente ſine tumultu exigi*] Scribe: *exegit.* vel potius, *exacti.* J. F. Gron.

2 *Phanoiem Epiri caſtellum*] Hoc oppidum Φανότεια, Φανότη, ϗ Φανοτεὺς dictum eſt, auctore Stephano, quibus modis variavit etiam Livius. *Sigonius.*

1 *Rex*

flumen itinere ingenti emenſo, retentus altitudine amnis, manſit. Quo ſpatio temporis ponte perfecto, traductis copiis diei progreſſus iter, obviam Archidamum principem Ætolorum, per quem ei Stratus tradebatur, habuit. Eo die ad finem agri Ætoli caſtra poſita.
22 Inde altero die ad Stratum perventum: ubi prope Acheloum amnem caſtris poſitis, quum expectaret effuſos omnibus portis Ætolos in fidem ſuam venturos, clauſas portas, atque ipſa ea nocte qua venerat receptum Romanum præſidium cum C. Popillio legato, invenit. Principes, qui præſentis Archidami auctoritate compulſi regem arceſſierant, obviam egreſſo Archidamo ſegniores facti, locum adverſæ factioni dederant, ad Popillium cum mille peditibus ab Ambracia arceſſendum. In tempore & Dinarchus præfectus equitum gentis Ætolorum cum ſexcentis peditibus & equitibus centum venit. Satis conſtabat, eum, tanquam ad Perſea tendentem, Stratum veniſſe: mutato deinde cum fortuna animo, Romanis ſe, adverſus quos venerat, junxiſſe. Nec Popillius ſecurior, quam debebat eſſe, inter tam mobilia ingenia erat. claves portarum cuſtodiamque murorum ſuæ extemplo poteſtatis fecit: Dinarchum Ætoloſque cum juventute Stratiorum in arcem per præſidii ſpeciem amovit. Perſeus, ab imminentibus ſuperiori parti urbis tumulis tentatis colloquiis, quum obſtinatos atque etiam telis procul arcentes videret, quinque millia paſſuum ab urbe trans Petitarum amnem poſuit caſtra. Ibi conſilio advocato, quum Archidamus Epirotarumque transfugæ retinerent, Macedonum principes non pugnandum cum infeſto tempore anni cenſerent, nullis præparatis commeatibus; *quum inopiam prius obſidentes quam obſeſſi ſenſuri eſſent, maxime quod hoſtium haud procul inde hiberna erant*; territus in Aperantiam caſtra movit. Aperantii eum propter Archidami magnam in ea gente gratiam auctoritatemque conſenſu omnium acceperunt: is ipſe cum octin-

octingentorum militum præſidio his eſt præpoſitus.
[1] Rex non minore vexatione jumentorum hominumque, quam venerat, in Macedoniam rediit. Appium tamen [2] ab obſidione Phanotis fama ducentis ad Stratum Perſei, ſummovit. Clevas cum præſidio impigrorum juvenum inſecutus, ſub radicibus prope inviis montium ad mille hominum ex agmine impedito occidit, ad ducentos cepit. Appius ſuperatis anguſtiis, in campo quem Eleona vocant, ſtativa dierum paucorum habuit. Interim Clevas aſſumpto Philoſtrato, qui Epirotarum gentem habebat, in agrum Antigonenſem tranſcendit. Macedones ad depopulationem profecti, Philoſtratus cum cohorte ſua in inſidiis loco obſcuro conſedit. in palatos populatores quum erupiſſent ab Antigonea armati, fugientes eos perſequentes effuſius in vallem infeſſam ab hoſtibus præcipitant. ibi ad mille occiſis, centum ferme captis, ubique proſpere geſta re, prope ſtativa Appii caſtra movent, ne qua vis ſociis ſuis ab Romano exercitu inferri poſſit. Appius nequicquam in his locis terens tempus, dimiſſis Chaonumque, & ſi qui alii Epirotæ erant præſidiis, cum Italicis militibus in Illyricum regreſſus, per Parthinorum ſocias urbes in hiberna militibus dimiſſis, ipſe Romam ſacrificii cauſſa rediit. Perſeus ex Peneſtarum gente mille pedites, ducentos equites revocatos, Caſſandriam, præſidio ut eſſent, miſit. Ab Gentio eadem adferentes redierunt. nec deinde alios atque alios mittendo tentare eum deſtitit, quum appareret, quantum in eo præſidii eſſet; [3] nec tamen impetrare ab

23 (margin, beside "Rex non minore vexatione jumentorum hominum-")

1 *Rex cum minore vexatione jumentorum hominumque*] Immo: *Rex non minore.* Vidit quoque Freinshemius. *J. F. Gron.*

2 *Ab obſidione Phanotis*] Scribe *Phanotes.* Eſt enim Φανότη. *Idem.*

3 *Nec tamen impetrare ab animo poſſet*] Corrigo: *Nec tamen impetrare ab homine poſſet.* Loquitur de Perſeo rege, qui impetrare ab animo ſuo non poſſet, ut pecunia Gentium in ſocietatem ſuam alliceret. Cæterum quæ de Elonico traduntur in epitome à Perſeo facta eſſe, hic deſiderantur. Itaque finis libri eſt aſteriſco ſignandus. *Sigonius.*

Nec tamen impetrare ab animo poſſet] Corrigo, inquit Sigonius: *nec tamen impetrare ab homine poſſet.* Loquitur enim de Gentio rege, à quo ſocietatem

ab animo poſſet, ut impenſam in rem maximi ad omnia momenti faceret.

* * * *

tem impetrare non poſſet Perſeus. At ego intercedo & corrigere eum veto. Ab illo impetrari debebat, cujus erat ſumptum facere: ait enim: *nec impetrare poſſet, ut impenſam in rem maximi ad omnia momenti faceret.* Hic non erat Gentius, cui dudum ſuperius dixit pecuniam præcipue defuiſſe. Loquitur ergo de Perſeo, cum *ab animo* ſuo puſillo & contracto, hoc eſt, à ſe ipſo propter ingentem avaritiam, impetrare non potuiſſe, ut daret in ſumptum belli Gentio. Cœlius ad Ciceronem: *& cum homo avarus, ut ea ſolveret, ſibi imperare non poſſet.* Hoc eſt Liviana phraſi *ab animo impetrare* non poſſet. Sic dicimur *parcere animo*, cum frenum laxamus, *vincere animum*, cum reſiſtimus adfectibus alia dictantibus, quam honeſtas aut tempus imperat. *J. F. Gron.*

Impetrare ab animo] Abjeci Sigonii conjecturam, *nec tamen imp. ab homine.* nam apparet ſollicitatum ab Perſeo Gentium: cum tamen interim non imperaret animo ſuo, ut pecuniam una mitteret, quia pecunia expugnari poſſet Gentius. Hæc ſcripſeram, cum vidi ipſum in editione ſua poſtrema revocaſſe hanc emendationem, revocata lectione vulgari. Bonum factum. *Gruterus.*

EPITOME

LIBRI XLIV.

Quintus Marcius Philippus [1] *per invios ſaltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii miſere legatos Romam,* [2] *minantes, ut Perſeo eſſent auxilio, niſi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam conjungeret. indigne id latum.* [3] *Quum id bellum L. Æmilio Paullo, ſequentis anni conſuli iterum mandatum eſſet,* [4] *Paullus in*

1 *Per ſaltus penetravit*] Vet. lib. *Per invios ſaltus penetravit.* Sigonius.

2 *Minantes ut Perſeo eſſent auxilio*] Annotaverat Muretus, hanc epitomen valde ſibi ſuſpectam eſſe. Credo ob hunc ipſum locum, quem tamen ſic tentat: *legatos Romam, ut Perſeo eſſent auxilio, minantes populo Romano, niſi cum eo.* Certius auxilium Gudiani minoris, in quo eſt: *Rhodii miſere legatos Romam, minantes ſe Perſeo auxilio futuros, niſi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam jungeret.* Poſtremum verbum ſic quoque Voſſ. & Gudianus alter edunt. *J. F. Gron.*

3 *Quum id bellum L. Æmilio Paullo*] Gud. major: *Cum id belli L. Æmilio Paullo.* Idem.

4 *Paullus in concione precatus eſt,* &c.] Qui epitomam hanc ſcripſit, parum accurate videtur Liviana verba legiſſe: neque enim in concione, quam Paullus habet, antequam in provinciam exeat, quicquam tale invenitur. Immo

in concione precatus eſt, ut quicquid diri populo Romano immineret, ſupra domum ſuam converteretur: & in Macedoniam profectus, Perſeum vicit, univerſamque Macedoniam in poteſtatem redegit. [1] *Antequam confligeret, C. Sulpicius Gallus tribunus militum prædixit exercitui, ne miraretur, quod luna nocte proxima defectura eſſet. Gentius quoque rex Illyriorum, quum rebellaſſet, ab Anicio prætore victus venit in deditionem, cum uxore, & liberis, & propinquis, Romam miſſus. Ab Alexandria legati à Cleopatra & Ptolemæo regibus venerunt: querentes de Antiocho Rege Syriæ,* [2] *quod eis bellum inferret. Perſeus ſollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami & Gentio rege Illyriorum, quia eis pecuniam, quam promiſerat, non dabat, ab eis relictus eſt.*

PRincipio veris, quod hiemem eam qua hæc geſta ſunt inſecutum eſt, ab Roma profectus Q. 1
Marcius Philippus conſul cum quinque millibus ([3] quod in ſupplementum legionum ſecum trajecturus erat) Brundiſium pervenit. M. Popillius con-

mo Paullus ait, ſe tali uſum eſſe precatione, poſtquam Perſeum vicerat. Verba ejus ſunt in oratione ad Quirites poſt triumphum lib. 45. *Poſtquam omnia ſecundo navium curſu in Italiam pervenerant, neque erat, quod ultra precarer, illud optavi, ut cum ex ſummo retro volvi fortuna conſueſſet, mutationem ejus domus mea potius, quam Reſp. ſentiret.* Item Valerius lib. 5 cap. 10. *Paullus,* inquit, *in oratione, quam de rebus à ſe geſtis ad populum habuit. Cum in maximo proventu felicitatis veſtræ Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Jovem Opt. Max. Junonemque reginam & Minervam precatus ſum, ut ſi adverſi quid populo Rom. immineret, totum in meam domum converteretur.* Ergo neque antequam in Macedoniam iret, neque in concione ita precatus eſt. *Sigonius.*

Precatus eſt, ut quicquid diri] Tres membranæ: *precatus, ut quicquid diri populo Romano immineret, in ſuam domum converteretur, & in Macedoniam profectus vicit Perſen, totamque Macedoniam in poteſtatem redegit.* Voſſ. unus: *ſuper domum ſuam.* J. F. Gron.

1 *Anteq. confligeret, dixit exercitui, ne mir. qu. luna nocte prox. def. eſſ.*] Hæc non Paullum dixiſſe, ſed C. Sulpicium Gallum tribunum militum tradit Livius, & Valerius lib. 8 cap. 11. Itaque legendum eſt: *Antequam confligeret C. Sulpicius Gallus tribunus mil. dixit.* In veteribus autem libris eſt *prædixit exercitui, ne miraretur, quod luna defectura erat.* Sigonius.

2 *Quod is bellum inferret*] Vet. lib. *His*, id eſt, Cleopatræ, & Ptolemæo. *Idem.*

3 *Quod in ſupplementum legionum*] Scribe: *quod ſupplementum.* Eſt enim genus loquendi, quale lib. 34. *Ante prima ſigna locatis elephantis, quo auxilio tum primum Romani uſi ſunt.* Lib. 32. *Ipſis faucibus imminentes, quam Cœlen vocant.* Lib. 33. *Cum cetratis & cornu dextro peditum robore Macedoni exercitus, quam phalangem vocant.* Adde ad lib. 2, 20. *J. F. Gron.*

conſularis & alii pari nobilitate adoleſcentes tribuni militum in Macedonicas legiones conſulem ſecuti ſunt. Per eos dies & C. Marcius Figulus prætor, cui claſſis provincia evenerat, Brundiſium venit: & ſimul ex Italia profecti, Corcyram altero die, tertio Actium Acarnaniæ portum tenuerunt. Inde conſul ad Ambraciam egreſſus, itinere terreſtri petit Theſſaliam. Prætor, ſuperato Leucata, Corinthium ſinum invectus, & Creuſæ relictis navibus, terra & ipſe per mediam Bœotiam, diei unius expedito itinere, Chalcidem ad claſſem contendit. Caſtra eo tempore A. Hoſtilius in Theſſalia circa Palæpharſalum habebat; ſicut nulla re bellica memorabili geſta, ita [1] ad cunctam militarem diſciplinam ab effuſa licentia formato milite, & ſociis cum fide cultis, & ab omni genere injuriæ defenſis. Audito ſucceſſoris adventu, quum arma, viros, equos [2] cum cura inſpexiſſet, ornato exercitu obviam venienti conſuli proceſſit. [3] Et primus eorum congreſſus ex dignitate ipſorum ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis * Proconſul enim ad exercitum. * Paucis poſt diebus conſul concionem apud milites habuit. orſus à parricidio Perſei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem; adjecit poſt, *Scelere partum regnum, veneficia, cædes, latrocinio nefando petitum Eumenem, injurias in populum Romanum, direptiones ſociarum urbium contra fœdus: ea omnia quam Diis quoque*

1 *Ad cunctam militarem diſciplinam*] Suſpicor: *ad unicam militarem diſciplinam.* Ut lib. 2. *Se unico conſule objecto.* Lib. 3. *Et in unica concordia inter ipſos, ſumma adverſus alios æquitas erat.* Lib. 7. *Fuit enim vere vir unicus in omni fortuna.* J. F. Gron.

2 *Cum cura inexiſſet*] Manutius, *inſpexiſſet.* Sigonius.

3 *Et prim. eorum cong. ex dignitate. — eorum ipſorum ac Proconſul en. ad ex. p. p. di. conſul concionem apud milites habuit*] Nonnulla hic deeſſe unuſquiſque ſentire poteſt, quorum hæc videtur fuiſſe ſententia: *Primus eorum congreſſus ex dignitate eorum ipſorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis ſumme utilis Philippo conſuli fuit. Proconſul enim ad exercitum converſus eum ad rem fortiter gerendam hortatus eſt, eoque conſuli tradito Romam reverſus eſt. Paucis poſt diebus conſul concionem apud milites habuit.* Locutum hic eſſe de traditione exercitus apparet, cum ſubdit: *Profectus decimo die poſtquam exercitum acceperat, caſtra movit.* Idem.

1 Sen-

que inviſa eſſent, [1] *ſenſurum in exitu rerum ſuarum. Favere enim pietati fideique Deos, per quæ populus Romanus ad tantum faſtigii venerit. Vires deinde populi Romani jam terrarum orbem complectentis cum viribus Macedoniæ, exercitus cum exercitibus comparavit. quanto majores Philippi Antiochique opes non majoribus copiis fractas eſſe?* Hujus generis adhortatione 2
accenſis militum animis, conſultare de ſumma gerendi belli cœpit. Eo & C. Marcius prætor à Chalcide claſſe accepta venit. Placuit, non ultra morando in Theſſalia tempus terere, ſed movere extemplo caſtra, atque pergere inde in Macedoniam. & prætorem dare operam, ut eodem tempore claſſis quoque invehatur hoſtium littoribus. Prætore dimiſſo, conſul, menſtruum juſſo milite ſecum ferre, profectus decimo poſt die quam exercitum acceperat, caſtra movit: & unius diei progreſſus iter, [2] convocatis itinerum ducibus, quum, exponerent in con-

1 *Senſurum in exitu rerum ſuarum*] Præpoſitionem delet Muretus. *J. F. Gr.*

2 *Convocatis itinerum ducibus, quum exponerent*] Legimus: *& unius diei progreſſus iter, convocatos itinerum duces quum exponere in conſilio juſſiſſet, qua quiſque ducturus eſſet, ſummotis iis, quam potiſſimum peteret, retulit ad conſilium.* Pluribus locis apud Livium confuſæ ſunt hæ voces, *conſilium*, & *concilium*, nonnunquam forte, alicubi judicio editorum: itaque libet de illorum differentia, quod potiſſimum ad noſtrum pertinet, uberius addere. Primo *conſilium* publicum eſt ſenatus: unde Pacuvius lib. 23 inducitur dicens: *aut quod unum liberæ civitatis conſilium eſt, ſenatus habendus eſt.* In eo peccatum lib. 23, 21. *Solitudinem curiæ paucitatemque convenientium ad publicum conſilium reſpexerunt.* Et lib. 24, 22. *Quod ſicut regnante Hierone manſerat publicum conſilium.* Sic optimæ membranæ. Male vulgo: *concilium.* Deinde *conſilium* militare imperatorum Romanorum erant legati, tribuni militum, quoſque quoties aliquid deliberandum incidebat, advocabant in conſilium. In eo peccatum ſæpiſſime. Sic ſcribendum lib. 8, 6. *Agitatum etiam in conſilio eſt*, nempe conſulum T. Manlii P. Decii. Lib. 9, 15. *Dimiſſa concione conſilium habitum.* à Publilio Papirioque conſulibus. Lib. 22, 3. *Cæteris omnibus in conſilio* (apud C. Flaminium) *ſalutaria magis quam ſpecioſa ſuadentibus.* Lib. 25, 31. *Marcellus conſilio advocato & adhibitis etiam Syracuſanis.* Et ſequenti: *Ibi conſilium advocatum*, à Scipionibus videlicet. Lib. 27, 46. *Poſtero die conſilium habitum.* à Livio & Claudio Coſſ. Et, *is tum in conſilio aderat.* Moxque, *conſilio dimiſſo.* Lib. 28, 26. *conſilio dimiſſo*, quod P. Scipio convocaverat. Eodemque cap. 29. *citantis nomina damnatorum in conſilio.* Lib. 30, 5. *His præparatis convocatoque conſilio.* Eodemque libro c. 31. *eſt, quod referam ad conſilium.* Et cap. 36. *In conſilio, quamquam juſta in omnes*, &c. lib. 32, 6. *Poſtero die conſilium habuit, utrum recto itinere.* T. Quinctius. Lib. 37, 13. *Conſilium habitum* (ab Livio præfecto claſſi) *utrum extemplo.* Iterumque cap. 15.

conſilio, juſſiſſet, qua quiſque ducturus eſſet; ſummotis iis,

Æmilius (ſucceſſor ejus) *conſilium advocavit.* Cap. 35. *Advocato frequenti conſilio legati verba ſunt audita.* apud L. Scipionem. Lib. 42, 60. *Et in conſilio apud conſulem.* Hoc lib. 44, 35. *Dimiſſoque conſilio Perræbos mercatores.* Conſul Æmilius Paullus. Ibidemque: *Quod in conſilio agitatum erat.* Cap. 34. *Cum iis quos advocaverit in conſilium.* Cap. 37. *ad conſilium vocavit.* Lib. 45, 7. *Et in conſilio advocato literas prætoris quum recitaſſet.* Itemque: *Adverſus advocatos in conſilium conſidere juſſit.* Iterumque: *conſilio dimiſſo.* Cap. 26. *Pronuntiavit de ſententia conſilii.* Nam & decem legati, more majorum miſſi, erant conſilium imperatorum provincias conſtituentium. Idem error in Cæſare admiſſus lib. 3 cap. 3 de bello Gallico. *Concilio celeriter convocato, ſententias exquirere cæpit.* Eodemque libro cap. 23. *Hac re ad concilium delata.* Loquitur de Galba & Craſſo legatis vel præfectis Cæſaris. Igitur ſcribe, *conſilio* & *conſilium.* Erant prætorum *conſilium* judices adſeſſoreſque: ideo *in conſilio eſſe, in conſilium ire, mitti* dicebantur. in eo erratum lib. 29, 20. *Cum eo conſilio prætorem cognoſcere.* Præterea regum *conſilium* ſunt conſiliarii ipſorum, quos deliberationibus adhibent, ut & ducum regiorum, qui exercitibus præſunt, alii præfecti minores. In eo labes lib. 1, 34. *Ut publicis pariter ac privatis conſiliis belli domique intereſſet.* Lib. 35, 17. *Rex dimiſſis iis conſilium de bello Romano habuit.* Cap. 18. *Annibal non adhibitus in conſilium.* Ibidemque: *Ex conſilio ita diſceſſum eſt.* Lib. 36, 43. *& conſilium extemplo habuit, faciendumne periculum navalis certaminis foret.* Polyxenidas præfectus claſſi Antiochi. Lib. 42, 50. *Perſeus conſilium habuit.* Cap. 57. *Sub idem deinde tempus conſilium & conſul & rex habuerunt.* Cap. 62. *Conſilium habenti regi de ſumma.* Lib. 43. 22. *Ibi conſilio advocato.* Lib. 44, 26. *Hæc relata regi quum eſſent, advocato conſilio.* Denique *conſilium* eſt etiam prudentia, aſtus vel prudens inventum. Sic oportuit accipi lib. 2, 44. *Diu ſuſtentatum id malum partim conſiliis patrum, partim patientia plebis.* Lib. 35, 36. *Sed ut oportuit in conſilio fraude cæpto.* Lib. 39, 35 *Et quum omnia ira, non conſilio gererentur.* Quibus omnibus locis male omnes libri vulgati, quos quidem diverſarum editionum ante oculos habeo, *concilium*, iterant. Sic Ovidio in epiſtola Helenes: *Quæ mihi ſunt comites conſiliumque duæ.* Non *concilium*: nam dicit conſiliarias vel conſiliatrices. Multo minus de Remedio: *Conſilium eſt quodcumque cano.* Sequitur enim: *parete monenti.* Qui monet, conſilium dat: & ſecunda ſors ingenii eſt bene monenti obedire, ut Minucius apud noſtrum ait. Sic lib. 1 Artis: *Proxima conſiliis domina.* quæ adeſt vel intereſt ſecretis ſermonibus. Juvenalis: *eſt in conſilio matrona.* At viciſſim *concilium* interdum ſignificat comitia ſeu conventum populi cujuſque. Ita reſtituendum lib. 24, 37. *Si ad conſulem gravarentur mittere, ſibi ſaltem darent populi concilium.* Cæſar lib. 8, 14 de Germanis Rhenum tranſgreſſis: *Qui omnibus rebus ſubito perterriti, & celeritate adventus noſtri & diſceſſu ſuorum, neque concilii habendi, neque arma capiendi ſpatio dato, perturbabantur.* Non enim illic paucorum conſilium, ſed vitio libertatis, ut ait Apollonius, ξυνὴ μὲν χρειὼ, ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασιν Πᾶσιν ὁμῶς. Eodem libro de Suevis Cæſare Rhenum tranſgreſſo cap. 19. *Suevos, poſtquam per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuo concilio habito, nuntios in omnes partes dimiſiſſe.* Significat & communem rempublicam conjunctorum populorum, ut cum lib. 42 *Bæotico concilio diſcuſſo* dicitur & ibidem legati Romani nuntiant, *Bæotorum quoque ſe concilium arte diſtraxiſſe.* Sic reſtituendum lib. 39, 48. *Et Meſſene deſciverat à concilio Achaico.* Eſt ubi ponitur pro congreſſu ſecreto, coitione ſeu cœtu conſpirantium clanculum,

iis, [1] quam potiſſimum peteret, retulit ad conſilium. Aliis per Pythium placebat via: aliis per Cambunios montes, qua priore anno duxerat Hoſtilius conſul: aliis præter Aſcuridem paludem. Reſtabat aliquantum viæ communis: itaque in id tempus, quo propè divortium itinerum caſtra poſituri erant, deliberatio ejus rei differtur. in Perræbiam inde ducit, & inter Azorum & Dolichen ſtativa habuit, ad conſulendum rurſus quam potiſſimum capeſſeret viam. Per eoſdem dies Perſeus, quum appropinquare hoſtem ſciret, quod iter petiturus eſſet ignarus, omnes ſaltus inſidere præſidiis ſtatuit. In jugum Cambuniorum montium (Voluſtana ipſi vocant) decem millia levis armaturæ juvenum cum duce Aſclepiodoto mit-

lum, unde conjungit interdum noſter *concilia coitioneſque*. Id non animadverſum lib. 4, 5. *Conſules quum per ſenatum intercedentibus tribunis nihil agi poſſet, concilia principum domi habebant.* Sed etiam conventus legatorum ab diverſis populis ſociis *concilium* appellatur. Et ſic poſuerat noſter lib. 33, 12. *Et illos prioribus omnibus conciliis colloquiiſque de conditionibus pacis ſemper diſſeruiſſe.* Non enim tam ſuam cauſſam in eo bello jactabant Romani, quam libertatem Græciæ. Unde & cap. ſequenti recte: *Tertio die datur ei Romanorum & ſociorum frequens concilium.* Et ita accipiendum puto lib. 34, 30. *Concilio advocato, quum omnes colloquium dandum cenſuiſſent.* Aderant enim præter Eumenem regem principes Græciæ: ut apparet ex cap. 26 ubi advocat concilium de oppugnandis Argis: *Omnium principum Græciæ ſententia erat.* Itaque non adſentior Modio iſtic legenti, *conſilio*; etſi jubeat videre Parerga Briſſonii, quæ nobis in promptu non ſunt. Ambiguum poteſt videri lib. 34, 33. *Ita & tyranno ad conſultandum tempus datum eſt, & Quintius, ſociorum etiam principibus adhibitis, habuit concilium.* Sic nunc vulgati: at Andreas: *conſilium.* Idque puto verius. Non enim proprie ſociorum conventus fuit, ſed præfectorum Romanorum apud imperatorem, cui aliquot ſociorum ſunt adhibiti. Sic lib. 42, 57 *conſilio* apud Licinium Craſſum habito interfuerunt Eumenes cum fratre: neque tamen eo id *concilium* fuit. Hinc colligas licet, quid ſentiendum ſit de eo, quod ſcribit Barthius 57 Adverſ. 7. Dictyi Cretenſi *conſilium* & *concilium* eandem rem eſſe, ut aliis quoque non minus probis atque utilibus. Porro prima editio: *quam potiſſimum peteret.* Sigonius corrigit, *qua.* niſi, inquit, *viam* addere malimus. Immo non eſt addenda ea vox, quam Livius voluit intelligendo huc referri ex ſequentibus: *Reſtabat aliquantum viæ communis.* *Quam peteret*, dixit ſine dubio intelligendo *viam*; ut in illo, *qua ducturus eſſet*, ſine dubio *via*. Eſt autem *petere viam, legere viam:* ut Virgilius 4 Georg. *ſedes apibus ſtatioque petenda.* Cicero lib. 3 ad Att. 8. *ille incertus, ubi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petivit.* J. F. Gron.

1 *Quam potiſſimum peteret*] Legendum eſt: *Qua*, ut: *Qua quiſque ducturus eſſet,* niſi *viam* addere malimus, ut paulo poſt, *quod iter petiturus eſſet, ignarus.* Sigonius.

 1 *Ubi*

mittit: ad caſtellum quod ſuper Aſcuridem paludem erat (Lapathus vocatur locus) Hippias tenere ſaltum cum duodecim millium Macedonum præſidio juſſus. Ipſe cum reliquis copiis primo circa Dium ſtativa habuit. deinde adeo ut obtorpuiſſe inops conſilii videretur, cum equitibus expeditis, littore nunc Heracleum, nunc Philam percurrebat; eodem inde curſu Dium repetens.
3 Interim conſuli ſententia ſtetit, eo ſaltu ducere, [1] ubi propter Octolophum diximus regis caſtra *. Præmitti tamen quatuor millia armatorum ad loca opportuna præoccupanda placuit: queis præpoſiti ſunt M. Claudius, Q. Marcius conſulis filius. confeſtim & univerſæ copiæ ſequebantur. Cæterum adeo ardua & aſpera & confragoſa via fuit, ut præmiſſi expediti biduo quindecim millium paſſuum ægrè itinere confecto, caſtra poſuerint: turrim Eudieru, quem cepere, locum appellant. Inde poſtero die ſeptem millia progreſſi, tumulo haud procul hoſtium caſtris capto, nuncium ad conſulem remittunt: perventum ad hoſtem eſſe, loco ſe tuto & ad omnia opportuno conſediſſe. *ut, quantum extendere iter poſſet, conſequeretur.* Sollicito conſuli, & propter itineris difficultatem quod ingreſſus erat, & eorum vicem, quos paucos inter media præſidia hoſtium præmiſerat, nuncius ad Aſcuridem paludem occurrit. Addita igitur & ipſi fiducia eſt, conjunctiſque copiis, caſtra tumulo qui tenebatur, qua aptiſſimum ad loci naturam erat, ſunt acclinata. Non hoſtium modo caſtra, quæ paulo plus mille paſſuum aberant, ſed omnis regio ad Dium & Philam, oraque maris, late patente ex tam alto jugo proſpectu, oculis ſubjicitur. Quæ res accendit militi animos, poſtquam ſum-

1 *Ubi propter Octolophum dix. reg. caſtra. Præmitti tamen*] Locus mancus ita reſtitui poteſt: *ubi propter Octolophum diximus regis caſtra Philippi fuiſſe. Præmitti tamen.* Librarius enim oculos à *Philippi* tranſtulit ad *præmitti*, ob quandam ſimilitudinem literarum: rem autem ita habuiſſe, intelligi poteſt ex lib. 31 ubi de rege Philippo cum Quintio dimicante agitur. *Sigonius.*

ſummam belli, ac regias omnes copias, terramque hoſti-
lem tam è propinquo conſpexerunt. Itaque quum ala-
cres, protinus duceret ad caſtra hoſtium, conſulem hor-
tarentur; dies unus feſſis labore viæ ad quietem datus eſt.
tertio die, parte copiarum ad præſidium caſtrorum re-
licta, conſul ad hoſtem ducit. Hippias nuper ad tuen- 4
dum ſaltum ab rege miſſus erat: qui ex quo caſtra Ro-
mana in tumulo conſpexit, præparatis ad certamen ani-
mis ſuorum, venienti agmini Conſulis obvius fuit: &
Romani expediti ad pugnam exierant, & hoſtes. levis ar-
matura erat promptiſſimum genus ad laceſſendum certa-
men. Congreſſi igitur, extemplo tela conjecerunt: mul-
ta utrimque vulnera temerario incurſu & accepta & il-
lata: pauci utriuſque partis ceciderunt. Irritatis in po-
ſterum diem animis, majoribus copiis atque infeſtius
[1] concurſum ab illis, ſi loci ſatis ad explicandam aciem
fuiſſet: jugum montis in anguſtum dorſum cuneatum,
vix ternis ordinibus armatorum in fronte patuit. Itaque
paucis pugnantibus, cætera multitudo, præcipuè qui
gravium armorum erant, ſpectatores pugnæ ſtabant. le-
vis armatura etiam per anfractus jugi procurrere, & ab
lateribus cum levi armatura conſerere, per iniqua atque
æqua loca pugnam petere. ac pluribus ea die vulneratis
quam interfectis, prœlium nocte diremptum eſt. Tertio
die egere conſilio Romanus imperator: nam neque ma-
nere in jugo inopi, neque regredi ſine flagitio atque
etiam periculo. [2] ſed cedenti ex ſuperioribus locis inſta-
re hoſtis poterat: nec aliud reſtabat, quam audacter com-
miſſum, pertinaci audacia, quæ prudens interdum in exi-
tu eſt, corrigere. Ventum quidem erat eo, ut, ſi hoſtem
ſimilem antiquis Macedonum regibus habuiſſet conſul,
magna

1 *Concurſum ab illis, ſi loci ſatis*] Forte: *Majoribus copiis atque infeſtius concurriſſent, ſi loci ſatis ad explicandam aciem fuiſſet.* J. F. Gron.

2 *Sed cedenti ex ſuperioribus locis inſtare*] Lege: *nam neque manere in jugo inopi, neque regredi ſine flagitio atque etiam periculo, ſi cedenti ex ſuperioribus locis inſtaret hoſtis, poterat.* Et ſic quoque conjecerat Muretus. *Idem.*

magna clades accipi potuerit. ſed quum ad Dium per littora cum equitibus vagaretur rex, & ab duodecim millibus propè clamorem & ſtrepitum pugnantium audiret: nec auxit copias integros feſſis ſubmittendo: neque ipſe, quod plurimum intererat, certamini affuit. quum Romanus imperator major ſexaginta annis, & prægravis corpore, omnia militaria munera ipſe impigre obiret. Egregiè ad ultimum in audacter commiſſo perſeveravit: &, Popillio relicto in cuſtodia jugi, per invia tranſgreſſus, præmiſſis qui repurgarent iter, Attalum & Miſagenem, cum ſuæ gentis utrumque auxiliaribus, præſidio eſſe ſaltum aperientibus, jubet. ipſe equites impedimentaque

5 taque præ ſe habens, cum legionibus agmen cogit. Inenarrabilis labor deſcendentibus cum ruina jumentorum ſarcinarumque: progreſſis vix dum quatuor millia paſſuum, nihil optabilius eſſe, quàm redire qua venerant, ſi poſſent. Hoſtilem propè tumultum agmini elephanti præbebant: qui ubi ad invia venerant, dejectis rectoribus, cum horrendo ſtridore pavorem ingentem equis maximè incutiebant; donec traducendi eos ratio inita eſt. Per proclive ſumpto faſtigio, longi duo validi aſſeres, ex inferiore parte in terra defigebantur; diſtantes inter ſe paulo plus, quam quanta belluæ latitudo eſt. in eos tranſverſi incumbentes tigni, ad tricenos longi pedes, ut pons eſſet, injungebantur: humuſque inſuper injiciebatur. modico deinde infra intervallo, ſimilis alter pons; inde tertius, & plures ex ordine, [1] qua rupes abſciſæ

[1] *Qua rupes abſciſſæ erant*] Frobenius, *abſciſæ*. Et ſane ſic paſſim ac ferè ubique optimi atque antiquiſſimi codices: ut aut abolendum omnino ſit *abſciſſus*, aut non tam membranas quam rationem aliquam & aurem decernere oporteat, ubi ſit hoc aut illud ponendum. Itaque eo progreſſi ſunt docti viri, ut fecerint *ſcindo, ſcidi, ſciſum*: nam & *abſcidere* pro *abſcindere* apud Plautum legi, & non mirum à *σχίζω σχιδεῖν ſcindo* & *ſcido* eſſe. Sed quantitas mediæ in præteritis oſtendit duo verba fuiſſe *Abſcindo* & *Abſcido*: ſunt enim Virgilii, *Heſperium Siculo latus abſcidit*, & Ovidii, *terris abſcidit undas*; & viciſſim Ovidii in 12. *Abſcidit jugulo pectus*; & Senecæ in Phœniſſis, *vita bona Projecit atque abſcidit*, & Lucani lib. 3, 503. *Abſcidit noſtræ multum ſors invida laudi.* (ut quidem in ſcriptis obſervavimus.) & Mar-

ſciſæ erant, fiebant. Solido procedebat elephas in pontem: cujus priuſquam in extremum procederet, ſuccifis aſſeribus collapſus pons, uſque alterius initium pontis prolabi eum leniter cogebat: alii elephanti pedibus inſiſtentes; alii clunibus ſubſidentes prolabebantur. ubi planicies altera pontis excepiſſet eos, rurſus ſimili ruina inferioris pontis deferebantur, donec ad æquiorem vallem perventum eſt. Paulo plus [1] ſeptem millia die Romani proceſſerunt: minimum pedibus itineris confectum. plerumque provolventes ſe ſimul cum armis aliiſque oneribus, cum omni genere vexationis proceſſerunt: adeo ut ne dux quidem & auctor itineris inficiaretur, parva manu deleri omnem exercitum potuiſſe. Nocte ad modicam planiciem pervenerunt: neque an infeſtus is locus eſſet, ſeptus undique: circumſpiciendi ſpatium fuit. vix tandem ex inſperato ſtabilem ad inſiſtendum nactis locum, poſtero quoque die in tam cava valle opperiri Popillium ac relictas cum eo copias neceſſe fuit: quos & ipſos, quum ab nulla parte hoſtis terruiſſet, locorum aſperitas hoſtiliter vexavit. Tertio die conjunctis copiis eunt per ſaltum quem incolæ Callipeucen appellant. [2] quarto inde die per æque invia, ſed aſſuetudine peritius & meliore cum ſpe, quod nec hoſtis [3] uſquam apparebat, & mari appropinquabant, [4] digreſſi in campos, [5] inter Heracleum & Libethrum poſuerunt caſtra peditum: [illegible] quo-

Martialis, *Abſcidit vultus enſis uterque ſacros.* Jam *reſcindere decretum*, & *reſcindere vulnus* Latini dicunt, non *recidere*: at *recidere ſumptum*, non *reſcindere*: Sic & *proſciſſam terram*: at *præciſum os*, & *perciſos*, quod nolo dicere. *J. F. Gron.*

1 *Septem millia die Romani*] Forte: *ſeptem millia eo die.* Idem.

2 *Tertio inde die*] *Quarto* legendum, priore enim verſu dixit, *Tertio die conjunctis copiis eunt*, & ſupra *poſteri diei* meminerat. *Sigonius.*

3 *Unquam apparebat*] *Uſquam*; perſpicue. *Idem.*

4 *Digreſſi in campos*] *Degreſſi*: nam de deſcenſu loquitur, non diſceſſu, ut ſupra. *Idem.*

5 *Inter Heracetum ac Libethrum poſuerunt caſtra*] Scribe: *Heracleum & Libethrum.* Quod nomen urbis in hac hiſtoria fere ſemper corruptum eſt. Supra cap. 2. *Litore nunc Heracleum nunc Philam percurrebat.* non *Heracleam.* Ubi vereor ne Livius reliquerit: *intercurrebat*: propter ea quæ diximus ad lib. 2, 29. Infra cap. 8. *Popillium cum duobus millibus armatorum Heracleum mittit.* Polybius de hoc ipſo in fragmen-

quorum pars major tumulos tenebat. [1] ii vallem, campi quoque partem ubi eques tenderet, amplectebantur.
6 Lavanti regi dicitur nunciatum, hoſtes adeſſe. quo nuncio quum pavidus exiluiſſet è ſolio, victum ſe ſine prœlio clamitans, proripuit, & ſubinde per alia atque alia pavida conſilia & imperia trepidans, [2] duobus ex amicis Pellam, alterum Aſclepiodotum, ubi pecunia depoſita erat, ex præſidiis revocat: omneſque aditus aperit bello. Ipſe ab Dio auratis ſtatuis omnibus raptim, ne præda hoſti eſſent, in claſſem congeſtis, ocius demigrare Pydnam cogit: & quæ temeritas conſulis videri potuiſſet (quod eo proceſſiſſet, unde invito hoſte regredi nequi-

gmento apud Suidam: Σημαία, τάξις πολεμικὴ, δι' ἧς τὸ Ἡράκλειον ἥλω. Ubi monuit de eodem Livii loco Valeſius. Cap. 9. *Capto jam Heracleo.* Cap. 10. *Cum claſſe ab Heracleo Theſſalonicam profectus.* Cap. 35. *Q. Fabium Maximum filium ſuum cum quinque delectis millibus Heracleum mittit.* Plutarchus in eadem re: κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸ Ἡράκλειον. *J. F. Gron.*

1 *Ii vallem, campi quoque partem*] Lege: *ii vallem campique partem, ubi eques tenderet, amplectebantur.* Sic & Muretus. *Idem.*

2 *Duobus ex amicis Pellam, alterum Aſclepiodotum, ubi pecunia depoſita erat*] Neque *Pella* viri eſt nomen, neque *Aſclepiodotus* loci. Verba autem illa, *ubi pecunia depoſita erat*, omnino ſunt aliena. Poſſis exiſtimare poſt τὸ *trepidans* interjectum aliquid fuiſſe, quo narraret Livius, quod breviter innuit infra cap. 10. *Perſeus tandem a pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo, malle imperiis ſuis obtemperatum non eſſe, quum trepidans gazam in mare dejici Pellæ, Theſſalonicæ navalia juſſerat incendi:* ejuſque narrationis particulam eſſe illa: *ubi pecunia depoſita erat.* Sed credo potius addidiſſe librarium, qui invenerat illud adſcriptum voci *Pellam*, poſtquam in hanc transformatum verum nomen exſtitit. Etſi enim hoc loco narrandum illud fuiſſet, tamen intelligi ex poſtea narratis more ſuo Livium id maluiſſe certum habeo. Eſt autem omnino ſcribendum; *& ſubinde per alia atque alia pavida conſilia & imperia trepidans, duos ex amicis, Hippiam, alterum Aſclepiodotum, ex præſidiis revocat, omneſque aditus aperit bello*, quam conjecturam ſuggerunt, quæ habes in hanc rem cap. 2 & 7. Nec mirere: *duos ex amicis, Hippiam, alterum Aſclepiodotum:* quaſi non videremus τὸ *alterum* eſſe repetendum. Scimus hoc poſſe alicui in mentem venire, ſed nos id neceſſarium non eſſe judicamus. Solet auctor diſtributiones per voces, *alter, pars, alii, plerique, partim, ſimul*, quæ vulgo repeti ſolent, ita concipere, ut ſemel eas tantum ponat: de quibus largiter ad lib. 3 & 35 & 36. Sic & lib. 42. *Quum & hoc & alio omni genere telorum pars vulnerata militum eſſet, nec facile jam arma feſſi ſuſtinerent.* Quod eſt perinde ac ſi diceret: *pars feſſi non facile arma ſuſtinerent.* Valerius Maximus lib. 2, 5. *Quæ cum viros ſuos clandeſtinis inſidiis veneno perimerent, unius ancillæ indicio protractæ, pars capitali judicio damnatæ, centum & ſeptuaginta numerum expleverunt.* Tacitus lib. 2 Hiſt. *Ita accelerare legiones Cremonam, pars Hoſtiliam petere juſſæ.* Idem.

1 *Eam*

quiret) [1] eam non inconſultam audaciam fecit. Duos enim ſaltus, per quos inde evadere poſſent, habebant Romani: unum per Tempe in Theſſaliam, alterum in Macedoniam præter Dium; quæ utraque regiis tenebantur præſidiis. Itaque ſi dux intrepidus decem dies primam ſpeciem appropinquantis terroris ſuſtinuiſſet, neque receptus Romanis per Tempe in Theſſaliam, neque commeatibus pervehendis eo patuiſſet iter. Sunt enim Tempe, ſaltus, etiamſi non bello fiat infeſtus, tranſitu difficilis. nam præter anguſtias per quinque millia, qua exiguum jumento onuſto iter eſt, rupes utrimque ita abſciſæ ſunt, ut deſpici vix ſine vertigine quadam ſimul oculorum animique poſſit. terret & ſonitus & altitudo per mediam vallem fluentis Penei amnis. Hic locus tam ſuapte natura infeſtus, per quatuor diſtantia loca præſidiis regis fuit inſeſſus. unum in primo aditu ad Gonnum erat: [2] alterum Condylon caſtello inexpugnabili: tertium circa Lapathunta, quem Characa appellant: quartum, viæ ipſi, qua & media & anguſtiſſima vallis eſt, impoſitum: quam vel decem armatis tueri facile eſt. Intercluſo per Tempe ſimul aditu commeatibus, ſimul reditu; ipſi montes, per quos deſcenderant, repetendi erant. quod ut furto fefellerant, ita propalam, tenentibus ſuperiora cacumina hoſtibus, non poterant: & experta difficultas, ſpem omnem incidiſſet. Supererat nihil aliud in temere commiſſo, quam in Macedoniam ad Dium per medios evadere hoſtes: quod, niſi Dii mentem regi ademiſſent, ipſum ingentis difficultatis erat.

Nam

1 *Eam non conſultam audaciam*] Legendum: *Non inconſultam audaciam.* Nam contrarium temeritati quærimus: præterea ſupra eandem ſententiam protulit. *Nec aliud reſtabat, quam audactor commiſſum pertinaci audacia, qua prudens interdum in exitu eſt, corrigere.* Quam ergo ibi *prudentem audaciam*, hic *non inconſultam* vocavit. *Sigonius.*

Non conſultam audaciam fecit] Probo Sigonii, *non inconſultam.* Ipſe nimirum Perſeus ignavia ſua. Muretus: *eam conſultam inaudacia fecit:* ut apud Horatium *inaudax.* J. F. Gron.

2 *Alterum Condylon caſtello*] Scribe: *alterum ad Condylon.* Et intellige *præſidium* ex illo, *præſidiis regiis.* Sic enim, non *regis.* Idem.

1 *Ad*

Nam quum Olympi radices montis, paulo plus quam mille paſſuum [1] ad mare relinquant ſpatium, cujus dimidium loci occupat oſtium late reſtagnans Baphyri amnis, [2] partem planiciæ aut Jovis templum, aut oppidum tenet; reliquum perexiguum foſſa modica valloque claudi poterat, & ſaxorum ad manum ſilveſtriſque materiæ tantum erat, ut vel murus objici turreſque excitari potuerint. Quorum nihil quum [3] diſpexiſſet cæcata mens ſubito terrore, nudatis omnibus præſidiis patefa-
7 ctiſque bello, ad Pydnam refugit. Conſul plurimum & præſidii & ſpei cernens in ſtultitia & ſegnitie hoſtis, remiſſo nuncio ad Sp. Lucretium Lariſſam, ut caſtella relicta ab hoſte, circa Tempe occuparet; præmiſſo Popillio, ad explorandos tranſitus circa Dium, poſtquam patere omnia in omnes partes animadvertit; ſecundis caſtris pervenit ad Dium: metarique ſub ipſo templo, ne quid ſacro in loco violaretur, juſſit. Ipſe urbem ingreſſus, ſicut non magnam, ita exornatam publicis locis & multitudine ſtatuarum, munitamque egregiè, vix ſatis credere in tantis rebus ſine cauſſa relictis non aliquem ſubeſſe dolum. Unum diem ad exploranda circa omnia moratus, caſtra movet: ſatiſque credens paratam frumenti copiam fore, eo die ad amnem nomine Mityn proceſſit. Poſtero die progreſſus, [4] Agaſſam urbem, tradentibus ſeſe ipſis, recepit: & ut reliquorum Macedonum animos ſibi conciliaret, obſidibus contentus, ſine

præ-

1 *Ad mare relinquant ſpatium*] Potius: *Paullo plus quam mille paſſuum ad mare relinquant ſpatii.* J.F. Gron.

2 *Partem planities*] Prima editio: *partem planitiæ aut Jovis templum aut oppidum tenet.* Cæſar lib. 1 de Bello civili: *Erat inter oppidum Ilerdam & proximum collem, ubi caſtra Petreius atque Afranius habebant, planitia circiter paſſuum trecentorum.* Idem.

3 *Diſpexiſſet cæcata mens*] Forte: *occæcata.* Idem.

4 *Agaſſam urbem*] Falſi inſimulare hunc locum facile poſſem, quod & nulla illis in locis, quod ſciam, eſt *Agaſſa*: ut *Paganſam* reſtituendum putem. *Turnebus.*

Agaſſam urbem] Video, quid ſit apud Turnebum. At lib. 45 habes: *Ad Æginium & Agaſſas diripiendas mittit: Agaſſas, quod quum Marcio conſuli tradidiſſent urbem, petita ultro ſocietate Romana, defecerunt rurſus ad Perſea.* Sine dubio idem oppidum eſt. An voluit Turnebus, *Pagaſas*? J. F. Gron.

1 *Quan-*

præſidio relinquere ſe eis urbem, immuneſque ac ſuis legibus victuros, eſt pollicitus. Progreſſus inde diei iter, ad Aſcordum flumen poſuit caſtra: & [1] quantum procederet longius à Theſſalia, eo majorem rerum omnium inopiam ſentiens, regreſſus ad Dium eſt: dubitatione omnibus exempta, quid interclluſo ab Theſſalia patiendum fuiſſet, cui procul inde abſcedere tutum non eſſet. Perſeus, contractis in unum omnibus copiis ducibuſque, increpare præfectos præſidiorum, ante omnes Aſclepiodotum atque Hippiam: ab his dicere clauſtra Macedoniæ tradita Romanis eſſe. cujus culpæ reus nemo juſtius quam ipſe fuiſſet. Conſuli poſtquam ex alto conſpecta claſſis ſpem fecit cum commeatu naves venire (ingens enim caritas annonæ ac prope inopia erat) ab invectis jam portum audit, onerarias naves Magneſiæ relictas eſſe. Incerto inde quidnam agendum foret (adeo ſine ulla ope hoſtis quæ aggravaret, cum ipſa difficultate rerum pugnandum erat) peropportunè literæ à Sp. Lucretio allatæ ſunt: caſtella ſe, quæ ſuper Tempe eſſent & circa Philan, tenere omnia, frumentique in iis & aliarum in uſum rerum copiam inveniſſe. His magnopere 8
lætus conſul, ab Dio ad Philan ducit; ſimul ut præſidium ejus firmaret, ſimul ut militi frumentum, cujus tarda ſubvectio erat, divideret. Ea profectio famam haudquaquam ſecundam habuit: nam alii, metu receſſiſſe eum ab hoſte, ferebant, quia manenti imperatori prœlio dimicandum foret: [2] alii, ignarum belli quæ indies fortuna novaret; ut qui, offerentibus ſeſe rebus, omiſiſſet è manibus, ea quæ mox repeti non poſſent. Simul enim ceſſit poſſeſſione Dii, excitavit hoſtem: ut tunc tandem ſentiret recuperanda eſſe, quæ prius culpa amiſſa forent. Audita enim profectione conſulis, regreſſus Dium, quæ dis-

1 *Quantum procederet longius*] Scribe, *quanto*, ut & Muret. *J. F. Gron.*

2 *Alii ignarum belli, quæ indies*] Tranſpoſita videntur vocabula, quum fuerit: *alii ignarum, quæ belli indies fortuna novaret.* Aut ſaltem diſtinctio mutanda: *alii ignarum, belli quæ indies fortuna.* Idem.

1 Su-

disjecta ac vaſtata ab Romanis erant, reficit: pinnas mœnium decuſſas reponit, ab omni parte muros firmat: deinde quinque millia paſſuum ab urbe citra ripam Enipei amnis caſtra ponit; amnem ipſum tranſitu perdifficilem pro munimento habiturus. Fluit ex valle Olympi montis, æſtate exiguus, hibernis idem incitatus pluviis: & [1] ſupra rupes ingentes gurgitibus facit, & intra prorupta in mare evolvendo terram, præaltas voragines, cavatoque medio alveo ripas utrimque præcipites. Hoc flumine Perſeus ſeptum iter hoſtis credens, extrahere reliquum tempus ejus æſtatis in animo habebat. Inter hæc conſul à Phila Popillium cum duobus millibus armatorum Heracleum mittit. abeſt à Phila quinque millia ferme paſſuum, media regione inter Dium Tempe-
9 que, in rupe amni imminente poſitum. Popillius, priuſquam armatos muris admoveret, miſit qui magiſtratibus principibuſque ſuaderent, fidem clementiamque Romanorum quam vim experiri mallent. nihil ea conſilia moverunt, quia ignes ad Enipeum ex regis caſtris apparebant. Tum terra marique (& claſſis appulſa ab littore ſtabat) ſimul armis, ſimul operibus machiniſque oppugnari cœpti. Juvenes etiam quidam Romani, ludicro Circenſi ad uſum belli verſo, partem humillimam muri ceperunt. Mos erat tum, nondum hac effuſione inducta [2] beſtiis omnium gentium Circum complendi, varia ſpectaculorum conquirere genera: nec ſemel quadrigis, ſemel deſultore miſſo, [3] vix unius horæ tempus utrum-

1 *Supra rupes ingentes gurgitibus facit & intra prorupta*] Forte: *ſupra rupem ingentes gurgites facit & infra prorutam in mare evolvendo terram.* J. F. Gron.

2 *Beſtiis omnium gentium*] Omnino videtur legendum, *beſtiis omnium generum:* ut parva mutatione locus reſtituatur. *Fulvius Urſ.*

3 *Vix unius horæ tempus utrumque circulum complebat*] Prima editio: *utrumque curriculum.* Quod male profecto mutarunt. Non bene dici de deſultore *curriculum* crediderunt, quod vocem acciperent, ut apud Tacitum, *curriculo quadrigarum inſiſtere.* Quaſi non & *curſum* ſignificaret ſæpe apud Plautum. Sed & ſcribendum exiſtimo: *& ſemel quadrigu, ſemel deſultore miſſo.* Non, inquit, ita multiplicabantur quadrigarum & deſultorum miſſus, ut nunc: ſemel quadrigæ mittebantur, dein exhibebantur deſultores: & utrumque horum

utrumque curriculum complebat. Inter cætera ſexageni ferme juvenes, interdum [1] plures, ab apparitoribus ludi, armati inducebantur. horum inductio in parte ſimulacrum decurrentis exercitus erat: ex parte [2] elegantioris exercitii quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum uſum. Quum alios decurſus edidiſſent motus, quadrato agmine facto, ſcutis ſuper capita denſatis, ſtantibus primis, ſecundis ſummiſſioribus, tertiis magis & quartis, poſtremis etiam genu nixis, faſtigatam, ſicut tecta ædificiorum ſunt, teſtudinem faciebant. Hinc quinquaginta fermè pedum ſpacio diſtantes duo armati procurrebant, comminatique inter ſe, ab ima in ſummam teſtudinem per denſata ſcuta quum evaſiſſent, nunc velut propugnantes per oras extremæ teſtudinis, nunc in media inter ſe concurrentes, haud ſecus quam ſtabili ſolo perſultabant. Huic teſtudini ſimillima parti muri admota, quum armati ſuperſtantes ſubiſſent, propugnatoribus muri faſtigio altitudinis æquabantur: depulſiſque iis, in urbem duorum ſignorum milites tranſcenderunt. Id tantum diſſimile fuit, quod & in fronte extrema, & ex lateribus, ſoli non habebant ſuper capita elata ſcuta, ne nudarent corpora; ſed [3] prætecta pugnantium more. ita nec ipſos tela ex muro miſſa ſubeuntes læſerunt, & teſtudini injecta imbris in modum lubrico faſtigio innoxia ad imum labebantur. Et conſul, capto jam Heracleo, caſtra eo promovit; tamquam Dium, atque inde ſummoto rege, in Pieriam etiam progreſſurus. Sed

horum curriculum vix horæ ſpatium complebat. Ut tamen producerent muneris tempus, varia alia conquirebant genera ſpectaculorum, in quibus erat illa *teſtudo*. *Curriculum* etiam conjecit Lipſius. *J. F. Gron.*

1 *Plures, ab apparitoribus ludi*] Præpoſitionem adjecit aliquis recentiorum. In prima editione non habetur, nec in priori Sigoniana, cui adſcripſerat Muretus: *apparatioribus ludis*. Idem.

2 *Elegantioris exercitii quam militaris artis*] Expunge vocem *artis*, quæ non eſt Livii & ſenſum obturbat. *Idem*.

3 *Pratecta pugnantium*] Forte, *pratenta*. Deinde, *imbricis in modum* legi aliquando volui: ſed nihil opus: & Ammianus quoque ab iſta ſcriptura ſtat, qui velut *imbrem* è tecto delabi facit tela. lib. 26. *Lipſius*.

1 *Pa-*

Sed hiberna jam præparans, vias commeatibus ſubvehendis ex Theſſalia muniri jubet, & eligi horreis opportuna loca, tectaque ædificari ubi diverſari portantes commeatus poſſent. [1] Perſeus tandem à pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo, malle imperiis ſuis non obtemperatum eſſe, quum trepidans gazam in mare dejici Pellæ, Theſſalonicæ navalia juſſerat incendi. Andronicus Theſſalonicam miſſus traxerat tempus; [2] id ipſum quod accidit, pœnitentiæ relinquens locum. incautior Nicias Pellæ [3] projiciendo pecuniæ partem, quod fuerat nactus: ſed [4] in rem emendabilem viſus lapſus eſſe, quod per urinatores omne ferme extractum eſt. tantuſque pudor regi pavoris ejus fuit, ut urinatores clam interfici juſſerit: deinde Andronicum quoque & Nician, ne quis tam dementis imperii conſcius exiſteret. Inter hæc C. Marcius cum claſſe ab Heracleo Theſſalonicam profectus, & agrum pluribus locis expoſitis per littora armatis late vaſtavit: & procurrentes ab urbe, ſecundis aliquot prœliis trepidos intra mœnia compulit. jamque ipſi urbi terribilis erat, quum diſpoſitis omnis generis tormentis, non vagi modo circa muros temere appropinquantes, ſed etiam qui in navibus erant, ſaxis tormento emicantibus, percutiebantur. Revocatis igitur in naves militibus, omiſſaque Theſſalonicæ oppugna-

1 *Perſ. t. pavore, eo quo attonitus fuerat, recepto animo, mallet*] Malim, *à pavore recepto animo.* alibi, *collecto à pavore animo.* &, *Collectis ex nec opinato pavore animis.* Corrigo etiam *Malle*, pro *mallet*, juxta notam figuram dicendi. *Sigonius.*

2 *Id ipſum quod accidit*] Scabra oratio. Forte: *traxerat tempus in idipſum quod accidit.* Ceſſaverat imperio fungi, uſque ad diem, quo diverſa juſſus eſt, ſpatium ſcilicet dans regi in pœnitentiam. *J. F. Gron.*

3 *Projiciendo pecuniæ partem, quod fuerat nactus*] Freinshemius: *quod fugerat, nactus:* vel, *pecuniæ quod fuerat nactus*, expungendo τὸ *partem.* Nec habeo meliora, niſi κατ' ἐπεξήγησιν accipias: *projiciendo pecuniæ partem*, nempe omne id *quod ejus fuerat nactus.* Ita infra: *partem maxime qui ex Siciliæ fuerint, domos ſuas abiſſe.* Cæſar lib. 6 de Gall. *pars in continentes paludes profugit, qui proximi Oceanum fuerant.* Forte tamen: *projicienda pecunia raptim, quod fugerat, nactus*, iram ſcilicet vel indignationem Perſei. *Idem.*

4 *In rem emendabilem viſus lapſus eſſe.*] Lego: *ſed in errorem emendabilem.* Idem.

1 *Ca-*

pugnatione, Æniam inde petunt. quindecim millia paſſuum ea urbs abeſt, adverſus Pydnam poſita, fertili agro. Pervaſtatis finibus ejus, legentes oram, Antigoneam perveniunt. ibi egreſſi in terram, primo & vaſtarunt agros paſſim, & aliquantum prædæ contulerunt ad naves. dein palatos eos adorti Macedones, mixti pedites equiteſque, fugientes effuſe ad mare perſecuti, quingentos ferme occiderunt, & non minus ceperunt. Nec aliud quam ultima neceſſitas, quum recipere ſe tuto ad naves prohiberentur, animos militum Romanorum, ſimul deſperatione alia ſalutis, ſimul indignitate irritavit. Redintegrata in littore pugna eſt. adjuvere & qui in navibus erant. Ibi Macedonum ducenti ferme cæſi: par numerus captus. Ab Antigonea claſſis profecta ad agrum Pallenenſem, exſcenſionem ad populandum fecit. Finium is ager Caſſandrenſium erat, longe fertiliſſimus omnis oræ quam prætervecti fuerant. Ibi Eumenes rex, viginti tectis navibus ab Elea profectus, obvius fuit. & quinque miſſæ à Pruſia rege tectæ naves. Hac 11
virium acceſſione animus crevit prætori, ut Caſſandream oppugnaret. Condita eſt à Caſſandro rege in ipſis faucibus, quæ Pallenenſem agrum cæteræ Macedoniæ jungunt; hinc Toronaico, hinc Macedonico ſepta mari. Eminet namque in altum lingua, in qua ſita eſt: nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrit, obverſa in regionem Magneſiæ duobus imparibus promontoriis: quorum majori Poſideum eſt nomen, minori [1] Canaſtræum. Diviſis partibus oppugnare adorti. Romanus ad Clitas quas vocant, munimenta, cervis etiam objectis ut viam intercluderet, à Macedonico ad Toronaicum mare perducit. ab altera parte Euripus eſt: inde Eumenes oppugnabat. Romanis in foſſa complenda, quam nuper objecerat Perſeus, plurimum erat laboris. Ibi quærenti prætori, quia nuſquam cumuli apparebant, quo

1 *Canaſtreum*] *Canaſtræum.* nam Græcè Καναςραῖον. *Sigonius.*

quo regeſta è foſſa terra foret; monſtrati ſunt fornices;
non ad eandem craſſitudinem [1] qua veterem murum, ſed
ſimplici laterum ordine ſtructos eſſe. Conſilium igitur
cepit, transfoſſo pariete iter in urbem patefacere. fallere
autem ita ſe poſſe, ſi muros à parte alia ſcalis adortus, tu-
multu injecto, in cuſtodiam ejus loci propugnatores ur-
bis avertiſſet. Erant in præſidio Caſſandreæ, præter
non contemnendam juventutem oppidanorum, octin-
genti Agrianes, & [2] duo millia Peneſtarum Illyriorum,
[3] à Pleurato inde miſſi: bellicoſum utrumque genus. His
tuentibus muros, quum ſubire Romani ſumma vi nite-
rentur, momento temporis parietes fornicum perfoſſi
urbem patefecerunt. [4] quod, ſi, qui irrupêre, armati fuiſ-
ſent, extemplo cepiſſent. Hoc ubi perfectum eſſe opus
militibus nunciatum eſt, clamorem alacres gaudio re-
12 pentè tollunt; [5] aliis parte alia in urbem irrupturis. Ho-
ſtes primum admiratio cepit, quidnam ſibi repentinus
clamor vellet. poſtquam patere urbem accepere præ-
fecti præſidii, [6] Pytho & Philippus pro eo, qui occupaſ-
ſet aggredi, opus factum eſſe rati, cum valida manu
Agrianum Illyriorumque erumpunt: Romanoſque, qui
alii aliunde coibant convocabanturque ut ſigna in urbem
inferrent, incompoſitos atque inordinatos fugant, per-
ſequunturque ad foſſam: in quam compulſos ruina cu-
mulant. ſexcenti ferme ibi interfecti, omneſque prope,
qui

1 *Qua veterem murum, ſed ſimplici laterum ordine ſtructos*] Turnebus, *qua vetus murus*, deinde *ſtructi*. At mihi placet, his manentibus, ut ſunt, ſcribi: *monſtratum eſt*. J. F. Gron.

2 *Et M. Millia Peneſtarum*] *M M.* ſcribe, id eſt, *duo millia*. Sigonius.

3 *A Pleurato inde miſſi*] Lege: *& duo millia Peneſtarum Illyriorum, à Pleurato eodem miſſa*, vel *miſſi*. J. F. Gron.

4 *Quod ſi qui irrupere*, &c.] Nullos irrupiſſe ſatis conſtat ex cap. ſeq. Neque inermes id fuiſſent auſi, niſi ſi quos vitæ tædium cepiſſet. Forte, *qui irrumperent*. Hoc ſenſu: ſi præſto fuiſſent armati, qui irrumperent in urbem, extemplo eam cepiſſent. *Jac. Perizonius*.

5 *Aliis parte alia in urbem irrupturis*] Forte: *tollunt, alii parte alia in urbem irrupturi*. J. F. Gron.

6 *Pytho & Philippus Proco, qui occupaſſet aggredi*] Abeat in malam rem iſte *Proco*. Scribe autem cum Freinſhemio: *Pytho & Philippus pro eo, qui occupaſſet aggredi, opus factum eſſe rati*, Idem.

qui inter murum foſſamque deprehenſi erant, vulnerantur. Ita ſuo ipſe conatu perculſus prætor, ſegnior ad alia factus conſilia erat: & ne Eumeni quidem, ſimul à mari, ſimul à terra aggredienti, quidquam ſatis procedebat. Placuit igitur utrique, cuſtodiis firmatis, ne quod præſidium ex Macedonia intromitti poſſet, quoniam vis aperta non proceſſiſſet, operibus mœnia oppugnare. Hæc parantibus his, decem regii lembi ab Theſſalonica cum delectis Gallorum auxiliaribus miſſi, quum in ſalo ſtantes hoſtium naves conſpexiſſent; ipſi obſcura nocte ſimplici ordine quam poterant proxime littus tenentes, intrarunt urbem. Hujus novi præſidii fama abſiſtere oppugnatione ſimul Romanos regemque coëgit. circumvecti promontorium, ad Toronem claſſem appulerunt. Eam quoque oppugnare adorti, ubi valida defendi manu animadverterunt, irrito incepto Demetriadem petunt. Ibi quum appropinquantes repleta mœnia armatis vidiſſent, prætervecti ad Iolcon claſſem appulerunt: inde agro vaſtato, Demetriadem quoque aggreſſuri. Inter 13
hæc & conſul, ne ſegnis ſederet tantum in agro hoſtico, M. Popilium cum quinque millibus militum ad Melibœam urbem oppugnandam mittit. Sita eſt in radicibus Oſſæ montis, qua parte in Theſſaliam vergit, opportunè imminens ſuper Demetriadem. Primus adventus hoſtium perculit incolas loci: collectis deinde ex necopinato pavore animis, diſcurrunt armati ad portas ac mœnia, qua ſuſpecti aditus erant: ſpemque extemplo inciderunt, capi primo impetu poſſe. Obſidio igitur parabatur, & opera oppugnationum fieri cœpta. Perſeus, quum audiſſet ſimul Melibœam à conſulis exercitu oppugnari, ſimul claſſem Iolci ſtare, ut inde Demetriadem aggrederetur; Euphranorem quemdam ex ducibus cum delectis duobus millibus Melibœam mittit. eidem imperatum, ut, ſi à Melibœa ſubmoviſſet Romanos, Demetriadem prius occulto itinere intraret, quam ab Iolco

ad urbem caſtra moverent Romani. Et ab oppugnatoribus Melibœæ, quum in ſuperioribus locis repentè apparuiſſet, cum trepidatione multa relicta opera ſunt, igniſque injectus. ita à Melibœa abſceſſum eſt. Euphranor, ſoluta unius urbis obſidione, Demetriadem extemplo ducit. nec tum mœnia modo, ſed agros etiam confiderunt ſe à populationibus tueri poſſe: & eruptiones in vagos populatores non ſine vulneribus hoſtium factæ ſunt. Circumvecti tamen mœnia ſunt prætor & rex; ſitum urbis contemplantes, ſi qua parte tentare aut opere aut vi poſſent. Fama fuit, [1] per Cydam Cretenſem, & Antimachum qui Demetriadi præerat, tractatas inter Eumenem & Perſea conditiones amicitiæ. ab Demetriade certe abſceſſum eſt. Eumenes ad conſulem navigat: gratulatus quod proſpere Macedoniam intraſſet, Pergamum in regnum abiit. Marcius Figulus prætor, parte claſſis in hiberna Sciathum miſſa, cum reliquis navibus [2] Oreum Bœotiæ petiit. eam urbem aptiſſimam ratus, unde exercitibus, qui in Macedonia quique in Theſſalia erant, mitti commeatus poſſent. De Eumene rege longe diverſa tradunt. Si Valerio Antiati credas, nec claſſe adjutum ab eo prætorem eſſe, quum ſæpe cum literis arceſſiſſet, tradit: nec cum gratia ab conſule profectum in Aſiam; indignatum, quod, ut iiſdem caſtris tenderet, permiſſum non fuerit. ne ut equites quidem Gallos, quos ſecum adduxerat, relinqueret, impetrari ab eo potuiſſe. *Attalum fratrem ejus, & remanſiſſe apud conſulem, & ſinceram ejus fidem æquali tenore egregiamque operam in eo bello fuiſſe.*

14 Dum bellum in Macedonia geritur, legati Tranſalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipſius traditur nomen, gentis ex

1 *Per Cydantem Cretenſem*] *Cydas*, *Cydam* edit. Itaque *Cydam Cretenſem* dixit Cicero Philip. 5. *Sigonius.*

2 *Oreum Bœotiæ petit*] Utrum, *Oropum Bœotiæ*, an *Oreum Eubœæ*? J. F. Gron. *Oreum* defenditur ab ipſo Livio 44, 30. *Novi duces in provinciam venerant, Conſul Æmilius in Macedoniam, Octavius Oreum ad claſſem.* Oropum verò Atticæ attribuit, non Bœotiæ. 45, 27. *Inde Oropum Atticæ ventum eſt.* Etſi olim de eo loco certaverint Attici & Bœoti, ut diſcimus ex Strabone. *Jac. Gron.*

1 *Ma-*

ex qua fuerit, non traditur) Romam venerunt, pollicentes ad Macedonicum bellum auxilia. Gratiæ ab ſenatu actæ, muneraque miſſa. torquis aureus duo pondo, & pateræ aureæ quatuor pondo, equus phaleratus, armaque equeſtria. Secundum Gallos Pamphyli legati coronam auream, ex viginti millibus Philippeorum factam, in curiam intulerunt: petentibuſque iis, ut id donum in cella Jovis optimi maximi ponere, & ſacrificare in Capitolio liceret, permiſſum: benigneque amicitiam renovare volentibus legatis reſponſum, & binum millium æris ſingulis miſſum munus. Tum ab rege Pruſia & paulo poſt ab Rhodiis, de eadem re longe aliter diſſerentes legati auditi ſunt. utraque legatio de pace reconcilianda cum rege Perſeo egit. Pruſiæ preces [1] magis quam poſtulatio fuere, profitentis, *& ad id tempus ſe cum Romanis ſtetiſſe, & quoad bellum foret, ſtaturum. Cæterum, quum ad ſe à Perſeo legati veniſſent, de finiendo cum Romanis bello, & iis pollicitum deprecatorem apud ſenatum futurum;* [2] *petere, ſi poſſent*

1 *Magis quam poſtulatio*] Forte: *Pruſiæ preces magis quam poſtulata fuere.* J.F. Gron.

2 *Petere ſi poſſent*] Hic quoque infuſcati aliquid. Non dubium tamen legendum: *& petere*, ſi integra, quæ præcedunt, nec fuerunt: *ſe iis pollicitum deprecatorem apud ſenatum futurum petere.* Iſtorum, *ſe quoque*, ſenſum video: ſe quoque admitti inter pacificatores & partem gratiæ in reconciliata pace ferre. Hæreo nonnihil in verbis. Poſſis: *ſe quoque in gratia reconciliatæ pacis uti ponerent.* Ciceronis eſt *ponere in gratia* vel *in gratiam* lectum pluribus quam ſatis intellectum. Eſt enim alicujus apud aliquem erga ipſum aut pro eo ſtudium commemorare ac laudare. Cœlius ad Ciceronem ep. 6. *Amabo, ſi quid, quod opus fuerit Appio, facies, ponito me in gratiam.* Hoc eſt, fac ſciat ille, quod ei præſtiteris, etiam te mihi pro illo intervenienti dediſſe, ut & ego hac re apud illum ineam gratiam. Lib. 5 ad Atticum ep. 3. *Apud Lentulum ponam te in gratiam.* Significabo Lentulo te pro illo mecum ſollicite egiſſe. Eodem libro ep. 11. *Apud Patronem te in maxima gratia poſui.* Oſtendi ei, quod deſiderat, id te mihi vehementer commendaſſe. Lib. 6 ep. 1. *Lepta tua epiſtola gaudio exſultat: etenim ſcripta belle eſt, meque apud eum magna in gratia poſuit.* Fidem ei fecit, me tecum de illo ſic egiſſe, ut eum valde devinxerim. Epiſt. 6. *At te apud eum (dii boni) quanta in gratia poſui? eique legi literas non tuas, ſed librarii tui.* Monitum Tullii eſt ad eundem lib. 2 ep. 25. *Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum ſcire ex te, me id feciſſe* Hoc eſt, me ponas in gratia. Poſſis etiam deleta præpoſitione: *ſe quoque gratia reconciliatæ pacis poſſe uti.* Foret enim *gratia uti*, ut *ambitione uti* apud Ciceronem lib. 5 fam. 20. *Sane moleſte tuli non illa beneficia tua potius ambitioni reſervata eſſe quam mea, qui ambitione nihil uterer.* Idem.

ſent inducere in animum ut finiant iram, ſe quoque in gratia reconciliatæ pacis poſſe uti. hæc regii legati. Rhodii ſuperbe commemoratis erga populum Romanum beneficiis, & penè victoriæ, utique de Antiocho rege, majore parte [1] ad ſe vindicata, adjecerunt: *Quum pax inter Macedonas Romanoſque eſſet, ſibi amicitiam cum rege Perſeo cœptam. eam ſe invitos, nullo ejus in ſe merito, quoniam ita Romanis viſum ſit, in ſocietatem ſe belli trahere, interrupiſſe. Tertium ſe annum multa ejus incommoda belli ſentire. mari intercluſo inopia inſulam premi, amiſſis maritimis vectigalibus atque commeatibus. Quum id ultra pati non poſſent, legatos alios ad Perſea in Macedoniam miſiſſe, qui ei denunciarent, Rhodiis placere pacem eum componere cum Romanis: ſe Romam eadem nunciatum miſſos. Per quos ſtetiſſet quo minus belli finis fieret, adverſus eos quid ſibi faciendum eſſet, Rhodios conſideraturos eſſe.* Ne nunc quidem hæc ſine indignatione legi audirive poſſe certum habeo. inde exiſtimari poteſt, qui habitus animorum audientibus ea Patribus fuerit.
15 Claudius, nihil reſponſum, auctor eſt: tantum Senatuſconſultum recitatum, quo Caras & Lycios liberos eſſe juberet populus Romanus, literaſque extemplo ad utramque [2] gentem * ſcirent indicatum mitti. Qua audita re, principem legationis, cujus magniloquentiam vix curia paulo ante ceperat, corruiſſe. Alii reſponſum eſſe tradunt, *Populum Romanum & principio hujus belli, haud vanis auctoribus compertum habuiſſe, Rhodios cum Perſeo rege adverſus rempublicam ſuam occulta conſilia iniſſe: &,* [3] *ſi id ante dubium fuiſſet, legatorum paulo ante verba ad certum redegiſſe: & plerumque ipſam ſe fraudem,*

etiam

1 *A ſe vindicata*] Corrige: *ad ſe vindicata.* Sigonius.

Majore parte à ſe vindicata] Optime Sigonius, *ad ſe.* Sic. lib. 3. *Conſularis officii partem ad ſe vindicabat.* Lib. 9. *Si alterum exercitum utriuſque victoriæ compotem ſinerent fieri, nec ad ſe ſui belli vindicarent decus.* Cicero pro Rabirio Repetund: *Perpetienda illa fuerunt, ut ſe aliquando ad ſuos vindicaret.* J. F. Gron.

2 *Gentem ſcirent indicatum*] Scribe, *ut ſcirent indicatum.* Cauſam enim affert, cur ſenatus juſſerit extemplo literas ad Caras, & Lycios de libertate mitti, ut Rhodii, inquit, legati qui id ægre laturi erant, ſcirent ſcriptum eſſe. *Sig.*

3 *Si id ante dubium fuiſſet*] Forte: *ſi id adhuc dubium fuiſſet, legatorum paullo ante verba ad certum redegiſſe.* J. F. Gron.

1 *Rho-*

etiam ſi initio cautior fuerit, detegere. [1] *Rhodios nuncio in orbe terrarum arbitria belli paciſque agere: Deorum nutu arma ſumpturos poſituroſque Romanos eſſe. jam non Deos fœderum teſtes, ſed Rhodios habituros. Ita ne tandem iis pareatur, exercituſque de Macedonia deportentur? Viſuros eſſe, quid ſibi faciendum ſit. quid Rhodii viſuri ſint, ipſos ſcire. Populum certe Romanum devicto Perſeo, quod propediem ſperent fore, viſurum, ut pro meritis cujuſque in eo bello civitatis gratiam dignam referat.* Munus tamen legatis in ſingulos binum millium æris miſſum eſt: quod ii non acceperunt. Literæ deinde recitatæ 16
Q. Marcii conſulis ſunt, *Quemadmodum ſaltu ſuperato in Macedoniam tranſiſſet: & ibi & ex aliis locis* [2] *commeatus à prætore proſpectos in hiemem habere, & ab Epirotis viginti millia modium tritici, decem hordei ſumpſiſſe: ut pro frumento pecunia Romæ legatis eorum curaretur. Veſtimenta militibus ab Roma mittenda eſſe:* [3] *equis ducentis ferme opus eſſe; maxime Numidis: nec ſibi in his locis ullam copiam eſſe.* Senatuſconſultum, ut ea omnia ex literis conſulis fierent, factum eſt. C. Sulpicius prætor ſex millia togarum, triginta tunicarum, & equos deportanda in Macedoniam, præbendaque arbitratu conſulis locavit: & legatis Epirotarum pecuniam pro frumento ſolvit. Et Oneſimum, Pythonis filium, nobilem Macedonem, in ſenatum introduxit: [4] is pacis ſemper auctor regi fuerat, monueratque, ſicut pater ejus Philippus inſtitutum uſque ad ultimum vitæ diem ſervabat, quotidie bis in die fœderis icti cum Romanis per-

1 *Rhodios nuncio in orbe terrarum*] An *nuntiis*, ut ita per comtemptum appellet legatos. *J. F. Gron.*

2 *Commeatus rempublicam proſpectos in hyemem habere*] Vox *Remp.* vitioſe eſt. Sæpe autem admonui, quam facile, & quam ſæpe lapſi ſint librarii in his vocibus *P. R.* & *R. P.* & *PR.* id eſt, *Populus R. Reſp. Prætor*, inverſis, aut disjunctis, aut conjunctis, contra quam opus erat, literis. Hoc ergo loco idem vitii eſt, pro *Rempublicam* reſtituendum eſt, *à prætore*: prætorem autem intelligit C. Marcium Figulum claſſis præfectum, cui commeatus cura erat tradita. Itaque paulo ante dixerat: *Conſuli poſtquam ex alte conſpecta claſſis ſpem fecit cum commeatu navcis venire.* Sigonius.

3 *Equis* c c *ferme opus eſſe*] c c numerus Manutio eſt ſuſpectus, & ∞ reponit; *ut mille* equis, opus eſſe ſcribat. *Idem.*

4 *Is pacis ſemper auctor regis fuerat*] Scribe, *Regi.* Sic enim Latina locutio poſtulat. *Idem.*

perlegendi; ut eum morem, ſi non ſemper, crebro tamen uſurparet. Poſtquam deterrere eum à bello nequiit; primo ſubtrahere ſeſe per alias atque alias cauſſas, ne intereſſet iis, quæ non probabat, cœpit: poſtremò, quum ſuſpectum ſe eſſe cerneret, & proditionis interdum crimine inſimulari; ad Romanos transfugit: magno uſui conſuli fuit. Ea introductus in curiam quum memoraſſet, ſenatus in formulam ſociorum eum referri juſſit; locum, lautia præberi: agri Tarentini, qui publicus populi Romani eſſet, ducenta jugera dari, & ædes Tarenti emi: uti ea curaret, C. Decimio prætori mandatum. Cenſores cenſum Idibus Decembribus ſeverius quam ante habuerunt: multis equi adempti, inter quos P. Rutilio qui tribunus plebis eos [1] violenter accuſarat: tribu quoque is motus, [2] & ærarius factus. Ad opera publica facienda quum eis dimidium ex vectigalibus ejus anni attributum ex Senatuſconſulto à quæſtoribus eſſet; Ti. Sempronius ex ea pecunia, quæ ipſi attributa erat, ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni ſignum, [3] lanienaſque & tabernas conjunctas in publicum emit, baſilicamque faciendam curavit, quæ poſtea Sempronia appellata eſt.

37 Jam in exitu annus erat, & propter Macedonici maxime belli curam in ſermonibus homines habebant, quos in annum conſules ad finiendum tandem id bellum crearent. itaque Senatuſconſultum factum eſt, ut Cn. Servilius primo quoque tempore ad comitia habenda veniret. [4] Senatuſconſultum Sulpicius prætor ad conſulem * poſt pau-

1 *Vehementer accuſaret*] *Accuſarat*, perſpicue. *Sigonius.*

2 *Et operarius factus ad opera*] Legendum ſine dubio: *Tribu quoque is motus & ærarius factus. Ad opera publica facienda cum eis dimidium.* Confirmat hanc emendationem alius locus, qui lib. 40, 51 habetur. *Fulvius Urſ.*

3 *Laneaſque & tabernas*] Ego *lanienas* puto ſcribendum, quas Varro *lanigenas* appellavit auctore Nonio. Erant illic tabernæ quædam laniorum. *Turnebus.*

4 *S C. Sulp. Pr. ad conſ. p. p. dies rec. quos ante d. --- & conſul maturavit*] Fœde corruptus locus eſt, & aſteriſco notandus. ſententia eſt: prætorem conſuli S. C. recitaſſe, conſulem ſe in urbem ad certam diem venturum, & comitia habiturum edixiſſe, pauciſque poſt diebus & ipſum maturaſſe, & comitia eo die, qui dictus erat, eſſe perfecta.

paucos dies recitavit, quibus ante diem * in urbem venturum. & conſul maturavit, & comitia eo die, qui dictus erat, ſunt perfecta. Conſules creati, L. Æmilius Paullus iterum, [1] ſeptimo decimo anno poſtquam primo conſul fuerat, & C. Licinius Craſſus. Prætores poſtero die facti, [2] Cn. Bæbius Tamphilus, L. Anicius Gallus, Cn. Octavius, P. Fonteius Balbus, [3] M. Æbutius Elua, C Papirius Carbo. Omnia ut maturius agerentur, belli Macedonici ſtimulabat cura. itaque deſignatos extemplo ſortiri placuit provincias; ut, utri Macedonia conſuli, cuique prætori claſſis veniſſet, ſciretur. ut jam inde cogitarent, pararentque quæ bello uſui forent, ſenatumque conſulerent, ſi qua re conſulto opus eſſet. Latinas, ubi magiſtratum iniſſent, quod per religiones poſſet, primo quoque tempore fieri placere. neque conſulem, cui eundum in Macedoniam eſſet, teneri. His decretis conſulibus Italia & Macedonia, prætoribus præter duas juriſdictiones in urbe, claſſis, & Hiſpania, & Sicilia, & Sardinia provinciæ nominatæ ſunt. Conſulum, Æmilio Macedonia, Licinio Italia evenit. Prætores, Cn. Bæbius urbanam, L. Anicius peregrinam, & ſi quo ſenatus cenſuiſſet, Cn. Octavius claſſem, P. Fonteius Hiſpaniam, M. Æbutius Siciliam, C. Papirius Sardiniam eſt
ſortitus. Extemplo apparuit omnibus non ſegniter id 18
bel-

cta. Sic lib. 9 *Profectique ad Fabium conſulem legati, cum S. C. tradidiſſent.* Sigonius.

Senatuſconſultum prætor ad conſulem] Fœde corruptum locum hunc & aſteriſco notandum cenſet Sigonius; ſententiam vero, prætorem conſuli SC. recitaſſe; conſulem ſe in urbem ad certum diem venturum & comitia habiturum edixiſſe. De mendo adſentior: ſed ſententiam puto, prætorem ad conſulem S C. miſiſſe, & receptas ab eo literas poſt paucos dies in ſenatu recitaſſe, quibus ille ſe ante diem (hic deeſt numerus & nomen menſis) in urbem venturum ſignificabat. *J. F. Gron.*

1 *Septimo decimo anno,*] *Quarto decimo*, ſcribendum, tot enim anni numerantur à priore conſulatu Paulli ad poſteriorem. Error ex notis numerorum emanavit, XIIII & XVII. duo enim II in V mutata ſunt. Præterea *primum*, non *primo*, in hoc genere dicendum eſt. ſic enim ubique alias. *Sigonius.*

2 *Cn. Bæbius Pamphilus*] *Tamphilus*, ut ſupra. *Idem.*

3 *M. Æbutius Helua*] *M. Æbutius Elua*, ut ſupra. *Idem.*

bellum Æmilium geſturum; præterquam quod alius vir erat, etiam quod dies noctesque intentus, ea ſola, quæ ad id bellum pertinerent, animo agitabat. Jam omnium primum à ſenatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus viſendos claſſemque, & comperta referenda, quid aut terreſtribus aut [1] navalibus copiis opus eſſet. Præterea ut explorarent copias regias quantum poſſent, quaque provincia noſtra, qua hoſtium foret. utrum intra ſaltus caſtra Romani haberent, an jam omnes anguſtiæ exſuperatæ, & in æqua loca perveniſſent. qui fideles nobis ſocii, qui dubii ſuſpenſæque ex fortuna fidei, qui certi hoſtes viderentur: quanti præparati commeatus, & unde terreſtri itinere, unde navibus ſupportarentur: [2] quid ea æſtate terra marique rerum geſtarum eſſet. ex his bene cognitis, certa in futurum conſilia capi poſſe ratus. Senatus Cn. Servilio conſuli negotium dedit, ut is in Macedoniam quos L. Æmilio videretur legaret. Legati biduo poſt profecti, [3] Cn. Domitius Ænobarbus, A. Licinius Nerva, L. Bæbius. [4] Bis in exitu anni ejus lapidatum eſſe, nunciatum eſt; [5] in Romano agro, ſimul in Veientibus. novendiale ſacrum factum eſt. Sacerdotes eo anno mortui ſunt, P. Quintilius Varus, flamen Martialis: & M. Claudius Marcellus, Decemvir. in cujus locum Cn. Octavius ſuffectus. Et jam magnificentia creſcente notatum eſt, ludis Circenſibus P. Cornelii Scipionis Naſicæ, & P. Lentuli ædilium

1 *Navalibus copiis opus eſt*] *Opus eſſet*, aperte legendum. *Sigonius.*

2 *Quid ea æſtate terra marique rerum geſtarum*] Lege, *geſtum eſſet*. J. F. Gron.

3 *Cn. Domitius Ænobarbus*] *Ahenobarbus*, ut ſupra. *Sigonius.*

4 *Bis in exitu anni*, &c.] Manutius ex ingenio reponit, *Semel.* Idem.

5 *In Romano agro, ſimul in Vejentibus*] Poſſis: *nuntiatum eſt; in Romano agro ſimul & in Vejentibus.* Ut infra: *adventu conſulis ſimul & veris principio.* Poſſis etiam legere: *nuntiatum eſt in Romano agro, ſemel in Vejentibus.* J. F. Gron.

Simul in Vejentibus, &c.] Paſſim cognoſcimus, quoties lapidaverit, toties novendiale ſacrum fuiſſe. Unde ſicut plus vice ſimplici nunc lapidatum nunciabatur, ſic quoque ſacra illa repetita eſſe dicere debuit, & voluit. Immo & ipſæ literæ probant ſcripſiſſe Livium: *Bis in exitu anni ejus lapidatum eſſe nunciatum eſt in Romano agro, ſimul in Veienti. Bis novendiale ſacrum factum eſt.* Jac. Gron.

1 *Bis*

lium curulium, ſexaginta tres Africanas, & quadraginta urſos & elephantos luſiſſe. L. Æmilio Paullo, C. Licinio 19
conſulibus Idibus Martiis principio inſequentis anni, quum in exſpectatione Patres fuiſſent; maxime quidnam conſul de Macedonia, cujus ea provincia eſſet, referret: nihil ſe habere, Paullus quod referret, quum nondum legati rediſſent, dixit. *Cæterum Brundiſii legatos jam eſſe,* [1] *bis ex curſu Dyrrachium ejectos. Cognitis mox, quæ noſci prius in rem eſſet, relaturum: id fore intra perpaucos dies. Et ne quid profectionem ſuam teneret,* [2] *pridie Idus Aprilis Latinis eſſe conſtitutam diem. Sacrificio rite perfecto, ſe & Cn. Octavium, ſimul ſenatus cenſuiſſet, exituros eſſe. C. Licinio collegæ ſuo fore curæ ſe abſente, ut, ſi qua parari mittive ad id bellum opus ſit, parentur mittanturque. Interea legationes exterarum nationum audiri poſſe.* [3] Sacrificio rite perfecto, primi Alexandrini legati ab Ptolemæo & Cleopatra regibus vocati ſunt. Sordidati, barba & capillo promiſſo, cum ramis oleæ ingreſſi curiam, procubuerunt: & oratio quam habitus fuit miſerabilior. Antiochus Syriæ rex, qui obſes Romæ fuerat, per honeſtam ſpeciem majoris Ptolemæi reducendi in regnum, bellum cum minore fratre ejus, qui tum Alexandriam tenebat, gerens, & ad Peluſium navali prœlio victor fuerat, & tumultuario opere ponte per Nilum facto tranſgreſſus cum exercitu, obſidione

1 *Bis ex curſu Dyrrachium ejectos*] Manutius legit, *rejectos*. Sigonius.

Bis ex curſu Dyrrachium ejectos] Hoc verbum de naufragis dici notavimus ad M. Senecam: quale incommodum hi non ſunt paſſi. Potius ergo *rejectos*. Cæſar lib. 4 Gall. *Tanta tempeſtas ſubito coorta eſt, ut nulla earum curſum tenere poſſet, ſed aliæ eodem, unde erant profectæ, referrentur, aliæ ad inferiorem partem inſulæ quæ eſt propius ſolis occaſum, dejicerentur.* Vide ad lib. 23 cap. 34. *J. F. Gron.*

2 *Pridie Id. Aprilis Latinis eſſe conſtit. diem*] Paulo poſt autem ait: Latinas fuiſſe prid. K. Aprilis; ſic enim inquit: *Ab hac concione Latinæ, quæ pridie Kal. Aprilis fuerunt in monte ſacrificio rite perpetrato.* Aut ergo mendum eſt, aut diem Latinis prætulit. *Sigonius.*

3 *Sacrificio rite perfecto, pr. Alex. leg.*] *Sacrificium* hic non Latinarum intelligit, ſed ſolenne ſacrum, quod conſules ſuſcipiebant ineuntes, antequam de rep. referrent, aut agerent: at paulo ante cum dixit: *Sacrificio rite perfecto, ſe, & Cn. Octavium ſimul ſenatus cenſuiſſet, exituros eſſe,* ſolenne Latinarum intelligit. *Idem.*

dione ipſam Alexandriam terrebat: nec procul abeſſe, quin potiretur regno opulentiſſimo, videbatur. Ea legati querentes orabant ſenatum, ut opem regno regibuſque amicis imperio ferret. *Ea merita populi Romani in Antiochum, eam apud omnes reges genteſque auctoritatem eſſe, ut ſi legatos miſiſſent, qui denunciarent, non placere ſenatui ſociis regibus bellum fieri; extemplo abſceſſurus à mœnibus Alexandriæ, abducturuſque exercitum in Syriam eſſet. Quod ſi cunctentur facere; brevi extorres regno Ptolomæum & Cleopatram Romam venturos, cum pudore quodam populi Romani; quod nullam opem in ultimo diſcrimine fortunarum tuliſſent.* Moti Patres precibus Alexandrinorum, extemplo [1] C. Popillium Lænatem, & C. Decimium, & C. Hoſtilium, legatos, ad finiendum inter reges bellum miſerunt. Prius Antiochum, dein Ptolemæum adire juſſi, & nunciare, ni abſiſtatur bello, per utrum ſtetiſſet, eum non pro amico, nec pro ſocio habituros eſſe. His intra triduum ſimul cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia quinquatribus ultimis adeo exſpectati venerunt, uti, niſi veſper eſſet, extemplo ſenatum vocaturi conſules fuerint. Poſtero die ſenatus fuit, legatique auditi ſunt. Ii nunciant, *Majore periculo quam emolumento exercitum per invios ſaltus in Macedoniam inductum.* [2] *Pieriam, quo proceſſiſſet, regem tenere: caſtra caſtris prope ita collata eſſe, ut flumine Enipeo interjecto arceantur. neque regem pugnandi poteſtatem facere, nec noſtris vim ad cogendum eſſe. Hiemem etiam aſperam rebus gerendis interveniſſe. in otio militem ali,* [3] *nec plus quam ſex dierum frumentum habere. Macedonum dici triginta millia armatorum eſſe. Si Sp. Claudio circa Lychnidum ſatis*

validus

1 *C. Popillium Lænatem, & C. Decimium, C. Hoſtilium*] Scribe *Lænatem, C. Decimium, & C. Hoſtilium.* Sic enim loquitur paulo poſt in iiſdem legatis nominandis. *Sigonius.*

2 *Pieriam, quo proceſſit, regem tenere*] Latinus ſermo: *quo proceſſiſſet.* J. F. Gron.

3 *Nec plus quam* VI *frumentum habere*] Suſpicor legendum eſſe: *nec plus quam ſex dierum frumentum habere:* ſiquidem jam hyems exacta erat, in quam commeatus parati fuerant à prætore. Jam enim conſulatum inierat Paullus Idibus Martiis, omnia autem imminuunt legati. *Sigonius.*

1 *Po-*

validus exercitus foret, [1] *potuiſſe ancipiti bello diſtinere regem; nunc & Appium, & quod cum eo præſidii ſit, in ſummo periculo eſſe; niſi propere aut juſtus exercitus eo mittatur, aut illi inde deducantur. Ad claſſem ſe ex caſtris profectos; ſociorum navalium partem, morbo audiſſe abſumptam: partem, maxime qui ex Sicilia fuerint, domos ſuas abiſſe, & homines navibus deeſſe. qui ſint, neque ſtipendium accepiſſe, neque veſtimenta habere. Eumenem claſſemque ejus, tamquam vento allatas naves, ſine cauſſa & veniſſe & abiſſe: nec animum ejus regis conſtare ſatis viſum.* [2] *Sicut omnia de Eumene dubia, Attali egregie conſtantem fidem nunciabant.* Legatis auditis, tunc de bello re- 21 ferre ſeſe L. Æmilius dixit. Senatus decrevit, *Ut in octo legiones parem numerum tribunorum conſules & populus crearent: creari autem neminem eo anno placere, niſi qui honorem geſſiſſet. Tum ex omnibus tribunis militum uti L. Æmilius in duas legiones in Macedoniam, quos eorum velit, eligat, & ut ſolenni Latinarum perfecto, L. Æmilius conſul, Cn. Octavius prætor, cui claſſis obtigiſſet, in provinciam proficiſcantur.* additus eſt his tertius L. Anicius prætor, cujus inter peregrinos juriſdictio erat. eum in provinciam Illyricum circa Lychnidum Ap. Claudio ſuccedere placuit. Delectus cura C. Licinio conſuli impoſita. is ſeptem millia civium Romanorum, & equites ducentos ſcribere juſſus: & ſociis nominis Latini ſeptem millia peditum imperare, quadringentos equites: & Cn. Servilio Galliam obtinenti provinciam literas mittere, ut ſexcentos equites conſcriberet. Hunc exercitum ad collegam primo quoque tempore mittere in Macedoniam juſſus. neque in ea provincia plus quam duas legiones eſſe, eas repleri, ut ſena millia peditum, trecenos haberent equites. cæteros equites peditesque in præſidiis diſponi. Qui eorum idonei ad militandum non eſſent, dimitti. decem præterea

1 *Potuiſſe ancipiti bello diſtinere regem*] Lege, *diſtineri.* J. F. Gron.

2 *Sicut omnia de Eumene dubia, Attali*] Excidit particula: *ita Attali egregie conſtantem fidem nuntiabant.* Idem.

terea millia peditum imperata ſociis: & octingenti equites. Id præſidii additum Anicio, præter duas legiones, quas portare in Macedoniam eſt juſſus, quina millia peditum & ducenos habentes, trecenos equites; & in claſſem quinque millia navalium ſociûm ſunt ſcripta. Licinius conſul duabus legionibus obtinere provinciam juſſus: eo addere ſociorum decem millia peditum, & ſexcentos equites.
22 Senatusconſultis perfectis, L. Æmilius conſul è curia in concionem proceſſit, orationemque talem habuit: *Animadvertiſſe videor, Quirites, majorem mihi, ſortito Macedoniam provinciam, gratulationem factam, quam quum aut conſul eſſem conſalutatus, aut quo die magiſtratum iniſſem: neque id ob aliam cauſſam, quam quia bello in Macedonia, quod diu trahitur, exiſtimaſtis dignum majeſtate populi Romani exitum per me imponi poſſe. Deos quoque huic faviſſe ſorti ſpero; eoſdemque in rebus gerendis affuturos eſſe. Hæc partim opinari, partim ſperare poſſum. Illud affirmare pro certo habeo audeoque, me omni ope adniſurum eſſe, ne fruſtra vos hanc ſpem de me conceperitis. Quæ ad bellum opus ſunt, & ſenatus decrevit, & (quoniam extemplo proficiſci placet, neque ego in mora ſum) C. Licinius collega, vir egregius, æque enixe parabit, ac ſi ipſe id bellum geſturus eſſet. Vos, quæ ſcripſero ſenatui aut vobis, credite.* [1] *rumores credulitate veſtra ne alatis, quorum auctor nemo extabit. Nam nunc quidem, quod vulgo fieri hoc præcipue bello animadverti, nemo tam famæ contemtor eſt, cujus non debilitari animus poſſit. In omnibus circulis, atque etiam (ſi Diis placet) in conviviis ſunt, qui exercitus in Macedoniam ducant: ubi caſtra locanda ſint ſciant, quæ loca præſidiis occupanda: quando aut quo ſaltu intranda Macedonia; ubi horrea ponenda: qua terra, mari ſubvehantur commeatus: quando cum hoſte manus conſerendæ, quando quieſcendum ſit. Nec, quid melius faciendum ſit, modo ſtatuunt, ſed quidquid aliter quam ipſi cen-*

ſuere

1 *Rumores credulitate veſtra ne alatis*] Hanc ſententiam pariter expreſſit Plutarchus in concione Paulli: εἰ δὲ πιστεύουσιν αὐτῷ, μὴ παραστρατηγεῖν, μηδὲ λογοποιεῖν, ἀλλ' ὑπουργεῖν σιωπῇ τὰ δέοντα πρὸς πόλεμον. *Sigonius.*

1 *Dein-*

*ſuere factum eſt; conſulem veluti dicta die accuſant. Hæc magna
impedimenta res gerentibus ſunt. nec enim omnes tam firmi &
conſtantis animi contra adverſum rumorem eſſe poſſunt, quam
Fabius fuit: qui ſuum imperium minui per vanitatem populi ma-
luit, quam ſecunda fama male rem gerere. Non ſum is, qui non
exiſtimem admonendos duces eſſe: imò eum, qui de ſua unius ſen-
tentia omnia gerat, ſuperbum judico magis quam ſapientem.
Quid ergo eſt? Primum à prudentibus, & propriè rei militaris
peritis, & uſu doctis, monendi imperatores ſunt: [1] deinde ab his
qui interſunt gerendis * loca, qui hoſtem, qui temporum oppor-
tunitatem vident, qui in eodem velut navigio participes ſunt pe-
riculi. Itaque ſi quis eſt, qui quod è republica ſit ſuadere ſe mihi
in eo bello, quod geſturus ſum, confidat; ne deneget operam reipu-
blicæ, & in Macedoniam mecum veniat. nave, equo, tabernacu-
lo, viatico etiam à me juvabitur. Si quem id facere piget, &
otium urbanum militiæ laboribus præoptat; è terra ne gubernave-
rit. Sermonum ſatis ipſa præbet urbs. loquacitatem ſuam conti-
neat: nos caſtrenſibus conſiliis contentos futuros eſſe ſciat.* Ab
hac concione, Latinis quæ pridie Calendas Aprilis fue-
runt, in monte ſacrificio rite perpetrato, protinus inde
& conſul & prætor Cn. Octavius in Macedoniam pro-
fecti ſunt. Traditum eſt memoriæ, majore quam ſolita
frequentia proſequentium conſulem celebratum. [2] ac
prope certa ſpe ominatos eſſe homines finem eſſe Mace-
donico bello, maturumque reditum cum egregio trium-
pho conſulis fore. Dum hæc in Italia geruntur, Perſeus 23
quod jam inchoatum perficere, quia impenſa pecuniæ
facienda erat, non inducebat in animum, ut Gentium Il-
lyriorum regem ſibi adjungeret; hoc, poſtquam intraſſe
ſaltum Romanos, & adeſſe diſcrimen ultimum belli
animadvertit, non ultra differendum ratus; quum per
Hip-

1 *Deinde ab iis, qui interſ. ger. loco, qui hoſt. qui temp. opp. vid.*] Suſpectam habent hanc lectionem, *qui interſunt gerendis loco, qui hoſtem.* Malim ita: *Qui interſunt gerendis rebus, qui loca, qui hoſtem.* Sigonius.

2 *Ac prope certa ſpe ominatos eſſe homines finem eſſe, Macedonico bello*] Dele poſterius *eſſe.* J. F. Gron.

1 *Me-*

Hippiam legatum trecenta argenti talenta pactus eſſet, ita ut obſides ultro citroque darentur; Pantauchum miſit ex fidiſſimis amicis ad ea perficienda. [1] Medeone Labeatidis terræ Pantauchus regi Illyrio occurrit: ibi & jusjurandum ab rege, & obſides accepit. miſſus & à Gentio eſt legatus, nomine Olympio, qui jusjurandum à Perſeo obſideſque exigeret. Cum eodem ad pecuniam accipiendam [2] miſſi ſunt & auctore Pantaucho, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent: Parmenio & Morcus deſtinantur. quibus ita mandatum, uti jurejurando obſidibuſque & pecunia accepta tum demum Rhodum proficiſcerentur: duorum ſimul regum nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum poſſe. adjunctam civitatem, penes quam unam tum rei navalis gloria eſſet, nec terra, nec mari ſpem relicturam Romanis. Venientibus Illyriis, Perſeus ab Enipeo amni ex caſtris cum omni equitatu profectus, ad Dium occurrit. Ibi ea quæ convenerant circumfuſo agmine equitum facta: quos adeſſe fœderi ſancitæ cum Gentio ſocietatis volebat rex; aliquantum eam rem ratus animorum iis adjecturam. & obſides in conſpectu omnium dati, acceptique: & Pellam ad theſauros regios miſſis qui pecuniam acciperent, qui Rhodum irent cum Illyriis legatis Theſſalonicæ conſcendere juſſi. Ibi Metrodorus erat, qui nuper ab Rhodo venerat: auctoribuſque Dinone & Polyarato principibus civitatis ejus, affirmabat, Rhodios paratos ad bellum eſſe. is princeps junctæ cum Illyriis legationis datus
24 eſt. Eodem tempore ad Eumenem & ad Antiochum communia mandata, quæ ſubjicere conditio rerum poterat. *Natura inimica inter ſe eſſe liberam civitatem & regem. Singulos populum Romanum aggredi, &, quod indignius ſit, regum*

1 *Medeone*] *Medione*, ut ante dixi ex Stephano. Quamquam Polybius lib. 1 Μυδιωνίους vocat, non Μεδιωνίους. *Sigonius.*

2 *Miſſi ſunt: & auctore Pantaucho, qui Rhodum*] Diſtingue: *Cum eodem ad pecuniam accipiendam miſſi ſunt & auctore Pantaucho, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent: Parmenio & Morcus deſtinantur.* J. F. Gron.

1 *Præ-*

gum viribus reges oppugnare. Attalo adjutore patrem ſuum oppreſſum. Eumene adjuvante, & quadam ex parte etiam Philippo patre ſuo, Antiochum oppugnatum: in ſe nunc & Eumenem & Pruſian armatos eſſe. Si Macedoniæ regnum ſublatum foret, proximam Aſiam eſſe: quam jam ex parte ſub ſpecie liberandarum civitatum ſuam fecerint: deinde Syriam. Jam Pruſiam Eumeni honore præferri, jam Antiochum victorem [1] *præmio belli ab Ægypto arceri. Hæc cogitantem providere jubebat, ut aut ad pacem ſecum faciendam compelleret Romanos, aut perſeverantes in bello injuſto communes duceret omnium regum hoſtes.* Ad Antiochum aperta mandata erant, ad Eumenem per ſpeciem captivorum redimendorum miſſus legatus erat: verum occultiora quædam agebantur, quæ in præſentia inviſum quidem & ſuſpectum Romanis [2] Eumenem falſis gravioribus *** Proditor enim ac prope hoſtis habitus, dum inter ſe duo reges captantes fraude & avaritia certant. Cydas erat Cretenſis, ex intimis Eumenis: hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam populari ſuo, militante apud Perſea, inde poſtea ad Demetriadem, ſemel cum Menecrate quodam, [3] iterum cum Antimacho, regiis ducibus, ſub ipſis mœnibus urbis collocutus fuerat. Eropon quoque, qui tum miſſus eſt, duabus ad eundem Eumenem jam ante legationibus fun-

1 *Præmio belli ab Ægypto arceri*] Ipſa Ægyptus præmium belli accipienda: itaque etſi poſſis eodem ſenſu intelligere, quaſi ſit dictum, *ab Ægypto præmio belli*, malim tamen deleri præpoſitionem. *J. F. Gron.*

2 *Eumenem falſis gravioribus. Proditor enim*] Manca ſententia eſt. Duas has voces, aut his ſimiles intercidiſſe puto: *Falſis gravioribus criminibus onerarunt.* Quæ hæc crimina graviora ſint exponit: *Proditor enim ac prope hoſtis habitus.* Sigonius.

3 *Iterum cum Antiocho regiis ducibus*] Scribe: *cum Antimacho* ut ſupra: *Fama fuit per Cydam Cretenſem & Antimachum, qui Demetriadi præerat, tractatas inter Eumenem & Perſea conditiones amicitiæ.* Sed & *Eropon* ille falſo nomine. Scribe: *Cryphon quoque qui tum miſſus eſt, duabus ad eundem Eumenem jam ante legationibus functus erat.* Polybium do auctorem in excerptis legationibus: Κρυφῶντα μὲν ἐξέπεμψε πρεσβευτὴν πρὸς Εὐμένη καὶ πρότερον ἤδη ἀπεσταλμένον. Idem reſtitue inferius cap. 27. *Et ab Eumene Cryphon ignotis, quæ occulte acta erant, redit.* Et ſtatim ſequenti: *Perſeus poſt reditum ab Eumene Cryphontis ſpe dejectus.* Niſi ubique *Euryphon* faciendus, ut apud Ariſtotelem lib. 2 Pol. Ἱππόδαμος Εὐρυφῶντος Μιλήσιος. *J. F. Gron.*

functus erat. Quæ colloquia occulta & legationes infames quidem erant: ſed, quid actum eſſet, quidve inter reges conveniſſet, ignorabatur. Res autem ita ſe habuit.

25 Eumenes neque favit victoriæ Perſei, [1] neque bello eum invadere animo habuit: non tam quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, quam ipſorum odiis inter ſe accenſæ. Non ea regum æmulatio, ut æquo animo Perſea tantas adipiſci opes tantamque gloriam, quanta Romanis victis eum manebat, Eumenes viſurus fuerit. Cernebat & Perſea jam inde ab initio belli, omni modo ſpem pacis tentaſſe, & indies magis, quo propior admoveretur terror, nihil neque agere aliud, neque cogitare. Romanos quoque, quia traheretur diutius ſpe ipſorum bellum, & ipſos duces & ſenatum non abhorrere à finiendo tam incommodo ac difficili bello. Hac utriuſque partis voluntate explorata, quod fieri etiam ſua ſponte tædio validioris, metu infirmioris credebat poſſe, in eo ſuam operam venditare concilianda gratia magis cupiit. Nam modò ne juvaret bello Romanos terra marique, modo pacis patrandæ cum Romanis [2] paciſcebatur mercedem.

ne

1 *Neque bello eum invadere animo habuit*] Lege, *in animo habuit*. ſic enim paulo ante: *Extrahere ejus tempus æſtatis in animo habebat*. Sigonius.

Bello eum invadere in animo habuit] Prima editio & fidelius eam ſecutæ: *invadere animo habuit*. Mutavit Sigonius: & quidem male. Lucilius lib. 29. *Habeaſque animo mihi admodum cauſam gravem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo*. Varro lib. 5 de L. L. *&* *iſtum prolocutum dicimus, cum, animo quod habuit, extulit loquendo*. Salluſtius Jug. 11. *Atque ea modo animo habere, quibus Hiempſal per dolum caperetur*. Sic Mſſ. Ovidius 19 Met. *Quamvis animo grave vulnus habebam*. Auctor de bello Hiſpanienſi in literis Cnæi Pompeji: *Cohortes animo habeo ad vos mittere*. Cicero Timæo cap. 3. *Quocirca ſi forte de deorum natura ortuque mundi differentes minus id, quod habemus animo, conſequimur, ut tota dilucide & plane exornata ſibi conſtet*. Ita enim diſtinguendum, non ut vulgo: *quod habemus, animo conſequimur*. Neque *habere* hic eſt cupere, ut voluerunt: ſed *habere animo* eſt propoſitum habere, conſtituiſſe, decreviſſe. Ad Atticum 1 epiſt. 6. *Domum Rabirianam Neapoli, quam tu jam dimenſam & exædificatam animo habebas*. J. F. Gron.

2 *Paciſcebatur mercedem, ne bello intereſſet M. & D. in utroque non fidem modo ſe*] Inſcite interpuncta verba depravant omnem hanc ſententiam. Eſt autem ita diſtinguendum: *Paciſcebatur mercedem ne bello intereſſet, mille & quinquaginta talenta*. Inde: *In utroque non fide modo ſe*. Utrumque autem intelligit, ne Romanos bello juvaturum; & pacem cum Romanis ei comparaturum. Sic paulo poſt ccc talenta Gentio ob belli ſocietatem à Perſeo promiſſa ait. *Sigonius*.

Ne

ne bello intereſſet, mille & quingena talenta. in utroque non fidem modo ſe, ſed obſides quoque dare paratum eſſe oſtendebat. Perſeus ad rem inchoandam promptiſſimus erat cogente metu, & de obſidibus accipiendis ſine dilatione agebat, conveneratque ut accepti Cretam mitterentur. Ubi ad pecuniæ mentionem ventum erat, ibi hæſitabat: & utique alteram in tanti nominis regibus turpem ac ſordidam, & danti & magis accipienti, mercedem eſſe. Malebat in ſpem Romanæ pacis non recuſare impenſam, ſed eam pecuniam perfecta re daturum. interea Samothracæ in templo depoſiturum. Ea inſula quum ipſius ditionis eſſet, videre Eumenes nihil intereſſe, an Pellæ pecunia eſſet: id agere, ut partem aliquam præſentem ferret. ita nequicquam inter ſe captati, nihil præter infamiam movere. Nec hæc tantum Perſeo per 26
avaritiam eſt dimiſſa res, [1] quum pecuniam tutam & pacem habere per Eumenem, quæ vel parte regni redimenda eſſet, ac receptus protrahere inimicum mercede onuſtum, & hoſtes merito ei Romanos poſſet facere: ſed etiam Gentii regis parata ſocietas, [2] & tum Gallorum

Ne bello intereſſet, mille & quingena talenta] Sigonius diſtinctione mutata omnes hic conſiluiſſe turbas putat. Ego triſtiora vereor. Appianus in excerptis: τάλαντα δ' ᾔτει τῆς μὲν διαλύσεως χίλια καὶ πεντακόσια, τῆς δ' ἡσυχίας χίλια. Videtur in Livio deeſſe aliquid, quod hunc exprimeret ſenſum, *ne bello intereſſet, mille; pacis conciliandæ cauſſa mille & quingena talenta.* Tum ſcribendum: *In utrumque non fidem.* Juſtinus lib. 11. *Redimendarum ſibi captivarum poteſtatem faciat, inque eam rem magnam pecuniam pollicetur.* Eodemque libro: *In quam rem unicum pignus fidei regiæ dextram ſe ferendam Alexandro dare.* J. F. Gron.

1 *Quum pecuniam tutam & pacem habere per Eumenem*] Quid opus argumentis? Locus ipſe clamat ſe peſſime habere. Vide an ſic queat inſtaurari: *quum pecunia tantula aut pacem habere per Eumenem, quæ vel parte regni redimenda eſſet, aut deceptus protrahere inimicum mercede onuſtum, & hoſtes merito ei Romanos poſſet facere.* Verbum *protrahere* ſic habes lib. 27. *Novum in occulto gliſcens per indicium protractum eſt facinus.* Lib. 33. *Quem indicem Piſiſtratus timens, eo ipſo timore ad indicium protraxit.* Lib. 45. *Suberat & ille metus, ne damnatus auctorem ſe nefandi facinoris protraheret.* Epitoma 127. *Nefaria contra Cæſarem militum indicio ſuo protraxit.* Valerius Maximus: *unius ancillæ indicio protractæ.* Idem.

2 *Et tum Gallorum effuſorum per Illyricum ingens agmen*] Vox ultima non eſt in prima editione, nec apud Curionem. Gryphio inſertam video. Sed quid ſibi vult hic τὸ *tum*? in hoc, aut valde fallor, aut latet ea vox quæ deſideratur, ſive ea *auxilium* ſive *agmen* fuerit. *Idem.*

rum effuſorum per Illyricum ingens agmen oblatum, avaritia dimiſſum eſt. Veniebant decem millia equitum, par numerus peditum, & ipſorum [1] jungentium curſum equis, & in vicem prolapſorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos. Hi pacti erant, eques denos præſentes aureos, pedes quinos, mille dux eorum. Venientibus his Perſeus ab Enipeo ex caſtris profectus obviam cum dimidia copiarum parte, denunciare per vicos urbeſque, quæ viæ propinquæ ſunt, cœpit, ut commeatus expedirent, frumenti, vini, pecorum ut copia eſſet. ipſe equos, phaleraſque, & ſagula, donum principibus ferre, & parum auri quod inter paucos divideret: multitudinem credens trahi ſpe poſſe. [2] Ad Almanam urbem pervenit, & in ripa fluminis Axii poſuit caſtra: circa Deſudabam [3] in Mædica exercitus Gallorum conſederat; mercedem pactam opperiens. Eo mittit Antigonum ex purpuratis unum, qui juberet multitudinem Gallorum ad Bylazora (Pæoniæ is locus eſt) caſtra movere, principes ad ſe venire frequentes. ſeptuaginta quinque millia [4] ab Axio flumine & caſtris regis aberant. Hæc mandata ad eos quum pertuliſſet Antigonus, adjeciſſetque, per viam quanta omnium præparata cura regis copia multitudini foret, quibuſque muneribus principes advenientes, veſtis, argenti, equorumque excepturus rex eſſet, de his quidem ſe coram cogniturος reſpondent. illud quod præſens pepigiſſent interrogant, [5] ecquid aurum, quod in ſingulos pedites equiteſque dividendum

1 *Jungentium curſum equis*] De hoc more Gallorum Pauſanias in Phocicis. Plutarchus in Æmilio Paullo. Cæſar. *Henr. Valeſius.*

2 *Ad Almanam urbem*] Ego tanquam tabularum corruptarum hunc ſcribam accuſare poſſum, qui *Albanam* puto à Livio editum eſſe: & *Albanopolis* à Ptolemæo lib. 3 Geogr. illis in locis ponitur. Erat & *Amantia* in Oreſtide Macedonia. *Turnebus.*

3 *In Medica exerc. Gall. conſ.*] *Mædica*, ut ante ex Græcis. Hac de re Plutarchus item in Paullo, ubi ait: ὡς δὲ περὶ τὴν Μαιδικὴν κατεστρατοπεδεύσαντες ἐμίγνυντο τοῖς παρὰ τοῦ βασιλέως, &c. *Sigonius.*

4 *Ab Actio flumine*] *Ab Axio.* Sic paulo ante: notum flumen eſt. *Idem.*

5 *Ecquid aurum, quod, &c, eſſet, ſecum adduxiſſet?*] Repone: *advexiſſet.* Ut in commentario de Seſtertiis & Cæſa-

dendum eſſet, ſecum adduxiſſet? Quum ad id nihil reſponderetur, [1] Clondicus regulus eorum, *Abi*, *renuncia ergo*, inquit, *regi*, [2] *niſi aurum obſideſque accepiſſent, nuſquam inde Gallos longius veſtigium moturos.* Hæc relata regi quum eſſent, advocato conſilio, quum, quid omnes ſuaſuri eſſent, appareret, ipſe, pecuniæ quam regni melior cuſtos, inſtitit de perfidia & feritate Gallorum diſſerere. *Multorum jam ante cladibus expertum, periculoſum eſſe tantam multitudinem in Macedoniam accipere, ne graviores eos ſocios habeant,* [3] *quam hoſtes Romanos. Quinque millia equitum ſat eſſe, quibus & uti ad bellum poſſent, & quorum multitudinem ipſi non timeant.* [4] Apparebat in omnibus, mercedem 27
multitudinis timere, nec quicquam aliud: ſed quum ſuadere conſulenti nemo auderet, remittitur Antigonus qui nunciaret, quinque millium equitum opera tantum uti regem: contemnere multitudinem aliam. Quod ubi audivere barbari, cæterorum quidem fremitus fuit, indignantium ſe fruſtra excitos ſedibus ſuis: Clondicus rurſus interrogat, ecquid ipſis quinque millibus, quod conveniſſet, numeraret? Quum adverſus id quoque miſceri ambages cerneret, inviolato fallaci nuncio (quod vix ſperaverat ipſe poſſe contingere) retro ad Iſtrum perpopulati.

Cæſarem juvabamus. Infra: *reliquiam pecuniam parvis itineribus veherent*. lib. 23. *Ea pecunia per L. Apuſtium legatum Tarentum eſt devecta.* Lib. 52. *Argentum in ſtipendium impoſitum primum Romam advexerunt.* Lib. 35. *Tantum advehi auri, ut ipſos emere Romanos poſſit.* J. F. Gron.

1 *Clondicus regulus eorum*] Baſtarnæ, quos Philippus rex exciverat, Clondico duce venerant, ut lib. 40 traditum eſt. Quem interfectum fuiſſe à Perſeo ſcriptum eſt in Epitoma lib. 43. Iterum nunc Clondico duce Baſtarnæ à Perſeo accerſiti veniunt. Ex quo intelligi poteſt, hoc nomen apud eos eſſe celebre. Quoniam autem ante diximus, *Elonicum* videri in eo eſſe legendum, idem de hoc etiam affirmamus. *Sigonius.*

Elonicus regulus eorum] Sic rurſum Sigonius. Sed exemplar primum, *Clondicus.* In Appiani excerptis vocatur Κλοίλιος. *J. F. Gron.*

2 *Niſi aurum obſideſque accepiſſent*] Forte, *acceperint*. Idem.

3 *Quam hoſtes Romanos*] Forte *Romani*. Ne Gallos graviores ſocios habeant Perſeus & Macedones, qui eos arceſſierint, quam hoſtes eoſdem experiantur Romani, contra quos arceſſierint. *Idem.*

4 *Apparebat in omnib.*] Florebellus removet vocem, *in*. Sigonius.

Apparebat in omnibus, mercedem multitudinis timere] Dele præpoſitionem. *Omnibus*, intellige in conſilium vocatis. *J. F. Gron.*

pulati Thraciam, qua vicina erat viæ, redierunt. Quæ manus, quieto ſedente rege ad Enipeum, adverſus Romanos [1] Perræbiæ ſaltum in Theſſaliam traducta, non agros tantum nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatus exſpectarent, ſed ipſas exſcindere urbes, tenente ad Enipeum Perſeo Romanos, ne urbibus ſociis opitulari poſſent. Ipſis quoque Romanis [2] de ſe cogitandum fuiſſet: quando neque manere amiſſa Theſſalia, unde exercitus alebatur, potuiſſent, neque progredi, cum ex adverſo [3] caſtra Macedonum *** qui ea pependerant ſpe, haud mediocriter debilitavit. Eadem avaritia Gentium regem ſibi alienavit: nam, quum trecenta talenta Pellæ miſſis à Gentio numeraſſet, [4] ſignare eos pecuniam paſſus eſt. Inde decem talenta ad Pantauchum miſſa, eaque præſentia dari regi juſſit: reliquam pecuniam ſignatam Illyriorum ſigno, portantibus ſuis præcipit parvis itineribus veherent. dein, quum ad finem Macedoniæ ventum eſſet, ſubſiſterent ibi, ac nuncios ab ſe opperirentur. Gentius exigua parte pecuniæ accepta, quum aſſidue à [5] Pantaucho ad laceſſendos hoſtili

1 *Perræbiæ ſaltum*] Forte *per Perræbiæ.* Gruterus.

2 *De ſe cogitandum fuiſſet*] Cæſar lib. 1 Civil. *Nec tribunis plebis periculi ſui deprecandi facultas tribuitur, ſed de ſua ſalute die ſeptimo cogitare coguntur.* J. F. Gron.

3 *Caſtra Macedonum, qui ea, &c.*] Nemo eſt, qui non ſentiat ſenſum hunc non expletum undique eſſe, quod verba quædam interciderant, nunc quemadmodum expleri poſſit, accipiant: Perſei regis avaritiam coarguit, qui innumerabiles copias Baſtarnarum, quibus facile Romanum exercitum opprimere potuiſſet, ne ſumptum faceret, dimiſit. *Quod ni feciſſet*, inquit, *cogitandum ipſis Romanis de ſe fuiſſet, quando neque manere amiſſa Theſſalia potuiſſent, unde alebatur exercitus* eorum, *neque progredi, cum ex adverſo caſtra Macedonum eſſent. Quo facto Perſeus*, inquit, *Romanorum animos confirmavit, & Macedonum, qui ea pependerant ſpe, haud mediocriter debilitavit.* Eadem ſententia iteratur etiam paulo poſt: *Quæ res Romanis auxit animos, Macedonibus, regique eorum haud mediocrem attulit terrorem.* Librarius in errorem inductus eſt à duabus illis vocibus *Macedonum*, ab una enim ad alteram, mediis verbis præteritis, tranſiit. *Sigonius.*

4 *Signare eos pecuniam paſſus eſt*] Verbum *eſt* neſcit prima editio: in Gryphio à Curione adjectum video. Sed ſcribendum: *nam quum trecenta talenta miſſis à Gentio numeraſſet, ſignare eos pecuniam paſſus, inde decem talenta ad Pantauchum miſit, eaque præſentia dari regi juſſit.* J. F. Gron.

5 *Pantauco ad lac. ſtimularetur*] Legendum eſt, *à Pantauco.* Sigonius.

hoſtili facto Romanos ſtimularetur, [1] M. Perpernam &
L. Petillium legatos, qui tum forte ad eum venerant, in
cuſtodiam conjecit. Hoc audito Perſeus contraxiſſe eum
neceſſitates ratus ad bellum utique cum Romanis, [2] ad re-
vocandum qui pecuniam portabat, miſit: velut nihil aliud
agens, quam ut quanta maxima poſſet præda ex victo
Romanis reſervaretur. Et ab Eumene Eropon, [3] igno-
tis quæ occulte acta erant, redit. De captivis actum eſſe
& ipſi evulgaverant: & Eumenes conſulem evitandæ ſu-
ſpicionis cauſſa certiorem fecit. Perſeus poſt reditum 28
ab Eumene Eropontis ſpe dejectus, Antenorem &
Callippum præfectos claſſis cum quadraginta lembis
(adjectæ ad hunc numerum quinque priſtes erant) Te-
nedum mittit, ut inde ſparſæ per Cycladas inſulas naves
Macedoniam cum frumento petentes, tutarentur. Caſ-
ſandreæ deductæ naves, in portus primum qui ſub Atho
monte ſunt, inde Tenedum placido mari quum trajeciſ-
ſent; ſtantes in portu Rhodias apertas naves, [4] Euda-
mumque præfectum earum, inviolatas, atque etiam be-
nigne appellatos dimiſerunt. Cognito deinde in latere
altero

1 *M. Perpennam, & L. Petilium legatos*] *Perpernam & Petillium*, ex Capitolinis & Græcis monumentis eſt ſcribendum. De his legatis ſic Plutarchus in Paullo: *πρέσβεις ἐλθόντας Ῥωμαίων πρὸς αὐτὸν συνέλαβε, καὶ κατέδησεν.* Appianus in Illyrica hoc factum à Gentio ait, qui diceret, eos non legatos, ſed exploratores ad ſe veniſſe. *Sigonius.*

2 *Ad revocandum qui pecuniam portabat*] Non minus hoc, quam quod habent etiam quædam editiones *quid pecuniam portabat*, incuria inſinuaſſe exiſtimo, Quum legi oporteat *portabant*, ut clarum eſt ex præcedentibus: *Pecuniam ſignatam Illyriorum ſigno portantibus ſuis præcipit, parvis itineribus veherent.* Certe non diſcrepat in numero Livius 39, 50. *Miſſuſque qui venenum ferret.* Sic quoque ad me Perizonius. *Jac. Gron.*

3 *Ignotis quæ occulte acta erant*] Forte: *irritis, quæ occulte acta erant, redit.* J.F. Gron.

4 *Eudamumque præfectum earum inviolatas*] Haud dubie ad propius digniuſque reſpexit Livius, immo accepit quaſi poſuiſſet ante: *Rhodios in navibus Eudamumque.* Scribe ergo, *inviolatos atque etiam benigne appellatos dimiſerunt.* Ab eadem ignorantia inferius: *circumvectus mittit*: nam ſic prima exemplaria: & nihilo melius recentiores, *circumvectos.* Verum eſt enim: *Circumvecti propere ac ſummotis terrore hoſtium navibus, onerarias datis, qui proſequerentur, decem lembis in Macedoniam mittunt.* Nempe Antenor & Callippus præfecti claſſis Macedonicæ. At quia interjectum eſt: *Caſſandreæ deductæ naves Tenedum cum trajeciſſent*: putarunt de illis alterum dici non poſſe. *Idem.*

altero quinquaginta onerarias ſuarum, ſtantibus in oſtio portus Eumenis roſtratis, quibus Damius præerat, incluſas eſſe; circumvectis properè ac ſummotis terrore hoſtium navibus, onerarias, datis qui proſequerentur decem lembis, in Macedoniam mittunt: ita ut [1] in tutum proſecuti redirent Tenedum. Nono poſt die ad claſſem jam [2] ad Sigeum ſtantem redierunt. Inde Subota (inſula eſt interjecta Eleæ & Atho) trajiciunt. Forte poſtero die quam Subota claſſis tenuit, quinque & triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectæ cum equitibus Gallis, equiſque, Phanas promontorium Chiorum petebant, unde tranſmittere in Macedoniam poſſent: Attalo ab Eumene mittebantur. Has naves per altum ferri quum ex ſpecula ſignum datum Antenori eſſet, profectus à Subotis, inter Erythrarum promontorium, Chiumque, quà arctiſſimum fretum eſt, iis occurrit. Nihil minus credere præfecti Eumenis, quam Macedonum claſſem in illo vagari mari: nunc Romanos eſſe, nunc Attalum, aut remiſſos aliquos ab Attalo ex caſtris Romanis Pergamum petere. Sed quum jam appropinquantium forma lemborum haud dubia eſſet, & [3] concitatio remorum, directæque in ſe proræ, hoſtes appropinquare aperuiſſent; tunc injecta trepidatio eſt, quum reſiſtendi ſpes nulla eſſet; inhabilique navium genere & Gallis vix quietem ferentibus in mari. Pars eorum, [4] qui propiores continenti littori erant, in Erythream enârunt: pars velis datis ad Chium naves ejecere, relictiſque equis effuſa fuga urbem petebant. Sed propius urbem lembi acceſſuque commodiore quum expoſuiſſent armatos, partim in via fugientes Gallos adepti Macedones ceci-

1 *In totum proſecuti*] *Tutum* lege. *Sigonius.*

2 *Ad Sigium*] *Sigeum*: Græce enim Σίγειον. *Idem.*

3 *Concitatio remorum, directæque*] Parum abeſt, quin adfirmem emendandum, *aperuiſſent*; neque enim *apparuiſſe* huic orationi convenire videtur. Niſi *concitatione* legas & *directis in ſe proris.* Quod & veriusputo. *Turnebus.*

4 *Qui propiores continenti litori erant*] An *continentis*? J. F. Gron.

ceciderunt, partim ante portam excluſos: clauſerant enim Chii portam, ignari qui fugerent aut ſequerentur. Octingenti ferme Gallorum occiſi, ducenti vivi capti: equi, pars in mari fractis navibus, abſumpti: partim nervos ſucciderunt in littore Macedones. viginti eximiæ equos formæ cum captivis eoſdem decem lembos, quos ante miſerat, Antenor devehere Theſſalonicam juſſit, & primo quoque tempore ad claſſem reverti: Phanis ſe eos exſpectaturum. Triduum ferme claſſis ad urbem ſtetit. Phanas inde progreſſi ſunt, & ſpe celerius reverſis decem lembis evecti, Ægeo mari Delum trajecerunt.
Dum hæc geruntur, legati Romani, C. Popillius & C. De- 29
cimius & C. Hoſtilius, à Chalcide profecti, tribus quinqueremibus Delum quum veniſſent, lembos ibi Macedonum quadraginta, & quinque regis Eumenis quinqueremes invenerunt. Sanctitas templi inſulæque inviolatos præſtabat omnes. Itaque permixti Romanique & Macedones, & Eumenis navales ſocii, in templo, inducias religione loci præbente, verſabantur. Antenor Perſei præfectus, [1] quum aliquas alto præferri onerarias naves ex ſpeculis ſignificatum foret, parte lemborum ipſe inſequens, parte per Cycladas diſpoſita, præterquam ſi quæ Macedoniam peterent, omnes aut ſupprimebat, aut ſpoliabat naves: [2] quibus poterat Popillius, aut Eumenis naves, ſuccurrebat: ſed vecti nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones fallebant. Per id ferè tempus legati Macedones Illyriique ſimul Rhodum venerunt, quibus auctoritatem addidit, non lemborum modo adventus paſſim per Cycladas atque Ægeum vagantium mare, ſed etiam conjunctio ipſa regum Per-

1 *Quum aliquas alto præferri*] Forte, *prætervehi.* J. F. Gron. Sic tamen ſupra 29, 32. *Raptique gurgite & in obliquum prælati.* 29, 14. *Thuribulis ante januas poſitis, qua præferebatur.* Etiam de ipſis navibus 28, 30. *Unius prælata impetu lateris alterius remos deterſit.* Jac. Periz.

2 *Quibus poterat Popillius aut Eumenis naves*] Lego, *quibus poterant, Popillius aut Eumenis naves ſuccurrebant, ſed interdiu; nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones fallebant:* J. F. Gron.

Perſei Gentiique, & fama cum magno numero peditum equitumque venientium Gallorum. Et jam quum acceſſiſſent animi Dinoni ac Polyarato, qui Perſei partium erant, non benignè modo reſponſum regibus eſt, ſed palam pronunciatum, bello finem ſe auctoritate ſua impoſituros eſſe. itaque ipſi quoque reges æquos adhiberent animos ad pacem accipiendam.

30 [1] Jam veris principium erat, novique duces in provinciam venerant. conſul Æmilius in Macedoniam, Octavius Oreum ad claſſem, Anicius in Illyricum, cui bellandum adverſus Gentium. Patre Pleurato rege Illyriorum, & matre Eurydica genitus, fratres duos Platorem utroque parente, Caravantium matre eadem natum habuit. Hoc propter ignobilitatem paternam minus ſuſpecto; Platorem occidit: & duos amicos ejus, Etritum & Epicadum, impigros viros, quo tutius regnaret. Fama fuit, [2] Honuni Dardanorum principis filiam Etutam pacto fratri eum invidiſſe; tanquam his nuptiis adjungenti ſibi Dardanorum gentem. & ſimilius id vero fecit ducta ea virgo, Platore interfecto. Gravis deinde dempto fratris metu popularibus eſſe cœpit: & violentiam inſitam ingenio [3] intemperantia vini accendebat. Cæterum, ſicut antè dictum eſt, ad Romanum incitatus bellum, Liſſum omnes copias contraxit: quindecim millia armatorum fuerunt. Inde fratre in Caviorum gentem vi aut terrore ſubigendam cum mille peditibus & quinquaginta equitibus miſſo, ipſe ad Baſſaniam urbem quinque millia ab Liſſo ducit. Socii erant Romanorum. itaque per miſſos nuncios prius

1 *Jam veris principium erat*] Menſe Aprili urbe ſe exiturum promittit L. Æmilius cap. 19. Quemadmodum igitur *veris principio* in provinciam venit? Forte, *Jam ver præceps erat.* Similiter pro eo quod cap. 34 *adventu conſulis ſimul & veris principio*, legere poſſis, *vere præcipiti*. J.F. Gron.

2 *Honuni Dardanorum principis*] *Menunium* vocat Polybius apud Athenæum lib. 10. ἀποκτείναντα δὲ καὶ Πλεύρατον τὸν ἀδελφὸν γαμεῖν μέλλοντα τὴν Μονουνίου θυγατέρα αὐτὸν γῆμαι τὴν παῖδα. *Idem.*

3 *Intemperantia vini*] Polybius: διὰ τὴν πολυποσίαν πολλὰ ποιεῖν ἀσελγῆ κατὰ τὸν βίον, νύκτωρ τε ἀεὶ καὶ μεθ' ἡμέραν μεθύοντα. *Idem.*

1 *Cara-*

prius tentati, obſidionem pati quam dedere ſeſe maluerunt. [1] Caravantium in Caviis [2] Durnium oppidum advenientem benignè accepit: Caravantis altera urbs excluſit. & quum agros eorum effuſe vaſtaret, aliquot palati milites agreſtium concurſu interfecti ſunt. Jam & Ap. Claudius, adſumptis ad eum exercitum quem habebat [3] Bulinorum, & Apolloniatium, & Dyrrhachinorum auxiliis, profectus ex hibernis, [4] circa Genuſuum amnem caſtra habebat; audito fœdere inter Perſea & Gentium, & legatorum violatorum injuria accenſus, bellum haud dubiè adverſus eum geſturus. Anicius Prætor eo tempore Apolloniæ, auditis quæ in Illyrico gererentur; præmiſſiſque ad Appium literis, ut ſe ad Genuſuum opperiretur, triduo & ipſe in caſtra venit: & [5] ad ea quæ habebat auxilia, aſſumptis Parthinorum juventutis duobus millibus peditum, & equitibus ducentis, (peditibus Epicadus, equitibus Agalſus præerat,) parabat ducere in Illyricum, maximè ut Baſſanitas ſolveret obſidione. tenuit impetum ejus fama lemborum vaſtantium maritimam

1 *Caravantium in Caviis*] E Plinio lib. 6 cap. 8 & Ptolemæo *in Cerauniis* videtur reſtituendum. *Caulici* etiam ad Ionicum ſinum à Stephano ex Hecatæi libris ponuntur. *Turnebus.*

2 *Durnium oppidum*] *Burnium.* Ptolemæus enim meminit oppidi Illyrici nomine Βȣ̃ρνον. & Plin. lib. 3 populorum Burniſtarum in Illyrico. *Sigonius.*

3 *Bullianorum*,] Lego *Bulinorum*, qui ſunt auctore Stephano populi ad Illyrium. Βȣλῖνοι, inquit, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. *Idem.*

4 *Circa Genuſuum amnem*] *Genuſum* credo ſcribendum. *Turnebus.*

Circa Genuſuum amnem] Cæſar 3 de Civ. *tranſductoque exercitu flumen Genuſum.* Livius *Genuſuum* vocat & corrupte; item Ptolemæus Πανύασον lib. 3. Lucanus lib. 5 incorrupta ſcriptura cum Cæſare *Genuſum* edit, cum ait: *quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus Circumeunt ripis.* Fulv. Urſinus.

5 *Ad ea, quæ habebat auxilia Parthinorum juventutis duobus millibus, &c.*] Suſpicor addendam vocem ita: *Aſſumptis Parthinorum juventutis duobus millibus.* Sic enim paulo ante, *Aſſumptis ad eum exercitum, quem habebat, Bulinorum auxiliis.* Sigonius.

Ad ea quæ habebat auxilia aſſumptis Parthinorum] Verbum *adſumptis* non fuit in libro veteri, eſtque ab Sigonio additum. Nos id non opus eſſe putamus, ſed quod deeſſe arbitratur ille, latere in vocabulo *juventutis.* adeoque ſcribendum: *& ad ea quæ habebat auxilia Parthinorum junctis duobus millibus peditum & equitibus ducentis (peditibus Epicadus, equitibus Agalſus præerat) parabat ducere in Illyricum.* Verbum habes ita lib. 24 *Naves junctæ aliæ binæ ad quinqueremes, demtis interioribus remis, ut latus lateri applicaretur.* J. F. Gron.

1 *Tum*

mam oram. Octoginta erant lembi, auctore Pantaucho miſſi à Gentio ad Dyrrhachinorum & Apolloniatium agros populandos. [1] Tum claſſis ad

* * *

31 to eo tradiderunt ſe: deinceps & urbes regionis ejus idem faciebant, adjuvante inclinationem animorum clementia in omnes & juſtitia prætoris Romani. Ad Scodram inde ventum eſt, id quod belli caput fuerat: non eo ſolum, quod Gentius eam ſibi ceperat, velut regni totius arcem, ſed etiam quod Labeatium gentis munitiſſima longe eſt & difficilis aditu. Duo cingunt eam flumina, Clauſala latere urbis, quod in orientem patet præfluens, Barbana ab regione occidentis ex Labeatide palude oriens. hi duo amnes confluentes incidunt [2] Oriundi flumini; quod ortum ex monte Scodro, multis & aliis auctum aquis mari Hadriatico infertur. Mons Scodrus longe altiſſimus regionis ejus, ab oriente Dardaniam ſubjectam habet, à meridie Macedoniam, ab occaſu Illyricum. Quanquam munitum ſitu naturali oppidum erat, genſque id tota Illyriorum & rex ipſe tuebatur; tamen prætor Romanus, quia prima ſucceſſerant proſpere, fortunam totius rei principia ſecuturam eſſe ratus, & repentinum valiturum terrorem, inſtructo exercitu ad mœnia ſuccedit. Quod ſi clauſis portis muros portarumque turres diſpoſitis armatis defendiſſent, vano cum incepto mœnibus pepuliſſent Romanos. nunc porta egreſſi prœlium loco æquo majore animo commiſerunt, quam ſuſtinuerunt. Pulſi enim & fuga conglobati, quum ducenti amplius

plius

1 *Tum claſſis*] De rebus ab Anicio prætore geſtis adverſus Gentium regem Illyriorum dicere cœperat. Eas igitur hoc loco perſequebatur, maxime vero eas quas mari geſſerat, quas ita ordiebatur, *Tum claſſis.* Deſideratur etiam initium rerum earum, quas terra geſſit. nam de deditione urbium loquitur, cum ait: *Die toto ei tradiderunt ſe.* Sigonius.

2 *Oriundi flumini*] Videtur mihi ſic ab Livio dici, qui aliis *Drilo*, qui fluvius in ora Dalmatiæ, ex Scardo monte profluens, Ptolomæo teſte; & ſuper eum eſt ſitum oppidum *Scodra*, Plinio auctore. *Ortelius. Drilonem* vocant Strabo, Plinius & Ptolemæus, ut notat Bochartus cap. 23 de Coloniis Phæn. Scylax *Arionem* vocat. *Henr. Valeſius.*

1 *Mul-*

plius in ipſis faucibus portæ cecidiſſent, tantum intulerunt terrorem, ut oratores extemplo ad prætorem mitteret Gentius Teuticum & Bellum, principes gentis, per quos inducias peteret, ut deliberare de ſtatu rerum ſuarum poſſet. Triduo in hoc dato, quum caſtra Romana quingentos ferme paſſus ab urbe abeſſent, navem conſcendit, & flumine Barbana navigat in lacum Labeatum; velut ſecretum locum petens ad conſultandum; ſed, ut apparuit, falſa ſpe excitus, Caravantium fratrem [1] multis millibus armatorum actis ex ea regione, in quam miſſus erat, adventare. qui poſtquam evanuit rumor, tertio poſt die navem eandem ſecundo amni Scodram demiſit: præmiſſiſque nunciis, ut ſibi appellandi prætoris poteſtas fieret; copia facta, in caſtra venit. Et principium orationis ab accuſatione ſtultitiæ orſus ſuæ, poſtremo ad preces lacrimaſque effuſus, genibus prætoris accidens, in poteſtatem ſeſe dedit. Primo, bonum animum habere juſſus, ad cœnam etiam invitatus, in urbem ad ſuos rediit, & cum prætore eo die honorifice eſt epulatus: deinde in cuſtodiam C. Caſſio tribuno militum traditus, [2] vix gladiatorio accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret. Anicius Sco- 32
dra recepta, nihil prius quam requiſitos Petillium Perpernamque legatos ad ſe duci juſſit: quibus ſplendore ſuo reſtituto, Perpernam extemplo mittit ad comprehendendos amicos cognatoſque regis; qui Medeonem Labeatium gentis urbem profectus, [3] Etlevam uxorem cum filiis duobus, [4] Scerdileto Pleuratoque, & Caravantium

1 *Multis millibus armatorum actis ex ea regione*] Ut, *Agmen agens equitum.* Forte tamen: *coactis.* J. F. Gron.

2 *Vix gladiatorio*] Multi olim etiam ingenui operas ſuas arenæ certa mercede locabant ut depugnarent. Eorum mercedem *gladiatorium* vocat in neutro genere. Senſus enim eſt pluris conduci gladiatorem, quam quanto in bellum Gentius conjectus eſt. *Turnebus.*

3 *Etlevam uxorem*] Paulo ante uxorem Gentii regis *Etutam* vocavit. Videndum an unam hanc habuerit. *Sigonius.*

4 *Scerdilio,*] *Scerdiletum* libris ſuperioribus dixit. Eſt enim nomen regulis Illyricis familiare. *Idem.*

1 *Bello*

tium fratrem Scodram in caſtra adduxit. Anicius [1] bello Illyrio intra triginta dies perfecto, nuncium victoriæ Perpernam Romam miſit: & poſt dies paucos Gentium regem ipſum cum parente, conjuge, liberis, ac fratre, aliiſque principibus Illyriorum. Hoc unum bellum prius perpetratum, quam cœptum, Romæ auditum eſt. Quibus diebus hæc agebantur, Perſeus quoque in magno terrore erat, propter adventum ſimul Æmilii novi conſulis, quem cum ingentibus minis adventare audiebat, ſimul Octavii prætoris. Nec minus terroris à claſſe Romana & periculo maritimæ oræ habebat. Theſſalonicæ Eumenes & Athenagoras præerant cum parvo præſidio duorum millium cetratorum. Eo & Androclen præfectum mittit; juſſum ſub ipſis navalibus caſtra habere. Æniam mille equites cum Antigono miſit ad tutandam maritimam oram: ut quocunque littore applicuiſſe naves hoſtium audiſſent, extemplo ferrent agreſtibus opem. quinque millia Macedonum miſſa ad præſidium [2] Pythii & Petræ, quibus præpoſiti erant, Hiſtiæus, & [3] Theogenes, & Milo. His profectis ripam munire Enipei fluminis aggreſſus eſt; quia ſicco alveo tranſiri poterat. [4] Huic ut omnis multitudo vacaret, fœminæ ex propinquis urbibus coactæ cibaria in caſtra afferebant: [5] miles juſſus ex propinquis ſilvis

* * * *

33 poſtremo ſequi ſe utrarios ad mare, quod minus trecentos paſſus aberat, juſſit; & in litore alios alibi modi-

cis

1 *Bello Illyrico intra xxx dies perfecto*] Diebus xx perfectum ſcribit Appianus. *Sigonius.*

2 *Pythoi, & Petræ*] *Pythii*, utriuſque meminit Plutarchus in Paullo. *Idem.*

3 *Theogenes, & Midon*] *Milo*, ut ante ex Plutarcho. *Idem.*

4 *Huic ut omnis multitudo*] *Operi huic.* Muretus.

5 *Miles juſſus ex propinquis ſylvis*] Orſus erat dicere, quæ Perſeus rex ad famam adventus conſulis Paulli paraſſet, cujus narrationis pars extrema intercidit, una cum initio expoſitionis ejus, qua quæ Paullus moliri cœpit, ubi in Macedoniam pervenit, prodit. primis autem his verbis: *Poſtremo ſequi ſe utrarios ad mare*, quemadmodum inopiam aquarum levaverit in Olympo monte tradit. Quæ res etiam ex Plutarcho in Paullo peti poteſt. *Sigonius.*

1 *Con-*

cis intervallis fodere. montes ingentis altitudinis ſpem faciebant, eo magis quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanantes undæ miſcerentur. Vix deducta ſumma arena erat, quum ſcaturigines turbidæ primo & tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam, velut Deûm dono, cœperunt. Aliquantum ea quoque res duci famæ & auctoritatis apud milites adjecit. Juſſis deinde militibus expedire arma, ipſe cum tribunis primiſque ordinibus vadit ad contemplandos tranſitus; qua deſcenſus facilis armatis, qua in ulteriorem ripam minime iniquus aſcenſus eſſet. His ſatis exploratis, illa quoque primum, ut ordine ac ſine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumque ducis fierent, providit. Ubi omnibus ſimul pronunciaretur quod fieret, neque omnes exaudirent: incerto imperio accepto, alios ab ſe adjicientes, plus eo quod imperatum ſit; alios minus facere. clamores deinde diſſonos oriri omnibus locis, & prius hoſtes, quam ipſos, quid paretur ſcire. Placere igitur, tribunum militum primopilo legionis ſecretum edere imperium: illum & dein ſingulos proximo cuique in ordine centurioni dicere quid opus facto ſit; ſive à primis ſignis ad noviſſimum agmen, ſive ab extremis ad primos perferendum imperium ſit. Vigiles etiam novo more ſcutum in vigiliam ferre vetuit: non enim in pugnam vigilem ire, ut armis utatur, ſed ad vigilandum, ut, quum ſenſerit hoſtium adventum, recipiat ſe, excitetque ad arma alios. Scuto præ ſe erecto ſtare galeatos: dein ubi feſſi ſint, innixos pilo capite ſuper marginem ſcuti poſito ſopitos ſtare: ut fulgentibus armis procul [1] conſpici ab hoſte poſſint, ipſi nihil provideant. Stationum quoque morem mutavit. armati omnes, & frænatis equis

1 *Conſpici ab hoſte poſſit, ipſe nihil provideat*] Quis non videat legendum: *ſopitos ſtare, ut fulgentibus armis procul conſpici ab hoſte poſſint, ipſi nihil provideant.* J. F. Gron.

1 *Ar-*

equis equites, diem totum perſtabant. id quum æſtivis diebus urente aſſiduo ſole fieret, tot horarum æſtu & languore ipſos equoſque feſſos, integri ſæpe adorti hoſtes, vel pauci plures vexabant. itaque ex matutina ſtatione ad meridiem decedi, & in poſtmeridianam ſuccedere alios juſſit: ita numquam fatigatos recens hoſtis aggredi poterat. Hæc quum ita fieri placere concione
34 advocata pronunciaſſet; adjecit urbanæ concioni convenientem orationem. *Unum imperatorem in exercitu providere & conſulere quid agendum ſit debere; nunc per ſe, nunc cum iis quos advocaverit in conſilium. qui non ſint advocati, eos nec palam, nec ſecreto jactare conſilia ſua. Militem hæc tria curare debere, corpus ut quam validiſſimum & perniciſſimum habeat,* [1] *arma apta, cibum paratum ad ſubita imperia: cætera ſcire de ſe Diis immortalibus & imperatori ſuo curæ eſſe. in quo exercitu,* [2] *milites, conſul, & imperator, rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil ſalutare eſſe. Se quod ſit officium imperatoris proviſurum, ut bene gerendæ rei occaſionem eis præbeat. illos nihil* quod

1 *Arma apta, cibum paratum ad ſubita imperia*] Vox *cibum*, aperte mendoſa eſt. Ego *Animum*, reponendum puto. Hunc locum ſic Græce vertit Plutarchus: Παρήγγειλε μηδὲν πολυπραγμονεῖν, μηδὲ φροντίζειν, ἀλλ᾽ ἢ τὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πανοπλίαν ἕκαστον, ὅπως ἐνεργὸν παρέξει καὶ χρήσεται Ῥωμαϊκῶς τῇ μαχαίρᾳ τὸν καιρὸν παραδόντος τοῦ στρατηγοῦ. *Sigonius.* In aliis erat, *cibum*: non recte id quidem: ſed tamen vereor, quam hoc quoque (*animum*) ſit emendatum. Puto, *cibum*, verius eſſe. *Muretus.*

2 *Milites, conſul, & imperator, rumoribus vulgi*] Forte ſcripſerat: *in quo exercitu militum conſul, & imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil ſalutare eſſe.* Conſulem vult rumoribus militum & imperatorem rumoribus vulgi non in omnem partem trahi & verti. Simplicius *militibus* opponeretur *imperator.* & *conſul vulgo:* ſed elegantius illud, & fere ut in procemio Inſtitutionum: *non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam.* J. F. Gron.

Milites conſul & imperator] Dixit paulo ante conſul, unum imperatorem in exercitu providere & conſulere quid agendum ſit debere, cæteros qui ab illo non ſint advocati in conſilium, nec palam nec ſecreto jactare conſilia ſua. Conveniens iſta erat urbanæ concioni oratio. Nam quemadmodum tunc monuerat Quirites cap. 22, è terra ne gubernarent, id eſt, in circulis & conviviis ſuis, quid imperatori in Macedonia faciendum eſſet, diſſererent; Sic jam milites nihil quod futurum ſit, quærere, nec ſibi jactandis vulgo ſuis conſiliis, quid rerum gerendum ſit, præſcribere jubet. Quippe *in quo exercitu milites conſulant*, vel *miles conſulat*, *Imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil ſalutare eſſe.* Sic enim legendum levi mutatione exiſtimo. *Jac. Perizonius.*

1 *Aut*

quod futurum ſit quærere: ubi datum ſignum ſit, tum militarem operam navare. Ab his præceptis concionem dimiſit: vulgo etiam veteranis fatentibus, ſe illo primum die, tanquam tirones, quid agendum eſſet in re militari, didiciſſe. Non ſermonibus tantum his, cum quanto aſſenſu audiſſent verba conſulis, oſtenderunt: ſed rerum præſens effectus erat. Neminem totis mox caſtris quietum videres: acuere alii gladios, alii galeas bucculaſque, ſcuta alii, loricaſque tergere: alii aptare corpori arma, experirique ſub his membrorum agilitatem: quatere alii pila, alii micare gladiis, mucronemque intueri. ut facilè quis cerneret, ubi primum conſerendi manum cum hoſte data occaſio eſſet, aut victoria egregia, [1] aut morte memorabili inituros bellum. Perſeus quoque quum adventu conſulis ſimul & veris principio, ſtrepere omnia moverique apud hoſtes, velut novo bello, cerneret, mota à Phila caſtra in adverſa ripa poſita, nunc ad contemplanda opera ſua circumire ducem, haud dubie tranſitus ſpeculantem.

* * *

[2] norum eſſe. Quæ res Romanis auxit animos. Mace- 35
donibus regique eorum haud mediocrem attulit terrorem. Et primo ſupprimere in occulto famam ejus rei eſt conatus; miſſis qui Pantauchum inde venientem appropinquare caſtris vetarent: ſed jam & pueri quidam viſi ab ſuis erant inter obſides Illyrios ducti: & [3] quo quæque accuratius curantur, eo facilius loquacitate regiorum miniſtrorum emanant. Sub idem tempus Rhodii legati in

1 *Aut morte memorabili inituros bellum*] Muretus *finituros*. J. F. Gron.

2 *norum eſſe. Quæ res Romanis auxit animos*] Hic narrabantur ea, quæ Perſeus poſt Paulli adventum adverſus eum ſe comparans egit, de quibus ſcribere erat aggreſſus. Horum autem verborum hæc erat ſententia: *Nunciatum eſt Gentium regem ſuperatum ipſumque cum regno in poteſtate Romanorum eſſe. Quæ res Romanis auxit animos: Macedonibus, regique eorum haud mediocrem attulit terrorem: Et primo ſupprimere in occulto famam ejus rei eſt conatus,* &c. *Sigonius.*

3 *Quo quæque accuratius curantur*] Fortaſſe *celantur*. J. F. Gron.

in caſtra venerunt, cum iiſdem de pace mandatis, quæ Romæ ingentem iram Patrum excitavere. Multo iniquioribus animis à caſtrenſi conſilio auditi ſunt. Itaque [1] quum alii præcipites ſine reſponſo * agendos caſtris pronunciavit, poſt diem quintumdecimum ſe reſponſum daturum. Interim, ut appareret quantum pacificantium Rhodiorum auctoritas valuiſſet, conſultare de ratione belli gerendi cœpit. Placebat quibuſdam, & maximè majoribus natu, per Enipei ripam munitioneſque vim facere. confertis & vim facientibus reſiſtere Macedonas non poſſe; ex tot caſtellis aliquanto altioribus ac munitioribus, quæ validis præſidiis inſediſſent, priore anno dejectos. aliis placebat, Octavium cum claſſe Theſſalonicam petere, & populatione maritimæ oræ diſtringere copias regias: ut altero ab tergo ſe oſtendente bello, circumactus ad interiorem partem regni tuendam nudare aliqua parte tranſitus Enipei cogeretur. Ipſi natura & operibus inexſuperabilis ripa videbatur: & præterquam quod tormenta ubique diſpoſita eſſent, miſſilibus etiam melius & certiore ictu hoſtes uti audierat. Alio ſpectabat mens tota ducis: dimiſſoque conſilio [2] Perræbos mercatores, Schœnum & Menophilum notæ & fidei jam ſibi & prudentiæ homines, arceſſitos ſecreto percunctatur, quales ad Perræbiam tranſitus ſint. Quum loca non iniqua eſſe dicerent, præſidiis autem regis obſideri,

1 *Cum alii præcipites ſine reſponſo agendos caſtris, pron.* &c. *poſt d. q. d. ſe reſp. daturum*] Perfecta hæc ſententia non eſt. Dicturus enim fuit néſcio quid ejuſmodi: *Cum alii præcipites ſine reſponſo agendos caſtris, alii convenienti cum reſponſo dimittendos dicerent, pronunciavit,* &c. *Sig.*

*Itaque quum alii præcipites ſine reſponſo * agendos caſtris*] Videtur deeſſe *cenſerent*, niſi illud verbum intelligi commode putes. Neque abſurdum ſit ſcribere: *Itaque quum alii præcipites ſine reſponſo agerent caſtris.* Quod eſt, agendos cenſerent. Ut lib. 27. *Marcellus Romam veniret ad purganda ea, quæ inimici decernerent.* id eſt, decernenda cenſerent. Lib. 26. *P. Cornelius, cui Aſinæ cognomen erat, omnes duces exercituſque ex tota Italia ad urbis præſidium revocabat.* Tacitus 11 Ann. de Vitellio: *liberum ei mortis arbitrium permiſit.* Quæ nihil volunt aliud, quam revocandos, permittendum cenſuit. *J. F. Gron.*

2 *Perræbos mercatores Schœnum & Menophilum*] Forte: *Cœnum.* id enim Macedonicum nomen eſſe notum ex Curtio & Juſtino. *Idem.*

ſideri, ſpem cepit, ſi nocte improviſo valida manu aggreſſus necopinantes eſſet, dejici præſidia poſſe. Jacula enim & ſagittas, & cætera miſſilia in tenebris, ubi quid petatur procul provideri nequeat, inutilia eſſe. gladio comminus geri rem in permixta turba, quo miles Romanus vincat. His ducibus uſurus, prætorem Octavium arceſſitum, expoſito quid pararet, Heracleum cum claſſe petere jubet, & mille hominibus decem dierum cocta cibaria habere. Ipſe [1] P. Scipionem Naſicam, Q. Fabium Maximum filium ſuum cum quinque delectis millibus Heracleum mittit, velut claſſem conſcenſuros, ad maritimam oram interioris Macedoniæ, quod in conſilio agitatum erat, vaſtandam. Secreto indicatum, cibaria his præparata ad claſſem eſſe, ne quid eos moraretur. Inde juſſi duces itineris ita dividere viam, ut quarta vigilia tertio die Pythium adoriri poſſent. Ipſe poſtero die, ut diſtineret regem ab circumſpectu rerum aliarum, prima luce medio in alveo cum ſtationibus hoſtium prœlium commiſit. pugnatumque utrimque eſt levi armatura: nec gravioribus armis in tam inæquali alveo pugnari poterat. Deſcenſus ripæ utriuſque in alveum trecentorum ferme paſſuum erat: medium ſpatium torrentis alibi aliter cavati paulo plus quam mille paſſus patebat. Ibi in medio, ſpectantibus utrimque ex vallo caſtrorum hinc rege, hinc conſule cum ſuis legionibus, pugnatum eſt. Miſſilibus procul regia auxilia melius pugnabant; cominus ſtabilior & tutior, aut parma aut ſcuto Liguſtino, Romanus erat. Meridiè ferè receptui cani ſuis conſul juſſit. ita eo die diremptum prœlium eſt, haud paucis utrimque interfectis. Sole orto poſtero die, irritatis certamine animis,

1 *P. Scipionem Naſicam. Q. Fabium Maximum —- Heracleam mittit*] Horum meminit etiam Plutarchus in Paullo, ὁ Νασικᾶς ὁ ἐπικαλούμενος Σκιπίων γαμβρὸς Ἀφρικανοῦ Σκιπίωνος, καὶ Φάβιος Μάξιμος ὁ πρεσβύτατος τῶν Αἰμιλίου παίδων ἔτι μειράκιον ὤν. Meminit etiam *Heraclea*, quam τὸ Ἡράκλειον vocat. Summam etiam eorum, quos ſecum Naſica duxerit ſubtilius tradit. *Sigonius*.

mis, etiam acrius concurſum eſt: ſed Romani, non ab his tantum, cum quibus contractum certamen erat, ſed multo magis ab ea multitudine, quæ diſpoſita in turribus ſtabat, omni genere miſſilium telorum ac ſaxis maximè vulnerabantur. Ubi propius ripam hoſtium ſubiſſent, tormentis miſſa etiam ad ultimos perveniebant. Multo pluribus eo die amiſſis, conſul paulo ſerius recepit ſuos. Tertio die prœlio abſtinuit, degreſſus ad imam partem caſtrorum; veluti per devexum in mare brachium tranſitum tentaturus. [1] Perſeus, quod in oculis erat

* * * *

36 anni poſt circumactum ſolſtitium erat: hora diei jam ad meridiem vergebat: iter multo pulvere & incaleſcente ſole factum erat. laſſitudo & ſitis jam ſentiebatur, & meridie inſtante [2] magis acceſſurum utrumque apparebat. Statuit ſic affectos recenti atque integro hoſti non objicere. Sed tantus ardor in animis ad dimicandum utrinque erat, ut conſuli non minore arte ad ſuos eludendos quam ad hoſtes opus eſſet. Nondum omnibus inſtructis, inſtabat tribunis militum ut maturarent inſtruere: circumibat ipſe ordines, animos militum hortando

1 *Perſeus quod in oculis erat*] Jam aggreſſurus erat dicere, quemadmodum Perſeus Naſicæ & Fabio, qui cum magna manu Perſeum ab alia parte ut adorirentur miſſi erant, obſtiterit. Et hæc igitur deſiderantur, & quemadmodum Paullus poſt Naſicam ſit conſequutus. De eodem Paullo loquitur, cum ait: *Anni poſt circumactum ſolſtitium erat.* Narrat autem quemadmodum feſſos itinere, & æſtu milites à pugna, cujus facultatem dabat Perſeus cohibuerit. Hæc autem horum verborum futura fuit ſententia: *Quoniam autem incommodum maxime (nam tempus anni poſt circumactum ſolſtitium erat, hora diei jam ad meridiem vergebat.) iter multo pulvere, & incaleſcente ſole factum erat, laſſitudo & ſitis jam ſentiebatur, & meridie inſtante magis acceſſurum utrumque apparebat, ſtatuit ſic affectos recenti, atque integro hoſti non objicere.* Sic Plutarchus parentheſi temporis horam deſcripſit: θέρους γὰρ ἦν ὥρα φθίνοντος. Hac de re ſic paulo poſt agit Paullus: *Nihilne intereſt, utrumne militem, quem neque via labor hodie, neque operis fatigaverit, requietum, integrum in tentorio ſuo arma capere jubeas, atque in aciem plenum virium, vigentem & corpore & animo educas, an longo itinere fatigatum & onere feſſum, madentem ſudore, ardentibus ſiti faucibus, ore atque oculis repletis pulvere, torrentem meridiano ſole, hoſti objicias, recenti, quieto, qui nulla re ante conſumptas vires afferat?* Sigonius.

2 *Magis acceſſurum utrumque apparebat*] Cur non, *acceſſuram utramque*? nam intelligitur, *laſſitudo & ſitis*. Poſſis tamen ſubaudire *malum*. J.F.Gron.

1 Ne-

tando in pugnam accendebat. Ibi primo alacres ſignum poſcebant. deinde, quantum increſceret æſtus, & vultus minus vigentes, & voces ſegniores erant, & quidam incumbentes ſcutis nixique pilis ſtabant. Tum jam aperte primis ordinibus imperat, metarentur frontem caſtrorum, & impedimenta conſtituerent. Quod ubi fieri milites ſenſere, alii gaudere palam quod feſſos viæ labore flagrantiſſimo æſtu non coëgiſſet pugnare. legati circa imperatorem duceſque externi erant, inter quos & Attalus: omnes approbantes; quum pugnaturum conſulem credebant: [1] neque enim ne his cunctationem aperuerat ſuam: tunc mutatione conſilii ſubita, quum alii ſilerent, [2] Naſica unus ex omnibus auſus eſt monere conſulem, [3] *Ne hoſtem quidem ludificatos priores imperatores, fugiendo certamen manibus emittere. Vereri ne nocte abeat, ſequendus maximo labore ac periculo in intima Macedoniæ, exercituſque, ſicut prioribus ducibus, per calles ſaltuſque Macedonicorum montium vagando circumagatur. Se magnopere ſuadere, dum in campo patenti hoſtem habeat, aggrediatur, nec oblatam occaſionem vincendi amittat.* Conſul nihil offenſus libera admonitione tam clari adoleſcentis: *Et ego*, inquit, *animum iſtum habui, Naſica, quem tu nunc habes: & quem ego nunc habeo, tu habebis.* [4] *Multis belli caſibus didici, quando pugnandum, quando abſtinendum pugna ſit.* [5] *Non operæ ſit ſtanti nunc in acie docere, quibus de cauſſis hodie quieſſe melius ſit. rationes alias repoſcito, nunc auctoritate veteris imperatoris contentus*

1 *Neque enim ne his cunctationem*] Forte: *nam ne his quidem cunctationem aperuerat ſuam.* J. F. Gron.

2 *Naſica u. ex o. auſus eſt monere conſulem*] Plutarchus inflatum re bene ad Olympum contra Perſeum geſta, hoc aggreſſum eſſe ſcribit. *Sigonius.*

3 *Ne hoſtem quidem ludificatos priores imperatores*] Non eſt integrum. Senſum ſic habebis: *ne hoſtem pridem ludificatum priores imperatores fugiendo certamen manibus emitteret.* Ni malis: *qui ſit ludificatus.* Joan. Fred. Gronovius.

4 *Multis belli caſibus didici*] Sic Plutarch. αἱ δὲ πολλαὶ μὲ νῖκαι διδάσκουσι τὰ τῶν ἡττημένων ἁμαρτήματα, &c. *Sigonius.*

5 *Non operæ ſit ſtanti*] Lege: *non operæ eſt.* Lib. 4. *Neque conſulibus cum tot populorum bella imminerent, operæ erat, id negotium agere.* Lib. 29. *Neque ego exſequi poſſum, neque vobis opera eſt audire ſingula, quæ paſſi ſumus.* J. F. Gron.

tentus eris. Conticuit adoleſcens. haud dubie videre aliqua impedimenta pugnæ conſulem, quæ ſibi non apparerent.
37 Paullus, poſtquam metata caſtra impedimentaque collocata animadvertit, ex poſtrema acie triarios primos ſubducit: deinde principes, ſtantibus in prima acie haſtatis, ſi quid hoſtis moveret: poſtremo haſtatos; ab dextro primum cornu ſingulorum paulatim ſignorum milites ſubtrahens. Ita pedites, equitibus cum levi armatura ante aciem hoſti oppoſitis, ſine tumultu abducti: nec ante, quam prima frons valli ac foſſa perducta eſt, ex ſtatione equites revocati ſunt. Rex quoque quum ſine detrectatione paratus pugnare eo die fuiſſet, contentus quod per hoſtem moram fuiſſe pugnæ ſcirent, & ipſe in caſtra copias reduxit. Caſtris permunitis C. Sulpicius Gallus tribunus militum ſecundæ legionis, qui prætor ſuperiore anno fuerat, conſulis permiſſu ad concionem militibus vocatis pronunciavit: *Nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora ſecunda uſque ad quartam horam noctis lunam defecturam eſſe. Id quia naturali ordine ſtatis temporibus fiat, & ſciri ante & prædici poſſe. Itaque quemadmodum, quia certi ſolis lunæque & ortus & occaſus ſint, nunc pleno orbe nunc* [1] *ſeneſcente exiguo cornu fulgere lunam non mirarentur; ita ne obſcurari quidem, quum condatur umbra terræ, trahere in prodigium debere.* Nocte, quam pridie Nonas Septembres inſecuta eſt dies, edita hora luna quum defeciſſet, Romanis militibus Galli ſapientia prope divina videri: Macedonas, ut triſte prodigium, occaſum regni perniciemque gentis portendens movit: nec aliter vates. clamor ululatuſque in caſtris Macedonum fuit, donec luna in ſuam lucem emerſit. Poſtero die tantus utrique ardor exercitui ad concurrendum fuerat, ut regem & conſulem ſuorum quidam, quod ſine prœlio diſceſſum eſſet,

1 *Seneſcente e.c. fulgere Lunam*] Florebello arridet magis *ſeneſcentem.* Sigonius. *Nunc pleno orbe, nunc ſeneſcente*] Forte: *nunc ſeneſcentem exiguo cornu.* J. F. Gron.

eſſet, accuſarent. Regi prompta defenſio erat; non eo
ſolum, quod hoſtis prior apertè pugnam detrectans, in
caſtra copias reduxiſſet: ſed etiam, quod eo loco ſigna
conſtituiſſet, quo phalanx, quam inutilem vel mediocris
iniquitas loci efficeret, promoveri non poſſet. Conſul
[1] ad id, quod pridie prætermiſiſſe pugnandi occaſionem
videbatur, & locum dediſſe hoſti, ſi nocte abire vellet;
tunc quoque per ſpeciem immolandi terere videbatur
tempus, quum luce prima ſignum propoſitum pugnæ ad
exeundum in aciem fuiſſet. Tertia demum hora, ſacri-
ficio ritè perpetrato, [2] ad conſilium vocavit: atque ibi,
quod rei gerendæ tempus eſſet, loquendo & intempeſti-
ve conſultando videbatur quibuſdam extrahere: poſt
ſermones tamen conſul orationem habuit. *P. Naſica* 38
*egregius adoleſcens, ex omnibus unus, quibus heſterna die pugna-
ri placuit,* [3] *denudavit mihi ſuum conſilium: idem poſtea, ita ut
tranſiſſe in ſententiam meam videri poſſet, tacuit. Quibuſdam
aliis, abſentem carpere imperatorem, quam præſentem monere,
melius viſum eſt. Et tibi, P. Naſica, & quicumque idem, quod
tu,*

1 *Ad id quod pridie prætermiſiſſe --- videbatur*] *Ad id quod* dictum eſt, *pro præterquam quod.* Sigonius.

2 *Ad concilium vocavit*] Cum deſint, quos vocaverit, malim, *concilium advocavit.* ſic paulo poſt: *concilio advocato literas cum recitaſſet.* Item: *Adverſus advocatos in conſilium conſidere juſſit.* Idem.

Sacrificio rite perpetrato concilium advocavit] Inveniebat editum Sigonius: *ad concilium vocavit*: ideo, cum deſint, inquit, quos vocaverit, malim, *concilium advocavit.* Huic curvæ conjecturæ ab eo tempore vetus lectio decedere juſſa eſt. Nos eam reſtituimus, utpote multo elegantiorem, niſi quod *conſilium* in locum τοῦ *concilii* ſufficiendum. Vide ad lib. 2, 54 & 23, 32 & 26, 38. Sed & alia labe ſuſpicor infectum locum. Hiant enim & parum prioribus committuntur illa: *poſt ſermones tamen.* Vide an ſcripſerit Livius: *atque ibi quoque rei gerendæ tempus loquendo & intempeſtive conſultando viſus quibuſdam extrahere, poſt ſermones hanc conſul orationem habuit.* Fortaſſis & τὸ *conſul* exterendum. *J. F. Gron.*

3 *Denuntiavit mihi ſuum conſilium*] Sic primus Curio. At Frobenius ex membrana, ex Frobenio Aldus & Gryphius, *denudavit.* Quod mutandum non fuit. Lib. 23. *Nimis detegendo cladem nudandoque.* Lib. 39. *Si omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis, vereor.* Lib. 40. *Ne pœna ejus conſilia adverſus Romanos nudaret.* Lib. 42. *Cernebam nobiliſſimas Aſiæ & Græciæ civitates indies magis denudantes judicia ſua.* Eodemque: *Fama equeſtris pugnæ vulgata per Græciam nudavit voluntates hominum.* Seneca de Tranquill. animi: *Multa incidunt, quæ invitos denudent.* Idem.

tu, occultius ſenſerunt, non gravabor reddere dilatæ pugnæ rationem. Nam tantum abeſt, ut me heſternæ quietis pœniteat, ut ſervatum à me exercitum eo conſilio credam. in qua me opinione eſſe, ne quis ſine cauſſa veſtrûm credat, recognoſcat agedum mecum, ſi videtur, quam multa pro hoſte & adverſus nos fuerint. Jam omnium primum, quantum numero nos præſtent, neminem veſtrûm nec ante ignoraſſe, & heſterno die [1] *implicatam intuentes aciem animadvertiſſe, certum habeo. Ex hac noſtra paucitate quarta pars militum præſidio impedimentis relicta erat: nec ignaviſſimum quemque relinqui ad cuſtodiam ſarcinarum ſcitis. Sed fuerimus omnes: parvum hoc tandem eſſe credimus, quod ex his caſtris, in quibus hac nocte manſimus, exituri in aciem hodierno aut ſummum craſtino die, ſi ita videbitur, Diis benè juvantibus, ſumus? Nihilne intereſt, utrum militem, quem neque viæ labor hodie, neque operis fatigaverit, requietum, integrum in tentorio ſuo arma capere jubeas, atque* [2] *in aciem plenum virium, vigentem & corpore & animo educas: an longo itinere fatigatum, & onere feſſum, madentem ſudore,* [3] *ardentibus ſiti faucibus, ore atque oculis repletis pulvere,* [4] *torrentem meridiano ſole,* [5] *hoſti objicias recenti, quieto, qui nulla re ante comſumptas vires ad prœlium adferat? Quis, pro Deûm fidem! ita comparatus vel iners atque imbellis fortiſſimum virum non vicerit? Quid quod*

1 *Implicatam intuentes aciem*] Immo *explicatam*. Lib. 7. *Quum procul viſis Romanorum ſignis, ut extemplo prœlium initurus, explicuiſſet aciem*. Lib. 40. *Ita ut ne efferendi quidem ſigna Romanis ſpatium nedum ad explicandam aciem locus eſſet*. Hoc libro: *ſi loci ſatis ad explicandam aciem fuiſſet*. J. F. Gron.

2 *In acie*] Legendum aperte, *in aciem*. Sigonius.

3 *Ardentibus ſiti faucib.*] Magis placet Florebello *arentib*. Idem.

Ardentibus ſiti faucibus] Vix auſim movere. nam & *ignea* ſitis, & *torrere guttur* atque *urere* Poëtis dicitur. Poſſis tamen ſuſpicari *arentibus*. Ut apud Ovidium lib. 6 Met. *Et fauces arent, vixque eſt via vocis in illis*. Et lib. 7. *Tepidiſque arentia ventis Ora patent*. J. F. Gron.

4 *Torrentem meridiano ſole*] Lege: *torrente*. Sole enim torretur miles, non torret. Supra 35, 5. *Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æſtus corpora Gallorum*. Poſſis forte etiam *torpentem*, ſed alterum equidem præfero. *Jac. Perizonius*.

5 *Hoſti objicias recenti, quieto*] Vereor ne hic quoque ſcripſerit *requieto*. Eſt enim aliud *quietus*, aliud *requietus*. Ad illud ſufficit præſens quies: hoc competit illis, qui aliquandiu quiete ſunt uſi. Senec. de Tranquil. *Danda eſt remiſſio animis: meliores acrioreſque requieti ſurgent*. J. F. Gron.

1 *Quum*

quod hoſtes per ſummum otium inſtruxerant aciem, reparaverant animos, ſtabant compoſiti ſuis quiſque ordinibus: nobis tunc repente trepidandum in acie inſtruenda erat, & incompoſitis concurrendum? At hercule aciem quidem inconditam inordina- 39
tamque habuiſſemus: caſtra munita, proviſam aquationem, tutum ad eam iter præſidiis impoſitis, explorata circa omnia, an nihil noſtri habentes præter nudum campum in quo pugnaremus? Majores veſtri caſtra munita, portum ad omnes caſus exercitus ducebant eſſe: unde ad pugnam exirent, quo jactati tempeſtate pugnæ receptum haberent. ideo, [1] quum munimentis ea ſepiſſent, præſidio quoque valido firmabant: quod qui caſtris exutus erat, etiamſi pugnando acie viciſſet, pro victo haberetur. caſtra ſunt victori receptaculum, victo perfugium. Quam multi exercitus, quibus minus proſpera pugnæ fortuna fuit, intra vallum compulſi, tempore ſuo, interdum momento poſt eruptione facta victorem hoſtem pepulerunt? patria altera eſt militaris hæc ſedes, vallumque pro mœnibus, & tentorium ſuum cuique militi domus ac penates ſunt. [2] Sine ulla ſede vagi dimicaſſemus, ut quo victores nos reciperemus? His difficultatibus & impedimentis pugnæ illud opponitur: Quid ſi hoſtis hac interpoſita nocte abiſſet, quantum rurſus ſequendo eo penitus in ultimam Macedoniam exhauriendum laboris erat? Ego autem neque manſurum eum, neque in aciem copias educturum fuiſſe certum habeo, ſi cedere hinc ſtatuiſſet. quanto enim facilius abire fuit quum procul abeſſemus, quam nunc quum in cervicibus ſumus? Nec falleret nos, nec interdiu nec nocte abeundo. Quid autem eſt nobis optatius, quam ut quorum caſtra præalta fluminis ripa tuta, vallo inſuper ſepta ac crebris turribus oppugnate adorti ſumus, eos relictis munimentis agmine effuſo abeuntes in patentibus campis ab tergo adoriamur? Hæ dilatæ pugnæ ex heſterno die in hodiernum cauſſæ fuerunt. Pugnare enim & ipſi mihi placet; & ideo, quia per Enipeum amnem ſepta ad hoſtem via erat, alio ſaltu dejectis hoſtium

1 *Quum munimentis ea ſepiſſent*] Puto *ſepſiſſent*. J.F. Gron.

2 *Sine ulla ſede vagi dimicaſſemus, ut quo victores nos reciperemus?*] Florebellus ita legit: *Si ſine ulla ſede vagi dimicaſſemus, ut quo victores nos reciperemus.* Sigonius.

ſtium præſidiis novum iter aperui. neque prius, quam debellavero, abſiſtam. Poſt hanc orationem ſilentium fuit; partim traductis in ſententiam ejus, partim verentibus nequicquam offendere in eo, quod utcumque prætermiſſum revocari non poſſet. [1] Ac ne illo ipſo quidem die, aut conſule aut rege (rege, quod nec feſſos ut pridie ex via,

1 *Ac ne illo ipſo q. die. a. conſule, a. rege, quod nec feſſ. ut prid. ex via*, &c.] Si plenam hanc ſententiam explicuero, tum quorum verborum jactura facta ſit, intelligetur. Sic igitur mihi legendum videtur, *Ac, ne illo ipſo quidem die, aut conſule, aut rege optante pugnatum eſt, rege quod nec feſſos, ut pridie ex via, neque trepidantes in acie inſtruenda, & vix dum compoſitos aggreſſurus erat; conſule, quod in novis caſtris non ligna, non pabulum confectum erat, ad quæ petenda ex propinquis agris magna pars militum e caſtris exierat.* Hanc eſſe ſententiam hujus loci, atque ſimilia verba intercidiſſe, apparet ex eo, quod ait: *Neutro imperatorum volente.* Librarium in errorem impulit vox *rege*, quæ iteratur, in qua ſcribenda a priore ad poſteriorem cum media verba tranſcendiſſet, delapſus eſt. *Sigonius.*

2 *Aut conſule aut rege optante pugnatum eſt*] Quatuor verba (*optante pugnatum eſt. Rege*) de conjectura inſeruit Sigonius. Sed recte conſiderata ſententia, adhibitaque diſtinctione neceſſaria, apparebit, nullius vocis jacturam feciſſe veterem codicem, præterquam τῷ *rege*: quod cum repetendum eſſet, ab librario neglectum eſt. Ita namque ſcripſit Livius: *Ac ne illo ipſo quidem die, aut conſule aut rege, (rege, quod nec feſſos,* &c. *e caſtris exierat) neutro imperatorum volente, Fortuna, quæ plus conſiliis humanis pollet contraxit certamen.* Hæc integerrima oratio eſt, & adeo non defecta, ut etiam aliquid ſuperſit: etenim cohærent: *Ac ne illo ipſo quidem die, aut conſule aut rege volente, Fortuna contraxit certamen:* cæterum propter interjecta, ut ſubveniret memoriæ lectoris vel auditoris, adjecit huic orationi diviſæ: *neutro imperatorum*: quod nihil eſt aliud quam, *nec rege, inquam, nec conſule.* Tale eſt lib. 5, 24. *Adverſus quæ cum optimates ita tenderent.* hinc interponuntur multa, quibus ſenſus ſermoneſque optimatium explicantur, antequam cœptæ periodi pars altera compareat: itaque neceſſe habuit τὸ *quum* repetere: *Hæc quum fœdis certaminibus agerentur:* ſequitur jam, cujus reſpectu tanto ſuperius dixerat: *quum optimates.* Lib. 38, 55. *Ad hunc prætorem, adeo amicum Corneliæ familiæ* (ſubjiciuntur argumenta & exempla amicitiæ) *aut adeo inimicum* (interponitur rurſus aliquid, cur id poſſit videri) *cæterum ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem reus extemplo factus L. Scipio.* Ubi perperam dederat Andreas: *Alii hunc prætorem*, & deinde: *Alii adeo inimicum.* Cicero lib. 15 famil. ep. 10. *Quando id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam,* &c. *quando ergo ita accidit, ut omnium veſtro ſtudio tuus conſulatus ſatisfacere poſſet.* Eodem lib. epiſt. 21. *Nam ut illa omittam, quæ civitate teſte feciſti,* &c. *ut hæc recentia, quæ meminero ſemper, obliviſcar,* &c. *ut hæc igitur omittam.* Philippica ſecunda cap. 32. *Cum primum Cæſar oſtendiſſet, ſe, priuſquam proficiſceretur, Dolabellam conſulem eſſe juſſurum,* &c. *ſed cum Cæſar ita dixiſſet.* Sic Cæſar lib. 3 Gall. 22. *Alia ex parte oppidi Adcantuanus, qui ſummam imperii tenebat, cum ſexcentis devotis,* &c. *cum iis Adcantuanus eruptionem facere conatus.* Ubi acris ille Ciacconius videndum notat, an hæc verba, *cum iis Adcantuanus*, quæ poſt longam parentheſin

via, neque trepidantes in acie inſtruenda & vixdum compoſitos, aggreſſurus erat: conſule, quod in novis caſtris non ligna, non pabulum convectum erat; ad quæ petenda ex propinquis agris magna pars militum è caſtris exierat) neutro imperatorum volente, Fortuna, quæ plus conſiliis humanis pollet, contraxit certamen. [1] Flumen erat haud magnum propius hoſtium caſtris, ex quo & Macedones & Romani aquabantur, præſidiis ex utraque ripa poſitis, ut id facere tuto poſſent. Duæ cohortes à parte Romanorum erant; Marrucina, & Peligna: duæ turmæ Samnitium equitum, quibus præerat [2] M. Sergius Silus legatus: & aliud pro caſtris ſtativum erat præſidium ſub C. Cluvio legato, tres cohortes, Firmana, Veſtina, Cremonenſis: duæ turmæ equitum; Placentina & [3] Æſernina. Quum otium ad flumen eſſet, neutris laceſſentibus, hora circiter quarta jumentum è manibus curantium elapſum, in ulteriorem ripam effugit. quod quum per aquam ferme genu tenus altam tres milites ſequerentur, [4] Thraces duo id jumentum ex medio alveo

thesin repetuntur, delenda ſint. Fruſtra. Ejuſdem generis ſunt lib. 1. *Octavio Mamilio (is longe princeps Latini nominis erat, ſi famæ credimus, ab Ulyſſe deaque Circe oriundus) ei Mamilio filiam nuptum dat.* Apulejus Apologia: *Zenonem illum antiquum Elea oriundum, qui primus omnium dictionem ſolertiſſimo artificio ambifariam diſſolverit, eum quoque Zenonem longe decoriſſimum fuiſſe.* Additamentum in inſulam deportandam cenſet And. Schottus, *eum quoque Zenonem*: niſi legas, *eum inquam Zenonem*. Sed errat. Adde quæ ad lib. 2, 12 & ad 25, 27 & ad Senecæ de Ira 1, 3 notavimus. *J. F. Gron.*

1 *Flumen erat haud magnum propius hoſtium caſtris*] Niſi ſcripſit, ut alioqui ſolet, *propius hoſtium caſtra.* Idem.

2 *M. Sergius Sylus*] *M' Sergius Silus*, ex nummis argenteis, ut ante. *Sigon.*

3 *Eſſernina*] *Æſernina.* Sic enim Græci, Αἰσέρνια. *Idem.*

4 *Thraces duo id jumentum ex med. alv. in ſ. rip. trahentes, alt. eorum, &c. ſe recip.*] Satis conſtat, ne hunc quidem locum integrum eſſe. Quæ ſententia futura ſit, non eſt difficile intelligere: quibus verbis expreſſa fuerit, nemo unquam divinaverit. Ego tamen, ut ſententia eluceſcat, ita lego. *Cum otium ad flumen eſſet, neutris laceſſentibus, hora circiter quarta jumentum è manibus curantium elapſum, in ulteriorem ripam effugit. Quod cum per aquam ferme genu tenus altam tres milites ſequerentur, Thraces duo id jumentum ex medio alveo in ſuam ripam trahentes, cum tribus Romanis militibus manum conſeruerunt. Jamque Romani altero eorum occiſo, receptoque eo jumento ad ſtationem ſuorum ſe recipiebant. Octingentorum Thracum præſidium in hoſtium ripa erat: ex his pauci primo ægre paſſi popularem in ſuo conſpectu cæſum, ad perſequendos interfectores fluvium tranſgreſſi ſunt.* Eandem ſententiam edit Plu-

alveo in ſuam ripam trahentes; altero eorum occiſo, receptoque eo jumento, ad ſtationem ſuorum ſe recipiebant. Octingentorum Thracum præſidium in hoſtium ripa erat. ex his pauci primo ægrè paſſi popularem in ſuo conſpectu cæſum, ad perſequendos interfectores fluvium tranſgreſſi ſunt: dein plures, poſtremo omnes, [1] & cum præſidio

* * *

41 prœlium ducit. Movebat imperii majeſtas, gloria viri, ante omnia ætas, quod major ſexaginta annis, juvenum munia in parte præcipua laboris periculique capeſſebat. Intervallum, quod inter cetratos & phalangem erat, implevit legio atque aciem hoſtium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem adverſus clypeatos habebat: [2] aglaſpides appellabantur. Secundam legionem L. Albinus

Plutarchus, qui tamen conſilium Paulli hoc fuiſſe ſcribit. *Sigonius.*

Id jumentum ex medio alveo in ſuam ripam trahentes] Sigonius, etſi, quæ ſententia fuerit, haud difficile intellectu; quibus autem verbis expreſſa, neminem divinaturum fateatur, ita legere tamen, ut ſententia eluceſcat, ſe pronuntiat: *in ſuam ripam trahentes, cum tribus Romanis militibus manum conſeruerunt. Jamque Romani altero eorum.* Sic nimirum egerunt illi, qui pannis obſitum nobis Livium dederunt. Ego vero τὸ *trahentes* ſolummodo in *traherent* mutandum, & duo verba, *id jumentum*, inducenda pro ſcholio cenſeo: tantum abeſt, ut deeſſe quidquam, quod à nobis ſuppleri oporteat, exiſtimem. Conſidera enim: *hora circiter nona jumentum è manibus curantium* (hominum de parte Romana) *elapſum in ulteriorem ripam effugit. Quod* (jumentum) *quum per aquam ferme genu tenus altam tres milites* (Romani) *ſequerentur, Thraces duo* (Macedonicorum auxiliorum) *ex medio alveo in ſuam ripam traherent; altero eorum* (Thracum) *occiſo, receptoque eo jumento, ad ſtationem ſuorum* (tres illi Romani milites) *ſe recipiebant.* Hic quid deſideres? Scripſi autem *hora nona*, non *quarta*: nam & ipſe Livius teſtatur diem extraxiſſe in conſilio conſulem, & Plutarchus: αὐτὸς δὲ τὴν ἀπόκλισιν καὶ περιτροπὴν ἀναμένων τοῦ φωτὸς ὅπως μὴ κατὰ πρόσωπον μαχομένοις αὐτοῖς ἕωθεν ὁ ἥλιος ἀντιλάμποι, παρῆγε τὸν χρόνον: & mox; περὶ δὲ δείλην· denique: ἐνάτης γὰρ ὥρας ἀρξάμενοι μάχεσθαι, περὶ δεκάτης ἐνίκησαν. Confuſæ ſcilicet ſunt notæ *IX* & *IV*. Cæterum τὸ *traherent* vidit etiam Fulvius Urſinus. *J. F. Gron.*

1 *Et cum præſidio*] Perſecuturus erat, ut utrinque exercitus ad prœlium concurriſſent, initio pugnæ in flumine orto. *Ergo cum commiſſum prælium eſſet, atque acriter ab utraque parte pugnaretur, Paullus legionem*, inquit, *in prælium ducit.* Sic autem etiam Plutarchus: ὁ μὲν οὖν Αἰμύλιος ἐκ τῆς σκηνῆς προῆλθε, καὶ τὰ τάγματα τῶν ὁπλιτῶν ἐπιὼν, παρεθάρρυνεν. *Sigonius.*

2 *Aglaſpides appellabantur*] An *Chalcaſpides?* Horum certe meminit Plutarchus: οἷς καθισταμένοις εἰς τάξιν αἱ τῶν χαλκασπίδων ἐπανατέλλουσαι φάλαγγες ἐκ τῆς χάρακος ἐπέπλησαν αὐγῆς σιδήρου καὶ λαμπηδόνος χαλκοῦ τὸ πεδίον. *J. F. Gr.*

1 *Vim*

binus conſularis ducere adverſus leucaſpidem phalangem juſſus: ea media acies hoſtium fuit. In dextrum cornu, unde circa fluvium commiſſum prœlium erat, elephantes inducti, & ala ſociorum: & hinc primum fuga Macedonum eſt orta: nam ſicut pleraque nova commenta mortalium in verbis [1] vim habent, experiendo, quum agi, non quemadmodum agantur ediſſeri oportet, ſine ullo effectu evaneſcunt; ita tum elephanti in acie nomen tantum [2] ſine uſu fuerunt. Elephantorum impetum ſubſecuti ſunt ſocii nominis Latini, pepuleruntque lævum cornu. In medio ſecunda legio immiſſa diſſipavit phalangem. neque ulla evidentior cauſſa victoriæ fuit, quam quod multa paſſim prœlia erant, quæ fluctuantem turbarunt primo, deinde disjecerunt phalangem. cujus confertæ & intentis horrentis haſtis intolerabiles vires ſunt. Si carptim aggrediendo [3] circumagere immobilem longitudine & gravitate haſtam cogas, confuſa ſtrue implicantur: ſi vero ab latere, aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinæ modo turbantur. ſicut tum adverſus catervatim incurrentes Romanos, & interrupta multifariam acie, obviam ire cogebantur: & Romani, quacunque data intervalla eſſent, inſinuabant ordines ſuos. Qui, ſi univerſa acie in frontem adverſus inſtructam phalangem concurriſſent, quod Pelignis principio pugnæ incaute congreſſis adverſus cetratos evenit: induiſſent ſe haſtis, nec confertam aciem ſuſtinuiſſent. Cæ- 42

terum

1 *Vim habent explendo, cum agi*] Pro *explendo*, repono, *extemplo, cum agi non quemadmodum agantur, ediſſeri oportet, ſine ullo effectu evaneſcunt.* Sigonius.

Extemplo quum agi] Sigonii eſt: nam vetus liber, *explendo*: unde faciendum erat, *experiendo*. Libro ſequenti: *Leges Macedoniæ dedit, quas ne uſus quidem longo tempore, qui unus eſt legum corrector, experiendo argueret.* Plautus Rudente: *Nimio hominum fortunæ minus miſera memorantur, Quam reipſa experiundo iis datur acerbum.* Terentius Adelphis: *Et quæ putaris prima, in experiendo repudies.* Symmachus lib. 5 epiſt. 9. *Solis quadam ſpecioſa nominibus uſu & experiendo plurimum nocent.* Sed hoc occupavit Turnebus. *J. F. Gron.*

2 *Sine uſu fuerant*] *Fuerunt*, legendum. *Sigonius.*

3 *Circumagere immobilem longitudine & gravitate haſtam cogas*] Lege, *haſtas. Immobilem*, ſcilicet phalangem. *J. F. Gron.*

1 Con-

terum ſicut peditum paſſim cædes fiebant, niſi qui abjectis armis fugerunt; ſic equitatus prope integer pugna exceſſit. Princeps fugæ rex ipſe erat. jam à Pydna cum ſacris alis equitum Pellam petebat: [1] confeſtim Coſtocus ſequebatur, Odryſarumque equitatus. ceteræ quoque Macedonum alæ integris abibant ordinibus: quia interjecta peditum acies, cujus cædes victores tenebat, immemores fecerat ſequendi equites. Diu phalanx à fronte, à lateribus, ab tergo cæſa eſt: poſtremo, qui ex hoſtium manibus elapſi erant, inermes ad mare fugientes, quidam aquam etiam ingreſſi, manus ad eos, qui in claſſe erant, tendentes ſuppliciter vitam orabant: & quum ſcaphas concurrere undique ab navibus cernerent, ad excipiendos ſeſe venire rati; ut caperent potius, quam occiderent, longius in aquam, quidam etiam natantes, progreſſi ſunt. Sed quum hoſtiliter è ſcaphis cæderentur, retro qui poterant nando repetentes terram, in aliam fœdiorem peſtem incidebant. elephanti enim ab rectoribus ad littus acti, exeuntes obterebant, elidebantque. Facile conveniebat Romanis, nunquam una acie tantum Macedonum interfectum. Cæſa enim ad viginti millia hominum ſunt: ad ſex millia, qui Pydnam ex acie perfugerant, vivi in poteſtatem pervenerunt: & vagi è fuga quinque millia hominum capta. Ex victoribus ceciderunt non plus centum, & eorum multo major pars Peligni. vulnerati aliquanto plures ſunt. [2] Quod ſi maturius pugnari cœptum eſſet, ut ſatis diei victoribus ad perſequendum ſupereſſet, deletæ omnes copiæ forent: nunc imminens nox, & fugientes texit, & Romanis pigritiem ad ſequendum locis ignotis fecit.
43 Perſeus ad Pieriam ſilvam via militari frequenti agmine equitum &

1 *Confeſtim Coſtocus ſeq.*] Hic *Coſtocus* videtur cum *Procone*, qui olim ſuperioribus Livianis inſinuaverat relegandus extra anni Luciſque vias. Eſt enim commenticius, & ſcripſit Livius: *Confeſtim eos Cotys ſequebatur*. Jac. Gron.

2 *Quod ſi maturius pugn. eſſ. ut ſatis diei victor. ad perſ. ſup.*] Recte. Plutarchus enim ait commiſſum eſſe prœlium περὶ δείλην. *Sigonius.*

& regio comitatu fugit. Simul in ſilvam ventum eſt, ubi plures diverſæ ſemitæ erant, & nox appropinquabat; cum perpaucis maxime fidis via devertit. Equites ſine duce relicti, alii alia in civitates ſuas dilapſi ſunt: perpauci inde Pellam celerius, quam ipſe Perſeus, quia [1] recta expedita via ierant, pervenerunt. Rex ad mediam ferme noctem terrore & variis difficultatibus viæ vexatus eſt. In regia Perſeo, qui Pellæ præerat, Euctus, regiique pueri præſto erant. contra ea amicorum, qui alii alio caſu ſervati ex prœlio Pellam venerant, quum ſæpe arceſſiti eſſent, nemo ad eum venit. tres erant tantum cum eo fugæ comites; [2] Euander Cretenſis, Neon Bœotius, & Archidamus Ætolus. cum iis, jam metuens, ne qui venire ad ſe abnuerent, majus aliquid mox auderent; quarta vigilia profugit. Secuti eum ſunt admodum quingenti Cretenſes. petebat Amphipolim: ſed nocte à Pella exierat, properans ante lucem Axium amnem trajicere; eum finem ſequendi propter difficultatem tranſitus fore ratus Romanis. Conſulem, quum ſe 44
in caſtra victor recepiſſet, ne ſincero gaudio frueretur, cura de minore filio ſtimulabat. P. Scipio is erat, Africanus & ipſe poſtea, deleta Carthagine, appellatus, naturalis conſulis Paulli, adoptione Africani nepos. Is ſeptimumdecimum tunc annum agens, quod ipſum curam augebat, dum effuſe ſequitur hoſtes, in partem aliam turba ablatus erat: & ſerius quum rediſſet, tunc demum recepto ſoſpite filio, victoriæ tantæ gaudium conſul ſenſit. Amphipolim quum jam fama pugnæ perveniſſet, concurſuſque matronarum in templum Dianæ, quam Tauropolon vocant, ad opem expoſcendam fieret; Diodorus,

1 *Recta expedita via ierant*] Forte, *expediti.* Niſi malis, *recta & expedita via ierant.* non arboribus & fruticetis impedita. *J. F. Gron.*

2 *Euander Cretenſis, Neo Boëtius, & Archidamus Ætolus*] Plutarch. Εὐάνδρου τε τοῦ Κρητὸς, καὶ Ἀρχεδάμου τοῦ Αἰτωλοῦ, καὶ Βοιωτοῦ Νέωνος. Hinc ergo: *Neo Bœotius.* Gentile enim nomen terræ Bœotiæ eſt tam *Bœotius*, quam *Bœotus.* Sigonius.

dorus, qui præerat urbi, metuens, ne Thraces, quorum duo millia in præſidio erant, urbem in tumultu diriperent, ab ſubornato ab ſe per fallaciam in tabellarii ſpeciem, literas in foro medio accepit. Scriptum in iis erat, *ad Emathiam claſſem Romanam appulſam eſſe: agroſque circa vexari. orare præfectos Emathiæ, ut præſidium adverſus populatores mittat.* His lectis, hortatur Thracas, *Ut ad tuendam Emathiæ oram proficiſcantur. magnam eos cædem prædamque palatis paſſim per agros Romanis facturos. Simul elevat famam adverſæ pugnæ; quæ ſi vera foret, alium ſuper alium recentes ex fuga venturos fuiſſe.* Per hanc cauſſam Thracibus ablegatis; ſimul tranſgreſſos eos Strymonem vidit, portas clauſit.

45 Tertio die Perſeus, quam pugnatum erat, Amphipolim venit. inde oratores cum caduceo ad Paullum miſit. Interim Hippias & Milo & Pantauchus, principes amicorum regis, Berœam, quo ex acie confugerant, ipſi ad conſulem profecti, Romanis dedunt: [1] hoc idem & aliæ deinceps metu perculſæ parabant facere. Conſul nunciis victoriæ Q. Fabio filio, & L. Lentulo, & Q. Metello cum literis Romam miſſis, ſpolia jacentis hoſtium exercitus peditibus conceſſit. equitibus prædam circumjecti agri, dum ne amplius duabus noctibus à caſtris abeſſent. Ipſe propius mare ad Pydnam caſtra movit. Berœa primum, deinde Theſſalonica, & Pella, & deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. Pydnæi, qui proximi erant, nondum miſerant legatos: multitudo incondita plurium ſimul gentium, turbaque, quæ, ex acie, fuga in unum compulſa erat, conſilium & conſenſum civitatis impediebat: nec clauſæ modo portæ, ſed etiam inædificatæ erant. Miſſi Milo & Pantauchus, ſub muros ad colloquium Solonis, [2] qui præſidio erat: per eum emittitur militaris turba. oppidum deditum militibus

1 *Hoc idem & aliæ deinceps metu perculſæ*] Aut excidit vox *civitates* vel *urbes*: aut legendum, *alii deinceps metu perculſi.* Joan. Fred. Gronovius.

2 *Qui præſidio erat*] Forte: *præerat.* Idem.

bus datur diripiendum. Perſeus una tantum [1] ſpe Biſal-
tarum auxilii tentata, ad quos nequicquam miſerat lega-
tos, in concionem proceſſit; Philippum ſecum filium
habens: ut & ipſos Amphipolitanos, & equitum pedi-
tumque, qui aut ſemper ſecuti, aut fuga eodem delati
erant, adhortando animos confirmarent. Sed aliquo-
tiens dicere incipientem quum lacrimæ præpediſſent:
quia ipſe dicere nequiit, Euandro Cretenſi editis, quæ
agi cum multitudine vellet, de templo deſcendit. Mul-
titudo, ſicut ad conſpectum regis fletumque tam miſera-
bilem, & ipſa ingemuerat lacrimaveratque, ita Euandri
orationem aſpernabatur: & quidam auſi ſunt media ex
concione ſuclamare, *Abite hinc, ne, qui pauci ſuperſumus,
propter vos pereamus.* Horum ferocia vocem Euandri clau-
ſit. [2] Rex in domum ſe recepit, pecuniaque, & auro ar-
gentoque in lembos, qui in Strymone ſtabant, delatis,
& ipſe ad flumen deſcendit. Thraces navibus ſe com-
mittere non auſi, domos dilapſi, & aliæ militaris generis
turbæ. Cretenſes ſpem pecuniæ ſecuti. & quoniam in
dividendo plus offenſionum quam gratiæ erat, quinqua-
ginta talenta iis poſita ſunt in ripa diripienda. Ab hac
direptione quum per tumultum naves conſcenderent,
lembum unum in oſtio amnis multitudine gravatum
merſerunt. [3] Galepſum eo die, poſtero Samothracam,
quam petebant, perveniunt: ad duo millia talentum
pervecta eo dicuntur. Paullus per omnes deditas civita- 46
tes dimiſſis qui præeſſent, ne qua injuria in nova pace
victis fieret, retentiſque apud ſe caduceatoribus regis,
P. Naſicam, ignarus fugæ regis, Amphipolim miſit cum
modica peditum equitumque manu. ſimul ut Sinticen
evaſtaret, & ad omnes conatus regi impedimento eſſet.
Inter hæc Melibœa à Cn. Octavio capitur diripiturque:
ad

1 *Spe Biſaltarum auxilii tentati*] Scribe, *tentata*. Vide ad lib. 4, 10. *J. F. Gron.*

2 *Rex in domum ſe recepit*] Lege: *Rex inde domum ſe recepit.* Idem.

3 *Galipſum eo die*] *Galepſum* lego; nam Stephanus & Plutarchus in Paullo Γαληψὸν nominant. *Sigonius.*

ad Æginium, ad quod oppugnandum Cn. Anicius legatus miſſus erat, ducenti eruptione ex oppido facta amiſſi ſunt; ignaris Æginienſibus debellatum eſſe. Conſul à Pydna profectus, cum toto exercitu die altero Pellam pervenit: &, quum caſtra mille paſſus inde poſuiſſet, per aliquot dies ibi ſtativa habuit: ſitum urbis undique adſpiciens; quam non ſine cauſſa delectam eſſe regiam advertit. Sita eſt in tumulo, vergente in occidentem hibernum. cingunt paludes inexſuperabilis altitudinis, æſtate & hieme; quas reſtagnantes faciunt lacus. In ipſa palude, [1] qua proxima urbi eſt, velut inſula eminet aggeri operis ingentis impoſita; qui & murum ſuſtineat, & humore circumfuſæ paludis nihil lædatur. Muro urbis conjuncta procul videtur. diviſa eſt intermurali amni, & eadem ponte juncta: ut nec oppugnante externo aditum ab ulla parte habeat: nec, ſi quem ibi rex includat, ullum niſi per facillimæ cuſtodiæ pontem effugium. Et gaza regia in eo loco erat: ſed tum nihil præter trecenta talenta, quæ miſſa Gentio regi, deinde retenta fuerant, inventum eſt. Per quos dies ad Pellam ſtativa fuerunt, legationes frequentes, quæ ad gratulandum convenerant, maxime ex Theſſalia, auditæ ſunt. Nuncio deinde accepto, Perſea Samothracam trajeciſſe, profectus à Pella conſul quartis caſtris Amphipolim pervenit. Effuſa omnis obviam turba, cuivis indicio erat [2] non bono ac juſto rege ob ra

* * *

EPI-

1 *Qua proxima urbi eſt, veluti inſula imminet*] Florebellus addit vocem, *arx*, hunc in modum: *arx velut inſula.* Sigonius.

Velut inſula eminet aggeri] Puto excidiſſe voculam, & ſcribendum: *eminet arx, aggeri operis ingentis impoſita.* J. F. Gron.

2 *Non bono ac juſto rege ob ra*] Quædam pauca deſunt, de gratulatione Amphipolitanorum. Amphipolim enim Paullus venerat. *Sigonius.*

1 *Juſſit-*

EPITOME
LIBRI XLV.

PErſeus ab Æmilio Paullo in Samothracia captus eſt. Quum Antiochus, Syriæ rex, Ptolomæum & Cleopatram, Ægypti reges, obſideret, & miſſis ad eum à ſenatu legatis, qui juberent, ab obſidione ſocii regis abſiſtere, editiſque mandatis conſideraturum ſe illè, quid faciendum eſſet, reſpondiſſet; unus ex legatis Popillius virga regem circumſcripſit. [1] juſſitque, antequam circulo excederet, reſponſum daret. qua aſperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in ſenatum admiſſæ. Rhodiorum, quia eo bello contra populum Romanum fuerant, excluſa. poſtero die, quum de eo quæreretur, ut iis bellum indiceretur; cauſſam in ſenatu patriæ ſuæ legati egerunt. nec tanquam hoſtes, nec tanquam ſocii dimiſſi. [2] Macedonia in provinciæ formam redacta. Æmilius Paullus, repugnantibus militibus ſuis propter minorem prædam, & contradicente Servio Sulpicio Galba, triumphavit: & [3] Perſeum cum tribus filiis ante currum duxit. cujus triumphi lætitia, ne ſolida ei contingeret, duorum filiorum funeribus inſignita eſt: quorum alterius mors patris triumphum præceſſit, alterius ſecuta eſt. Luſtrum conditum eſt à cenſoribus. Cenſa ſunt civium capita trecenta duodecim millia, octingenta quinque. Pruſias, Bithyniæ rex, Romam, ut ſenatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia partam, venit: & Nicomedem filium ſenatui commendavit. Rex plenus adulationis, libertum ſe populi Romani dicebat.

Victo-

1 *Juſſitque, antequam circulo excederet, reſponſum daret*] Immo *dare*. J.F. Gron.

2 *Macedonia in provinciæ formam redacta*] Non tum; ſed poſt devictum Pſeudophilippum. Error eſt auctoris. *Idem.*

3 *Perſeum cum tribus filiis ante currum duxit*] Tres membranæ: *& Perſen cum tribus filiis duxit ante currum.* Idem.

1 Cer-

1 Victoriæ nuncii, Q. Fabius, & L. Lentulus, & Q. Metellus, quanta potuit adhiberi feſtinatio, celeriter Romam quum veniſſent, præcerptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt. Quarto poſt die quam cum rege eſt pugnatum, quum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota ſpectacula pervaſit; *pugnatum in Macedonia, & devictum regem eſſe.* Dein fremitus increbuit: poſtremo clamor plauſuſque, velut certo nuncio victoriæ allato, eſt exortus. Mirari magiſtratus, & quærere auctorem repentinæ lætitiæ: qui poſtquam nullus erat, evanuit quidem tamquam [1] incertæ rei gaudium; omen tamen lætum inſidebat animis. Quod poſtquam veris nunciis Fabii Lentulique & Metelli adventu firmatum eſt, quum victoria ipſa, tum augurio animorum ſuorum lætabantur. Et aliter traditur Circenſis turbæ non minus ſimilis veri lætitia: [2] ante diem decimum Calend. Octobres ludorum Romanorum ſecundo die, [3] C. Licinio conſuli ad quadrigas mittendas eſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Macedonia venire diceret, * laureatas literas dicitur. quadrigis miſſis conſul currum conſcendit: & quum per circum reveheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo oſtendit. Quibus conſpectis, repente immemor

1 *Tamq. certæ rei*] Scribe, *Incertæ.* id enim ſenſus poſtulat cum ait: *tamen omen lætum inſidebat animis.* Sigonius.

Tanquam certæ rei gaudium] Sigonius *incertæ.* Contra quem pugnat Turnebus 11. 18. infeliciter. Populus, ait, Romanus lætitiam conceperat velut è re certa & indubitata; res enim incerta gaudium non faceret, ſed ſpem quandam metu ſuſpenſam & anxiam. At Livius non loquitur hic de re, qualis fuerat, antequam inquireretur; ſed qualis poſt inquiſitionem inventa eſt. Igitur ait, *evanuit gaudium.* Quomodo? tanquam rei parum certæ, eoque inane & caducum. *J. F. Gron.*

2 *A. d. X Cal. Octobr.*] Ex vetere Calendario legendum putat Manutius, A. D. XV. *Sigonius.*

3 *C. Licinio conſuli - - - exſcendenti, tabellarius, - - - laur. literas dicitur*] Perſpicue vox una deſideratur, ut ſit, *reddidiſſe laureatas literas dicitur.* Idem.

Reddidiſſe laureatas literas dicitur] Primam vocem de conjectura Sigonius addidit. Forte: *tabellarius, qui ſe ex Macedonia venire diceret, laureatas literas reddidit.* Sed & quia exemplar unicum *exſcendenti*, non *aſcendenti*, legendum *eſcendenti.* Ut & voluit Turnebus. *J. F. Gron.*

1 *Sciſ-*

mor ſpectaculi populus in medium decurrit. eo ſenatum conſul vocavit, recitatiſque tabellis, ex auctoritate Patrum pro foris publicis denunciavit populo: L. Æmilium collegam ſignis collatis cum rege Perſeo pugnaſſe. Macedonum exercitum cæſum fuſumque. Regem cum paucis fugiſſe. civitates omnes Macedoniæ in ditionem populi Romani veniſſe. His auditis, clamor cum ingenti plauſu ortus: ludis relictis domos magna pars hominum ad conjuges liberoſque lætum nuncium portabant. Tertius decimus dies erat ab eo, quo in Macedonia pugnatum eſt. Poſtero die ſenatus in curia habitus, ſupplicationeſque decretæ: & ſenatuſconſultum factum eſt, ut conſul, quos præter milites [1] ſocioſque navales conjuratos haberet, dimitteret. de militibus ſociiſque navalibus dimittendis referretur, quum legati ab L. Æmilio conſule, [2] à quibus præmiſſus tabellarius eſſet, * Ante diem ſextum Calend. Octobris, hora ferè ſecunda legati [3] urbem ingreſſi ſunt, ingentem ſecum occurrentium, quacumque ibant, proſequentiumque trahentes turbam, in forum ad tribunal perrexerunt. Senatus fortè in curia erat: eo legatos conſul introduxit. Ibi tantum temporis retenti, dum exponerent, *quantæ regiæ copiæ peditum equitumque fuiſſent, quot millia ex his cæſa, quot capta forent; quam paucorum militum jactura tanta hoſtium ſtrages facta; quam* *cum*

1 *Socioſque navales conjuratos*] Ut conjurationem vocare ſolebant genus quoddam militiæ à ſacramento diverſum: ita à militibus conjuratos ſejunxit Livius, ut milites ſint qui ſacramento dixerunt: *conjurati* qui una jurarunt ſimul, non ſinguli ſacramento dixerunt: quibus quia juſtum militiæ ſacramentum deerat, proinde nec juſti milites cenſebantur. *Socii navales* erant, qui propter cenſus exiguitatem non ad terreſtria bella legioneſque centuriabantur: ſed in claſſe belloque navali militabant. Polybius: πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων. τούτους δὲ παρίασι πάντας τὴν ναυτικὴν χρείαν. *Turnebus.*

2 *A quibus præmiſſus tabellarius eſſet. Ad* VI *K. Octob.*] Et hic vox una deeſt ad integritatem ſententiæ. *A quibus præmiſſus tabellarius eſſet, veniſſent,* A. D. VI *K. Octob.* &c. *Sigonius.*

Præmiſſus tabellarius eſſet, veniſſent] Ultimam vocem ad integrandam ſententiam adjecit Sigonius. Potuit levius: *quum legati ab L. Æmilio conſule, à quibus præmiſſus tabellarius, adeſſent.* J. F. Gron.

3 *Urbem ingreſſi ſunt, ingentem*] Delefidenter τὸ *ſunt*, quod magis impedit quam juvat orationem. *Idem.*

 1 *Con-*

cum paucis rex fugiſſet: exiſtimari Samothraciam petiturum; paratam claſſem ad perſequendum eſſe. neque terra, neque mari elabi poſſe. eadem hæc paulo poſt in concionem traducti expoſuerunt: renovataque lætitia, quum conſul edixiſſet, *ut omnes ædes ſacræ aperirentur, pro ſe quiſque ex concione ad gratias agendas ire Diis:* ingentique turba, non virorum modo, ſed etiam fœminarum, [1] conferta tota urbe deorum immortalium templa. Senatus revocatus in curiam, ſupplicationes ob rem egregie geſtam ab L. Æmilio conſule in quinque dies circa omnia pulvinaria decrevit, hoſtiiſque majoribus ſacrificari juſſit. Naves, quæ in Tiberi paratæ inſtructæque ſtabant, ut, ſi rex poſſet reſiſtere, in Macedoniam mitterentur, ſubduci, & in navalibus collocari: ſocios navales dato annuo ſtipendio dimitti, & cum his omnes, qui in conſulis verba juraverant: & quod militum Corcyræ, Brundiſii, ad mare ſuperum, aut in agro Larinati eſſet (omnibus his locis diſpoſitus exercitus fuerat, cum quo, ſi res poſceret, C. Licinius collegæ ferret opem) hos omnes milites dimitti placuit. [2] Supplicatio pro concione populi indicta eſt [3] ex ante diem quintum Idus Octob. cum eo die in quinque dies.
3 Ex Illyrico duo legati, C. Licinius Nerva, & P. Decius, nunciarunt, exercitum Illyriorum cæſum: Gentium regem captum in ditione populi Romani & Illyricum eſſe. Ob eas res geſtas ductu auſpicioque L. Ani-

1 *Conferta tota urbe deorum immortalium templa, ſen. revoc.*] Et hic intercidit vox una: *Deorum immortalium templa adierunt.* Sigonius.

Conferta tota urbe deorum immortalium templa] Rurſus immittit Sigonius, *adierunt.* Quod non eſſe neceſſe animadvertes, ſi aut *τὸ ire* accipies pro *ibant*, aut mutabis in *iere.* Narrat enim, ſimulatque conſul edixiſſet, ut omnes ædes ſacræ aperirentur, pro ſe quemque profectum ex concione ad grates diis agendas & templa ingenti turba hominum conferta vel impleta fuiſſe. *J. F. Gron.*

2 *Supplicatio pro concione populi*] Scribe *populo:* ut is caſus regatur à verbo *indicere*, non à nomine *concio*. Ita enim dicebant ſimpliciter *pro concione*. Lib. 7. *Dictator miris pro concione eam pugnam laudibus tulit.* Tacitus 1 Annal. *Stabant pro concione legiones deſtrictis gladiis.* Idem.

3 *Ex ante ad V Idus Octob.*] Lege, *ex ante diem V Idus Octobr.* ut ſupra. *Sigonius.*

1 *Sena-*

L. Anicii prætoris [1] ſenatus in triduum ſupplicationes decrevit; ut Latinæ edictæ à conſule ſunt in ante quartum & tertium & pridie Idus Novembr. Tradidere quidam, [2] legatos Rhodios nondum miſſos, poſt victoriam nunciatam, velut ad ludibrium ſtolidæ ſuperbiæ, in ſenatum vocatos eſſe. [3] Ibi Ageſipolim principem eorum ita locutum: *Miſſos eſſe legatos ab Rhodiis ad pacem inter Romanos & Perſea faciendam: quod id bellum grave atque incommodum Græciæ omni, ſumptuoſum ac damnoſum ipſis Romanis eſſet. Fortunam perbene feciſſe, quando finito aliter bello, gratulandi ſibi de victoria egregia Romanis opportunitatem dediſſet.* Hæc ab Rhodio dicta. Reſponſum ab ſenatu eſſe; *Rhodios nec utilitatum Græciæ, neque cura impenſarum populi Romani, ſed pro Perſeo legationem eam miſiſſe. Nam ſi ea fuiſſet cura, quæ ſimularetur, tum mittendos legatos fuiſſe, quum Perſeus in Theſſalia exercitu inducto, per biennium Græcas urbes, alias obſideret, alias denunciatione armorum terreret. Tum nullam pacis ab Rhodiis mentionem factam. Poſtquam ſuperatos ſaltus* [4] *tranſgreſſoſque in Macedoniam Romanos audirent,*

1 *Senatus in trid. ſuppl. decr. ut Latinæ ed. ſunt in ante* IIII *&* III *& prid. Id. Nov.*] Senſus eſt: Supplicationes edictæ ſunt in certos dies, perinde atque Latinæ indici ſolent. non enim hic de Latinis indicendis loquitur, quippe quæ in quatriduum hoc tempore indicerentur, non in triduum. præterea lego: *in ante d.* IIII. Sigonius.

Ut Latinæ edictæ ſunt in ante] Senſus eſt, inquit Sigonius, Supplicationes edictæ ſunt in certos dies, perinde atque Latinæ indici ſolent. Mihi non modo hæc comparatio, ſed omnis omnino mentio *Latinarum* hoc loco incommoda & ab ingenio Livii aliena videtur: ſive malis, *in triduum ſupplicationes decrevit, quæ edictæ à conſule ſunt*; ſive, *ſupplicationes decrevit, & feriæ edictæ*, nempe illarum ſupplicationum ergo. Ubi quum voci *feriæ* adſcripſiſſet ineptus interpres *Latinæ*, explicatio pro illa, quam putaverant, gloſſa invaſit. *Joan. Fred. Gronovius.*

Ut Latinæ edictæ] Reſpice lector, ad literas, & conſidera, an non omnis hæc moleſtia in genuinam Livii manum tranſierit, ſcribendo, *& ſtatim edictæ.* Jac. Gron.

2 *Legatos Rhodios nondum miſſos*] Repone *admiſſos.* J. F. Gron.

3 *Ibi Agepolim principem eorum*] Lege: *Ageſipolin.* hoc enim nomen hominis, ut conſtat ex multis Polybii locis. Apud quem hæc ipſa oratio eſt: ἐλθεῖν μὲν ἔρχσαν διαλύσοντας τὸν πόλεμον· τὸν γὰρ δῆμον τῶν Ῥοδίων ἑλκόμενον τοῦ πολέμου καὶ πλείω χρόνον θεωροῦντα, διότι πᾶσι μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἀλυσιτελὲς καὶ αὐτοῖς δὲ Ῥωμαίοις, διὰ τὸ μέγεθος τῶν δαπανημάτων, ἐλθεῖν ἐπὶ ταύτην τὴν γνώμην· νῦν δὲ λελυμένου τοῦ πολέμου κατὰ τὴν τῶν Ῥοδίων βούλησιν συγχαίρειν αὐτοῖς· *Idem.*

4 *Tranſgreſſoſque in Macedoniam Romanos audirent*] Lege *audierint.* Idem.

rent, & incluſum teneri Perſea, tunc Rhodios legationem miſiſſe; non ad ullam aliam rem, quam ad Perſea ex imminenti periculo
4 *eripiendum.* cum hoc reſponſo legatos dimiſſos. Per eoſdem dies & M. Marcellus ex provincia Hiſpania decedens, Marcolica nobili urbe capta, decem pondo auri, & argenti ad ſummam ſeſtertii decies in ærarium retulit. Paullus Æmilius conſul quum caſtra, ut ſupra dictum eſt, [1] ad Siras terræ Odomanticæ haberet, quum literas ab rege Perſeo [2] per ignobiles tres legatos cerneret, & ipſe illacrimaſſe dicitur ſorti humanæ: quod qui paulo antè non contentus regno Macedoniæ, Dardanos Illyrioſque oppugnaſſet, [3] Baſtarnarum exciviſſet auxilia; is tum amiſſo exercitu, extorris regno, in parvam inſulam compulſus, ſupplex, fani religione, non viribus ſuis tutus eſſet. Sed poſtquam, *Regem Perſea conſuli Paullo ſalutem*, legit; miſerationem omnem ſtultitia ignorantis fortunam ſuam exemit. Itaque quamquam in reliqua parte literarum minime regiæ preces erant, tamen ſine reſponſo ac ſine literis ea legatio dimiſſa eſt. Senſit Perſeus, cujus nominis obliviſcendum victo eſſet: itaque alteræ literæ cum privati nominis titulo miſſæ, & petiere, & impetravere, ut aliqui ad eum mitterentur, cum quibus loqui de ſtatu & conditione ſuæ fortunæ poſſet. Miſſi ſunt tres legati, P. Lentulus, A. Poſtumius Albinus, A. Antonius. nihil ea legatione perfectum eſt, Perſeo regium nomen omni vi amplectente; Paullo, ut ſe ſuaque omnia in fidem & clementiam populi Romani
5 permitteret, contendente. Dum hæc aguntur, claſſis Cn. Octavii Samothracam eſt appulſa. Is quoque præſenti admoto terrore, modo minis, modo ſpe perlicere, ut

1 *Ad Siras terræ Odomanticæ*] Stephanus: Σίρες, ἔθνος Θρᾴκης, Ὀδόμαντοι, ἔθνος Θρᾴκης. *Sigonius.*

2 *Per ignobiles tres legatos*] Videtur excidiſſe *miſſas*. Muretus.

3 *Baſtarnarum ſcripſiſſet auxilia*] Prima editio, *civiſſet*. Scribe, *exciviſſet*. Lib. 27. *Metapontinos civitatem univerſam excitam ſedibus ſuis.* Lib. 28. *Juventute Celtiberorum excita.* Lib. 44. *Indignantium ſe fruſtra excitos ſedibus ſuis.* J. F. Gron.

1 *Pol-*

ut ſe traderet quum conaretur; adjuvit in hoc eum res, ſeu caſu contracta, ſeu conſilio. L. Atilius illuſtris adoleſcens quum in concione eſſe populum Samothracum animum advertiſſet; à magiſtratibus petiit, ut ſibi paucis alloquendi populi poteſtatem facerent. Permiſſo, *Utrum nos, hoſpites Samothraces, verè accepimus an falſo, ſacram hanc inſulam, & auguſti totam atque inviolati ſoli eſſe?* Quum creditæ ſanctitati aſſentirentur omnes, *Cur igitur*, inquit, [1] *pollutam homicida ſanguine regis Eumenis violavit? & quum omnis præfatio ſacrorum eos, quibus non ſint puræ manus, ſacris arceat, vos penetralia veſtra contaminari cruento latronis corpore ſinetis?* Nobilis fama erat apud omnes Græciæ civitates, Eumenis regis per Euandrum Delphis propè perpetrata cædes. Itaque præterquam quod in poteſtate Romanorum ſeſe inſulamque totam & templum cernebant eſſe, ne immerito quidem ea ſibi exprobrari rati, Theondam, qui ſummus magiſtratus apud eos erat (regem ipſi appellant) ad Perſea mittunt, qui nunciaret, *Argui cædis Euandrum Cretenſem. eſſe autem judicia apud ſeſe more majorum comparata, de iis, qui inceſtas manus intuliſſe intra terminos ſacratos templi dicantur. Si conſideret Euander, innoxium ſe rei capitalis argui, veniret ad cauſſam dicendam: ſi committere ſe judicio non auderet, liberaret religione templum, ac ſibimet ipſe conſuleret.* Perſeus evocato Euandro, *judicium ſubeundi nullo pacto auctor eſſe: nec cauſſa, nec gratia parem fore.* Suberat & ille metus, ne damnatus auctorem ſe nefandi facinoris protraheret. [2] reliqui quid eſſet, niſi ut fortiter moriatur? Nihil palam abnuere Euander: ſed quum, veneno ſe malle mori, quam ferro, dixiſſet; occultè fugam parabat. quod quum renunciatum regi eſſet, metuens, ne tamquam à ſe ſubtracto pœnæ reo iram Samothra-

1 *Pollutam homicida ſanguine regis Eumenis violavit*] Potius *pollutus*. J. F. Gron.

2 *Reliqui quid eſſet, niſi ut fortiter moriatur*] Hæc cum interrogatione legenda ſunt, hoc modo: *Reliqui quid eſſet, niſi ut fortiter moriatur?* Sigonius.

Reliqui quid eſſet, niſi ut fortiter moriatur] Scribe *eſſe*. pars enim hæc verborum Perſei ad Euandrum. *J. F. Gron.*

thracum in ſe converteret; interfici Euandrum juſſit. Qua perpetrata temere cæde, ſubiit extemplo animum, in ſe nimirum receptam labem, quæ Euandri fuiſſet: ab illo Delphis vulneratum Eumenem, ab ſe Samothracæ Euandrum occiſum. ita duo ſanctiſſima in terris templa ſe uno auctore ſanguine humano violata. Hujus rei crimen, corrupto pecunia Theonda, avertitur, ut renunciaret populo, Euandrum ſibiipſum mortem conſciviſſe.

6 Cæterum tanto facinore in unicum relictum amicum, ab ipſo per tot caſus expertum, proditumque quia non prodiderat, omnium ab ſe abalienavit animos. Pro ſe quiſque tranſire ad Romanos: fugæque conſilium capere ſolum prope relictum coëgerunt: Oroandemque Cretenſem, cui nota Thraciæ ora erat, quia mercaturas [1] in ea regione fecerat, appellat, ut ſe ſublatum in lembum ad Cotym deveheret. [2] Demetrium eſt portus in promontorio quodam Samothracæ; ibi lembus ſtabat. Sub occaſum ſolis deferuntur, quæ ad uſum neceſſaria erant: defertur & pecunia, quanta clam deferri poterat. Rex ipſe nocte media, cum tribus conſciis fugæ, per poſticum ædium in propinquum cubiculo hortum, atque inde maceriam ægre tranſgreſſus, ad mare pervenit. Oroandes jam tum, dum pecunia deferretur, primis tenebris ſolverat navem, ac per altum Cretam petebat. Poſtquam in portu navis non inventa eſt, vagatus Perſeus aliquamdiu in littore, poſtremo timens lucem jam appropinquantem, in hoſpitium redire non auſus, in latere templi prope angulum obſcurum delituit. Pueri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi, ad miniſterium electi regis: ea cohors proſecuta regem fugientem, ne tum quidem abſcedebat, donec juſſu Cn. Octavii pronun-

1 *In ea regione fecerat, appellat*] Aut ſcribendum *appellare*, ut referatur ad τὸ *coëgerunt*: aut quod magis placet, delendum τὸ *que*, ut ſit: *relictum coëgerunt. Oroandem Cretenſem, cui nota Thraciæ ora erat, quia mercaturas in ea regione fecerat, appellat.* J. F. Gron.

2 *Demetrium eſt portus*] Hujus etiam portus meminit Plutarchus in Paullo. *Sigonius.*

1 *Ion*

nunciatum eſt per præconem, *Regios pueros, Macedonaſque alios, qui Samothracæ eſſent, ſi tranſirent ad Romanos, incolumitatem, libertatemque & ſua omnia ſervaturos, quæ aut ſecum haberent, aut in Macedonia reliquiſſent.* Ad hanc vocem tranſitio omnium facta eſt, nominaque dabant ad C. Poſtumium tribunum militum. Liberos quoque parvos regios [1] Ion Theſſalonicenſis Octavio tradidit: nec quiſquam, præter Philippum, maximum natu è filiis, cum rege relictus. Tum ſeſe filiumque Octavio tradidit; fortunam Deoſque, [2] quorum in templo erant, nulla ope ſupplicem juvantes, accuſans. In prætoriam navem imponi juſſus: eodem & pecunia, quæ ſuperfuit, delata eſt: extemploque claſſis Amphipolim repetit. Inde Octavius regem in caſtra ad conſulem miſit; præmiſſis literis, ut in poteſtate eum eſſe & adduci ſciret. Secundam eam Paullus, 7
ſicut erat, victoriam ratus, victimas cecidit eo nuncio. & conſilio advocato, literas prætoris quum recitaſſet, Q. Ælium Tuberonem obviam regi miſit: cæteros manere in prætorio frequentes juſſit. Non alias ad ullum ſpectaculum tanta multitudo occurrit. Patrum ætate Syphax rex captus, in caſtra Romana adductus erat: præterquam quod nec ſua, nec gentis fama comparandus, [3] tunc quoque acceſſio Punici belli fuerat, ſicut Gen-

1 *Ion Theſſalonicenſis*] *Io*, ſcribendum. edit enim *Ionis*, Plutarcho auctore in Paullo: τὰ δὲ παιδία συλλαβὼν αὐτὸς Ἴωνι ἐνεχείρισεν. *Sigonius.*

2 *Quorum in templo erant*] Præpoſitio non habetur in primo exemplari. Scribe: *quorum templum erat.* Plutarchus: καὶ διατρίβων ἐπὶ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν. *J. F. Gron.*

3 *Tunc quoque acceſſio Punici belli fuerat*] Ocius dele verbum *fuerat*, indocti additamentum interpretis. Lib. 7. *Campani, haud parva, ut arbitror, acceſſio bonis rebus veſtris, in amicitiam venimus veſtram.* Lib. 30. *Verminam etiam Syphacis filium, quæ parva bene geſtæ rei acceſſio erat, devictum.* Lib. 38. *Niſi & ipſius fama ſepulti laceretur, & frater inſuper, acceſſio invidiæ, mactetur.* Seneca ad Marciam cap. ult. *Nos quoque, felices animas & æternas ſortiti, quum Deo viſum erit iterum iſta moliri, labentibus cunctis & ipſi parva ruinæ ingentis acceſſio, in antiqua elementa vertemur.* Ita legendum. Valerius Maximus lib. 5, 7. *Nec acceſſio glorioſæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt.* Non enim *acceſſor*, non *accenſor*, ut volunt. Idem lib. 9, 1. *Nam Ptolomæus acceſſio vitiorum ſuorum vixit.* Sic omnes ſcripti alicujus numeri: non *acceſſione:* quaſi diceret præcipuum in Ptolomæo; non fuiſſe ipſum, ſed vitia, quorum eum jure acceſſionem vel partem diceres. Nec

ſecus

Gentius Macedonici. Perſeus caput belli erat: nec ipſius tantum, patris avique, quos ſanguine ac genere contingebat, fama conſpectum eum efficiebat: ſed effulgebant Philippus ac Magnus Alexander. qui ſummum imperium in orbe terrarum Macedonum fecerant. [1] Pullo amictus illo Perſeus ingreſſus eſt caſtra; [2] nullo ſuorum alio comite, qui ſocius calamitatis miſerabiliorem eum faceret. progredi præ turba occurrentium ad ſpectaculum non poterat, [3] donec conſul lictores miſiſſet; qui ſummovendo iter ad prætorium facerent. Conſurrexit conſul, & juſſis ſedere aliis, progreſſuſque paulum, introëunti regi dextram porrexit, ſummittentemque ſe ad pedes, ſuſtulit: nec attingere genua paſſus, introductum in tabernaculum, adverſus ad-
8 vocatos in conſilium conſidere juſſit. Prima percontatio fuit, *qua ſubactus injuria contra populum Romanum bellum tam infeſto animo ſuſcepiſſet, quo ſe regnumque ſuum ad ultimum diſcrimen adduceret?* Quum reſponſum exſpectantibus cunctis, terram intuens, diu tacitus fleret, rurſum conſul: *Si juvenis regnum accepiſſes, minus equidem mirarer ignoraſſe te, quam gravis aut amicus, aut inimicus eſſet populus Romanus. nunc vero, quum & bello patris tui, quod nobiſcum geſſit, interfuiſſes, & pacis poſtea, quam cum ſumma fide adverſus eum coluimus, meminiſſes; quod conſilium, quorum & vim bello,*

ſecus dixerat noſter hoc libro cap. 26. *Quæ vos rabies, inquit, agitat, qui duorum hominum noxæ civitatem acceſſionem facitis?* Non *civitatis*, ut editur. Florus lib. 3, 1, de Boccho: *ubi diffiſus rebus ſuis, alienæ cladis acceſſio fieri timet.* Habes & bis infra hoc libro c. 39. *J.F.Gr.*

1 *Pullo amictus illo Perſeus ingreſſus*] Vide ne ſit legendum: *Pullo amictu ille ingreſſus*: & *Perſeus* tamquam gloſſema delendum ſit. *Sigonius.*

Pullo amictus villo Perſeus] Scriptus: *Pullo amictus illo*: unde neſcio quis *palla.* Sigonius, *Pulla amictus abolla*, vel *Pullo amictus ille ingreſſus*; Turnebus quod editur, vel, *filo*, vel *Pullo amiculo*: Fulvius, *Pullo amictus ſolus Perſeus*: Lipſius, *Pullo amictus ſimul filio.* Philippo nimirum, qui minoribus natu ab Ione traditis apud Patrem manſerat, & ſimul cum eo ſeſe Octavio dedidit. Cæterum, quia in unico libro verba non ſemel fuere tranſpoſita, de quo & Sigonius queritur, veniebat in mentem: *Pullo amictus Perſeus ingreſſus eſt caſtra; filio, nullo ſuorum alio comite.* J. F. Gron.

2 *Ullo ſuorum alio comite*] Manutius legit: *nullo ſuorum alio præter Philippum filium comite.* Sigonius.

3 *Donec conſul lictores miſiſſet*] Scribe, *miſit.* J. F. Gron.

1 *Per*

bello, & fidem in pace expertus eſſes, cum iis tibi bellum eſſe, quam pacem malle? Nec interrogatus, nec accuſatus, quum reſponderet; *Utcumque tamen hæc, ſive errore humano, ſeu caſu ſeu neceſſitate inciderunt, bonum animum habe: multorum regum, populorum caſibus, cognita populi Romani clementia, non modo ſpem tibi, ſed prope certam fiduciam ſalutis præbet.* Hæc Græco ſermone Perſeo, Latine deinde ſuis: *Exemplum inſigne cernitis*, inquit, *mutationis rerum humanarum? Vobis hoc præcipue dico juvenes. ideo in ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbe ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ; quum, quid veſper ferat, incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.* Conſilio dimiſſo, tuendi cura regis Q. Ælio mandatur. Eo die & invitatus ad conſulem Perſeus, & alius omnis ei honos habitus eſt; qui haberi in tali fortuna poterat. Exercitus deinde in hiberna dimiſſus eſt: 9
maximam partem copiarum Amphipolis, reliquas propinquæ urbes acceperunt. Hic finis belli, quum quadriennium continuum bellatum eſſet, inter Romanos ac Perſea fuit: idemque finis incliti [1] per Europæ plerumque atque Aſiam omnem regni. [2] Viceſimum ab Carano, qui primus regnavit, Perſea numerabant. Perſeus, Q. Fulvio, L. Manlio conſulibus, regnum accepit: à ſenatu rex eſt appellatus, M. Junio, A. Manlio conſulibus: regnavit undecim annos. Macedonum obſcura admodum fama uſque ad Philippum Amyntæ filium fuit: inde ac per eum creſcere cum cœpiſſet, Europæ ſe tamen finibus continuit; Græciam omnem ac partem Thraciæ atque Illyrici amplexa. Superfudit deinde ſe in Aſiam: & tre-

1 *Per Europæ plerumque*] *Plerumque Europæ* dixit, ut Salluſtius in Jugurtha: *Plerumque noctis. Sed ubi plerumque noctis proceſſit.* Sigonius.

2 *Viceſimum ab Carano, qui pr. regn. Perſea num.*] Juſtinus libro 34. *Macedonia*, inquit, *ab Carano, qui primus in ea regnavit uſque ad Perſeum triginta reges habuit.* Euſebius autem quadraginta reges Macedoniæ uſque ad Perſeum nominat, ut dubitandum non ſit, quin ex notis numerorum, & apud Livium, & apud Juſtinum menda manaverit, & utrobique XL legendum ſit. *Idem.*

& tredecim annis, quibus Alexander regnavit, primum omnia, qua Perſarum prope immenſo ſpatio imperium fuerat, ſuæ ditionis fecit. Arabas hinc Indiamque, [1] qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragravit. tum maximum in terris Macedonum regnum nomenque, inde morte Alexandri [2] diſtractum in multa regna; dum ad ſe quiſque opes rapiunt lacerantes viribus; à ſummo culmine fortunæ ad ultimum finem centum quinquaginta annos ſtetit. Victoriæ Romanæ fama quum pervaſiſſet in Aſiam, Antenor, qui cum claſſe lemborum ad Phanas ſtabat, Caſſandriam inde trajecit. C. Popillius, qui ad Delum præſidio navibus Macedoniam petentibus erat, poſtquam debellatum in Macedonia, & ſtatione ſummotos hoſtium lembos audivit, dimiſſis & ipſe Atticis navibus, ad ſuſceptam legationem peragendam navigare Ægyptum pergit: ut prius occurrere Antiocho poſſet, quam ad Alexandriæ mœnia accederet. Cum prætervehenrentur Aſiam legati, & Loryma veniſſent, qui portus viginti paulo amplius millia ab Rhodo abeſt, ex adverſo urbi ipſi poſitus; principes Rhodiorum occurrunt (jam enim eo quoque victoriæ fama perlata erat) orantes, *ut Rhodum deveherentur. pertinere id ad famam ſalutemque civitatis, noſcere ipſos omnia, quæ acta eſſent, agerenturque Rhodi, & comperta per ſe, non vulgata fama, Romam referre.* Diu negantes perpulerunt, ut moram navigationis brevem pro ſalute ſociæ urbis paterentur. Poſtquam Rhodum ventum eſt, in concionem quoque eos iidem precibus pertraxerunt. Adventus legatorum auxit potius timorem civitati, quam minuit: omnia enim Popillius, quæ ſinguli univerſique eo bello hoſti-

1 *Qua terrarum ultimus finis*] Forte, *ultimos fines.* Lib. 36. *Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare Rubrum Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit.* Lib. 38. *Imperium populi Romani propagaverit in ultimos terrarum fines.* J. F. Gron.

2 *Diſtractum in multa regna, dum ad ſe quiſque opes rapiunt lacerantes*] Velim, *dum ad ſe quiſque opes rapiunt, laceratis viribus.* Infra: *ambo infirmos diſtractis viribus & omnibus injuriis obnoxios fore.* Idem.

hoſtiliter dixerant, fecerantque, retulit. & vir aſper ingenio, augebat atrocitatem eorum quæ dicerentur, vultu truci & accuſatoria voce: [1] ut quum propriæ ſimultatis nulla cauſſa cum civitate eſſet, ex unius ſenatoris Romani acerbitate, qualis in ſe univerſi ſenatus animus eſſet, conjectarent. C. Decimii moderatior oratio fuit, qui in plerique eorum, quæ commemorata à Popillio eſſent, *Culpam non penes populum, ſed* [2] *penes paucos concitores vulgi eſſe* dixit. *eos venalem linguam habentes decreta plena regiæ aſſentationis feciſſe: & eas legationes miſiſſe, quarum Rhodios ſemper non minus puderet, quam pœniteret.* [3] *Quæ omnia, ſi tamen populo foret, in capita noxiorum verſura.* Cum magno aſſenſu auditus eſt, non magis eo quod multitudinis noxam elevabat, quam quod culpam in auctores verterat. Itaque quum principes eorum Romanis reſponderent, nequaquam tamen tam grata oratio eorum fuit, qui, quæ Popillius objecerat, diluere utcumque conati ſunt; quam eorum, qui Decimio in auctoribus ad piaculum noxæ objiciendis aſſenſi ſunt. Decretum igitur extemplo, ut qui pro Perſeo adverſus Romanos dixiſſe quid, aut feciſſe, convincerentur, capitis condemnarentur. Exceſſerunt urbe ſub adventu Romanorum quidam, alii mortem ſibi conſciverunt. Legati, non ultra quam quinque dies

Rhodi

1 *Ut cum propriæ ſimultatis*] Hæc multo forent clariora, ſi ſic ſcriberentur: *ut ex unius ſenatoris Romani, cui propriæ ſimultatis nulla cauſa cum civitate eſſet, acerbitate, qualis in ſe univerſi ſenatus animus eſſet, conjectarent.* J. F. Gron.

2 *Penes paucos concitatores vulgi*] Eſt imprudentium correctorum: nam vetus liber habuit: *concitores*: quod jam non ſemel noſtro reddidimus. *Idem.*

3 *Quæ omnia ſi tamen populo foret, in cap. noxi. verſ.*] Suſpicor ita legendum: *Quæ omnia, ſi poteſtas populo foret.* Nam *poteſtas*, & *tam* decepiſſe librarium imperitum videntur. Hanc certe vocem ſententia poſtulat. *Sigonius*

Si poteſtas populo foret] Sigonii commentum: nam exemplar ſcriptum: *ſi tamen populo foret.* Nec poteſtati locum hic video: quis enim impediret, ne eſſet poteſtas? Scribe: *Quæ omnia, ſi is animus populo foret, in capita noxiorum verſura.* Qualem nempe deſcripſerat, dum ipſos excuſat. *J. F. Gron.*

Si tamen populo foret] In literis ſecundæ vocis latent clare ſatis *ea mens*: & ita ſcribendum cenſeo, quum ad ſententiam hanc tantum pater concurrerit. Livius *lib.* 40, 34. *Mens vero ut nova & orationi conveniens eſſet.* Ad eandem conjecturam ſe quoque Perizonius delatum mihi ſignificavit. *Jac. Gron.*

1 Quam

Rhodi morati, Alexandriam proficiſcuntur. Nec eo ſegnius judicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur, [1] quam perſeverantiam in exſequenda re Decimii lenitas*,
11 Quum hæc gererentur, Antiochus, [2] fruſtra tentatis mœnibus Alexandriæ, abſceſſerat: cæteraque Ægypto potitus, relicto Memphi majore Ptolomæo, cui regnum quæri ſuis viribus ſimulabat, ut victorem mox aggrederetur, in Syriam exercitum abduxit. Nec hujus voluntatis ejus ignarus Ptolomæus, dum conterritum obſidionis metu minorem fratrem haberet, poſſe ſe recipi Alexandriæ, & ſorore adjuvante & non repugnantibus fratris amicis, ratus; primum ad ſororem, deinde ad fratrem amicoſque ejus non prius deſtitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret. Suſpectum Antiochum effecerat, quod, [3] cætera Ægypto ſibi tradita, Peluſii validum relictum erat præſidium. apparebat clauſtra Ægypti teneri. [4] ut, quum vellet, rurſus exercitum induceret. Bello inteſtino cum fratre eum exitum fore, ut victor feſſus certamine, nequaquam par Antiocho futurus eſſet. Hæc prudenter animadverſa à majore, cum aſſenſu minor frater, quique cum eo erant, acceperunt: ſoror plurimum adjuvit; non conſilio modo, ſed etiam precibus. Itaque conſentientibus cunctis, pace facta Alexandriam recipitur, ne multitudine quidem adverſante: quæ in bello non per obſidionem modo, ſed etiam poſtquam à mœnibus abſceſſum eſt, quia nihil ex Ægypto ſubvehebatur, omnium rerum attenuata inopia erat. His quum lætari Antiochum conveniens eſſet, ſi reducendi ejus cauſſa exercitum Ægyptum induxiſſet, quo ſpecioſo titulo ad omnes Aſiæ & Græciæ civitates legationi-

1 *Quam perſ. in exeq. re Decimii lenitas. Cum hæc*] Si ſenſum diligenter attendas, profecto hanc vocem excidiſſe intellexeris, *Decimii lenitas afferebat*. Sigonius.

2 *Fruſtra tentatis mœnibus Alexandriæ abſceſſerat*] Livii putem: *Antiochus, fruſtra tentatis mœnibus; Alexandria abſceſſerat*. J. F. Gron.

3 *Cætera Ægypto ſibi tradita Peluſii validum relictum erat*] Commodius *reliquerat*. Idem.

4 *Ut quum velit, rurſus exercitum induceret*] Lege, *vellet*. Idem.

1 *Circa*

tionibus recipiendis literiſque dimittendis uſus erat, adeo eſt offenſus, ut multo acrius infeſtiuſque adverſus duos, quam ante adverſus unum, pararet bellum. Cyprum extemplo claſſem miſit: ipſe primo vere cum exercitu Ægyptum petens, in Cœlen Syriam proceſſit. [1] Circa Rhinocolura Ptolemæi legatis agentibus gratias, quod per eum regnum patrium recepiſſet, petentibuſque, ut ſuum munus tueretur, & diceret potius quid fieri vellet, quam hoſtis ex ſocio factus vi atque armis ageret; reſpondit; *Non [a]liter neque claſſem revocaturum, neque exercitum reducturum, niſi ſibi & tota Cypro & Peluſio, agroque, qui circa Peluſiacum oſtium Nili eſſet, cederet:* diemque præſtituit, intra quam de conditionibus peractis reſponſum
acciperet. Poſtquam dies data induciis præteriit. * [2] na- 12
vigantibus oſtio Nili ad Peluſium, per deſerta Arabiæ * ad Memphim incolebant, & ab cæteris Ægyptiis, partim voluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus deſcendit. [3] Ad Leuſinem tranſgreſſo flumen, qui locus quatuor millia ab Alexandria abeſt, legati Romani occurrerunt. quos quum advenientes ſalutaſſet, dextramque Popillio porrigeret; tabellas ei Popillius ſcriptum habentes tradit, atque omnium primum id legere jubet. [4] quibus perlectis, quum ſe conſideraturum adhi-

1 *Circa Rhinocolura*] Ptolemæus & Stephanus Ῥινοκόρουρα edunt. at Strabo, Ῥινοκόλουρα. *Sigonius.*

2 *Navigantibus oſtio Nili*] Loci manci & depravati hæc futura fuit ſententia. Loquitur de Antiocho ad ſubigendam Ægyptum revertente. *Navigantibus*, inquit, *oſtio Nili, quod eſt ad Peluſium per deſerta Arabiæ populi ſeſe dediderunt. Deinde receptus ab iis, qui ad Memphim incolebant, & ab cæteris Ægyptiis partim voluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itinerib. deſcendit.* Locum autem aſteriſco notavi. *Idem.*

Navigantibus oſtio Nili] Senſus: *Poſtquam dies data induciis præteriit, navigans ab oſtio Nili ad Peluſium per deſerta Arabiæ ad Memphim, receptuſque & ab cæteris Ægyptiis.* J. F. Gron.

3 *Ad Leuſinem tranſgreſſo*] Legendum ſuſpicor: *ad Eleuſinem.* Sic enim vicus in Ægypto vocabatur, ubi docuit etiam Callimachus. Suidas in ejus vita: πρὶν ἢ συσταθῆναι τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας. *Turnebus.*

Ad Leuſinem] Lege *ad Eleuſinem* ex Strabone. Meminit & Athenæus lib. 13, ubi de concubinis Ptolomæi Philadelphi, καὶ Στρατονίκην, ἧς τὸ μέγα μνημεῖον ἐπὶ τῇ πρὸς Ἐλευσῖνι θαλάσσῃ. *Henr. Valeſius.*

4 *Quibus perfectis*] Malim *perlectis*: nam de literis loquitur. *Sigonius.*

adhibitis amicis, quid faciendum ſibi eſſet, dixiſſet; Popillius pro cætera aſperitate animi, virga quam in manu gerebat, circumſcripſit regem: ac, *Priuſquam hoc circulo excedas*, inquit, *redde reſponſum, ſenatui quod referam.* Obſtupefactus tam violento imperio, parumper quum hæſitaſſet; *Faciam*, inquit, *quod cenſet ſenatus.* Tum demum Popillius dextram regi, tamquam ſocio atque amico, porrexit. Die deinde finita quum exceſſiſſet Ægypto Antiochus, legati concordia etiam auctoritate ſua inter fratres firmata, inter quos vix dum convenerat, [1] pars Cyprum navigant: & inde, quæ jam vicerat prœlio Ægyptias naves, claſſem Antiochi dimittunt. clara ea per gentes legatio fuit, quod haud dubie adempta Antiocho Ægyptus habenti jam, redditumque patrium regnum ſtirpi Ptolomæi fuerat. Conſulum ejus anni, ſicut alterius clarus conſulatus inſigni victoria, ita alterius obſcura fama; quia materiam res gerendi non habuit. Jam primum cum legionibus ad conveniendum diem dixit, non auſpicato templum intravit. vitio diem dictam eſſe augures, quum ad eos relatum eſt, decreverunt. Profectus in Galliam circa Macros campos ad montes Siciminam & Papinum ſtativa habuit: deinde circa eadem loca cum ſociis nominis Latini hibernabat. Legiones Romanæ, quod vitio dies exercitui ad conveniendum dicta erat, Romæ manſerant. & prætores, præter C. Papirium Carbonem, cui Sardinia evenerat, in provincias iêre. eum jus dicere Romæ (nam eam quoque ſortem habebat) inter cives & peregrinos Patres cenſue-

1 *Pars Cyprum navigant*] Deſidero, quo altera pars legationis, quæ tamen trium tantum erat hominum, & cætera omnia communiter egit, abierit. Tum nihil tale Polybius Excerpt. Leg. 92, qui res in Ægypto & Cypro geſtas eidem adſcribit, atque utrobique τοὺς περὶ τὸν Ποπίλλιον, qui princeps erat legationis, memorat. Quid multa? Corrige: *inter quos vixdum convenerat pax, Cyprum navigant.* Solet non in membranis tantum, ſed & ipſis lapidibus ac nummis hoc modo PAXS ſcribi, quod quam facile in *Pars* tranſire potuerit, quis non videt? De his fratribus ſupra cap. 11. *Pace facta Alexandriam recipitur* major à minore. *Jac. Perizonius.*

2 Et

ſuerant. [1] Ut Popillius, & ea legatio, quæ miſſa ad Antiochum erat, Romam rediit: retulit, controverſias inter reges ſublatas eſſe, exercitumque ex Ægypto in Syriam reductum. Poſt, ipſorum regum legati venerunt: Antiochi legati, referentes, *Omni victoria potiorem pacem regi, quæ ſenatui placuiſſet, viſam: eumque haud ſecus, quam Deorum imperio, legatorum Romanorum juſſu paruiſſe.* gratulati deinde victoriam ſunt, [2] ad quam ſumma ope, ſi quid imperatum foret, adfuturum regem fuiſſe. Ptolomæi legati communi [3] nomine regis & Cleopatræ gratias egerunt, *Plus eos ſenatui populoque Romano, quam parentibus ſuis, plus quam Diis immortalibus debere: per quos obſidione miſerrima liberati eſſent: regnum patrium propè amiſſum recepiſſent.* Reſponſum ab ſenatu eſt, *Antiochum rectè atque ordine feciſſe, quod legatis paruiſſet, gratumque id eſſe ſenatui populoque Romano.* Regibus Ægypti, Ptolomæo Cleopatræque, *ſi quid per ſe boni commodique eveniſſet, id magnopere ſenatum lætari: daturumque operam, ut regni ſui maximum ſemper præſidium poſitum eſſe in fide populi Romani ducant.* Munera legatis ut ex inſtituto mittenda curaret, C. Papirio prætori mandatum. [4] Literæ deinde Macedonia allatæ, quæ victoriæ lætitiam geminarent: Perſea regem in poteſtatem conſulis veniſſe. Dimiſſis legatis, diſceptatum inter Piſanos Lunenſeſque legatos: Piſanis querentibus, 13

1 *Et Popilius & ea legatio*] Fortaſſis: *Ut Popilius & ea legatio.* Hoc autem dictum, ut notavimus ſuperius, *Virginius & tribuni, Syphax & captivi.* nam Popilius erat caput legationis. *J. F. Gron.*

2 *Ad quam ope, ſi quid imp. foret*] Legendum puto: *ad quam ſumma ope.* Sic enim lib. 1. *Rem ſumma ope taceri jubent* Item, *Cum bellum utrimque ſumma ope pararetur.* Et lib. 26. *Ad impediendam rem actam, quæ ſumma ope approperata erat.* Et Salluſt. in Jugurtha: *Summa ope eniſum eſt, ne tale decretum fieret.* Et lib. 27. *Summa ope orare.* Sic alias ſæpe uterque. Numquam vero *ope*; tantum. *Sigonius.*

3 *Nomine regis & Cleopatræ*] Poſſis ſuſpicari: *regum.* Ut & mox: *Regibus Ægypti Ptolomæis & Cleopatræ.* nam uterque fratrum regnabat. Polybius: ὅτι κατὰ τὴν Αἴγυπτον οἱ βασιλεῖς ἀπολελυμένοι τοῦ πρὸς Ἀντίοχον πολέμου, πρῶτον μὲν εἰς Ῥώμην πρεσβευτὴν ἐξέπεμψαν. Sed tamen etiam eleganter *reges Ægypti, Ptolomæus & Cleopatra.* De quo id etiam. *J. F. Gron.*

4 *Literæ deinde Macedonia allatæ*] Sic & Juſtinus lib. 12, 1. *Epiſtola Antipatri Macedonia ei redduntur.* Facile tamen excidere præpoſitio potuit. *Idem.*

tibus, agro ſe à colonis Romanis pelli: Lunenſibus affirmantibus, eum, de quo agatur, à triumviris agrum ſibi aſſignatum eſſe. Senatus, qui de finibus cognoſcerent ſtatuerentque, quinqueviros miſit; Q. Fabium Buteonem, P. Cornelium Blaſionem, Ti. Sempronium Muſcam, L. Nævium Balbum, C. Appuleium Saturninum. Et ab Eumene & ab Attalo, & ab Athenæo fratribus, communis legatio de victoria gratulatum venit. Et Maſgabæ regis Maſiniſſæ filio, Puteolis navem egreſſo, præſto fuit obviam miſſus cum pecunia L. Manlius quæſtor, qui Romam eum publico ſumptu perduceret. Advenienti extemplo ſenatus datus eſt. Is adoleſcens ita locutus eſt, ut, quæ rebus grata erant, gratiora verbis faceret. Commemoravit, quot pedites equiteſque, quot elephantos, quantum frumenti eo quadriennio [1] pater ſuus in Macedoniam miſiſſet. *Sed duas res ei rubori fuiſſe: unam, quod rogaſſet eum per legatos ſenatus, quæ ad bellum opus eſſent, & non imperaſſet: alteram, quod pecuniam ei pro frumento miſiſſet. Maſiniſſam meminiſſe, regnum à populo Romano partum auctumque & multiplicatum habere: uſu regni contentum, ſcire dominium & jus eorum, qui dederint, eſſe. Sumere itaque eoſdem, non ſe rogare æquum eſſe, neque emere ea ex fructibus agri ab ſe dati, quæ ibi proveniant. Id Maſiniſſæ ſatis eſſe & fore, quod populo Romano ſupereſſet. Cum iis mandatis à patre profectum, poſtea conſecutos equites, qui devictam Macedoniam nunciarent,* [2] *gratulatumque ſenatui, juberent, indicare, tantæ eam rem lætitiæ patri ſuo eſſe, ut Romam venire velit, Jovique optimo maximo in Capitolio ſacrificare, & grates agere: id, niſi moleſtum ſit, ut ei permittatur, ab ſenatu petere.*

14 Reſponſum regulo eſt: *Facere patrem ejus Maſiniſſam, quod virum gratum bonumque facere deceat,* [3] *ut pretium honoremque*

1 *Pater ſuus in Macedoniam miſit*] Scribe: *miſiſſet.* J. F. Gron.

2 *Gratulatumque ſenatui juberent indicare*] Turnebus, *gratularique ſenatui juberent & indicare.* Senſum eundem agnoſco in veteri ſcriptura. *Idem.*

3 *Ut pretium honoremque debito beneficio addat*] Forte: *honoremque verborum beneficio addat.* Juſtinus lib. 15. *Ipſius Demetrii privatum omne inſtrumentum*

que debito beneficio addat. Et populum Romanum ab eo, bello Punico, forti fidelique opera adjutum, & illum favente populo Romano regnum adeptum: æquitate ſua poſtea trium regum bellis deinceps omnibus functum officiis. Victoria vero populi Romani lætari eum regem mirum non eſſe, qui ſortem omnem fortunæ regnique ſui cum Romanis immiſcuiſſet. Grates Diis pro populi Romani victoria apud ſuos penates ageret, Romæ filium pro eo acturum. Gratulatum quoque ſatis ſuo ac patris nomine eſſe. Ipſum relinquere regnum, & Africa excedere, præterquam quod illi inutile eſſet, [1] *non eſſe è republica populi Romani, ſenatum cenſere.* [2] Petenti Maſgabæ; ut Hanno Hamilcaris filius * obſes in locum exigeret. Munera ex ſenatuſconſulto emere regulo quæſtor juſſus ex centum pondo argenti, & proſequi eum Puteolos, omnemque ſumptum, quoad in Italia eſſet, præbere, & duas naves conducere, [3] quibus ipſe comiteſque regis in Africam deveherentur: & comitibus omnibus liberis ſerviſque veſtimenta data. Haud ita multo poſt de altero Maſiniſſæ filio Miſagene literæ allatæ ſunt, miſſum eum ab L. Paullo poſt devictum Perſea in Africam cum equitibus ſuis; navigantem diſperſa claſſe in Hadriatico mari Brundiſium tribus navibus ægrum delatum. Ad eum cum iiſdem muneribus, quæ data Romæ fratri ejus erant, L. Stertinius quæſtor Brundiſium miſſus: juſſuſque curare, ut ædes hoſpi * * *

[4] In quatuor urbanas tribus deſcripti erant libertini, præter

tum ac familiam reddidit adjecto honore verborum. Suetonius Octavio cap. 66. *ſi parcius aut citra honorem verborum.* J. F. Gron.

1 *Non eſſe è republ. populi Rom.*] Malim, *è re pop, Rom.* Sigonius.

2 *Petenti Maſgabæ, ut Anno Amilcaris fil. hoſpes in loc. exig*] Deſiderantur verba nonnulla, & pro *hoſpes*, *obſes* lego. *Petenti*, inquit, *Maſgabæ, ut Anno Amilcaris filius obſes in locum* cujuſdam (alius obſidis Carthaginienſis, cujus nomen interiit) *Romanis à Pœnis mitteretur, reſpondit ſenatus, haud æquum videri, ut obſides à Carthaginienſibus arbitrio Maſaniſſæ exigeret.* Hæc forte ſententia futura fuit, quanquam verba nemo divinare poteſt: aſteriſco ergo notetur locus, ut vulnus acceptum indicetur omnibus. *Idem.*

3 *Quibus ipſe comiteſque regis*] Poſſis *regii*, aut *reguli*. Malim, *comiteſque ejus.* J. F. Gron.

4 *In quatuor urbanas trib.*] Hoc loco deſiderantur comitia conſularia, quibus conſules creati ſunt Q. Ælius Pætus,

ter eos, quibus filius quinquenni major ex Senatuſconſulto eſſet. Eos, ubi proximo luſtro cenſi eſſent, cenſeri juſſerunt: & eos, qui prædium prædiave ruſtica pluris ſeſtertiûm triginta millium haberent, cenſendi jus factum eſt. Hoc quum ita ſervatum eſſet, negabat Claudius *ſuffragii lationem injuſſu populi cenſorem cuiquam homini, nedum ordini univerſo adimere poſſe. Neque enim ſi tribu movere poſſet, quod ſit nihil aliud, quam mutare jubere tribum, ideo omnibus quinque & triginta tribubus emovere poſſe: id eſt, civitatem libertatemque eripere, non ubi cenſeatur finire, ſed cenſu excludere.* Hæc inter ipſos diſceptata; poſtremo eo deſcenſum eſt, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis ſortirentur, in quam omnes, qui ſervitutem ſerviſſent, conjicerent. Æſquilinæ ſors exiit: in ea Ti. Gracchus pronunciavit, libertinos omnes cenſeri placere. Magno ea res honori cenſoribus apud ſenatum fuit. gratiæ actæ & Sempronio, qui in bene cœpto perſeveraſſet: & Claudio, qui non impediſſet. Plures quam à ſuperioribus, [1] & ſenatu emoti ſunt, & equos vendere juſſi. omnes iidem ab utroque [2] & tribu remoti, & ærarii facti: neque ullius, quem alter notaret, ab altero levata ignominia. Petentibus, ut ex inſtituto ad ſarta tecta

tus, & M. Junius Pennus, & Prætoria, quibus prætores Q. Caſſius, M' Juvencius Thalna, Ti. Claudius Nero, Cn. Fulvius, C. Licinius Nerva, A. Manlius. Præterea initium expoſitionis rerum à cenſorib. Ti. Sempronio, & C. Claudio geſtarum. De quibus loquitur, cum ait: *In quatuor tribus urbanas.* Eſt autem intelligendum libertinos in quatuor tribus urbanas jam inde uſque à Ser. Tullio rege fuiſſe conjectos, auctore Dionyſio. poſt autem cum per omnes tribus diſperſi eſſent, in eaſdem quatuor eſſe redactos à C. Flaminino, & L. Æmilio cenſoribus, ut eſt ſcriptum in epitoma lib. 23. Nunc vero à Ti. Sempronio Graccho cenſore in unam Eſquilinam urbanam referri, auctore Livio. Neque enim audiendus eſt ille, qui de Viris illuſtribus ſcripſit, qui ita in Graccho tradit: *Cenſor libertinos, qui ruſticas tribus occuparant, in quatuor urbanas diviſit.* Sigonius.

1 *Et ſenatu emoti ſunt, & equos vendere juſſi*] De notis horum cenſorum ſcripſit etiam lib. 43. *Septem è ſenatu ejecti. In equitibus recenſendis triſtis admodum, atque aſpera cenſura fuit, multis equos ademerunt.* Ut mirer admodum ipſum quaſi ſui oblitum eadem hoc etiam libro, quod facere haud ſolitus eſt, iteraſſe. *Idem.*

2 *Et tribu remoti & ærarii facti*] Immo *moti*, ut lib. 42, 10. lib. 44, 16 & ſæpe alibi. *J. F. Gron.*

1 *C. Ci-*

tecta exigenda, & ad opera, quæ locaſſent, probanda, anni & bimenſis tempus prorogaretur; Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in ſenatum, interceſſit. Eodem anno [1] C. Cicereius ædem in monte Albano dedicavit, quinquennio poſtquam vovit. Flamen Martialis inauguratus eſt eo anno L. Poſtumius Albinus. Q. Æ- 16
lio, M. Junio conſulibus, de provinciis referentibus, cenſuere patres duas provincias Hiſpaniam rurſus fieri, quæ una per bellum Macedonicum fuerat: & Macedoniam Illyricumque eoſdem, L. Paullum & L. Anicium, obtinere, donec de ſententia legatorum, & res bello turbatas, [2] & ſtatum alium ejus regni formando compoſuiſſent. Conſulibus Piſæ & Gallia decretæ cum binis legionibus peditum, & equitum quadringentenis. Prætorum ſortes fuere, Q. Caſſii urbana, Manii Juvencii Thalnæ inter peregrinos, Ti. Claudii Neronis Sicilia, Cn. Fulvii Hiſpania citerior, C. Licinii Nervæ ulterior. A. Manlio Torquato Sardinia obvenerat. nequiit ire in provinciam; ad res capitales quærendas, ex ſenatuſconſulto retentus. De prodigiis deinde nunciatis ſenatus eſt conſultus. Ædes Deorum Penatium in Velia de cœlo tacta erat: [3] & in oppido Minervio duæ portæ & muri aliquantum. Anagniæ terra pluerat: & Lanuvii fax in cœ-

1 *C. Cicereius ædem in m. Alb. dedicavit, quinq. poſtq, vovit*] Sic lib. 42. *C. Cicereius prætor in Corſica ſignis collatis pugnavit. Voverat in ea pugna prætor ædem Junoni Monetæ.* Sigonius.

2 *Et ſtatum alium ejus regni*] Potius *eorum regnorum*, vel *utriuſque regni*: nam de Macedonico & Illyrio loquitur. *Idem.*

3 *Et in oppido Minervio*] Partem quandam Romæ mihi videtur intelligere, in qua templum Minervæ erat, quod *Minervium* dicebatur, ut *Dianium.* Varro lib. 4 de L. L. *Ceriolenſis quarticeps circa Minervium.* Sed & Athenas in Italia collocat quaſdam Stephanus: quod vocabulum Latinis auribus *Minervium* explicat. Erat & in Campania Athenæum promontorium Minervæ ſacrum, ad verbum *Minervium*: cum templo autem aliquid etiam oppidi erat. Non enim ſine tectis aliis ſolum deſertumque, ut opinor, Minervæ delubrum procul ab hominum cœtu exſulabat. De his igitur *Minerviis* melius fuerit intelligere. *Turnebus.*

Oppido Minervio] Aliter, quam Turnebus, de his exiſtimat Scaliger Append. ad Conjectan. Scribitque *oppido Minervii.* Sed errant ambo. Eſt enim *Minervium oppidum*, cujus meminit Velleius 1, 15. Ortelius & Cluverius ne attingunt quidem. *J. F. Gr.*

cœlo viſa erat. Et Calatiæ in publico agro M. Valerius civis Romanus nunciabat, è foco ſuo ſanguinem per triduum & duas noctes manaſſe. Ob id maxime decemviri libros adire juſſi, ſupplicationem in diem unum populo edixerunt. & quinquaginta capris in foro ſacrificaverunt: & aliorum prodigiorum cauſſa diem alterum ſupplicatio circa omnia pulvinaria fuit, & hoſtiis majoribus ſacrificatum eſt, & urbs luſtrata. Inde, quod ad honorem Deûm immortalium pertineret, decrevit ſenatus, *Ut quoniam perduelles ſuperati, Perſeus & Gentius reges cum Macedonia atque Illyrico in poteſtate populi Romani eſſent; ut, quanta dona Ap. Claudio, M. Sempronio Conſulibus, ob devictum Antiochum regem data ad omnia pulvinaria eſſent; tanta Q. Caſſius & Man. Juvencius prætores curarent danda.* Legatos dein-

17 de, quorum de ſententia Impp. L. Paullus, L. Anicius, componerent res, decreverunt: [1] decem in Macedoniam, quinque in Illyricum. In Macedoniam ſunt hi nominati, A. Poſtumius Luſcus, C. Claudius, ambo cenſorii: C. Licinius Craſſus, collega in conſulatu Paulli, tum prorogato imperio provinciam Galliam habebat. His conſularibus addidere Cn. Domitium Ænobarbum, Ser. Cornelium Sullam, L. Junium, C. Antiſtium Labeonem, T. Numiſium Tarquinienſem, A. Terentium Varronem. In Illyricum autem hi nominati, P. Ælius Ligus conſularis, C. Cicereius, & Cn. Bæbius Tamphilus (hic priore anno, Cicereius multis ante annis prætor fuerat) P. Terentius Tuſciveicanus, P. Manilius. Moniti deinde conſules à Patribus, ut, quoniam alterum ex his ſuccedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret; primo quoque tempore provincias aut compararent inter ſe aut ſortirentur. [2] ſortiti ſunt.

M. Ju-

1 *Decem in Macedoniam*] At nominat modo novem prætermiſſo uno, quum in Illyricum omnes quinque appellet; ut omnino unus iſte interciderit. Qui quis fuerit, haud liquide dixerim. Multa tamen me adducunt, ut ſuſpicer de Q. Marcio. *Jac. Gron.*

2 *Sortiti ſunt. M. Junio Piſæ*] Poteſt tolerari. Amat tamen Livius alibi: *Sortitis M. Junio Piſa obvenerunt*, &c. *Q. Ælio Gallia.* J. F. Gron.

1 *Tu*

M. Junio Piſæ obvenerunt (quem prius quàm in provinciam iret, legationes quæ undique Romam gratulatum convenerunt, introducere in ſenatum placuit) Q. Ælio Gallia. Cæterum quamquam tales viri mitterentur, quorum de conſilio ſperari poſſet, imperatores nihil indignum nec clementia nec gravitate populi Romani decreturos eſſe; tamen in ſenatu quoque agitata eſt ſumma conſiliorum, ut inchoata omnia legati ab domo ferre ad imperatores poſſent. *Omnium primum, liberos eſſe place-* 18
bat Macedonas atque Illyrios; ut omnibus gentibus appareret, arma populi Romani non liberis ſervitutem, ſed contra ſervientibus libertatem afferre. ut & in libertate gentes quæ eſſent, [1] *tutam eam ſibi perpetuamque ſub tutela populi Romani eſſe: & quæ ſub regibus viverent, & in præſens tempus mitiores eos juſtioreſque reſpectu populi Romani habere ſe; & ſi quando bellum cum populo Romano regibus fuiſſet ſuis, exitum ejus victoriam Romanis, ſibi libertatem allaturum crederent. Metalli quoque Macedonici, quod ingens vectigal erat, locationeſque prædiorum ruſticorum tolli placebat. nam neque ſine publicano exerceri poſſe: & ubi publicanus eſt, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem ſociis nullam eſſe. Ne ipſos quidem Macedonas idem exercere poſſe. ubi in medio præda adminiſtrantibus eſſet, ibi nunquam cauſſas ſeditionum & certaminis defore.* [2] *Commune concilium gentis eſſet, ne improbum vulgus, à ſenatu aliquando libertatem ſalubri moderatione datam, ad licentiam peſtilentem traheret. In quatuor regiones deſcribi Macedoniam, ut ſuum quæque concilium haberet, placuit: &* [3] *dimidium tributi quam quod regibus ferre ſoliti erant, populo Romano pendere.* Similia his & in Illyricum mandata. cætera ipſis imperatoribus legatiſque

1 *Tutam eam ſibi perpetuamque ſub tutela eſſe*] Videtur legendum: *Sub tutela populi Romani eſſe*, ſicut dixit: *arma pop. Rom.* & *reſpectu populi Rom.* Sigonius.

2 *Commune conſilium gentis eſſe*] Legendum eſt: *Commune concilium gentis nullum eſſe.* Senſus eſt: Commune concilium gentis nullum eſſe, ſed in quatuor regiones deſcribi Macedoniam, ut ſuum quæque concilium haberet, placuit. *Idem.* Maluiſſem ego: *concilium gentis ne eſſet.* Gruterus.

3 *Dimidium tributi quam quod*] Expunge τὸ *quam.* Sic capite 26. *J. F. Gron.*

tiſque relicta, [1] in quibus præſens tractatio rerum certiora ſubjectura erat conſilia.
19 Inter multas regum gentiumque & populorum legationes Attalus, frater regis Eumenis, maximè convertit in ſe omnium oculos, animoſque: exceptus enim eſt ab his, [2] qui ſimul eo bello militaverunt, haud paulò benignius quam ſi ipſe rex Eumenes veniſſet. Adduxerant eum duæ in ſpeciem honeſtæ res: una, gratulatio, conveniens in ea victoria quam ipſe adjuviſſet: altera, querimonia Gallici tumultus, [3] Advertæque gladiis regnum in dubium adductum eſſe. Suberat & ſecreta ſpes honorum præmiorumque ab ſenatu, quæ vix ſalva pietate ejus contingere poterant. erant enim quidam Romanorum quoque non boni auctores, qui ſpe cupiditatem ejus elicerent: *Eam opinionem de Attalo & Eumene Romæ eſſe, tanquam de altero Romanis certo amico, altero nec Romanis, nec Perſi fido ſocio. Itaque vix ſtatui poſſe, utrum quæ pro ſe, an quæ contra fratrem petiturus eſſet, ab ſenatu magis impetrabilia forent: adeò univerſos omnia,* [4] *& huic tribuere & illi vero negare.* Eorum hominum (ut res docuit) Attalus erat, qui, quantum ſpes ſpopon-

1 *In quibus præſens*] Poteſt ferri τὸ *in*, ſi τὸ *quibus* referas ad *cætera relicta*: ſin reſpicit *imperatores*, delenda præpoſitio. *J. F. Gron.*

In quibus præſens tractatio] Profecto Livius ſcripſit, *ut quibus*. 29, 34. *Ut quibus haud facilis receptus fuit*. 7, 14. *Ut qui magis animis quam viribus fretus ad certamen deſcenderet*. & c. 37. *Ut quibus præter equos cæterorum jumentorum calonumque turba abeſſet*. 25, 13. *Sed ut quibus locus æquior eſſet, deturbant nitentes per ardua hoſtes*. 28, 37. *Ut quibus libertas Antiocho pulſo, pax Gallis domitis data eſſet*. Sic quoque igitur ex MS. Cantabrig. ſupplendum eſt 30, 31. *Et dii teſtes ſunt, ut qui & illius belli exitum ſecundum jus faſque dederunt, & hujus dant*. Vulgo abeſt particula *ut*. Jac. Gron.

2 *Qui ſimul eo bello militaverunt*] Quid ſi, *quibus ſimul eo bello militaverat*. J. F. Gron.

3 *Advertæque gladiis regnum in dub. add. eſſe*] *Advertam* Gallorum regulum videtur vocare, quem tamen paulo poſt *Solonettium* nominat. Eſt autem veriſimile ſupra hoc de bello Gallico, deque hoc rege apertius ſcripſiſſe, verum ut multa alia excidiſſe, neque enim tam paucis verbis cauſam hanc adventus Attali eſſet complexus. De hac re paulo poſt: *Et Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat, expoſuit*. Sigonius.

Querimonia Gallici tumultus, Advertæque] Legendum eſt *aperte*: nam non poſſum adduci, ut *Advertam* proprium nomen eſſe credam. *Turnebus*.

4 *Et huic tribuere & illi vero negare*] Forte: *merito negare*. J. F. Gron.

1 *Ag-*

pondiſſet, cuperent, ni unius amici prudens monitio velut frenos animo ejus geſtienti ſecundis rebus impoſuiſſet. Stratius cum eo fuit medicus, ad idipſum à non ſecuro Eumene Romam miſſus, ſpeculator rerum quæ à fratre agerentur, monitorque fidus ſi decedi fide vidiſſet. Is ad occupatas jam aures ſollicitatumque jam animum quum veniſſet, [1] aggreſſus tempeſtivis temporibus rem prope prolapſam reſtituit: *aliis alia regna creviſſe rebus*, dicendo: *regnum eorum novum, nullis vetuſtis fundatum opibus, fraterna ſtare concordia: quod unus nomen regium & præcipuum capitis inſigne gerat; omnes fratres regnent. Attalum vero, quia ætate proximus, quis non pro rege habeat? neque eo ſolum quia tantas præſentes ejus opes cernat, ſed quod haud ambiguum propediem regnaturum eum infirmitate ætateque Eumenis eſſet, nullam ſtirpem liberum habentis:* (nec dum enim agnoverat eum, qui poſtea regnavit.) [2] *Quid attineret vim afferre rei ſua ſponte mox ad eum adventuræ? Acceſſiſſe etiam novam tempeſtatem regno tumultus Gallici, cui vix conſenſu & concordia regum reſiſti queat. Si vero ad externum bellum domeſtica ſeditio adjiciatur; ſiſti non poſſe:* [3] *nec aliud eum quam ne frater in regno moriatur, ſibiipſi ſpem propinquam regni erepturum. Si utraque glorioſa res eſſet; & ſervaſſe fratri regnum, & eripuiſſe: ſervati tamen regni, quæ juncta pietati ſit, potiorem laudem fuiſſe. Sed enim vero quum deteſtabilis altera res & proxima parricidio ſit, quid ad deliberationem dubii ſupereſſe? Utrum enim partem regni petiturum eſſe, an totum erepturum? ſi partem; ambo infirmos diſtractis viribus, & omnibus injuriis obnoxios fore: ſi totum, privatúmne ergo majorem fratrem, an exulem illa ætate, illa corporis infirmitate;* [4] *an ultimum mori juſſu-*

1 *Aggreſſus tempeſtivis temporibus*] Auſonius quidem in Ludo ſeptem ſapientum: *Sed καιρὸς iſte tempeſtivum tempus eſt.* Cenſeo tamen ſcribas: *tempeſtivis ſermonibus.* Statius lib. 2 Thebaid. *& oſcula mæſtis Tempeſtiva genis poſuit.* J. F. Gron.

2 *Quid attineret vim afferre*] Scribe: *Quid attinere vim afferri.* Idem.

3 *Nec aliud eum quam ne frater*] Lege: *nec aliud eum fratri, quam ne in regno moriatur, ſibiipſum ſpem propinquam regni erepturum.* Auctor ad Herennium lib. 4. *Tu ceſſas mihi vitam, tibi omnem bene vivendi ſpem mea morte eripere?* Idem.

4 *An ultimum mori juſſurum*] Lege, *ad ultimum.* Eo ſenſu quo ſummus Poëta:

juſſurum? Egregium enim (ut fabulis traditus impiorum fratrum eventus taceatur) Perſei exitum videri, qui ex fraterna cæde raptum diadema, in templo Samothracum, velut præſentibus Diis exigentibus pœnas, ad pedes victoris hoſtis proſtratus poſuerit. Eos ipſos, qui non illi amici, ſed Eumeni infeſti, ſtimulent eum, pietatem conſtantiamque laudaturos, ſi fidem ad ultimum fratri præſtitiſſet. Hæc plus valuere in Attali animo. Itaque introductus in ſenatum, gratulatus victoriam; & ſua merita eo bello fratriſque, ſi qua erant, & Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat, expoſuit. Petiit, ut legatos mitteret ad eos, quorum auctoritate ab armis avocarentur. His pro regni utilitate editis mandatis, Ænum ſibi & Maroneam petiit. Ita deſtituta eorum ſpe, qui fratre accuſato partitionem regni petiturum crediderant, [1] curia exceſſit. Ut raro alias quiſquam rex aut privatus, tanto favore tantoque omnium aſſenſu, eſt auditus; omnibus honoribus muneribuſque, & præſens eſt cultus, & proficiſcentem proſecuti ſunt. Inter multas Aſiæ Græciæque legationes, Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. nam quum primo in veſte candida viſi eſſent, quod gratulanteis decebat, &, ſi ſordidam veſtem habuiſſent, lugentium Perſei caſum præbere ſpeciem poterant: poſtquam conſulti ab M. Junio conſule Patres, ſtantibus in comitio legatis, an locum, lautia, ſenatumque darent, nullum hoſpitale jus in iis ſervandum cenſuerunt; egreſſus è curia conſul, quum Rhodii, gratulatum ſe de victoria purgatumque civitatis crimina dicentes veniſſe, petiſſent ut ſenatus ſibi daretur; pronunciat: *Sociis & amicis, & alia comiter atque hoſpitaliter præſtare Romanos, & ſenatum dare conſueſſe: Rhodios*

non

Poëta: *mori me denique cogis.* Lib. 26. *Ne ſe ad ultimum perditum ineat.* Lib. 42. *Quum experienda omnia ad ultimum, nec prætermittendam ſpem ullam cenſuiſſet.* Lib. 44. *Egregie ad ultimum in audacter commiſſo perſeveravit.* J. F. Gron.

1 *Curia exceſſit*] Et hic male curioſi fuerunt recentiores: nam prima editio: *curiam exceſſit.* Ut *excedere urbem, portam*, de quibus ſuperius. Sed & τὸ *Ut*, quod ſequitur, ſupervacuum. Scribe: *Raro alias.* Idem.

1 *Ut*

non ita meritos eo bello, [1] *ut amicorum ſociorum numero habendi ſint*. His auditis, proſtraverunt ſe omnes humi, conſulemque & cunctos qui aderant, orantes, ne nova falſaque crimina plus obeſſe Rhodiis æquum cenſerent, quam antiqua merita, quorum ipſi teſtes eſſent. Extemplo, veſte ſordida ſumpta; domos principum cum precibus ac lacrimis circumibant, orantes, ut prius cognoſcerent cauſſam, quam condemnarentur. [2] M' Juvencius Thalna 21
prætor, cujus inter cives & peregrinos juriſdictio erat, populum adverſus Rhodios incitabat: rogationemque promulgaverat, *Ut Rhodiis bellum indiceretur: & ex magiſtratibus ejus anni deligerent, qui ad id bellum cum claſſe mitteretur*: ſe eum ſperans futurum eſſe. Huic actioni M. Antonius, & M. Pomponius tribuni plebis adverſabantur. Sed & prætor novo maloque exemplo rem ingreſſus erat, quod ante non conſulto ſenatu, non conſulibus certioribus factis, de ſua unius ſententia rogationem ferret, *Vellent juberentne Rhodiis bellum indici*, quum antea ſemper prius ſenatus de bello conſultus eſſet, deinde ad populum latum; [3] & tribuni plebis, quum ita traditum eſſet, ne quis prius intercederet legi, quam privatis ſuadendi diſſuadendique legem poteſtas facta eſſet, eo-

que

1 *Ut amicorum ſociorum*] Lege: *ut amicorum aut ſociorum*. Muretus.

Ut amicorum ſociorum] Forte: *ſociorumve numero*. J. F. Gron.

2 *M. Juventius Thalna prætor*] *M' Juventius Thalna*, ex conſul. Cap. *Sigonius*.

3 *Et trib. pl. cum ita traditum eſſet, ne quis interced. legi*] Pauca verba deſiderantur in hanc ſententiam: *Et tribuni plebis, quod antequam privati de lege dicerent, legi ipſi intercederent, cum ita traditum eſſet*, &c. Tota enim ſententia hæc eſt: Et prætor novo exemplo rem ingreſſus erat, quod ante non conſulto ſenatu de ſua unius ſententia rogationem ferret, cum antea ſemper ſenatus prius de bello conſultus eſſet, poſt ad populum latum, & tribuni plebis, ſcilicet novo exemplo agebant, quod antequam privati dicerent, intercederent, cum ita traditum eſſet, ne quis intercederet prius legi, quam privatis ſuadendi diſſuadendique legem poteſtas facta eſſet. Hanc autem deeſſe ſententiam ex eo etiam apparet, quod ſequitur: *Tribuni feſtinationem prætoris ante tempus intercedendo*. Idem.

Et tribuni plebis] Hunc damnavit aſteriſco locum Sigonius deſiderari ratus hæc verba: *quod antequam privati de lege dicerent, legi ipſi intercederent*. Ego vero nihil deeſſe cenſeo, & attentum lectorem ex præcedentibus facile ad hæc verba intelligere: *novo maloque exemplo actioni prætoris adverſabantur*. J. F. Gron.

que perſæpe eveniſſet, ut qui non profeſſi eſſent ſe intercesſuros, animadverſis vitiis legis [1] ex ratione diſſuadentium, intercederent: & qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent, victi auctoritatibus ſuadentium legem. Tum inter prætorem tribunoſque omnia intempeſtive agendi certamen erat. [2] Tribuni feſtinationem prætoris ante tempus intercedendo in adventum imperatoris

* * * *

* * *

22 *peccaverimuſne, adhuc dubium eſt; pœnas, ignominias omnes jam patimur. Antea Carthaginienſibus victis, Philippo, Antiocho ſuperatis, quum Romam veniſſemus, ex publico hoſpitio in curiam gratulatum vobis, Patres Conſcripti, ex curia in Capitolium ad Deos veſtros [3] dona ferentes veniebamus: nunc ex ſordido diverſorio vix mercede recepti, ac prope hoſtium more, extra urbem manere juſſi, in hoc ſqualore venimus in curiam Romanam Rhodii, quos provinciis nuper Lycia atque Caria, quos præmiis atque honoribus ampliſſimis donaſtis. Et Macedonas Illyrioſque [4] liberos eſſe (ut audimus) jubetis, quum ſervierint antequam vobiſcum bellarent: (nec cujuſquam fortunæ invidemus, imo agnoſcimus clementiam populi Romani) Rhodios, qui nihil aliud quam quieverunt hoc bello, hoſtes ex ſociis facturi eſtis? Certe quidem vos* eſtis

1 *Ex ratione diſſuadentium*] Potius *oratione*. J. F. Gron.

2 *Tribuni feſt. præt. ante tempus interced. in adv. im.*] Exciderunt pauca, quæ ad rem Rhodiorum, de quibus loquitur, pertinebant. Exciderunt etiam prima verba orationis Rhodiorum, quam pro ſe dixerunt in ſenatu. Hujus autem orationis capita una cum ſententiis quibuſdam orationis ejus quam dixit Cato pro Rhodiis, extant apud Gellium lib. 7. Catonianæ autem orationis poſt etiam meminit Livius *Sigonius.*

3 *Dona ferentes*] Si quis recte attendat, legendum intelliget: *Dona ferentes veniebamus.* Nam ſequitur ἀπόδοσις. *Nunc vix mercede recepti venimus in curiam Rom. Rhodii.* Idem.

Ad deos veſtros dona ferentes veniebamus] Verbum rurſus interpoſuit Sigonius: ego eleganter reticeri, & ex proximis intelligi puto. *J. F. Gron.*

4 *Liberos eſſe, ut audivimus*] Et hoc recentiorum: nam primum exemplar *audimus:* & eſt ἰδιωτισμὸς vulgarium quoque linguarum, *audio*, pro cognovi vel audivi. Cicero pro Sex. Roſcio: *quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video, alterum tria hujuſce prædia poſſidere audio.* Petronius, *Audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere.* Idem.

1 *Quod*

eſtis Romani, qui ideo felicia bella veſtra eſſe, quia juſta ſint, præ vobis fertis, nec tam exitu eorum, [1] *quod vincatis, quam principiis, quod non ſine cauſſa ſuſcipiatis, gloriamini. Meſſana in Sicilia oppugnata, Carthaginienſes; Athenæ oppugnatæ, & Græcia in ſervitutem petita, & adjutus Annibal pecunia, auxiliis, Philippum hoſtem fecerunt. Antiochus ipſe ultro ab Ætolis hoſtibus veſtris arceſſitus, ex Aſia claſſe in Græciam trajecit; Demetriade & Chalcide, & ſaltu Thermopylarum occupato, de poſſeſſione imperii vos dejicere conatus. Cum Perſeo, ſocii veſtri oppugnati, alii interfecti reguli principeſque gentium aut populorum, cauſſa belli vobis fuere. Quem tandem titulum noſtra calamitas habitura eſt, ſi perituri ſumus? Nondum ſegrego civitatis cauſſam à Polyarato & Dinone civibus noſtris, & iis quos, ut traderemus vobis, adduximus. Si omnes Rhodii æque noxii eſſemus, quod noſtrum in hoc bello crimen eſſet? Perſei partibus favimus: & quemadmodum Antiochi Philippique bello pro vobis adverſus reges, ſic nunc pro rege adverſus vos ſtetimus. Quemadmodum ſoleamus ſocios juvare, & quam impigre capeſſere bella, C. Livium, L. Æmilium Regillum interrogate, qui claſſibus veſtris in Aſia præfuerunt. Nunquam veſtræ naves pugnavere ſine nobis. noſtra claſſe pugnavimus ſemel ad Samum, iterum in Pamphylia adverſus Annibalem imperatorem: quæ victoria nobis eo glorioſior eſt, quod, quum ad Samum magnam partem navium adverſa pugna & egregiam juventutem amiſiſſemus, ne tanta quidem clade territi, iterum auſi ſumus regiæ claſſi ex Syria venienti obviam ire. Hæc non gloriandi cauſſa retuli (neque enim ea nunc noſtra eſt fortuna) ſed ut admonerem, quemadmodum adjuvare ſocios ſolerent Rhodii. Præmia Philippo &* 23
Antiocho devictis ampliſſima accepimus à vobis. Si quæ veſtra nunc eſt fortuna, Deûm benignitate & virtute veſtra, ea Perſei fuiſſet, & præmia petitum ad victorem regem veniſſemus in Macedoniam; quid tandem diceremus? Pecuniane à nobis adjutum, an frumento? auxiliis terreſtribus, an navalibus? quod præſidium tenuiſſe nos? ubi pugnaſſe, aut ſub illius ducibus, aut per nos

1 *Quod vindicatis*] Legendum videtur, *vincatis*. Sigonius.

2 *Ut*

nos ipſos? Si quæreret, ubi miles noſter, ubi navis intra præſidia ſua fuiſſet, quid reſponderemus? Cauſſam fortaſſe diceremus apud victorem, quemadmodum apud vos dicimus. Hoc enim legatos utroque de pace mittendo conſecuti ſumus, [1] *ut ne ab utraque parte gratiam iniremus; ab altera etiam crimen & periculum eſſet. Quanquam Perſeus vere objiceret, id quod vos non poteſtis, Patres Conſcripti, nos principio belli miſiſſe ad vos legatos, qui pollicerentur vobis quæ ad bellum opus eſſent:* [2] *navalibus, armis, juventute noſtra, ſicut prioribus bellis, ad omnia paratos fore ne præſtaremus, per vos ſtetit, qui de quacunque cauſſa tum aſpernati noſtra auxilia eſtis. Neque fecimus igitur quicquam tamquam hoſtes, neque bonorum ſociorum* [3] *defuimus officio, ſed à vobis prohibiti præſtare fuimus. Quid igitur? nihil ne factum neque dictum eſt in civitate veſtra, Rhodii, quod nolletis, quo merito offenderetur populus Romanus? Hinc jam non, quod factum eſt, defenſurus ſum: non adeo inſanio: ſed publicam cauſſam à privatorum culpa ſegregaturus. Nulla enim eſt civitas, quæ non & improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem ſemper habeat. Etiam apud vos fuiſſe audivi, qui aſſentando multitudini graſſarentur: & ſeceſſiſſe aliquando à vobis plebem,* [4] *nec in poteſtate veſtra rempublicam fuiſſe. Si hoc in hac*

1 *Ut ne ab utraque parte*] Scribe: *ut ab neutra parte gratiam iniremus.* J. F. Gron.

2 *Navalibus armis juventute noſtra*] Scribe: *navibus, armis, juventute.* Idem.

3 *Defuimus officio, ſed à vobis*] Excidit pronomen: *ſed id à vobis probibiti præſtare fuimus.* Idem.

4 *Nec in poteſtate veſtra rempublicam fuiſſe*] Malim, *populum Rom.* quam *remp.* Nam ſi plebes ſeceſſit, certe in poteſtate patrum non fuit, quominus autem reſp. in eorum poteſtate eſſet, nullo impedimento fuit. Intelligi autem Rhodii volunt, ne multitudinem quidem Rhodiam in poteſtate principum fuiſſe. Sic ſæpe alias Livius: *Tribuni plebis in poteſtate patrum fuerunt.* Ex vulgata tamen lectione etiam ſenſus elicitur. *Sigonius.*

Nec in poteſtate veſtra rempublicam fuiſſe] Sigonius malit: *nec in poteſtate veſtra populum Romanum fuiſſe.* nam ſi plebes, inquit, ſeceſſit, certe in poteſtate Patrum non fuit: quo minus autem reſpublica in eorum poteſtate eſſet, nullo impedimento fuit. Equidem ſcire velim, in quo rempublicam ponat: utrum in tectis & mœnibus vacuis, an in civibus? Lib. 24. *Quum in eorum, ad quos venerint, manu res Syracuſana eſſet, tum reverterentur.* Lib. 26. *Præſidiaque in urbes contraherent, ut ſua cuique reſpublica in manu eſſet.* Lib. 39. *Defectionis auctores, quorum in manu reſpublica erat.* Cicero lib. 3 de Legib. *Eamque optimam rempublicam eſſe duco, quam hic conſul conſtituerat, quæ ſit in poteſtate optimorum.* Philippica 1. *Cum ſperarem aliquando ad veſtrum conſilium auctoritatemque rempublicam eſſe revocatam.* J. F. Gron.

hac tam bene morata civitate accidere potuit, mirari quiſquam poteſt aliquos fuiſſe apud nos, qui regis amicitiam petentes plebem noſtram conſiliis depravarent? qui tamen nihil ultra valuerunt, quam ut in officio ceſſaremus. Non præteribo id quod graviſſimum eſt in hoc bello crimen civitatis noſtræ. Legatos eodem tempore & ad vos & ad Perſea de pace miſimus: quod infelix conſilium furioſus (ut poſtea audivimus) orator, ſtultiſſimum fecit: quem ſic locutum conſtat, tamquam C. *Popillius legatus Romanus, quem ad ſummovendos à bello Antiochum & Ptolomæum reges miſiſtis, loqueretur. Sed tamen ea ſive ſuperbia ſive ſtultitia appellanda eſt, eadem quæ apud vos, & apud Perſea fuit. Tam civitatum quam ſingulorum hominum mores ſunt: gentes quoque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ: in vinum, in Venerem proniores aliæ ſunt.* [1] *Athenienſium populum fama eſt celerem & ſupra vires audacem eſſe ad conandum: Lacedæmoniorum cunctatorem, & vix in ea, quibus fidit, ingredientem. Non negaverim & totam Aſiæ regionem inaniora parere ingenia, & noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe, quod excellere inter finitimas civitates videamur: & idipſum non tam viribus noſtris, quam veſtris honoribus ac judiciis. Satis quidem & tunc in præſentia caſtigata illa legatio erat, cum tam triſti reſponſo veſtro dimiſſa. ſi tum parum ignominiæ penſum eſt, hæc certe tam miſerabilis ac ſupplex legatio, etiam inſolentioris quam illa fuit legationis ſatis magnum piaculum eſſet. Superbiam, verborum præſertim, iracundi oderunt, prudentes irrident; utique ſi inferioris adverſus ſuperiorem eſt: capitali pœna nemo unquam dignam judicavit. Id enimvero periculum erat, ne Romanos Rhodii contemnerent. Etiam Deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec ob id quemquam fulmine ictum audivimus. Quid* 24
igitur ſuperat quod purgemus, ſi nec factum hoſtile ullum noſtrum eſt, & verba tumidiora legati offenſionem aurium, non perniciem civitatis, meruerunt? [2] *Voluntatis noſtræ tacite velut litem æſtimari,*

1 *Athenienſium populum fama eſt*] Malim *Athenienſem*. Et mox, *Lacedæmonium*. J. F. Gron.

2 *Voluntatis noſtræ tacite*] Minime clam & tacite (nec enim cauſa ſuberat) hæc agebant ſenatores, ſed palam in ſenatu graves de Rhodiis dicebant ſententias, atque ipſe prætor publicam de

mari, veſtris inter vos ſermonibus audio, Patres Conſcripti; faviſſe nos regi, & illum vincere maluiſſe: ideo bello perſequendos eſſe credunt. Alii veſtrum, voluiſſe quidem nos hoc, non tamen ob id bello perſequendos eſſe: neque moribus neque legibus ullius civitatis ita comparatum eſſe, ut, ſi quis vellet inimicum perire, [1] ſi nihil fecerit quo id fiat, capitis damnetur. His, qui nos pœna, non crimine liberant, gratiam quidem habemus: ipſi nobis hanc dicimus legem; ſi omnes voluimus quod arguimur; non diſtinguimus voluntatem à facto: omnes plectamur. Si alii principum noſtrorum vobis, alii regi faverunt, non poſtulo ut propter nos, qui partium veſtrarum fuimus, regis fautores ſalvi ſint: illud deprecor, ne nos propter illos pereamus. Non eſtis vos illis infeſtiores quam civitas ipſa, & hoc qui ſciebant, plerique eorum aut profugerunt aut mortem ſibi conſciverunt. alii damnati à nobis, in poteſtate veſtra erunt, Patres Conſcripti. Cæteri Rhodii, ſicut gratiam nullam meriti hoc bello, ita ne pœnam quidem ſumus. Priorum noſtrorum benefactorum cumulus, hoc quod nunc ceſſatum in officio eſt, expleat. Cum tribus regibus geſſiſtis bella per hos annos. ne plus obſit nobis quod uno bello ceſſavimus, quam quod duobus bellis pro vobis pugnavimus. Philippum, Antiochum, Perſea, tamquam tres ſententias ponite. duæ nos abſolvunt: [2] una dubia eſt ut gravior ſit. Illi de nobis ſi judicarent, damnati eſſemus. vos judicate, Patres Conſcripti, ſit Rhodus in terris, an funditus deleatur. Non enim de bello deliberatis, Patres Conſcripti, quod inferre poteſtis, gerere non poteſtis; quum nemo Rhodiorum

arma

de bello illis indicendo rogationem promulgabat. Lego *tacitæ* h. e. occultæ voluntatis noſtræ. Quamvis enim ſatis ferociter & liberius quam aures Romanæ ferre poterant, locuti eſſent, ut inde, quæ tacita eorum foret voluntas, colligi facile forſan poſſet, non tamen apertis verbis declaraverant Perſeo ſe favere. Et veriſimile eſt ac decuit legatos ſuæ civitatis cauſam, quam maxime fieri poteſt, in hac oratione juvare. Paulo poſt ſcribendum puto: *& hoc quia ſciebant, plerique*, &c. *Jac. Perizonius.*

1 *Si nihil fecerit, quo id fiat*] Scriptum exemplar: *ut ſi nihil fecerit.* Deleverunt particulam pro ſupervacua: at hos Livii morem in hac repetitione dudum exemplis probavimus. Quin & fuiſſe puto: *ut is ſi nihil fecerit.* J. F. Gron.

2 *Una dubia eſt, ut gravior ſit*] Videtur aliquid excidiſſe, & ſcripſiſſe Livius: *una dubia eſt; tantum abeſt, ut gravior ſit.* Nec abſolvit, quia non juvimus; nec condemnat, quia non contra ſtetimus: tantum abeſt, ut certo condemnet. *Idem.*

1 *Quod*

arma adverſus vos laturus ſit. Si perſeverabitis in ira, tempus à vobis petemus, quo hanc funeſtam legationem domum referamus: omnia libera capita, quidquid Rhodiorum virorum, fœminarum eſt, cum omni pecunia noſtra naves conſcendemus; ac, relictis penatibus publicis privatiſque, Romam veniemus: & omni auro & argento, quicquid publici, quicquid privati eſt, in comitio, in veſtibulo curiæ veſtræ cumulato, corpora noſtra conjugumque ac liberorum veſtræ poteſtati permittemus; hic paſſuri quodcunque patiendum erit. procul ab oculis noſtris urbs noſtra diripiatur, incendatur. Hoſtes Rhodios eſſe, Romani judicare poſſunt: eſt tamen & noſtrum aliquod de nobis judicium, [1] *quo numquam judicabimus nos veſtros hoſtes: nec quicquam hoſtile, etiam ſi omnia patiemur, faciemus.* Secundum talem ora- 25
tionem univerſi rurſus prociderunt, ramoſque oleæ ſupplices jactantes, tandem excitati curia exceſſerunt. tunc ſententiæ interrogari cœptæ. Infeſtiſſimi Rhodiis erant, qui conſules prætoreſve aut legati geſſerant in Macedonia bellum. plurimum cauſam eorum adjuvit M. Porcius Cato; qui aſper ingenio, tum lenem mitemque ſenatorem egit. Non inſeram ſimulacrum viri copioſi, quæ dixerit referendo: ipſius oratio ſcripta extat, Originum quinto libro incluſa. Rhodiis reſponſum ita redditum eſt, *ut nec hoſtes fierent, nec ſocii permanerent.* Philocrates & Aſtymedes principes legationis erant. *Partem cum Philocrate renunciare Rhodum legationem placuit, partem cum Aſtymede Romæ ſubſiſtere,* [2] *quæ agerentur ſciret, certioreſque ſuos faceret.* In præſentia deducere ante certam diem ex Lycia Cariaque juſſerunt præfectos. Hæc Rhodum nunciata, quæ per ſe triſtia fuiſſent: quia majoris mali

1 *Quod nunquam judicavimus*] Voluit, *qui nunquam judicabimus.* J. F. Gron.

2 *Quæ agerentur ſciret*] Videtur legendum: *quæ, quæ agerentur ſciret*, atque alteram, *Quæ*, eſſe incuria prætermiſſam. *Sigonius.*

Quæ agerentur ſciret] Videtur legendum, inquit Sigonius, *quæ, quæ agerentur, ſciret.* atque alterum *quæ* eſſe incuria prætermiſſum. Mallem: *partem cum Aſtymede Romæ ſubſiſtere, qui, quæ agerentur, ſcirent, certioreſque ſuos facerent.* Retulit ad legatos: nam pars legationis ſunt nihil aliud quam legati quidam. Id durius viſum librariis, & numerum mutarunt. *J. F. Gron.*

mali levatus erat timor, quum bellum timuiſſent; in gaudium renunciata verterunt. Itaque extemplo [1] coronam viginti millium aureorum decreverunt: [2] Theodotum præfectum claſſis in eam legationem miſerunt. Societatem ab Romanis ita volebant peti, ut nullum de ea re ſcitum populi fieret, aut literis mandaretur: [3] quod, niſi impetrarent, major repulſis ignominia eſſet. Præfecti claſſis id unius erat jus, ut agere de ea re ſine rogatione ulla perlata poſſet. nam ita per tot annos in amicitia fuerant, ut ſociali fœdere ſe cum Romanis non illigarent: ob nullam aliam cauſſam, quam ne ſpem regibus abſcinderent auxilii ſui, ſi cui opus eſſet, neu ſibi ipſis fructus ex benignitate & fortuna eorum percipiendi. Tunc utique petenda ſocietas videbatur; non quæ tutiores eos ab aliis faceret (nec enim timebant quemquam præter Romanos) ſed [4] quæ ipſis Romanis minus ſuſpectos. Sub idem ferè tempus & Caunii deſcivere ab his; & Mylaſſenſes Euromenſium oppida occuparunt. Non ita fracti animi civitatis erant, ut non ſentirent, ſi Lycia & Caria [5] ademptæ ab Romanis forent, cætera aut ſe ipſa per defectionem liberarent, aut à finitimis occuparen-

1 *Coronam viginti millium aureorum*] Polybius στέφανον ἀπὸ μυρίων χρυσῶν. Utrum igitur hic δισμυρίων, an ibi *decem millium*. J. F. Gron.

2 *Theodotum præfectum claſſis*] Ex Polybio puto corrigendum Livium in legati hujus nomine, & ſcribendum, *Theætetum*. Sic enim ille: καὶ καταστήσαντες πρεσβευτὴν ἅμα καὶ ναύαρχον Θεαίτητον ἐξέπεμπον. *Fulvius.*

3 *Quod niſi impetrarent major repulſis*] Forte: *quo, ſi non impetrarent, minor repulſæ ignominia eſſet.* J. F. Gron.

4 *Quæ ipſis Romanis*] Jam bis monuit Fulvius τὸ *ipſis* male poſitum eſſe, & omnem ſententiam perturbare; ſcribendum autem *ipſos*. Cui tu credere noli. Videtur oblitus paullo antea poſitum *Eos*. Idem.

5 *Ademptæ ab Romanis forent*] Fulvius, *ademptæ ab Rhodiis forent.* eam lectionem à Polybii fragmento elici, in quo ſit: ἡ σύγκλητος ἐξέβαλε δόγμα, διότι δεῖ Κᾶρας καὶ Λυκίους ἐλευθέρους εἶναι πάντας, ὅσους προσένειμε Ῥοδίοις, μετὰ τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον. Sed primo de ſermone dubites; *adimere* enim *alicui* dicimus: dein ſupervacuum τὸ *ab Rhodiis*, cum præceſſerit *civitatis*: tertio ſemiplena eſt oratio, ſi dicatur alios liberare ſeipſos, alios à finitimis occupari, alios adimi, non addito per quem adimantur: duo enim alia genera auctores habent. Denique ubi mens fuit hominis, cum hæc verba Polybii & Livii commiſit? Si quærebat locum, ubi Livius meminiſſet hujus Senatuſconſulti, invenire poterat lib. 44, 15. *Idem.*

rentur, includi ſe inſulæ parvæ, & ſterilis agri littoribus,
quæ nequaquam alere tantæ urbis populum poſſet. miſſa
igitur juventute propere & Caunios, quanquam [1] Ciby-
ratarum aſciverant auxilia, coëgerunt imperio parere;
& [2] Mylaſſenſes Alabandenoſque, qui, Euromenſium
provincia adempta, ad ipſos conjuncto exercitu vene-
runt, circa Orthoſiam acie vicerunt. Dum hæc ibi, alia 26
in Macedonia, alia Romæ geruntur; interim in Illyrico
L. Anicius, rege Gentio, ſicut ante dictum eſt, in pote-
ſtatem redacto, Scodræ, quæ regia fuerat, præſidio im-
poſito Gabinium præfecit, Rhizoni & Olzinio urbibus
opportunis C. Licinium. Præpoſitis his Illyrico, cum
reliquo exercitu in Epirum eſt profectus. ubi prima Pha-
nota ei dedita, tota multitudine cum infulis obviam ef-
fuſa. hic præſidio impoſito [3] in Moloſſidem tranſgreſſus:
cujus omnibus oppidis præter Paſſaronem & [4] Tecmo-
nem, & Phylacen, & Horreum, receptis, primum ad
Paſſaronem ducit. Antinous & Theodotus principes
ejus civitatis erant; inſignes & favore Perſei, & odio ad-
ver-

1 *Cibyratarum aſciverant auxilia*] Forte malis *acciverant*. J. F. Gron.

2 *Mylaſſenſes Alabandenoſque*] Μυλάσσαι uno σ tantum cum ſcribantur à Græcis, *Mylaſenſes* ſcribendum eſt. Porro autem *Alabandæos* videtur ſcribendum. Cicero enim dixit in Bruto, *Hierocles Alabandæus*. Et alibi, *Apollonius Alabandenſis*. Stephanus autem Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀλαβανδεύς. *Sigonius.*

Mylaſſenſes] ΜΥΛΑΣΕΩΝ eſſe in nummis teſtantur eruditi. Unde inducto altero ς ſcribendum foret *Mylaſenſes*. Jac. Gron.

Alabandenoſque] Sigonio *Alabandæos* videtur ſcribendum: Ciceronem enim dixiſſe in Bruto *Hierocles Alabandæus*, alibi *Apollonius Alabandenſis*. Stephanum autem: Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας· τὸ ἐθνικὸν Ἀλαβανδεύς. Hæc inter ſe parum conſentiunt. Nam Ἀλαβανδεὺς non magis gignit *Alabandæus*, quam Ἀλικαρνασσεὺς *Halicarnaſſæus*. Eſt ergo apud Ciceronem quoque ſcribendum aut *Hierocles Alabandeus*, aut ex Livio *Alabandenus*. Neque hæc forma analogiæ repugnat, ut putat Sigonius. Sic *Labranda* Λαβρανδηνὸς, *Halyatta* Ἀλιαττηνὸς, *Amatha* Ἀμαθηνὸς, Ὕπαιπα *Hypæpeni* apud Tacitum. Sic Ἀγβάτανα, Ἀγβατεὺς & Ἀγβατηνὸς. *Caryanda* Καρυανδεὺς & Καρυανδηνὸς, *Gadara*, *Gadareus* Suetonio & Γαδαρηνὸς. Stephano. *J. F. Gron.*

3 *In Moloſſidem*] *Moloſidem* uno ς ſcribendum, auctore Stephano: Μολοσσία, inquit, χώρα τῆς Ἠπείρου. ὁ οἰκήτωρ Μολοσσὸς καὶ Μολοττοὶ διὰ ἑνός τ. *Sigonius.*

4 *Tegmonem*] *Tecmonem* ex Stephano, qui ait: Τέκμων, πόλις Θεσπρωτῶν, ὁ πολίτης Τεκμώνιος. *Idem.*

verſus Romanos: iidem univerſæ genti auctores deſciſcendi ab Romanis. Hi conſcientia privatæ noxæ, quia ipſis nulla ſpes veniæ erat, ut communi ruina patriæ opprimerentur, clauſerunt portas: multitudinem, ut mortem ſervituti præponerent, hortantes. Nemo adverſus præpotentes viros hiſcere audebat. Tandem Theodotus quidam, nobilis & ipſe adoleſcens, quum major à Romanis metus timorem à principibus ſuis viciſſet; *Quæ vos rabies*, inquit, *agitat, qui duorum hominum noxæ* [1] *civitatis acceſſionem facitis? Equidem pro patria qui letum oppetiſſent, ſæpe fando audivi: qui patriam pro ſe perire æquum cenſerent, hi primi inventi ſunt. Quin aperimus portas, & imperium accipimus, quod orbis terrarum accepit?* Hæc dicentem quum multitudo ſequeretur, Antinous & Theodotus in primam ſtationem hoſtium irruperunt, atque ibi offerentes ſe ipſi vulneribus interfecti. urbs dedita eſt Romanis. [2] Simili pertinacia Cephali principis clauſum Tecmonem, ipſo interfecto, per deditionem recepit. Nec Phylace, nec Horreum, oppugnationem tulerunt. Pacata Epiro, diviſiſque in hiberna copiis per opportunas urbes, regreſſus ipſe in Illyricum, Scodræ, quo quinque legati ab Roma venerant, evocatis ex tota provincia principibus, conventum habuit. Ibi pro tribunali pronunciavit de ſententia conſilii: *Senatum populumque Romanum Illyrios eſſe liberos jubere. præſidia ex omnibus oppidis, arcibus & caſtellis ſeſe deducturum. Non ſolum liberos, ſed etiam immunes fore Iſſenſes & Taulantios,* [3] *Daſſaretiorum Piruſtas, Rizonitas, Olcinia-*

1 *Civitatis*] *Civitatem*, ut ſupra dictum. *J. F. Gron.*

2 *Simili pertinacia Cephalonis*] Meminit quidem alicubi *Cephalonis* Polybius, qui familiaris Arati ex morientis ore exceperat verba nota regias amicitias deteſtantia. Sed hunc Moloſſum Polybius & Diodorus *Cephalum* appellant. Ille: Μετέῤῥιψαν πρὸς Περσέα τὸ τῶν Μολοσσῶν ἔθνος Ἀντίνους καὶ Θεόδοτος καὶ Κέφαλος. ubi & ſocios eoſdem ejus nominari vides. Immo Livius ipſe ſic lib. 43. *Quum à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis præſtarent.* Idem.

3 *Daſſaritiorum Tiruſtas*] Hos Ptolemæus Πειρούσας, Strabo lib. 7 Πειρούστας vocat. Quare *Piruſtas* lego. *Sigonius.*

1 *Daor-*

ciniatas, quod incolumi Gentio ad Romanos defeciſſent. [1] *Daorſeis quoque immunitatem dare; quod relicto Caravantio cum armis ad Romanos tranſiſſent. Scodrenſibus, & Daſſarenſibus, & Selepitanis, cæteriſque Illyriis, vectigal dimidium ejus* [2] *quod regi pendiſſent.* Inde in tres partes Illyricum diviſit. unam eam fecit quæ ſupra dicta eſt, alteram Labeatas omnes, tertiam Agrauonitas & Rizonitas, & Olciniatas, accolaſque eorum. hac formula dicta in Illyrico; ipſe in Epiri Paſſaronem in hiberna rediit. Dum hæc in Illyrico ge- 27
runtur, Paullus ante adventum decem legatorum Q. Maximum filium jam ab Roma regreſſum, ad Æginium & Agaſſas diripiendas mittit: Agaſſas, quod quum Marcio conſuli tradidiſſent urbem, petita ultro ſocietate Romana, defecerant rurſus ad Perſea: Æginienſium novum crimen erat. famæ de victoria Romanorum fidem non habentes, in quoſdam militum urbem ingreſſos hoſtiliter ſævierant. Ad Æniorum quoque hoſtiliter urbem diripiendam L. Poſtumium miſit, quod pertinacius quam finitimæ civitates in armis fuerant. Autumni ferè tempus erat, cujus temporis initio circumeundam Græciam, viſendaque quæ nobilitata fama magis auribus accepta ſunt, quam oculis noſcuntur, ut ſtatuit; præpoſito caſtris C. Sulpicio Gallo, profectus cum haud magno comitatu, tegentibus latera Scipione filio & Athenæo Eumenis regis fratre: per Theſſaliam Delphos petit, inclitum oraculum, ubi ſacrificio Apollini facto, inchoatas in veſtibulo columnas, quibus impoſituri ſtatuas regis Perſei fuerant, ſuis ſtatuis victor deſtinavit. Lebadiæ quoque [3] templum Jovis Trophonii adiit. ibi quum vidiſſet os ſpecus, per quod oraculo utentes ſciſcitatum Deos deſcendunt; ſacrificio [4] Jovi Hercynnæque facto, quorum ibi

1 *Daorſeis quoque*] Ptolemæus Δαυρσίους vocat, alii, puto, Δαορίζους. Strabo lib. 7, ubi de Illyriis agit: εἶθ' ὁ Νάρων ποταμὸς, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Δαόριζοι. *Sigonius.*

2 *Quod regi pendiſſent*] *Pependiſſent*, ut bis hoc libro dixit. *Sigonius.* Videtur excidiſſe, *impoſitum.* Muretus.

3 *Templum Jovis Trophonii*] *Trophonii* ex Suida. *Sigonius.*

4 *Jovi Hercynæque facto*] Pauſanias lib. 9. Διείργει δὲ ἀπ' αὐτῆς τὸ ἄλσος τὸ

Te-

ibi templum eſt, Chalcidem [1] ad ſpectaculum Euripi, * ævoque ante inſulæ ponte continenti junctæ deſcendit. A Chalcide Aulidem trajicit, trium millium ſpatio diſtantem, portum inclitum ſtatione quondam mille navium Agamemnoniæ claſſis: Dianæque templum, ubi navibus curſum ad Trojam, filia victima aris admota, rex ille regum petiit. Inde Oropum Atticæ ventum eſt; ubi pro Deo vates Amphilochus colitur: templumque vetuſtum eſt fontibus riviſque circa amœnum. Athenas inde, plenas quidem & ipſas vetuſtate famæ, multa tamen viſenda habentes: arcem, portus, [2] muros Piræeum urbi jungentes, navalia magnorum im-
28 peratorum, ſimulacra Deorum hominumque, omni genere & materiæ & artium inſignia. Sacrificio Minervæ præſidi arcis in urbe facto profectus, Corinthum altero die pervenit. urbs erat tunc præclara ante exſcidium, arx quoque & Iſthmus, præbuere ſpectaculum: [3] arx inter omnia in immanem altitudinem edita, ſcatens fontibus: Iſthmus, duo maria ab occaſu & ortu ſolis finitima, arctis faucibus dirimens. Sicyonem inde & Argos nobiles urbes

Τροφωνίου. φασὶν δὲ ἐνταῦθα Ἕρκυναν ὁμοῦ Κόρῃ τῇ Δήμητρος παίζουσαν καὶ ἔχουσαν χῆνα ἀφεῖναι τοῦτον ἄκουσαν· ἐς δὲ ἄντρον κοῖλον ἐσπτάντος καὶ ὑπὸ λίθον ἀποκρύψαντος αὐτὸν ἐσελθοῦσα ἡ κόρη λαμβάνει τὴν ὄρνιθα ὑπὸ τοῦ λίθου κατακείμενον· ῥυῆναι δὲ δὴ τὸ ὕδωρ, ὅθεν ἀνείλετο ἡ Κόρη τὸν λίθον· καὶ ὀνομασθῆναι τὸν ποταμὸν ἐπὶ τούτῳ Ἕρκυναν. Καὶ ἔστι μὲν πρὸς τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ ναὸς Ἑρκυνύης, ἐν δὲ αὐτῷ παρθένος χῆνα ἔχουσα ἐν ταῖς χερσίν. Scholiaſtes Lycophronis ad v. 154. Ἕρκυννα δὲ ἡ Τροφωνίου θυγάτηρ ἐν Λεβάδῃ τῆς Βοιωτίας ἱδρύσατο τὴν θεὸν, * καὶ ἀφ' ἑαυτῆς ὠνόμασεν Ἕρκυνναν & reliqua. *J. F. Gron.*

1 *Ad ſpect. Euripi, ævoque ante*] Pro *ævoque* reponit Florebellus *Eubœaque*, quo nihil verius. *Sigonius.*

Ad ſpectaculum Euripi ævoque ante inſulæ] Tolle aſteriſcum & ſcribe: *ad ſpectaculum Euripi Eubœaque inſulæ*, Plinius: *Eubœa & ipſa avulſa Bœotiæ & à modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur.* Adde noſtrum lib. 28, 7. *J. F. Gron.*

2 *Muros Pyreum urbi jung.*] *Pyræum* ſcribendum: ceterum *muros* intelligit: quæ Μακρὰ τείχη vocabantur. *Sigonius.*

3 *Arx inter omnia in immanem*] Vide an non ſcripſerit Livius: *arx intra mœnia.* Strabo lib. 8. Ἡ δὲ Μεσσηνίων πόλις ἔοικε Κορίνθῳ· ὑπέρκειται γὰρ τῆς πόλεως ἑκατέρας ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀπότομον, τείχει κοινῷ περιειλημμένον, ὥστ' ἀκροπόλει χρῆσθαι. τὸ μὲν καλούμενον Ἰθώμη, τὸ δὲ Ἀκροκόρινθος. Eodem: συμπεριείληπτο δὲ τῷ περιβόλῳ τούτῳ καὶ τὸ ὄρος αὐτὸ ὁ Ἀκροκόρινθος, ἢ δυνατὸν ἦν τειχισμὸν δέξασθαι. J. F. Gron.

bes adit: inde haud parem opibus Epidaurum, ſed inclitam Æſculapii nobili templo: quod quinque millibus paſſuum ab urbe diſtans, nunc veſtigiis revulſorum donorum, tum donis dives erat, quæ remediorum ſalutarium ægri mercedem ſacraverant Deo. Inde Lacedæmonem adit; non operum magnificentia, ſed diſciplina inſtitutiſque memorabilem: unde per Megalopolin Olympiam aſcendit. Ubi & alia quidem ſpectanda viſa, [1] & Jovem velut præſentem intuens, motus animo eſt. Itaque, haud ſecus quam ſi in Capitolio immolaturus eſſet, ſacrificium amplius ſolito apparari juſſit. Ita peragrata Græcia, ut nihil eorum, quæ quiſque Perſei bello privatim ac publicè ſenſiſſet, inquireret; ne cujus metu ſollicitaret animos ſociorum: [2] Demetriadem quum revertit, in itinere ſordidata turba Ætolorum occurrit; mirantique & percunctanti quid eſſet, defertur, quingentos quinquaginta principes ab Lyciſco & Tiſippo circumſeſſo ſenatu per milites Romanos, miſſos à Bæbio præſide, interfectos; alios in exilium actos eſſe: bonaque eorum qui interfecti eſſent, & exulum, poſſidere quī arguebant. Juſſis Amphipolim adeſſe, ipſe convento Cn. Octavio Demetriade, poſtquam fama accidit trajeciſſe jam mare decem legatos, omnibus aliis omiſſis [3] Apolloniam ad eos pergit. quo quum Perſeus obviam Amphipoli nimis ſoluta cuſtodia proceſſiſſet (id diei iter eſt) ipſum quidem benignè allocutus eſt: cæterum, poſtquam in caſtra ad Amphipolim venit, graviter increpuiſſe

1 *Et Jovem velut præſentem*] Videtur augeri pondus orationis, ſi legas: *Ubi & alia quidem ſpectanda viſa, ſed Jovem, velut præſentem intuens, motus animo eſt.* Amplius vero hæc explicantur ab Suida verbis Polybii in voce Φειδίας. Λεύκιος Αἰμίλιος παρῆν εἰς τὸ τέμενος τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ τὸ ἄγαλμα θεασάμενος, ἐξεπλάγη· καὶ τοσοῦτον εἶπεν, ὅτι μόνος αὐτῷ δοκεῖ Φειδίας τὸν παρ' Ὁμήρῳ Δία μεμιμῆσθαι, διότι μεγάλην ἔχων προσδοκίαν τῆς Ὀλυμπίας, μείζω τῆς προσδοκίας εὑρηκὼς εἴη τὴν ἀλήθειαν. J. F. Gron.

2 *Demetriadem quum revertit*] Utique *revertiſſet*. Idem.

3 *Apolloniam ad eos pergit. - - - id diei iter eſt*] Apolloniam Macedonicam intelligit. Si quidem ab Amphipoli ad eam iter unius diei eſt, de qua Stephanus, non eam, quæ eſt in Epiro. *Sigonius.*

puiſſe traditur C. Sulpicium: primum quod Perſea tam procul à ſe [1] vagari per provinciam paſſus eſſet: deinde quod adeo indulſiſſet militibus, ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hibernacula ſua pateretur. referrique tegulas & reſarciri tecta, ſicut fuerant, juſſit. Et Perſea quidem cum majore filio Philippo, traditos A. Poſtumio, in cuſtodiam miſit: filiam cum minore filio à Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit.

29 Ipſe ubi dies venit, quo adeſſe Amphipoli denos principes civitatum juſſerat, literaſque omnes, quæ ubique depoſitæ eſſent, & pecuniam regiam conferri, cum decem legatis circumfuſa omni multitudine Macedonum, in tribunali conſedit. Aſſuetis regio imperio, tamen novum formam terribilem præbuit tribunal: [2] ſummotor aditus, præco, accenſus, inſueta omnia oculis auribuſque; quæ vel ſocios, nedum hoſtes victos, terrere poſſent. Silentio per præconem facto, Paullus Latinè, quæ ſenatui, quæ ſibi ex conſilii ſententia viſa eſſent, pronunciavit: ea Cn. Octavius prætor (nam & ipſe aderat) interpretata ſermone Græco referebat. *Omnium primum liberos eſſe jubere Macedonas; habentes urbes eaſdem agroſque, utentes legibus ſuis, annuos creantes magiſtratus: tributum dimidium ejus quod pependiſſent regibus, pendere populo Romano. Deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam. unam fore & primam partem, quod agri inter Strymonem & Neſſum amnem ſit: acceſſurum huic parti trans Neſſum ad orientem verſum, qua Perſeus tenuiſſet vicos, caſtella, oppida. præter Ænum, & Maroneam, & Abdera; trans Strymonem autem vergentia ad occaſum Biſalticam omnem cum Heraclea, quam Sinticen appellant. Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymo amplectere-*

1 *Vagari per provinciam paſſus eſt*] Lege: *paſſus eſſet*. J. F. Gron.

2 *Summotor aditus, præco, accenſus*] Puto, *ſummotorem aditus*, lictorem vocari. Seneca Epiſt. ad Lucilium XCV. Non eſt *quod feliciorem eum judices, cui ſummovetur, quam quem lictor de ſemita dejicit*. Dejiciebantur autem qui equo forte vel vehiculo obvii, ſponte non deſcenderant, à lictore moniti. *Torrent. in Horat.*

ſteretur amnis, præter Sinticen Heracleam & Biſaltas: ab occaſu qua Axius terminaret fluvius, [1] *additis Pæonibus, qui propè Axium flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam* [2] *Axius, ab oriente, Peneus amnis ab occaſu, cingunt: ad ſeptentrionem Bora mons objicitur. adjecta huic parti regio Pæoniæ; qua ab occaſu præter Axium amnem porrigitur. Edeſſa quoque & Berœa eodem conceſſerunt. Quarta regio trans Boram montem una parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionum ubi concilia fierent, primæ regionis Amphipolim, ſecundæ Theſſalonicen, tertiæ Pellam, quartæ Pelagoniam fecit.* [3] *Eo concilia ſuæ cujuſque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magiſtratus creari juſſit.* Pronunciavit deinde, *neque connubium, neque commercium agrorum ædificiorumque inter ſe, placere cuiquam extra fines regionis ſuæ eſſe. Metalla quoque auri atque argenti non exerceri: ferri & æris permitti. vectigal exercentibus dimidium ejus impoſitum quod pependiſſent regi. Et ſale invecto uti vetuit. Dardanis repetentibus Pæoniam, quod & ſua fuiſſet, & continens eſſet finibus ſuis, omnibus dare libertatem pronunciavit, qui ſub regno Perſei fuiſſent. Poſt non impetratam Pæoniam, ſalis commercium dedit; tertiæ regioni imperavit, ut Stobos Pæoniæ deveherent, pretiumque ſtatuit. Navalem materiam & ipſos cædere, & alios pati vetuit. Regionibus, quæ affines barbaris eſſent* (excepta autem tertia, omnes erant) *permiſit, ut præſidia armata in finibus extremis haberent.* Hæc pronunciata primo die conventus, varie affecerunt animos. Libertas præter ſpem data arrexit, levatum annuum vectigal. Regionatim commerciis interruptis ita videri lacerata, tanquam animalia, in artus alterum alterius indigentes, diſtracta: adeo quanta Macedonia eſſet, quam diviſui facilis, [4] & à ſeipſa quæque contempta pars eſſet,

1 *Additis Pæonis qui prope Axium*] Scribe, *Pæonibus.* J. F. Gron.

2 *Axius ab Oriente, Peneus amnis ab occaſu*] Lege, *amnes.* ut ad utrumque referatur. *Idem.*

3 *Eo concilia ſuæ cujuſque regionis*] Potius *ſua.* Idem.

4 *Et à ſe ipſa quæque contempta*] Lege: *ut ſe ipſa quæque contenta pars eſſet.* id eſt, ut nulla pars alterius ope egeret. Loquitur de diviſione Macedoniæ, quam ita Paullus inſtituit, ut omnium inter ſe regionum commercia tolleret. *Sigonius* 1. *Emend.* 19.

Con-

eſſet, Macedones quoque ignorabant. Pars prima Biſaltas habet, fortiſſimos viros (trans Neſſum amnem incolunt, & circa Strymonem) & multas frugum proprietates, & metalla, & opportunitatem Amphipolis: quæ objecta claudit omnes ab oriente ſole in Macedoniam aditus. Secunda pars celeberrimas urbes, Theſſalonicen & Caſſandriam habet; ad hoc Pallenem fertilem ac frugiferam terram: maritimas quoque opportunitates ei præbent portus ad Toronem, ac montem Atho (Æneæ vocant hunc) alii ad inſulam Eubœam, alii ad Helleſpontum opportunè verſi. Tertia regio nobiles urbes Edeſſam & Berœam, & Pellam habet, & Vettiorum bellicoſam gentem: incolas quoque permultos Gallos & Illyrios impigros cultores. Quartam regionem Eordæi & Lynceſtæ & Pelagones incolunt: juncta his Atintania, & Stymphalis, & Elimiotis. frigida hæc omnis, duraque cultu & aſpera plaga eſt: cultorum quoque ingenia terræ ſimilia habet. ferociores eos & accolæ barbari faciunt; nunc bello exercentes, nunc in pace miſcentes ritus ſuos. Diviſæ itaque Macedoniæ partium uſibus ſeparatis, [1] quanta univerſos teneat Macedonas formula

31 dicta, quum leges quoque ſe daturum oſtendiſſet. Ætoli deinde citati, in qua cognitione magis utra pars Romanis, utra regi faviſſet, quæſitum eſt, quam utri feciſſent injuriam aut accepiſſent. Noxa liberati interfectores: exilium pulſis æque ratum fuit, ac mors interfectis. A. Bæbius unus eſt damnatus, quod milites Romanos præbuiſſet ad miniſterium cædis. Hic eventus Ætolorum cauſſæ, in omnibus Græciæ gentibus populiſque eorum qui partis Romanorum fuerant, inflavit ad intolerabilem ſuperbiam animos: & obnoxios pedibus eorum ſubjecit, quos aliqua parte ſuſpicio favoris in regem

Contempta p. eſſet] In libris Emendationum oſtendi legendum eſſe, *ut ſe ipſa quæque contenta pars eſſet*. Idem.

1 *Quanta univerſos teneat*] Videtur legendum: *quæ univerſos teneret Macedonas, formula dicta*. Idem.

1 *Nihil*

gem contigerat. Tria genera principum in civitatibus erant: duo, quæ adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum, ſibi privatim opes oppreſſis faciebant civitatibus: medium unum, utrique generi adverſum, libertatem & leges tuebatur. His ut major apud ſuos caritas, ita minor apud externos gratia erat. Secundis rebus elati Romanorum partis ejus fautores, ſoli tum in magiſtratibus, ſoli in legationibus erant. Hi quum frequentes & ex Peloponneſo, & ex Bœotia, & ex aliis Græciæ conciliis adeſſent, implevere aures decem legatorum: *Non eos tantum, qui ſe propalam per vanitatem jactaſſent, tamquam hoſpites, & amicos Perſei, ſed multo plures alios ex occulto faviſſe. reliquos per ſpeciem tuendæ libertatis in conciliis adverſus Romanos omnia inſtruxiſſe: nec aliter eas manſuras in fide gentes, niſi, fractis animis partium, aleretur confirmareturque auctoritas eorum, qui* [1] *nihil præter imperium Romanorum ſpectarent.* Ab his editis nominibus, evocati literis imperatoris ex Ætolia, Acarnaniaque, & Epiro, & Bœotia, qui Romam ad cauſſam dicendam ſequerentur: in Achaiam ex decem legatorum numero profecti duo, C. Claudius, & Cn. Domitius, ut ipſi edicto evocarent. Id duabus de cauſſis factum: una, quod fiduciæ plus animorumque eſſe Achæis ad non parendum credebant, & forſitan etiam in periculo fore Callicratem & cæteros criminum auctores delatoreſque: altera, cur præſentes evocarent, cauſſa erat, quod ex aliis gentibus principum literas deprehenſas in commentariis regiis habebant: in Achæis cæcum erat crimen, nullis eorum literis inventis. Ætolis dimiſſis, Acarnanum citata gens: in his nihil novatum, niſi quod Leucas exempta eſt Acarnanum concilio. Quærendo deinde latius, qui publicè

aut

1 *Nihil præter Romanum imperium exſpectarent*] Lege, *aſpectarent*, vel *ſpectarent*. Satis frequens hoc genus vitii. Nec mirandum apud Ciceronem lib. 1 famil. ep. 4. *Quum in ſenatu pulcerrime ſtaremus*, in quodam codice legi, *exſtaremus*. Sic apud Juſtinum *inſidias exſtruit*, pro *ſtruit*, vel *inſtruit*. J. F. Gron.

1 *Circa*

aut privatim partium regis fuiſſent, in Aſiam quoque cognitionem extendere: & ad Antiſſan in Lesbo inſula diruendam, traducendos Methymnam Antiſſæos, Labeonem miſerunt: quod Antenorem, regium præfectum, quo tempore cum lembis [1] circa Lesbum eſt vagatus, [2] portu receptum commeatibus juviſſent. Duo ſecuri percuſſi viri inſignes: Andronicus Andronici filius Ætolus, quod patrem ſecutus, arma contra populum Romanum tuliſſet: & Neo Thebanus, quo auctore ſocietatem cum Perſeo junxerant.

32 His rerum externarum cognitionibus interpoſitis, Macedonum rurſus advocatum concilium: pronunciatum, *Quod ad ſtatum Macedoniæ pertinebat, ſenatores, quos Synedros vocant, legendos eſſe, quorum conſilio Reſpublica adminiſtraretur.* Nomina deinde ſunt recitata principum Macedonum, quos cum liberis majoribus quam quindecim annos natis præcedere in Italiam placeret. Id prima ſpecie ſævum, mox apparuit multitudini Macedonum pro libertate ſua eſſe factum. nominati ſunt enim regis amici purpuratique duces exercituum, præfecti navium, aut præſidiorum; ſervire regi humiliter, aliis ſuperbè imperare aſſueti: prædivites alii, alii quos fortuna non æquarent, his ſumptibus pares: regius omnibus victus veſtituſque: nulli civilis animus, neque legum neque libertatis æquæ patiens. Omnes igitur qui in aliquibus miniſteriis regiis, etiam qui in minimis legationibus fuerant, juſſi Macedonia excedere, atque in Italiam ire: qui non paruiſſet imperio, mors denunciata. Leges Macedoniæ dedit cum tanta cura, ut non hoſtibus victis, ſed ſociis bene meritis dare videretur: & quas ne uſus quidem longo tempore (qui unus eſt legum corrector) experiendo argueret. Ab ſeriis re-

bus

1 *Circa Lesbum eſt vagatus*] Non ita Livius, ſed vel *vagabatur*, vel *erat vagus*, vel *errabat vagus*. J. F. Gron.

2 *Portum receptum non commeatibus juviſſent*] Lege, *portu receptum commeatibus juviſſent*. Sic enim in primo exemplari legebatur, & hic eſt ſenſus. *Sigonius.*

1 *Lu-*

bus [1] ludicrum, quod ex multo ante præparato, & in Aſiæ civitates & ad reges miſſis qui denunciarent, & quum circumiret ipſe Græciæ civitates, indixerat principibus, magno apparatu Amphipoli fecit. Nam & artificum omnis generis, qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo, & athletarum, & nobilium equorum convenit: & legationes cum victimis, & quidquid aliud Deorum hominumque cauſſa fieri magnis ludis in Græcia ſolet. Ita factum eſt, ut non magnificentiam tantum, ſed prudentiam in dandis ſpectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant, admirarentur. Epulæ quoque legationibus paratæ, & opulentia & cura eadem. Vulgo dictum ipſius ferebant, & convivium inſtruere & ludos parare, ejuſdem eſſe qui vincere bello ſciret. Edi- 33
to ludicro omnis generis, clypeiſque æreis in naves impoſitis; cætera omnis generis arma cumulata in ingentem acervum, precatus [2] Martem, Minervam Luamque ma-

1 *Ludicrum, quod ex multo*] Quod apud Athenæum lib. 5 legitur: ἀκού-σας τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συντετελε-σμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου: de veris, non ludicris Æmilii Paulli certaminibus accipere ſe ait Caſaubonus: nam editos in Macedonia ludos fuiſſe ab Æmilio Paullo neque Livium dicere neque Plutarchum, neque alium quemquam veterum, & omnino ſimile veri non eſſe. Memoria fefellit ſummum virum. Non enim modo id hic Livius tradit, ſed & confirmat Plutarchus: Θέας δὲ παντοδα-πῶν ἀγώνων καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς θεοῖς ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα προὔθετο. Confirmat & epitome lib. 31. *Scipio exemplo patris ſui naturalis Æmilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos facit, transfugaſque ac fugitivos beſtiis objecit.* Et quæ quæſo ſpes τῷ Ἐπιμερεῖ τῇ με-γαλουργίᾳ ὑπερβάλειν τὸν Παῦλον· ſi με-γαλουργία ibi maximæ res geſtæ? Immo ſic eam accipies, ut μεγαλουργίαι Periclis in operibus, quibus exornavit Athenas, prædicat Plutarchus in Fabio extremo. Sumptu & elegantia in ludis certaſſe ſignificatur; magnificentia, non rebus geſtis, ad quas Syrus ille non magis adſpirabat, quam rana ad magnitudinem bovis. *J. F. Gron.*

2 *Martem Minervamque Luamque matrem*] Veriſſime ſic Turnebus & firmat ſatis noſter lib. 8. *Armorum vis magna tum inter cæſa corpora hoſtium tum in caſtris inventa eſt: ea Luæ matri dare ſe conſul dixit.* Laudat & Lipſius ad 16 annalem Taciti. Eſt tamen, ut ſunt multa curva ingenia vero adſentiri neſcia, Dempſterus, qui regerit *Lunam matrem*, & nobis Lunam bellorum præſidem facit. Unde tanta myſteria? quia apud Livium eſt lib. 4. *Nocte itinera fieri jubet, & luna pernox erat.* Quod perinde eſt, ac ſi ex eo, quod Tacitus, *& parando interim bello ſecundum tutumque mare*, colligam, Neptunum aut Amphitriten aut Protea habitos bellorum præſides. Ejuſdem farinæ ſunt cætera: quia Sulpicius Gallus in Macedonia exercitui de-

matrem & cæteros Deos, quibus ſpolia hoſtium dicare jus faſque eſt, ipſe imperator face ſubdita ſuccendit. deinde circumſtantes tribuni militum pro ſe quiſque ignes conjecerunt. Notata eſt in illo conventu Europæ Aſiæque undique partim ad gratulationem, partim ad ſpectaculum contracta multitudine, tantis navalibus terreſtribuſque exercitibus, ea copia rerum, ea [1] vilitas annonæ; ut, & privatis, & civitatibus, & gentibus, dona data pleraque ejus generis ſint ab imperatore, non in uſum modo præſentem, ſed etiam quod domos aveherent. Spectaculo fuit ei quæ venerat turbæ, non ſcenicum magis ludicrum, non certamina hominum aut curricula equorum, quam præda Macedonica omnis ut viſeretur expoſita; ſtatuarum, tabularumque, textilium, & vaſorum ex auro & argento & ære, & ebore factorum ingenti cura in ea regia: ut non in præſentem modo ſpeciem, qualibus referta regia Alexandriæ erat, ſed in perpetuum uſum fierent. Hæc in claſſem impoſita, devehenda Romam Cn. Octavio data. Paullus benigne legatis dimiſſis, tranſgreſſus Strymonem, mille paſſuum ab Amphipoli caſtra poſuit: inde profectus, Pellam quinto die pervenit. Prætergreſſus urbem, ad Spelæum (quod vocant) biduum moratus, P. Naſicam, & Q. Maximum filium cum parte copiarum ad depopulandos Illyrios, qui Perſea juverant bello, miſit; juſſos ad Oricum ſibi occurrere: ipſe Epirum petens, quintiſdecimis caſtris

defecturam prædixit, idque quia naturali ordine & ſtatis temporum vicibus fiat, in prodigium trahi vetuit: quia ſeditioſus apud Tacitum miles defectionem ſideris, ignarus rationis, omen præſentium accepit: quia Virgilius ait Trojam captam luna ſilente: ſatis indigna, quæ vel refutentur: nedum ut paginas impleant. Sed & comitem habet Marcellum ſimiliter diſputantem: Ariſtoteli ſcribi lunæ naturam perſimilem eſſe terræ, quam *Magnam Matrem* dixerunt: tum in re militari maximum lunæ uſum: præterea illam tempeſtates prævidere, & præcavere milites quoque docere, *&c.* quæ lunatici admirentur licet. Diomedes lib. 3 de origine Bucolicorum: *Antequam Hiero rex Syracuſas expugnaſſet, morbo Sicilia laborabat. Varii & aſſiduis cærimoniis Dianam placantes finem malis invenerunt. Eandem Λύλω cognominaverunt, quaſi ſolutricem malorum.* J. F. Gron.

1 *Utilitas annonæ*] *Vilitas.* Sigonius.

2 *Cen-*

caſtris Paſſaronem pervenit. Haud procul inde Anicii 34
caſtra aberant. ad quem literis miſſis, ne quid ad ea quæ fierent moveretur: ſenatum prædam Epiri civitatium, quæ ad Perſea defeciſſent, exercitui dediſſe; ſummiſſis centurionibus in ſingulas urbes, qui ſe dicerent ad præſidia deducenda veniſſe, ut liberi Epirotæ, ſicut Macedones, eſſent: denos principes ex ſingulis evocavit civitatibus, quibus quum denunciaſſet, ut aurum atque argentum in publicum proferretur, per omnes civitates cohortes dimiſit. ante in ulteriores quam in propiores profecti, ut uno die in omnes perveniretur. Edita tribunis centurionibuſque erant quæ agerentur: mane omne aurum, argentumque collatum: hora quarta ſignum ad diripiendas urbes datum eſt militibus: tantaque præda fuit, ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur, [1] centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur. Muri deinde direptarum urbium diruti ſunt: ea fuere oppida circa ſeptuaginta. Vendita præda omnium, de ea ſumma militi numeratum eſt. [2] Paullus ad mare Oricum deſcendit, nequaquam ut ratus erat expletis militum animis: qui, tanquam nullum in Macedonia geſſiſſent bellum, expertes regiæ prædæ eſſe indignabantur. Orici quum miſſas cum Scipione Naſica Maximoque filio copias inveniſſet, exercitu in naves impoſito, in Italiam trajecit. Et poſt paucos dies Anicius conventu reliquorum Epirotarum Acarnanumque acto, juſſiſque in Italiam ſequi principibus, quorum cognitionem cauſſæ reſervarat: & ipſe navibus exſpectatis, quibus uſus Macedonicus exercitus erat, in Italiam trajecit. Quum hæc in Macedonia Epiroque geſta ſunt, legati, qui cum Attalo ad finiendum bellum inter Gallos & regem Eumenem miſſi erant, in Aſiam pervene-

runt;

1 *Centum quinquaginta mill. capit. hum. abduc.*] Sic Plutarch. ὥστε ὥρᾳ μιᾷ πεντεκαίδεκα ἀνθρώπων ἐξανδραποδισθῆναι μυριάδας· ἑβδομήκοντα δὲ πόλεις πορθῆσαι. *Sigonius.*

2 *Paullus ad mare Oricum deſc.*] Sic Plutarch. Αἰμίλιος ταῦτα πράξας εἰς Ὠρικὸν κατέβη. *Idem.*

runt. Induciis per hiemem factis, & Galli domos abierunt, & rex in hiberna conceſſerat Pergamum, gravique morbo æger fuerat. Ver primum ex domo excivit: jamque Synnada pervenerant, quum Eumenes ad Sardeis undique exercitum contraxerat. Ibi & Romani Solovettium ducem Gallorum Synnadis allocuti, & Attalus cum eis profectus: ſed caſtra Gallorum intrare eum non placuit, ne animi ex diſceptatione irritarentur. P. Licinius cum regulo Gallorum eſt locutus, retulitque ferociorem eum deprecando factum: ut mirum videri poſſet, inter opulentos reges Antiochum Ptolomæumque, tantum legatorum Romanorum verba valuiſſe, ut extemplo pacem facerent: apud Gallos nullius momenti fuiſſe.

35 Romam primum reges captivi Perſeus & Gentius in cuſtodiam cum liberis abducti; dein turba alia captivorum: tum quibus Macedonum denunciatum erat, ut Romam venirent, principumque Græciæ. nam hi quoque non ſolum præſentes exciti erant, ſed etiam, ſi qui apud reges eſſe dicebantur, litteris arceſſiti ſunt. Paullus ipſe poſt dies paucos [1] regia nave ingentis magnitudinis, quam ſexdecim verſus remorum agebant, ornata Macedonicis ſpoliis non inſignium tantum armorum, ſed etiam regiorum textilium, adverſo Tiberi ad urbem eſt ſubvectus; completis ripis obviam effuſa multitudine. Paucos poſt dies Anicius & Octavius claſſe ſua advecti. Tribus iis omnibus decretus eſt ab ſenatu triumphus: mandatumque Q. Caſſio prætori, cum tribunis plebis ex auctoritate Patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveherentur, imperium eſſet. Intacta invidia media ſunt: ad ſumma ferme tendit. nec de Anicii, nec de Octavii triumpho dubitatum eſt: Paullum, cui ipſi quoque ſe comparare

1 *Regia nave ingentis magnitudinis*] Sic Plutarch. ἀνέπλει τὸν Θύβριν ποταμὸν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς ἑκκαιδεκήρους κατεσκευασμένης ὅπλοις αἰχμαλώτοις, καὶ φοινικίσι καὶ πορφύραις. Hujus ejuſdem navis meminit Suidas in Perſeo. *Sigonius.*

2 Ni-

re erubuiſſent, obtrectatio carpſit. Antiqua diſciplina milites habuerat: de præda parcius quam ſperaverant ex tantis regiis opibus dederat; [1] nihil relicturus, ſi aviditati indulgeretur, quod in ærarium deferret. Totus Macedonicus exercitus imperatori erat negligenter adfuturus comitiis ferendæ legis. Sed eos Ser. Sulpicius Galba, qui tribunus militum ſecundæ legionis in Macedonia fuerat, privatim imperatori inimicus, prenſando ipſe, & per ſuæ legionis milites ſollicitando ſtimulaverat, ut frequentes ad ſuffragium adeſſent: *Imperioſum ducem & malignum, antiquando rogationem quæ de triumpho ejus ferretur, ulciſcerentur. plebem urbanam ſecuturam eſſe militum judicia. Pecuniam illum dare non potuiſſe,* [2] *militem honorem dare poſſe? ne ſperaret ibi fructum gratiæ, ubi non meruiſſet.* His incitatis, 36
quum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius tribunus plebis ferret, [3] & privatis lege dicendi locus eſſet,

1 *Nihil relicturus (ſi aviditati indulgeretur*] Nec male foret: *relicturis, (ſi aviditati indulgeret) quod in ærarium deferretur.* Forte etiam: *Quia antiqua.* J. F. Gron.

2 *Militem honorem dare poſſe?*] *Dare non poſſe.* videtur legendum, ſi quidem ſubdit, *ne ſperaret ibi fructum gratiæ, ubi non meruiſſet.* Sigonius.

Honorem dare poſſe] Animavi interrogatione. Sigonius aliique interjecerunt negativam, *honorem dare non poſſe*, abnuente Turnebo, qui aliter tamen interpretatur quam ego. *Gruterus.*

Militem honorem dare poſſe] Quod Turnebus, haud ſcio quo exemplari uſus, quaſi de conjectura reſtituit, lib. 16. 20. id Frobenius, Aldus, Gryphius, Curio jam ſic ediderunt: & interpretatur ille acute, tanquam qui poteſtatem habeat dandi, penes illum ſit & poteſtas non dandi. Non ſatisfacit tamen, quod Paullum vult negaſſe habere ſe poteſtatem dandi. Quis ergo? aut cur huic imperatori minus licuit, quam omnibus aliis? Sigonius, *dare non poſſe.* malim: *Pecuniam illum non dare potuiſſe: militem honorem non dare poſſe.* J. F. Gron.

3 *Et privatis lege dicendi locus eſſet ad ſuadendum*, &c.] Mallem, *& privatis lege dicendi locus eſſet, nec ad ſuadendum, ut in re minime dubia quiſquam procederet.* Idem ſentit Manutius. *Sigonius.*

Et privatis lege dicendi locus eſſet nec ad] Recte Sigonius hic: ſed tamen relinquit mendum, nec totum percurat. Scribe: *& privatis de lege dicendi locus eſſet.* Dabatur *locus dicendi de lege*, quum ea propoſita & promulgata per magiſtratus ferentes copia privatis fiebat prodeundi in medium, populumque vel accipiendæ ejus vel antiquandæ rationes edocendi. Vide ſupra cap. 21. Sed & quia liber antiquus omneſque editi: *dubia ſi quiſquam:* cogitare poſſis: *nec ad ſuadendum, ut in re minime dubioſa, quiſquam procederet.* Neque enim ſine auctore dixit Gellius lib. 3 cap. 3. *Quoniam dubioſæ non erant.* Et lib. 5 cap. 10. *Dubioſum hoc inexplicabileque.* J.F.Gron.

eſſet, nec ad ſuadendum, ut in re minime dubia, quiſquam procederet; Ser. Galba repente proceſſit, & à tribuno poſtulavit, *Ut, quoniam hora jam octava diei eſſet, nec ſatis temporis ad demonſtrandum haberet, cur L. Æmilium non juberent triumphare, in poſterum diem differrent, & mane eam rem agerent. Integro ſibi die ad cauſſam eam orandam opus eſſe.* Quum tribunus, dicere eo die ſi quid vellet, juberet; in noctem rem dicendo extraxit. referendo admonendoque *Exacta acerbe munia militiæ, plus laboris, plus periculi, quam deſideraſſet res, injunctum; contra in præmiis, in honoribus, omnia arctata. militiamque, ſi talibus ſuccedat ducibus, horridiorem aſperioremque bellantibus; eandem victoribus inopem atque inhonoratam futuram. Macedonas in meliore fortuna, quam milites Romanos eſſe. Si frequentes poſtero die ad legem antiquandam adeſſent, intellecturos potenteis viros, non omnia in ducis, aliquid & in militum manu eſſe.* His vocibus incitati, poſtero die milites tanta frequentia Capitolium compleverunt, ut aditus nulli præterea ad ſuffragium ferendum eſſet. [1] Intro vocatæ primæ tribus quum antiquarent, concurſus in Capitolium principum civitatis factus eſt, *Indignum facinus eſſe* clamitantium, *L. Paullum tanti belli victorem deſpoliari triumpho. obnoxios imperatores tradi licentiæ atque avaritiæ militari: [2] in uno nimis ſe per ambitio-*

1 *Intro vocatæ primæ tribus cum antiquarent*] Sic Plutarch. ἥτε πρώτη φυλὴ τὸν θρίαμβον ἀπεψηφίζετο. *Sigonius.*

2 *In uno nimis ſe per ambitionem peccare*] Egregius locus, ſed adhuc corruptus. Scribe: *ultro nimis ſæpe per ambitionem peccari: quid ſi domini milites imperatoribus imponantur?* Vel, ſi mavis: *ultro nimis ſæpe ambitionem peccare.* nempe imperatorum. Recte enim dicetur peccaſſe imperatoris ambitionem, quum imperator peccavit per ambitionem. Senſus eſt, ultro ſuaque ſponte & præter neceſſitatem peccare imperatores ſatis frequenter diſciplinam ambitionis cauſſa remittendo: quid, ſi metu cogantur, futurum? *Ambitio* nihil eſt aliud quam intempeſtiva captatio gratiæ ac favoris, plerumque tam efficax, ut ejus ergo jus & officium migremus. Sic lib. 3. *Et ultro querente pauca petitore, quod jus ſibi pridie per ambitionem dictum non eſſet.* Lib. 5. *Senatui nec factum placebat Fabiorum, & jus poſtulare barbari videbantur. ſed ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obſtabat.* Lib. 29. *Nec tam Q. Pleminii ſcelus, quam Scipionis in eo aut ambitio aut negligentia iras hominum irritavit.* Salluſtius de Mario ſcribente milites capite cenſos pleroſque: *id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem conſulis memorabant.* Sic & *ambitioſe facere* dicimur, quæ

bitionem peccare. Quid ſi domini milites imperatoribus imponantur? in Galbam pro ſe quiſque probra ingerere. Tandem, hoc tumultu ſedato, M. Servilius, qui conſul & magiſter equitum fuerat, ut de integro eam rem agerent ab tribunis petere, dicendique ſibi ad populum poteſtatem facerent. Tribuni quum ad deliberandum ſeceſſiſſent, victi auctoritatibus principum, de integro agere cœperunt, revocaturoſque ſe eaſdem tribus renunciarunt, ſi M. Servilius aliique privati, qui dicere vellent, dixiſ-

quæ facimus præter decorum fere demerendi alicujus cauſſa; quum ſtudemus plus & ſupra quam oportet & in quibus nec oportet, ut gratiam ineamus. Cicero 3 famil. *præſertim cum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam, quam honos meus & dignitas poſtulat.* Salluſtius: *neque facto ullo neque dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret.* Ita frequenter accipitur & in libris juris, neque fugit Budæum & Cujacium. Sed elegans Fornerius dum illis addere aliquid cupit, nimium dicit. l. 5 C. de commer. & merc. volunt Auguſti *ceſſante omni ambitione* manere quingentorum ſexaginta trium collegiatorum numerum. hoc eſt, ne in favorem aut gratiam ullius augeatur, minuaturve, neve in locum defunctorum ex alio, quam illi fuerant, corpore ſubrogentur, ut ipſi ſe ibidem explicant. l. 5 C. de execut. rei judicatæ: *res ſubhaſtatas ex compacto, ſive ambitione diverſæ partis emptorem invenire potuiſſe.* quod eſt, quia reus ita omnium, qui eam rem agere debebant, aucupatus ſit & occupaverit gratiam, ut damno ejus lucrari noluerint. Fornerius ait *ambitionem* eſſe falſæ cauſæ allegationem & prætextum. Sane iis, quæ per ambitionem fiunt, callidi homines alia & falſa prætexunt: non tamen *ambitio* eſt prætextus. Id maxime putat evinci è collatione l. 1 & 3 C. Si tutor vel curator falſ. alleg. excuſ. Priore dicitur: *ſi non competentibus allegationibus liberati eſſe à munere juſſi ſunt:* poſteriore: *ſi ambitione potius quam juris ratione ſe excuſaverit.* Hæc vero non ſunt idem, ſed illud generaliter dictum, hoc unam ſpeciem continet. Sic & *ambitioſe remiſſum* l. 12 C. de tranſact. eſt, in quo poſthabito publicæ rei commodo aut jure privatam gratiam quæſitam appareat. Et *ambitioſa decreta*, quibus ut gratificareris nonnemini à jure deceſſum ſit, l. 3 princ. ff. de minorib. l. 4 de decret. ab ord. fac. l. 2 C. de decret. decurionum. Quid aliud ſunt, inquit, quam gratioſa? Recte hoc: ſed cur ſubjicit: quam quæ cauſſa vacant & colore quæſito conflata ſunt. Nam hoc generale nimis, nec explicatur voce *ambitioſa.* Quid enim? ſi privato & proprio odio in quemquam decernatur? an non id quoque cauſſa vacat & colore quæſito conflatur? Nec tamen erit *ambitioſum:* quia non gratia ſic captatur, ſed intempeſtiva & incivilis vindicta exercetur. Perperam & Ovidii interpretatur lib. 3 de Ponto. *Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis.* Ut mendax mei ſolandi ſublevandique cauſſa eſſe non vereare. Cur enim mendax? Immo ſimpliciter eſt, ut pro me ambias, roges, depreceris: ambitioſis, hoc eſt, illis, quæ gratiam mereri poſſint, precibus utare. Nam & *ambitioſas preces* dixit Tacitus lib. 2 hiſtoriarum. *J. F. Gron.*

 1 *Quan-*

37 dixiſſent. Tum Servilius: [1] *Quantus imperator L. Æmilius fuerit, Quirites, ſi ex alia re nulla æſtimari poſſit, vel hoc ſatis erat, quod, quum tam ſeditioſos & leves milites, tam nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad inſtigandam multitudinem inimicum in caſtris haberet, nullam in exercitu ſeditionem habuit. Eadem ſeveritas imperii, quam nunc oderunt, tunc eos continuit.* [2] *Itaque antiqua diſciplina habiti, neque fecerunt. Servius quidem Galba, ſi in L.* Paullo *accuſando tirocinium ponere & documentum eloquentiæ dare voluit; non triumphum impedire debuit, quem, ſi nihil aliud, ſenatus juſtum eſſe judicaverat: ſed, poſtero die quam triumphatum eſt,* [3] *privatum quum viſurus eſſet, nomen deferret, & legibus interrogaret: aut ſerius paulo quum primum magiſtratus ipſe cepiſſet, diem diceret, inimicum ad populum accuſaret. Ita & pretium recte facti, triumphum haberet L.* Paullus *pro egregiè bello geſto: & pœnam, ſi quid & vetere gloria ſua & nova indignum feciſſet. Sed videlicet* [4] *cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit. Diem integrum heſterno die ad accuſandum L.* Paullum *petiit: quatuor horas, quantum ſupererat diei, dicendo abſumpſit. Quis umquam tam nocens reus fuit, cujus vitia vitæ tot horis expromi non poſſent? Quid interim objecit, quod L.* Paullus*, ſi cauſſam dicat, negatum velit? Duas mihi aliquis conciones parumper faciat: unam militum Macedo-*

nico-

1 *Quantus imp. L. Æmil. f. Quir. ſi ex alia re nulla æſt. poſſ. vel hoc ſatis erat*] Hoc principium orationis ſic Græce vertit Plutarchus: Αἰμίλιον μὲν ἔφη Παῦλον ἡλίκος αὐτοκράτωρ γένοιτο, τὸ νῦν μάλιστα γιγνώσκειν, ὁρῶν ὅσης ἀπειθείας γέμοντι, καὶ κακίας στρατεύματι χρώμενος οὕτω καλὰς κατώρθωσε καὶ μεγάλας πράξεις. *Sigonius.*

2 *Itaque antiqua diſciplina habiti neque fecerunt*] Scribe cum Alberto Rubenio: *habiti tunc quieverunt.* Lib. 8. *Exanimati omnes tam atroci imperio, nec aliter quam in ſe quiſque diſtrictam cernentes ſecurim, metu magis quam modeſtia quievere.* J. F. Gron.

3 *Privatum eum viſurus eſſet; nomen deferret,*] Legendum, *privatum cum viſurus eſſet.* Porro autem ego malim legere, *deferre, interrogare, dicere, accuſare*, ut hæc omnia ad vocem *debuit* referantur. *Sigonius.*

Poſtero die quam triumphatum eſt, privatum cum viſurus] Hoc Sigonii eſt: nam prius, *privatum eum viſurus.* Sed manet incommodum in illo, *quam triumphatum eſt.* Requiritur enim *eſſet.* Scribe: *ſed poſtero die, quam triumphatum, & cum privatum eum viſurus eſſet.* J. F. Gron.

4 *Cui crimen nullum probrum dicere poterat*] Legendum: *Cui nullum crimen, nullum probrum dicere poterat.* Sigonius.

1 Ur-

nicorum; puram alteram, integrioris judicii, & à favore & odio, univerſo judicante populo Romano. Apud concionem togatam & [1] urbanam prius reus agatur. Quid apud Quirites Romanos, Servi Galba, diceres? illa enim tibi tota abſciſa oratio eſſet: in ſtatione ſeveriùs & intentius inſtitiſti; vigiliæ acerbius, & diligentius circumitæ ſunt; operis plus quam antea feciſti, quum ipſe [2] imperator & exactor circumires. Eodem die & iter feciſti, & [3] in aciem ex itinere duxiſti. Ne victorem quidem te acquieſcere paſſus eſt: ſtatim ad perſequendos hoſtes duxit. Quum te præda partienda locupletem facere poſſet, pecuniam regiam tranſlaturus in triumpho eſt, & in ærarium laturus. Hæc ſicut ad militum animos ſtimulandos aliquem aculeum habent, qui parum licentiæ, parum avaritiæ ſuæ inſervitum cenſent; ita apud populum Romanum nihil valuiſſent: qui ut vetera atque audita à parentibus ſuis non repetat, quæ ambitione imperatorum clades acceptæ ſint, quæ ſeveritate imperii victoriæ partæ; proximo certè Punico bello, quid inter M. Minucium magiſtrum equitum, & Q. Fabium Maximum dictatorem interfuerit, meminit. [4] *Itaque accuſatorem id ſcire potuiſſe, & ſupervacaneam defenſionem Paulli fuiſſe. Tranſeatur ad alteram concionem: nec Quirites vos, ſed milites videor appellaturus, ſi nomen hoc ſaltem ruborem incutere, & verecundiam aliquam imperatoris violandi afferre poſſit. Equidem ipſe aliter affectus animo ſum, qui apud exerci-* 38
tum mihi loqui videar, quam paulo ante eram, quum ad plebem urbanam ſpectabat oratio. [5] *Quid etiam dicitis milites? Aliquis eſt Romæ, præter Perſea, qui triumphari de Macedonibus* … *nolit:*

1 *Urbanam prius reus agatur*] Forte: *res agatur.* Muretus.

2 *Imperator & exactor circumires*] Immo *circumiret.* Salluſtius de Metello: *vigilias crebras ponere & eas ipſe cum legatis circuire.* J. F. Gron.

3 *In aciem ex itinere duxiſti*] Proxima oratio requirit: *& in aciem ex itinere ductus es.* Idem.

4 *Itaque accuſatorem id ſcire potuiſſe*] Non poteſt in his verbis intelligi, niſi præcedens *meminit*: id autem parum commodum eſt. Fortaſſis: *Itaque & accuſator id ſcire potuiſſet, & ſupervacanea defenſio Paulli fuiſſet.* Idem.

5 *Quid etiam dicitis milites*] Muretus, *Quid enim dicitis.* Ego τὸ *etiam* trajiciendum cenſeo in membrum præcedens, hoc modo: *Equidem ipſe etiam aliter animo affectus ſum, quum apud exercitum mihi loqui videor, quam paullo ante eram, cùm ad plebem ſpectabat oratio. Quid dicitis, milites?* Idem.

nolit: & eum non iiſdem manibus diſcerpitis, quibus Macedonas viciſtis? Vincere vos prohibuiſſet, ſi potuiſſet, qui triumphantes urbem inire prohibet. Erratis milites, ſi triumphum imperatoris tantum, & non militum quoque & univerſi populi Romani eſſe decus cenſetis. [1] *Non unius hoc Paulli. Multi etiam, qui ab ſenatu non impetrarunt triumphum, in monte Albano triumpharunt. Nemo L. Paullo magis eripere decus perfecti belli Macedonici poteſt, quam C. Lutatio primi Punici belli, quam P. Cornelio ſecundi* [2] *quam illis qui poſt eos triumphaverunt. Nec L. Paullum minorem aut majorem imperatorem triumphus faciet. militum magis in hoc univerſique populi Romani fama agitur. primum ne invidiæ & ingrati animi adverſus clariſſimum quemque civem opinionem habeat: & imitari in hoc populum Athenienſem lacerantem invidia principes ſuos videatur. Satis peccatum in Camillo à majoribus veſtris eſt, quem tamen ante receptam per eum à Gallis urbem violarunt: ſatis inſuper à vobis in P. Africano; Literni domicilium & ſedem fuiſſe domitoris Africæ,* [3] *Literni ſepulchrum oſtendi. Erubeſcamus, gloria ſi par illis viris L. Paullus, injuria veſtra exæquetur. Hæc igitur primum infamia deleatur; fœda apud alias gentes, damnoſa apud noſtros. Quis enim aut Africani, aut Paulli ſimilis eſſe, in ingrata & inimica bonis civitate, velit? Si infamia nulla eſſet, & de gloria tantùm ageretur, qui tandem triumphus non communem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi, tot*

1 *Non unius hoc Paulli*] Valde abruptum hoc. Forte nimii ſumus. Sed valde placeret, ſi legeretur: *Erratis milites ſi triumphum imperatoris tantum, ſi unius hunc Paulli, & non militum quoque & univerſi populi Romani eſſe decus cenſetis.* J.F.Gron.

2 *Quam illis *, qui triumphaverunt*] Nihil huic ſententiæ deerit, ſi legas: *quam illis, qui poſt eos triumphaverunt.* intelligit autem, qui poſt Lutatium & Cornelium triumpharunt, ut de Philippo, & de Antiocho: aut ita legendum eſt: *Quam Macedonici & Aſiatici, qui triumphaverunt.* Sigonius.

Quam illis qui triumphaverunt] Sic vetus liber, mutilus haud dubie hac parte ac parum integer. Sigonius nihil ſententiæ defore putat, ſi legas: *qui poſt illos triumpharunt.* Sed certe plura deſunt, ſi nihil aliud, poſt τὸ *illis*, quod eripi poſſe negat: verbi gratia, *ſua cuique decora & aliis ſive ante hos ſive poſt eos triumphaverunt.* J.F. Gron.

3 *Literni ſepulcrum oſtendi. Erubeſcamus*] Et hæc maleſani coloris. Conjiciebam: *ſatis inſuper nos in P. Africano, Literni domicilium & ſedem fuiſſe domitoris Africæ, Literni ſepulcrum oſtendi, erubeſcimus. Gloriane par illis viris L. Paullus injuria etiam veſtra exæquabitur?* Vel, *& injuria veſtra.* Idem.

1 *M. Cu-*

tot de Hiſpanis, tot de Pœnis; ipſorum tantum imperatorum, an populi Romani dicuntur? quemadmodum non de Pyrrho modo, nec de Annibale, ſed de Epirotis Carthaginienſibuſque triumphi acti ſunt; ſic non [1] Manius Curius tantum, nec P. Cornelius, ſed Romani triumpharunt. Militum quidem propria eſt cauſſa: qui & ipſi laureati, & quiſque donis quibus donati ſunt inſignes, [2] triumphum nomine cient, ſuaſque & imperatoris laudes canentes per urbem incedunt. Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum ſint, fremunt: & tamen tum quoque ſe abſenteis, quod ſuis manibus parta victoria ſit, triumphare credunt. Si quis vos interroget, milites, ad quam rem in Italiam deportati, & non ſtatim confecta provincia dimiſſi ſitis; quid Romam frequentes ſub ſignis veneritis, quid moremini hic, & non diverſi domos quiſque abeatis veſtras: quid aliud reſpondeatis, quam vos triumphanteis videri velle? Vos certe victores con-
ſpici velle debebatis. Triumphatum nuper de Philippo, patre 39
hujus, & de Antiocho eſt: ambo regnabant, quum de his triumphatum eſt. De Perſeo capto, in urbem cum liberis abducto, non triumphabitur? Quod ſi in curru ſcandenteis Capitolium, auratos purpuratoſque ex inferiore loco L. Paullus in turba togatorum unus privatus interroget; L. Anici, Cn. Octavi, utrum vos digniores triumpho eſſe, an me cenſetis? currum ei ceſſuri, & præ pudore videntur inſignia ipſi ſua tradituri. Et vos Gentium quam Perſea duci in triumphum mavultis, Quirites, & de acceſſione potius belli quam de bello triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatæ urbem inibunt, & navales ſocii: Macedonicæ legiones, ſuo abrogato, triumphos alienos ſpectabunt? Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ ſpoliis fiet? Quonam abdentur illa tot millia armorum detracta corporibus hoſtium? an in Macedoniam remittentur? Quo ſigna aurea, marmorea, eburnea, tabulæ pictæ, textilia, tantum argenti cælati, tantum auri,

1 *M. Curius*] *M'. Curius*, ut ante. *Sigonius.*

2 *Triumphum nomine cient*] Hoc eſt id, quod Varro ſcribit libro de lingua Latina quinto Quod milites cum imperatore redeuntes per urbem in Capitolium euntes, clamitaverint, *Io Triumphe.* Itaque Horatius libro quarto: *Non ſemel dicemus, Io Triumphe, civitas omnis.* Idem.

auri, tanta pecunia regia? An noctu, tanquam furtivæ, in ærarium deportabuntur? Quid illud ſpectaculum maximum? nobiliſſimus opulentiſſimuſque rex captus ubi victori populo oſtendetur? Quos Syphax rex captus, acceſſio Punici belli, concurſus fecerit, plerique meminimus. Perſeus rex captus, Philippus & Alexander filii regis, tanta nomina, ſubtrahentur civitatis oculis? Ipſum L. Paullum, bis conſulem, domitorem Græciæ, omnium oculi conſpicere urbem curru ingredientem avent. Ad hoc fecimus conſulem, ut bellum per quadriennium ingenti etiam pudore noſtro tractum perficeret. cui ſortito provinciam, cui proficiſcenti præſagientibus animis victoriam triumphumque deſtinavimus; ei victori triumphum negaturi? & quidem non homines tantum, ſed Deos etiam ſuo honore fraudaturi? Diis quoque enim, non ſolum [1] hominibus, debetur. Utrum majores veſtri omnium magnarum rerum & principia exorſi ab Diis ſunt, [2] & finem eum ſtatuerunt? Conſul proficiſcens prætorve [3] paludatis lictoribus in provinciam & ad bellum, vota in Capitolio nuncupat: victor, perpetrato eodem, in Capitolio triumphans, ad eoſdem Deos quibus vota nuncupavit, merita dona populi Romani traducit: pars non minima triumphi eſt victimæ præcedentes, ut appareat Diis grates agentem imperatorem, ob rempublicam bene geſtam redire. Omnes illas victimas, [4] quas traducendas in triumpho vindicavit, alias alio cædente mactate. illas quidem epulas ſenatus, quæ nec privato loco, nec publico profano, ſed in Capitolio eduntur, utrum hominum voluptatis cauſſa, an Deorum hominumque, auctore Servio Galba, turbaturi eſtis? L. Paulli

1 *Hominibus debetur. Utrum majores*] Scribe: *Diis quoque enim, non ſolum hominibus, debetur triumphus. Majores veſtri.* Vide lib. 38, 48. *J. F. Gron.*

2 *Et finem * eum ſtatuerunt*] Tolle aſteriſcum: locus eſt ſanus atque integer. *Finem ſtatuerunt* rerum gerendarum *eum*, nempe deos, mentionem & venerationem deorum. Cicero lib. 6 fam. ult. *Cum conſilii tui bene fortiterque ſuſcepti eum tibi finem ſtatueris.* Lib. 7 ad Attic. epiſt. 12. *M. quidem Lepidus (nam fuimus una) eum finem ſtatuit: L. Torquatus eundem.* Vide ad lib. 1, 44 & lib. 23, 28. *Idem.*

3 *Paludatis lictoribus*] Scribe, *paludatus cum lictoribus*, uti dictum. *Idem.*

4 *Quas traducendas in triumpho judicavit*] In Modiana prima video. Frobenius, Aldus, Gryphius, Curio *vindicavit.* Turnebus, *in triumphum dicavit.* Videtur ſcripſiſſe: *quas traducendas in triumpho locavit.* Solebant enim & hic apparatibus præbenda locari. *Idem.*

Paulli triumpho portæ claudentur? Rex Macedonum Perſeus, cum liberis & turba alia captivorum, ſpolia Macedonum, citra flumen relinquentur? L. Paullus privatus, tamquam rure rediens, à porta domum ibit? [1] *Et tu centurio, miles, quid de imperatore Paullo ſenatus decrevit potius, quam quid Servius Galba fabuletur, audi: & hoc dicere me potius quam illum audi. Ille nihil præterquam loqui,* [2] *& ipſum maledice ac maligne, didicit: ego ter & vicies cum hoſte per provocationem pugnavi: ex omnibus, cum quibus manum conſerui, ſpolia retuli. inſigne corpus honeſtis cicatricibus omnibus adverſo corpore exceptis habeo.* Nudaſſe deinde ſe dicitur: &, quo quæque bello vulnera accepta eſſent, retuliſſe. quæ dum oſtentat, adapertis fortè quæ velanda erant, tumor inguinum proximis riſum movit. tum, *Hoc quoque quod ridetis*, inquit, *in equo dies noctesque perſedendo habeo: nec magis me ejus quam cicatricum harum pudet, pœnitetque; quando numquam mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiæque fuit. Ego hoc ferro ſæpe vexatum corpus, vetus miles adoleſcentibus militibus oſtendi. Galba nitens & integrum denudet.* [3] *Revocate,*

1 *Et tu centurio, miles*] Legimus: *At tu, centurio, miles, quid de imperatore Paullo ſenatus decrerit potius, quam quid Serv. Galba fabuletur, audi: & hoc dicentem me potius, quam illum audi.* J. F. Gron.

2 *Et ipſum maledice*] Frobenius ex codice ſcripto: *& ipſud maledice.* Scribe: *& ipſum id maledice.* Idem.

3 *Revocate ſi vid. trib. ad ſuffr. trib. ego ad vos mil.*] Intercidit finis orationis, qua uſus eſt M. Servilius pro triumpho Paulli. Qui tamen finis eſt apud Plutarchum, his verbis: ἀλλ' ἄγε λαβὼν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ψῆφον, ἐγὼ δὲ καταβὰς παρακολουθήσω πᾶσι, καὶ γνώσομαι τοὺς κακοὺς, καὶ ἀχαρίστους, καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις, ἢ στρατηγεῖσθαι βουλομένους. Id eſt. *Revoca ipſos Ad ſuffragium, ego vero illos omnes ſubſequar, & malos ac ingratos cives cognoſcam, quique in bellis à tribunis, quam ab imperatore regi malunt.* Excidit præterea initium expoſitionis triumphi Paulli, quem per triduum egit, IIII, III prid. Kal. Decemb, ut eſt ſcriptum in triumphis Capitolinis, de quo triumpho in ſequentib. proximis verbis traditur. *Sigonius.*

Revocate, ſi videtur] Plutarchi locum tranſtulit hic Sigonius parum commode. Ἐγὼ δὲ καταβὰς παρακολουθήσω πᾶσι· vertendum: *ego autem deſcendens* (puta templo vel è loco ſuperiori, unde concionabatur) *comitabor ſingulos.* nempe in ſuffragium euntes, quaſi rogator, diribitor, cuſtos. Ex more, quem ſignificat Cicero poſt reditum in Senatu: *affinem tuum, quem comitiis prærogativæ primum cuſtodem præfeceras.* Item: *quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodes vidiſtis?* In Piſonem: *ad eum, cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogativæ.* Rurſum: *vos rogatores, vos diribitores, vos cuſtodes fuiſſe tabularum, & quod in hono-*

te, ſi videtur, tribuni ad ſuffragium tribus: ego ad vos milites:

* * *

40 ſummam omnis captivi auri argentique tranſlati [1] ſeſtertium millies ducenties fuiſſe, Valerius Antias tradit: [2] quæ haud dubiè major aliquanto ſumma [3] ex numero plauſtrorum ponderibuſque auri, argenti, generatim ab ipſo ſcriptis efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum abſumptum, aut in fuga, cum Samothracen peteret, diſſipatum, tradunt: eoque id mirabilius erat, quod tantum pecuniæ intra triginta annos poſt bellum Phi-

honoribus veſtrorum propinquorum non facitis vel ætatu excuſatione vel honoris, id in ſalute mea, nullo rogante, vos veſtra ſponte feciſtis. Pertinet eodem Plinii lib. 33 cap. 2. *Nongenti vocabantur ex omnibus* (equitibus) *ſelecti ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitiis.* Γνώσομαι eſt *diſtinguam, notabo.* Δημαγωγεῖσθαι autem hic non eſt *ab tribunis regi*, ſed ſic regi, ut ſolet plebs ab tribunis, hoc eſt, per ambitionem & prava indulgentia. Dicit ergo Plutarchus, *in bello coli quam regi*; vel *ambitioſe quam ſub imperio & diſciplina haberi.* J. F. Gron.

1 *Seſtertium millies ducenties fuiſſe*] Vellejus auget ſummam, ſcribitque contuliſſe Paullum ærario *bis millies centies.* Teſtatur Cicero lib. 2 de officiis, omni Macedonum gaza potitum Paullum, tantum pecuniæ ærario invexiſſe, ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorum: ut credibile ſit neminem unum ante hunc egiſſe opulentiorem triumphum. At bis millies L. Scipio devicto Antiocho intulerat, ut ipſe tradit Livius. Quare utrumque laborare mendo, ſed ita, ut alter ex altero juvari poſſit, exiſtimabam, ſcribendumque utrobique: *bis millies ducenties.* Sunt quinquagies quinquies centena millia Philippum. Sed hoc occupavit Lipſius. Plinio ter millies eſt: Suidæ ſena millia talentum. Sed vide ad Plinium 33, 3. *Idem.*

2 *Quæ haud dubie major aliquanto ſumma*] Lege: *qua haud dubie.* Idem.

3 *Ex numero plauſtrorum*] An ergo ex vehiculorum multitudine pecuniæ ſumma exacte cognoſci potuit? Taceo Plutarchum in deſcriptione hujus triumphi docere non plauſtris vectam, ſed ab aliquot millibus hominum ἐν ἀγγείοις, in vaſis portatam eſſe omnem illam auri atque argenti vim. Quid ſi legas? *Philippeorum*, quorum mentio cum in omnibus Græcis Aſiaticiſque triumphis fieri ſolet, tum præcipue in Macedonicos convenit. Certe Quintius devicto Philippo, ejus nominis numiſmatum XIV millia & DXIV in triumpho tranſtulit, lib. 34, 52. Scipio ex Aſia CXL millia, lib. 37, 59. Fulvius ex Græcia XII millia & amplius, lib. 39, 5. Cn. Manlius Vulſo iterum ex Aſia ultra XVI millia, lib. 39, 7, Romam deportavit. Nunquam vero in illorum vel aliorum triumphis videas ſummam pecuniæ ſubduci & colligi *ex plauſtrorum numero.* Jac. Perizonius. Veriſſimam reor hanc τοῦ *plauſtrorum* accuſationem: genuinum quoque acumen in reponenda mente Livii. Ceterum ſuppoſiticia vox videtur indicare originem ſuam inde veniſſe, quia ſcriptum fuit *ph. aureorum*, quod explicandum per voces *Philippeorum aureorum*, ut ſic ſcripſerit nunc Livius, quomodo alibi. vide ad 39, 7. *Jac. Gron.*

1 Fi-

Philippi cùm Romanis, partim ex fructu metallorum, partim ex vectigalibus aliis coacervatum fuerat. Itaque admodum inops pecuniæ Philippus, Perſeus contra prædives, bellare cum Romanis cœpit. Ipſe poſtremo Paullus in curru magnam, cum dignitate alia corporis, tum ſenecta ipſa, majeſtatem præ ſe ferens: poſt currum inter alios illuſtres viros [1] filii duo, Q. Maximus, & P. Scipio: deinde equites turmatim, & cohortes peditum ſuis quæque ordinibus. [2] Pediti in ſingulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti: tantum pediti daturum fuiſſe credunt, & pro rata aliis, ſi aut non refragati honori ejus fuiſſent, aut benignè hac ipſa ſumma nunciata acclamaſſent. Sed non Perſeus tantum per illos dies documentum humanorum caſuum fuit, in catenis ante currum victoris ducis per urbem hoſtium ductus: ſed etiam victor Paullus auro purpuraque fulgens. Nam duobus è filiis, quos, duobus datis in adoptionem, ſolos nominis ſacrorum familiæque hæredes retinuerat domi; [3] minor ferme duodecim annos natus, quinque diebus ante triumphum; major quatuordecim annorum, triduo poſt triumphum deceſſit: quos prætextatos curru vehi cum patre, ſibi ipſos ſimiles prædeſtinantes triumphos, oportuerat. Paucis poſt diebus, data à M. Antonio tribuno plebis concione, quum de ſuis rebus geſtis more cæterorum imperatorum diſſeruiſſet, memorabilis ejus oratio & digna Romano principe fuit. *Quanquam & quam feli-* 41
citer

1 *Filii duo Maximus & P. Scipio*] *Q. Max. & P. Scip.* neque enim alter prænomine ſpoliandus eſt, alter ornandus. *Sigonius.*

2 *Pediti in ſingulos dati centeni*] Deeſt vox *denarii*. Mox ſcribendum, quod & Mureto viſum: *Alterum tantum pediti daturum fuiſſe credunt, & pro rata aliis.* nempe pediti ducentos, centurioni quadringentos, equiti ſexcentos. Denique, quod item Muretus: *has ipſa ſumma pronuntiata.* Cicero pro Cluentio: *Suppreſſam eſſe ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiaviſſet.* Suetonius Julio: *Nummos de ſuo communi nomine per centurias pronuntiaret.* Et infra: *Munus populo epulumque pronuntiavit in filiæ memoriam.* J. F. Gron.

3 *Minor - - - quinque dieb. ante triumph. major trid. poſt triumph. dec.*] Contra ſcribit Plutarchus, majorem ante triumphum, minorem poſt triumphum deceſſiſſe, in Paullo, & in Apophthegmatis. *Sigonius.*

1. *Et*

citer rempublicam adminiſtraverim, [1] *& quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos, Quirites, arbitror, quum ſpectaculo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorum fuerint; tamen paucis quæſo ſinatis me cum publica felicitate comparare eo quo debeo animo privatam meam fortunam. Profectus ex Italia, claſſem à Brundiſio ſole orto ſolvi; nona diei hora cum omnibus meis navibus Corcyram tenui. Inde quinto die Delphis Apollini* [2] *pro me exercitibuſque & claſſibus luſtra ſacrificavi. A Delphis quinto die in caſtra perveni: ubi exercitu accepto, mutatis quibuſdam, quæ magna impedimenta victoriæ erant, progreſſus quia inexpugnabilia caſtra hoſtium erant, neque cogi pugnare poterat rex, inter præſidia ejus ſaltum ad Petram evaſi, & ad pugnam rege coacto acie vici: Macedoniam in poteſtatem populi Romani redegi & quod* [3] *bellum per quadriennium quatuor ante me conſules ita geſſerunt, ut ſemper ſucceſſori traderent gravius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum deinde ſecundarum rerum velut proventus ſecutus: civitates omnes Macedoniæ ſe dediderunt: gaza regia in poteſtatem venit: rex ipſe, tradentibus prope ipſis Diis, in templo Samothracum cum liberis eſt captus. Mihi quoque ipſi nimia jam fortuna mea videri, eoque ſuſpecta eſſe. Maris pericula timere cœpi in tanta pecunia regia in Italiam trajicienda, & victore exercitu tranſportando. Poſtquam omnia ſecundo navium curſu in Italiam pervenerunt, neque erat quod ultra precarer; illud*

1 *Et quod duo fulmina*] Scribe: *& qua duo fulmina domum meam per hos dies perculerint.* J. F. Gron.

2 *Pro me exercitibus & claſſibus luſtra ſacrificavi*] Primum hoc dicam. *Sacrificare luſtra*, me nuſquam legiſſe. deinde de luſtratione exercitus intelligi non poſſe, non enim adhuc acceperat exercitum, ergo ne luſtrare quidem poterat. His rationibus adductus lego, *pro me exercitibuſque, & claſſibus veſtris ſacrificavi.* Hoc ita eſſe oſtendit Plutarchus, qui ita hunc locum vertit, πεμπταῖος δ' ἐκεῖθεν ἐν Δελφοῖς τῷ θεῷ θύσας, ἑτέραις αὖθις πέντε τὴν δύναμιν ἐν Μακεδονίᾳ παρέλαβον, καὶ τὴν εἰωθότα συντελέσας καθαρμὸν αὐτῆς. Quibus ex verbis apparet, luſtrationem non Delphis, ſed in caſtris ab eo eſſe ſuſceptam, ubi accepit exercitum. Delphis autem Apollini ab eo eſſe ſacrificatum. *Sigonius.*

3 *Bellum per quadriennium quatuor ante me conſules*] *Per triennium tres ante me conſules.* lege: tres enim tantum fuerunt, P. Licinius Craſſus, A. Hoſtilius Mancinus, Q. Marcius Philippus. Labes hæc quanto facilius elui poteſt, tanto fœdior eſt, cum præſertim tot ante annos à nemine agnita hunc locum depravarit. *Idem.*

1 Ab

illud optavi, ut, quum ex ſummo retro volvi fortuna conſueſſet,
mutationem ejus domus mea potius quam reſpublica ſentiret.
Itaque defunctam eſſe fortunam publicam mea tam inſigni ca-
lamitate ſpero; quod triumphus meus, velut ad ludibrium caſuum
humanorum duobus funeribus liberorum meorum eſt interpoſitus.
Et quum ego & Perſeus nunc nobilia maxime ſortis mortalium
exempla ſpectemur, ille, qui ante ſe captivos captivus ipſe duci
liberos vidit, incolumes tamen eos habet. ego, qui de illo trium-
phavi, [1] *ab alterius funere filii curru ex Capitolio ad alterum*
prope jam exſpirantem veni: neque ex tanta ſtirpe liberûm ſu-
pereſt, qui L. Æmilii Paulli nomen ferat. Duos enim tamquam
ex magna progenie liberorum in adoptionem datos, Cornelia &
Fabia gens habent; Paulli in domo præter ſe nemo ſupereſt. Sed
hanc cladem domus meæ veſtra felicitas & ſecunda fortuna pu- 42
blica conſolatur. Hæc tanto dicta animo magis confudere
audientium animos, quam ſi miſerabiliter orbitatem
ſuam deflendo locutus eſſet. Cn. Octavius Calendis De-
cembribus de rege Perſeo navalem triumphum egit. Is
triumphus ſine captivis fuit, ſine ſpoliis. Dedit ſociis
navalibus in ſingulos denarios ſeptuagenos quinos; gu-
bernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex, magiſtris
navium quadruplex. Senatus deinde habitus eſt: Pa-
tres cenſuerunt, ut Q. Caſſius Perſea regem cum Ale-
xandro filio Albam in cuſtodiam duceret: comites, pe-
cuniam, argentum, inſtrumentum quod haberet. Bitis
regis Thracum filius cum obſidibus in cuſtodiam Car-
ſeolos eſt miſſus. Cæteros captivos, qui in triumpho
ducti

1 *Ab alterius funere filii currum ex Capitolio prope jam expirantem veni*] Loquitur de filiis ſuis Paullus, quorum alter ante triumphum, alter poſt triumphum, ut diximus, deceſſit. Fœdata autem mirum in medum verba omne hujus ſententiæ lumen aut ſuſtulerunt, aut certe obſcurarunt. Sic igitur legendum cenſeo: *Ab alterius funere filii curru ex Capitolio ad alterum prope jam expirantem veni*; ſatis jam perſpicua menda eſt. *Sigonius.*

Curru ex Capitolio ad alterum prope] Hoc fabricavit Sigonius. Liber unicus: *funere filii currum ex Capitolio prope.* Turnebus *in currum.* Sed non placet *venire in currum.* Hujuſmodi quid deſideratur: *ab alterius funere filii currum eſcendi, ad alterum ex Capitolio prope jam exſpirantem veni.* Fulvius: *curru in Capitolium, ad alterum ex Capitolio.* J. F. Gron.

1 *Ab*

ducti erant, in carcerem condi placuit. Paucos poſt dies quam hæc acta, legati [1]ab Cotye rege Thracum venerunt; pecuniam ad redimendum filium alioſque obſides apportantes. Eis in ſenatum introductis, & [2]id ipſum argumenti prætendentibus orationis, non ſua voluntate Cotyn bello juviſſe Perſea, quod obſides dare coactus eſſet; orantibuſque ut eos pretio, quantum ipſi ſtatuiſſent Patres, redimi paterentur; reſponſum ex auctoritate ſenatus eſt, *Populum Romanum meminiſſe amicitiæ, quæ cum Cotye majoribuſque ejus & gente Thracum fuiſſet. Obſides datos crimen, non criminis defenſionem eſſe: quum Thracum genti ne quietus quidem Perſeus, nedum bello Romano occupatus, timendus fuerit. Cæterum etſi Cotys Perſei gratiam prætuliſſet amicitiæ populi Romani; magis quid ſe dignum eſſet, quam quid merito ejus fieri poſſet, æſtimaturum: filium atque obſides ei remiſſurum. Beneficia gratuita eſſe populi Romani: pretium eorum malle relinquere in accipientium animis, quam præſens exigere.* Legati nominati, T. Quintius Flamininus, C. Licinius Nerva, M. Caninius Rebilus, qui obſides in Thraciam reducerent: & Thracibus munera data in ſingulos binum millium æris. Bitis cum cæteris obſidibus à Carſeolis arceſſitus, ad patrem cum legatis miſſus. Naves regiæ captæ de Macedonibus [3]inuſitatæ ante magnitu-
43 dinis in campo Martio ſubductæ ſunt. Hærente adhuc, non in animis modo, ſed penè in oculis, memoria Macedonici triumphi, L. Anicius Quirinalibus triumphavit de rege Gentio, Illyriiſque. Similia omnia magis viſa hominibus, quam paria. minor ipſe imperator, & nobilitate Anicius cum Æmilio, & jure imperii prætor cum conſule collatus: non Gentius Perſeo, non Illyrii Macedo-

cedo-

1 *Ab Cotye rege Thracum*] Sic Græci, Κότυω. Apud Ciceronem tamen in Piſonem de rege ejuſmodi eſt, *Regi Cotto*, credo per menduin, pro *Coti*. Sigonius.

2 *Id ipſum argumenti prætendentibus orationis*] Lege, *orationi*. J. F. Gron.

3 *Inuſitatæ antea magnitudinis*] Videtur & hic fuiſſe *inviſitatæ*, quo gaudet alibi Livius, quicquid irrideant. *Idem.*

1 Non

cedonibus, non ſpolia ſpoliis, [1] non pecunia pecuniæ, non dona donis comparari poterant. Itaque ſicut præfulgebat huic triumphus recens: ita apparebat ipſum per ſe intuentibus nequaquam eſſe contemnendum. Perdomuerat intra paucos dies, terra marique ferocem, locisque munitis fretam, gentem Illyriorum: regem, regiamque omnem ſtirpis ceperat: [2] tranſtulit in triumpho multa militaria ſigna, ſpoliaque alia & ſupellectilem regiam: auri viginti & ſeptem, [3] argenti decem & novem pondo: denarium tria millia & centum viginti millia Illyrii argenti. Ante currum ducti Gentius rex cum conjuge & liberis, & Caravantius frater regis, & aliquot nobiles Illyrii. De præda militibus in ſingulos quadragenos quinos denarios, duplex centurioni, triplex equiti, ſociis nominis Latini quantum civibus, & ſociis navalibus dedit quantum militibus. Lætior hunc triumphum eſt ſecutus miles, multisque dux ipſe carminibus celebratus. ſeſtertium ducenties ex ea præda redactum eſſe, auctor eſt Antias; præter aurum argentumque quod in ærarium ſit latum: quod quia unde redigi potuerit, non apparebat; auctorem pro re poſui. Rex Gentius cum liberis & conjuge & fratre Spoletium in cuſtodiam ex ſenatuſconſulto ductus, cæteri captivi Romæ in carcerem conjecti: recuſantibuſque cuſtodiam Spoletinis, [4] Igitur vium reges traducti. Reliquum ex Illyrico prædæ ducenti viginti lembi erant: de Gentio [illegible] rege

1 *Non pecunia Macedonica*] Lego, *Non pecunia pecuniæ.* Nam reddidit eodem modo cetera, *Non Gentius Perſeo, non Illyrii Macedonibus, non ſpolia ſpoliis, non dona donis.* Errorem hunc gloſſa aliqua peperit, voci *pecuniæ* ſuperimpoſita, quam deinde librarius vera lectione repudiata in librum intulerat. *Sigonius.*

2 *Tranſtulit in triumphum*] Scripſerat, *in triumpho*, ut ſemper. *J. F. Gron.*

3 *Argenti decem & novem pondo*] Nimis hæc videtur tenuis ſumma: nam etiamſi *argenti mille & novem pondo, denarium triginta millia* legas, una cum auro nondum ſeptingenta millia nummum effeceris. *Idem.*

4 *Igituruvium reges tranſducti*] *Iguvium* videtur eſſe; quod nunc *Eugubium* dicitur. de qua voce alii. *Sigonius.*

Igitur vium reges traducti] Lege, *Iguvium.* Turnebus.

rege captos eos, Corcyreis, & Apolloniatibus, & Dyrra-
44 chinis, Q. Caſſius ex ſenatuſconſulto tribuit. Conſules eo anno, agro tantum Ligurum populato, quum hoſtes exercitus nunquam eduxiſſent, nulla re memorabili geſta, Romam ad magiſtratus ſubrogandos redierunt: & primo comitiali die conſules crearunt, M. Claudium Marcellum, C. Sulpicium Gallum. Deinde prætores poſtero die L. Livium, L. Appuleium Saturninum, A. Licinium Nervam, P. Rutilium Calvum, P. Quintilium Varum, M. Fonteium. His prætoribus duæ urbanæ provinciæ ſunt decretæ, duæ Hiſpaniæ, Sicilia & Sardinia. Intercalatum eo anno; poſtridie Terminalia intercalares fuerunt. Augur eo anno mortuus eſt, C. Claudius: in ejus locum augures legerunt T. Quintium Flamininum. & flamen Quirinalis mortuus, [1] Q. Fabius Pictor. Eo anno rex Pruſias venit Romam cum filio Nicomede. Is magno comitatu urbem ingreſſus, ad forum à porta tribunalque Q. Caſſii prætoris perrexit: concurſuque undique facto, *Deos qui urbem Romam incolerent, ſenatumque & populum Romanum ſalutatum ſe* dixit *veniſſe: & gratulatum quod Perſea Gentiumque reges viciſſent; Macedonibuſque & Illyriis in ditionem redactis, auxiſſent imperium.* Quum prætor ſenatum ei, ſi velit, eo die daturum dixiſſet; biduum petiit, quo templa Deûm urbemque & hoſpites amicoſque viſeret. Datus qui circumduceret eum L. Cornelius Scipio quæſtor, qui & Capuam ei obviam miſſus fuerat: & ædes, quæ ipſum comiteſque ejus benignè reciperent, conductæ. Tertio poſt die ſenatum adit, gratulatus victoriam eſt: merita ſua in eo bello commemoravit: petiit, *Ut votum ſibi ſolvere, Romæ in Capitolio decem majores hoſtias, & Præneſte unam Fortunæ liceret. ea vota pro victoria populi Romani eſſe, Et ut ſocietas ſecum renovaretur: agerque ſibi de rege Antiocho* Captus,

1 *M. Fabius Pictor*] *Q. Fabius* legendum, ex lib. 37 ubi hic fit flamen. *Prætores*, inquit, *exinde duo facti, duo* *Q. Fabii, Labeo & Pictor.* Flamen *Quirinalis eo anno inauguratus fuerat.* Sigonius.

2. Quod

captus, quem nulli datum à populo Romano Galli poſſiderent, daretur. Filium poſtremo Nicomedem ſenatui commendavit. Omnium, qui in Macedonia imperatores fuerant, favore eſt adjutus. Itaque cætera quæ petebat conceſſa; de agro reſponſum eſt, *Legatos ad rem inſpiciendam miſſuros. Si ager populi Romani fuiſſet nec cuiquam datus eſſet; digniſſimum eo dono Pruſiam habituros eſſe. Si autem Antiochi non fuiſſet; eo ne populi quidem Romani factum apparere: aut ſi datus Gallis eſſet, ignoſcere Pruſiam debere, ſi ex nullius injuria quidquam ei datum vellet populus Romanus. Ne* [1] *quod detur quidem, gratum eſſe donum poſſe, quod eum qui det ubi vellet ablaturum eſſe ſciat. Facile Nicomedis commendationem accipere. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur populus Romanus, documento Ptolemæum Ægypti regem eſſe.* Cum hoc reſponſo Pruſias eſt dimiſſus. [2] Munera ei ex ſeſtertiis * juſſa dari, & vaſorum argenteorum pondo quinquaginta. & filio Regis Nicomedi ex ea ſumma munera dari cenſuerunt, ex qua Maſgabæ filio regis Maſiniſſæ data eſſent: & ut victimæ aliaque quæ ad ſacrificium pertinerent, ſeu Romæ, ſeu Præneſte immolare vellet, regi ex publico, ſicut magiſtratibus Romanis, præberentur: & ut ex claſſe, quæ Brundiſii eſſet, naves longæ viginti aſſignarentur, quibus uteretur: donec ad claſſem dono datam ei rex perveniſſet. L. Cornelius Scipio ne ab eo abſcederet, ſumptumque ipſi & comitibus præberet, donec navem conſcendiſſent. Mire lætum [3] & ea benignitate in ſe populi Romani regem fuiſſe, ferunt: [4] munera ſibi ipſum emiſſe: filium juſſiſſe donum

1 *Quod detur*] Ἴσως quoi. Muretus.

2 *Munera ei ex ſeſtertiis juſſa dari*] Deeſt ſumma ſeſtertium. Sic ſupra. *Munera ex* S. C. *emere regulo quæſtor juſſus ex* C *pondo argenti.* Sigonius.

Munera ei ex ſeſtertiis juſſa dari] Forte *ex C HS.* id eſt, ex centum millibus nummum. Poſſes: *ei decies ſeſtertii:* ſed nimia videtur ſumma pro hoc tempore. *J. F. Gron.*

3 *Et ea benignitate in ſe pop. Rom.*] Manutius reponit, *ex ea benignitate.* Sigonius.

4 *Munera ſibi ipſum emiſſe*] Quid eſt *emere munera*? aut quam dignum magnificentia populi Romani, ut pro illis, quæ dono daret regi, pretium acciperet? Scribe: *munera ſibi ipſum renuiſſe, filium juſſiſſe donum populi Romani accipere.* J. F. Gron.

num populi Romani accipere. Hæc de Pruſia noſtri ſcriptores. [1] Polybius, eum regem indignum majeſtate nominis tanti, tradit; Pileatum, capite raſo, obviam ire legatis ſolitum, libertumque ſe populi Romani ferre: & ideo inſignia ordinis ejus gerere. Romæ quoque quum veniret in curiam ſummiſiſſe ſe, & oſculo limen curiæ contigiſſe: & Deos ſervatores ſuos ſenatum appellaſſe. aliamque orationem, non tam honorificam audientibus, quam ſibi deformem habuiſſe. Moratus circa urbem triginta haud amplius dies; in regnum eſt profectus.

IN

1 *Polybius eum regem --- inſign. ordinis ej. gerere.*] Hæc ex Polybio fortaſſe ſumta ſic edit Appianus in Mithridatico: Περσέως δὲ ἁλόντος ἀπήντησε τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, εἷμά τε Ῥωμαϊκὸν ἀμπεχόμενος ὃ καλοῦσι τήβεννον, καὶ ὑποδήματα ἔχων Ἰταλικά, τὴν κεφαλὴν ἐξυρημένος, καὶ πῖλον ἐπικείμενος ᾧ τρόπῳ τινὲς περιίασι τῶν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐλευθερωθέντων, αἰσχρὸς ὢν καὶ τἆλλα ὀφθῆναι καὶ βραχύς. ἐντυχὼν δ' αὐτοῖς ἔφη Ῥωμαϊστὶ τῷ ῥήματι. Ῥωμαίων εἰμὶ λιβερτός· ὅπερ ἐστὶν ἀπελεύθερος. *Sigonius.* Quæ de rege Pruſia Livius dicit ſe à Polybio accepiſſe, cum integra non ſint in fragmento à nobis edito, poterunt ſuppleri ex alio fragmento, quod è Polybio item, ut videtur, Diodorus Siculus deſcripſit. Nam quæ aliis ex Appiani Mithradatico prolata ſunt, ea partem tantum Livianorum exprimunt, partem omittunt. Licet ea appareat Appianum quoque à Polybio ſumpſiſſe. Græca ipſa Diodori verba ex fragmento ipſius à nobis cum Polybianis edito, peti poterunt. In quibus illud notatu dignum, quod *pilei* colorem, præter Diodorum, nemo alius indicat, cum ait: Μιμησάμενος δὲ τὴν τῶν προσφάτως ἠλευθερωμένων παρὰ Ῥωμαίοις τάξιν, ἀπήντησεν ἐξυρημένος τὴν κεφαλήν, καὶ πῖλεον ἔχων λευκόν, ἔτι τε φορῶν τήβενναν, &c. Ex quibus verbis hoc quoque intelligitur, novos libertos apud Romanos albis veſtibus olim uſos fuiſſe; ut nunc itidem, qui ex antiqui hoſtis ſervitute, aqua ſalutari tincti, liberantur. Pilei autem & raſi capitis mentionem facit Plautus in Amphitruone, niſi fallor, illo verſu: *Ut hodie raſo capite capiam pileum.* Itaque pileum eſſe notam libertatis, conſtat ex nummis veteribus, in quibus pileus eſt, & *LIBERTAS* item adſcriptum eſt. Præterea pileum ac virgam, quæ *Vindicta* dicebatur, virginem ferre in nummis videmus. Item in M. Bruti denariis, Pilei & duarum ſicarum imaginem agnoſcimus. Et Juſtiniani conſtitutionem habemus de libertis, qui funus patroni proſequebantur pileati. *Fulvius Urſinus.*

2 Ne

IN RELIQUOS T. LIVII LIBROS QUI DESIDERANTUR, EPITOME

LIBRI XLVI.

Eumenes Rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello ſe medium egerat, [1] *ne aut hoſtis judicatus videretur, ſi excluſus eſſet, aut liberatus crimine, ſi admitteretur; in commune* [2] *lex lata eſt, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius* [3] *Marcellus conſul Alpinos Gallos,* [4] *C. Sulpicius Gallus conſul Ligures ſubegit. Legati Pruſiæ regis conqueſti ſunt de Eumene, quod fines ſuos depopularetur: dixeruntque eum conſpiraſſe cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum Rhodiis deprecantibus juncta eſt. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt.* [5] *Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti ſeptem millia viginti duo. Princeps ſenatus lectus M. Æmilius Lepidus. Ptolemæus* [6] *Ægyptiorum rex, à minore fratre è regno pulſus, miſſis ad eum legatis, reſtitutus eſt. Ariarathe Cappadociæ rege mortuo, filius ejus Ariarathes regnum accepit: & amicitiam cum populo Romano per legatos renovavit. Res præterea adverſus Ligures, Corſos, & Luſitanos, vario eventu geſtas, & motus Syriæ mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admo-*

1 Ne *aut inimicus*] Veteres libri, *Ne aut hoſtis*. Sigonius.

2 *Lex in comitio lata eſt,*] Vox, *comitio*, inepto legitur ſenſu. Melior antiqua lectio. *Lex in commune lata eſt, ne cui regi*. Idem.

3 *Marcellus conſul Alpinos Gallos*] Barberinæ membranæ: *conſul ciſalpinos.* Forte: *Inalpinos*. Joan. Fred. Gronov.

4 *C. Sulpicius Gallus*] Vet. lib. *Gallus conſul*. Sigonius.

5 *Cenſa co ſunt*] Vet. lib. *Cenſa ſunt*. Idem.

6 *Ægyptiorum rex*] Tres ſcripti: *Ptolomaus Ægypti rex, pulſus regno à minore fratre, miſſis*. J. F. Gron.

modum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum [1] *cum Lyſia tutore ejus Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obſes miſſus fuerat, clam,* [2] *quia non dimittebatur à Romanis, interemit: & ipſe in regnum receptus. L. Æmilius Paullus,* [3] *qui Perſen vicerat, mortuus, cujus tanta abſtinentia fuit, ut, quum ex Hiſpania & Macedonia* [4] *maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum ejus redactum ſit, unde dos uxori ejus redderetur. Pomptinæ paludes à Cornelio Cethego conſule, cui ea provincia evenerat, ſiccatæ, agerque ex iis factus.*

1 *Cum Lyſia tutore Demetrius*] *Tutore ejus*, ex vet. libris, & Appiano in Syriaco. *Sigonius.*

2 *Quia minime dimittebatur*] Vet. lib. *Quia non dimittebatur.* Idem.

Clam, quia minime dimittebatur à Romanis] Poſt hæc verba excidit vox *elapſus.* Quod vero Sigonius, *non dimittebatur*, noſtri ſcripti confirmant. Hiſtoria eſt apud Polybium. Sed & duo ſcripti: *cum Lyſia tutore Demetrius Sel. F. qui Romæ obſes fuerat.* J. F. Gron.

3 *Qui Perſeum vicerat*] Scripti *Perſen.* Idem.

4 *Maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum ejus*] Quatuor membranæ: *immenſas opes & ſpolia retuliſſet, vix ex auctione ejus redactum ſit, unde uxori ejus dos ſolveretur.* Idem.

LIBER XLVII.

CN. Tremellio tribuno plebis mulcta dicta eſt, quod cum M. Æmilio Lepido pontifice maximo injurioſe contenderat: [1] *Sacrorumque quam magiſtratuum jus potentius fuit. Lex de ambitu*

1 *Sacrorum quoque magiſtratuum*] Vet. lib. *Sacrorumque magiſtratuum.* Sigonius.

Sacrorumque magiſtratuum jus potentius] Sic quidem Sigonius ex vet. libro, quum antea legeretur: *ſacrorum quoque magiſtratuum.* Non video quid inter hanc & illam lectionem interſit. Nemo enim pontificatum dixit *magiſtratum ſacrum.* Aut ex priori faciendum; *ſacrorumque quam magiſtratuum jus potentius fuit*; aut ex ſcripta duabus literis deletis: *ſacrorumque magiſtratu jus potentius fuit.* Huc etiam magis inclinabam: & ne quis offenderetur, ab altera parte poni *magiſtratum*, ab altera parte *jus ſacrorum*, quum aut *magiſtratus* & *ſacra*, aut *jus ſacrorum* & *magiſtratuum jus* comparari debeant, obſervaveram ſimilia. Lib. 34. *Quod ludis Romanis ædilibus curulibus imperarent, ut loca ſenatoria ſecernerent à populo.* Non ait *à locis populi.* Quintilianus lib. 12 Inſtit. 7. *Ut accuſatoriam vitam vivere & ad deferendos reos præmio duci proximum latrocinio eſt: ita peſtem inteſtinam propulſare cum propugnatoribus patriæ comparandum.* Hoc maluit quam *defenſione.* Juſtinus lib. 4, 3. *Auſi facinus nulli tyranno comparandum.* Ubi tentarunt, *nulli tyrannorum patrandum*; alii, *nulli tyranni comparandum.* Nequidquam. Juvat quod apud noſtrum eſt lib. 7. *Cujus populi ea cujuſque gentis claſſis fuerit, nihil certi eſt: maxime Siciliæ fuiſſe tyrannos crediderim.* Seneca lib. 1 de Ira cap. 4. *Rabioſum, clamoſum, difficilem, aſperum, quæ omnia irarum differentiæ ſunt.* J. F. Gron.

1 *Ut*

ambitu lata. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti octo millia, trecenta quatuordecim. Princeps ſenatus lectus Æmilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui diſſidebant, fœdus ictum, [1] *ut alter in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociæ rex, conſilio Demetrii regis Syriæ & viribus pulſus regno, à ſenatu reſtitutus eſt. Miſſi à ſenatu, qui inter Maſiniſſam & Carthaginienſes de agro judicarent. C. Marcius conſul adverſum Dalmatas parum proſperè primum, poſtea feliciter pugnavit; cum quibus bello confligendi cauſſa fuit, quod* [2] *Illyrios populi Romani ſocios vaſtaverant, eandemque gentem Cornelius Naſica conſul domuit. Q. Opimius conſul tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium oppida Antipolim & Nicæam vaſtabant, ſubegit. Præterea res in Hiſpania à compluribus parum proſperè geſtas continet. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octavo ab urbe condita magiſtratum, peractis comitiis, inſequentiſque anni conſulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia cauſſa fuit, quod Hiſpani rebellabant. Legati, ad diſceptandum inter Maſiniſſam & Carthaginienſes miſſi, nunciaverunt, vim navalis materiæ ſe Carthagine deprehendiſſe.* [3] *Aliquot prætores, à provinciis avaritiæ nomine* [4] *accuſati, damnati ſunt.*

1 *Ut alter in Ægypto*] Voſſ. & duo Gud. Pall. ſine præpoſitione: *Ægypto.* Lege: *ut alter Ægypti, alter Cyrenis regnaret.* Sic enim amant loqui. *J.F.G.*

2 *Illyricos*] *Illyrios*, ex Græcis & lapidibus Capitol. *Sigonius.*

3 *Quidam prætores*] Vet. lib. *Aliquot prætores.* Idem.

4 *Accuſati & damnati ſunt*] Vet. lib. *Accuſati damnati ſunt.* Idem.

LIBER XLVIII.

Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Quum in finibus Carthaginienſium [1] *maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce, Syphacis nepote, diceretur eſſe; M. Porcius Cato ſuaſit, ut Carthaginienſibus,* [2] *qui exer-*

1 *Maximus Numidarum exercitus Archobarzane*] Mſſ. *ingens Numidarum exercitus duce Ariobarzane.* J.F. Gron.

2 *Qui exercitum ſpecie contra Maſaniſſam*] Membr. Barbet. & Gud. minores: *Carthaginienſibus, cum Ariobarzanem contra Maſiniſſam.* Quæ probo: modo addat omiſſum per errorem τὸ *ſpecie.* Particulam *cum* ſic accipi notavimus ad lib. 39, 12. *Idem.*

exercitum, ſpecie contra Maſiniſſam regem, ſed revera contra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur. contradicente P. Cornelio Naſica, placuit legatos mitti Carthaginem, qui ſpecularentur quid ageretur. Caſtigato ſenatu Carthaginienſium, quod contra fœdus exercitum & navales materias haberent, pacem inter eos & Maſiniſſam facere voluerunt, Maſiniſſa agro, de quo lis erat, cedente. ſed Giſgo, Hamilcaris filius, homo ſeditioſus, qui tunc in magiſtratu erat, quum ſenatus pariturum ſe judicio legatorum dixiſſet, ita bellum adverſus Romanos ſuadendo concitavit, [1] ut Legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nunciantes, infeſtum jam ſenatum Carthaginienſibus, infeſtiorem fecerunt. M. Porcius Cato filii in prætura mortui funus tenuiſſimo, ut valuit (nam pauper erat) ſumptu fecit. Andriſcus, qui ſe Perſei filium, regis quondam Macedoniæ, ingenti aſſeveratione mentiretur, Romam miſſus. M. Æmilius Lepidus, qui princeps ſenatus ab [2] ſextis jam cenſoribus erat lectus, antequam exſpiraret, præcepit filiis, lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpura efferrent: in reliquum funus [3] ne plus quam æris decus conſumerent: imaginum ſpecie, non ſumptibus nobilitari magnorum virorum funera ſolere. De veneficiis quæſitum. [4] Publicia & Licinia, nobiles fœminæ, [5] quæ viros ſuos con-

1 *Ut legatis quomin. viol. fugam explicuerit*] Emenda ad fidem antiqui libri: *Ut legatos, quominus violarentur, fuga explicuerit.* Sigonius.

Fuga explicuerit] Eædem, *expedierit.* Parum refert. Libro ſequente: *a Scipione expliciti ſunt.* Florus lib. 4, 2. *Duos tamen æſtus explicuit.* J. F. Gron.

2 *Sextis jam cenſoribus*] Lege, *ab ſextis.* Sic Livius lib. 43. *M. Æmilius Lepidus princeps ſenatus ab tertiis jam cenſoribus erat lectus.* Sigonius.

Senatus ab ſextis jam cenſoribus erat lectus] Sic Sigonius: at nobis in Voſſ. & Gud. nec τὸ *ab* nec τὸ *erat* occurrit. Dele igitur & τὸ *qui*. Ut ſit: *Lepidus, princeps ſenatus ſextis jam cenſoribus lectus, antequam.* J. F. Gron.

3 *Ne plus quam æris denos conſumerent*] Bar. & Gud. minor: *ne plus deuſſe.* Suſpicabar *decuſſe* vel *decuſſis.* Voſſ. *ne plus quam æris decus.* Gud. major: *ne plus quam æris decus conſumerent.* Recte: ſic enim loquebantur breviter, *quatrus, ſeptus, octus, nonus, decus,* pro *quatruſſis, ſeptuſſis, octuſſis, nonuſſis, decuſſis.* Vide Voluſium Mæcianum. *Idem.*

4 *Publilia*] Vet. lib. *Poblicia.* Sigonius.

5 *Quæ viros ſuos necaſſe inſimulabantur*] Mſ. *quæ viros ſuos ſingulares necaſſe.* An *conſulares*? nam idem codex lib 2, ubi vulgo & recte, *Sp. Caſſius conſularis*; habet, *Sp. Caſſius vir ſingularis.* Fuit certe conſularis alter L. Poſtumius. Vide Valerium Maximum lib. 6 cap. 3. Sic conjeceram: nunc *viros ſuos conſulares* plane ſcriptum in Voſſiano & duob. Gud. reperi. *J. F. Gron.*

1 Præ

conſulares necaſſe inſimulabantur, cognita cauſſa, quum prætori [1] *prædes vadeſque dediſſent, cognatorum decreto necatæ ſunt. Guluſſa Maſiniſſæ filius denunciavit, Carthagine delectus agi, claſſem comparari, & haud dubium bellum ſtrui. Quum Cato ſuaderet, ut iis bellum indiceretur; P. Cornelio Naſica dicente, nihil temere faciundum; placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Poſtumius Albinus, conſules, quum delectum ſevere agerent; nec quemquam gratia dimitterent: ab tribunis plebis, qui pro amicis ſuis vacationem impetrare non poterant, in carcerem conjecti ſunt. quum Hiſpanienſe bellum parum proſpere aliquoties geſtum ita confudiſſet civitatem Romanam, ut ne ii quidem invenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent; P. Cornelius Æmilianus proceſſit:* [2] *& excepturum ſe militiæ genus, quodcumque imperatum eſſet, profeſſus eſt. quo exemplo omnes* [3] *ad militandi ſtudium concitavit.* [4] *L. Lucullus conſul cum Claudio Marcello, cui ſucceſſerat, cum laceſſere omnes Celtiberiæ populi viderentur, Vaccæos &* [5] *Cantabros, & alias incognitas adhuc nationes in Hiſpania ſubegit. Ibi P. Cor-*

1 *Prædes vadeſque dediſſent*] *Prædes* nihil huc pertinent. Pighius ex cod. Suſiano: *cum prætori pro ſe vades dediſſent.* Voſſ. *pretes yades dediſſent.* Gud. *cum prætore prædictos vates dediſſent.* Minor *plures vades.* Forte igitur: *cum prætori prædictos vades dediſſent*, id eſt, quos ille ab iis poſtulaverat. Niſi malis: *cum à prætore die dicta vades dediſſent.* J. F. Gron.

2 *Et excepturum militiæ genus*] Vet. lib. *& excepturum ſe.* Sigonius.

3 *Ad militandi ſtudium omnes incitavit*] Voſſ. & Gudiani: *quo exemplo omnes ad ſtudium militandi concitavit.* J. F. Gron.

4 *L. Lucullus conſul, cui M. Claudius ſucceſſerat*, &c.] Quemadmodum ſcriptum eſt apud Appianum in Iberico, non Lucullo Marcellus, ſed Marcello Lucullus ſucceſſit, quippe qui poſt Marcellum conſul fuerit. Itaque ex Appiani hiſtoria ſic legendum: *L. Lucullus conſul, cum Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos videretur, Vacceos*, &c. *Sigonius.*

Quum Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe] Hoc de conjectura Sigonii receptum eſt, quum legeretur: *cui Claudius Marcellus ſucceſſerat*: conſtat autem Lucullum ſucceſſiſſe Claudio, quem tertium cum L. Valerio Flacco conſulem, ille A. Poſtumio Albino collega, proximo anno ſecutus eſt. Barb. & Gud. min.: *ſucceſſerat, cum laceſſore omnes Celtiberiæ populi viderentur.* Fortaſſe. *L. Lucullus conſul cum Claudio Marcello, cui ſucceſſerat, quum laceſſere omnes Celtiberiæ populi viderentur, Vaccæos, & Cantabros, & alias.* Nam is Marcellus in provincia legatus Luculli manſit. Suetonius in Vitellio: *In provincia ſingularem innocentiam præſtitit biennio continuato, quum ſuccedenti fratri legatus ſubſtitiſſet.* J. F. Gron.

5 *Cantabros, & alias regiones*, &c.] Vet. lib. longe melius: *Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes.* Sigonius.

P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, ſed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: [1] *& in oppugnatione Intercatiæ urbis majus multo etiam periculum adiit. nam murum primus omnium tranſcendit. Servius Sulpicius Galba prætor male adverſus Luſitanos pugnavit. Quum legati ex Africa cum oratoribus Carthaginienſium, & Guluſſa Maſiniſſæ filio, rediſſent,* [2] *dicerentque & exercitum ſe & claſſem Carthagine deprehendiſſe,* [3] *perrogari ſententias placuit; Catone, & aliis principibus ſenatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus. quia vero Cornelius Naſica dicebat, nondum ſibi juſtam cauſſam belli videri; placuit* [4] *ut bello deſiſteretur, ſi Carthaginienſes claſſem exuſſiſſent, & exercitum dimiſiſſent: ſin minus, proximi conſules de Punico bello referrent. Quum locatum à Cenſoribus theatrum extrueretur; P. Cornelio Naſica auctore, tamquam inutile, & nociturum publicis moribus, ex ſenatuſconſulto deſtructum eſt, populuſque aliquamdiu ſtans ludos ſpectavit.* [5] *Carthaginienſes quum adverſum fœdus*

1 *Et in expugnatione captæ urbis majus multo etiam*] Vet. lib. *Et in expugnatione interceptæ urbis majus etiam.* Unde ego lego: *Intercatiæ*, teſtibus hiſtoricis omnibus. *Sigonius.*

Et in oppugnatione Intercatiæ] Voſſ. Gud. *expugnatione.* Quod admittendum videtur, cum expugnata ſit. Deinde iidem MS. *Murum primus tranſſcendit.* Omiſſa voce *omnium.* Nec aliter epit. 60. *Flaccus primus Tranſalpinos Ligures bello domuit.* Epit. 68. *Malleolus matre interempta primus inſutus culeo, in mare præcipitatus eſt.* Ubi quam confidenter ab editis recepta eſt vox eadem, tam conſtanter ab MS[tis]. relegatur. *Jac. Gron.*

2 *Dicerentque & exercitum*] Vet. lib. *Dicerentque ſe, & exercitum.* Sigonius.

3 *Prorogari ſententiam placuit*] Emendo, admonente ita ſenſu: *Perrogari ſententias placuit.* Sic libro trigeſimo ſecundo. *Decretum recitari perrogarique ſententias prohibuerunt.* Et lib. 29. *Perrogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiis non potuere.* Deinde cetera ſic lege, & interpunge: *Catone & aliis principibus ſenatus ſuadente, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus, quod Cornelius Naſica dicebat, nondum ſibi juſtam cauſam bellandi videri placuit, ut bello abſtinerent.* Idem.

Perrogari ſententias placuit] Forte: *Perrogatis ſententiis, Catone & aliis principibus ſenatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus; quia Cornelius Naſica dicebat.* Nam τὸ *placuit*, paullo poſt ſufficit poſitum. Voſſianus autem, *quia Cornelius*, Gud. min. *qui Cornelius*, ſine τῷ *vero.* Major quoque *tranſponeretur.* Juſtinus de Pyrrho: *cum copias Cherſoneſon tranſpoſuiſſet.* J. F. Gron.

4 *Ut bello deſiſteretur*] Voſſ. & Gudiani: *abſtinerent.* Idem.

5 *Carthagin. tum adverſ. fœdus bell. Maſ. int. victi ab eo*] Et hæc oratio uno concluſa circuitu in libris ſic legitur: *Carthaginienſes cum adverſum fœdus bellum Maſſaniſſæ intuliſſent. victi ab eo, &c.* Sigonius.

1 *Et*

fœdus bellum Maſiniſſæ intuliſſent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, & ſine pulpamine mandere [1] & guſtare panem tantummodo ſolito, inſuper Romanum bellum meruerunt.

1 *Et guſtare cibum*] Vet. lib. *guſtare panem.* Sigonius.

LIBER XLIX.

[1] *Tertii belli Punici initium altero & ſexcenteſimo anno ab urbe condita, intra quintum annum, quam erat cœptum conſummati. Inter M. Porcium Catonem, & Scipionem Naſicam, [2] quorum alter ſapientiſſimus vir in civitate habebatur, alter optimus vir etiam judicatus à ſenatu erat, diverſis certatum ſententiis eſt; Catone ſuadente bellum, [3] & ut tolleretur, deleretúrque Carthago; [4] Naſica diſſuadente: placuit tamen, eo quod contra fœdus naves haberent, quod exercitum extra fines duxiſſent, quod ſocio populi Romani & amico Maſiniſſæ arma intuliſſent, quod filium ejus Guluſſam, qui cum legatis Romanis erat, [5] in oppidum non recepiſſent, bellum iis indici. Prius quam ullæ copiæ in naves imponerentur, Uticenſes legati, Romam venerunt, ſe ſuaque omnia*

1 *Tertii Punici belli---quam er. cœptum conſummatum omnino eſt*] *Belli initium conſummatum* eſſe, quid ſibi velit, profecto difficile dictu eſt, neque injuria: eſt enim vitioſa locutio. Legitur autem in codice antiquo: *Intra quintum annum, quam erat cœptum, conſummati*, ut ad vocem, *Belli*, referas, & ſit ſenſus: *Tertii Punici belli initium intra quintum annum conſummati, refertur.* Sic ſupra: *Origo Carthaginienſium, & primordia urbis ejus referuntur.* Et infra: *Antequam Cimbricum bellum conſummaretur.* Item: *Cauſa civilium armorum, & initia referuntur.* Sigonius.

Quam erat cœptum, conſummatur] Haud ſcio cujus: nam legebatur olim *conſummatum omnino eſt:* quod quum merito diſpliceret Sigonio; monuit in antiquo codice eſſe *conſummati:* cui ipſe addit τὸ *refertur*. Barberinæ quoque & Gudianæ membranæ, *conſummati.* Neque eſt allinendum quidquam, cum ſenſus ſermoni, ut in prologis & epitomis, abſciſſo ſatis conſtet; quod deeſt autem commode intelligatur, & à lectoris prudentia ſuppleatur. *Initium* (ſubaudi, hoc in libro eſt) *tertii belli Punici, anno altero & ſexcenteſimo ab urbe condita* (ſubaudi cœpti, &) *intra quintum annum, quam erat cœptum, conſummati.* J. F. Gron.

2 *Quorum alterum ſapientiſſimum virum in civ. habebant, alter v. opt. à ſen.*] Vet. lib. *Quorum alter ſapientiſſimus vir in civitate habebatur, alter optimus vir etiam à ſenatu judicatus erat.* Sigonius.

3 *Et ut omnino deleretur Carthago*] Vet. lib. *Et ut tolleretur, deleretúrque Carthago.* Idem.

4 *Naſica d. placuit nihilominus*] Vet. lib. *Placuit tamen.* Sigonius.

Naſica diſſuadente: placuit tamen] Diſtingue & ſcribe: *Naſica diſſuadente. Placuit tandem.* J. F. Gron.

5 *In oppidum minime recepiſſent*] Vet. lib. *Non recepiſſent.* Idem.

1 *Diti*

omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata patribus, acerba Carthaginienſibus fuit. [1] *Diti patri ludi ad Terentum, ex præcepto librorum* [2] *Sibyllinorum, facti:* [3] *qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo & altero anno ab urbe condita, facti fuerant. Legati triginta Romam venerunt, per quos ſe Carthaginienſes dedebant. Catonis ſententia pervicit, ut in decreto perſtaretur, & ut conſules quam primum ad bellum proficiſcerentur. Qui ubi in Africam tranſierunt, acceptis, quos imperaverant, trecentis obſidibus, &* [4] *armis omnibus, inſtrumentiſque belli, ſi qua Carthagine erant; tunc quum ex auctoritate Patrum juberent,* [5] *ut in alium locum, dum procul à mari decem millia paſſuum nec minus remotum, oppidum facerent; indignitate*

1 *Diti patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti*] Lege, *ad Terentum*, qui locus erat in Campo Martio, ex Feſto, & Valerio lib. 2 c. 1. itemque lege apud Cenſorinum. *Cum libros Sibyllinos Decemviri adiſſent, renunciarunt, uti Diti patri, & Proſerpinæ ludi Terentini in Campo Martio fierent.* Servius in 8 Æneid. partem Tyberis *Terentum* à *terendo* dictam ait. *Sig.*

2 *Sibyllinorum*] Hanc vocem ſcripti codices ignorant. *J. F. Gron.*

3 *Qui anno primo Punici belli quingenteſimo, &c.*] Fœdiſſime ſe habet hic locus, quem nos auctore vetere libro ſic reſtituimus: *Qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo & altero anno ab urbe condita facti fuerant.* Senſus eſt, Ludos Seculares ad Terentum, qui centeſimum ante annum, dum Punicum primum bellum gerebatur, anno ab urbe condita D I facti fuerant, hoc anno eſſe relatos. Id autem ita eſſe ratione quoque poſſumus confirmare. Nam ſi anno ab urbe condita D I illi facti ſunt, profecto P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo conſulibus facti ſunt. Nam in eos conſules hic numerus incidit ad ſummam annorum Livianam. Cenſorinus autem de his ludis loquens ait: *Tertii ludi fuerunt Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo conſulibus.* Præterea ſi poſt centum annos, quam illi facti erant relati ſunt, profecto anno D C I hi facti ſint neceſſe eſt, qui annus conſules habuit L. Marcium Cenſorinum, & M' Manilium. Itaque Cenſorinus idem ait: *De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim & Varro, & Livius relatos eſſe prodiderunt L. Marcio Cenſorino, M. Manilio conſulibus poſt Romam conditam anno ſexcenteſimo quinto.* Sequitur autem in numerandis urbis conditæ annis alios auctores, quam Livium, eoſdem prope, quos Ciceronem, & Plinium ſequutos eſſe animadvertimus. *Sigonius.*

Anno centeſimo, primo Punico] Prorſus, ut Sigonius, Barberinæ membranæ, niſi quod, *à primo.* Unde ſcribebam: *anno centeſimo ante, primo Punico bello.* Nunc autem in Voſſiano & Gudianis video: *qui annum centeſimum primo Punico bello.* Ergo: *qui ante annum centeſimum, primo Punico.* Iidem *facti erant.* J. F. Gron.

4 *Armis omnibus inſtrumentiſque belli*] Barbet. *& armis omnibuſque inſtrumentis publicis.* Forte, *bellicis.* Idem.

5 *Ut in al. l. proc. à mari* X *millia paſſ. nec m. remoto*] Vet. lib. *Ut in alium locum, dum procul à mari* X *millia paſſuum, nec minus remotum.* Sigonius.

Decem millia paſſuum nec minus] Lege: *ne minus.* Sic enim loquuntur. Fortaſſis & pro *facerent*, legendum *transferrent.* J. F. Gron.

1 *L. Mar-*

tate rei ad bellandum Carthaginienſes compulerunt. Obſideri, oppugnarique cœpta eſt Carthago ab [1] *L. Marcio, Manio Manlio conſulibus. In qua oppugnatione, quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis graviter cæderentur,* [2] *à Scipione Africano explicitì ſunt, per quem & caſtellum Romanorum, quod* [3] *nocte oppugnabant, paucis equitibus juvantibus liberatum eſt:* [4] *caſtrorumque, quæ Carthaginienſes omnibus copiis ab urbe pariter egreſſi oppugnabant, liberatorum is ipſe præcipuam gloriam tulit. Præterea quum ab irrita oppugnatione Carthaginis conſul (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum duceret adverſus Haſdrubalem, qui cum altera manu iniquum ſaltum inſederat, ſuaſit primo conſuli, ne tam iniquo loco confligeret. victus deinde complurium, qui & prudentiæ ejus & virtuti invidebant, ſententiis, & ipſe ſaltum ingreſſus eſt, quumque, ſicut prædixerat, fuſus fugatusque eſſet Romanus exercitus, & duæ cohortes ab hoſte obſiderentur, cum exiguis equitum turmis in ſaltum reverſus, liberavit eas, & incolumes reduxit. Quam virtutem ejus &* [5] *Cato, vir promptioris ad vituperandum linguæ, in ſenatu ſic proſecutus eſt, ut diceret reliquos, qui in Africa militarent,* [6] *umbras militare;*

1 *L. Martio, L. Manlio conſulibus*] Lege, *L. Marcio, M' Manilio;* M. etiam Manilius dicitur in Bruto à Cicerone, & à Valerio, & à multis aliis. ipſum tamen prænomen Manii tuliſſe, indicat Capitolinus ejus conſulatus. Itaque locus in principio Somnii Scipionis ita legendus: *Cum in Africam veniſſem Manio Manilio conſuli ad quartam legionem tribunus, ut ſcitis, militum,* mendoſe enim legitur: *Anicio, Manilio conſulibus.* Quidam *Marcio & Manilio* emendarunt, non recte. non enim ambobus conſulibus Scipio venit tribunus, ſed uni Manilio, ut Appianus & Valerius tradiderunt. *Sigon.*

2 *A Scipione Africano explicitì ſunt*] Delendum τὸ *Africano*, ut & in epitoma præcedente: nondum enim id cognomen habebat. *J. F. Gron.*

A Scipione Africano] Lectio ſpuria. Nam certe tunc non ſortitus id cognomen Scipio. Habet Pal. 1. *Orſitiano.* Quid? an id cognomen ei inhæſit *à patre adoptivo*? Gruterus.

3 *Nocte oppugnabant*] Scripti *expugnabant.* hoc eſt, expugnaturi videbantur, alioquin expugnaturi erant, parum aberat quin caperent. Ut Cicero 4. Att. 10. *Ad eum poſtridie mane vadebam, cum hæc ſcripſi.* i. iturus eram. lib. 5, 15. *Iter Laodicea faciebam a. d. III Non. Sext. cum has dabam.* ep. 17. *Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas.* Hoc eſt, facturus, habiturus eram. *J. F. Gron.*

4 *Caſtriſque, quæ Carthaginienſes*] Vet. lib. *Caſtrorumque quæ, &c. liberatorum, is ipſe præcipuam gloriam tulit.* Sigonius.

5 *Cato vir promptioris multo*] Ex Vet. lib. tollenda eſt vox, *multo*. Idem.

6 *Umbru militare, Scip. vigore*] Antiqua lectio, pro *umbru*, habet *umbras*, pro

litare, Scipionem vigere: & populus Romanus eo favore [1] *complexus, ut comitiis* [2] *plurimæ eum tribus conſulem ſcriberent; quum hoc per ætatem* [3] *non liceret. Quum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgaſſet, ut Luſitani* [4] *qui in fidem populo Romano dediti, à Servio Galba in Gallia veniſſent, in libertatem reſtituerentur, M. Cato acerrime ſuaſit. extat oratio in Annalibus ejus incluſa. Q. Fulvius Nobilior,* [5] *& ſæpe ab eo in ſenatu laceratus, reſpondit pro Galba: ipſe quoque Galba quum ſe damnari videret, complexus duos filios prætextatos,* [6] *& filium Galli Sulpicii, cujus tutor erat, ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt, ut rogatio antiquaretur. extant tres orationes ejus: duæ adverſum Libonem tribunum plebis, rogationemque ejus habitam de Luſitanis: una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Luſitanos* [7] *propter ſeſe caſtra habentes cæſos fatetur: quod compertum*

pro *vigore*, *vigere*, quod probo. Nam, ut ait Appianus, eſt verſus Homericus à Catone uſurpatus, ejuſmodi; *οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.* Id eſt, *Solus ſapit, reliqui umbræ ruunt.* Sigon.

Qui in Africa militarent, umbras militare] Puto, *volitare*. hoc enim eſt *ἀΐσσειν*. *J. F. Gron.*

1 *Et illum complexus eſt*] Pro quatuor his vocibus non niſi unam Voſſ. *compreſſus*, Gudiani *complexus* habent. Recte poſterior, & idem neſcio quomodo exerrans prior voluit. Sic enim cohæret oratio: *Quam virtutem ejus & Cato in ſenatu ſic proſecutus eſt, ut*, &c. *& populus Romanus eo favore complexus, ut*, &c. Qui geminas ex una periodos fecerunt, reliqua addiderunt. *Idem.*

2 *Complurimæ cum tribus conſulem ſcriberent*] Aut *complures* aut *quam plurima*. Sed in Gud. & Voſſ. *ut comitiis plurimæ eum tribus conſulem ſcriberent, cum hoc per ætatem non liceret.* Tò *ſcriberent*, ambigo ſitne ab auctoris errore, an reddiderit librarius pro *juberent*. Non poteſt enim id intelligi niſi de ſuffragiis latis per tabellas. Agebantur autem hæc a. V. C. 605. At prima lex tabellaria Gabinii lata eſt anno V. C. 614. ante quam ſuffragia pronuntiabantur, non ſcribebantur. *Idem.*

3 *Minime liceret*] Vet. lib. *non liceret.* Sigonius.

4 *Qui ex fœdere populo Rom. dediti a Sergio Galba*] Vet. lib. *qui in fidem populi Romani dediti a Ser. Galba.* Porro autem, *in Gallia*, non *in Galliam*, ſententia ita poſtulante, lego. *Veniſſent* enim pro *venundati eſſent*, accipiendum eſt. Nam inquit Valerius lib. 9 cap. 6. *Galba trium Luſitaniæ civitatum convocato populo, tamquam de commodis ejus acturus, novem millia electa, & armis exuta partim trucidavit, partim vendidit.* Idem.

5 *Etiam ab eo*] Vet. lib. *Et ſæpe ab eo.* Idem.

6 *Et filium Caii Sulpicii*] Voſſ. *& ſuplicali filium cujus.* Gud. *& ſupplicalis filius cujus.* Scribe: *& Sulpicii Galli filium, cujus tutor erat.* J. F. Gron.

7 *Propter ſeſe caſtra habentes*] Vet. lib. *Prope ſe.* Sigonius.

Prope ſeſe caſtra habentes] Ab Sigonio eſt, cum legeretur: *propter ſeſe caſtra habentes.* Cujus quis non videt alterum interpretationem eſſe? Cicero: *duo filii propter patrem cubantes.* Noſter lib. 9. *Caſtra propter aquam vallo circumdant.* Et quis non? *J. F. Gron.*

1 *Equo,*

tum habuerit, [1] equo atque homine ſuo ritu immolatis per ſpeciem pacis adoriri exercitum ſuum in animo habuiſſe. Andriſcus quidam ultimæ ſortis homo, Perſei regis ſe filium ferens, & mutato nomine Philippus vocatus, [2] quum ab urbe Romana quo illum Demetrius Syriæ rex ob hoc ipſum mendacium miſerat, clam profugiſſet; [3] multis ad falſam ejus fabulam, velut ad veram, coëuntibus; contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupavit. Fabulam autem hujuſmodi finxerat: [4] Ex pellice ſe & Perſeo rege ortum, [5] traditum educandum Cretenſi cuidam eſſe; ut in belli caſus, [6] quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut ſemen regiæ ſtirpis extaret. [7] Perſeo demortuo, Adramytti ſe educatum uſque ad duodecimum annum ætatis; [8] patrem eum eſſe credentem, à quo educaretur, ignarum generis fuiſſe ſui. affecto deinde eo, [9] quum prope ultimum finem vitæ eſſet, [10] detectam ſibi tandem originem ſuam, falſæ-

1 *Equo, atque homine ſuo immolatis*] Vet. lib. *Equo atque homine ſuo ritu immolatis.* Sigonius.

2 *Quum ab urbe Roma*] Voſſ. *Romam.* Gud. uterque: *Romana.* quod plurimis locis Livio ex vett. codd. reddidimus. *J. F. Gron.*

3 *Multis ad falſ. e. famam, vel. ad v. coeuntibus*] Vet. lib. *Multis ad falſam ejus fabulam, velut ad veram coeuntibus,* & recte. Nam paulo poſt infert: *Fabulam autem ejuſmodi finxerat.* Sigonius.

Ad falſam ejus fabulam, velut ad veram] Quod ſuſtulit Sigonius: *ad falſam ejus famam, velut ad veram,* retinet Gudianus: Tacitus lib. 2 annal. de Pſeudo-Agrippa: *relinquebat famam aut præveniebat.* Poteſt tamen intelligi *fabula,* quam ipſe de ſe ferebat. Dein Voſſ. & Gudiani, *coëuntibus.* Ut Juſtino, *dum auxilia coëunt:* &, *coitura auxilia omnium adverſus unam urbem.* J. F. Gr.

4 *Ex pellice ſe Perſeo rege ortum*] Vet. lib. *Ex pellice ſe, & Perſeo rege.* Sigonius.

5 *Traditum educandum Cyrtheſæ cuidam eſſe*] Vet. lectio melior: *traditum educandum Cretenſi cuidam eſſe.* Idem.

6 *Quod ille cum Romanis ageret*] Vet. lib. *gereret.* Idem.

In belli caſus, quod ille cum Romanis gereret] Veteres *ageret,* quod vix auſim cum Sigonio movere. Vide Obſervationum lib. 2, 3. *J. F. Gron.*

7 *Perſeo demortuo*] Hæc verba non video neque in Voſſiano, neque in Gudianis. *Idem.*

8 *Patrem eſſe cred. à quo edu.*] Vet. lib. *Patrem eum eſſe credentem, à quo.* Sigonius.

9 *Cum prope finem ultimum eſſet*] Vet. lib. *Cum prope ad ultimum finem vitæ eſſet.* Idem.

Cum prope ad ultimum finem vitæ eſſet] Et hoc Sigonii: nam prioribus ignotum τὸ *ad*: & genus loquendi ab Livio accepit auctor. Vide ad lib. 2, 48 & 6, 42. *J. F. Gron.*

10 *Detectam tandem orig.*] Vet. lib. *Detectam ſibi tandem.* Sigonius.

Detectam ſibi tandem originem] Quomodo *ſibi,* cui non prius detecta res fuerit, quam poſtquam ad puberem ætatem veniſſet. Et hoc imprudenter inculcavit Sigonius. Si quid mutandum, ſcribe: *detectam tandem originem ſuam falſæ matri, & libellum datum.* Nec in Voſſiano conſpicuum τὸ *ſibi.* J. F. Gron.

falſæque matri libellum datum ſigno Perſei regis ſignatum; quem ſibi traderet, quum ad puberem ætatem veniſſet: obteſtationeſque ultimas adjectas, ut res in occulto ad id tempus ſervaretur. [1] *pubeſcenti libellum traditum: in quo relicti ſibi duo theſauri à patre dicerentur. tum ſcientem mulierem* [2] *ſe ſubditum eſſe, veram ſtirpem ignoranti, edidiſſe genus: atque obteſtatam, ut prius quam manaret ad Eumenem res, Perſeo inimicum, excederet iis locis, ne interficeretur. eo ſe exterritum, ſimul ſperantem aliquod à Demetrio auxilium, in Syriam ſe contuliſſe: atque ibi primum,* [3] *quis eſſet, palam expromere auſum.*

1 *Pubeſcenti libellum tradidit*] Repone, *traditum*, ut orationis conſequutio conſervetur, item ex vet. lib. *Sigonius.*

2 *Subditicium ſe eſſe*] Voſſ. *ſe ſubductum eſſe*. Gud. uterque: *ſe ſubditum eſſe.* Gloſſæ: *Subditus*, ὑποβολιμαῖος. Terentius Heaut. *Subditum ſe ſuſpicatur.* J. F. Gron.

3 *Qui ipſe omnino eſſet*] Voſſ. & Gudiani: *atque ibi primum, quis eſſet, palam expromere auſum.* Et ſufficere hoc cenſeo. *Idem.*

LIBER L.

THeſſalia, quum & illam invadere armis atque occupare Pſeudophilippus vellet, per legatos Romanorum auxiliis Achæorum defenſa eſt. [1] Pruſias rex Bithyniæ, omniumque humillimorum vitiorum, à Nicomede filio, adjuvante Attalo rege, Pergami occiſus eſt. [2] Habebat alterum filium, qui, pro ſuperiore ordine dentium, enatum habuiſſe unum os continens dicitur. [3] Quum legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam [fa-

1 *Pruſias r. Bith. omnium humill. fautor, atque vit.*] Vet. lib. *Omniumque humillimorum vitiorum*, ut regem etiam *vitiorum* intelligamus. Humilitas ejus & imbecillitas animi cognita eſt, cum raſo capite cum pileo, legatis Romanis obvius ſe populi Romani libertum eſſe dixit. *Sigonius.*

Omniumque humillimorum vitiorum] Copulativa deeſt in Voſſiano. Gud. *omnium humiliue morum atque vitiorum.* Forte: *omnium humilium morum atque vitiorum.* Nam morum humilitatem probavit, cum ſe libertum populi Romani dixit. *J. Fr. Gron.*

2 *Habebat alium filium*] Vet. lib. *Alterum filium*. Sigonius.

3 *Quum legatos ad pacem*] Gud. *Cum inde legatos tum, ad Romanos miſiſſent cum unus.* Voſſ. *Cum in legatos, & ad Romanos.* Suſpicor fuiſſe: *Habebat alium filium, qui pro ſuperiore ordine dentium, enatum habuiſſe unum os continens dicitur, cognominem. Legati ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciendam ab Romanis miſſi, cum unus*, &c. Uterque autem codex *alium*, non *alterum*, quod ſubjecit Sigonius. *J. F. Gron.*

3 Ca-

faciendam Romani miſiſſent: & unus ex iis [1] multis cicatricibus ſparſum caput haberet, alter pedibus æger eſſet, tertius ingenio ſocors haberetur; dixit Cato, eam legationem, nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quæ eo tempore [2] ex ſtirpe generis Perſei regis Macedonum, inertia ſocordiaque ſimilem Pruſiæ regem habebat, jacente eo in ganeo & luſtris, Ammonius regnabat; per quem & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus, Demetrii filius, occiſi. Maſiniſſa, Numidiæ rex, major nonaginta annis, deceſſit; vir inſignis. Inter cætera opera juvenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo, etiam verſus in ſenectam, viguit, ut poſt ſextum & octogeſimum annum [3] filium genuerit. [4] Inter tres liberos ejus maximum natu, Micipſam, Guluſſam, Manaſtabalem, qui etiam Græcis literis eruditus erat, P. Scipio Æmilianus (quum commune eis pater regnum reliquiſſet, & dividere eos [5] arbitro Scipione juſſiſſet) partes [6] adminiſtrandi regni diviſit. Item [7] Phameæ Himilconis, præfecto equitum Carthaginienſium, viro forti, & cujus præcipua opera Pœni utebantur, [8] perſuaſit; ut ad Romanos cum equitatu ſuo tranſiret. Ex tribus legatis

1 *Caput multis cicatricibus ſparſum*] Vet. lib. *Farſum*, id eſt, repletum. Hujus rei meminit Plutarchus in priore Catone, & Appianus in Mithridatico. *Sigonius.*

2 *Ex ſtirpe generis Perſei regis Macedonum*] Bala hic eſt Alexander, Polybio, Straboni, Joſepho, Machabæorum ſcriptori, Juſtino commemoratus, quem Ptolomæus Philometor & alii adverſus Demetrium ſubornaverant. Sed hunc de ſanguine Perſei fuiſſe nemo alius quod conſtet, tradidit. *Sortis extremæ juvenem* vocat Juſtinus. Ipſe ſe Antiochi Illuſtris filium ferebat. An fuit: *ex ſtirpe generis incerti, inertia ſocordiaque ſimilem Pruſiæ regem.* Mox Gud. *granea.* Vult nimirum, *jacenti in ganea & luſtris.* J. F. Gron.

3 *Genuerit unum filium*] Vet. lib. & Latina oratio ferunt, ut legatur, *filium genuerit.* Sigonius.

4 *Inter tres liberos*] Vet. lib. *Inter tres liberos ejus.* Idem.

5 *Arbitrio Scipionis*] Vet. lib. *Arbitro Scipione.* Idem.

6 *Adminiſtrationem regni diviſit*] Membranæ Barberinæ & Gudianæ binæ: *partes adminiſtrandi regni diviſit.* Appianus: Σκιπίων δὲ τοῖς μὲν νόθοις αὐτοῦ παισὶ προσέθηκεν ἑτέρας δωρεάς· τοῖς δὲ γνησίοις τοὺς μὲν θησαυροὺς καὶ φόρους καὶ τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας κοινὸν ἀπέφηνε· τὰ δ' ἄλλα διέκρινεν ἁρμόσειν πρὸς ὃ ἐβούλετο ἕκαστος· Μικίψῃ μὲν, ὃς πρεσβύτατος ὢν εἰρηνικώτατος ἦν, Κίρτην ἐξαίρετον ἔχειν καὶ τὰ βασίλεια τὰ ἐν αὐτῇ· Γελόσσῃ δὲ στρατιωτικῷ τε ὄντι, καὶ δευτέρῳ καθ' ἡλικίαν, πολέμου τε καὶ εἰρήνης εἶναι κύριον. Μαστανάβᾳ δὲ, ὃς νεώτατος ὢν ἤσκει δικαιοσύνην, δικάζειν τοῖς ὑπηκόοις τὰ ἀμφίβολα. *J. F. Gron.*

7 *Phaniæ*] *Phameæ* legendum. Φαμαίαν enim vocat Appianus in Libyco. Item Vet. lib. Suidas Φαμέαν. *Sig.*

8 *Suaſit cum eq. ſuo ad Rom. tranſire*] Vet. lib. *Perſuaſit, ut cum equitatu ſuo ad Romanos tranſiret.* Egregie. Tranſiſſe enim eum ſcribit Appianus. *Idem.*

legatis qui ad Maſiniſſam miſſi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempeſtate, fluctibus obrutus eſt. Carthaginienſes Aſdrubalem Maſiniſſæ nepotem, quem prætorem habebant, proditionis ſuſpectum, in curia interemerunt; quæ ſuſpicio inde emanavit, quod propinquus eſſet Gulußæ, Romanorum auxilia juvantis. P. Scipio Æmilianus quum ædilitatem peteret, conſul à populo dictus, [1] *quoniam per annos conſulem fieri non licebat, cum maximo certamine, ſuffragantibus plebeiis, &* [2] *repugnantibus aliquandiu Patribus, legibus ſolutus, & conſul creatus eſt.* [3] *Man. Manilius aliquot urbes circumpoſitas Carthagini expugnavit. Pſeudophilippus in Macedonia, cæſo cum exercitu P. Juvencio prætore, à Q. Cæcilio victus captuſque eſt: &* [4] *recepta Macedonia.*

1 *Quon. per* X *annos conſ. fieri min. lic.*] Veter. lib. *Quoniam per annos conſulem fieri non licebat.* Recte. Lex enim de decem annis erat, ne quis intra decem annos conſul reficeretur, de qua ſupra in Fabio Rulliano diximus. Hic autem legem Annalem intelligit à L. Villio Annali latam, qua cavebatur, ne quis niſi anno ætatis XLIII capere conſulatum poſſet, ut ſupra diximus. Scipio vero anno, quo factus eſt primum conſul, annum agebat XXXVII. *Sigonius.*

Quoniam per annos conſulem] Voſſ. & duo Gud. *conſul.* Lege, *conſuli fieri non licebat.* J. F. Gron.

2 *Repugnantibus aliquantulum*] Vet. lib. *Aliquamdiu.* Sigonius.

3 *M. Æmilius nonnullas urb. circump. Carth. expugn.*] Nullum M. Æmilium Carthaginem miſſum belli gerendi cauſa accepimus. Itaque non dubitamus, quin hic ſit, M' Manilius, qui conſul primum, poſt autem prorogato imperio pro conſule id bellum geſſit per biennium, cui deinde Scipio conſul anno tertio ſucceſſit. Valerius quidem M' Manilium Africam pro conſule obtinuiſſe ſcribit. Oroſius Teragam urbem expugnatam, & direptam à Manilio ait. *Idem.*

4 *Cap. que relicta Macedonia*] Vet. lib. *Recepta Macedonia.* Recte. Nam quæ bello Perſico parta erat, eadem hoc bello amiſſa fuerat. *Idem.*

Et recepta Macedonia] Sic Sigonius, cum eſſet *captuſque relicta Macedonia.* Voſſ. Gudianuſque cætera ut Sigonius, retinent tamen *relicta.* Gud. minor: *victus captuſque eſt & relicta Macedonia.* Suſpicor fuiſſe: *& redacta in provinciam Macedonia.* Ita enim tum primum factum. *J. F. Gron.*

LIBER LI.

[1] *Carthago in circuitu viginti tria millia paſſus patens, magno labore obſeſſa, & per partes capta eſt: primum à Mancino*

1 *Carthago vig. tria mill. quidem paſſ. in circ. lab. max obſeſſa*] Quanto rectior eſt priſca lectio? *Carthago in circuitu mille* XXIV *paſſus patens, magno labore obſeſſa.* Sigonius.

Viginti tria millia quidem paſſuum in circuitu labore maximo] Quanto rectior eſt, inquit Sigonius, priſca lectio: *in circuitu mille* XXIV *paſſus patens magno labore.* Sane & noſtri in aliis ei conſentiunt,

cino legato, deindè à Scipione conſule, cui extra ſortem[1] *provincia Africa data erat. Carthaginienſes portu novo (quia vetus obſtructus à Scipione erat) facto, &*[2] *contracta clam exiguo tempore, ampla claſſe, infeliciter navali prœlio pugnaverunt. Haſdrubalis quoque ducis eorum caſtra*[3] *ad Nepherim oppidum, loco difficillimo ſita, cum exercitu deleta ſunt à Scipione. qui tandem urbem expugnavit, ſeptingenteſimo anno, quam erat condita: ſpoliorum major pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excidio, quum ſe Haſdrubal Scipioni dedidiſſet, uxor ejus, quæ paucis ante diebus de marito*[4] *impetrare non potuerat,*[5] *ut ad victorem transfugeret; in medium ſe flagrantis urbis incendium, duobus cum liberis, ex arce præcipitavit. Scipio,*[6] *exemplo patris ſui naturalis Æmilii Paulli, qui Macedoniam vicerat,*[7] *ludos fecit, transfugaſque ac fugitivos beſtiis objecit. Belli Achaici ſemina referuntur hæc: quod*[8] *legati populi Romani ab Achaicis pulſati ſint; Corinthum miſſi, ut eas civitates, quæ ſub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio ſecernerent.*

L I.

ſentiunt, ſed quid eſt, *mille viginti quatuor paſſus*? Nihil certe aliud quam quatuor & viginti ſupra mille. Sic Carthago urbs maxima propemodum in vicum redigitur. Voluit autem opinor: *in circuitu millia viginti quatuor paſſuum patens.* In hoc ſenſu nec *mille* nec *paſſus* patitur Latina oratio. Noſtri tria firmant. Voſſ. *in circuitu viginti tria paſſus patens.* Gud. *in circuitu tredecim milia paſſus habens.* Gud. minor: *in circuitu mille & XX tres paſſus patens.* J. F. Gron.

1 *Provincia Africa data eſt*] Veter. lib. *Data erat.* Sigonius.

2 *Contracta exiguo tempore*] Vet. lib. *Contracta clam exiguo tempore*, optime. Id enim Appianus & Strabo, & reliqui factum eſſe tradiderunt. *Idem.*

3 *Ad Neſentem oppidum*] Quis unquam alias ante audivit in Africa non longe à Carthagine eſſe oppidum nomine Neſentem? Nepherim quidem eſſe & Strabo & Appianus produnt, ubi uterque de hoc bello loquitur, atque hoc etiam nomen eſt in vetuſtis epitomarum libris. Ut omnino, *Nepherim*, ſit legendum. *Idem.*

4 *Minime impetrare potuerat*] Vet. lib. *Impetrare non potuerat.* Idem.

5 *Ut ad victorem transfugeret*] Forte *transfugerent.* J. F. Gron.

6 *Exemplo patris ſui Æmilii Paulli*] Membranæ Barb. & Gud. *patris ſui naturalis Æmilii Paulli.* Lib. 44. *Cura de minore filio ſtimulabat. P. Scipio is erat, Africanus & ipſe poſtea, deleta Carthagine appellatus, naturalis conſulis Paulli, adoptione Africani nepos.* Quintilianus avus Decl. 372. *qui pater erat. Non eras, inquit, naturalis.* Idem.

7 *Ludos fecit, transfugas*] Vet. lib. *Transfugaſque.* Sigonius.

8 *Legati populi Romani ab Achaicis pulſati*] Lege, *ab Achæis.* J. F. Gron.

Ab Achaicis pulſati ſint; Corinthum miſſi ut] Omnem hujus hiſtoriæ efficaciam hinc ſublatam eſſe res ipſa docet, nec minus MS. in quo legitur *ſint orintinus ut.* Scripſit auctor: *pulſati ſint Corinthi; miſſi, ut eas,* &c. Eſt enim in eo emphaſis, ibi id facinus patratum, quæ urbs inde exitium merita. *Jac. Gron.*

LIBER LII.

Cum Achæis, qui in auxilio [1] *Bœotos & Chalcidenſes habebant, Q. Cæcilius Metellus* [2] *ad Thermopylas conflixit, quibus victis, dux eorum Critolaus veneno ſibi mortem conſcivit.* [3] *in cujus locum Diæus Achaici motus primus auctor ab Achæis dux creatus, ad Iſthmon à L. Mummio conſule victus eſt, qui, omni Achaia in deditionem accepta,* [4] *Corinthon ex Senatuſconſulto diruit; quia ibi* [5] *legati Romani violati erant. Thebæ quoque & Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ.* [6] *Ipſe L. Mummius* [7] *abſtinentiſſimum virum egit. nec quicquam ex iis opibus ornamentiſque, quæ prædives Corinthos habuit, in domum ejus pervenit. Q. Cæcilius Metellus de Andriſco triumphavit.* [8] *P. Cornelius Scipio Æmilianus Africanus, de Carthagine & Aſdrubale. Viriatus in Hiſpania primum ex paſtore venator, è venatore latro, mox juſti quoque exercitus dux factus, univerſam Luſitaniam occupavit. M. Vitilium prætorem, fuſo ejus exercitu, cepit: poſt quem C. Plautius prætor nihilo felicius rem geſſit,* [9] *tantumque terrorem is hoſtis intulit, ut adverſus eum conſulari opus eſſet & duce & exercitu. Præterea motus Syriæ, & bella inter reges geſta referuntur. Alexander homo ignotus, & incertæ ſtirpis, occiſo (ſicut ante dictum eſt) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui à patre quon-*

1 *Bœotios*] Vet. lib. *Bœotos*. Sic Græci, Βοιωτοὺς & Βοιωτίους. *Sigonius.*

Quæ in auxilium Bœotios] Gud. uterque: *auxilio bootes.* Lege: *qui in auxilio Bœotos.* J. F. Gron.

2 *Ad Thermopylas conflixit*] Voſſ. & Gud. uterque: *Thermopylas bello conflixit.* Idem.

3 *In cujus locum Dracus*] Vet. lib. *Diacus*. legendum *Diæus*. Sic enim Pauſan. in Achaicis: Δίαιος ὁ Κριτολάου διάδοχος. *Sigonius.*

4 *Corinthum ex S C.*] Voſſ. & Gud. minor: *Corinthon.* Et mox uterque tam Gud. quam Voſſ. *quæ prædives Corinthos habuit.* J. F. Gron.

5 *Legati Romanorum*] Vet. lib. *Romani.* Sigonius.

6 *Ipſe L. Mummius*] Vet. lib. *Ipſe Mummius.* Idem.

7 *Abſtinentiſſimum virum egit*] Gudiani: *abſtinentiſſimum ſe virum egit.* J. F. Gron.

8 *P. Cornelius Africanus Scipio Æmylianus*] *P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus.* Sigonius.

P. Cornelius Africanus] Poſſis ſuſpicari hæc ex margine irrepſiſſe, cum dediſſet auctor: *C. Cæcilius Metellus de Andriſco triumphavit: Scipio Æmilianus de Carthagine & Haſdrubale.* J.F. Gron.

9 *Tantumque terrorem is hoſtis*] Gudiani: *tantumque terroris is hoſtis.* Idem.

1 *Oſſa*

quondam, ob incertos belli caſus, ablegatus Gnidon fuerat, contempta ſocordia inertiaque ejus, adjuvante Ptolemæo Ægypti rege, cujus filiam Cleopatram in matrimonium acceperat, bello interemit. Ptolemæus in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum [1] *oſſa medici terebrare contendunt, exſpiravit: atque in locum ejus frater minor Ptolemæus, qui Cyrenis regnabat, ſucceſſit. Demetrius, ob crudelitatem quam per tormenta in ſuos exercebat,* [2] *ab Diodoto quodam uno ex ſubjectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum aſſerebat, bello ſuperatus, Seleuciam confugit. L. Mummius de Achæis triumphavit, ſigna ærea, marmoreaque, & tabulas pictas in triumpho tulit.*

1 *Oſſa terebrare contendunt*] Voſſ. & Gud. *conantur, exſpiravit. In locum ejus.* J. F. Gron.

2 *A Diodoro quodam*] Vet. lib. *à Diodoto*. Sigonius.

A Diodoto quodam uno ex ſubjectis] Neque hæc commoda Diodoti deſcriptio eſt, neque belle dicitur Demetrius ob crudelitatem bello ſuperatus. Voſſ. *quam exercebat per tormenta in ſuos.* Forte: *Demetrius ob crudelitatem, quam exercebat per tormenta, inviſus ſubjectis, à Diodoto quodam, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum aſſerebat, bello ſuperatus.* J. F. Gron.

LIBER LIII.

AP. Claudius conſul Salaſſos, gentem Alpinam domuit. Alter Pſeudophilippus in Macedonia à L. Tremellio quæſtore cum exercitu cæſus eſt. Q. Cæcilius Metellus proconſul Celtiberos cecidit. à Q. Fabio proconſule [1] *pars maxima Luſitaniæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta eſt. C. Julius ſenator Græcè res Romanas ſcribit.*

1 *Pars maxima Luſitaniæ*] Voſſ. *partem magnam.* Gudiani ambo: *pars magna.* J. F. Gron.

LIBER LIV.

Q. Pompeius conſul in Hiſpania Thermeſtinos ſubegit. cum eiſdem & Numantinis [1] *pacem ab infirmitate fecit. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa* [2] *civium capita trecenta*

1 *Pacem ab infirmitate fecit*] Apud Gruterum primum invenio. Priores, *ob infirmitatem.* Utrumque tamen nugatorium. Forte: *pacem à p. Ro. infirmatam fecit.* Vel, *improbante po. Ro. fecit.* J. F. Gron.

2 *Civium capit* CCCCXXVIII *millia*] Veter. lib. habent CCCXXVIII Recte. Neque enim par eſt, cum priore luſtro cenſa ſint CCCXXIII millia, & in ſequenti CCCXXIII hoc anno CCCCXXVIII eſſe cenſa. *Sigonius.*

 1 *Ma-*

centa viginti octo millia, trecenta quadraginta duo. Quum [1] *Macedonum legati conqueſtum* [2] *de D. Junio Silano prætore Romam veniſſent, quod acceptis pecuniis provinciam ſpoliaſſet, & ſenatus de querelis eorum vellet cognoſcere;* T. *Manlius Torquatus, pater Silani, petiit, impetravitque, ut ſibi cognitio mandaretur. & domi cauſſa cognita, filium condemnavit abdicavitque. ac ne funeri quidem ejus (quum ſuſpendio vitam finiſſet) interfuit: ſedenſque domi poteſtatem conſultantibus ex inſtituto fecit. Q. Fabius proconſul, rebus in Hiſpania proſpere geſtis labem impoſuit; pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus à proditoribus, conſilio Servilii Cæpionis, interemptus eſt, &* [3] *ab exercitu ſuo multum comploratus ac nobiliſſime tumulatus; vir duxque magnus, &* [4] *per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum geſſit, frequentius ſuperior.*

1 *Macedonum legati conqueſtum veniſſent*] Gud. *Cum Macedonii legati queſtum de divio* (hoc corruptum pro *D. Junio*) *Silano prætore Romam veniſſent.* J. F. Gron.

2 *De Junio Syllano*] Vet. lib. *De D. Junio Silano.* Sigonius.

3 *Ab exercitu ejus multum imploratus*] Vet. lib. *Comploratus.* Quod verbum eſt in mortuo proprium, inquit enim Livius de Tarquinio mortuo: *Ex comploratione in regia orta.* Et lib. 25. *Ut non modo lacrymis, juſtoque comploratu proſequerentur mortuos, ſed ne efferrent quidem, aut ſepelirent.* Idem.

Et ab exercitu ejus multum comploratus] Immo *ſuo*, ut eſt in Voſſ. & Gudianis: quorum alter etiam, *ac nobiliter ſepultus.* J. F. Gron.

4 *Per quatuordecim*] Vet. lib. *Et per quatuordecim.* Sigonius.

LIBER LV.

Publio Cornelio Naſica, [1] *cui cognomen Serapioni fuit, ab irridente* [2] *Curiatio tribuno plebis impoſitum, & D. Junio Bruto conſulibus delectum habentibus in conſpectu tironum, res ſaluberrimi exempli facta eſt: nam C. Matienus accuſatus eſt apud tribunos plebis, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet: damnatuſque ſub furca, diu virgis cæſus eſt, & ſeſtertio nummo veniit. Tribuni plebis,* [3] *quia non impetrarant, ut ſibi denos, quos vellent, mili-*

1 *Cui cognomen Serapion fuit*] *Serapio*, ut Cato, Cic. Dio. Nam Priſcianus ait, quæ nomina apud Græcos in ων terminentur, ea à Latinis finiri in *o*. Adde tanto certius fieri, quoties caſum gignendi edunt in *onis*, non in *ontis*; ut *Serapio Serapionis.* Sigonius.

2 *Curiatio*] *Curatio*, ex Græcis, ut ante. *Idem.*

3 *Quia non impetrarunt*] Vet. lib. *Impetrarent.* Idem.

milites eximere liceret, conſules [1] *in carcerem duci juſſerunt. Junius Brutus conſul in Hiſpania, iis, qui ſub Viriato militaverant, agros* [2] *oppidumque dedit, quod Valentia vocatum eſt. M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam ſenatus* [3] *irritam fieri cenſuerat, cum exercitu* [4] *fuſus fugatuſque. C. Hoſtilio Mancino conſule ſacrificante,* [5] *pulli ex cavea evolaverunt.* [6] *conſcendenti deinde in navim, ut in Hiſpaniam proficiſceretur, accidit audiri, Mane mane* [7] *Mancine: quæ auſpicia triſtia fuiſſe, eventu probatum eſt. Victus enim à Numantinis & caſtris exutus, quum ſpes nulla ſervandi exercitus eſſet, pacem cum eis fecit ignominioſam; quam ratam eſſe ſenatus vetuit. Triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Junius Luſitaniam, triginta urbium expugnationibus, uſque ad Occaſum & Oceanum, perdomuit: & quum* [8] *fluvium Oblivionem tranſire nollent milites, ereptum ſignifero ſignum ipſe tranſtulit,* [9] *& ſic ut tranſgrederentur perſuaſit.*

[1] *Alexan-*

1 *In carcerem mitti*] Vet. lib. *duci.* Sigonius.

Conſules duci juſſerunt] Nimium hoc & nunquam factum. Putes firmari lib. 59. ubi refertur de C. Atinio Labeone, Metellum de ſaxo dejici juſſiſſe. Habes & apud Plinium lib. 7 cap. 44. Aliud hoc tamen. Veteres editiones: *conſules in carcerem mitti juſſerunt.* Sigonius obſervat in ſcripto eſſe *duci* ἀντὶ τοῦ *mitti:* quod optimus Gruterus (nam ex hujus editione manavit hæc lectio) videtur accepiſſe, quaſi pro toto illo, *in carcerem mitti*, fuerit ſolum illic *duci.* Acceſſit elegantia verbi, quæ poteſt aliquem pellicere. Vix enim puto in Pall. Mſſ. ſic inveniſſe, unde alicubi ſe has epitomas auxiſſe, emendaſſe, ſuppleviſſe profitetur. Et utcumque habuerit aliquis codex, improbum eſt. Scribe cum Voſſ. Gudianiſque: *conſules in carcerem duci juſſerunt.* Ut ſæpiſſime Livius. Lib. 3. Virginius ait Appio: *in vincula te duci jubebo.* Lib. 4. *Siquidem cogi aliquid pro poteſtate ab tribuno conſules, & in vincula etiam duci poſſent.* Lib. 9. P. Sempronius ad Appium: *& niſi Æmiliæ legi parueris, in vincula duci jubebo.* Parem impotentiam tribunorum habes lib. 48. Cicero de l. Agraria: *qui timeam, ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribunus plebis duci juſſiſſet.* Plutarchus in Mario. *J. F. Gron.*

2 *Oppidumque*] Vet. lib. *Et oppidum.* Sigonius.

3 *Irritam cenſuerat*] Vet. lib. *Irritam fieri cenſuerat.* Idem.

4 *Fuſus, fugatuſque*] Vet. lib. *Fugatuſque eſt.* Idem.

5 *Pulli ex cavea evolaverunt*] Vet. lib. *Avolaverunt.* Idem.

6 *Conſcendenti deinde in navim*] Vet. lib. *Deinde navim.* Idem.

7 *Mancino auſpicia triſtia fuiſſe probatum eſt*] Vet. lib. *Quæ auſpicia triſtia fuiſſe eventu probatum eſt.* Idem.

8 *Fluvium Oblivionem*] Legendum *Oblivionis.* Nam is fluvius non Oblivio, ſed Oblivionis fluvius appellabatur. *Iſac. Cauſabonus* ad Strabonis lib. III.

9 *Et ſic ut tranſgrederentur perſuaſit*] Vet. lib. *Tranſgrederentur milites perſuaſit.* Sigonius.

[1] *Alexandri filius, rex Syriæ, decem annos admodum habens, ab* [2] *Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore ſuo, per fraudem occiſus eſt:* [3] *corruptis medicis, qui ipſum calculi dolore conſumi, ad populum mentiti, dum ſecant, occiderunt.*

1 *Alexandri filius, rex Syriæ*] Videtur omiſſum nomen pueri: *Antiochus, Alexandri filius.* J. F. Gron.

2 *Diodoro*] Vet. lib. *Diodoto.* item *Tripho*, non *Triphon.* Sigonius.

3 *Corruptis quidem medicis*] *Quidem*, abeſt à vet. lib. *Idem.*

LIBER LVI.

Decimus Junius Brutus in Hiſpania ulteriore feliciter adverſus Gallæcos pugnavit. diſſimili eventu M. Æmilius Lepidus proconſul adverſus Vaccæos rem geſſit: cladem que ſimilem Numantinæ paſſus eſt. Ad exſolvendum fœderis Numantini religione populum Mancinus, quum hujus rei auctor fuiſſet, deditus Numantinis, non eſt receptus. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. [1] *Cenſa civium capita trecenta viginti tria millia. Fulvius Flaccus conſul Vardæos in Illyrico ſubegit.* [2] *M. Coſconius prætor in Thracia cum Scordiſcis proſpere pugnavit.* [3] *Quum bellum Numantinum vitio ducum non ſine pudore publico duraret, delatus eſt ultro Scipioni Africano à ſenatu populoque Romano conſulatus:* [4] *quem quum illi capere ob legem, quæ vetabat quem-*

1 *Cenſa civium capita trecenta viginti tria millia*] Voſſ. *Cenſa ſunt civium c. t. triginta tria millia.* At Gudianus: *Cenſa ſunt civium capita* CCCXVII *milia* DCCCCXXXIII. Alter: *trecenta decem & ſeptem millia nongenta viginti tria.* J. F. Gron.

2 *M. Cæſonius*] Vet. lib. *M. Coſconius.* Sigonius.

3 *Quum vitio ducum*] V. & Gudiani hoc ordine: *Cum bellum Numantinum vitio ducum non ſine pudore publico duraret.* Pro verbo ultimo forte fuit, *duceretur.* J. F. Gron.

4 *Quem cum illi cap. ob leg. quæ vet. quemq. intra decem annos it. conſ. fieri non lic.*] Hîc multa fœda ſunt, quæ tamen ope antiquorum librorum purgantur, in quibus eſt ita: *Quem cum illi capere ob legem, quæ vetabat, quemquam iterum conſulem fieri, non liceret, ſicuti priore*, &c. Noſtri enim patres ignari omnis Romanæ antiquitatis, quia nullam aliam legem noverant, niſi quæ eſt de x annis, eam ubique inculcarunt. Sicut etiam ante dixi de priore hujus conſulatu. Quæ lex ne in hoc quidem conſulatu locum habere potuit. Nam inter priorem & poſteriorem Æmiliani conſulatum anni interjecti ſunt XII. Quæ res eruditos multos viros, ut de Glareano ante admonui, valde hoc tempore perturbavit. Eſt igitur hæc lex lata paulo ante hæc tempora Catone vivente, cujus ſuaſor ipſe fuit Cato, Ne quis iterum conſul fieret. Priſcianus enim libro tertio profert exemplum ex oratione Catonis, quæ inſcribebatur: *Ne quis iterum conſul fiat.* Idemque Feſtus in voce *Pavimenta.*

Sunt

quemquam iterum conſulem fieri, non liceret, ſicuti priori conſulatu, legibus ſolutus eſt. Bellum ſervile in Sicilia ortum, quum opprimi à prætoribus non potuiſſet: C. Fulvio conſuli mandatum eſt. [1] *hujus belli initium fuit Eunus ſervus, natione Syrus. qui, contracta agreſtium ſervorum manu & ſolutis ergaſtulis, juſti exercitus numerum implevit.* [2] *Cleo quoque alter ſervus ad ſeptuaginta millia ſervorum contraxit; & copiis junctis,* [3] *contra populum Romanum exercitumque ejus, bellum* [4] *ſæpe geſſerunt.*

Sunt enim multæ leges de conſulatu capiendo latæ. Una, ne quis intra decem annos conſul reficiatur, quæ, ut ſupra diximus, tenuit Fabium. Altera, ne ædilitas & prætura prætereatur, qua ſolutus eſt T. Flamininus. Tertia, quæ annos ætatis conſtituebat, qua ſolutus eſt Æmilianus in priore conſulatu. Quarta, ne quis iterum conſul fiat; qua impediebatur Æmilianus, ne ſecundum caperet conſulatum. Quinta, Ne quis abſens conſul fieret, qua poſt Marius ſolutus eſt. Quartam tamen legem poſt tacito conſenſu civitatis abrogatam eſſe arbitror. Ex his legibus prima & ſecunda à Sulla Dictatore relatæ ſunt, auctore Appiano. *Sigonius.*

1 *Cujus belli*] Vet. lib. *Hujus belli.* Idem.

2 *Cleon quoque*] *Cleo*, ut ante. *Idem.*

3 *Contra populum Romanum exercitumque ejus*] Brevius uterque Pall. *adverſus exercitum Romanum.* quod verius putarim. *Gruterus.*

4 *Sæpenumero geſſerunt*] *Sæpe*, ex vet. libris. *Sigonius.*

LIBER LVII.

Scipio Africanus Numantiam obſedit: & corruptum licentia luxuriaque exercitum, ad [1] *ſeveriſſimam militiæ diſciplinam revocavit. omnia deliciarum inſtrumenta recidit: duo millia ſcortorum* [2] *caſtris ejecit,* [3] *militem quotidie in opere habuit, & triginta dierum frumentum,* [4] *ad ſeptenos vallos ferre cogebat: ægre propter onus incedenti dicebat:* [5] *Cum gladio te vallare ſcieris, vallum ferre deſinito.* [6] *Alii ſcutum parvum habiliter ferenti,*

1 *Generoſiſſimam militiæ diſciplinam*] Vet. lib. *Severiſſimam.* Sigonius.

2 *A caſtris rejecit*] Vet. lib. *Ejecit.* Idem.

3 *Militem omni die*] Vet. lib. *Militem quotidie.* Idem.

4 *Ad ſeptenos vallos ferre*] *Ac ſeptenos*, ex vet. lib. *Idem.*

Triginta dierum frumentum ad ſeptenos vallos] Sic & noſtri ſcripti. Tò *ad* eſt idem quod ſuper, vel præter. Nec neceſſe eſt cum Sigonio facere, *ac ſeptenos.* J. F. Gron.

5 *Cum gladio recte vallare*] Vet. lib. *Cum gladio te vallare.* Sigonius.

6 *Alii nim. par. habil. ſcutum f. amplius juſto ferre juſſit*] Omnis dicti hujus venuſtas perit, ſi ita legamus. Mihi autem videtur ita eſſe legendum: *Alii nimis habiliter parvum ſcutum tenenti.* Senſus autem eſt perſpicuus. Cum parvum quidam ſcutum

 cum

renti, ſcutum amplius juſto ferre juſſit: neque id ſe reprehendere, [1] *quando melius ſcuto quam gladio uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet vitibus;* [2] *ſi extraneus, fuſtibus cecidit. Jumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit.* [3] *Sæpe adverſus eruptiones hoſtium feliciter pugnavit. Vaccæi obſeſſi, liberis & conjugibus trucidatis, ipſi ſe interemerunt. Scipio ampliſſima munera miſſa ſibi ab Antiocho rege Syriæ, quum celare aliis imperatoribus regum munera mos eſſet, pro tribunali accepturum ſe eſſe dixit,* [4] *omniaque ea referre quæſtorem in publicas tabulas juſſit: ex iis ſe viris fortibus dona daturum. Quum undique Numantiam obſidione clauſiſſet, &* [5] *oppreſſos fame videret urgeri hoſtes; qui pabulatum exierant, vetuit interimi: quod diceret, ve-*

locius

cum ſumma agilitate ferret, ampliſſimum eum ferre ſcutum Scipio juſſit, ne ſcuto agilius, quam gladio uteretur. Scutum enim tegendi ſui, gladius lædendi alterum cauſa paratus eſt, noceri autem hoſtibus Scipio cupiebat. *Sigonius.*

Alii ſcutum parvum habiliter ferenti, ſcutum] Sic Gruterus: nam olim, *Alii nimirum parum habiliter ſcutum ferenti, eum ſcutum.* Sigonius, *Alii nimis habiliter parvum ſcutum tenenti.* Nihil agnoſco ſani, niſi ſcribas: *Alium, parvum ſcutum minus habiliter ferentem, ſcutum amplius juſto ferre juſſit.* Mela lib. 3 cap. 7. *Ut elephantis etiam, & ibi maximis, ſicut nos equis, facile atque habiliter utantur.* Seneca lib. 2 de Ira cap. 35. *Arma nobis expedita proſpicimus, gladium commodum & habilem.* Mela 1, 5. *Parma habilis.* J. F. Gron.

1 *Quoniam melius*] Vet. lib. *Quando*, id eſt, *quandoquidem.* Sigonius.

Neque id ſe reprehendere] Senſum eſſe perſpicuum judicat Sigonius, ne ſcilicet ſcuto agilius quam gladio uteretur. Ego vero hunc ſenſum ex ita conceptis verbis elicere nullo modo poſſum. Sed nec video, quemadmodum hæc verba ſuperioribus reſpondeant. Apud Frontinum legimus lib. 4 Strategem. cap. 1. *Scipio Africanus, cum ornatum ſcutum elegantius cujuſdam vidiſſet, dixit non ſe mirari, quod tanta cura ornaſſet, in quo plus præſidii quam in gladio haberet.* Huic ſimile videtur hoc, *Neque id ſe reprehendere.* Numquid igitur excidit narratiuncula de alio ſcutum ornatius quam gladium habente? Quod ſi de eodem continuatur ſermo, dictum aliquid fuiſſe veriſimile eſt in hanc ſententiam: *tum illud ſe redditurum præfatus, quando melius gladio quam ſcuto uſurus eſſet.* J. F. Gron.

2 *Si extraneus, virgis cecidit*] Vet. lib. *fuſtibus*, quod placet. Cicero enim in Philippicis ait: *Fuſtuarium meruerunt, legiones quæ conſulem reliquerunt.* Ut fuſte aliquis cæderetur, docet eleganter Polybius lib. 6. *Sigonius.*

3 *Contra hoſtium eruptiones feliciter pugnavit*] Vet. lib. *ſæpe adverſus irruptiones hoſtium.* Idem.

4 *Eaque omnia referre quæſtorem*] Voſſ. & Gudiani: *omniaque ea quæſtorem referre in publicas.* J. F. Gron.

5 *Oppreſſos fame videret urgeri, hoſtes qui pabulatum ex.*] Diſpunge ita: *oppreſſos fame videret urgeri hoſtes*, inde, *qui pabulatum.* Sigonius.

1 *Ab-*

locius eos [1] *abſumpturos frumenti quod haberent,* [2] *ſi plures fuiſſent.*

1 *Abſumpturos frumentum, quod haberent*] Voſſ. & ambo Gudiani: *velocius eos abſumpturos, frumenti quod haberent.* Joan. Fred. Gronovius.

2 *Si plures quidem fuiſſent*] Dele, *quidem*, ex vet. lib. *Sigonius.*

LIBER LVIII.

TI. Sempronius Gracchus tribunus plebis, quum legem Agrariam ferret adverſus voluntatem ſenatus, & equeſtris ordinis, [1] *Ne quis ex publico agro plus quam quingenta jugera poſſideret; in eum furorem exarſit, ut M. Octavio collegæ, cauſſam diverſæ partis defendenti, poteſtatem lege lata abrogaret: ſeque* [2] *& Gracchum fratrem & Ap. Claudium ſocerum, triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit & aliam legem Agrariam,* [3] *qua ſibi latius agrum patefaceret,* [4] *ut iidem triumviri judicarent, qua publicus ager qua privatus eſſet. deinde quum minus agri eſſet, quam quod dividi poſſet, ſine offenſa etiam plebis (quoniam eos* [5] *ad cupiditatem amplum modum ſperandi incitaverat) legem ſe promulgaturum* [6] *oſtendit; ut iis qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia quæ regis Attali fuiſſet, divideretur. Hæredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius.* [7] *Tot indignitatibus commotus graviter ſenatus,* [8] *ante omnes P. Mucius conſul, qui*

1 *Ne quis ex agro p. plus quam decem jugera poſſ.*] Plutarchus in Graccho, & Appianus lib. 1 quingenta jugera produnt, qui numerus probabilior eſt. Error inde forte manavit, quod qui deſcripſit hunc locum, is D *decem*, non, ut faciendum erat, *Quingenta* interpretatus eſt. *Sigonius.*

2 *Et fratrem Gracchum*] Vet. lib. *Et fratrem Cajum.* Idem.

Seque & fratrem Cajum] Sic Sigonius, quum haberetur: *& fratrem Gracchum.* At Voſſ. & Gud. uterque: *Seque & Gracchum fratrem.* J. F. Gron.

3 *Qua ſibi latius agrum patefaceret*] Lege vel *patefecit*, vel, *quo ſibi.* Idem.

4 *Ut iidem omnino triumviri*] *Omnino*, non eſt in vet. lib. *Sigonius.*

5 *Ad cupiditatem amplam modo ſperandi*] Non eſt Sigonii culpa quam facit Robortellus: idem ante illum Magontiaci, Aſcenſius, Aldus, Saveterius, Gryphius, Curio dederunt. Sed Andreas, Tarviſ. uterque Venetus, Becharius, *amplum modum.* Nec aliter Voſſ. & Gudiani. *J. F. Gron.*

6 *Oſtendit ob id, ut iis,*] Vet. lib. *Oſtendit, ut iis.* Sigonius.

7 *Tot indignationibus commotus*] Lege, *indignitatibus*, ut Gryphius, Curio, Sigonius jam olim ediderunt, & habent ſcripti. *J. F. Gron.*

8 *Ante omnes C. Antonius conſul*] Lege vel repugnantibus omnibus libris, *P. Mucius conſul.* De quo ſic Cicero pro domo. *P. Scipionis factum ſtatim P. Mu-*

qui quum in ſenatu in Gracchum peroraſſet, raptus ab eo ad populum, delatuſque plebi, rurſus in eum pro roſtris concionatus eſt. Quum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Naſica, in Capitolio[1] *ab optimatibus occiſus eſt; ictus primum fragmentis ſubſelliorum: & inter alios, qui in eadem ſeditione occiſi erant, inſepultus in flumen projectus. Res præterea in Sicilia vario eventu adverſum fugitivos geſtas continet.*

P. Mucius conſul, qui in regenda rep. putabatur fuiſſe ſegnior, multis ſenatuſconſultis non modo defendit, ſed etiam ornavit. Et pro Plancio, *P. Mucius arma, quæ privatus P. Scipio ſumpſerat, ea Ti. Graccho interempto jure ſumpta eſſe defendit.* Et qui de viris illuſtribus ſcripſit, *Segniterque ceſſante Mucio conſule Scipio Naſica ſequi ſe juſſit.* Item Valerius: *Cum Gracchus Remp. perturbaret, in ædem Fidei patres conſcripti publice convocati à conſule Mucio Scævola, quidnam in tali re faciendum eſſet, deliberabant.* Sigonius.

1 *A primatibus occiſus eſt*] Vet. lib. *Ab optimatibus.* Idem.

LIBER LIX.

[1] *NUmantini fame coacti, ipſi ſe per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit, & de ea triumphavit, quartodecimo anno poſt Carthaginem deletam.* [2] *P. Rupilius conſul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Ariſtonicus, regis Eumenis filius, Aſiam occupavit; quum teſtamento Attali regis legata populo Romano, libera eſſe deberet. adverſus eum P. Licinius Craſſus conſul, quum idem pontifex maximus eſſet (quod nunquam antea factum erat) extra Italiam profectus, prœlio victus & interemptus eſt.* [3] *M. Perperna conſul victum Ariſtonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius, & Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe facti cenſores, luſtrum condiderunt. Cenſa ſunt civium* [4] *capita trecenta tredecim millia, octingenta viginti tria, præter pupillos & viduas. Q. Metellus cenſor cen-*

1 *Numantini fame coacti, ipſi ſe per vic. truc.*] Vet. lib. *Numantini fame coacti, ipſi ſe per vicem tradentes trucidaverunt.* Sigonius.

2 *P. Attilius conſul*] Hic conſul ab aliis *Atilius*, ab aliis *Rutilius*, ab aliis *Sulpicius*, mendoſè nominatur. At Cicero in epiſtola ad Att. libro decimotertio, & in Verr. 6 *Rupilium* nominat. Atque ita vocandum eſſe Capitolinus ejus conſulatus oſtendit. Quare pro *P. Atilius, P. Rupilius* repone. *Idem.*

3 *M. Perpenna*] *Perperna*, ex Capit. tabulis, & Græcis, ut ante. *Idem.*

4 *Capita* CCCXIII *millia*] Veter. lib. CCCXVIII. puto tamen legendum CCCLXVIII. nam ſequenti luſtro CCCXC cenſa ſunt. *Idem.*

cenſuit, ut omnes cogerentur [1] *ducere uxores liberorum creandorum cauſſa. extat oratio ejus, quam Auguſtus Cæſar, quum de maritandis ordinibus ageret,* [2] *velut in hæc tempora ſcriptam,* [3] *in ſenatu recitavit. C. Atinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum cenſorem, à quo in ſenatu legendo præteritus erat,* [4] *de ſaxo dejici juſſit: quod ne fieret, cæteri tribuni plebis* [5] *auxilio fuerunt. Quum Carbo tribunus plebis rogationem tuliſſet, ut eundem* [6] *tribunum plebis, quoties vellet, creari liceret; rogationem ejus P. Africanus graviſſima oratione diſſuaſit. in qua dixit. Ti. Gracchum jure cæſum videri.* [7] *Gracchus contra ſuaſit rogationem: ſed Scipio tenuit. Bella inter Antiochum Syriæ, & Phraatem Parthorum regem geſta. nec magis quietæ res Ægypti referuntur. Ptolemæus Euergetes cognominatus,* [8] *ob nimiam crudelitatem ſuis inviſus, incenſa à populo regia,* [9] *clam Cypron profugit. & quum ſorori ejus Cleopatræ, quam (*[10] *filia ejus virgine per*

1 *Ut ducere o. omn. cog. lib. creand. c.*] Veter. lib. *Ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum procreandorum cauſa.* Sigonius.

2 *Velut eo tempore ſcriptam*] Vet. lib. *Velut in hæc tempora ſcriptam:* Recte. habet enim rationem perſonæ Livii, qui fuit æqualis Auguſti. Hujus orationis ſententiæ aliquot adhuc extant apud Gellium. *Idem.*

3 *In ſenatu recitavit*] Mos fuit, ut Principes Rom. in ſenatu aut ad populum aut ad milites recitarent, id eſt, de ſcripto dicerent. Apud Dionem decies & amplius occurrit ἀνέγνω hoc ſenſu. Porro de oratione hac Metelli vide Gellium lib. 1 cap. 6. Primus id inſtituit Auguſtus teſte Suetonio cap. 84. *Henr. Valeſius.*

4 *De ſaxo dejici juſſit*] Spuria eſt vox *dejici.* ejus enim vicem habent Pall. *fieri.* item *ſaxa.* Et vero ſi omnia examinemus, ſtultiſſima eſt editio vulgata. Cur enim ob ignominiam ſibi illatam adverſario irrogaret pœnam noviſſimam? Ipſum tribu motum, voluit credo, ærariumque fieri; ſed quomodo id expreſſerit, adhuc quæro. *Gruterus.*

5 *Auxilio quam maxime fuerunt*] Vet. lib. *Auxilio fuerunt.* Sigonius.

6 *Tribunum plebis, quoties vellet*] Lege, *ut eundem tribunum plebi, quoties vellet creare liceret.* Alioqui dicendum erat *vellent.* J. F. Gron.

7 *Gracchus contra ſuaſit*] Videtur excidiſſe prænomen: *C. Gracchus contra.* Idem.

8 *Ob nimiam ſuam crud.*] *Suam* abeſt à vet. lib. *Sigonius.*

9 *Clam in Cyprum profugit*] Præpoſitionem ignorant membranæ. Voſſ. Gud. etiam, *clam Cypron confugit.* Sic pro eo, quod eſt, *quem ex illa habebat, in Cypro occidit*, repone ex iiſdem, *quem ex illa habebat Cypri, occidit.* Et lib. 112. *Cornelia uxor & Sex. Pompejus Cypron refugerunt.* Sic amant interdum loqui. Cæſar lib. 3 de bello civili: *Cæſar paucos dies in Aſia moratus quum audiſſet Pompejum Cypri viſum.* Terentius Adelphis: *& item hinc alia quæ porto Cyprum.* Livius lib. 45. *pars Cyprum navigant.* Ejuſdem generis lib. 28. *Peparethum præſidium urbi mittit.* J. F. Gron.

10 *Ejus virgine filia*] Vet. lib. *Filia ejus virgine.* Sigonius.

1 *A trium-*

per vim compreſſa, atque in matrimonium ducta) repudiaverat, regnum à populo datum eſſet, inſenſus, filium quem ex illa habebat, Cypri occidit, caputque ejus, & manus, & pedes matri miſit. Seditiones [1] *à triumviris, Fulvio Flacco, & C. Graccho, & C. Carbone,* [2] *agro dividendo creatis excitatæ. quibus quum P. Scipio Africanus adverſaretur, fortiſque ac* [3] *validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt. Suſpecta fuit, tanquam ei venenum dediſſet, Sempronia uxor: hinc maximè, quod ſoror eſſet Gracchorum; cum quibus ſimultas Africano fuerat. de morte tamen ejus nulla quæſtio acta.* [4] *Eo defuncto, acrius ſeditiones triumvirales exarſerunt. C. Sempronius conſul contra* [5] *Iapydas primo rem male geſſit: mox victoria cladem acceptam emendavit; virtute D. Junii Bruti, ejus qui Luſitaniam ſubegerat.*

1 *A triumviris Fulvio Flacco & C. Graccho & C. Carbone*] Scripti: *ab triumviris, Fulvio Flacco & C. Graccho, & C. Papirio Carbone.* J. F. Gron.

2 *De agro dividendo*] Tolle vocem *De.* non enim Triumviri de agro dividendo, ſed *agro* ut dicatur, Latina locutio poſtulat, ut *triumviri coloniæ deducendæ.* Sigonius.

3 *Validus pridie domum ſe recepiſſet*] Voſſ. *validus de die domum.* quod eſſet, mature; non admodum ſero. *J. F. Gron.*

4 *Quo defuncto*] Vet. lib. *Eo defuncto.* Sigonius.

5 *Japidas*] Cap. triumphi, *Japudas.* Græci Ἰάπυδας edunt. *Idem.*

LIBER LX.

[1] *L. Aurelius conſul rebellantes Sardos ſubegit. M. Fulvius Flaccus primus omnium Tranſalpinos Ligures bello domuit;* [2] *miſſus in auxilium Maſſilienſibus* [3] *adverſus Salvios Gallos, qui fines Maſſilienſium populabantur. L. Opimius prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit:* [4] *Fregellas diruit.*

1 *Aurelius conſul*] Vet. lib. *L. Aurelius conſul.* Sigonius.

L. Aurelius conſul rebellantes Sardos ſubegit] Conjectura Pighii, cum in MSſ. omnibus ſit *bellantes.* Forte *Pellitos* de quibus ad lib. 23, 40. *J. F. Gron.*

2 *Miſſus in auxilium Maſſilienſibus*] Gud. *miſſus auxilio Maſſilienſibus.* Idem.

3 *Adverſus Falanios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium*] Lege *Salvios Gallos*, ex vet. lib. Sunt autem Salvii idem, atque Salyes. *Sigonius.*

4 *Fregellas*] Vide Plutarchum in Gracchis. Hujus Fregellani belli contra ſocios geſti meminit Cicero in Rullum II ad finem, & Aſconius. *Henr. Valeſius.*

diruit. Peſtilentia in Africa [1] *ab ingenti locuſtarum multitudine, & deinde necatarum ſtrage, fuiſſe traditur. Luſtrum ab cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecena nonaginta millia ſeptingena triginta ſex. C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus plebis, eloquentior quam frater, pernicioſas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, ut ſemiſſe & triente frumentum plebi daretur: alteram legem Agrariam, quam & frater ejus tulerat: tertiam qua equeſtrem ordinem* [2] *tunc cum ſenatu conſentientem corrumperet:* [3] *ut ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerentur: & quia illis temporibus* [4] *trecenti tantum ſenatores erant, ſexcenti equites trecentis ſenatoribus admiſcerentur. id eſt, ut equeſter ordo bis tantum virium in ſenatu haberet. & continuato in alterum annum tribunatu, legibus Agrariis latis effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur, & una in ſolo dirutæ Carthaginis, quo ipſe triumvir creatus, coloniam deduxit. Præterea res à Q. Metello conſule adverſus Baleares geſtas continet: quas Græci Gymneſias appellant; quia æſtatem nudi exigant. Baleares à teli miſſu appellati: vel à Baleo Herculis*

1 *A maxima multitudine locuſtarum*] Vet. lib. *Ab ingenti multitudine.* Sigonius.

2 *Tunc cum ſenatu conſentientem*] Gud. *tunc ſenatui conſentientem.* J. F. Gron.

3 *Ut ſexcenti ex equitibus*] Voſſ. *ex equitum.* Gud. *ex equite in curiam ſublegerentur.* Feſtive. nam *eques* interdum equeſtris ordo: ut *in equite ſpectare.* Idem.

4 *Trecenti ſenatores erant, ſexcenti equites*] Clarior eſt hujus loci ſententia in manuſcriptis libris, hoc modo: *Tertiam, qua equeſtrem ordinem tum cum ſenatu conſentientem corrumperet, ut ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerentur, & quia illis temporibus* C C C *tantum ſenatores erant, ſexcenti equites trecentis ſenatoribus admiſcerentur.* Hanc legem Judiciariam vocat Plutarchus in Graccho, cujus verba his fere ſimilia ſunt: ὁ δὲ δικαστικὸς, ᾧ τὸ πλεῖστον ἀπέκοψε τῆς τῶν συγκλητικῶν δυνάμεως. μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας. καὶ διὰ τοῦτο φοβεροὶ τῷ δήμῳ, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἦσαν. ὁ δὲ τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς οὖσι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε. Hæc Plutarch. qui equites non ſexcentos, ſed trecentos ſenatoribus trecentis ait eſſe adſcriptos, atque inter utroſque communicata judicia eſſe, quæ antea ſenatorum tantum propria fuerant. Si tamen Appiani libro primo, & Pædiani in Divinationem verba attendamus, Gracchus à ſenatoribus ad ſolos equites judicia tranſtulit, non inter utrumque ordinem communicavit. Et Varro lib. 4 de vita pop. Rom. *In ſpem adducebat non plus ſoluturos, quam vellent, iniquus equeſtri ordini judicia tradidit, ac bicipitem civitatem fecit, diſcordiarum civilium fontem.* Hæc enim verba ad C. Gracchum pertinere videntur. Locus eſt apud Marcellum, in voce *Biceps.* Sigonius.

culis comite ibi relicto tunc, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoque Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum ſuum & Seleucum filium, [1] *indignata, quod occiſo patre ejus à ſe, injuſſu ſuo diadema ſumpſiſſet, interemit.*

1 *Multum indignata*] *Multum*, abeſt à vet. lib. *Sigonius.*

LIBER LXI.

C. Sextius proconſul, victa Salviorum gente, [1] *coloniam Aquas Sextias condidit,* [2] *ob aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine ſuo ita appellatas. Cn. Domitius proconſul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi cauſſa fuit, quod Teutomalium Salviorum regem fugientem recepiſſent, & omni ope juviſſent: quodque Æduorum agros, ſociorum populi Romani, vaſtaſſent. C. Gracchus ſeditioſo tribunatu acto, quum* [3] *Aventinum quoque armata multitudine occupaviſſet, à L. Opimio conſule, ex Senatuſconſulto vocato ad arma populo, pulſus, interemptus eſt: & cum eo Fulvius* [4] *Flaccus conſularis, ſocius ejuſdem furoris. Q. Fabius Maximus conſul, Paulli nepos, adverſus Allobroges, & Bituitum Arvernorum regem,* [5] *feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæſa millia hominum centum viginti.* [6] *& quum ipſe ad ſatisfaciendum ſenatui Romam profectus eſſet, Albæ cuſtodiendus datus eſt, quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque eſt, ut* [7] *Congentiatus, filius ejus, com-*

1 *Coloniam Aquas Sextias*] Gud. *gente, & colonia deducta Aquas Sextias condidit.* J. F. Gron.

2 *Ob aquarum copiam & calidis*] Lege: *ab aquarum copia & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine ſuo ita appellatas.* Idem.

3 *Aventinum armata quoque multitudine*] Vet. lib. *Aventinum quoque armata multitudine.* Sigonius.

4 *Flaccus ſocius ejuſdem*] Vet. lib. *Flaccus conſularis ſocius ejuſdem furoris.* Idem.

5 *Multum feliciter pugnavit*] *Multum*, abeſt à vet. lib. *Idem.*

6 *Et quum ipſe ad ſatisfaciendum*] Voſſ. & Gud. *centum viginti. Ipſe cum ad ſatisfaciendum ſenatui Romam profectus eſſet, Albam cuſtodiendus datus eſt.* Non *Albæ.* Ut lib. 9, 20. *Præfecti Capuam.* de quo in Addendis. lib. 45. *Perſea regem Albam in cuſtodiam duceret.* J. F. Gron.

7 *Congentiatus*] Grutero teſte exhibet Pal. pr. *Congonnetiacus.* Pal. ſec. *Congomietiacus.* Gud. *Cognoncaticus.* Quodcunque verum ſit, illud duntaxat apparet in vulgatis editionibus perperam terminari hoc nomen, & potius deſinere debere in *tiacus*, quam terminationem Gallicam tunc fuiſſe probat nomen *Divitiacus*, *Vedeliacus.* Etſi

comprehenſus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem acce-pti. L. Opimius accuſatus apud populum à Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjeciſſet, [1] *abſolutus eſt.*

Etſi ad ſcripturam hanc valde prope accedat *Concolitanus* apud Polybium. *Jac. Gron.*

1 *Liberatus eſt*] Vet. lib. *Abſolutus eſt.* Sigonius.

LIBER LXII.

1 Q. *Marcius conſul Stonos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipſa Numidarum rex mortuus, regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hiempſali, & Jugurthæ fratris filio,* [2] *quem adoptaverat. L. Cæcilius* [3] *Metellus Dalmatas ſubegit. Jugurtha Hiempſalem fratrem bello petiit,* [4] *quem victum interemit: Adherbalem regno expulit;* [5] *is à ſenatu reſtitutus eſt. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius* [6] *Ahenobarbus, cenſores, duos & triginta* [7] *ſenatu moverunt. Præterea motus Syriæ regum continet.*

1 *C N. Martius* cos. *Sarnios*] Vet. lib. *Q. Marcius conſul Stonos.* De Stonis autem Alpinis populis, & Strabo, & Plinius prodiderunt. De hac autem victoria Oroſius. *Sigonius.* Lege, *Stœnis* ex marmore Capitolino. ubi eſt, *DE LIGURIBUS STOENEIS*: & Strabone lib. 4 qui eos collocat in Alpium radicibus, non procul à Tridentinis Septentrionem verſus. Stephanus Στωῖνος πόλις Λιγύρων· οἱ πολῖται Στωῖνοι. Hoc quoque corrigi ad fidem antiqui marmoris poterit. *Pighius.*

2 *Quem in filium adoptaverat*] Vet. lib. *Quem adoptaverat.* Sigonius.

3 *Metellus Dalmatas obſedit*] Vet. lib. *ſubegit*: probo. Nam de iis etiam triumphavit, & Dalmatici nomen retulit. *Idem.*

4 *Quem victum interemit*] Gud. *qui victus cecidit.* Min. *qui victus occidit.* J. F. Gron.

5 *Qui à ſenatu reſtitutus eſt*] Voſſ. & Gud. ambo: *expulit. is à ſenatu reſtitutus eſt.* Idem.

6 *Ænobarbus*] *Ahenobarbus*, ut ante. *Sigonius.*

7 *Senatu amoverunt*] Vet. lib. *moverunt.* Idem.

LIBER LXIII.

1 C*Ato Porcius conſul in Thracia malè adverſus Scordiſcos pugnavit. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta nonaginta quatuor millia trecenta triginta ſex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Veſtales inceſti damnatæ ſunt: idque inceſtum quemadmodum & commiſſum &* [1] *depre-*

1 *Cato Porcius conſul*] Vet. lib. *C. Porcius.* Recte utrumque. Dictus enim *C. Porcius Cato.* Sigonius.

[1] *deprehenſum, & vindicatum ſit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo conſul cum exercitu fuſus eſt. Livius Druſus conſul adverſus Scordiſcos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit,* [2] *magnumque honorem tulit.*

1 *Deprehenſum, & judicatum ſit*] Vet. lib. *Vindicatum ſit.* Sigonius.

2 *Magnumque honorem tulit*] Hæc verba nec habentur in Palat. ut teſtatur Gruterus; & abeſſe quoque ab Voſſ. & Gud. affirmat manus paterna. *Jac. Gron.*

LIBER LXIV.

Adherbal bello petitus à Jugurtha, & in oppido Cirtha obſeſſus, contra denunciationem ſenatus ab eo occiſus eſt. Ob hoc ipſi Jugurthæ bellum indictum: [1] *idque Calpurnius Beſtia conſul gerere juſſus; pacem cum Jugurtha injuſſu populi & ſenatus fecit. Jugurtha fide publica evocatus* [2] *ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum, quod multos pecunia in ſenatu corrupiſſe dicebatur, Romam venit:* [3] *& propter cædem admiſſam in regulum quendam, nomine Maſſivam,* [4] *qui regnum ejus populo Romano inviſi appetebat, Romæ interfectum, quum periclitaretur; cauſſam capitis dicere juſſus, clam profugit, &* [5] *cedens urbe fertur dixiſſe, O urbem venalem, & cito perituram, ſi emptorem invenerit!* [6] *A. Poſtumius legatus infeliciter prœlio adverſus Jugurtham geſto pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandam ſenatus cenſuit.*

1 *Idque etiam Calpurnius*] Vet. lib. *Idque Calpurnius.* Sigonius.

2 *Ad indicandum conſiliorum auctores*] Vet. lib. *Ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum.* Idem.

3 *Et propter cædem admiſſam in regulum quendam nomine Maſſivam, qui regnum ejus populo Romano inviſi appetebat interfectum Romæ cum periclitaretur*] Ita legendum eſt, ut omnia una periodo contineantur, uſque ad verbum illud, *clam profugit*: præterea legendum, *Romæ interfectum, cum periclitaretur*, ex vet. lib. & ex Saluſtio. *Idem.*

4 *Qui regnum ejus populo Romano inviſi appetebat*] Membranæ Barb. & Gudiani: *affectabat.* Petebat enim à populo Romano. *Joan. Fred. Gronovius.*

5 *Diſcedens urbe*] Vet. lib. *Cedens.* Sig.

6 *A. Poſtumius legatus - - - geſto conflixit, pacemque etiam multum ignominioſam adjecit, quam quidem minime eſſe ſerv. ſen. cenſ.*] Germanam ſic demum reſtitue lectionem: *A. Poſtumius legatus infeliciter prœlio adverſus Jugurtham geſto, pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandum ſenatus cenſuit.* Extitit enim neſcio quis malus auctor Latinæ orationis formandæ, qui in his Epit. deſcribendis de ſuo inculcavit particulas, *Minime, Quidem, Multum, Omnino*, quæ non ſunt in vet. lib. niſi raro, & aptè poſitæ. *Idem.*

LIBER LXV.

Q. *Cæcilius Metellus conſul duobus prœliis Jugurtham fudit, [1] totamque Numidiam vaſtavit. M. Junius Silanus conſul adverſum Cimbros infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum ſedem & [2] agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus ſenatus negavit. M. Minucius proconſul contra Thracas [3] proſperè pugnavit. L. Caſſius conſul à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum, cum exercitu cæſus eſt. milites qui ex ea clade ſuperaverunt, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt.*

1 *Et univerſam Numidiam*] Vet. lib. *Totamque Numidiam.* Sigonius.

2 *Agros in quibus conſiderent*] Voſſ. & Gudiani: *conſiſterent.* Juvenalis Sat. 3. *Ede, ubi conſiſtas. in qua te quæro proſeucha?* J. F. Gron.

3 *Feliciter quidem pugnavit*] Vet. lib. *Proſperè pugnavit.* Sigonius.

LIBER LXVI.

Jugurtha [1] pulſus à C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adjutus eſt: & cæſis prœlio Bocchi quoque copiis; nolente Boccho bellum infeliciter ſuſceptum diutius ſuſtinere; vinctus ab eo & Mario traditus eſt: in qua re præcipua opera L. Cornelii Sullæ, quæſtoris Marii, fuit.

1 *Pulſus à C. Mario ex Numidia*] Voculam *ex* non exſtare in Pall. notavit Gruterus. Sed nec ipſe in Voſſ. inveni. Ac deleatur ſane, quum & apud Livium, hujus auctorem habeas 29. 18 de Pyrrho, *pulſuſque Italia.* Ac frequenter ita. *Jac. Gron.*

LIBER LXVII.

[1] *M. Aurelius Scaurus legatus conſulis à Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & quum, in conſilium ab iis evocatus, deterreret eos, ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eo quod diceret Romanos [2] vinci non poſſe, [3] à Bojorige, feroce juvene, occiſus eſt.*

1 *Aurelius Scaurus legatus*] Vet. lib. *M. Aurelius.* Sigonius.

2 *Vinci minime poſſe*] Vet. lib. *Non poſſe.* Idem.

3 *A Bolo rege, feroce juvene*] Placet Freinshemii: *à Bojorige.* Joan. Fred. Gronovius.

eſt. Ab iiſdem hoſtibus [1] *Cn. Manlius conſul & Q. Servilius Cæpio proconſul, victi prœlio, caſtriſque binis exuti ſunt. militum millia octoginta occiſa, calonum & lixarum quadraginta.* [2] *Secundum populi Romani juſſionem,* [3] *Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt, primi poſt regem Tarquinium, imperiumque ei abrogatum. In triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Jugurtha cum duobus filiis, &* [4] *in carcere necatus eſt. Marius triumphali veſte in ſenatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cimbrici belli metum* [5] *continuatus per complures annos magiſtratus eſt. con-*

1 *C. Manlius, & Q. Cæpio proconſules victi pr. caſtriſque bin. ex. ſunt*] Reſtitue ita: *Cn. Manlius conſul, & Q. Cæpio proconſul victi prœlio, caſtris quoque binis exuti ſunt* In Manlio variant ſcriptorum libri. Alii enim *C.* alii *Cn. Manlium*, alii *M. Manilium* vocant, quemadmodum in pleriſque manuſcriptis eſt, & in impreſſis Eutropii, Taciti, & Saluſtii. Itaque *Cn. Mallius* reponendum, teſtibus lapidibus antiquis. In vetere *Epitomarum exemplari, eſt: *Manilius conſul*, & Q. *Cæpio proconſul.* Egregie. Nam Q. Cæpio, & conſul ante Mallium, & prorogato imperio cum conſule Mallio proconſul cum Cimbris rem geſſit, ut ait Oroſius. *Sigonius.* Cicero pro Muræna & Plancio *Cn. Mallium* appellat. Item Valerius Maximus lib. 2 cap. 3. Non ſecus in tabulis Siculis Græce, & in vetuſtiſſima in agro Puteolano reperta: *P. RVTILIO. CN. MALLIO. COS. OPERVM. LEX.* Pighius.

C. Manlius & Q. Servilius Cæpio] Gudiani: *CN. Manlius conſul & Q. Servilius Cæpio.* J. F. Gron.

2 *Secundum populi Romani juſſionem*] Hæc ineptiſſima ſunt, & aut omnino delenda, aut mutanda. Membranæ Barber. & Gudianæ duæ: *ſecundum a po. Ro. auſionem.* Quid ſi legas: *Militum millia octoginta occiſa, calonum & lixarum quadraginta, ſecundum Arauſionem. Cæpionis, cujus temeritate.* Certe in partibus illis res geſta eſt. Sic quod epit. 139. *dein pro Cæſare actiones*, Voſſ. *de p. R. alare actiones*: Gud. *de po. ro. Cæſariſque actiones.* Quæ alia mutavimus, eorundem codicum fide nituntur. Vulgatam nihilominus interpretatur Sebaſtianus Corradus ad Ciceronis Brutum pag. 247. *Idem.*

3 *Cæpionis, - - - erat, damnati bona publicata ſunt, primoque poſt r. Tarq. imp. ei abr.*] Primum illud dico Imperium regi Tarquinio non eſſe abrogatum, ſed exilio multatum ne in urbe eſſet. Deinde vero addo alios ante Cæpionem imperio ſpoliatos fuiſſe, ut Tarquinium Collatinum, & L. Minucium Augurinum, & M. Claudium Gliciam, quorum illi coacti ſunt abdicare ſe conſulatu, hic dictatura. Quare non eſt dubium, quin legendum ſit, ut eſt in vetere libro: *Damnati bona publicata ſunt primi poſt regem Tarquinium, imperiumque ei abrogatum eſt.* Sigonius.

Primi poſt Tarquinium, imperiumque ei] Sic & noſtri codices, ut voluit Sigonius. Quid igitur opus convincere argumentis vulgatam? Primum illud dico, ait Sigonius, imperium regi Tarquinio non eſſe abrogatum. At contrarium dicit alter Florus 1, 7. *Imperiumque tum regibus abrogatum.* J. F. Gron.

4 *In carcere necatus*] Vet. lib. *Necatus eſt.* Sigonius.

5 *Continuatus per compl. an. magiſtratus eſt*] Vet. lib. *Conſulatus eſt.* Eſt enim factus

conſulatu ſecundo & tertio abſens conſul creatus. Quartum conſulatum diſſimulanter captans conſecutus eſt. Cn. Domitius, pontifex maximus populi ſuffragio creatus eſt. Cimbri, vaſtatis omnibus quæ [1] *inter Rhodanum & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati ſunt: reverſique in Galliam,* [2] *bellicoſis ſe Teutonis conjunxerunt.*

factus II, III conſul cum abeſſet. Hæc eſt autem Quintia lex, *Ne quis abſens capere conſulatum poſſit*, qua ſolutus eſt Marius. Itaque Cæſar poſt omiſit triumphum ex Hiſpania ulteriore; ut præſens peteret conſulatum. *Sigonius.*

Continuatus per complures annos magiſtratus eſt] Sigonius ex ſuo, *conſulatus.* Sed quia ſtatim repetitur eadem vox, ſpreverunt: habetque τὸ *magiſtratus* Voſſianus. Deinde idem & Gud. *Conſulatu ſecundo & tertio abſens creatus.* J.F.G.

1 *Circa Rhodanum, & Pyrenæum*] Vet. lib. *Inter Rhodanum, & Pyrenæum.* Sigonius.

2 *Bellicoſis quidem ſe Theutonis*] Vet. lib. *Bellicoſis ſe Teutonis.* Idem.

Bellicoſis ſe Teutonis] Faveo Teutonis, ſed cur hi præ aliis *bellicoſi* prædicentur, cauſæ parum. Forte: *reverſique in Galliam Ambronibus ſe* & *Teutonis conjunxerunt.* Mſſ. *imbellicoſi.* vel *in bellicoſis.* J.F. Gron.

LIBER LXVIII.

[1] *M. Antonius prætor in Ciliciam maritimos prædones perſecutus eſt. C. Marius conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus caſtra defendit. duobus deinde prœliis circa Aquas Sextias eos hoſtes delevit: in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta. Marius abſens quintum conſul creatus eſt. triumphum oblatum,* [2] *donec & Cimbros vinceret, diſtulit. Cimbri repulſo ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconſule, qui fauces Alpium* [3] *obſederat, & ad flumen Athe-*

1 *Antonius prætor in Sicilia*] Emenda ad fidem vet. lib. *M. Antonius prætor in Ciliciam.* eadem menda eſt apud Obſequentem, ubi ſcriptum eſt: *Piratas à Romanis in Sicilia deletos eſſe,* cum ſit legendum, *Cilicia.* Nam ut ſcribit Plutarchus in Pompeio. Cilicia arx fuit hoc tempore Piratarum, ob eamque cauſam poſt in Cilicia bellum geſſit P. Servilius, qui Iſauricus inde appellatus eſt. Adde quod M. Antonius apud Ciceronem lib. I de Oratore pro conſule ſe in Ciliciam veniſſe ait. Antonium porro cum Piratis rem geſſiſſe tradit Plutarchus in Pompeio. *Sigonius.*

2 *Donec Cimbros vinceret*] Vet. lib. *Donec & Cimbros vinceret.* Idem.

3 *Obſidebat, & ad flumen Atheſim caſtellum editum*] Pighius: *caſtellum Eduum inſederat reliqueratque; niſi tum virtute ſua explicite fugientem proconſul exercitum conſecutus ſtetiſſet, in Italiam trajeciſſent.* Vide ipſum ad annum 652. Barber. & Gud. membranæ: *obſidebat, flumen Atheſim tranſgreſſi caſtellum editum,*

Atheſim caſtellum editum inſederat reliqueratque, [1] *quum virtute ſua expliciti fugientem proconſulem exercitumque conſecuti, in Italiam trajeciſſent; junctis ejuſdem* Catuli *&* C. Marii *exercitibus, prœlio victi ſunt ab eis: in quo cæſa traduntur* [2] *hoſtium centum quadraginta millia, capta ſexaginta.* Marius [3] *totius civitatis conſenſu exceptus, pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis,* [4] *qui aliquamdiu, ut novo homini ad tantos honores evecto, inviderant, conſervatam ab eo rempublicam fatebantur.* [5] Publicius Malleolus, *matre interempta, primus omnium inſutus culleo, in mare præcipitatus eſt. Ancilia cum ſtrepitu mota eſſe, antequam Cimbricum bellum conſummaretur, referuntur.* [6] *Bella præterea inter Syriæ reges geſta continet.*

tum, quod inſederat, ut reliquerat, effecerunt. quem tamen virtute ſua explicita fugientem proconſulem exercitumque conſecutus eſt. In Italiam cum deinde trajeciſſent, junctis ejuſdem Catuli, &c. Quæ videntur meliora vulgatis, modo ſcribas *relinqueret*, & iſta, *quem tamen*, ſic corrigas & ſuppleas: *qui tamen in caſtello fuerunt, virtute ſua expliciti fugientem proconſulem exercitumque conſecuti ſunt.* Digna memoria virtus, de qua ſic Plutarchus: Οἱ δὲ βάρβαροι τὸ μὲν πέραν τοῦ Ἀτισῶνος φρούριον ἐπελθόντες ἔλαβον· καὶ τοὺς αὐτόθι Ῥωμαίους, ἀνδρῶν κρατίστους γενομένους, καὶ προκινδυνεύσαντας ἀξίως τῆς πατρίδος, θαυμάσαντες ὑποσπόνδους ἀφῆκαν. *J. F. Gron.*

1 *Ubi virtute ſua explicita*] Vet. lib. *Cum virtute ſua explicata.* Quamquam ſenſu admonente, *Expliciti*, lego. Quod eſt, obſidione quaſi Catuli liberati. *Sigonius.*

2 *Hominum centum quadraginta millia*] Vet. lib. *Hoſtium.* Idem autem numerus traditur fere ab Oroſio, & Plutarcho, & Floro, quamquam Flori locus mendoſe legitur ſic: *In patentiſſimo, quem Caudium vocant, campo, procurrere. millia deinde ad XL ceciderunt. Hinc campus tertio per omnem diem conciditur barbaris.* In veteribus autem libris recte ſic: *patentiſſimo quem Caudium vocant campo, concurrere. millia inde centum quadraginta ceciderunt, hinc tertio minus, per totum diem conciditur barbarus.* Idem.

3 *Totius civitatis conſenſu receptus*] Vet. lib. *Exceptus.* Idem.

4 *Qui aliquantulum,* &c. *inviderant*] Vet. lib. *Aliquamdiu.* Idem.

5 *Malleolus*] Vet. lib. *Poblicius Malleolus*: recte. ita enim & Oroſius: & certe Malleolum Pobliciæ gentis cognomen fuiſſe Capitolini conſules oſtendunt. *Idem.*

6 *Bella præterea inter Syriæ reges continet.*] Vet. lib. *Inter Syriæ reges geſta continet.* Idem.

LIBER LXIX.

[1] L. *Appuleius Saturninus, adjuvante* C. Mario, [2] *& per milites occiſo* [3] A. Nonio *competitore, tribunus plebis per vim crea-*

1 *Cn. Apuleius*] *L. Apuleius*, & veteres libri, & omnes ſcriptores. *Sigon.*

2 *Et per milites occiſo*] In expuncto manipulo centuriati iſti milites. Forte, *per clientes.* J. F. Gron.

3 *A. Numio competitore*] Hunc Nonium Plu-

creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, geſſit; & quum legem Agrariam per vim tuliſſet, Metello [1] *Numidico, eo quod in eam non juraverat, diem dixit. qui quum à bonis civibus defenderetur,* [2] *ne cauſſa majorum certaminum eſſet, in exilium voluntarium Rhodum profectus eſt: ibique legendo, &* [3] *audiendis magnis viris avocabatur. Profecto, C. Marius, ſeditionis auctor, qui* [4] *ſextum conſulatum per tribus ſparſa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Appuleius Saturninus tribunus plebis C. Memmium* [5] *candidatum conſulatus petitorem, quem maximè adverſarium actionibus ſuis timebat, interemit. quibus rebus concitato ſenatu (*[6] *in cujus cauſſam, & C. Marius, homo varii & mutabilis ingenii conſiliique ſemper ſecundum fortunam, tranſierat,*

Plutarchus, Αὖλον Νένιον Appianus vocant, ille in Mario, hic libro 1. At Valerius lib. 9 cap. 7. Oroſius libr. *Nummium*, præſertim in manuſcriptis libris. nam vulgati habent *Mummium*. Itaque nihil auſus ſum mutare. *Sigonius.*

1 *Num. eo quod in eam minime juraſſet*] Vet. lib. *Quod in eam non juraverat.* Idem.

Numidico, eo quod in eam minime juraſſet] Sigonius è Vet. lib. *quod in eam non juraverat.* Gud. elegantius: *Numidico, qui in eam non juraverat.* J. F. Gron.

2 *Ne cauſa majorum certaminum*] Voſſ. & Gudiani: *ne cauſa certaminum eſſet, in exſilium voluntarium Rhodum profectus eſt.* Idem.

3 *Audiendu magnis viris vacabat*] Gudiani, *advocabat.* Barb. & Voſſ. *advocabatur.* Lege: *avocabatur.* Verbum proprium de illis, qui aut à ſenſu rerum adverſarum aut gravantibus alioqui negotiis animum avertunt, eique levando dant operam. Catalecton de laudibus hortuli: *Oblectat hortus, avocat, paſcit, tenet, Animoque mœſto demit angores graves.* Sic membrana Petaviana. Perperam Scaliger & Pithœus, *advocat.* Plinius in Panegyrico: *Simul cogito, quum ſint iſta ludus & avocamentum hujus, quæ quantæque ſint illa ſeria & intenta, à quibus ſe in tale otium recipit, voluptates.* Idem.

4 *Sextum quidem conſulatum*] *Quidem*, vacat vet. lib. *Sigonius.*

6 *Candidatum conſulatus petitorem*] Vet. lib. *Candidatum conſulatus.* ſic lib. 103. *Eoque conſulatus candidato conſpiratio facta eſt.* & lib. 107. *T. Annio Milone candidato conſulatus.* Idem.

C. Memmium candidatum conſulatus, quem] Sic Sigonius, & Voſſ. Gudianique. At priſca ſcriptura haud dubie meliore ex libro eruta: *candidatum conſulatus petitorem.* Quod doctius eſt, quam ut ab errante librario aut correctore ſubjectum credi poſſet, nec mutari debuit, etſi alibi brevius loquatur. Suetonius Octavii cap. 10 *In locum tribuni plebis forte demortui candidatum petitorem ſe oſtendit.* Ubi paria peccaverunt, qui ad eum auctorem ſcripſerunt. Vide Obſervationes noſtras. *Candidatus petitor* & *candidatus* & *petitor*: idem ut *ſeſtertius nummus* & *ſeſtertius* & *nummus*: ut ἡ σύγκλητος βουλὴ, & ἡ σύγκλητος & βουλή. *J. F. Gron.*

6 *In ejus cauſam & C. Marius*] Scribe: *concitato ſenatu (in cujus cauſam & C. Marius, homo varii & mutabilis ingenii conſiliique ſemper ſecundum fortunam, tranſierat, quum eum tueri minime poſſet) oppreſſus armis.* Quod partim & vidit Freinshemius. Verborum tranſponendorum auctores Voſſ. & Gudiani. *Idem.*

ierat, quum eum tueri minimè poſſet) oppreſſus armis cum Glaucia Prætore, & aliis ejuſdem furoris [1] *ſociis, à Rabirio quodam interſectus eſt. Q. Cæcilius Metellus ab exilio, ingenti totius civitatis favore, reductus eſt.* [2] *Man. Aquilius proconſul in Sicilia bellum ſervile excitatum confecit.*

1 *Bello quodam interfectus eſt*] Loquitur de Saturnino, quem, ut omnes tradunt, Rabirius interfecit. Itaque *à Rabirio quodam*, legendum eſt. Sic enim & is, qui de viris Illuſtribus ſcripſit. *Caput ejus Rabirius quidam ſenator per convivia in ludibrium circumtulit.* Sigonius.

Sociis, à Rabirio quodam interfectus eſt] Conjectura Sigonii. Libri: *bello quodam.* Freinshemius, *telo quodam.* Cicero: *Scævæ ſervo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data eſt.* Unde poſſes, *à Scæva quodam*, aut *à ſervo quodam.* J. F. Gron.

2 *M. Aquilius conſul in Sicilia*] *M' Aquillius proconſul*, ſcribendum. Hunc enim vocat Plutarchus in Mario, Μάνιον Ἀκύλλιον. Itemque in Mithridatico Appianus. Filium hunc eſſe arbitror M' Aquillii M' F. M' N. qui de Aſia triumphavit, ut eſt in Capitolinis triumphis, quem Appianus lib. 1. Μάνιον quoque nominat. *Sigonius.* Adde CL. Spanhemium de Præſtantia Numiſm. p. 515.

LIBER LXX.

[1] QUum Man. Aquilius de pecuniis repetundis cauſſam diceret, ipſe judices rogare noluit. M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam à pectore ejus diſcidit, ut honeſtas cicatrices oſtenderet: [2] quibus conſpectis, indubitanter abſolutus eſt. Cicero ejus rei ſolus auctor. [3] T. Didius proconſul adverſum Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemæus Cyrenarum Rex, [4] cui cognomentum Apioni fuit, mortuus hæredem populum Romanum reliquit, & ejus regni civitates ſenatus liberas eſſe juſſit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ, ab L. Cornelio Sulla reductus eſt. Parthorum legati ab rege Arſace miſſi venerunt ad Sullam, ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir ſummæ innocentiæ, quoniam legatus [5] Q. Mucii proconſulis à publicanorum injuriis

1 *Cum M. Aquilius*] *M' Aquillius*, ut dixi, *Sigonius.*

2 *Quibus conſpectis*] Ignorant hæc Voſſianus & Gudiani: & videntur abeſſe poſſe non modo commode, ſed etiam eleganter. *J. F. Gron.*

3 *Didius proconſul*] Vet. lib. *T. Didius.* Sigonius.

4 *Cui cognomentum Apionis fuit*] *Cui cognomen Apioni fuit*, veter. lib. *Idem.*

5 *C. Marii proconſulis*] Lege, *Q. Mucii proconſulis.* neque enim C. Marius obtinuit Aſiam, ſed Q. Mucius Scævola, ut Pædianus in Divinationem: *Q. Mucii Scævolæ quæſtor Rutilius condemnatus; quod cum prætore conſenſerit ſuo, ne publicani aliquid agerent in provincia ſua.* Idem.

1 *C. Ge-*

injuriis Aſiam defenderat, inviſus equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium miſſus eſt. [1] C. Sentius prætor contra Thracas infeliciter pugnavit. Senatus, quum impotentiam equeſtris ordinis in judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, [2] ut ad ſe judicia transferrentur; ſuſtinente cauſſam ejus M. Livio Druſo tribuno plebis: qui, ut vires ſibi acquireret, [3] pernicioſa ſpe largitionum plebem concitavit. Præterea motus Syriæ regum continet.

1 *C. Geminius prætor*] Vet. lib. *C. Sentius*. Quod probatur ex Oroſio, qui ſcribit: *Iiſdem temporibus rex Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Græciam ingreſſus cunctos Macedoniæ fines depopulatus eſt, tandemque a C. Sentio pratore ſuperatus redire in ſuum regnum coactus eſt.* Apparet etiam ex Oroſio, *Feliciter* hoc loco, non, *infeliciter* eſſe legendum. *Sigonius.*

C. Geminius prætor contra Thraces] Barb. & Gud. minor: *C. Septius prætor adverſus Thracas.* Major, *C. Sericius.* Voſſ. *C. Cenſus*. Recte Sigonius: *C. Sentius*. J. F. Gron.

2 *Ut ad ſe judicia transferrentur*] Voſſ. *transferrent*. Gudiani, *transferret*. Idem.

3 *Pernicioſa ſpe largitionum*] Voſſ. & Gud. *largitione*. Videtur tollendum τὸ *ſpe*. Idem.

LIBER LXXI.

M. Livius Druſus, tribunus plebis, ut majoribus viribus ſenatus cauſſam ſuſceptam tueretur, ſocios & Italicos populos, ſpe civitatis Romanæ, ſollicitavit: iiſque adjuvantibus, per vim legibus Agrariis frumentariiſque latis judiciariam quoque pertulit; ut æqua parte judicia penes ſenatum & equeſtrem ordinem eſſent. Quum deinde promiſſa ſociis civitas præſtari non poſſet, irati Italici defectionem agitare cœperunt. eorum coitus, [1] conjurationeſque, & orationes in conciliis principum, referuntur. propter quæ Livius Druſus [2] inviſus etiam ſenatui factus, velut ſocialis belli auctor, incertum à quo, domi occiſus eſt.

LI-

1 *Conjurationes orationeſque*] *Conjurationeſque & orationes*, Gudianus uterque. *J. F. Gron.*

2 *Etiam ſenatui inviſus factus*] In Voſſ. deeſt τὸ *inviſus*. At Gudiani: *Druſus inviſus etiam ſenatui factus.* Sed hujus generis mendæ in his epitomis frequentes. Meminerit lector, quoties alium ordinem verborum, atque in vulgatis, hic reperiet, nos ſcriptis dicto audientes fuiſſe. *Idem.*

LIBER LXXII.

ITalici populi defecerunt, Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: [1] *initio belli à Picentibus orto.* [2] *Q. Servilius proconſul in oppido Aſculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occiſus eſt. ſaga populus ſumpſit. Servius Galba à Lucanis comprehenſus, unius fœminæ opera, ad quam divertebatur, captivitate exemptus eſt.* [3] *Æſernia & Alba, coloniæ ab Italicis obſeſſæ ſunt.* [4] *Auxilia deinde Latini nominis, externarumque gentium, miſſa populo Romano, & expeditiones invicem expugnationeſque urbium, referuntur.*

1 *Initio belli à Picentibus moto*] Vet. lib. *Orto.* Sigonius.

2 *Q. Servilius proconſul*] MSS. Pall. Voſſ. Gud. atque adeo omnes vel *Servius* vel *Servatus* habent. Et verum illud fuiſſe nomen ſatis liquide probant verba Velleji, 2, 15. *Cum id malum ab Aſculanis ortum eſſet, quippe Servium prætorem Fonteiumque legatum occiderant.* Nec neceſſe nunc eſt definire, utrum is prætor an proconſul fuerit. *Jac. Gron.*

3 *Eſernia*] *Æſernia*, Græci. *Sigonius.*

4 *Auxilia demum*] Vet. lib. *Auxilia deinde.* Idem.

LIBER LXXIII.

[1] *L. Julius Cæſar conſul male adverſus Samnites pugnavit. Nola colonia in poteſtatem Samnitium venit cum L. Poſtumio prætore,* [2] *qui ab iis interemptus eſt. Complures populi ad hoſtes defecerunt. Quum P. Rutilius conſul parum proſpere contra Marſos pugnaſſet, & in prœlio cecidiſſet, C. Marius legatus ejus* [3] *meliore eventu cum hoſtibus conflixit. Servius Sulpicius* [4] *Pelignos prœlio fudit. Q. Cæpio legatus Rutilii, quum obſeſſus proſpere in hoſtes erupiſſet, & ob eum ſucceſſum æquatum ei cum C. Mario eſſet imperium, temerarius factus, & circumventus inſidiis, fuſo exercitu cecidit. L. Cæſar conſul feliciter contra Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romæ ſaga poſita ſunt. & , ut varia belli fortuna eſſet, Æſernia colonia cum M. Marcello in poteſtatem Samnitium venit. Sed C. Marius prœlio Marſos fudit.*

1 *L. Cæſar conſul*] Vet. lib. *L. Julius Cæſar conſul.* Sigonius.

2 *Qui interemtus eſt*] Vet. lib. *Qui ab iis interemtus eſt.* Idem.

3 *Meliore quidem eventu*] *Quidem*, redundat ex Vet. lib. *Idem.*

4 *Pelignos fudit*] Vet. lib. *Pelignos prœlio fudit.* Idem.

1 *Hir-*

fudit. [1] Herio Aſinio, prætore Marrucinorum, occiſo, C. Cæcilius in Gallia Tranſalpina Salvios rebellantes vicit.

1 *Hirnio Aſinio*] Vet. lib. *Hirno Aſinio*. Sigonius.

Hirno Aſinio, prætore Marrucinorum] Sic Sigonius, quum legeretur *Hirnio*. Scribe ex Vellejo & Appiano, *Herio*. Sic *Herius Petrius* Nolanus apud noſtrum lib. 23. *J. F. Gron.*

LIBER LXXIV.

CN. Pompeius Picentes prœlio fudit, & obſedit, propter quam victoriam Romæ prætextæ, & [1] *alia magiſtratuum inſignia ſumpta ſunt. C. Marius cum Marſis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœperunt.* [2] *Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius prætor Marſos, quum uterque populus defeciſſet, prœlio vicerunt. Nicomedes in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ regna reducti ſunt. Cn. Pompeius conſul Marſos acie vicit. Quum ære alieno oppreſſa eſſet civitas,* [3] *A. Sempronius Aſellio prætor, quoniam ſecundum debitores jus dicebat, ab iis qui fœnerabantur, in foro occiſus eſt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.*

1 *Aliaque magiſtratuum ornamenta inſignia ſumpta ſunt*] Vet. lib. *Aliaque magiſtratuum inſignia ſumpta ſunt*. Sigonius.

2 *Aurelius Plotius legatus*] Vet. lib. *A. Plotius*. Idem.

3 *A. Sempronius Aſellus*] Scribe, *Aſellio*. ſic enim Appianus lib. 1. Valer. lib. 9 cap. 7. Fuit autem Aſellio Semproniorum cognomen. Quod Hiſtoricus ille æqualis Scipionis Æmiliani tulit. Qui apud Ciceronem primo de Legibus, *Aſilo*, mendoſe dicitur, ubi Latinos hiſtoricos numerat. *Idem.*

LIBER LXXV.

[1] *AUlus Poſtumius Albinus legatus, quum claſſi præeſſet, infamis crimine proditionis, ab exercitu ſuo interfectus eſt. L. Cor-*

1 *A. Poſtumius legatus in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus cum claſſi*] In his verbis eſt inſigne mendum. Inculcata enim multa verba ſunt ex epitome ſequentis libri, eaque à Gabinio ad Poſtumium tranſlata, quæ autem ad Poſtumium pertinebant, ea Sulpicio ſine cauſa tributa ſunt. ſic igitur lege ex veterum librorum fide: *A. Poſtumius Albinus legatus, cum claſſi præeſſet, infamis crimine proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt.* Reliqua autem dele. Hæc ipſa A. Poſtumio eveniſſe tradit etiam Oroſius lib. 5. *Poſtumius Albinus vir conſularis tunc L. Sullæ legatus intolerabili ſuperbia omnium in ſe militum odia cum ſuſcitaſſet, lapidib. occiſus eſt*, & Valerius lib. 9 cap. 8. *A. Albinus nobilitate, moribus, honorum omnium conſummatione civis eximius propter falſas, & inanes ſuſpiciones in caſtris ab exercitu lapidib. obrutus eſt.* Sigonius.

1 Quiſ-

L. Cornelius Sulla legatus Samnites prœlio vicit, & bina caſtra eorum expugnavit. Cn. Pompeius Veſtinos in deditionem accepit. L. Porcius conſul rebus proſpere geſtis, fuſiſque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit. ea res hoſtibus victoriam ejus prœlii dedit. Coſconius & Lucceius, Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobiliſſimum hoſtium ducem occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis prœliis fudit; aliquot populos recepit: quantiſque raro [1] *quiſquam alius ante conſulatum rebus geſtis, ad petitionem conſulatus Romam eſt profectus.*

1 *Quiſquam ante*] Vet. lib. *Quiſquam alius ante.* Sigonius.

LIBER LXXVI.

AUlus Gabinius Legatus rebus adverſum Lucanos proſperè geſtis, & pluribus oppidis expugnatis, in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, univerſamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconſul Veſtinos & Pelignos in deditionem accepit. Marſi quoque à L. Murana, & [1] *Cæcilio Pinna legatis, aliquot prœliis* [2] *fracti, pacem petierunt. Aſculum à Cn. Pompeio captum eſt,* [3] *cæſis & à Mamerco Æmilio legato Italicis. Silo Popædius, dux Marſorum, auctor hujus rei, in prœlio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ regno à Mithridate Ponti rege pulſi ſunt. Præterea* [4] *incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.*

1 *Cæcilio Pinna legatis*] Quis iſte *Pinna*; Numquid *Cæcilio Pio*? Vellejus lib. 2. *Clariſſimi autem imperatores fuerunt Romani eo bello, Cn. Pompejus Cn. Pompeji Magni pater, C. Marius, de quo prædiximus, L. Sulla anno ante prætura functus, Q. Metellus Numidici filius, qui meritum cognomen Pii conſecutus erat.* Loquitur autem de bello Marſico. J. F. Gron.

2 *Fracti pacem petierunt*] Voſſ. & Gudiani: *petere pacem cœperunt.* Idem.

3 *Cæſis à Mamerco Æmilio legatis Italicis*] Vet. lib. *Cæſis & à Mamerco Æmilio legato Italicis.* Sigonius.

4 *Incurſiones Thracum in Macedoniam continet*] Vet. lib. *Incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.* Idem.

LIBER LXXVII.

QUum P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario, pernicioſas leges promulgaſſet, ut exules revocarentur, & novi

cives

cives libertinique diſtribuerentur in tribus, & ut Marius adverſus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, & adverſantibus conſulibus Q. Pompeio, & L. Sullæ, vim intuliſſet, [1] *occiſo Q. Pompeio conſulis filio, genero Sullæ; L. Sulla conſul cum exercitu in urbem venit, & adverſus factionem Sulpicii & Marii in ipſa urbe pugnavit, eamque expulit.* [2] *ex qua duodecim à ſenatu hoſtes,* [3] *inter quos C. Marius pater & filius, judicati ſunt. P. Sulpicius, quum in quadam villa lateret, indicio ſervi ſui retractus & occiſus eſt. ſervus, ut* [4] *præmium promiſſum indici haberet,* [5] *manumiſſus eſt, & ob ſcelus proditi domini de ſaxo dejectus eſt. C. Marius filius in Africam trajecit. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnenſium lateret, extractus eſt ab oppidanis: & quum miſſus ad occidendum eum ſervus, natione Gallus, majeſtate tanti viri perterritus receſſiſſet, impoſitus publicæ navi delatus eſt in Africam. L. Sulla civitatis ſtatum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius conſul* [6] *ad accipiendum à Cn. Pompeio proconſule exercitum profectus, conſilio ejus occiſus eſt. Mithridates, Ponti rex, Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulſo Aquilio legato, Phrygiam, provinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intravit.*

1 *Occiſoque Pompeii conſulis filio*] Senſus docet legendum eſſe: *Occiſo Q. Pompeio conſulis filio.* Paulo ante enim patris conſulis meminit. *Sigonius.*

2 *Ex quo duodecim*] *Ex qua*, legendum eſt. ad vocem enim *factionem*, pertinet. *Idem.*

3 *Inter quos C. Marius pater & filius*] Solebant hoc dicere: *inter quos Caji Marii, pater & filius.* Joan. Fred. Gronovius.

4 *Præmium promiſſi indicii*] Vet. lib. *Præmium promiſſum.* Sigonius.

Ut præmium promiſſi indicii] Sigonius è Vet. *promiſſum.* Lege, *ut præmium promiſſum indici.* J. F. Gron.

5 *Manumiſſus eſt, & ob ſcelus*] Dele τὸ *eſt*, ut ſit: *manumiſſus, & ob ſcelus proditi domini de ſaxo dejectus eſt.* Sic Gudiani ambo. *Idem.*

6 *Ad capiendum à Cn. Pomp.*] Vet. lib. *Ad accipiendum.* Sigonius.

LIBER LXXVIII.

Mithridates Aſiam occupavit: Q. Oppium proconſulem, item Aquilium legatum, in vincula conjecit: juſſuque ejus, quicquid civium Romanorum in Aſia fuit, uno die trucidatum eſt. Urbem Rhodum, quæ ſola in fide permanſerat, oppugnavit, & aliquot prœliis navalibus victus receſſit. Archelaus præfectus regis in Græciam cum exercitu venit; Athenas occupavit.

vit. [1] *Præterea trepidationem urbium inſularumque, aliis a Mithridatem, aliis ad populum Romanum civitates ſuas trahenti bus, continet.*

1 *Præterea trepidationem urbium*] Gud. *trepidationes.* J. F. Gron.

LIBER LXXIX.

[1] *L. Cornelius Cinna, quum pernicioſas* [2] *leges per vim atqu arma ferret, pulſus urbe à Cn. Octavio collega,* [3] *cum ſe tribunis plebis,* [4] *imperioque ei abrogato, corruptum Ap. Claudii exercitum in poteſtatem ſuam redegit, & bellum urbi intulit arceſſito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus: in quo bello du fratres, alter ex Pompeii exercitu, alter ex Cinnæ,* [5] *ignorante concurrerunt: & quum victor* [6] *ſpoliaret occiſum, agnito fratre ingenti lamentatione edita, rogo ei exſtructo, ipſe ſupra rogum ſ transfodit, & eodem igni conſumptus eſt.* [7] *Et quum opprimi inter initia potuiſſet, Cn. Pompeii fraude, qui, utramque partem ſovendo, vires Cinnæ dedit, nec niſi profligatis optimatium rebus auxilium tulit; & conſulis ſegnitie confirmati Cinna & Marius, quatuor* [8] *exercitibus, quorum duo Q. Sertorio & Carboni dati ſunt, urbem circumſederunt. Oſtiam coloniam Marius expugnavit, & crudeliter diripuit.*

L I-

1 *Cornelius Cinna*] Vet. lib. *L. Cornelius Cinna.* Sigonius.

2 *Leges per vim ferret*] Vet. lib. *Per vim, atque arma ferret.* Idem.

Per vim atque arma ferret] Voces *atque arma* non exſtant in MS. Voſſ. & de iis adeo dubito, ut non eſſe auctoris pronunciem. Nam & epit. 86. *Conſul ante annos viginti per vim creatus.* Epit. 117. *Antonius Conſul, quum impotenter dominaretur, legemque de permutatione provinciarum per vim tuliſſet.* Jac. Gron.

3 *Cum Sextio tribuno plebis*] Melior lectio eſt manuſcriptorum librorum, *cum VI tribunis plebis*, id eſt, *cum ſex tribunis plebis.* Hoc probatur, quia ſcribit Appianus majorem tribunorum partem Octavio adverſatos eſſe: *ἔτι δὲ Ὀκταβίῳ κατὰ τὴν οἰκίαν τὸ μέλλον περιορωμένῳ ἐξαγγέλλεται τοὺς πλέονας δημάρχους κωλύειν τὰ γιγνόμενα. Sigon.*

4 *Imperioque ei abrogato*] Vet. lib. *Imperioque abrogato.* Sic epitome CXI. *abrogato magiſtratu pulſus urbe.* Idem.

5 *Ignorantes concurrerunt*] Gud. *corruerunt.* J. F. Gron.

6 *Mortuum ſpoliaret*] Vet. lib. *Spoliaret occiſum.* Sigonius.

7 *Quum opprimi inter initia potuiſſet*] Scribe, *potuiſſent.* Refertur enim ad quod ſequitur, *confirmati Cinna & Marius.* Et ſic Gudianus minor. *J. F. G.*

8 *Exercitibus quorum*] Voſſ. & Gudiani: *ex quibus.* Sic lib. 92 erat, *Plurimus amicorum*, &c. priuſquam Sigonius reſtituerat, *ex amicis*, cui noſtri ſubſcribunt. Iidem lib. 88. *qui ſoli ex Italicis populis.* Et lib. 130 & 137 ſic peccatum. *Idem.*

1 *Qui*

LIBER LXXX.

Italicis populis à ſenatu civitas data eſt. Samnites, [1] *qui ſoli arma retinebant, Cinnæ & Mario ſe conjunxerunt, ab iis* [2] *Plautius cum exercitu cæſus eſt. Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio* [3] *Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio conſule receſſerunt. Marius* [4] *Antium, & Ariciam, & Lanuvium colonias devaſtavit. Quum nulla ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi propter ſegnitiem & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant,* [5] *aut ad diverſas partes tranſibant; Cinna & Marius in urbem recepti ſunt: qui velut captam eam, cædibus & rapinis vaſtarunt; Cn. Octavio conſule occiſo, & omnibus adverſæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentiſſimo* [6] *viro, L. & C. Cæſare, quorum capita* [7] *in roſtris poſita ſunt. Craſſus filius ab equitibus Fimbriæ interemptus. pater Craſſus, ne quid indignum virtute ſua pateretur, gladio ſe transfixit. Et citra ulla comitia conſules in ſequentem annum ſeipſos renunciaverunt.* [8] *Eodemque die, quo magiſtratum inierant, Marius Sex. Licinium Senatorem de ſaxo dejici juſſit: editiſque multis ſceleribus, Idibus Januariis deceſſit; vir, cujus ſi examinentur cum virtutibus vitia, haud facile ſit dictu, utrum bello melior, an pace pernicioſior fuerit. adeo quam rempublicam armatus ſervavit, eam primo togatus omni genere fraudis,* [9] *poſtremo armis hoſtiliter evertit.*

LI-

1 *Qui ſoli arma recipiebant*] Vet. lib. *Retinebant.* Sigonius.

2 *Plantius*] Vet. lib. *Plautius.* Idem.

3 *Janiculum occupaverunt*] Vet. lib. *Oppugnaverunt. Occupaſſe* tamen ait Appianus. Itaque nihil muto. *Idem.*

4 *Antium quidem.* Item, *Nulla omnino ſpes*] Tolle *quidem*, & *omnino*, veteribus lib. auctoribus. *Idem.*

5 *Aut ad diverſas partes*] Voſſ. & Gudiani: *aut in diverſas partes tranſibant.* J. F. Gron.

6 *Viro, & C. Cæſare*] Vet. lib *L. & C. Cæſare.* Recte. fratres enim hi fuerunt, ambo in reditu Marii interfecti. Auctor Appianus & reliqui. *Sigonius.*

L. & C. Cæſare, quorum capita] Lege: *L. & C. Cæſaribus, quorum capita.* J. F. Gron.

7 *In roſtris poſita*] Vet. lib. *In roſtris poſita ſunt.* Sigonius.

8 *Eodem die, quo magiſtratum inierant: Marius Sex. Licinium*] Sic interpunge & lege: *Eodemque die, quo magiſtratum inierant, Marius,* &c. *Idem.*

9 *Poſtremo armis evertit*] Vet. lib. *Armis hoſtiliter evertit.* Idem.

1 *Præ-*

LIBER LXXXI.

L. Sulla Athenas, quas Archelaus præfectus Mithridatis occupaverat, circumſedit, & cum maximo labore expugnavit. Urbi libertatem & civibus, quæ habuerant, reddidit. Magneſia, quæ ſola in Aſia civitas in fide manſerat, ſumma virtute adverſus Mithridatem defenſa eſt. [1] Præterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

1 *Præterea à Thracibus in Macedonia geſta continet*] Vet. lib. *Præterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.* Sigonius.

LIBER LXXXII.

Sulla copias regis, quæ Macedonia occupata in Theſſaliam venerant, prœlio vicit; cæſis hoſtium centum millibus, & caſtris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum claſſe regia Sullæ ſe tradidit. L. Valerius Flaccus conſul collega Cinnæ miſſus, ut Sullæ ſuccederet, propter avaritiam inviſus exercitui ſuo, ab C. Fimbria legato ipſius ultimæ audaciæ homine occiſus eſt: & imperium ad Fimbriam tranſlatum. Præterea expugnatæ in Aſia urbes à Mithridate, & crudeliter direpta provincia, incurſioneſque Thracum in Macedoniam, referuntur.

LIBER LXXXIII.

C. Fimbria in Aſia [1] fuſis prœlio aliquot præfectis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obſeſſumque regem non multum abfuit quin caperet. Urbem Ilion, quæ ſe poteſtati Sullæ reſervabat, expugnavit ac delevit, & magnam partem Aſiæ recepit. Sulla [2] multis prœliis Thracas cecidit. Quum L. Cinna & Cn. Papirius Carbo, ab ſeipſis conſules per biennium creati, bellum

1 con-

1 *Fuſis aliquot copiis*] Vet. lib. *Fuſis prælio aliquot copiis.* Sigonius.

Fuſis prœlio aliquot copiis Mithridatis] Membranæ Barb. Voſſ. Gudianæ: *aliquot præfectis Mithridatis.* Ut epit. 78. *Archelaus præfectus regis.* Et 81. *Archelaus præfectus Mithridatis.* Et 94. *præfectos Mithridatis.* Adde quæ ſcripſimus ad lib. 28, 30. *J. F. Gron.*

2 *Multis prœliis Thracas cecidit*] Parum intereſt: tamen Barb. Voſſ. Gud. minor: *Sulla compluribus prœliis Thracas cecidit.* Major, *Sulla enim pluribus.* Idem.

1 Con-

[1] *contra Sullam pararent; effectum eſt per L. Valerium Flaccum principem ſenatus, qui orationem in ſenatu habuit, & per eos qui concordiæ ſtudebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu ſuo, quem invitum cogebat naves conſcendere & adverſus Sullam proficiſci, interemptus eſt. conſulatum Carbo ſolus geſſit. Sulla quum in Aſiam trajeciſſet, pacem cum Mithridate fecit;* [2] *ita ut is cederet Aſia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria deſertus ab exercitu, qui ad Sullam tranſierat, ipſe ſe percuſſit:* [3] *impetravitque de ſervo ſuo, præbens cervicem, ut ſe interficeret.*

1 *Contra Sullam pararent, effectum quidem eſt*] Gud. *præparent.* Minor, *præpararent.* Voſſ. *repararent.* Præterea dele τὸ *quidem*, quod paſſim aboluit Sigonius, hic tamen reliquit: ſed nulla membrana agnoſcit. Uti nec lib. 86. *Ex cujus quidem numero.* J.F.G.

2 *Ita ut his cederet provinciis*] Vet. lib. *Ita ut is cederet. Is*, autem Mithridates intelligitur. *Sigonius.*

3 *Impetravitque à ſer. præb. cerv. ut eum omnino interfic.*] Vet. lib. *Impetravitque de ſervo ſuo præbens cervicem, ut ſe interficeret.* Idem.

LIBER LXXXIV.

SUlla legatis, qui ab ſenatu miſſi erant, futurum ſe in poteſtate ſenatus reſpondit, ſi cives, [1] *qui pulſi à Cinna ad ſe confugerant, reſtituerentur. quæ conditio quum juſta ſenatui videretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum eſt. Idem Carbo, quum* [2] *ab omnibus oppidis Italiæ coloniiſque obſides exigere vellet, ut fidem eorum contra Sullam obligaret,* [3] *conſenſu ſenatus prohibitus eſt.* [4] *Novis civibus Senatuſconſulto ſuffragium datum eſt. Q. Metellus Pius; qui partes optimatium ſecutus erat, quum in Africa bellum moliretur, ab C. Fabio prætore pulſus eſt: ſenatuſque conſultum per factionem Carbonis, & Marianarum partium factum eſt, ut omnes*

1 *Qui à Cinna pulſi ad ſe fugerant*] Voſſ. & Gudiani: *qui pulſi à Cinna ad ſe confugerant.* J. F. Gron.

2 *Ab omnibus oppidis Italiæ obſides*] *Cum ab Italiæ oppidis omnibus, coloniiſque obſides,* ex vet. lib. *Sigonius.*

3 *Conſenſu ſenatus prohibitus*] Vet. lib. *prohibitus eſt.* Idem.

4 *Novis civibus s.c. ſuffragium datum eſt*] Italis data lex erat lege Julia, verum non in xxxv tribus diſtributi. Eos ut diſtribuerentur cum P. Sulpicius legem tuliſſet, eaque Sylla reverſo abrogata eſſet: Cinna de iis cum Octavio contendit. Itaque data erat illis civitas illa quidem, ſed ſine ſuffragio, nunc vero s.c. etiam ſuffragium adepti ſunt, App. lib. 1. *Idem.*

omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus diſtributi ſunt. Præterea[1] *belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur, continet.*

1 *Belli appar. contra Syllam; quod plurimum excitab.*] Vet.lib. *Belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur.* Sigonius.

LIBER LXXXV.

SUlla in Italiam cum exercitu trajecit, miſſiſque legatis qui de pace agerent, &[1] *ab conſule C. Norbano violatis, eundem Norbanum prœlio vicit. Et quum L. Scipionis alterius conſulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, caſtra oppugnaturus eſſet, univerſus exercitus conſulis, ſollicitatus per emiſſos ab Sulla milites, ſigna ad Sullam tranſtulit. Scipio, quum interimi poſſet, dimiſſus eſt. Cn. Pompeius, Cn. F. ejus qui Aſculum*[2] *ceperat, conſcripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat; ad quem ſe nobilitas omnis conferebat: ita ut deſerta urbe ad caſtra veniretur. Præterea expeditiones per totam Italiam utriuſque partis ducum referuntur.*

1 *A Conſule Cn. Carbone, & C. Norbano*] Emenda, *à conſule C. Norbano*: Erat enim hoc anno conſul C. Norbanus cum L. Scipione. Itaque ſequenti verſu ait. *Cum L. Scipionis alterius conſulis* exercitu, alioquin ſi Carbo conſul eſſet, *tertii conſulis* fuiſſet dicendum. *Sigonius.*

2 *Ceperat, conſcripto*] Voſſ. *Ceperat ſcriptus cum ſcripto.* Gud. *ceperat ſcriptus conſcripto.* Fortaſſe: *ceperat, privatus, conſcripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venit. Ad quem ſe.* Auctor de bello Afric. *Privatus atque adoleſcentulus, paterni exercitus reliquiis,* &c. *J. F. Gron.*

LIBER LXXXVI.

[1] *QUum C. Marius, C. Marii filius conſul*[2] *ante annos viginti per vim creatus eſſet, C. Fabius in Africa, propter crudelitatem & avaritiam, in prætorio ſuo vivus exuſtus eſt. L. Philippus*

1 *Quum C. Marius*] Scribe deleta conjunctione: *C. Marius C. Marii,* &c. *creatus eſt. C. Fabius in Africa.* J. F. Gron.

2 *Ante annos viginti*] Hunc locum ad Octavium Suetonii contra Dionem laudat maximus Caſaubonus; quia ille ſcripſerat, Octavium ſine exemplo ante annum xx iniſſe conſulatum. Sed non dubito, quin mendum ſit in Epitome Liviana, & pro *XX* minimum reponi debeat, *XXV*: ut ei ſic conveniat cum auctore de Viris illuſtribus. Vellejus tamen annos numerat *XXVI*, Appianus etiam *XXVII*. *Voſſius* ad Vellejum.

lippus legatus Sullæ Sardiniam, Q. Antonio prætore pulſo & occiſo, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut erepturus civitatem, & ſuffragii jus nuper datum, fœdus percuſſit. [1] *idemque, ex fiducia jam certæ victoriæ, litigatores, à quibus adibatur, vadimonia Romam differre juſſit; quum à parte diverſa urbs adhuc teneretur. L. Damaſippus prætor, ex voluntate C. Marii conſulis, quum ſenatum contraxiſſet, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cujus numero Q. Mucius Scævola pontifex maximus fugiens, in veſtibulo ædis Veſtæ occiſus eſt. Præterea bellum ab L. Murena adverſus Mithridatem in Aſia renovatum continet.*

1 *Idemque ex fid. jam certæ vict. litig. à q. a. vadimonia Rom. deferre juſſit*] Lege ex veterum librorum auctoritate Claudio Puteano adfirmante: *Idemque ex fiducia jam certæ victoriæ litigatores, à quibus adibatur, vadimonium Romam differre juſſit.* Sigonius.

LIBER LXXXVII.

Sulla C. Marium, exercitu ejus fuſo deletoque ad Sacriportum, in oppido Præneſte obſedit. urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Præterea res ab legatis ejus, eadem ubique fortuna partium, geſtas, continet.

LIBER LXXXVIII.

Sulla Carbonem, [1] *exercitu ejus fuſo ad Cluſium, ad Faventiam Fidentiamque cæſo, Italia expulit: cum Samnitibus, qui ſoli ex Italicis populis nondum arma poſuerant, juxta urbem Romanam ante portam Collinam debellavit: recuperataque republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinavit. Octo millia deditorum* [2] *in villa publica trucidavit: tabulam proſcriptionis poſuit: urbem ac totam Ita-*

1 *Exercitu ejus ad Cluſium, ad Faventiam*] Membranæ Barb. & Voſſ. & Gud. minor: *exercitu ejus fuſo ad Cluſium, ad Faventiam Fidentiamque cæſo.* J. F. Gron.

2 *In via publica*] Lege *in villa publica*, qui locus fuit in campo Martio. Sic enim Auguſt. de Civit. lib. 3 cap. 28. *Sulla victor urbem intravit, qui in villa publica non jam bello, ſed ipſa pace ſæviens VII millia peditum undecumque inermia non pugnando, ſed jubendo proſtravit.* Et Valerius lib. 9 cap. 2. *Quatuor legiones contrariæ partis fidem ſuam ſecutas, in villa publica, quæ in campo Martio erat, nequicquam fallacis dextræ miſericordiam implorantes obtruncari juſſit.* Sigonius.

 1 Inſt-

Italiam cædibus replevit: inter quas omnes Prænestinos [1] *inermes concidi juſſit: Marium, ſenatorii ordinis virum, cruribus brachiiſque fractis, auribus præſectis, & oculis effoſſis, necavit. C. Marius Præneſte obſeſſus* [2] *ab Lucretio Qfella, Sullanarum partium viro, quum per cuniculum captaret evadere, ſeptus ab exercitu,* [3] *mortem ſibi conſcivit. id eſt, in ipſo cuniculo, quum ſentiret* [4] *ſe evadere non poſſe, cum Pontio Teleſino fugæ comite, ſtricto utrimque gladio concurrit: quem quum occidiſſet, ipſe* [5] *ſaucius impetravit à ſervo, ut ſe occideret.*

1 *Inermes interimi juſſit*] Vet. lib. *Concidi juſſit*. Appianus lib. 1. κατηκόντισεν ἅπαντας. *Sigonius.*

2 *Lucretio Aſella*] Vet. lib. *Offella*. Plut. in Sulla. Ὀφέλλα, Itemque Appianus lib. 1. *Idem.*

3 *Mortem ſibi conſcivit in ipſo cuniculo*] Hæc verba arbitror inducenda: ut gloſſema ineptum, repugnant certe cæteris, atque orationem impediunt. *Id.*

Conſcivit. in ipſo cuniculo] Barber. & Gudiani: *conſcivit. id eſt, in ipſo curriculo.* Sic epit. 98 *Qui ſequi nolebant, id eſt, legiones Valerianæ,* &c. J. F. Gron.

4 *Se evadere minime poſſe*] Scripti, *ſe evadere non poſſe.* Ut & Epit. ſequenti, *admiſſus non eſt.* Idem.

5 *Saucius à ſervo*] *Ipſe ſaucius à ſervo.* Vet. lib. *Sigonius.*

LIBER LXXXIX.

[1] M. *Brutus à Cn. Papirio* [2] *Carbone, qui Coſſuram appulerat, miſſus nave piſcatoria Lilybæum, ut exploraret an ibi Pompeius eſſet, & circumventus navibus, quas Pompeius miſerat, in ſe mucrone verſo, ad tranſtrum navis obnixus* [3] *corporis pondere, incubuit. Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio ab ſenatu miſſus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sulla dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum faſcibus viginti quatuor proceſſit.* [4] *Rebus novis reipublicæ*

1 *L. Brutus*] Vet. lib. *M. Brutus.* Sigonius.

2 *Carbone, qui Corcyram appulerat*] Appianus lib. primo, Κοσσύραν hanc inſulam vocat: Κάρβωνα δὲ ἐκ Λιβύης ἐς Σικελίαν καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐς Κοσσύραν νῆσον ὑποφεύγοντα πέμψας τινὰς ὁ Πομπήϊος εἷλε. Et Oroſius: *Pompeius Carbonem à Coſſura inſula in Ægyptum fugere conantem in Siciliam ad ſe retractum occidit.* Eſt autem Coſſura inſula Africæ, auctor Strabo; & Capitol. triumphi. Redactum eſt ſeſtertium ter millies quingentieſque. *Idem.*

3 *Corporis pondere, occubuit*] Quatuor membranacei, *incubuit.* Sic lege & præterea, *in ſe mucroni verſo.* J. F. Gron.

4 *Rebuſque novis*] In vet. lib. Inducta particula, *Que*, aliud fit principium orationis. *Sigonius.*

Rebus novis reipublicæ] Sic Sigonius, quum haberetur, *Rebuſque*. Sed quid eſt *ſtatum reipublicæ confirmare rebus novis*? Immo novis rebus convellitur ſtatus reipublicæ, non confirmatur.

Scri-

publicæ ſtatum confirmavit, tribunorum plebis poteſtatem minuit, & omne jus legum ferendarum ademit. Pontificum, augurumque collegium ampliavit, ut eſſent quindecim; ſenatum ex equeſtri ordine ſupplevit: proſcriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit: [1] *ex quibus plurima primo rapuit. redactum eſt ſeſtertium ter millies quingenties.* [2] *Q. Lucretium Ofellam, conſulatum, contra voluntatem ſuam, petere auſum, juſſit interimi in foro: & quum hoc indigne ferret populus Romanus, concione advocata, ſe juſſiſſe dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proſcriptum &* [3] *Hiarbam, regem Numidiæ, bellum molientes, victos interemit. & quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus,* [4] *quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit.* [5] *Cn. Norbanus conſularis proſcriptus, in urbe Rhodo quum comprehenderetur,*[6] *ipſe ſe interemit.*[7] *Mutilus, unus ex proſcriptis, clam capite adoperto,* [8] *ad poſticas ædes Baſtiæ uxoris*

Scribe: *Legibus novis ſtatum reipublicæ confirmavit.* J. F. Gron.

1 *Ex quibus plurima primo rapuit*] Barber. & Gud. minor: *ex quibus plurima præmia rapuit.* Quid ſi *præmia* interpretere prædas, manubias. Tacitus 1 Annal. *mutatus princeps licentiam turbarum & ex bello civili ſpem præmiorum oſtendebat.* Idem 1 hiſtor. 50. *Ferox præda gloriaque exercitus expeditionem & aciem, præmia quam ſtipendia malebat.* Ubi viri doctiſſimi *prælia*, alii ſenſu quidem deprehenſo *prædam* maluere. Sed *præmia* ſunt prædæ, quas ipſi ſuo arbitrio plenis manibus raperent, cum ſtipendia acciperent alieno, & maligne. Nec aliter Petronius: *Egreditur ſuperbus cum præmio Aſcyltos.* Hinc *præmiari* Suetonio in Tito: *Suſpecta & rapacitas, quod conſtabat in cognitionibus patris nundinari præmiarique ſolitum.* Et *præmiatores nocturnos* explicat prædones Nonius apud Lævium Ἀγρυπνοῦσιν. Id.

2 *Lucretium Aſellam*] Lego *Q. Lucretium Offellam.* Etenim Appianus: Κόϊντον Λουκρήτιον Ὀφέλλαν nominat. Erroris cauſa vulgata eſt. *Sigonius.*

3 *Hieram regem Numidarum*] Hunc regem Eutropius *Iarbam* nominat; itemque is, qui de Viris illuſtribus ſcripſit. Plutarchus in Pompeio: εἷλε δὲ τὸν βασιλέων Ἰάρβαν τὸν συμμαχήσαντα Δομιτίῳ, τὴν δὲ βασιλείαν Ἱάμψᾳ παρέδωκε. Hiarbæ igitur regis filius fuit Hiempſal, qui regnavit conſule Cicerone, ut ipſe ait contra Rullum; Hiempſalis filius fuit Juba, victus à Cæſare, ut ait Dio, ubi de bello Cæſaris Africo. de quo loquitur Cicero contra Rullum, cum ait: *Juba Regis filius.* ſic enim legendum, non *Jubæ regis filius.* Hiempſalis enim regis filium intelligit. Jubæ autem filius fuit Juba alter, cui Auguſtus regnum conceſſit, hiſtoriarum auctor, ut ſcribit Strabo lib. 17. *Idem.*

4 *Quod quidem nemini contigerat*] Vet. lib. *Quod nulli contigerat.* Idem.

5 *Cn. Norbanus conſularis*] *C. Norbanus.* Capit. tab. itemque reliqui omnes. *Id.*

6 *Se ipſe interemit*] Vet. lib. *Ipſe ſe interemit.* Idem.

7 *Metellus ex proſcriptis unus*] Vet. lib. *Mutilus*, quod eſt Papiorum cognomen. *Idem.*

8 *Ad poſticum ædis*] Vet. lib. *ad poſticias ædes.* Idem.

uxoris quum acceſſiſſet, admiſſus non eſt, quia illum proſcriptum diceret. itaque ſe transfodit, & [1] *ſanguine ſuo fores uxoris reſperſit.* [2] *Sulla Nolam in Samnio recepit. quadraginta ſeptem legiones in agros captos deduxit, & eos iis diviſit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obſeſſum, in deditionem accepit. Mitylenæ quoque in Aſia, quæ ſola urbs poſt victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ dirutæque ſunt.*

1 *Sanguine ſuo fores reſperſit*] Vet. lib. *Vxoris fores.* Sigonius.

2 *Sulla Nolam in Samnio*] Non tam *in Samnio*, quam *à Samnitibus*, qui invaſerant. Supra lib. 73. *J. F. Gron.*

LIBER XC.

Sulla deceſſit, honoſque ei ab ſenatu habitus eſt, ut in Campo Martio ſepeliretur. [1] *M. Æmilius Lepidus, quum acta Sullæ tentaret reſcindere, bellum excitavit: & à Q. Catulo collega Italia pulſus eſt: & in Sardinia, fruſtra bellum molitus, periit. M. Brutus,* [2] *qui Ciſalpinam Galliam tenebat, à Cn. Pompeio occiſus eſt.* [3] *Q. Sertorius proſcriptus, in ulteriore Hiſpania ingens bellum excitavit.* [4] *L. Manilius proconſul, &* [5] *M. Domitius legatus,* [6] *ab Herculeio quæſtore prœlio victi ſunt. Præterea res à P. Servilio proconſule adverſus Cilicas geſtas continet.*

L I-

1 *M. Lepidus, quum acta Sullæ tentaret*] Barberinus & minor Gudianus: *M. Æmilius Lepidus.* J. F. Gron.

2 *Qui Ciſalpinam Galliam tenebat*] Voſſ. & Gudiani: *obtinebat.* Idem.

3 *Q. Sertorius proſcriptus*] Bar. interponit: *Q. Sertorii viri bellicoſiſſimi geſta referuntur.* Cui forte connectendum: *qui proſcriptus.* Gudianus quoque: *Q. Sertorii viri bellaciſſimi geſta referuntur.* Idem.

4 *L. Manlius proconſul*] Hunc ſubſidio Metelli ex Gallia, cui ipſe præerat, in Hiſpaniam veniſſe ſcribit Oroſius. Et *Manilium* nominat: quo pacto legendum eſſe apud Plutarchum in Sertorio puto: Ὥστε μὲ Λόλλιον ἐκ τῆς περὶ Νάρβωνα Γαλατίας ἐλθεῖν αὐτῷ βοηθόν, eſt enim legendum ὥστε Μανίλιον. *Sigonius.*

5 *M. Antonius legatus ab Herculeio quæſtore victi*] Vett. lib. habent *M. Domitius*, & recte. Nam Antonius, cujus poſt mentio fit, in hoc bello cum Sertorio erat. Domitius autem cum Metello. Domitium autem ab Herculeio Sertorii duce cum exercitu oppreſſum ſcribit Oroſius, Eutropius, & Plut. Et Saluſtius hiſtor. lib. 1 in quo Sertorianum bellum narrabat, *Domitium proconſulem ex citeriore Hiſpania cum omnibus copiis, quas paraverat à Metello accerſitum* ſcribit, ut ait Priſcianus lib. 10. Porro autem, *L. Domitius* vocandus. Sic enim & Eutropius, & Plutarchus. *Idem.*

6 *Ab Hertuleio quæſtore*] Vet. lib. *Herculeio.* Item Eutropius, item Saluſtius hiſtor lib. 2. *Occurrere duci, & prœlium accendere, adeo uti Metello in ſagum, Herculeio in brachium tela venirent.* ex Marcello in voce *Sagum.* Hunc, ut opinor, Ἑρέννιον nominat Plutarchus in Pompeio. *Idem.*

1 *Cum*

LIBER XCI.

CN. Pompeius [1] *quum adhuc equeſter eſſet, cum imperio conſulari adverſus Sertorium miſſus eſt. Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimaſque civitates in poteſtatem ſuam redegit. Appius Claudius proconſul Thracas pluribus prœliis vicit. Q. Metellus proconſul L. Herculeium, quæſtorem Sertorii,* [2] *omni cum exercitu cecidit.*

1 *Cum adhuc quæſtor eſſet*] Vox, *quæſtor*, mendoſe eſt, aut enim *equeſter*, ut in quibuſdam veteribus libris eſt, aut *eques Rom.* eſt legendum. Nam ſex poſt libris ſcriptum eſt, Cn. Pompeium conſulem factum eſſe *antequam quæſturam gereret ex equite Romano.* ſic autem locutus eſt in epitoma lib. 89. *Cn. Pompeius adhuc eques Romanus ex Africa triumphavit*; ut etiam Cicero pro lege Manilia: *Quid tam incredibile, quam ut iterum eques Rom. ex s. c. triumpharet?* triumphavit autem iterum ex Hiſpania. Et Dio in quadam concione lib. 36 habita de Pompeio: ϗ τῷ ἱππεῖ ἔτι ὄντι πολέμους ἐκείνους ἐνεχειρήσατε. & Plutarchus: μήπω δὲ μετέχοντι βουλῆς ἐψηφίσασθε δύο θριάμβους. *Sigonius.*

2 *Omni cum exercitu cecidit*] Membrana Barber. *cecidit atque fugavit.* Voſſ. & Gud. minor: *quæſt. Sertorii cum exercitu cecidit.* Major: *quæſt. Sertorii ceciditque atque fugavit.* J. F. Gron.

LIBER XCII.

CN. Pompeius dubio eventu cum Sertorio pugnavit, [1] *ita ut ſingula ex utraque parte cornua vicerint.* [2] *Q. Metellus Sertorium, & Perpernam cum duobus exercitibus prœlio fudit: cujus victoriæ* [3] *partem cupiens ferre Pompeius: parum proſpere pugnavit.* [4] *obſeſſus deinde Cluniæ Sertorius, aſſiduis eruptionibus non leviora* [5] *damna obſidentibus intulit. Præterea ab Curione proconſule in Thracia res geſtas adverſus Dardanos & Q. Sertorii*

1 *Ita ut ſingula ex utraque parte*] Poteſt ferri. Forte tamen: *ita ut ſiniſtra.* Quemadmodum epit. 124 *Ita ut utriuſque dextra cornua vincerent.* J. F. Gron.

2 *Q. Sertorius Metellum, & Perpernam c.*] Legendum: *Q. Metellus Sertorium & Perpernam*, neque enim Sertorius Perpernam, qui à ſe ſtabat, fundere potuit. *Sigonius.*

3 *Partem ejus cupiens auferre*] Vet. lib. *Ferre.* Idem.

4 *Obſeſſus deinde Calagurii*] Sic finxerunt, opinor, ex epitoma ſequenti, quum non aſſequerentur veterem ſcripturam. Nam Barber. *clime.* Gud. *climiæ.* Alter, *Clume.* Voſſ. *cluviæ.* Unde faciendum: *Obſeſſus deinde Cluniæ Sertorius.* Suetonius in Galba: *ſacerdos Jovis Cluniæ.* Conventus *Clunienſis* pars Tarraconenſis provinciæ apud Plinium lib. 3 cap. 3. Πολιορκοῦντι δ' αὐτῷ Κλουνίαν, (Metello ſcilicet Nepoti) eſt apud Dionem lib. 39. *J. F. Gron.*

5 *Damna obſidentibus tulit*] Vet. lib. *Intulit.* Sigonius.

torii multa crudelia in ſuos facta continet. qui[1] *plurimos ex amicis & ſecum proſcriptis, crimine proditionis inſimulatos, interemit.*

1 *Plurimos amicorum, & ſecum proſcriptorum*] Vet. lib. *Plurimos ex amicis, & ſecum proſcriptis.* Sigonius.

LIBER XCIII.

P. Servilius proconſul in Cilicia Iſauros domuit, & aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bithyniæ rex, moriens, populum Romanum fecit heredem, regnumque ejus in provinciæ formam redactum eſt. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Apparatus deinde regiarum copiarum pedeſtrium navaliumque: & occupata Bithynia, M. Aurelius Cotta conſul ad Chalcedonem prœlio ab rege victus eſt.[1] *reſque à Pompeio & Metello adverſum Sertorium geſtas continet, qui omnibus belli militiæque artibus par fuit. quos etiam ab obſidione Calagurii oppidi depulſos,*[2] *coëgit diverſas regiones petere, Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam.*

1 *Rexque à Pomp. & Met. victus, & ut contra Sert. egerunt*] Vitioſus ſine dubio locus ex veſtigiis veterum librorum à me ita emendatur: *Reſque à Pompeio & Metello contra Sertorium geſtas continet, qui omnibus belli.* Sic enim in veteribus libris eſt præterquam quod duæ voces, *Geſtas continet*, interciderunt: ſic epitoma ſequenti; *Res à Cn. Pompeio in Hiſpania contra Sertorium proſpere geſtas continet.* Sigonius.

2 *Coëgit diverſas reg. petere, Met. ult. Hiſp. Pomp. Gall.*] Contra Plutarchus in Sertorio: ὥστε ἠναγκάσθησαν οἱ στρατηγοὶ διαλυθέντες ὁ μὲν εἰς Γαλατίαν ἀπελθεῖν, Πομπήϊος δὲ περὶ Βακκαίους διαχειμάσαι. *Idem.*

LIBER XCIV.

[1] *L. Licinius Lucullus conſul adverſus Mithridatem equeſtribus prœliis feliciter pugnavit: & aliquot expeditiones proſperas fecit, poſcenteſque pugnam milites à ſeditione inhibuit. Deiotarus, Gallogræciæ tetrarches,*[2] *præfectos Mithridatis*

1 *Lucullus conſul*] Voſſ. *P. Licinius conſul.* Gud. *A. Licinius Lucullus conſul.* Min. *Publius Lucius Lucullus conſul.* Lege: *L. Licinius Lucullus conſul.* Mox omnes tres: *res à Cn. Pompejo.* J. F. Gron.

2 *Præfectus Mithridatis*] Vel adverſantibus veteribus libris lego, *præfectos Mithridatis.* Nam Dejotarus ſtetit pro Romanis, non pro Mithridate. Id autem aperte Appianus in Mithridatico: Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Φρυγίαν διόμαχος Μιθριδάτου στρατηγὸς ἐπιτρέχων ἔκτεινε Ῥωμαίων πολλοὺς μετὰ παίδων, καὶ γυναικῶν,

is bellum in Phrygia moventes cecidit. Præterea res à Cn. Pompeio in Hiſpania contra Sertorium proſpere geſtas continet.

ιων, Πισιδάς τε καὶ Ισαύρους ὑπήγετο, καὶ Κιλικία. νμέχει τῆς τις Γαλατικῶν τετραρχῶν Δηϊόταρος ἐπικολάζοντα αὐτὸν συνεδίωξε, καὶ πολλοὺς διέφθειρε. *Sigonius.*

LIBER XCV.

[1] *C. Curio proconſul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: &* [2] *congregata ſervitiorum ergaſtulorumque multitudine, Crixo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum, &* [3] *P. Varenum prætorem, prœlio vicerunt. L. Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, pulſumque Bithynia regem, variis belli ac naufragiorum caſibus fractum, coëgit in Pontum profugere.*

1 *C. Curio proc. Dard. in Thracia dom.*] Hinc Saluſtius hiſtor. lib. 11 Nonio auctore: *Eodem anno in Macedonia C. Curio principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias coëgit.* Sigonius.

2 *Congreg. ſervorum & ergaſt. mult.*] Claudius Puteanus affirmat ſe in mſſ. legiſſe: *Congregata ſervorum ex ergaſtulis multitudine.* Idem.

Servorum ergaſtulorumque multitudine] Egregie codices Barberinus & Gudiani ambo: *ſervitiorum.* Reſtituimus & Livio. *J. F. Gron.*

3 *P. Varenum prætorem*] Hunc prætorem Plutarchus in Craſſo vocat Πόπλιον Βαρῖνον. *Varinium* Frontinus libro 1 cap. 5, Appianus autem libro 1, Βαρίνιον Γλάβρον, ut appareat hunc *P. Varinium Glabrum* appellatum fuiſſe: meminit etiam *P. Varini* prætoris Cicero pro Flacco, ubi forte, *Varinii,* legendum eſt, ut gentis nomen, non familiæ ſit. *Sigonius.*

LIBER XCVI.

Q. Arrius prætor Crixum, fugitivorum ducem, cum viginti millibus hominum cecidit. [1] *Cn. Lentulus conſul male adverſus Spartacum pugnavit. Ab eodem* [2] *L. Gellius conſul, & Q. Arrius prætor acie victi ſunt.* [3] *Sertorius à Manio Antonio, & M. Per-*

1 *C. Lentulus conſul.*] *Cn. Lentulus,* perſpicue omnes auctores. *Sigon.*

2 *L. Gellius, & Q. Arrius prætor*] Vet. lib. *L. Gellius conſul,* & *Q.* Item Plutarchus & Appianus. Cæterum hic eſt Q. Arrius prætor; qui cum ſucceſſurus eſſet C. Verri in Sicilia, non ſucceſſit. Pædianus. *Idem.*

3 *Sertorius à M. Antonio. & M. Perp.* &c. *Imperium part. ad Marium tranſlatum eſt*] Locus obſcurus. Nam cum dicat ab Antonio & Perperna interfectum eſſe Sertorium, addit, *Imperium partium tranſlatum eſſe ad Marium.* nos autem ab aliis accepimus ad Perpernam perveniſſe. Tolletur igitur omnis

 obſcu-

M. Perperna & aliis conjuratis in convivio interfectus eſt; octavo ducatus ſui anno: magnus dux, & adverſus duos imperatores, Pompeium & Metellum, ſæpe par, [1] *vel frequentius victor: ad ultimum deſertus & proditus. Imperium partium ad Marcum tranſlatum eſt: quem Cn. Pompeius victum captumque interemit, ac recepit Hiſpanias decimo fere anno, quam cœptum eſt bellum. C. Caſſius proconſul, Cn. Manlius prætor, male adverſus Spartacum pugnaverunt: idque bellum M. Craſſo prætori mandatum eſt.*

obſcuritas, ſi ita legatur: *Sertorius à Manio Antonio, & Marco Perperna.* Item: *Imperium partium ad Marcum tranſlatum eſt.* Plutarchus enim in Sertorio Μάλιον Ἀντώνιον vitioſe vocat, pro Μάνιον. In veteribus autem libris eſt, *ad Marcum*, non ad *Marium.* Ejuſdem porro convivii meminit his verbis Saluſtius hiſtor. lib. 3. *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſuper eum L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis in ſummo Antonius, & infra ſcriba Sertorii Verſius; & alter ſcriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquinium & dominum Perperna,* ex Nonio. *Sigonius.*

1 *Ut frequentius*] Vet. lib. *Vel frequentius.* Idem.

Sæpe par vel frequentius victor] Ab Sigonio eſt. Olim, *ſæpe par, ut frequentius victor.* Quod recte ſeſe habet, modo intelligas τὸ *ita* in præcedentibus verbis. Significat enim ita ſæpe parem fuiſſe, ut ſæpius ſuperior diſceſſerit. *J. F. Gron.*

LIBER XCVII.

M. Craſſus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germaniſque conſtabat, feliciter pugnavit; [1] *cæſis hoſtium triginta quinque millibus,* [2] *& duce eorum Granico. Cum Spartaco deinde bellavit; cæſis cum ipſo millibus quadraginta. M. Antonius prætor bellum adverſus Cretenſes parum proſpere ſuſceptum, morte ſua finivit: M. Lucullus proconſul Thracas ſubegit. L. Lucullus in Ponto adverſus Mithridatem feliciter pugnavit; cæſis hoſtium* [3] *amplius quam ſexaginta millibus.* [4] M. Craſſus & Cn. Pompeius Conſules facti

(Pom-

1 *Cæſis inimicorum*] Vet. lib. *Hoſtium.* Sigonius.

2 *Et duce eorum Granico*] Plutarchus eum *Cannicium* appellare videtur: τῶν ἀφηγοῦντο Καννίκιος καὶ Κάστος. Gudiani: *Ganico.* J. F. Gron.

3 *Amplius quam ſexaginta millibus*] Τὸ *quam* non video in Gudiano. *Idem.*

4 *M. Craſſus, & Cn. Pompeius conſules facti ſunt * ſicut Pompeius, &c. reſtituerunt*] Locus mutilatus, merito aſteriſco notatus. Vetuſti libri nihil varietatis habent, niſi quod, *Facti, ſic,* ibi eſt. Ex quo colligo ita eſſe legendum: *M. Craſſus, & Cn. Pompejus conſules facti, ut Craſſus ex pratura, ſic Pompeius antequam quæſturam gereret, ex equite Romano, tribuniciam poteſtatem reſtituerunt.* Eandem enim rem, ut memorabilem edit etiam Appianus lib. 1 hoc modo:

(Pompeius, antequam quæſturam gereret, ex equite Romano) tribunitiam poteſtatem reſtituerunt. Judicia quoque [1] *per L. Aurelium Cottam prætorem ad equites Romanos tranſlata ſunt. Mithridates deſperatione rerum ſuarum coactus, ad Tigranem Armeniæ regem confugit.*

do: ἐς δὲ ὑπατείαν ἄμφω παρήγγελον. ὁ μὲν ἐστρατηγηκὼς κατὰ τὸν νόμον Σύλλα, ὁ δὲ Πομπήϊος οὔτε στρατηγήσας, οὔτε ταμιεύσας, ἔτος τε ἔχων τέταρτον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα. Id eſt, *Conſulatum autem ambo ſe petituros eſſe, profeſſi ſunt, is quidem, cum prætor ex lege Sullæ fuiſſet, Pompeius autem, neque prætura, neque quæſtura perfunctus anno ætatis quarto & triceſimo* puto tamen legendum *ſexto & triceſimo.* Quod quiſque intelliget, qui aut ortum, aut obitum Pompeii cum primo conſulatu ejus conferet. Duabus ergo legibus ſolutus eſt. una, quod præturam non geſſerat, altera quod ante annos ætatis legitimos factus eſt. Quare merito pro Pompeio ait Cicero: *Quid tam ſingulare, quam ut ex S. C. legibus ſolutus conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet?* Sigonius.

Ut Craſſus ex quæſtura, ſic] Totum hoc de conjectura interpoſuit Sigonius, cujus nullum aliud habet argumentum, quam quod in veteri libro invenit, *facti ſic* pro *facti ſunt.* Mihi vero videtur, cur de Craſſo adderet hoc auctor, cauſam nullam habuiſſe, quum ille per eoſdem gradus & articulos productus ſit, per quos omnes vulgo. Delendum potius aliquid quam inſulciendum, hoc modo: *Conſules facti (Pompejus, antequam quæſturam gereret, ex equite Romano) tribuniciam poteſtatem reſtituerunt.* J. F. Gron.

1 *Per M. Aurelium Cottam*] Lege, *L. Aurelium.* Pædianus enim pro Cornelio: *Fuerunt tres fratres C. M. & L. Aurelius Cotta, is qui lege ſua judicia inter tres ordines communicavit, adeptique ſunt omnes conſulatum.* Sigonius.

LIBER XCVIII.

[1] *MAchares filius Mithridatis, Boſpori rex, ab L. Lucullo in amicitiam receptus eſt.* [2] *Cn. Lentulus, & L. Gellius cenſores aſperam cenſuram egerunt, quatuor & ſexaginta ſenatu motis.* [3] *à quibus, luſtro condito, cenſa ſunt civium capita quadringenta quinquaginta millia. L. Metellus prætor* [4] *in Sicilia adverſum piratas proſpere rem geſſit. Templum Jovis in Capitolio,* [5] *quod incendio conſumptum ac refectum erat, ab Q. Catulo dedicatum eſt. L. Lucullus, in Armenia Mithridatem & Tigra-*

1 *L. Achares filius Mithridatis*] Vet. lib. *Machares.* Dio Μαχάρης. *Sigonius.*

2 *C. Lentulus*] *Cn. Lentulus*, ut ante. Idem.

3 *A quibus luſtrum conditum eſt, cenſa ſunt*] Vet. lib. *A quibus luſtro condito cenſa ſunt.* Idem.

4 *In Cilicia adverſus piratas*] Scribe, *Sicilia.* Hic eſt enim Metellus, qui Verri in Sicilia ſucceſſit. Pædianus. *Idem.*

5 *Quod incendio conſ. erat, refectum à Q. Catulo ded. eſt*] Vet. lib. *Quod incendio conſumptum, ac refectum erat, à Q. Catulo dedicatum eſt.* Idem.

granem, [1] *& immenſas utriuſque regis copias*, [2] *pluribus prœliis fudit. Q. Metellus proconſul, bello ſibi adverſum Cretenſes mandato, Cydoniam urbem obſedit. L. Triarius legatus Luculli adverſus Mithridatem parum proſpere pugnavit. Lucullum, ne perſequeretur Mithridatem, ac Tigranem, ſummamque victoriæ imponeret*, [3] *ſeditio militum tenuit, qui ſequi nolebant: id eſt, legiones Valerianæ, impleta ab ſe ſtipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.*

1 *Et immenſas utriuſque regis copias*] Voſſ. & Gudiani: *ingentes.* J. F. Gron.

2 *Multis certaminibus fudit*] Vet. lib. *Pluribus prœliis.* Sigonius.

3 *Seditio militum tenuit, qui ſequi nolebant, quia legiones Valeriæ impleta,* &c.] Vet. lib. *Id eſt, legiones Valerianæ, quæ impleta à ſe ſtipendia dicentes.* Idem.

Nolebant, quia legiones Valeriæ] Gud. uterque: *quia ſequi eum nolebant, id eſt, quia legiones Valerianæ, impleta ab ſe ſtipendia dicentes.* Dio lib. 35, Οἱ γὰρ Οὐαλέριοι οἱ τῆς τε στρατείας ἀφεθέντες, καὶ μετὰ τοῦτ᾽ αὖθις στρατευσάμενοι ἐκινήθησαν. Et rurſus: καὶ οἵ γε Οὐαλέριοι μαθόντες, ὅτι τῆς στρατείας παρὰ τοῖς οἴκοις τέλεσιν ἀφεῖνται, παντελῶς ἀπεχώρησαν. *J. F. Gron.*

LIBER XCIX.

Q. Metellus proconſul Gnoſſon, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas civitates expugnavit. L. Roſcius tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata, perſequi piratas juſſus, qui commercium annonæ intercluſerant; intra quadrageſimum diem toto mari eos expulit, belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis, agros & urbes dedit. Præterea res geſtas à Q. Metello adverſus Cretenſes continet: & epiſtolas Metelli & Cn. Pompeii invicem miſſas. queritur Metellus gloriam rerum ab ſe geſtarum à Pompeio [1] *ſublatam præteriri, qui in Cretam miſerit legatum ſuum ad accipiendas urbium deditiones.* [2] *Pompeius rationem reddit, hoc ſe facere debuiſſe.*

L I-

1 *Sublatam præteriri*] Et Voſſ. & Gudiani ignorant τὸ *ſublatam.* Ergo pro *præteriri* fac *intercipi.* Duo tamen, *gloriam ſibi rerum.* Ita forte melius foret *præripi.* J. F. Gron.

2 *Pompeius Romæ rationem reddit*] *Romæ* ſupervacaneum, præſertim cum dicat per epiſtolas rem eſſe actam. abeſt certe à veteribus libris. *Sigonius.*

1 *C. Man-*

LIBER C.

[1] C. Manilius tribunus plebis, magna indignatione nobilitatis, legem tulit, ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur. Concio ejus bona. Q. Metellus, [2] perdomitis Cretenſibus, [3] liberæ in id tempus inſulæ leges dedit. Cnæus Pompeius ad gerendum bellum adverſus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit, equeſtri prœlio Mithridatem vicit. Præterea bellum inter Phraatem [4] Parthorum regem, & Tigranem Armeniorum, ac deinde inter Tigranem filium patremque geſtum, continet.

1 *C. Manlius tribunus pl.*] *C. Manilius.* Cicero pro lege Manilia. *Sigon.*

2 *Domitis Cretenſibus*] Vet. lib. *Perdomitis Cretenſibus.* Idem.

3 *Liberæ in id tempus inſulæ leges tulit*] Vet. lib. *Dedit.* Quo verbo & Cicero, & alii in hoc genere utuntur. *Idem.*

4 *Regem Parthorum & Tigranem Armeniorum regem*] Gudiani : *Phraatem Parthorum regem & Tigranem Armeniorum, ac deinde.* J. F. Gron.

Tigranem Armen. regem, ac demum inter filium] Vet. lib. *Tigraneum Armeniorum, ac deinde inter filium.* Sigonius.

LIBER CI.

CN. Pompeius Mithridatem nocturno prœlio victum coëgit [1] Boſporon profugere. Tigranem in deditionem accepit, eique ademptis Syria, [2] Phœnice, Cilicia, regnum Armeniæ reſtituit. Conjuratio eorum, qui in petitione conſulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis conſulibus, oppreſſa eſt. Cn. Pompeius quum Mithridatem perſequeretur, in ultimas ignotaſque gentes penetravit. Iberos, [3] Albanoſque, qui tranſitum non dabant, prœlio vicit. Præterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochoſque, & res ab eo in Boſporo geſtas, continet.

1 *Boſporum profugere*] Voſſ. & Gud. alter *Boſporon.* Ut *Cypron*, *Iſthmon*, *Corinthon.* J. F. Gron.

2 *Phœnicia*] *Phœnice*, Vet. lib. *Sig.*

3 *Albanos, qui tranſitum minime dabant*] Vet. lib. *Albanoſque qui tranſitum non dabant.* Idem.

LIBER CII.

CN. Pompeius in provinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit. ab eo Mithridates obſeſſus in regia, quum veneno ſumpto parum profeciſſet ad mor-

mortem, [1] *à milite Gallo, nomine Bitœto*, [2] *à quo, ut adjuvaret ſe petierat, interfectus eſt. Cn. Pompeius Judæos ſubegit :* [3] *fanum eorum Hieroſolymæ, inviolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina bis repulſam in petitione conſulatus paſſus, cum Lentulo prætore &* [4] *Cethego, & pluribus aliis, conjuravit de cæde conſulum & ſenatus*, [5] *incendiis urbis, & opprimenda republica : exercitu quoque in Etruria comparato. Ea conjuratio induſtria M. Tullii Ciceronis eruta eſt. Catilina urbe pulſo, de reliquis conjuratis ſupplicium ſumptum eſt.*

1 *A milite Gallo nomine Bithoco*] *Bitœto* repono ex Appiano in Mithridatico : Βίτοιτον οὖν τινα ἰδὼν ἡγεμόνα Κελτῶν πολλὰ μὲν ἐκ τῆς σῆς, ἔφη, δεξιᾶς ἐς πολεμίους ὠνάμην, ὀνήσομαι δὲ μέγιστον εἰ νῦν με κατεργάσαιο. Qui ſcripſit de Viris illuſtribus *Sithocum* nominat. *Sigonius.*

2 *A quo, ut juvaretur petierat*] Vet. lib. *A quo ut adjuvaret ſe petierat.* Idem

3 *Fanum eorum Hieroſolymæ*] Barber. & alter Gud. *Fanum eorum in Hieroſolyma.* Sic apud Livium legati Romani Ptolomæum dicuntur *in Alexandria conveniſſe.* Cæſar : *naves in Hiſpali faciendas.* Voſſ. *eorum Hieroſolymam.* Gud. major : *eorum ihereſolymam.* J.F. Gron.

4 *Cethego, & pluribus*] Vet lib. *Et pluribus aliis.* Sigonius.

5 *Incendiis urbis opprimenda rep.*] Vet. lib. *Et opprimenda.* Idem.

LIBER CIII.

Catilina [1] *à C. Antonio proconſule* [2] *cum exercitu cæſus eſt. P. Clodius accuſatus, quod in habitu mulieris in* [3] *ſacrarium, in quod virum intrare nefas eſt*, [4] *intraſſet : quumque* [5] *uxorem Maximi Pontificis ſtupraviſſet, abſolutus eſt.* [6] *Cn. Pontinus prætor*

1 *A C. Antonio proconſule*] Recte *proconſule.* nam ἐν ἀρχῇ δ' εὐθὺς τοῦ ἔτους, ἐν ᾧ Ἰούνιός τε Σιλανὸς καὶ Λούκιος Λικίννιος ἦρξαν periiſſe Catilinam teſtatur Dio. *J. F. Gron.*

2 *Cum exercitu cæſus*] Vet. l. *Cæſus eſt.* Sig.

3 *Sacrarium, in quod vir. intr. nefas*] Vet. lib. *In ſacrarium.* Idem.

In quod intrare] Pall. *in quo.* Fuit forte, *in ſacrarium quo.* Gruterus.

4 *Intraſſet : quumque uxorem*] Voſſ. & Gudiani : *cum intraſſet & uxorem :* deinde *ſtupraſſet.* Tollenda nimirum copulativa : *cum intraſſet, uxorem maximi pontificis ſtupraſſet.* J. F. Gron.

5 *Uxorem Metelli Pontificis*] Cicero, Plutarchus, Suetonius, omnes denique Cæſaris pontificis Maximi uxorem fuiſſe ſcribunt, non Metelli. Itaque non eſt credendum in tam nota hiſtoria lapſum eſſe auctorem, verum, ut multos alios, ſic hunc locum à librariis eſſe vitiatum. Ego vero ſine dubio legendum eſſe puto, *Maximi pontificis.* Errandi cauſa orta eſt ex compendioſa ſcriptura. Nam cum paucis literis ſcriptum eſſet, *M. pont.* imperitus ille, qui deſcripſit interpretatus eſt *Metelli*, cum *Maximi* ea vox ſignificaret. *Sigonius.*

6 *Cn. Potitius prætor All.*] Hic prætor fuit conſule Cicerone, ab eoque, & Saluſtio, *C. Pontinus*, à Dione Γάϊος Πομπτῖνος, & Πομπτίνιος dicitur. Idem etiam poſt triumphavit ex Gallia. Ego *C. Pontinium* ſcribo. *Idem.*

1 *Cum*

tor Allobroges; qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. *Clodius ad plebem tranſiit.* C. *Cæſar Luſitanos ſubegit: eoque conſulatus candidato, & captante rempublicam invadere, conſpiratio inter tres principes civitatis facta eſt, Cn. Pompeium, M. Craſſum, C. Cæſarem. Leges Agrariæ à Cæſare conſule* [1] *cum magna contentione, invito ſenatu, & altero conſule M. Bibulo, latæ ſunt. C. Antonius proconſul in Thracia parum proſpere rem geſſit. M. Cicero, lege à P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necaviſſet, in exilium miſſus eſt. Cæſar in provinciam Galliam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: quæ ſedem quærens, per provinciam Cæſaris* [2] *Narbonem iter facere volebat. Præterea ſitum Galliarum continet.* [3] *Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane & Tigranis filio, triumphavit: Magnuſque à tota concione conſalutatus eſt.*

1 *Cum maxima contentione*] Voſſ. & Gudiani: *magna.* J. F. Gron.

2 *Narbonem iter facere*] Lege: *per provinciam Cæſaris Narbonenſem.* in aliam puta Galliam, quæ non erat provincia. *Idem.*

3 *Pompeius de lib. Mithrid. Tigr. & Tigr. filio triumph.*] Hæc verba non puto ſuo loco ſita eſſe. Ut ita ſentiam me impellit, quod Cicero libr. 1 ad Atticum. Plinius lib. 7 cap. 25 & libr. 38 cap. 2 Capitolinorum triumphorum ſcriptores, & reliqua omnia Romanæ hiſtoriæ monumenta loquuntur, Cn. Pompeium de Mithridate & Aſia triumphaſſe, Piſone & Meſſalla conſulibus. In hac autem epitoma triumphus poſt Gabinii, & Piſonis conſulatum, quo anno Cæſar ſe ſcribit in Galliam veniſſe, & cum Helvetiis pugnaſſe, id eſt, poſt tertium annum collocatur, cum tamen in eadem ante triumphum Pompeii mentio fiat conſpirationis factæ inter Pompeium, & Craſſum, & Cæſarem, quæ Pompeio præſente Romæ ante conſulatum Cæſaris facta eſt. Librarii tamen, & hunc errorem fuiſſe pro certo habeo. Nam qui *Cn. Pompeius*, &c. erat ſcripturus per incuriam oculis ad Pontinium conjectis, *Cn. Pontinius* ſcripſit, & quæ ſequuntur. Poſt autem cum intelligeret ſe Pompeii triumphum temere prætermiſiſſe, eundem ipſum in fine Epitomæ collocaſſe. Eſt autem triumphus Pompeii rebus à Pontinio geſtis anteponendus. *Sigonius.*

Pompejus de liberis Mithridatis] Non inepte diſputat Sigonius, hæc ſuo loco poſita non eſſe. Sed & in hiſtoria vitium eſt. Cur enim de liberis potius Mithridatis, quam de ipſo? Res eſt: *Pompejus de Mithridate, ductis ante currum Mithridatis liberis & Tigrane Tigranis filio, triumphavit.* J. F. Gron.

LIBER CIV.

PRima pars libri ſitum Germaniæ, moreſque continet. C. *Cæſar cum contra Germanos,* [1] *qui Arioviſto duce in Galliam tran-*

1 *Qui Arioviſto duce in Galliam deſcenderant*] Mſ. Barb. & Gudiani: *tranſſcenderant.* J. F. Gron.

1 *Gal-*

tranſcenderant, exercitum duceret, rogatus ab Æduis & Sequanis, quorum ager poſſidebatur; trepidationem militum, propter metum novorum hoſtium ortam, allocutione exercitus inhibuit, & victos prœlio Germanos [1] *Gallia expulit. M. Cicero Pompeio inter alios orante,* [2] *& T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio ſenatus, ac totius Italiæ, ab exilio reductus eſt. Cn. Pompeio per quinquennium annonæ cura mandata eſt. Cæſar Ambianos, Sueſſiones, Veromanduos, Atrebates, Belgarum populos,* [3] *quorum ingens multitudo erat, prœlio victos in deditionem accepit: ac deinde* [4] *contra Nervios unam harum civitatum cum maximo diſcrimine pugnavit, eamque gentem delevit. quæ bellum geſſit, donec ex ſexaginta millibus armatorum* [5] *trecenti ſupereſſent: ex quadringentis ſenatoribus tres tantummodo evaderent. Lege lata de redigenda in provinciæ formam Cypro, & publicanda pecunia regia, C. Catoni* [6] *adminiſtratio ejus rei mandata eſt. Ptolemæus Ægypti rex,* [7] *ob injurias quas patiebatur à ſuis, regno pulſus, Romam venit. C. Cæſar Venetos, gentem Oceano junctam, navali prœlio vicit. Præterea res ab legatis ejus eadem fortuna geſtas continet.*

LI-

1 *Gallia omni expulit*] Vet. lib. *Gallia expulit.* Sigonius.

2 *Et Ti. Antonio Milone tribuno plebis ing. gaud.*] Suſpicor legendum, *& T. Annio Milone trib. pl. agente*, neque enim hoc placet, ne Milonem, qui in magiſtratu erat, & legem rogare poterat, oraſſe dicamus, ſed egiſſe: oraſſe autem Pompeium, qui erat privatus. Excidiſſe autem hanc vocem propter eam quæ ſimilis ſequitur, *ingenti*, puto. *Idem.*

3 *Quorum quidem maxima multitudo*] Vet. lib. non habent, *quidem*. Idem.

Quorum maxima multitudo] Gud. *quorum gens multitudo.* Voſſ. & Gud. alter: *quorum ingens multitudo.* J. F. Gron.

4 *Contra Nervios, unam harum civitatum*] Forte: *unam horum civitatem. Horum* puta Belgarum. Nec male Barb. & Gudiani: *Nervios, unius civitatis.* Idem.

5 *Trecenti ſupereſſent, ex nonaginta quinque*] Variant hi numeri. Barber. *ex ſexaginta millibus armatorum ſeptem ſupereſſent, ex ſexcentis ſenatoribus tres.* At apud Cæſarem eſt lib. 2. *Ex ſexcentis ad tres ſenatores, ex hominum millibus ſexaginta vix ad quingentos, qui arma ferre poſſent.* Ubi Ciacconius ex Plutarcho; *ex quadringentis.* Gud. *ex LX milibus armatorum ſupereſſent & ex VC ſenatoribus tres tantum evaderent.* Alter: *ex ſexaginta quinque milibus arm. ſeptem ſupereſſent & ex ſexcentis ſenatoribus tres tantum evaderent.* Idem.

6 *Adminiſtratio ejuſdem rei*] Vet. lib. *Ejus rei.* Sigonius.

7 *Ob injurias, quas patiebantur, à ſuis regno pulſus*] Vet. lib. *Ob injurias, quas patiebatur à ſuis, regno pulſus Romam venit.* Idem.

1 M. Ca-

LIBER CV.

QUum [1] C. Catonis tribuni plebis interceſſionibus comitia tollerentur, ſenatus veſtem mutavit. C. Cato, in petitione præturæ [2] prælato Vatinio, repulſam tulit. idem quum legem impediret, [3] qua provinciæ conſulibus in quinquennium, Pompeio Hiſpaniæ, Craſſo Syria & Parthicum bellum, Cæſari Gallia & Germania dabantur, à C. Trebonio tribuno plebis legis auctore in vincula ductus eſt. A. Gabinius proconſul Ptolemæum [4] reduxit in regnum Ægypti, [5] ejecto Archelao, quem ſibi regem adſciverant. Cæſar, [6] victis Germanis, & in Gallia cæſis, Rhenum tranſcendit, & [7] proximam partem Germaniæ domuit: ac deinde Oceano [8] in Britanniam, primò parum proſpere tempeſtatibus adverſis, trajecit: iterum parum felicius, magnaque multitudine hoſtium cæſa; [9] aliquam partem inſulæ in poteſtatem redegit.

L I-

1 *M. Catonis tribuni pl.*] Lego, *C. Catonis*, ex epiſtolis Ciceronis ad Lentulum. Etenim Lentulo in re Alexandrina maxime adverſatus eſt. Item ex lib. 22 Annalium Feneſtellæ intelligitur teſte Nonio. *Quod ut magiſtratum tribuni inierunt, C. Cato turbulentus adoleſcens, nec imparatus ad dicendum, concionibus aſſiduis invidiam & Ptolemæo ſimul, qui jam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo conſuli paranti jam iter, concitare ſecundo quidem populi rumore cœpit.* Sigonius.

2 *Prælato Vatinio*] Gud. *prælato L. Vatinio.* Scribe: *prælato P. Vatinio.* J. F. Gron.

3 *Quæ provinciæ conſulares*] Lege *conſulibus*, pro *conſulares*, ut Pompeium, Craſſumque conſules iterum intelligamus. *Sigonius.*

4 *In regnum reduxit Ægypti*] Vet. lib. *Reduxit in regnum Ægypti.* Idem.

5 *Rejecto Archelao*] Vet. lib. *Ejecto Archelao.* Idem.

6 *Victis Germanis & in Gallia cæſis*] Copulativam ignorat Voſſianus. Gud. *victis Germanis in Gallia cæſiſque.* J. F. Gron.

7 *Proximam partem*] Vet. lib. *Et proximam.* Sigonius.

8 *In Britanniam parum proſpere---iterumque*] Lege ex vet. lib. *In Britanniam primum parum proſpere, &c. iterum parum felicius.* Idem.

Iterum parum felicius] Dele τὸ *parum* ex ſuperiore verſiculo inculcatum. Florus: *ipſo quoque Oceano tranquillo magis & propitio.* Dein Voſſ. & Gudiani: *magnaque multitudine hoſtium cæſa.* J. F. Gron.

9 *Reliquam partem inſulæ in poteſtatem redigit*] Vet. lib. *aliquam partem.* Egregie. Nam ſcribit in Agricola Tacitus, Cæſarem, qui primum in Britanniam legiones Romanas duxit, proſpera pugna terruiſſe incolas, & litoris tantum potitum eſſe. *Sigonius.*

LIBER CVI.

JUlia Cæſaris filia, Pompeii uxor, deceſſit: honoſque ei à populo habitus eſt, ut in campo Martio ſepeliretur. [1] *Gallorum aliquot populi,* [2] *Ambiorige, duce Eburonum, defecerunt. à quibus* [3] *Cotta & Titurius legati Cæſaris circumventi inſidiis, cum exercitu, cui præerant, cæſi ſunt. & quum aliarum quoque legionum caſtra oppugnata magno labore defenſa eſſent;* [4] *interque eos, qui in Nerviis præerat, Q. Cicero; ab ipſo Cæſare hoſtes prœlio fuſi ſunt. M. Craſſus bellum Parthis illaturus, Euphratem fluvium tranſiit, victuſque prœlio, in quo & filius ejus cecidit, quum reliquias exercitus in collem recepiſſet, evocatus in colloquium ab hoſtibus, velut* [5] *de pace acturis, quorum dux erat Surenas, comprehenſus, & ne quid vivus pateretur, repugnans interfectus eſt.*

1 *Gallorum multi populi*] Vet. lib. *Aliquot populi.* Sigonius.

2 *Ambiorige, duce Eburonum*] Forte: *Ambiorige duce, rege Eburonum.* J. F. Gron.

3 *Cotta, & T. Aurunculeius legati Cæſaris*] Vet. lib. *Cotta & T. Veturius.* Apparet tamen legendum, *Cotta & Titurius.* Sic enim Cæſar libro 3. *Q. Titurius, & L. Cotta legati.* Deceptus eſt librarius, quod *Cotta* nomen *Aurunculeius* fuit, eodem auctore Cæſare. Item Appianus Κόττας ϗ Τιτύριος. *Sigonius.*

4 *Interque eos, qui in Treviris præerat, Q. Cicero*] Quos *eos?* Numquid prius dixit: *aliorum quoque legatorum?* An hic potius: *interque ea, quibus in Treviris præerat Q. Cicero.* Hoc magis placet. *J. F. Gron.*

Qui in Treviris præerat] Vitium hoc quum eſſet in poſtremis aliquot editionibus commiſſum neſcio quorum culpa, merito advertit Perizonium meum, iſque monuit me, reponi debere *Nerviis*, quod obtinuit olim, excuditque in Sigoniana Paulus Manutius, & hoc volunt MSti, in quibus vidi exſtare *Terberis* vel *Terbeis.* Itaque emendavi errorem. *Jac. Gron.*

5 *Ut de pace acturus*]. *Acturis*, & Vet. lib. habent, & hiſtoriæ fides poſtulat. *Sigonius.*

LIBER CVII.

C. Cæſar, Treviris in Gallia victis, iterum in Germaniam tranſiit: nulloque ibi hoſte invento, reverſus in Galliam, Eburones, & alias civitates, quæ conſpiraverant, vicit, & Ambiorigem in fuga perſecutus. P. Clodii à T. Annio Milone, candidato conſulatus, [1] *in Appia via ad Bovillas occiſi corpus plebs in*

1 *In Appia via*] Sic Cicero pro Milone. Sed præpoſitionem & Voſſ. & duo Gud. neſciunt. Et ſolebant ſic quoque loqui. Suetonius Domit. *Cadaver Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina via funeravit.* J. F. Gron.

2 *Cn. Pom-*

in curia cremavit. Quum ſeditiones inter candidatos conſulatus Hypſæum, Scipionem, & Milonem eſſent, qui armis ac vi contendebant; ad comprimendas eas, [1] *Cn. Pompeius legatus à ſenatu conſul tertium factus eſt, abſens & ſolus,* [2] *quod nulli alii unquam contigit. Quæſtione decreta de morte P. Clodii, Milo judicio damnatus in exilium actus eſt.* [3] *Lex lata eſt, ut ratio abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberetur, invito & contradicente M. Catone. Præterea res geſtas à C. Cæſare adverſum Gallos, qui propè univerſi, Vercingentorige Arverno duce, defecerunt, & laborioſas obſidiones urbium, continet: inter quas Avarici Biturigum, & Gergoviæ Arvernorum.*

1 *Cn. Pompejus legatus à Senatu*] Quid hic *legatus*? Mſſ. *& ab ſenatu conſul tertio.* Numquid igitur, *delegatus ab ſenatu & conſul tertio factus eſt abſens.* An potius: *rogatus à ſenatu.* Hanc enim ſpeciem ambitioni ſuæ circumdedit. *J. F. Gron.*

2 *Quod nemini umquam contigit*] Vet. lib. *Quod nulli alii umquam*, ſine voce, *contigit.* Sigonius.

Quod nulli alii unquam] Sic Sigonius deleto, quod adjiciebatur olim *contigit.* Subſcribunt Voſſianus & Gudianus minor. Intelligendum; facti ſunt. Major Gud. *quod nulli alii unquam accidit.* J. F. Gron.

3 *Lex dicta, ut ratio abſentis Cæſaris*] Vet. lib. *Lex data.* Hinc ego: *lex lata.* Sigonius.

LIBER CVIII.

C. Cæſar Gallos ad Aleſiam vicit, omneſque Galliæ civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Caſſius quæſtor M. Craſſi, Parthos, qui in Syriam tranſcenderant, cecidit. In petitione conſulatus M. Cato repulſam tulit; creatis [1] *conſulibus Ser. Sulpicio, & M. Marcello. C. Cæſar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter conſules, de ſucceſſore C. Cæſari mittendo, agente in ſenatu M. Marcello conſule, ut Cæſar ad petitionem conſulatus veniret, quum is* [2] *lege lata in id tempus conſulatus provincias obtinere deberet, reſque à M. Bibulo in Syria geſtas, continet.*

LI-

1 *Conſulibus Ser. Sulpicio & M. Marcello*] Gud. *Ser. Sulpicio M. Marcello.* J. F. Gron.

2 *Lege lata in id tempus conſulatus*] Ocius dele τὸ *id*, & ſcribe, *in tempus conſulatus.* hoc eſt, in ſolidum decennium. Ipſe lib. 3 de bello civili: *Dictatore habente comitia Cæſare, conſules creantur Julius Cæſar & P. Servilius. is enim erat annus, quo per leges ei conſulem fieri liceret.* Fortaſſis: *conſules creantur ipſe & P. Servilius. is enim erat annus, quo per leges eum.* Gud. minor etiam: *ad petitionem conſulatus rediret.* Idem.

1 Cau-

LIBER CIX.

[1] CAuſſæ civilium armorum & initia referuntur, contentioneſque de ſucceſſore C. Cæſari mittendo; quum ſe [2] dimiſſurum exercitus negaret, [3] niſi à Pompeio dimitterentur. & C. Curionis tribuni plebis [4] primum adverſus Cæſarem, dein pro Cæſare actiones continet. Quum ſenatuſconſultum factum eſſet; ut ſucceſſor Cæſari mitteretur, M. Antonio, & Q. Caſſio tribunis plebis, quoniam interceſſionibus id ſenatuſconſultum impediebant, urbe pulſis; mandatum ab ſenatu Conſulibus, & Cn. Pompeio ut viderent, ne quid reſpublica detrimenti caperet. C. Cæſar bello [5] inimicos perſecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corfinium cum L. Domitio, & L. Lentulo cepit, eoſque dimiſit. Cn. Pompeium, [6] cæteroſque partium ejus, Italia expulit.

1 *Cauſæ civilium armorum*] Præmittit his verbis uterque Pall. *Qui eſt primus civilis belli.* ut & infra epit. 110 antecedit, *qui eſt civilis belli ſecundus.* Item 111. *qui eſt civilis belli tertius.* Et ſic conſequenter uſque ad Ep. 116, ubi habent, *qui eſt civilis belli octavus.* adeo ut Livius ſingulis libris ſingulorum annorum geſta complexus fuerit. *Gruterus.*

2 *Dimiſſurum exercitum neg. niſi à Pomp. dimitteretur*] Vet. lib. *Exercitus*, &, *dimitterentur.* Sigonius.

3 *Niſi à Pompejo dimitterentur*] Melius: *niſi & à Pompejo.* J. F. Gron.

4 *Primum adverſus Cæſarem*] Vet. lib. *Primum adverſum Cæſarem de populo Romano Cæſare actiones continet.* Hinc ego obſervatione hiſtoriæ ductus, *Primum adverſus Cæſarem, deinde pro Cæſare actiones continet.* Id enim omnes tradunt, & maxime Cœlius ad Ciceronem: *Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem frigere, jam calet: nam ferventiſſime concerpitur, belliſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit.* Ad hanc etiam hiſtoriam pertinere puto verba quædam Varronis ex lib. 4 de vita populi Rom. quæ ſunt apud Marcellum: *Curio cum id feciſſet, dicebat amicis, ut illi renunciaretur, ſe obſtrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret conſul:* eſt autem obſtrigillare, *obſtare.* Sigonius.

5 *Inimicos perſequutus*] Et ſenſus, & vetuſtæ lectionis auctoritas probant legendum eſſe, *perſequuturus.* Idem.

6 *Univerſoſque ejus partium Italia omnino exp.*] Vet. lib. *Cæteroſque partium ejus Italia expulit.* Idem.

LIBER CX.

C. Cæſar Maſſiliam, quæ portas ipſi clauſerat, obſedit: & [1] relictis in obſidione urbis ejus legatis, C. Trebonio, & D. Bruto, profectus in Hiſpaniam, L. Afranium, & C. Petreium lega-

1 *Relictis in obſidione C. Trebonio*] Vet. lib. *Relictis in obſidione urbis ejus legatis C. Trebonio.* Sigonius.

legatos Cn. Pompeii, cum ſeptem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omneſque incolumes dimiſit: Varrone quoque legato Pompeii cum exercitu in poteſtatem ſuam redacto. Gaditanis civitatem dedit. Maſſilienſes duobus navalibus prœliis victi, poſt longam obſidionem[1] *poteſtati Cæſaris ſe permiſerunt. C. Antonius legatus Cæſaris, male contra Pompeianos in Illyrico rebus geſtis, captus eſt. In quo bello Opitergini Tranſpadani Cæſaris auxiliares, rate ſua ab hoſtilibus navibus clauſa, potius quam*[2] *in poteſtatem hoſtium venirent, inter ſe concurrentes occubuerunt. C. Curio legatus Cæſaris in Africa cum proſpere*[3] *adverſus Varum Pompeianarum partium ducem pugnaſſet, à Juba rege Mauritaniæ cum exercitu cæſus eſt. C. Cæſar in Græciam trajecit.*

1 *In poteſtatem Cæſaris*] Vet. lib. *Poteſtati Cæſaris ſe.* Sigonius.

2 *In poteſtatem inimicorum*] Vet. lib. *Hoſtium.* Idem.

3 *Cum adverſus Pompeianarum partium ducem Varronem*] Vet. lib. *Cum proſpere adverſus.* Porro autem *Varum*, non *Varronem* legendum. Hic eſt enim Atius Varus, qui in Africa ſtetit contra Cæſarem. Eadem labes eſt in bello Cæſaris apud Florum. *Pulſo, rom. inquit, fugatoque Varrone. Varum* autem habent Cæſar, Dio, Plutarchus, reliqui. Sic in oratione, Antequam iret in exilium, legitur, *Q. Varroni trib. pl.* pro *Q. Vario.* Sic in oratione pro P. Sulla. *Nemo T. Coruncano, nemo Curioni, nemo huic ipſi C. Mario, cum ei multi inviderent, objecit. Ti. Coruncanio,* & *C. Curio,* legendum: nominat enim novos homines *Coruncanium*, & *Curium* æquales, ut alias facit. *Idem.*

LIBER CXI.

[1] *M. Cælius Rufus prætor quum ſeditiones in urbe concitaret, novarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrogato magiſtratu pulſus urbe, Miloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, ſe conjunxit. uterque quum bellum molirentur, interempti ſunt. Cleopatra Ægypti regina à Ptolemæo fratre regno pulſa eſt. Propter*[2] *Q. Caſſii prætoris avaritiam crudelitatemque, Cordubenſes in Hiſpania cum*[3] *duabus Varianis legionibus à par-*

1 *C. Cæcilius Rufus*] Lege *M. Cælius Rufus.* Eſt enim is, de quo Cæſar lib. 3 belli civilis ait: *Iiſdem temporibus Romæ M. Cœlius Rufus prætor cauſa debitorum ſuſcepta initio magiſtratus tribunal ſuum juxta C. Trebonii prætoris urbani ſellam collocavit.* Et Velleius, *M. Cælius in prætura novarum tabularum auctor extitit.* Item idem Cœlius in epiſtola ad Ciceronem. Tolle, *Quam maxime*, ex vet. lib. *Sigonius.*

2 *Q. Catuli prætoris*] Lege, *Q. Caſſii*, ut in Emendationum libris correximus ex Dione. *Idem.*

3 *Duabus Varianis legionibus*] Nullæ in Hiſpania fuerunt à Varo dictæ vel ductæ legiones. M. Varro tenuerat ulteriorem Hiſpaniam, ubi Corduba erat.

à partibus Cæſaris deſciverunt.[1] *Cnæus Pompeius ad Dyrrhachium obſeſſus à Cæſare, & præſidiis ejus cum magna clade diverſæ partis expugnatis, obſidione liberatus, tranſlato in Theſſaliam bello, apud Pharſaliam acie victus eſt. Cicero in caſtris remanſit; vir nihil minus quam ad bella natus, omnibuſque adverſarum partium, qui ſe poteſtati victoris permiſerunt, Cæſar ignovit.*

erat. Ejus legiones relictæ illic fuerant & traditæ Q. Caſſio Longino, cujus odio à Cæſaris partibus poſtea iterum deſcivere, ſed ſuperveniente Lepido brevi ad officium redierunt. Vid. Cæſar 2. Bell. Civ. cap. 20, 21. & Auctor Bell. Alexandr. cap. 53. 57. 58. Scribendum igitur hic vel *Varronis* vel *Varronianis*, ut Livius 23, 38. *Varroniani milites*. Jac. Gron.

1 *C. Pompeius ad Brunduſium obſeſſus à Cæſare*] Quid eſt tam novum, quam Pompejum obſeſſum à Cæſare ad Brunduſium. In Vet. lib. eſt, ad *Dyrrachium*: atque idem tradunt omnes hiſtoriæ. *Sigonius.*

LIBER CXII.

[1] *Trepidatio victarum partium per diverſas orbis terrarum partes, & fuga referuntur. Cn. Pompeius quum Ægyptum petiſſet, juſſu Ptolemæi regis pupilli,*[2] *auctore Theodoto præceptore,*[3] *cujus magna apud regem auctoritas erat, & Photino, occiſus eſt ab Achilla, cui id facinus erat delegatum, in navicula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor, & Sex. Pompeius filius,*[4] *Cypron refugerunt. Cæſar poſt tertium diem inſecutus, quum ei Theodotus caput Pompeii & annulum obtuliſſet,*[5] *& infenſus eſt, & illacrimavit, ſine periculo Alexandriam tumultuantem intravit. Cæſar dictator creatus, Cleopatram in regnum Ægypti reduxit, & inferentem bellum, iiſdem auctoribus Ptolemæum, quibus Pompeium interfecerat, cum magno ſuo diſcrimine vicit. Ptolemæus, dum fugit, in Nilo navicula ſubſedit. Præterea laborioſum M. Catonis in Africa, per deſerta cum legioni-*

1 *Trepidatio victarum partium per diverſas*] Gudiani: *in diverſas*. Forte, ut apud Salluſtium Jugurthino: *trepidare ad arcem oppidi*. J. F. Gron.

2 *Auctore Theodoro*] Vet. lib. *Theodoto*. Plutarchus, Dio, & cæteri Θεόδοτον. *Sigonius.*

3 *Cujus apud regem maxima*] Gudiani & Voſſ. *cujus magna apud regem auctoritas erat*. Joan. Fred. Gronovius.

4 *In Cyprum refugerunt*] Voſſ. & Gudiani, ut diximus: *filius Cypron refugerunt*. Idem.

5 *Et infenſus eſt & illacrimavit, ſine periculo*] Lege: *& offenſus eſt & illacrimavit, nec ſine periculo Alexandriam tumultuantem intravit*. Idem.

gionibus iter, & [1] bellum à Cn. Domitio contra Pharnacem parum proſpere geſtum continet.

1 *Bellum à Cn. Domitio contra Phraatem Parthum proſpere geſtum continet*] Domitius hic legatus Cæſaris cum Pharnace Ponti rege male rem geſſit. Ex quo apparet, legendum eſſe, *contra Pharnacem parum proſpere.* Ita enim Appianus lib. 2. Φαρνάκης Δομιτίῳ Καίσαρος στρατηγῷ συνενεχθεὶς ἐς μάχην, ἐνενίκα πάνυ λαμπρῶς. Et Dio, lib. 52. Καῖσαρ Γναῖον Δομίτιον Καλουῖνον ἔπεμψε, τήν τε Ἀσίαν οἱ, καὶ τὰ ἐκεῖσε στρατόπεδα προστάξας λαβεῖν, καὶ ὡς τὸν Δηιόταρον καὶ τὸν Ἀριοβαρζάνην προσλαβὼν ἤλασεν εὐθὺς ἐπὶ τὸν Φαρνάκην, καὶ συμβαλὼν ἡττήθη. *Sigonius.*

LIBER CXIII.

CONfirmatis in Africa Pompeianis partibus, imperium earum P. Scipioni delatum eſt; Catone, cui ex æquo [1] deferebatur, cedente. Et quum de diruenda urbe Utica propter favorem civitatis ejus in Cæſarem deliberaretur, idque ne fieret, M. Cato tenuiſſet, Juba ſuadente, ut dirueretur; tutela ejus, & cuſtodia mandata eſt Catoni. Inde [2] Pompeius Magni filius in Hiſpania contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere volebant, bellum adverſus Cæſarem renovavit. Pharnaces Mithridatis filius rex Ponti, ſine ulla belli mora victus eſt. Quum ſeditiones Romæ à P. Dolabella tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitatæ eſſent, & ex ea cauſſa plebs tumultuaretur, inductis à M. Antonio magiſtro equitum in urbem militibus, octingenti è plebe cæſi ſunt. Cæſar, veteranis cum ſeditione miſſionem poſtulantibus, dedit. & quum in Africam trajeciſſet, contra copias Jubæ regis cum diſcrimine magno pugnavit.

1 *Deferebatur imperium*] *Imperium*, vacat, ſubauditur enim ex priore membro. Veteres libri. *Sigonius.*

2 *Pompeii Magni filius*] Vet. lib. *Inde Pompeius Magni filius.* Idem.

Inde Pompeius Magni F.] Tò *inde* allevit Sigonius. Voſſ. *In Pompeji.* Gud. *Cn. Pompeii.* Scribe: *Cn. Pompejus Magni filius.* J. F. Gron.

LIBER CXIV.

BEllum in Syria Cæcilius Baſſus eques Romanus Pompeianarum partium excitavit; [1] relicto à legione Sexto Cæſare, quæ ad

1 *Et relicto à legione*] *Et*, vacat vet. lib. *Sigonius.*

ad Baſſum tranſierat: [1] *occiſoque eo, Cæſar Scipionem prætorem, Afranium, Jubamque vicit ad Thapſum, caſtris eorum expugnatis. Cato audita re, quum ſe percuſſiſſet Uticæ, & interveniente filio curaretur, inter ipſam curationem reſciſſo vulnere exſpiravit, anno ætatis quadrageſimo nono. Petreius Jubam, ſeque interemit. P. Scipio in nave circumventus honeſtæ morti* [2] *vocem quoque adjecit. quærentibus enim imperatorem hoſtibus, dixit, Imperator bene ſe habet. Fauſtus & Afranius occiſi. Catonis filio venia data: Brutus, legatus Cæſaris, in Gallia Bellovacos* [3] *rebellantes prœlio vicit.*

1 *Occiſoque eo Cæſar Scipionem*] Novum principium orationis à voce *Cæſar* faciendum eſt. *Sigonius.*

Cæſar Scipionem prætorem] Lege, *proconſulem.* Niſi malis: *Scipionem, Petrejum, Afranium.* J. F. Gronovius.

2 *Vocem quoque adjecit*] Videtur excidiſſe *parem* aut *memorabilem.* Idem.

3 *Rebellantes vicit*] Vet. lib. *Rebellantes prœlio vicit.* Sigonius.

LIBER CXV.

CÆſar quatuor triumphos duxit; ex Gallia, ex Ægypto, [1] *ex Ponto, ex Africa. epulum, & omnis generis* [2] *ſpectacula dedit. M. Marcello conſulari, ſenatu rogante, reditum conceſſit.* [3] *qui Marcellus beneficio ejus frui non potuit;* [4] *à Cn. Magio Cilone cliente ſuo Athenis occiſus.* [5] *Recenſum egit, quo cenſa ſunt civium* [6] *capita centum quinquaginta millia. profectuſque in Hiſpa-*

1 *Ex Ponto & Africa*] Gudiani: *ex Ponto, ex Africa.* J. F. Gron.

2 *Spectacula edidit*] Vet. lib. *Dedit.* Sigonius.

3 *Qui, &c. frui minime potuit*] Vet. lib. *non potuit.* Idem.

Qui Marcellus beneficio] Hic quoque τὸ *minime* ſuſtulit Sigonius. Sed gravius ſedet ulcus. Gud. *qui beneficio ejus Marcellus frui non potuit.* Ex hoc verborum ordine jam facile eſt videre legendum eſſe: *quo beneficio.* Quamquam perinde eſt: *quo Marcellus beneficio ejus.* J. F. Gron.

4 *P. Magio Chilone*] *Cn. Magio*, ex epiſtola Servii ad Ciceronem. *Sigonius.*

5 *Et cenſum egit*] Barb. ſine copulativa, *Romæ cenſum egit.* Sed malam & ipſe manum paſſus. Nam legendum cum Voſſ. & Gud. *Recenſum egit.* Suetonius Julio: *Recenſum populi nec more nec loco ſolito egit.* Octavio: *Populi recenſum vicatim egit.* J. F. Gron.

6 *Capita centum quinquaginta millia*] Numerus hic quamquam valde imminutus eſt, tamen bene habet. Scribit enim Dio pro duabus & triginta myriadibus civium, quæ ante bellum civile cenſæ ſunt, quindecim tantum cenſas hoc tempore, reliquis bello civili abſumptis. Et Appianus ait, vix dimidiam partem civium, quæ ante civile bellum cenſebatur, eſſe cenſam. *Sigonius.*

Hiſpaniam [1] *adverſus Cn. Pompeium, multis utrimque expeditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, ſummam victoriam cum magno diſcrimine ad Mundam urbem conſecutus eſt.* [2] *Pompeius Sextus effugit.*

1 *Contra Sext. Pompeium*] Vet. lib. *Profectuſque in Hiſpaniam adverſus Cn. Pompeium*: Recte. erat enim major natu Cneus, quam Sextus. *Sigonius.*

2 *Pompeius Sex. effugit*] Vet. lib. *Sextus Pompeius effugit.* Idem.

Pompeius Sex. effugit] Fruſtra Sigonius, *Sex. Pompeius*: quaſi inſolens ſit prænomina poſtponi. *J. F. Gron.*

LIBER CXVI.

C. Cæſar ex Hiſpania quintum triumphum egit. & quum [1] *plurimi maximique honores ei ab ſenatu decreti eſſent; inter quos, ut Pater Patriæ appellaretur, & ſacroſanctus, ac Dictator in perpetuum eſſet, invidiæ cauſſam adverſus eum præſtitere, quod ſenatui deferenti hos honores, quum ante ædem Veneris Genitricis ſederet,* [2] *non aſſurrexit: & quod à M. Antonio conſule collega ſuo, inter Lupercos currente, diadema capiti ſuo impoſitum in ſella repoſuit: & quod Epidio Marullo, & Cæſetio Flavo tribunis plebis, invidiam ei tamquam regnum affectanti moventibus, poteſtas abrogata eſt. Ex iis cauſſis conſpiratione in eum facta (cujus capita fuerunt,* [3] *M. Brutus, & C. Caſſius, & ex Cæſaris partibus D. Brutus & C. Trebonius) Pompeii in curia occiſus eſt viginti tribus vulneribus, occupatumque ab interfectoribus ejus Capitolium. Oblivione deinde cædis ejus ab ſenatu decreta, obſidibus Antonii & Lepidi liberis acceptis, conjurati à Capitolio deſcenderunt. Teſtamento Cæſaris hæres ex parte dimidia inſtitutus* [4] *C. Octavius ſororis nepos, & in nomen adopta-*

1 *Multi, quam maximique honores*] Vet. lib. *Plurimi, maximique.* Sigonius.

2 *Minime aſſurrexit*] Vet. lib. *Non aſſurrexit.* Idem.

3 *M. Brutus & C. Treb. & C. Caſſ. & ex Cæſ. part. D. Brutus*] Vet. lib. *M. Brutus, & C. Caſſius, & ex Cæſaris partibus D. Brutus & C. Trebonius.* Idem ceteri. *Idem.*

4 *Octavius ex ſorore nepos*] Quamquam Plutarchus in Antonio & Dio idem ſcribunt, (ſcribunt autem Ὀκτάβιον τῆς Ἀτίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱόν. Id eſt, *Atiæ ſororis Cæſaris Octavium filium fuiſſe.* tamen portentum dicit, qui ita dicit. Qui enim fieri poteſt, ut Octavius nepos ſit Cæſaris ex ſorore, qui Atia, quæ fuit Juliæ ſororis Cæſaris filia, natus ſit? quamquam apud eos mendum eſſe ſuſpicor: ἀδελφῆς, pro ἀδελφιδῆς; neque enim Atia ſoror Cæſaris, ſed ſororis filia fuit. Itaque in Bruto ait Plutarchus: ὄντος μὲν ἦν ἐξ ἀδελφιδῆς Καίσαρος

adoptatus eſt. Cæſaris corpus, quum [1] *in campum Martium ferretur, à plebe ante roſtra crematum eſt. Dictaturæ honos in perpetuum ſublatus eſt.* [2] *C. Amatius humillimæ ſortis homo, qui ſe C. Marii filium ferebat, quum apud credulam plebem* [3] *ſeditiones moveret, necatus eſt.*

ϛαρος. Ergo *ſororis nepos* legendum, ut Vet. lib. habent, atque ut Vellejus, Suetonius & alii tradiderunt. Appianus: τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦν vocat, id eſt, ſororis nepatem ex filia. *Sigonius.*

1 *In campum Martium ferretur*] Vet. lib. *Deferretur.* Idem.

In campum Martium deferretur] Noſtri *ferretur*, quod mutavit Sigonius, haud ſcio quamobrem. *J. F. Gron.*

2 *Chamaces humillimæ ſortis homo*] Appianus hunc Ἀμάτιον vocat. Sic enim ait: Ἀμάτιος ὁ ψευδομάριος· Μαρίου γὰρ ὑπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι. Ex eo apparet legendum hoc loco, *C. Amatius.* Movet tamen quod Valerius libro 9 hunc *Erophilum Equarium medicum* nominat. *Sigonius.*

3 *Seditiones moveret, interfectus eſt*] Voſſ. & Gudiani: *necatus eſt.* J.F.Gron.

LIBER CXVII.

C. *Octavius Romam ex Epiro venit (eo enim illum Cæſar præmiſerat bellum in Macedonia geſturus)* [1] *ominibuſque proſperis exceptus; etiam nomen Cæſaris ſumpſit. In confuſione rerum, ac tumultu* [2] *Lepidus pontificatum maximum intercepit. Sed M. Antonius conſul, quum impotenter dominaretur, legemque de permutatione provinciarum* [3] *per vim tuliſſet, & Cæſarem quoque petentem, ut ſibi adverſus* [4] *percuſſores avunculi adeſſet,*

1 *Omnibuſque proſperis*] Vet. lib. *Ominibuſque.* Ea vero *omina* quæ fuerint, Obſequens, & Dio lib. 45 & Vellejus tradunt. Cum enim urbem intraret, ſolis orbis ſuper caput ejus curvatus, rotundatuſque in colorem arcus velut coronam tanti mox viri capiti imponens conſpectus eſt. *Sigonius.*

2 *Lepidum pontificem maximum interemit*] Ne hoc quidem quemquam alias legiſſe opinor, Lepidum pontificem Maximum ab Octavio, ubi primum Apollonia rediit, interemptum. immo vero ne id quidem Epitomarum ſcriptor ſcripſit. Nam infra ait, M. Lepidum ab Octavio abrogato triumviratus honore vitam impetraſſe. Eſt ergo locus mirum in modum vitiatus. Vetus liber veſtigia aliqua continet, quibus ad germanam lectionem pervenire valemus: ſic, *In confuſione rerum ac tumultuum Lepidum pontificem tum Maximum interfecit.* Hinc ego: *In confuſione rerum, ac tumultu M. Lepidus pontificatum maximum intercepit.* Confirmat autem hanc lectionem Vellejus, qui lib. 2 ait: *Lepidus in locum C. Cæſaris mortui pontifex Maximus furto creatus.* Idem.

3 *Tuliſſet per vim*] Vet. lib. *Per vim tuliſſet.* Idem.

4 *Avunculi percuſſores*] *Avunculi magni* dicendum erat. Ita tamen etiam Suetonius, *Nihil convenientius quam necem avunculi vindicare.* Idem.

deſſet, [1] *magnis injuriis affeciſſet; Cæſar, & ſibi, & reipublicæ vires contra eum paraturus deductos in colonias veteranos excitavit. Legiones quoque quarta & Martia, ſigna ab Antonio ad Cæſarem tulerunt.* [2] *deinde & complures ſævitia M. Antonii paſſim in caſtris ſuis* [3] *trucidati, quia & ſuſpecti erant,* [4] *ad Cæſarem deſciverunt. D. Brutus, ut petenti Ciſalpinam Galliam Antonio obſiſteret, Mutinam cum exercitu occupavit. Præterea diſcurſus utriuſque partis virorum ad accipiendas provincias, apparatuſque belli continet.*

1 *Magnis injuriis affecit. Cæſar ut ſibi & reip.*] Melius concluditur hæc tota oratio in Vet. lib. ita, *magnis injuriis affeciſſet, Cæſar & ſibi, & reip.* Sigonius.

2 *Deinde plures*] Vet. lib. *Deinde & complures.* Idem.

3 *Trucidavit, quia & ſuſpecti erant*] Sigonius copulativam, quæ hæç ſequitur, delet. Bene: ſed hoc amplius lege: *deinde & complures, ſævitia M. Antonii, paſſim in caſtris ſuis trucidantis, qui ſuſpecti erant, ad Cæſarem deſciverunt.* Vel, *ob ſævitiam.* J. F. Gron.

4 *Et ad Cæſarem*] Dele &, ex vet. l. *Sig.*

LIBER CXVIII.

M. Brutus in Græcia, ſub prætextu reipublicæ, & ſuſcepti contra M. Antonium belli, exercitum, cui Vatinius præerat, cum provincia in poteſtatem ſuam redegit. C. Cæſari, [1] *qui primus reipublica arma ſumpſerat,* [2] *proprætoris imperium ab ſenatu datum eſt cum conſularibus ornamentis; adjectumque, ut ſenator eſſet. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obſedit. miſſique ad eum ab ſenatu legati de pace, parum ad eam componendam valuerunt. Populus Romanus ſaga ſumpſit. M. Brutus in Epiro C. Antonium prætorem cum exercitu poteſtati ſuæ ſubjecit.*

1 *Pro populo Rom. imperium*] Hic locus mire depravatus eſt, cum tamen non videatur. Me ut vitiatum eſſe, atque ita legendum eſſe crederem Cicero admonuit: *qui pro rep. arma ſumpſerat, proprætoris imperium à ſenatu datum eſt.* Nam Cicero in ſenatu, V in Antonium, ita ait de Octavio: *demus igitur imperium Cæſari ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poteſt, ſit pro prætore eo jure, quo qui optimo,* &c. Vox, *prætoris,* in populo *Romano,* mutata eſt ob eam cauſam, quam ſæpe alias. Eadem macula fœdavit quoque Vellejum libro ſecundo, cum ait: *Eum ſenatus honoratum equeſtri ſtatua pro P. R. una cum conſulib. deſign. Hirtio & Panſa bellum cum Antonio gerere juſſit,* ubi legendum eſt *proprætore.* Quod autem ſcriptum eſt, *Conſularibus ornamentis,* mallem, *prætoriis.* Nam & Græci, Plutarchus, Appian. Dio ϛρατηγικὰ κόσμια decreta tradunt. Et Cicero decernit, ſenatorem eum eſſe, ſententiamque loco prætorio dicere. *Sigonius.*

Qui primus reipublicæ arma ſumpſerat] Videtur ſcribendum: *qui privatus pro republica arma ſumpſerat.* Vellejus: *C. Cæſar, nonumdecimum annum ingreſſus, mira auſus ac ſumma conſecutus, privato conſilio majorem ſenatu pro republica animum habuit, primumque à Calatia, mox à Caſilino veteranos excivit paternos.* Tacitus: *paratum ab adoleſcente privato exercitum.* J. F. Gron.

LI-

1 *A. Hir-*

LIBER CXIX.

C. Trebonius in Aſia fraude C. Dolabellæ occiſus eſt. ob id facinus Dolabella hoſtis ab ſenatu judicatus eſt. Quum Panſa Conſul male adverſus Antonium pugnaſſet, [1] A. Hirtius Conſul cum exercitu ſuperveniens, fuſis M. Antonii copiis, fortunam utriuſque partis æquavit. Victus deinde ab Hirtio & Cæſare Antonius, in Galliam confugit, & M. Lepidum cum legionibus, quæ ſub ipſo erant, ſibi junxit: hoſtiſque ab ſenatu cum omnibus, qui intra præſidia ejus eſſent, judicatus eſt. A. Hirtius, [2] qui poſt victoriam in ipſis hoſtium caſtris ceciderat, & L. Panſa è vulnere, quod in adverſo prœlio exceperat, defunctus, in Campo Martio ſepulti ſunt. Adverſus C. Cæſarem, qui ſolus è tribus ducibus ſupererat, parum gratus ſenatus fuit: qui D. Bruto obſidione Mutinenſi ab Cæſare liberato, [3] honore triumphi decreto, Cæſaris militumque ejus mentionem non ſatis gratam habuit: ob quæ C. Cæſar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit. & perculſis adventu ejus iis qui in eum iniqui erant, [4] cum annos novendecim haberet, conſul creatus eſt.

LI-

1 *A. Hircius*] *Hirtius*, Cap. conſules & Græci Ἵρτιος. *Sigonius.*

2 *Qui poſt vict. ſuam in inimicorum caſtris cec.*] Vet. lib. *qui poſt victoriam in hoſtium caſtris ceciderat.* Idem.

3 *Honore triumphi decreto*] Hic ſermo eſt adulantium potentiæ Octavii & ſucceſſorum ejus: quo & Vellejus utitur: *De Bruto, quod alieno beneficio viveret, decretus eſt triumphus.* Et Dio lib. 46. πάνθ' ὅσα ἐκεῖνος ἤλπιζε λήψεσθαι, τῷ Δεκίμῳ δόντες· οὐ γὰρ ὅτι βουθυσίας, ἀλλὰ καὶ ἐπινίκια αὐτῷ ἐψήφισαν. At hæc ſi ſperavit Octavius, improbe ſperavit: nam de cive non triumphabatur. Id quod adulatores illos meminiſſe oportebat. Bruto decretus eſt triumphus de gentibus Tranſalpinis, ut colligas ex epiſt. 4 lib. 11 famil. Ciceronis & epit. 114. Quanto verius honeſtiuſque Suetonius: *ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus.* J. F. Gron.

4 *Cum annos* XVII *haberet*] Vet. lib. *annos* XIX. recte; eſt enim natus Octavius conſule Cicerone 9 Kal. Octob. auctore Suetonio. Conſul factus eſt Panſa, & Hirtio conſulibus interfectis 10 Kal. Octob. Quæ ſumma annorum eſt viginti, uno die minus. Quare qui XIX annos ſcribunt, integros accipiunt, qui viginti imperfectos. Optime autem omnium Vellejus, qui ait: *conſulatum iniit Cæſar pridie, quam* XX *annos impleret, 10 Kal. Octob. cum collega Q. Pedio.* Sigonius.

Cum annos novendecim haberet] Gud. *cum decem & novem annos haberet.* Alter, *cum decem & octo annos haberet.* J. F. Gron.

LIBER CXX.

CÆſar conſul legem tulit de quæſtione habenda in eos, quorum opera pater occiſus eſſet: poſtulatique ea lege M. Brutus, C. Caſſius, D. Brutus, abſentes damnati ſunt. Quum M. Antonio vires Aſinius quoque Pollio, & Munatius Plancus cum exercitibus ſuis adjuncti ampliaſſent, & D. Brutus, [1] cui ſenatus ut perſequeretur Antonium mandaverat, relictus à legionibus ſuis profugiſſet; juſſu Antonii, in cujus poteſtatem venerat, [2] ab Capeno Sequano interemptus eſt. Cæſar pacem cum M. Antonio, & Lepido fecit: ita ut Treſviri [3] reip. conſtituendæ per quinquennium eſſent, ipſe, & Lepidus, & Antonius, ut ſuos quiſque inimicos proſcriberent. in qua proſcriptione plurimi equites Romani, CXXX ſenatorum [4] nomina fuerunt, & inter eos L. Paulli fratris M. Lepidi, & [5] L. Cæſaris Antonii avunculi, & M. Ciceronis. hujus occiſi à Popilio legionario milite, quum haberet annos ſexaginta tres, [6] caput quoque cum dextra manu in roſtris poſitum eſt. Præterea res à M. Bruto in Græcia geſtas continet.

1 *Cui ſenatus, ut perſequeretur Antonium mandavit*] Vet. lib. *Mandaverat.* Sigonius.

2 *Ab Capeno*] *Camillum* vocat Appianus lib. 3 in fin. Val. Max. 4, 7 *Furium.* Ergo Furius Camillus dicebatur. Vide eundem 9, 13. Vellejus *Camelum* vocat. *Henr. Valeſius.*

3 *Reip. conſtituendæ quidem per quinquennium præeſſent*] Nihil purius poteſt eſſe vetere hujus loci lectione. *Ita ut* III *viri reip. conſtituendæ per quinquennium eſſent, ipſe, & Lepidus, & Antonius, ut ſuos quiſque.* Sic enim pacis conditiones fuerunt duæ Triumviratus & inimicorum proſcriptio. *Sigonius.*

4 *Nomina fuerant*] *Fuerunt,* Vet. lib. *Idem.*

5 *L. Cæſaris Antonii avunculi, M. Ciceronis*] Vet. lib. *& M. Ciceronis.* Item, *Hujus occiſi,* non, *cujus occiſi.* Idem.

6 *Caput quoque cum manu*] Vet. lib. *Caput cum manu.* At Livius tamen, inter duas manus poſitum, ſcripſit. Verba eius ſunt apud Senecam libro primo declamationum, ita: *Ita relatum caput ad Antonium juſſuque ejus inter duas manus in roſtris poſitum;* in iiſdem verbis nulla Popilii mentio eſt. *Idem;*

LIBER CXXI.

C. Caſſius, cui mandatum à ſenatu erat, ut Dolabellam hoſtem judicatum bello perſequeretur; auctoritate reipublicæ adjutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in poteſtatem ſuam redegit: Dolabellam in urbe Laodicea obſeſſum mori coëgit. M. quoque Bruti juſſu C. Antonius captus, occiſus eſt.

L. I-

LIBER CXXII.

M. Brutus adverſus Thracas parum proſperè rem geſſit; omnibuſque tranſmarinis provinciis exercitibuſque in poteſtatem ejus & C. Caſſii redactis, coierunt Smyrnæ uterque ad ordinanda belli futuri conſilia. M. Meſſalæ [1] Publicolam fratrem [2] victum, communi conſilio condonaverunt.

1 *Junctum communi conſilio condemn.*] Vet. lib. *Victum communi concilio condonaverunt*, & recte: Idem enim Dio lib. 47. Βρούτῳ τε Γέλλιος ὁ Ποπλικόλας ἐπεβεβούλευσεν· ὃ δὲ δὴ Γέλλιος ἐφωράθη. ἔπαθε δὲ δεινὸν οὐδέν. ὁ γὰρ Βροῦτος ἐκεῖνόν τε ἐν τοῖς φιλτάτοις ἀεὶ νομίσας εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Μάρκον Μεσσάλαν πάνυ τῷ Κασσίῳ προσκείμενον εἰδώς, ἀφῆκεν αὐτόν. *Sigonius.*

Poplicolam fratrem victum communi conſilio] Sic Sigonius ἀντὶ τοῦ *junctum*: ſed & *concilio*: quorum alterum peſſimum eſt, alterum parum utile. Hiſtoria eſt apud Dionem: Βρούτῳ τε Γέλλιος ὁ Ποπλικόλας ἐπεβεβούλευσεν· ὃ δὲ δὴ Γέλλιος ἐφωράθη. ἔπαθε δὲ δεινὸν οὐδέν· ὁ γὰρ Βροῦτος ἐκεῖνόν τε ἐν τοῖς φιλτάτοις ἀεὶ νομίσας εἶναι καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Μάρκον Μεσσάλαν πάνυ τῷ Κασσίῳ προσκείμενον εἰδώς, ἀφῆκεν αὐτόν. Ex quibus apparet in hanc ſententiam ſcriptum fuiſſe: *fratrem inſidiarum convictum.* J. F. Gron.

LIBER CXXIII.

Sex. Pompeius, Magni filius, lectis ex Epiro proſcriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, ſine ulla loci cujuſquam poſſeſſione, prædatus in mari, Meſſanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit: [1] occiſoque A. Pompeio Bithynico prætore, [2] Q. Salvidienum legatum Cæſaris navali prœlio vicit. Cæſar & Antonius cum exercitibus in Græciam trajecerunt; bellum contra Brutum & Caſſium geſturi. [3] Q. Cornificius in Africa T. Seſtium, [4] Caſſianarum partium ducem, prœlio vicit.

LI-

1 *Occiſoque à Pompeio A. Bithynico prætore*] Vet. lib. *Occiſoque A. Pompeio Bithynico prætore.* Sic autem ipſe vocabatur, ut omnia Rom. monumenta loquuntur. *Sigonius.*

2 *Salvidienum legatum*] Vet. lib. *Q. Salvidienum legatum.* Suetonius in Auguſto: *Salvidienium Rufum.* Quare *Q. Salvidienium* lego. *Idem.*

3 *Q. Cornificium in Africa, T. Seſtium Caſſianarum partium ducem*] Luxata verbo. *Cornificium in Africa Caſſianarum partium ducem T. Seſtius.* Idem.

4 *Caſſianarum partium*] Lege, *Cæſarianarum* ex Appiano lib. 4. Cornificius autem à Bruti partibus ſtabat, teſte Appiano lib. 1 & Cicerone in epiſtolis. *Henr. Valeſius.*

LIBER CXXIV.

C. Cæſar, & Antonius, apud Philippos vario eventu contra Brutum & Caſſium pugnaverunt. [1] ita ut dextra utriuſque cornua vincerent, & caſtra quoque utrimque ab iis, qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam partium mors Caſſii fecit: qui quum in eo cornu fuiſſet, quod pulſum erat, totum exercitum fuſum ratus, mortem ſibi conſcivit. Altero deinde prœlio victus M. Brutus, & ipſe vitam finivit; exorato Stratone fugæ comite, [2] ut ſibi gladium adigeret, annorum circiter quadraginta. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.

1 *Ita ut utriuſque dextra cornua*] Vel *utriuſque aciei*, vel *utrorumque*, vel *utrimque*. J. F. Gron.

2 *Ut ſibi glad. addiceret, annorum erat ætatis* XL. *Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt*] Locum hunc mancum eſſe ſemper ſuſpicatus ſum, nec me fefellit opinio, ubi & veteres libros & hujus hiſtoriæ ſcriptores conferre cœpi. In Vet. lib. ita eſt, *adjiceret, annorum circiter* XL. ita ut duæ voces abſint, *erat*, & *ætatis*. Hinc ego: *Idemque fecerunt principum Romanorum circiter* XL. *Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.* Qui enim cum Bruto mortem oppetierunt, tradit, quorum alios ſibimet, ut Brutus fecerat, necem conſciviſſe ait, alios autem ut Hortenſium ab inimicis eſſe interfectos. Hanc rem ſic Vellejus libro ſecundo: *Non aliud bellum cruentius cæde clariſſimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. Eadem Lucullum, Hortenſiumque eminentiſſimorum civium filios fortuna abſtulit. Nam Varro ad ludibrium moriturus Antonii digna illo, ac vera de exercitu ejus magna cum libertate ominatus eſt. Druſus Livius Juliæ Auguſtæ pater, & Varus Quintilius ne tentata quidem hoſtis miſericordia, alter ſeſe ipſe in tabernaculo interemit, Varus autem liberti, quem id facere coëgerat manu jugulatus eſt.* Item Dio multo apertius libro quadrageſimo ſeptimo. Τῶν δὲ ἀνδρῶν τῶν πρώτων τῶν ἀρχὰς τινὰς ἀρξάντων ἢ καὶ ἐκ τῶν σφαγέων, τῶν τε ἐπικεκηρυγμένων ἔτι ὄντων, οἱ μὲν πλείους ἑαυτοὺς παραχρῆμα ἀπέκτειναν, ἢ ἁλόντες, ὥσπερ ὁ Φαβόνιος, ἐφθάρησαν. *Ex principibus autem viris, quique magiſtratus aliquos geſſerant, aut etiam ex interfectoribus, & iis, qui adhuc proſcripti erant, plerique ſibimet ipſis ſtatim mortem conſciverunt, aut capti, ut Favonius, interfecti ſunt.* Sigon.

Ut ſibi gladium adjiceret] Uterque Pall: *adiceret.* quod æque notat *adigere*, quam *adiicere*; & vero *adigere* hic magis convenire videtur. Quære tamen, an *adigere alicui* dici queat. *Gruterus.*

Ut ſibi gladium adjiceret] Lege *adigeret*. Juſtinus lib. 1. *Vel per ſuum corpus adigi mago ferrum juſſit.* J. F. Gron.

LIBER CXXV.

C. Cæſar relicto Antonio [1] tranſmarinæ provinciæ ex parte imperium ei ceſſit, reverſus in Italiam, veteranis agros diviſit. Sedi-

1 *Tranſmarinæ provinciæ ex parte*] Itane tranſmarina erat una provincia, cujus partem ſibi retinuit, partem Antonio ceſſit Octavianus. Gud. *Cæſar relicto trans mare Antonio provincia ex parte imperii poſita receſſerat.* Voſſ. *Cæſar relicto*

Seditiones exercitus ſui, quas corrupti à Fulvia M. Antonii uxor milites contra imperatorem ſuum concitaverant, [1] *cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius conſul, M. Antonii frater, eadem Fulvia conſiliante, bellum Cæſari intulit: receptis in partes ſuas populis, quorum agri veteranis aſſignati erant, & M. Lepido, qui cuſtodiæ urbis* [2] *cum exercitu præerat, fuſo, hoſtiliter in urbem irrupit*

relicto trans mare Antonio p. e. p. imperii poteſtate receſſerat. Denique Barberinus & Gud. alter: *Cæſar relicto trans mare Antonio quæ provinciæ ex parte imperii poteſtate receſſerunt.* Scribe: *Cæſar relicto trans mare Antonio, (quæ provinciæ ex parte imperii in poteſtatem ejus ceſſerant) in Italiam reverſus.* Suetonius: *Partitis poſt victoriam officiis, cum Antonius Orientem ordinandum, ipſe veteranos in Italiam reducendos & municipalibus agris collocandos recepiſſet.* J. F. Gron.

1 *Cum grandi periculo*] Vet. lib. *Gravi.* Sigonius.

2 *Cum exercitu præerat, ſciſſo*] Vet. lib. *Fuſo.* Idem.

LIBER CXXVI.

C. Cæſar, quum eſſet annorum viginti trium, obſeſſum in oppido Peruſiæ L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere & repulſum, fame coëgit in deditionem venire: ipſique, & omnibus militibus ejus ignovit. Peruſiam diruit. Redactis in poteſtatem ſuam omnibus diverſæ partis exercitibus, bellum citra ullum ſanguinem confecit.*

LIBER CXXVII.

Parthi Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce, in Syriam irruperunt: victoque [1] *Decidio Saxa, M. Antonii legato, univerſam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius quum ad bellum contra Cæſarem gerendum* [2] *incitaretur, uxore Fulvia dimiſſa, ne concordiæ ducum obſtaret; pace facta cum Cæſare, ſororem ejus Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum conſilia nefaria contra Cæſarem molitum,* [3] *indicio ſuo protraxit, iſque damnatus mortem ſibi conſcivit. P. Ventidius,* Anto-

1 *Didio Saxa M. Antonii legato*] Vet. lib. *Decidio Saxa.* Item Cicero 13 Philip. Decidium Saxam Antonii ſatellitem commemorat. *Sigonius.*

2 *Incitaretur, uxore Fulvia dimiſſa*] Forte: *incitaretur ab uxore Fulvia, ea dimiſſa, ne concordiæ ducum obſtaret.* J. F. G.

3 *Indicio ſuo protraxit*] A Grutero receptum puto: nam priores, *detexit.* Quod ne quem turbet, atteſtor in quatuor membranaceis nobis occurriſſe *protraxit.* Et eſt Livianum. Vide ad lib. 44, 26. *Idem.*

1 *An-*

Antonii legatus, Parthos prœlio victos Syria expulit; Labieno eorum duce occiſo. Quum vicinus Italiæ hoſtis Sex. Pompeius Siciliam teneret, & [1] commercium annonæ impediret, cum eo poſtulatam pacem Cæſar & Antonius fecerunt: ita ut Siciliam provinciam haberet. Præterea motus Africæ & [2] bella geſta continet.

1 Annonæ commeatum impediret] Vet. lib. Annonæ commercium. Sigonius.

2 Bella geſta continet] Vet. lib. Bella ibi geſta. Idem.

LIBER CXXVIII.

QUum Sex. Pompeius rurſus latrociniis mare infeſtum redderet, nec pacem, quam acceperat, præſtaret, Cæſar neceſſario adverſus eum bello ſuſcepto, duobus navalibus prœliis dubio eventu pugnavit. [1] P. Ventidius, legatus M. Antonii, [2] Parthos in Syria prœlio vicit, regemque eorum interemit. [3] Judæi quoque à legatis Antonii ſubacti ſunt. Præterea belli Siculi apparatum continet.

1 L. Ventidius legatus] Vet. lib. P. Ventidius, ita ceteri. Sigonius.

2 Parthos in Syria vicit] Vet. lib. Prœlio vicit. Idem.

3 Judæorum quoque legati ab Ant. interemti ſ.] Vet. lib. Judæi quoque à legatis Antonii ſubacti ſunt. Idem.

LIBER CXXIX.

ADverſus Sex. Pompeium vario eventu navalibus certaminibus pugnatum eſt: [1] ita ut ex duabus Cæſaris claſſibus, altera, cui Agrippa præerat, vinceret; altera, quam Cæſar duxerat, deleta, [2] expoſiti in terram milites in magno periculo eſſent. Victus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium à Cæſare gerendi trajecerat; quum [3] bellum Cæſari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit.

1 Ita ut duar. claſſ. Cæſ. altera, cui Agrip. pr. vinceret] Vet. lib. Ut ex duabus Cæſaris claſſibus, altera, cui Agrippa praerat. Sigonius.

2 Exp. in terr. in quam max. per.] Vet. lib. Expoſiti in terram milites in maximo periculo eſſent. Idem.

3 M. Lepidus ex Afr. - - - trajecerat, ei bellum quoque cum Cæſar inferret] Hæc verba ſententiam continent, & à veterum librorum, & ab hiſtoriæ hujus fide alienam. Sic igitur corrige ex Vet. lib. & Dione lib. 49 & aliis. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium à Cæſare gerendi trajecerat, cum bellum Cæſari quoque inferret, relictus, &c. Idem.

travit. M. Agrippa navali corona ab Cæſare donatus eſt: qui honos[1] *nemini ante eum habitus erat.*

1 *Nemini ante eum habitus eſt*] Vet. lib. *Erat.* Sigonius.

LIBER CXXX.

M. Antonius,[1] *dum cum Cleopatra luxuriaretur, tardè Mediam ingreſſus, bellum, cum legionibus octodecim & ſexdecim millibus equitum, Parthis intulit: & quum, duabus legionibus amiſſis, nulla re proſperè cedente retro rediret, inſecutis ſubinde Parthis, & ingenti trepidatione, & magno totius exercitus periculo, in Armeniam reverſus eſt; viginti & uno diebus trecenta millia fuga emenſus. Circa octo millia hominum tempeſtatibus amiſit. tempeſtates quoque infeſtas ſuper tam infeliciter ſuſceptum Parthicum bellum culpa ſua paſſus eſt: quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram feſtinat.*

1 *Dum cum Cleopatra luxuriaretur*] Scribe, *luxuriatur.* Et ſic Gudianus uterque: major etiam, *Dum M. Antonius cum Cleopatra luxuriatur.* J. F. Gron.

LIBER CXXXI.

Sex. Pompeius,[1] *quum in fidem M. Antonii veniret, bellum adverſus eum in Aſia moliens, oppreſſus*[2] *à legatis ejus, occiſus eſt. Cæſar ſeditionem veteranorum cum magna pernicie motam inhibuit: Japidas, & Dalmatas, & Pannonios, ſubegit. Antonius Artavaſdem, Armeniæ regem, fide data perductum, in vincula conjici juſſit, regnumque Armeniæ filio ſuo ex Cleopatra nato dedit: quam uxoris loco, jam pridem captus amore ejus, habere cœperat.*

1 *Quum in fidem M. Antonii veniret*] Lege, *veniſſet.* J.F. Gron.

2 *A legatu ejus oppreſſus eſt*] Vet.lib. *Oppreſſus à legatis ejus occiſus eſt.* Sigonius.

LIBER CXXXII.

Cæſar in Illyrico Dalmatas domuit. Quum M. Antonius ob amorem Cleopatræ, ex qua duos filios habebat, Philadelphum

phum & Alexandrum, neque in urbem venire vellet, [1] neque finito triumviratus tempore imperium deponere, bellumque moliretur, quod urbi & Italiæ inferret: ingentibus tam navalibus quam terreſtribus copiis ob hoc contractis, remiſſoque Octaviæ ſorori Cæſaris repudio, Cæſar in Epirum cum exercitu trajecit. Pugnæ deinde navales & prœlia equeſtria ſecunda Cæſaris referuntur.

1 *Neque finito triumviratus*] Gud. *neque finito ejus tempore triumviratus imperium deponere.* J. F. Gron.

LIBER CXXXIII.

M. Antonius ad Actium claſſe victus Alexandriam profugit; obſeſſuſque à Cæſare, in ultima rerum deſperatione, præcipue occiſæ Cleopatræ falſo rumore impulſus, ſe ipſe interemit. [1] Cæſar, Alexandria in poteſtatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte defuncta, in urbem reverſus, tres triumphos egit: unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, [2] tertium de Cleopatra: [3] impoſito fine civilibus bellis altero & viceſimo anno. M. Lepidus, Lepidi, qui triumvir fuerat, filius, conjuratione contra Cæſarem facta, bellum moliens, oppreſſus & occiſus eſt.

1 *Cæſar Alexandria in poteſt. redacta Cleopatra ne in arbitrium vict. ven. vol. morte occubuti In urbem rev. tres triumphos eg.*] Hæc verba male interpuncta ex auctoritate manuſcripti libri, ita debent diſpungi & legi: *Cæſar Alexandria in poteſtatem redacta, Cleopatra ne in arbitrium victoris veniret, defuncta, in urbem reverſus*, &c. ſunt enim hæc omnia una periodo connectenda. *Sigonius.*

2 *Tertium ex Cleopatra*] Scribe *de Cleopatra.* Dicimus enim *triumphare ex provincia*, non autem, *ex Rege*, ſed *de Rege.* Idem.

3 *Impoſito fine bellis civilibus altero & trigeſimo anno*] Lege, *altero, & vigeſimo*; non ſolum quia ita eſt in veter. libris, ſed etiam quia hiſtoriæ veritas id poſtulat. Nam à Lentulo & Marcello conſulibus, quibus civilia arma primum ſumpta ſunt, uſque ad Cæſarem V. & Sex. Apuleium conſules, quibus poſita ſunt, tot anni numerantur. Vellejus libro ſecundo, *Viceſimo anno finita bella civilia.* Idem.

LIBER CXXXIV.

C. Cæſar rebus compoſitis, & omnibus provinciis in certam formam redactis, Auguſtus quoque cognominatus eſt: [1] &

[1] *& menſis Sextilis in honorem ejus appellatus eſt.* [2] *Quum ille conventum Narbone ageret, cenſus à tribus Galliis, quas Cæſar pater vicerat, actus.* [3] *Bellum contra Baſtarnas, & Mœſos, & alias gentes, à M. Craſſo geſtum, refertur.*

1 *Et menſis Sextilis*] Forte: *Auguſtus quoque cognominatus eſt, ut & menſis Sextilis in honorem ejus appellatus.* J. F. Gron.

2 *Cum ille conventum Narbone egit*] Veter. lib. *Narbone ageret.* Sigonius.

3 *Bellum contra Baſtarnas & Mæſos, & alias gentes à M. Craſſo refertur*] Vet. lib. *à M. Craſſo geſtum refertur.* Idem.

LIBER CXXXV.

Bellum à M. Craſſo adverſus Thracas, & ab Cæſare adverſus Hiſpanos geſtum refertur: & Salaſſi, gens Alpina, perdomiti.

[1] LIBER CXXXVI.

Rhætia à Tiberio Nerone, & Druſo Cæſaris privignis, domita. Agrippa Cæſaris gener mortuus. ab Druſo cenſus actus eſt.

1 Ante hunc librum invenio in libro manuſcripto album intervallum eſſe relictum, cum his verbis: *Generaliter & communiter hic eſt defectus quorundam librorum.* Duos autem libros deeſſe puto eos, qui numerum expleant librorum centum quadraginta duorum, quos Petrarcha à Livio ſcriptos eſſe ait. Itaque hunc librum CXXXVIII appello, atque ita deinceps reliquos. Deſideratur ergo epitome libri CXXXVI & CXXXVII. Quod ex his rationibus colligitur: Cenſorinus ait Livium libro CXXXVI ludos quintos ſeculares tradidiſſe, quos fecit Auguſtus, qui facti ſunt Cenſorino ipſo & Dione, & aliis auctoribus, C. Furnio & C. Junio Silano conſulibus. Eſt autem veriſimile eum, qui ſcripſit epitomas, quamvis exiliter eas, ac tenuiter ſcripſerit, verbo etiam mentionem eorum ludorum, ut rei maxime memorabilis, fuiſſe facturum, quemadmodum ante quartorum ludorum fecerat. In libro autem CXXXVI vulgato nulla eorum mentio fit. Nam de Rhetia victa à Tiberio & Druſo agitur, quod bellum geſtum eſt Druſo, & Piſone conſulibus, ut ait Dio, id eſt, biennio poſtquam ludi ſæculares editi fuerant. Accedit quod Hiſpani & Salaſſi in libro CXXXV, Cæſare VIII & Silano conſulibus, auctore Dione ſubacti traduntur, id eſt, anno DCCXXV ab urbe condita. Si igitur in libro CXXXV res explicantur geſtæ anno DCCXXV. in eo autem, qui ſequitur de Rhetia agitur, quæ victa fuit anno DCCXXXV. ſane apparet prætermitti res geſtas novem annorum, qui interjecti ſunt, multaſque nobiles, ac memorabiles actiones præteriri: ubi enim de templo Jani ab Auguſto clauſo? ubi de tribunicia poteſtate Auguſto data? Ergo duos libros medios intercidiſſe credendum eſt. *Sigonius.*

LIBER CXXXVII.

Civitates. Germaniæ, cis Rhenum & trans Rhenum poſitæ, oppugnantur à Druſo: & tumultus, qui ob cenſum exortus in Gallia erat, compoſitus. [1] *Ara D. Cæſari, ad confluentem Araris & Rhodani,* [2] *dedicata; ſacerdote creato* [3] *C. Julio Vercondaridubio Æduo.*

1 *Ara Cæſari*] Vet. lib. *Ara D. Cæſari.* Sigonius.

2 *Dedicata, ſacerdoteque creato*] Vet. lib. *Dedicatur, ſacerdote creato.* Idem.

3 *C. Julio Vercondaridubio Æduo*] Corruptum nomen Gallicum, Barberin. & Gud. *C. Julis Verecunda Rudibrio Æduo.* Voſſ. *C. Julio Iracondati dubrio eduo.* Gud. alter: *C. Julio Vercon Claridubrio Adrio.* J.F. Gron.

LIBER CXXXVIII.

[1] *Thraces domiti à L. Piſone: item Cheruſci, Tenchtheri,* [2] *Chatti, aliæque Germanorum trans Rhenum gentes ſubactæ à Druſo referuntur. Octavia ſoror Auguſti defuncta; antea amiſſo filio Marcello: cujus monimenta ſunt,* [3] *theatrum & porticus, nomine ejus dicata.*

1 *Thraces domiti à Scipione*] Lege, *à L. Piſone*, is enim cum Pamphyliæ præeſſet hoc bellum geſſit. Dio lib. 54. Florus etiam & Vellejus Thracas à L. Piſone perdomitos ſcribunt. *Sigonius.*

2 *Cauci*] *Cauci* & *Chatti* in Germania ſunt. Dio tamen *Chattos* ait victos eſſe à Druſo itemque Florus, Vellejus & *Chaucos*, & *Chattos* à Tiberio ſubactos tradit. *Idem.*

3 *Theatrum & porticus ejus nomini dicata*] Vet. lib. *nomine*, id eſt, æque atque ſi ille dicaſſet, Marcelli Theatrum, & porticus appellata. *Idem.*

LIBER CXXXIX.

Bellum contra Tranſrhenanas gentes à Druſo geſtum refertur: in quo inter primores [1] *pugnaverunt Senectius & Anectius tribuni civitatis Nerviorum. Dalmatas & Pannonios Nero frater Druſi ſubegit. Pax cum Parthis facta eſt: ſignis à rege eorum, quæ ſub Craſſo, & poſtea ſub Antonio capta erant, redditis.*

LI-

1 *Pugnaverunt Senectius & Anectius*] Et hæc ſuſpecta reddunt ſcripti. Barbet. *Pugnaverunt tum conſtinctus ſenectius & auectius trib. ex civitate Nerviorum.* Gud. *pugnaverunt tum ſenectius & avectius tribuni ex sivitate Nerviorum.* Voſſ. *pugnaverunt chuniſtianus & avertius trebuni ex civitate Nerviorum.* Gud. alter: *pugnaverunt Conſtinctus & Auctus tribuni ex civitate Nerviorum.* J. F. Gron.

LIBER CXL.

Bellum, adverſus Germanorum trans Rhenum civitates geſtum à Druſo, refertur. ipſe à fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, triceſimo die, quam id acciderat, mortuus eſt. corpus à Nerone fratre, qui [1] nuncio valetudinis evocatus [2] raptim adcurrerat, [3] Romam pervectum, & [4] in C. Julii tumulo conditum. [5] Laudatus eſt à Cæſare Auguſto vitrico: & ſupremis ejus plures honores additi.

1 *Nuncio valetudinis evocatus*] Vet. lib. *Valetudinis ejus.* Sigonius.

2 *Raptim occurrerat*] Vet. lib. *Accurrerat.* Idem.

Raptim adcurrerat] MSS. Pall. *adcucurrerat.* Gruterus.

3 *Romam revectum*] Corpus Druſi Romam pervectum à Nerone fratre dicitur in manuſcripto. Dio etiam, καὶ ἀποθανόντα ἐς Ῥώμην ἐκόμισαν. Tiberius autem non eo Roma venit, ſed ex Pannonia, auctore Dione. Quare *pervectum* placet. *Sigonius.*

4 *In C. Julii tumulo conditum*] Auguſti eſt intelligendum. Nam inquit Dio: ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον κατετέθη. *Idem.*

5 *Laudatus à Cæſare*] Vet. lib. *Laudatus eſt à Cæſare.* Idem.

FINIS.

FRA-

FRAGMENTA DUO LIVII

ex Seneca Patre Suaſoria ſexta.

M. Cicero, ſub adventum triumvirorum ceſſerat urbe, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi ſe, quam Cæſari Caſſium & Brutum, poſſe. Primo in Tuſculanum fugit, inde tranſverſis itineribus in Formianum, ut ab Cajeta navim conſcenſurus, proficiſcitur. Unde aliquoties in altum provectum, cum modo venti adverſi retuliſſent, modo ipſe jactationem navis, [1] cæco volvente fluctu, pati non poſſet; tædium tandem eum & fugæ & vitæ cepit. regreſſuſque ad ſuperiorem villam, quæ paulo plus mille paſſibus à mari abeſt, *Moriar*, inquit, *in patria ſæpe ſervata.* Satis conſtat, ſervos fortiter fideliterque paratos fuiſſe ad dimicandum: ipſum deponi lecticam, & quietos pati, quod ſors iniqua cogeret, juſſiſſe. Prominenti ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput præciſum eſt. Nec ſatis ſtolidæ crudelitati militum fuit. manus quoque, ſcripſiſſe in Antonium aliquid exprobrantes, præciderunt. Ita relatum caput ad Antonium juſſuque ejus inter duas manus in roſtris poſitum, ubi ille conſul, ubi ſæpe conſularis, ubi eo ipſo anno adverſus Antonium, quanta nulla unquam humana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat. [2] vix attollentes

1 *Cæco volvente fluctu*] Forte, *incerto volvente fluctu.* Sic lib. 37. *Poſteaquam circumagente ſe vento fluctibus dubiis volvi cœptum eſt mare.* Tacitus 2 annal. *ſimul variis undique procellis, incerti fluctus proſpectum adimere, regimen impedire.* Petronius: *Sed nec certos fluctus ventus impulerat, nec quo deſtinaret curſum gubernator ſciebat.* J. F. Gron.

2 *Vix attollentes lacrymis oculos*] Forte: *præ lacrymis.* Idem.

lentes lacrymis oculos, homines, intueri trucidata membra ejus poterant.

IBIDEM.

VIxit tres & ſexaginta annos: ut ſi vis abfuiſſet, ne immatura quidem mors videri poſſit. Ingenium & operibus, & præmiis operum felix. Ipſe fortunæ diu proſperæ, & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus ſteterat, filiæ morte; exitu tam triſti atque acerbo omnium adverſorum, nihil, ut viro dignum erat, tulit, præter mortem. quæ, vere æſtimanti, minus indigna videri potuit, quod à victore inimico nihil crudelius paſſurus erat, quam, quod ejuſdem fortunæ compos, ipſe feciſſet. [1] Si quis tamen virtutibus vitia penſarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & [2] in cujus laudes perſequendas Cicerone laudatore opus fuerit.

1 *Si quis tamen virtutibus vitia penſarit*] Scribendum eſſe, *ſi quis tamen, virtutibus vitia penſavit, vir magnus, acer, memorabilis fuit*, docuimus in quarto Obſervationum. M. Seneca præf. 4 Controv. *Redimebat vitia virtutibus.* J. F. Gron.

2 *In cujus laudes ſequendas*] Lege *exſequendas.* vel *æquandas.* Idem.

FINIS.

ISMAELIS BULLIALDI

EPISTOLA

De Defectu ſolis, cujus meminit Livius lib. XXXVII,

AD

JOHANNEM FREDERICUM GRONOVIUM.

ISMAEL BULLIALDUS
JOH. FRED. GRONOVIO
S. D.

De vero tempore ejuſque circumſtantiis inquiſiturus, quo ſolis defectus à Livio adnotatus eſt lib. 37 ab urbe condita, L. Cornelio Scipione, C. Lælio Coſſ. operæ pretium facturus videor, ſi conſulares Faſtos, prout apud Livium extant, hic tibi ſubjiciam, Doctiſſime Gronovi, ab initio ſecundi belli Punici ad Macedonicum ultimum per L. Æmilium Paullum confectum, ſingulisque conſulatibus annos ab V. C. adſcribam: argumenti etenim mei texturam faciliorem reddidero, tibique lectu jucundiorem, quæ faſtidium alias, vel minimum implicita, creare poſſit. Utque ſeriem illam conſulum annorumque numerum ex Livii mente digerere poſſim concinneque compingere, incumbit mihi neceſſitas imprimis inveſtigandi, quotus fuerit ab V. C. annus primus ſecundi belli Punici, quo totius orbis celeberrimæ opibus & virtute militari urbes, genteſque bellicoſiſſimæ de imperio retinendo armis inter ſe concurrerunt. Duobus ex locis rationem inire poſſumus annorum ab V. C. primum ex libro 30. ſub finem, ubi Livius tempora ac momenta pacis cum Carthaginienſibus initæ ac belli renovati expendit. *Annis* (inquit) *ante quadraginta pax cum Carthaginienſibus poſtremo facta erat, Q. Lutatio A. Manlio Coſſ. Bellum initum annis poſt tribus & viginti, P. Cornelio Scipione Ti. Sempronio Conſulibus; finitum eſt* XVII *anno Cn. Cornelio P. Ælio Pato Coſſ.* Habemus itaque ſpatium temporis, quod interceſſit à bello Punico primo finito ad ſecundum pace iterum compoſitum, annos nimirum pacis viginti tres & belli ſeptendecim. Quot annos vero Punicum bellum primum protractum ſit, docet ipſe libro 9 Hiſtoriar. ab V. C. (cum Alexandri Magni in Aſiam expeditionem, ejuſque avunculi Alexandri Epirotæ res in Italia geſtas cum Romanis ducibus, belliſque à populo Romano ſuſceptis componit.) cujus hæc ſunt verba: *Equidem cum per annos quatuor & viginti primo Punico bello claſſibus certatum cum Pœnis recordor, vix ætatem Alexandri ſuffecturam fuiſſe reor ad unum bellum.* Cum ergo junxerimus hos viginti quatuor annos annis ſuperioribus 40, colligemus annos 64, qui exacti ſunt ab inchoante bello Punico primo ad ſecundum finitum, quibus adjectis ad annos V. C. ad bellum Punicum primum elapſos quadringentos octoginta octo, conficitur ſumma annorum elapſorum ad pacem cum Pœnis iterum initam quingentorum quinquaginta duorum, & propterea annus, quo Cn. Cornelius & Ælius Pætus conſulatum geſſerunt, cepitque annus primus pacis, erit ab V. C. IↃLIII.

Alius occurrit annorum λογισμὸς apud eundem auctorem ſtatim in limine lib. 31, unde colligitur annus, quo Coſſ. fuerunt C. Cornelius & Ælius

lius Pætus, ab urbe condita quingenteſimus quinquageſimus ſecundus. Livii verba ſic ſe habent; *Tamen cum in mentem venit tres & ſexaginta annos (tot enim ſunt à primo bello Punico ad ſecundum bellum finitum) æque mihi multa volumina occupaſſe, quam occuparint 488 anni à condita urbe ad App. Claudium conſulem, qui primus bellum Carthaginienſibus intulit.* Annis itaque 488 elapſis, poſtquam exactos 63 junxerimus, annos colligemus ab V. C. ad primum annum pacis iterum cum Pœnis initæ 551 elapſos, & currentem 552, in quem juxta hunc poſteriorem calculum cadit conſulatus Cn. Cornelii & P. Ælii Pæti. Retento igitur priori annorum numero, attributoque anno urbis conditæ 553, conſulibus Cornelio & Pæto, neceſſe erit alligari annum primum ſecundi belli Punici anno ab V. C. 536, quo conſulatum geſſerunt P. Cornelius Scipio, Ti. Sempronius Longus, à quibus conſulum ſeriem deducemus.

A. V. C.	Nomina Conſulum.	
536	*P. Cornelius Scipio* *Ti. Sempronius Longus.*	
537	*Cn. Servilius.* *C. Flaminius.*	Eclipſis ſolis Februarii XI in forma Juliana in Inſula Sardinia viſa.
538	*C. Terentius Varro* *L. Æmilius Paullus* II.	
539	*L. Poſthumius* III. *Ti. Sempronius Gracchus.*	Poſthumio ſuffectus M. Claudius Marcellus, huic Q. Fabius Maximus III.
540	*Q. Fabius Maximus* IV. *M. Claudius Marcellus* III.	
541	*Q. Fabius Max. F.* *Ti. Sempronius Gracchus* II.	
542	*Q. Fulvius Flaccus* III. *Appius Claudius Pulcher.*	
543	*Cn. Fulvius Centumalus* *P. Sulpitius Galba.*	
544	*M. Claudius Marcellus* IV. *M. Valerius Lævinus.*	
545	*Q. Fabius Maximus* V. *Q. Fulvius Flaccus* III.	
546	*M. Claudius Marcellus* V. *T. Quintius Criſpinus.*	
547	*C. Claudius Nero* *M. Livius Salinator.*	
548	*L. Veturius Philo* *Q. Cæcilius.*	

A.V.C.	Nomina Conſulum.	
549	*P. Cornelius Scipio Africanus* *P. Licinius Craſſus.*	
550	*M. Cornelius Cethegus* *P. Sempronius Tuditanus.*	
551	*Cn. Servilius Cæpio* *Cn. Servilius Geminus.*	Eclipſis ſolis Maii die 6. hor. poſt meridiem 3. Fruſinone viſa.
552	*M. Servilius Geminus* *Ti. Claudius Nero.*	Eclipſis ſolis Octob. 19. H. 10. 24. Cumis obſervara ante meridiem.
553	*C. Cornelius Lentulus* *P. Ælius Pætus.*	
554	*P. Sulpicius Galba* *C. Aurelius Cotta.*	
555	*L. Cornelius Lentulus* *P. Villius Tappulus.*	
556	*Sex. Ælius Pætus* *T. Quinctius Flamininus.*	
557	*Cn. Cornelius Cethegus* *Q. Minucius Rufus.*	
558	*L. Furius Purpureo* *M. Claudius Marcellus.*	
559	*L. Valerius Flaccus* *M. Portius Cato.*	
560	*P. Cornelius Scipio Africanus* II. *Ti. Sempronius Longus.*	
561	*L. Cornelius Merula* *Q. Minucius Thermus.*	
562	*L. Quinctius Flamininus* *Cn. Domitius Ahenobarbus.*	
563	*P. Scipio Cn. F. Naſica* *M. Acilius Glabrio.*	
564	*L. Cornelius Scipio* *C. Lælius.*	Eclipſis ſolis Martii 14. in ortu ſolis Romæ viſa.
565	*M. Fulvius Nobilior* *Cn. Manlius Volſo.*	Romæ intercalatum hoc anno.

A.V.C.

A.V.C.	Nomina Conſulum.	
566	*M. Valerius Meſſala* *C. Livius Salinator.*	Eclipſis ſolis Julii 17. H. 51. 50. mane juxta Tabb. Rudolphinas totalis.
567	*M. Æmilius Lepidus* *C. Flaminius.*	
568	*Spurius Poſthumius Albinus* *Q. Martius Philippus.*	
569	*Appius Claudius Pulcher* *M. Sempronius Tuditanus.*	
570	*P. Claudius Pulcher* *L. Portius.*	
571	*M. Claudius Marcellus* *Q. Fabius Labeo.*	
572	*Cn. Bæbius Tamphilus* *L. Paulus Æmilius.*	
573	*P. Cornelius Cethegus* *M. Bæbius Tamphilus.*	
574	*A. Poſthumius Albinus Luſcus* *C. Calpurnius Piſo.*	
575	*L. Manlius Acidinus* *Q. Fulvius Flaccus.*	
576	*M. Junius Brutus* *A. Manlius Volſo.*	
577	*C. Claudius Pulcher* *Ti. Sempronius Gracchus.*	
578	*C. Cornelius Scipio Hiſpalus* *Q. Petillius Spurinus.*	
579	*M. Æmilius* *Deeſt alter.*	
580	*Spurius Poſthumius* *Q. Mucius.*	
581	*L. Poſthumius Albinus* *M. Popillius Lænas.*	
582	*P. Popillius Lænas* *P. Ælius Ligus.*	

A. V. C.	Nomina Conſulum.	
583	*P. Licinius Craſſus* *C. Caſſius Longinus.*	
584	*M. Hoſtilius* *Alter excidit è faſtis.*	Intercalatum hoc anno: tertio die poſt Terminalia Kalendæ intercalares fuere.
585	*Q. Martius Philippus* *Q. Servilius Cæpio.*	
586	*L. Æmilius Paulus* *C. Licinius Craſſus.*	Eclipſis Lunæ totalis Junii 21. H. 8. 25. in Macedonia.
587	*Q. Ælius* *M. Junius.*	Intercalatum hoc anno poſtridie Terminalia.
588	*M. Claudius Marcellus* *Sulpitius Galba.*	

Hæc conſulum ſeries integra apud Livium extat. In numerandis porro annis ſecuti ſumus veterum librorum veſtigia, numerantes annos 488 A. V. C. ad initium belli primi Punici. Mſ. liber Bibliothecæ Thuanæ, etſi non bonæ notæ nec antiquus valde, præfert annos 478 integris ſyllabis expreſſa ſcriptura, non vero notis numeralibus. Error equidem inde natus eſt, quod unius denarii nota omiſſa ſit ab oſcitantibus librariis. Propterea aſſentiri Sigonio non poſſum, annum ab urbe condita 532 computanti, quo Conſules fuerunt P. Cornelius Scipio, Tiberius Sempronius Longus, ac deinceps alleganti conſules Æmilium Paullum II & C. Licinium Craſſum anno A. V. C. 582. nec inſuper aliis qui aliam epocham urbis conditæ ſtatuunt quam annum 3 Olympiadis VI ad finem vergentem. Non errat Sigonius, quantum ad intervallum ſpectat: eſt annorum equidem 50 quod certiſſime demonſtrant duæ Eclipſes, una Solis, altera Lunæ. Defectus ille ſolis contigit anno 537 jam jam ineunte ſtatim, ubi Magiſtratum inierunt Cn. Servilius & C. Flaminius conſules, vel paulo ante quam inirent, idque vulgari per conſules annos computandi methodo: ſed juxta epocham à Palilibus deductam anno 536. exeunte contigit. Illum ſolis defectum deſcribit Livius lib. 22 verbis, rudem in Aſtronomicis Sardorum plebem atque etiam Pop. Rom. arguentibus, quæ talia ſunt: *In Sardinia inſula Solis orbem minui viſum.* Cadit illa ſolis Eclipſis in annum 217 currentem ante Æram Chriſti vulgarem, Februarii die XI in forma Juliana, H. 1. ′57 poſt meridiem in inſula Sardinia. Tunc temporis fuit verus locus Luminarium juxta Tabb. Rudolphinas in gradu 18. ′52 ″33 Aquarii. Intervallum inter veram & viſam conjunctionem H. 1. ′21. addendum, ut viſa ſynodus cadat tempore medio in Sardinia H. 3. 18. tunc fuit vera latitudo Lunæ Septentrionalis deſcendens ′22 ″4. Parallaxis Latitudinis lunæ in Auſtrum ′30 ″24. unde ablata latitudo lunæ vera Septentrionalis Deſcendens relinquit viſam latitudinem Merid. Deſcend. 18. ″20. Semidiameter Solis eſt ′15. ″19. Lunæ ′16 ″13. aggregatum ſemidiametrorum ′31. ″32. & proinde pars deficiens ′23. ′12. atque digiti Ecliptici 9. ′6.

Altera Eclipſis Lunæ, quæ ſpatium prædictum definit, ea eſt, quæ accidit

L. Æmi-

L. Æmilio Paulo & Licinio Craſſo conſulibus, quæ à præcedenti diſtat annis integris 49, menſibus 4 cum ſemiſſe fere, congruit enim anno ante Chriſti natalem vulgarem 168 currenti & celebrata eſt Junii die 21 H. 7.'25 Vraniburgi, at in Macedonia H. 8.'25. Locus Solis verus tunc fuit in Geminorum g. 25.'42.''13. Lunæ in Sagittarii gr. 25.'42''13 Latitudo merid. Aſcend. gr. o.'17''46. Semidiameter Lunæ '15''49 Umbræ correcta 42.'13. Aggregatum Semidiametror. '58.''2. pars deficiens '40.''16. digiti ecliptici '15.'17. tempus dimidiæ durationis colligitur Hor. 2. Incidentiæ horæ. 1. '12. moræ dimidiæ '48. hinc datur in Macedonia initium 6.'25 totalis obſcuratio H. 7.'37 medium H. 8.'25 emerſio H. 9.'13 finis H. 10.'25. Occidit Sol eo die H. 7.'29. oriebatur itaque Luna cum adhuc illuminatus ſupereſſet digitus unus cum triente. Lunaris ille defectus contigit anno Nabonaſſari 580 Pachon 21. H. 8.'25. Faſti itaque pleni ſunt, nec alicubi per intervallum illud dehiſcunt.

Ut igitur ad propoſitum veniamus, & attente expendamus, an eclipſis quæ facta narratur, quam quoque Tabb. Aſtronomicæ oſtendunt anno V. C. 564 ante Chriſtum 190 Martii 14 oriente ſole juxta tabulas Rudolphinas digitor. XI contigerit die A. D. V Idus Quintiles anni Romani prout à Livio refertur lib. 37 ſtatim in limine, cujus ejuſmodi ſunt verba: *Per eos dies, quibus eſt profectus ad bellum Conſul, ludis Apollinaribus, A. D. V Idus Quintiles cœlo ſereno interdiu obſcurata lux eſt, cum Luna ſub orbem Solis ſub iiſſet.* Primum adducemus ſententiam virorum Chronologiæ & temporum ſcientiæ peritiſſimorum Joſephi Scaligeri & Dionyſii Petavii. Illi hujus eclipſeos momentum & diem in anno veteri Romano, quomodo à Livio narratur, adhibent, ut id conferant cum anni Juliani menſe & die, quibus congruebat, indeque concludant luxationem & προέμπτωσιν veteris anni Romani. De eo Scaliger lib. 2 De emend. temp. c. ultimo, ubi de veteri anno Romanorum ait, ſic ſcribit. *A. V. C. 561. M' Acilio Glabrione, P. Cornelio Scipione Naſica Coſſ. defecit ſol, A. D. V Eid. Quintiles anno Periodi Julianæ 4524 Martii 14 feria 6. Ex ante diem* V *Eid. Quintil. ad exitum anni ſunt dies 163. qui à* XIV *Martii putati deſinunt in 24 Auguſti: ergo Januarius ſequens cœpit 25 Auguſti Juliani.* In eandem ſententiam abit Dionyſius Petavius Lib. 9 de doct. temp. c. 47 his verbis: *Ac Januarius quidem Romanus per illud tempus in Septembrem fere cadebat, Martius in Novembrem, cujus Idibus circa bellum Punicum ſecundum, quo conſulatum illi geſſerunt, conſules inibant.* Capite deinde 77 Lib. 2. *Lucio Cornelio Scipione, C. Lælio conſulibus A. D. Quintum Idus Quintiles obſcuratus eſt Sol, Luna ſub orbem ejus ſubeunte. convenit defectus ille anno periodi Julianæ 4524, cyclo ſolis* XVI. *Lunæ* 11. *Martii 14 feria 2. vera conjunctio Romæ H. 7.'13 apparens H. 6.'19. Sol erat in piſcium g. 19.'43.*

Secuti ſunt iſti viri magni textum Livii, ejuſque verba, & crediderunt annum antiquum Romanum à ſedibus priſtinis tam longe divulſum fuiſſe. Demiror Scaligerum hac in re Livio conſenſum præbuiſſe, & multo magis Petavium, qui Scaligerum merito carpſerat, quod hunc ſolis defectum alligaſſet anno V. C. 561 Glabrione & Naſica Coſſ. adeoque illum amplius exagitandi occaſionem inde nactus erat. Si alteruter iſtorum Hiſtoriam Livii revolviſſet, dum volumina egregia condebat, & omnes rerum geſtarum circumſtantias perpendiſſet, in illam ſententiam tam facile conceſſurum vix credo fuiſſe. Quod ſi verum eſt Januarium veteris anni Romani per illa tempora Septembri Juliano congruiſſe, falſum eſt eo tempore anni pleraque accidiſſe, quo geſta narrat Livius, qui ſecum manifeſto pugnat, dum illam eclipſim anni 564 refert ad A. D. Eid. Quintil. Hoc itaque nunc agam, ut demonſtrem ab initio belli Punici ſecundi ad multos uſque annos ſequentes, annum Romanum veterem ita con-

congruiſſe cum anni tempeſtatibus, ut menſes hiberni in æſtatis finem retrogrado curſu tranſlati non ſint; deinde vero, in Livii narratione tranſpoſitionem admiſſam eſſe. Non aliunde vero teſtimonia advocabimus manu conſertum venientes, quam ex ipſa T. Livii hiſtoria.

I. Statim in fronte lib. 22 ita ſcribit: *Jam ver appetebat, cum Annibal ex hibernis movit.* Subjungit, *per idem tempus Cn. Servilius Romæ Idibus Martiis magiſtratum iniit.* Itaque Idus Martiæ ſeu XV Martii anni veteris Romani, in hiemis finem incidebant anno V. C. 537, & certe poſt diem XI Februarii Juliani: nunciatum enim fuit Romæ Solis orbem in Sardinia minui viſum, & dum hunc ſolis defectum, qui XI Februarii celebratus eſt, quia ignaræ plebi ac ſuperſtitioſæ prodigium fuit, procurat conſul Servilius poſt initum illico magiſtratum, Hannibal profectus eſt ex hibernis.

II. Lib. 24 cum narrat ea quæ geſta ſunt anno 540 A. V. C. Q. Fabio Maximo IV & M. Claudio Marcello III Coſſ. notat M. Valerium poſt Apolloniam obſidione liberatam, Philippumque Macedoniæ regem, qui eam vi aggreſſus erat, turpiter ab Apolloniatibus Romanoque milite fugatum, Orici cum Romana claſſe hibernaſſe, dein exitu anni conſularia comitia habita eſſe deinceps narrat: poſt deductam in ſtationem hibernam claſſem Januarius menſis cœpit, & ab hieme retractus non eſt in finem æſtatis, ibique & alias notandum per totam illam ætatem diſtinguere Livium tempus, quo in hiberna deducebantur exercitus ab exitu anni.

III. Libro 30 ſub finem ante comitia, quibus creati ſunt Coſſ. Cn. Cornelius Lentulus & P. Ælius Pætus, id eſt, anno A. V. C. 552 decumbente, ſcribit: *Claudium Conſulem ab urbe tandem profectum, inter portus Coſſanum Loretanumque; atrox vis tempeſtatis adorta in metum ingentem adduxit. Populonios inde cum perveniſſet, ſtetiſſetque ibi, dum reliquum tempeſtatis exſæviret: Ilvam inſulam & ab Ilva Corſicam, à Corſica in Sardiniam transjecit. ibi ſuperantem Inſanos montes; multo & ſævior & infeſtioribus locis tempeſtas adorta disjecit claſſem, multæ quaſſatæ, armamentiſque ſpoliatæ naves; quædam fractæ. ita vexata ac lacerata claſſis Carales tenuit; ubi dum ſubductæ reficiuntur naves hiems oppreſſit, circumactumque anni tempus.* Jam ergo cum hieme inchoante circumagitur anni tempus & December menſis ſaltem ſub finem autumni labitur. Notandum inſuper hunc conſulem Claudium ſegniter omnia in comparanda deducendaque claſſe feciſſe, & juxta ſeriem narrationis Livii veriſimile eſt prodigium creditum Cumanis, ſolis orbem minui viſum, qui defectus ſolis fuit, nunciatum fuiſſe Romæ, antequam conſul claſſem deduxiſſet. At vero factus eſt defectus ille ſolis die Octobris 19. H. 10. "24. A. M. anno ante Chriſtum 202 currente, fuitque digiti unius fere. Sero itaque admodum & autumno jam adulto profectus eſt conſul, quamobrem Livius ſcripſit *Claudium conſulem profectum tandem*, &c. neque illa quæ geſta narrantur poſt profectionem Claudii Coſ. niſi uno aut altero menſe confici potuerunt ante comitiorum diem. Ex hiſce circumſtantiis demonſtratum habemus, Januarium anni Romani haud divulſum totum fuiſſe à Januario anni Juliani.

IV. Lib. 31 ſub finem P. Sulpicio Galba & C. Aurelio Cotta Coſſ. A. V. C. 554. de claſſe Romana, cujus dux fuit L. Apuſtius legatus, verba faciens ita deſcribit tempus, per quod rediit à profectione illa: *Jam autumnale æquinoctium inſtabat, & eſt ſinus Euboicus, quem Cœla vocant, ſuſpectus nautis: itaque ante hiemales motus evadere cupientes, Piræeum unde profecti ad bellum erant repetunt. Apuſtius triginta navibus ibi relictis ſuper Maleam navigat Corcyram. Regem ſpatium initiorum Cereris, ut ſacris intereſſet, tenuit; ſecundum initia & ipſe in Aſiam ſe recepit, &c.* Annus itaque 554

A. V. C. nondum exierat inſtante æquinoctio Autumnali, & verba, quæ ſubjicit Livius, illud ſatis indicant, annum ſcilicet non deſiiſſe in autumno: *Hæc*, inquit, *ea æſtate terra marique adverſus Philippum ſocioſque ejus à conſule & legato Romanis, adjuvantibus rege Attalo & Rhodiis geſta.* Atqui ſi annus ille exactus fuiſſet, potius ſcripſiſſet (*eo anno*) quam (*ea æſtate*;) Hoc anno Neomenia Hecatombæonis incidit in 4 Julii, ergo initia celebrata menſe Septembri cui congruit Boedromion: Julio enim reſpondet Hecatombæon, Auguſto Metagitnion, Septembri Boedromion, cujus menſis die XV μυςήεια Ἐλδυσίνια τὰ μεγάλα celebrata fuerunt, qui Septembris XV congruit.

V. Libro 32. C. Cornelio Q. Minucio Coſſ. A.V.C. 557 uterque conſulum expeditionem adverſus Bojos & Iluates aliosque Inſubres ſuſceperunt, hiſque devictis agros vaſtant & diripiunt, *deinde litteræ Conſulum à Gallia de geſtis proſpere ſub idem tempus Romam allatæ. M. Sergius prætor urbanus in ſenatu eas, deinde ex auctoritate Patrum ad populum recitavit. ſupplicatio in quatriduum decreta.* Hiems jam eo tempore erat. Libro ſequenti 33 de iiſdem conſulibus verba facit, eorumque Romam reditu, petito ab iiſdem triumpho, certaminibuſque tribunorum plebis poſtulantium, ut ſeparatim de triumpho conſulum ageretur. poſtquam tandem alter conſulum triumphavit, conſularia comitia habita, quibus creati conſules L. Furius Purpureo, M. Claudius Marcellus. Adhuc erant in provincia Cornelius & Minucius conſules, cum hiems erat, notante hanc circumſtantiam Livio, literas de rebus bene geſtis Romam mittunt, ad Triumphum & comitia Romam redeunt, jam itaque comitiorum die hiems adulta erat, & Januarius menſis hibernus fuit.

VI. Eodem libro 33 antequam conſularia comitia haberentur, quibus deſignati Coſſ. L. Valerius Flaccus M. Porcius Cato, Antiochus Seleuciæ *ſubduci navibus juſſis (jam enim hieme inſtabat) ipſe in hiberna Antiochiam proceſſit.*

VII. Libro 34 nondum conſularibus comitiis habitis quibus creati conſules P. Scipio Africanus II, & Ti. Sempronius Longus, Quintius exercitum in hiberna Elatiam reduxerat, & ante eadem comitia literæ Quintii Romam allatæ ſunt de his, quæ geſſerat ad Lacedæmonem, unde in hiberna profectus erat. Elatiæ porro totum hiemis tempus jure dicundo conſumpſit: interim habita comitia: ergo Januarius menſis, quo haberi ea mos tunc fuit, in hiemem incidit.

VIII. Iiſdem conſulibus Ver ſacrum priori anno minus rite factum repetitum eſt, & decreto Pontificum ita conceptum, *Ver ſacrum videri pecus, quod natum eſſet inter Kal. Martias & pridie Kal. Majas P. Cornelio Scipione & Ti. Sempronio Longo Coſſ.* Ridiculum fuiſſet ver ſacrum fieri, & conſecrari pecus, quod menſibus hibernis natum eſſet, neque enim aliquorum menſium ſtatis diebus ſolemne votum illud affixum erat, ſed ſolum anni tempeſtati, quæ verna dicitur: & ipſa ſacrorum appellatio docet tempore verno naſci debere animalia quæ ſacrantur. Feſtus: *Ver ſacrum immolationis eſt genus, mos enim Italis fuit, ut magnis periculis adducti voverent quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos.* Non relinquitur igitur ambigendi locus quin Martius & Majus hoc anno fuerint menſes vernales, ita ut vel citimus Martius non prius advenerit, quam Favonio hibernum tempus reſolvente, de quo verni temporis initio Plin. lib. XVI cap. 25, juxta editionem Dalecampii: *Ordo autem naturæ annuus ita ſe habet. Primus eſt conceptus flare incipiente vento Favonio circiter fere VI Id. Februarii.* & clarius lib. 2 cap. 47. *Ver ergo aperit navigantibus maria, cujus in principio Favonii hibernum molliunt cælum. Sole Aquarii XXV obtinente partem. Is dies ſextus eſt ante Februarias Idus.* Hæc ſunt verba Plinii, ſed ille nume-

numerus partium Aquarii corrigendus eſt, & reponi debent xv pro xxv, nam ejus ſeculo Sol piſces medio motu ingrediebatur die 22 vel 23 Febr. & dies A. D. VI Februar. eſt dies menſis VIII. Supererant itaque ad 23 dies xv qui totidem ferme partes motus medii Solis exhibent.

IX. Libro 35. *C. Flaminius in citeriori Hiſpania oppidum Iluciam in Oretanis cepit, deinde in hiberna milites deduxit, & per hiemem prœlia aliquot nulla memoria digna adverſus latronum magis quam hoſtium excurſiones*, &c. & paulo poſt: *Dum hæc in Hiſpania gerebantur, comitiorum jam appetebat dies.* Hieme itaque comitia habita & dies ſolemnis ex more fuit Kal. Jan. quapropter Januarius menſis fuit hibernus.

X. Sub finem Lib. 36 ſcribit Livius claſſem Romanam Canas veniſſe, & cum *jam hiems appeteret, foſſa valloque circumdatis naves ſubductas:* ſtatim ſubjungit, *exitu anni comitia Romæ habita, quibus creati ſunt conſules L. Cornelius Scipio & C. Lælius.* Annus eſt A. V. C. 563 jam jam deſinens, juxta Livium, Scaligerum, Petavium Januarius debuit incidere in Septembrem Julianum, ipſæque Kalendæ Januariæ ante æquinoctium autumnale quindecim ferme vel amplius diebus. Propterea comitia iſta haberi debuiſſent, antequam claſſis deducta Canas fuiſſet, & naves ſubducerentur, quod narrationi Livii per diametrum adverſaretur, qui exitum anni inſuper diſtinguit à tempore appetentis hiemis: & recte, nam hiems laxa ſignificatione apud Romanos accipiebatur ab ortu Vergiliarum, ſicut ver à Favonio flatu. Plin. Nat. Hiſt. l. 2. c. 47. *Vergiliarum occaſus hiemem inchoat, quod tempus in III Idus Novembres incidere conſuevit, hic eſt Aquilo hibernus, multumque æſtivo illi diſſimilis, cujus ex adverſo eſt Africus.* Columella lib. XI de re Ruſtica c. 2. *Quinto Idus Novemb. hiemis initium, Auſter, aut Eurus, interdum rorat.* Appetebat ergo hiems circa initium Novembris Juliani, à quo exitus anni toto bimeſtri tempore diſtabat. Quis itaque Livium non videt confundere tempora rerum geſtarum? luce meridiana clarius patet comitia iſta, quibus Scipio & Lælius conſules creati ſunt, hieme habita eſſe, & propterea Januarium in hibernum tempus incurriſſe. At ſcribit 5 Id. Quintil. Eclipſim ſolis factam, quam in anno Juliano omnes Tabb. Aſtronomicæ exhibent die XIV Martii. Hanc à Livio confuſam perturbatamque narrationem factam arguunt ejuſdem verba, quibus res à conſule Scipione in Aſia geſtas narrat: media æſtate illius anni pugna navalis commiſſa eſt, victique ac fugati à Romanis Rhodiiſque Annibal & Apollonius, qui claſſi Antiochi regis præerant; poſt prœlium iſtud alio inſigni terreſtri inſtante hieme conſul L. Cornelius Antiochum vicit, in hiberna deinde copias deduxit: quæ omnia contigerunt, antequam inſequentis anni 565 comitia conſularia haberentur, quibus creati ſunt conſules M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Volſo.

XI. Maxime omnium notanda veniunt quæ Lib. XXXVIII referuntur creatis conſulibus M. Valerio Meſſala & C. Livio Salinatore, *Priuſquam in provincias novi Magiſtratus proficiſcerentur, ſupplicatio in triduum pro collegio Decemvirum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerant.* Iſtæ tenebræ non aliam cauſſam habuerunt quam Solare deliquium, quod factum eſt anno ante Chriſtum currente 188 Julii die 17. H. 5.′50 poſt mediam noctem, quando juxta Tabb. Rudolphinas Solis totalis eclipſis Romæ celebrata eſt. Profecti itaque ſunt in provincias novi Magiſtratus poſt diem XVII Julii menſis in forma Juliana. Expreſſe porro dicit Livius hos conſules iniviſſe Idibus Martiis. Sit itaque Januarius juxta Scaligerum & Petavium in Septembri: Martius concurret cum Novembri, quo menſe oportuit novos Magiſtratus iniviſſe: illi Romæ ſubſtiterunt totos hos menſes Decembrem, Januarium, Februarium, Martium, Aprilem, Maium, Junium, & tandem poſt

Julii diem XVII in provinciam abierunt, id eſt, menſe Novembri in anno veteri Romano: cum ad habenda comitia Romam ipſis redeundum fuiſſet, in ſuam unuſquiſque provinciam diſcedunt. An in mentem cuiquam hoc venire poteſt? an otioſi Magiſtratus annum fere integrum Romæ deſediſſent? Alienum id a Romanis inſtitutis. Sero equidem hoc anno in provincias abierunt æſtate jam provecta, & hæc cauſa fuit, ob quam M. Valerius tardius ad ſequentia comitia redierit, quæ habita ſunt A. D. XII Kal. Martias, & hoc pacto ſex menſes in provincia, quæ ei obtigerat, Valerius conſul egit. Alia inſuper circumſtantia Martium in vere fuiſſe demonſtramus. Antequam comitia, quibus Meſſalla & Salinator creati ſunt conſules, haberentur, Cn. Manlius conſul oratores de pace, quos Galli ad eum miſerant, *Epheſum venire juſſit, ipſe (jam enim medium autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans victorem exercitum in hiberna maritima oræ reduxit.* Si Januarius menſis anticipaviſſet in Octobrem vel Septembrem, comitia habita fuiſſent, antequam conſul medio autumno in hiberna reduxiſſet.

XII. Anno A. V. C. 574 creati conſules A. Poſthumius Albinus Luſcus & C. Calpurnius Piſo: ii Idibus Martiis inierunt. De illis Livius libro 40 ita ſcribit: *Veris principio hujus dum conſules novus delectus Romæ tenet, mors deinde alterius, & creandi comitia conſulis in locum ejus omnia tardiora fecerunt.* Scimus delectum confeſtim à Coſſ. haberi cœptum, ubi magiſtratum inierant. Idus itaque Martiæ anni veteris Romani convenerunt hoc anno cum Martio Juliano, nec plus anticipaverunt, quam ut in Februarium inciderent. Quid quæſo? Si Idus Martiæ principio Decembris aut Novembri affecto numeratæ fuiſſent, delectus poſt tres aut quatuor menſes rejectus fuiſſet, & oſcitantes Magiſtratus Romæ reſediſſent. Conſulum hicce fuit mos, exacta æſtate, affecto autumno & imbribus furente in hiberna reducere copias, evocatos deinde ab hibernis & exercitu per hiemem ad comitia habenda novoſque Magiſtratus deſignandos Romam proficiſci. Quod ſi per hæc tempora anni Romani veteris ratio ita perturbata fuiſſet, ut menſes hiberni ipſeque Januarius verſus finem æſtatis anticipando perveniſſent, antequam in hiberna deductus foret exercitus, oportuiſſet conſules Romam profectos ſub dio copias reliquiſſe, quod per id tempus, in quo nunc ſermo noſter verſatur, factum non legimus.

Minime itaque Livio concedendum eſt, aut qui eum ſequuntur, Scaligero aut Petavio, eam eclipſin ſolis, quæ contigit anno V. C. 564 ad A. D. V Idus Quintil. anni Romani veteris eſſe referendam. Secum pugnat Livius, quem exiſtimo tempora duarum Eclipſium confudiſſe, & ordinem perturbaſſe, perperamque ſcripſiſſe *per ludos Apollinares* hunc defectum ſolis anni 564 contigiſſe, per quos ſequens Eclipſis anni 566 contigit. Si, quando Sol 19 partem Piſcium tenet, ludi Apollinares tunc celebrati fuiſſent, ſub finem hiemis ii ſolemnes dies recurriſſent poſt 22 annum, ex quo primum facti eſſent, poſtque annos 18 ex quo ſtato die fieri conſueverunt, & in perpetuum voti ſunt peſtis ſedandæ cauſa, eo tempore anni, quo peſtis vehementer ſævire conſuevit ob æſtum & ſqualorem aëris.

Titum Livium in errorem induxit proximitas Eclipſium duarum, quarum poſterior, ut mihi maxime probabile videtur, contigit per ludos Apollinares A. D. V Eid. Quintil. anni veteris Romani ſeu XVII Julii in forma Juliana, & verius forte quam ſcripſit, ita ſcriptis mandaſſet Livius lib. 38. *Quod luce per ludos Apollinares A. D. V Idus Quintiles inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerunt.*

Nunc itaque attribuamus diem V Eid. Quintiles, ſeu diem menſis illius XI Julii menſis XVII in forma Julia-

Juliana: ergo Kal. Quintiles eo anno V.C. 566 in Julii Juliani anni diem VII, à Kalend. Januariis ad Kal. Quintiles in anno Romano veteri mere Lunari dierum 354 ſunt dies expanſi 177, ſeu labentes 178: itaque retro numeratis à Julii die VII in forma Juliana, qui eſt 188, qui annus fuit communis initio facto annorum V.C. à Januariis Kal. incidemus in diem XI Januarii Juliani, quo cœpit Januarius anni 566 V. C. tum erat annus ante Chriſti natalem vulgarem currens 188.

Anno præcedenti Romæ intercalatum fuerat, proinde ſi menſis intercalaris ſeu Merkedinus fuerit dierum 22, annus Lunaris Romanis tunc fuit dierum 376, & Januariæ Kalendæ anni Romani 565 coinciderunt cum 3 Kalendis Januarii anni ante Chriſtum 189, qui fuit biſſextilis: ſi vero intercalati ſint dies 23, tunc cœpit annus 565 Decembris die 31 anno pereunte 190 ante Chriſtum, & adhuc retro numeratis diebus 354 habebimus anni 564 initium die XIJ Januarii anno ante Chriſtum 190. propterea dies XIV Martii anni Juliani erit III Martii ſeu 5 Non. Martii anni veteris Romani.

Quod ſi res ita tranſacta ſit, ut mihi veriſimile videtur, Eclipſis ſolis anni 564 contigit ante Idus Martias: nondum ergo conſules inierant: quare Livius in deſcribenda illa Eclipſi ſeriem rerum confundit, nec debuit dicere: *Per eos dies quibus Conſul ad bellum profectus eſt:* nondum enim proficiſci poterat, qui nondum inierat. Illa quoque ſeries rerum enarratarum mihi ſuſpecta eſt, cum ait conſulem L. Cornelium edixiſſe, ut omnes, quos in Græciam tranſmiſſurus erat, *Idibus Quintil. Brundiſium convenirent.* Ab Idibus Martiis ad Idus Quintiles Romæ quadrimeſtre tempus conſumptum eſſet, in procurandis religionibus audiendiſque Ætolorum legatis. Vel Livius, vel is, à quo res geſtas illius temporis accepit, ſcribere debuit *Idibus Aprilibus*, ſi res ante & poſt ab eis enarratas cum anni temporibus, quibus eas accidiſſe ſcribunt, convenire volunt, ut jam ſatis oſtendimus. At ſi quis inſtet Eclipſim ſolis hujus anni 564 incidiſſe in dies, quibus Conſul ad bellum profectus eſt; ea objectio non impedit, quin ex ſuperioribus XII circumſtantiis pateat menſem Quinctilem fuiſſe per ea tempora æſtivum, & quamvis concedamus in V Idus Apriles incidiſſe; non evertitur id quod ædificavimus, dicendum ſolummodo erit Eclipſim anni 566 contigiſſe circa initium Sextilis menſis anni veteris Romani, & hac ratione illa enormis anticipatio à Livio, Scaligero, & Petavio, ſuppoſita falſa convincitur.

Verum eſt equidem ab eo tempore, anno videlicet 574, ad annum V. C. 586, quo fuerunt Coſſ. L. Æmilius Paullus, C. Licinius Craſſus, luxatum fuiſſe annum Romanum & tres omiſſas fuiſſe intercalationes: nam illo anno dies, qui fuit in anno Romano III Non. Septemb. id eſt tertius dies menſis, conveniebat cum Junii die 21, quapropter Kal. Januarii anni 587 ſequentis conveniebant cum die 288 anni Juliani, hoc eſt, Octobris die 15 anno ante Chriſtum currente 168. Annus ille 587 apud Romanos fuit intercalaris: ſequens igitur 588 cœpit Octobri die 25 anno ante Chriſtum 167, & tunc temporis per hiemem iniviſſe conſules ſatis patet ex initio Lib. 44. *Principio veris quod hiemem eam, qua hæc geſta ſunt, inſecutum eſt, ab Roma profectus Q. Marcius Philippus.* Narrantur autem geſta, poſtquam inierunt Q. Marcius & Cn. Servilius, qui creati ſunt A. D. V Kal. Februar. non vero Septembres, ut perperam Sigonius & alii in textu reliquerunt: nam uti ſenatus cenſuerat, habita ſunt menſe Januario, ut legenti verba lib. 43 ante creatos prædictos conſules perſpicuum erit.

Hæc ſunt, Vir eruditiſſime, quæ tecum communicanda penes me habebam de his ſolaribus deliquiis. Ante annos quindecim, cum totum Livium legerem, adnotavi primum Scaligerum in multis hallucinatum eſſe:

quæ poſtquam in libros Petavii incidi, maxima ex parte confutata animadverti. utinam acerbe minus! nam quid vivo adverſus mortuum contumeliæ proſunt? Omnia qui non videt, cæcus propterea dici non debet. Et ipſe Petavius omnia fortaſſe non vidit, ut jam probavimus exemplo luculentiſſimo. Certe niſi à Petavio confoſſos quoſdam errores Scaligeri notum habuiſſem, hanc diatribam longiorem feciſſem. nam & de cyclo Romani anni deque intercalandi methodo pluribus egiſſem adverſus Scaligerum, quæ in chartis meis adnotaveram, cum Livii hiſtoriam evolverem: ſed hic actum agere nolo. Judicium tuum his de rationibus noſtris expecto, adverſus quod amicitiæ noſtræ prærogativam valere nolo, liberum, ſincerumque cupio. Hanc chartam commiſi Clariſſimo ac Eruditiſſimo Viro Claudio Sarravio in Senatu Pariſienſi conſiliario, tardius quam promiſeram, fateor; ſed ad finem perducendus erat tædioſus quidam calculus, quem de Lunari motu inſtitueram, cuidam parti Aſtronomiæ, quam edere volo, pernecesſarium & utilem. Vale & me ſemper redama. Scribebam Lutetiæ Pariſiorum die VII Martii, Stylo novo, cIↃ IↃ C XLIII. in ædibus Thuanis.

FINIS.

IN-

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

Quæ in Tito Livio, aut ubi is deſideratur, in Flori Epitomis continentur, locupletiſſimus.

In hoc Indice prior quiſque numerus librum, poſterior caput denotat. Ad propria nomina quod attinet, memineris tibi non è prænomine ſed ex nomine gentilitio unumquemque Latinum & Romanum, quærendum eſſe. Exempli gratia: A. Virginium, *non in* A, *ſed in* V. *In gentiliciorum vero ſerie, non temporis, ſed prænominum habita eſt ratio: verbi cauſa, in* Valeriis, *non* Voleſo, *nec* Publio *primus datus eſt locus, à quibus cæteri ſunt orti: ſed ſecundum prænominum ſeriem præmiſſus eſt* Lucius Valerius, *& deinceps* M. Valerius, P. Valerius, Voleſus Valerius, *itidemque in aliis. A ſynonymis quoque ad ſynonyma & affinia tibi quandoque tranſeundum memineris, ut, (verbi cauſa) ſi quid in* Imagine *non invenias, id in* Statua *quæras: itidemque in aliis.*

A.

ABaſſus, oppidum. 38,15
Abderitæ legati apud Senatum queruntur de præfectis ſuis. 43,4
Abderitis libertas redditur. *ibid.*
Abeſſe reipublicæ cauſa. 43,4
Abrypolis. 42, 41. regno expulſus à Perſeo. 42,13
Abſente rege Philippo, Senatus de eo ſtatuere recuſat. 39,24
C. Aburius legatus ad Maſiniſſam. 42,35
M. Aburius tribunus plebis. 39,4. prætor. 41,14
Abydeni oppugnantur ab Philippo 31, 16. in rabiem verſi ſe occidunt. 31,17
Abydus, oppidum. 32, 33. 33, 38
Academia gymnaſium Athenis. 31,24
Acanthus oppidum diripitur. 31,45
Acarnanes ſe dedunt Romanis. 33,17
Acarnanes duo juvenes Athenis templum Cereris ingreſſi, imprudentes religionis, interficiuntur. 31,14
Acarnanum factiones. 43,17
Acarnanum concilio Leucas eximitur. 45,31
Accolæ à vicinis aut dureſcunt aut molleſcunt. 45,30
Achæi ſollicitantur ut à Philippo deficiant. 32, 19. deficiunt. 23. liberi pronunciantur. 33,20. auxilia mittunt. 35,30. Lacedæmoniis bellum indicunt. 38,32
Achæorum agros Nabis vaſtat. 35,25
Achæorum Prætoris ad Appium oratio. 39,36
Achæorum concilium Ægium indictum. 36,35
Achæorum concilium de bello adverſus Nabin. 31,25
Achæorum portus. 37,9
Acharræ oppidum. 32,13
Achelous fluvius. 44,24
L. Acilius Prætor. 32,27
M' Acilius Glabrio decemvir ſacrorum. 31, 50. Prætor. 33, 24. Ludos plebejos facit. 33. 25. conſulatum ambit. 35, 10. impetrat. 36, 1. vo-

vet ludos magnos. 2. paludatus urbe egreditur. 3. de Antiocho & Ætolis triumphat. 37, 46. Pietatis ædem dedicat. 40,34
Aciliani libri Græci. 35,14
Acræa Junonis promontorium. 32,23
Acræphia, oppidum. 33,29
Acrocorinthus. 33,31. 34,49
Actium promontorium. 41,1
Actium Acarnaniæ portus. 44,1
Acylla. 33,48
Ad arma conclamatio in re crepera. 41, 26
Adherbal à Jugurtha occiditur. *Ep.* 64
Adoreus mons. 38,18
Adramytteum urbs. 37,19
Adriaticum mare. 40,21
Adverſa fortiter, ſecunda moderate ferre, Romanum eſt. 42,62
Adverſa nudant voluntates ſociorum. 42,63
Advertæ gladii. 45,19
Æbura oppidum. 40.30,32
M. Æbutius trib. mil. 41,1
M. Æbutius Elva, prætor. 39, 9. ei præmia dantur à Senatu ob detecta Bacchanalia. 19
T. Æbutius Carus triumvir. 39,55. decemvir. 42,4
Ædes Fauni. 34,53
Ædes Fortunæ Primigeniæ. 34,53
Ædes Herculis. 32. 1,9
Ædes Jovis Formiis. 32, 1. Lanuvii. 32, 9. Oſtiæ. 32, 1. Tarracinæ. 40,45
Ædes Jovis in inſula dedicatur. 34,53
Ædes Junonis dedicatur à C. Cicerejo. 42,7
Ædes Junonis Soſpitæ dedicata in foro Olitorio. 34,53
Ædes Juventatis. 36,36
Ædes Matris magnæ Idææ. 36,36
Ædes Pietatis dedicata ab Acilio. 40,34
Ædes Sanci de cœlo tacta. 32,1
Ædes Veneris Erycinæ dedicata à L. Porcio. 40,34
Ædes Victoriæ. 35,9
Ægeleos urbs oppreſſa. 31,46
Ægeum mare. 44,28
Ægienſes funditores. 38,29
Ægina inſula. 31,15. 32.39. 33,30
Æginium oppidum. 32.15. 36,13
Ægium. 38,30
Ægii concilium Antiochi legatis datur. 35,48
Ægypti opes diviſæ inter Philippum Macedonum & Antiochum Syriæ reges. 31,14
Ægypti reges Romanis gratulantur. 37,3
C. Ælius Prætor. 32,26
C. Ælius trib. mil. 41,1
P. Ælius triumvir. 41, 13. conſul. 42, 10
P. Ælius Ligus legatus. 45,17
P. Ælius Pætus Decemvir. 31,4. triumvir creatur. 32,2. cenſor. 7. augur moritur. 41,21
P. Ælius Tubero triumvir. 35,9. legatus. 37, 55. iterum Prætor creatur. 41,8
Q. Ælius triumvir. 34,52
Q. Ælius Pætus augur. 41,21
Q. Ælius Tubero tribunus plebis. 34,53
Sex. Ælius Pætus ædilis curulis. 31,50. triumvir creatur. 32,2. conſul. 7. in Capitolio Senatum habet. 8. nihil in Gallia memorabile geſſit. 26. cenſor. 34,44
T. Ælius tribunus militum. 41,1
Æmilia P. Scipionis Africani uxor. 38,57
Æmilia, virgo Veſtalis, inceſti damnata. *Ep.* 63.
Æmilia porticus. 41,27
Æmilia tribus. 38,36
L. Æmilius Prætor. 36,45
M. Æmilius, M. Lepidi F., tribunus militum. 37,43
L. Æmilius Papus Decemvir ſacrorum moritur. 42,28
L. Æmilius Paullus triumvir. 34,45. ædilis. 35, 10. Prætor. 24. legatus. 37,55. Luſitanos fundit ac fugat. 57. conſul. 39,56. in Ligures Ingaunos exercitum introducit. 40,25. ad milites orationem habet. 27. de Liguribus Ingaunis triumphat. 34. Coſ. iterum creatur. 44,17. ejus antequam in Macedoniam iret, ad populum oratio. 22. ad milites oratio. 34. prudens ad Naſicam reſponſio. 36. ad milites oratio. 38. in excipiendo Perſeo modeſtia. 45, 7. ejuſdem objurgatio ad Perſeum, cum

cum prudenti admonitione, de mutatione rerum humanarum. 8. illacrymat humanæ ſorti. 45, 4. cum decem legatis res Macedonicas componit. 29. Latine, quæ concilii ſententia eſt, pronuntiat. *ibid.* ludicrum magno apparatu Amphipoli facit. 32. Macedonum omnis generis arma ſuccendit. 33. cum exercitu in Italiam trajicit. 34. triumphat de Perſeo. 40. ejus duorum filiorum mors. *ibid.* ad Quirites de rebus ſuis geſtis oratio. 41. abſtinentia. *Ep.* 46. apophthegma. 45, 32. ejuſdem mors. *Ep.* 46.

L. Æmilius M. F. Paullus. 43, 2

L. Æmilius Regillus triumphat. 37, 58

L. Æmilius Scaurus. 37, 31

M. Æmilius legatus ad Philippum. 31, 18. 37, 22. Coſ. ædem Junoni reginæ vovet. 39, 2. Dianæ ædem vovet. *ibid.*

M. Æmilius Lepidus legatus ad Prolemæum regem. 31, 2. pontifex creatur. 32, 7. ædilis, 35, 10. prætor. 14. conſul. 38, 42. triumvir. 39, 55. pontifex max. 40. 42. cenſor creatur. 45. ejuſdem res geſtæ. 51. cenſor Junonis Reginæ ædem & Dianæ in Circo Flaminio dedicat. 52. decemvir. 42, 4. ante mortem quæ filiis præceperit. *Ep.* 48.

Æmus mons deſcribitur. 40, 21. eum Philippus conſcendit. 22

Ænea ſigna Deorum facta ex argento mulctaticio. 31, 50

Æneæ quotannis ſacrificium fit ab Æneatibus. 40, 4

Æneæ mons, qui & Athos dicitur. 45, 30

Æneſidemus Dymæus. 32, 25. ejus conſtantia. *ibid.* interficitur. *ibid.*

Ænea, oppidum. 40, 4. quindecim millia paſſuum Theſſalonica abeſt. 44, 10

Ænus oppidum oppugnatur. 31, 16

Æolis. 33, 38

Æolidis tumultus. 37. 8, 9

Æpulo Hiſtrorum regulus. 41, 11

Æquinoctium vernum. 37, 9. autumnale. 31, 47

Æropus mons. 32, 5

Æſculapio dona vota. 40, 37

Æſculapii templum quinque millibus paſſuum ab Epidauro. 45, 28

Æſculapii fanum tabulis pictis ornatur. 43, 4

in Æſculapii æde Perſei legatis Senatus datus Carthagine. 41, 22

Æſernina turma 44, 40

Æſtatis medium peſtilentiæ obnoxium. 37, 23

Æthalia inſula. 37, 13

Ætoli umbilicum Græciæ incolunt. 35, 18. cum Cn. Cornelio colloquuntur. 33, 35. Antiochum & Philippum tyrannumque Nabin adverſus Romanos concitant. 35, 12, palam à Romanis deficiunt. 32. Demetriadem occupant. 14. Lacedæmonem diripientes cæduntur. 36. nequicquam oppugnare Chalcidem tentant. 37. legatos ad Antiochum mittunt. 16. pacem à Coſ. M'. Acilio petunt. 27. Quintium orant, ut ſibi opem ferat. 34

Ætoli L. Æmilio Paullo occurrunt ſordidati. 45, 28

de Ætolis triumphat M. Fulvius prætor. 39, 5

Ætolorum mutuæ cædes. 41, 25

Ætoli reconciliantur. 42, 5

de Ætolis quid Paullus Æmilius decreverit. 45, 31

Ætolorum omnis ferocia in verbis, non factis. 35 49

C. Afranius Stellio Prætor. 39, 23. triumvir creatur. 39, 55

C. Afranius ad Perſea mittitur. 43, 18

Afri levium corporum homines. 35. 11

Africanæ ludis Circenſibus exhibitæ. 44, 18

Agalſus, equitum præfectus. 44, 30

Agamemnonia claſſis mille navium. 45, 27

Agaſones dono dati. 43, 5

Agaſſæ inſula. 45, 27

Agema. 42. 51, 58

Agepolis Rhodiorum legatus. 43, 3

Ager bene meritis de rep. adſignatus. 31, 49. 32, 1

Ager ſacer. 38, 39

Ageſimbrotus præfectus Andriorum. 31. 46, 47

Ageſipolis exulum princeps. 34,26
Aglaſpides. 44,41
Agminis ducendi & locorum capiendorum ſolertia in Philopœmene. 35,28
Agræi. 32,34
Agrauonitæ Illyrici. 45,26
Agriani. 33, 18
Agrianes. 42, 51. bellicoſum genus. 44,11
M. Agrippa navali corona à Cæſare donatur. *Ep.* 129.
Agrippa Cæſaris gener moritur. *Ep.* 136.
Ala ſacra. 42,66. 44,42
Alabanda oppidum. 33,18
Alabandenſes. 38, 13. qui & Alabandeni. 45,25. coronam auream in Capitolio quinquaginta pondo Jovi O. M. ponunt. 43, 6
Alander fluvius. 38,18
Alarii equites. 40,40
in Albano monte ædes dedicatur. 45, 15. triumphatum. 33, 8. 41,21
Albo politæ columnæ. 40,51
Alce urbs. 40. 48,49
Alcibiades exſul. 39,35
Alea belli. 42,59
Alexamenus Ætolorum princeps. 35,34
Alexander Magnus XIII annis regnavit. 45, 9. ſummum imperium in orbe terrarum Macedonum fecit. 45,9
Alexander Magiſter equitum. 32,10
Alexander princeps Ætolorum, vir facundus. 22,33. ejus oratio ad Philippum. *ibid.* altera ejuſdem ad Athenienſes. 34,23
Alexander Acarnan. 35, 18. Cenæi moritur. 36,20
Alexander Berœæus Demetrio ſpiritum intercluſit. 40,24
Alexandri filius, rex Syriæ, per fraudem tutoris occiditur. *Ep.* 55.
Alexandria Trojas. 35,42
Alexandrini legati de Antiocho queruntur. 45,10
Alimne urbs. 38,14
Aliphera. 32,5
Allienſis clades. 38,17
Almana urbs. 44,26
Alopeconneſum Philippus recipit. 31,16
Alyatti. 38,18
Amadocus rex Thracum capitur. 39,35
Amarynthidis Dianæ ſacrum. 35,38
Ambiani populi. *Ep.* 104.
C. Amatius, qui ſe C. Marii filium ferebat, interficitur. *Ep.* 116.
Ambiorix rex Eburonum. *Ep.* 106.
Ambitio in conſularibus comitiis. 35,10
de Ambitu leges latæ. 40,19
Ambracia. 32, 15. Pyrrhi regia. 38. 9, 10. oppugnatur à M. Fulvio. 4
Ambracienſes coronam auream Coſ. centum & quinquaginta pondo dant. 38,9
Ambracienſes legati de M. Fulvio in ſenatu queruntur. 38,43. à M. Æmilio defenſi. 44
Ambracius ſinus. 32,14. 38,4. 43,21
Ambryſus oppidum. 32,18
Amici non ex dictis, ſed ex factis penſandi. 34, 48
Amicos eoſdem inimicoſque habere juſſi ſocii Romanorum. 37,1. 38,11
Amicitia quibus rebus violetur. 34. 31
Amicitiæ fœderaque renovata cum populis regibuſque. 42,44. 45,44
Amicitias trium generum fœderibus inter ſe paciſcuntur civitates regeſque. 34, 56
Amilcar in bello Gallico capitur. 32, 30. in triumpho à Cn. Cornelio ducitur. 33, 23
Amihander rex Athamanum. 32, 36. ad Romanos deficit. 31,28. Theſſaliam populatur. 32,14. Pellinæum occupat. 36,10
Ammonius regnat in Syria. *Ep.* 50.
Amphilochus vates pro Deo colitur apud Oropum Atticæ. 45,27
Amphilochi. 32, 34. à Perſeo Philippi F. oppugnantur. 38,5
Amphilochiam recipiunt Ætoli. 38,3
Amphilochicum Argos. 38,10
Amphipolis. 45. 9, 29
Amphiſſa oppidum oppugnatur. 37, 5
Ampliatus in judicio. 43, 2
Amyclæ oppidum. 34,28
Amyntæ filius Philippus. 45,9
Ancilia quibus diebus moventur, religi-

ligitur. i. e. religio eſt, producere exercitum. 37, 33. ultro ſe movent ante Cimbricum bellum. *Ep*. 68.
Ancona. 41, 1
Ancyra, nobilis urbs. 38, 24
Andrii. 31, 45
Andriſcus (qui & Pſeudophilippus) ultimæ ſortis homo, Perſei regis filium ſe vocat. *Ep*. 49. ex pellice natum ſe fingit. *ibid*. Romam mittitur. *Ep*. 48.
Andronicus Macedo. 37, 13
Andronicus, Andronici F. ſecuri percutitur, quod patrem ſecutus, arma contra Romanos tuliſſet. 45, 31
Andros inſula. 31. 15, 45. 32, 16. 36, 20
Androſthenes, dux Corinthiorum. 32, 23
Anectius, tribunus civitatis Nerviorum. *Ep*. 139.
Anemurium promontorium Ciliciæ. 33, 20
Angeæ, oppidum. 32, 13
Anguis jubatus aureis maculis. 41, 21
Anguis quadrupes. 41, 9
Anguſtiæ loci pugnantibus incommodæ. 34, 38
Anidus mons. 40, 38
L. Anicius Gallus prætor. 44, 17
L. Anicius Quirinalis de rege Gentio triumphat. 45, 43
Animus Romanorum in utraque fortuna idem. 37, 45
Animus vetuſta memorando antiquus fit. 43, 13
Annales citati. 32, 6. 42, 11
Annales prodigia referentes. 43, 13
Annales, cognomen familiæ inditum. 40, 43
Annales M. Porcii Catonis. *Ep*. 49.
Annibal ordinem judicum Carthagine accuſat. 33, 46. Africa excedit. 48. ab Antiocho comiter excipitur. 35. Antiocho ſuadet, ut in Italia bellum gerat. 34, 60
Annibal ſuſpectus Antiocho reconciliatur. 35, 19. ad Antiochum & ſocios orationem habet. 36, 7. profugit ad Pruſiam. 39, 51. ſeptem exitus è domo fecerat. *ibid*. obſeptus poculum veneni exhaurit. *ibid*. quo anno mortuus. 56
Annibalis cum P. Scipione colloquium. 35, 14. ejuſdem judicium de optimis imperatoribus. *ibid*.
T. Annius Luſcus triumvir. 43, 17. legatus ex Macedonia reverſus. 42, 25
T. Annius Milo tribunus plebis. *Ep*. 104.
Annonæ vilitas. 31, 50
Annuli aurei poſiti in luctu. 43, 16. in indignatione. 46
Annus ab Urbe condita CCCC LXXXVIII. 31, 1
Annus DXLIV ab Urbe condita. 31, 5
Anno DXCVIII ab V.C. Conſules magiſtratum peractis comitiis inire cœperunt. *Ep*. 47.
Anno primo ſecundi belli Punici Coſ. qui fuerint. 34, 42
Annis quadraginta & ſex minores nomina dare militiæ coacti. 43, 14
Anquirere capitis. 36, 3
Antefixa. 34, 4
Antenor claſſis Perſei præfectus Caſſandriam trajicit. 45, 10. circa Leſbum vagatur. 45, 31
Antias. *Vide* Valerius Antias.
Anticyra, oppidum Phocidis. 32, 39. 33, 31
Antigonea, urbs. 44, 10. ejus fauces Sthena vocant Græci. 32, 5
Antigoni præceptum. 40, 21
Antigonus Echecratis. F. 40, 54. ejus ad Philippum oratio. 55. ei deſtinat regnum Philippus. 56
Antigonus Tutor Macedoniæ rex. 34, 28. 40, 54
Antimachus præfectus ſacræ alæ in acie cadit. 42, 66
Antinous. 45, 26
Antiochia. 35, 13
Antiochiæ Jovis Capitolini templum. 41, 20
Antiochus, Syriæ rex. 31, 14. 44, 19
Antiochi Magni & legatorum Romanorum conventus. 33, 39. ejus ad legatos Romanos reſponſum. 40. copiæ. 35, 43. oratio. 44. exercitus funditur. 36, 19. de ejus exercitu ſcriptores variant. 20. ejus ſtatua in templo Minervæ Itoneæ poſita. *ibid*. naves conciſæ aut incenſæ. 38, 39. Coraceſium oppugnat. 33, 40. Impera-

perator appellatur. 45. in Bœotiam proficiſcitur. 36, 6. convivia ſectatur. 11. Pheras oppugnat. 9. ab Lariſſa recedit. 10. Chalcidenſem virginem ducit. 11. Apollini Delphico ſacrificat. *ibid.* Annibalem ut vatem admiratur. 15. Epheſum profugit. 21. de pace agit. 37, 18. ad Bithyniæ regem legatos mittit. 25. Sardes ſe recipit. 31. P. Scipionis filium ad pacem remittit. 37. in fugam vertit equum. 43
de Antiocho triumphat M' Acilius Glabrio proconſul. 37, 46. 38, 46.
ejus legati in ſenatum introducuntur. 55
cum Antiocho & Romanis pacis leges. 38, 38
Antiochus Epiphanes legatos Romam mittit. 42, 6. cum eo ſocietas renovatur. *ibid.* ejus varii mores. 41, 20
Antiochus virga circumſcribitur à Popilio. 45, 12. ejus res geſtæ in Ægypto. 11. legati. 13
Antiochus Antiochi F. moritur. 35, 15
Antipater Antiochi fratris filius. 37. 41, 55
Antipater, præfectus Aſiæ. 38, 16. capitur. 42, 66
Antipatria urbs incenditur. 31, 27
Antiphilus Edeſſæus. 42, 51
Antiſſa in Lesbo inſula. 45, 31
C. Antiſtius Labeo, legatus. 45, 17
Antium nova colonia miſſa. 36, 3
A. Antonius legatus. 45, 4
C. Antonius Coſ. *Ep.* 103.
M. Antonius tribunus plebis. 45, 40. rogationi in Rhodios intercedit. 45, 21
M. Antonii caput in Roſtris ponitur. *Ep.* 80.
M. Antonius Prætor. *Ep.* 68. moritur. *Ep.* 97.
M. Antonius ſe ipſe interimit. *Ep.* 133.
Q. Antonius. 37, 32. *Ep.* 86.
Antron. 42. 42, 67
Aous fluvius. 32, 10. inter duos montes fluit, Aeropum & Aſnaum. 32, 5
Apamea oppidum. 35, 15. olim Celænæ dicta. 38, 13
Apamea, ſoror Seleuci regis, à qua Apamea urbs dicta. *ibid.*
Apamia, filia Alexandri Megalopolitani, uxor Amynandri regis. 35, 47
Apelles, Philippi regis legatus. 40. 20, 55
Aperantia. 38, 3
Aperantii Perſea accipiunt. 43, 22
Aphires rex profugus. 34, 62
Aphrodiſias caſtellum. 33, 20. vi capitur. 37, 21
Apocleti. 35, 46. 36, 28. ſanctius apud Aetolos concilium. 35, 34
Apodeotæ. 32, 34
Apollo Cumis triduum lacrymatur. 43, 13. ejus ager redemptus Sicyone. 32, 40
Apollinis Medici ædes. 40, 51
Apollinis æde extra urbem ſenatus. 34, 43. 37, 58. 39, 4
Apollinis Zerinthii templum. 38, 41
Apollini dona voventur. 40, 37
Apollinares ludi. 37, 4
Apollodorus, defectionis auctor, Athenis damnatur. 35, 50
Apollonius purpuratorum Antiochi unus. 37, 23. legatus Antiochi. 42, 6
Apophthegma Antigoni. 40, 21
Aporidos come. 38, 15
C. Appulejus Saturninus triumvir. 45, 13
Cn. Appulejus Saturninus tribunus plebis. *Ep.* 69.
L. Appulejus Saturninus Prætor. 45, 44
L. Appulejus Decemvir. 42, 4
Apſus fluvius. 31, 27
L. Apuſtius legatus. 37, 4
L. Apuſtius Fullo ædilis plebis. 31, 4. Prætor. 33, 26. triumvir. 34, 53. 35, 9
Aquæ in urbem inducendæ ſe objicit M. Licinius Craſſus. 40, 51
Aquæ Cumanæ. 41, 16
Aquæ Sextiæ, colonia à quo condita & nominata. *Ep.* 61.
Aquarum calidarum fontes. 36, 16. *Ep.* 61.
Aquarum inundatio. 35, 21
Aquileja. 39, 22
Aquileja colonia Latina deducta. 39, 55. in agro Gallorum. 40, 34
Aquilejenſis ager. 39, 45

Aqui-

Aquilejenſibus colonorum numerus augetur. 43, 17
M. Aquilius Coſ. ſervile bellum in Sicilia confecit. *Ep.* 69.
Aquilones venti. 36, 43
Ara Martis. 40, 45
Arabiæ deſerta. 45, 12
Arabes. 45, 9. gladios habent tenues, longos quaterna cubita. 37, 40
Arachtus fluvius. 43, 21
Aradii populi. 35, 48
Arbiter factus Annibal æquum judicat. 31, 31
Arbores obnoxiæ frigoribus hieme ſæva deuſtæ. 40, 45
Arcæ duæ lapideæ ſub Janiculo inventæ. 40, 29
Arcas præfectus auxiliorum. 35, 26
Arcadum concilium. 32, 5
Arcanorum expiſcandorum deteſtanda fraus. 40, 21
Archelaus cum claſſe Sullæ ſeſe tradit. *Ep.* 81.
Archidamus Aetolorum dux. 52, 4. 35, 48. 43, 21. 44, 43
Archippus, dux Archivorum. 34, 40
Archo, Poridi Aeneatum principi nupta. 40, 4
Arco, frater Xenarchi. 41, 24. ejus oratio. *ibid.*
Arcus interdiu ſereno cœlo ſuper ædem Saturni in foro extendi viſus. 41, 21
Ardues Antiochi F. 33, 19
Arei ex Africa. 33, 18
Arethon fluvius. 38, 4
Areus exul. 39, 35
Argenta, oppidum. 32, 14
Argentariæ Novæ Romæ. 40, 51
Argentum ſignatum. 37, 46. legatum. 33, 37
Argenti in aurum commutati in Ætolorum penſione proportio. 38, 11
Argi. 45, 28. duas arces habent. 34, 25. in tutela Junonis. 24. Pyrrhi morte nobilitati. 31, 7. Argivorum urbs fiduciaria Nabidi à Philippo traditur. 32, 38. Argi ab uxore Nabidis ſpoliati. 40
Argivi præſidium Lacedæmoniorum expellunt. 34, 39
Argithea, caput Athamaniæ. 38, 1
Argos Amphilochium. 38, 10
Argyraſpides. 37, 40
Ariarathes Cappadociæ rex. 37, 40. 38, 37. in amicitiam populi Romani recipitur. 39. cum populo Romano amicitiam renovat. *Ep.* 46. regno pulſus à Senatu reſtituitur. *Ep.* 47. Ariarathis legati Romam veniunt. 42, 19
Aricia oppugnatur. 42, 63
Arietis fruſtratio. *ibid.*
Ariobarzanes à Mithridate Ponti rege regno pellitur. *Ep.* 76. in regnum Cappadociæ à L. Cornelio Sulla reducitur. *Ep.* 70.
Ariſthenus prætor Achæus. 32, 19
Ariſto Tyrius, nuntius Annibalis. 34, 61. in ſenatum Carthaginienſium vocatur. *ibid.* profugit. *ibid.*
Ariſtonicus Eumenis regis F. Aſiam occupat. *Ep.* 59.
Ariſtoteles, præfectus Antiochi regis. 36, 21
Armamentarium Chalcidis. 31, 23
Arma armis propulſare, jure gentium licet. 42, 41
Arma gravitate fugam impediunt. 37, 43
Arma hoſtium concremata. 38, 23. 45, 33
Armorum cauſa-alia aliis honeſta & probabilis. 37, 54
Armatura levis, promptiſſima res ad laceſſendum certamen. 44, 4
Armatus gravis. 37, 41
Armenes Nabidis F. in triumphum ductus. 34, 52
Arpinatibus ſuffragii latio data. 38, 36
Q. Arrius prætor. *Ep.* 96.
Artatus amnis. 43, 19
Artetarus Illyrius. 42, 13
Artuaſdes, Armeniæ rex. *Ep.* 131.
ex Arundinibus textæ caſæ. 35, 27
Arx Corinthi mirabilis. 45, 28
Aſclepiodotus armatorum Gallorum præfectus. 42, 51
Aſcordus fluvius. 44, 7
Aſculum, oppidum. *Ep.* 72.
Aſcuris palus. 44, 2
Aſiatici, hominum genus leve. 36, 17
Aſiæ aditus Romanis patefactus per Eumenem. 37, 33
Aſiæ amœnitas fugienda viris Martis. 38, 17

Aſiæ civitates in fidem P. Scipionis ſe tradunt. 37, 45
Aſiæ ingenia. 38, 17. 39, 6
Aſiam Galli inter ſe diviſi vectigalem faciunt. 38, 16
Aſinus tripes Calatiæ natus. 42, 20
Aſopus fluvius. 36, 22
Aſpendii. 37, 23. eis pax datur. 38, 15
Aſſiduitas in oculis Romanorum obverſandi, velut contemptum ac ſatietatem facit. 35, 10
Aſta, oppidum, oppugnatur. 39, 21
Aſterium Pæoniæ urbs. 40, 24
Aſtii Thraces populi. 38, 40
Aſtragos, caſtellum. 33, 18
Aſtronomiæ peritia quam utilis in bello. 44, 37
Aſtymedes Rhodiorum legatus 45, 25
Aſylorum religio. 35, 51
Atalanta inſula. 35. 37, 38
Athacus urbs. 31, 34
Athamanes Theſſaliam populantur. 32, 14. ſeſe Philippo dedunt. 36, 14. ſub præfectis Philippi tenentur. 38, 1
Athenæ. 45, 27. à Philippo oppugnantur. 31, 24
Athenis oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur. 31, 44
Athenienſes natura audaces. 45, 23
Athenienſium cum Philippo belli cauſæ. 31, 14. plebiſcitum adverſus Philippum. 44. legati ad Senatum. 31, 5
Athenienſes legati pro Ætolis ad P. Scipionem veniunt. 37, 6
Athenæum, caſtellum. 38, 1. 39, 25
Athenæus, frater Eumenis & Attali. 38, 12
Athenagoras Dardanos adoritur. 31, 40
Athletarum primum certamen Romæ. 39, 22
Atho, mons. 44. 11, 28. qui & mons Æneæ dicitur. 45, 30
A. Atilius Serranus prætor. 35, 10. iterum prætor. 41, 28
C. Atilius Æmilius Curio maximus moritur. 41, 21
C. Atilius Serranus ædilis curulis. 34, 54
C. Atilius Serranus prætor. 39, 23
L. Atilius, illuſtris adoleſcens. 45, 5. ejus ad Samothracas oratio. *ibid.*
M. Atilius Serranus, triumvir. 37. 47, 57
C. Atinius Labeo, trib. pleb. Q. Metellum cenſorem de ſaxo dejici jubet. *Ep.* 59.
C. Atinius Labeo, tribunus militum. 34, 46. prætor. 36, 45
M. Atinius, præfectus ſocium, occiditur. 34, 47
Atintania, Macedoniæ regio. 45, 30
Atleſbius, regulus Thracum. 42, 67
Atrace, urbs. 36, 10, 13
Atrebates, Belgarum populi. *Ep.* 104.
L. Atrei haſta, quam filio emerat, per triduum interdiu arſit. 43, 13
Attalus, rex Aſiæ, magnifice uſus eſt divitiis. 33, 21. ejus legati in Senatum introducti. 32, 8. adverſus Antiochum auxilia à Romanis poſcit. *ibid.* ab Argis Sicyonem proficiſcitur. 32, 40. æger Thebis Pergamum advectus moritur. 33, 21. quadraginta quatuor annos regnavit. *ibid.*
Attalus, Eumenis frater. 35, 23. Romam venit. 42, 11. 45, 19. à Stratio prudenter admonetur. *ibid.* hæredem populum Romanum relinquit. *Ep.* 58.
Attalus tribunus. 31, 15
Attica terra marmoris copia, & ingeniis artificum eximie exornata. 31, 26
L. Attius tribunus militum. 41, 3
Avaritia & luxuria peſtes rerumpublicarum. 34, 3
Avaritiam ſuperbiamque magiſtratuum Rom. coram Senatu conqueruntur Hiſpani. 42, 2
Audacia interdum prudens in exitu. 44, 4
Audientium aures & animi ut ſunt, ita dicentium verba plerumque accipiuntur. 42, 42
C. Aufidius trib. pl. 43, 8
Auginus, mons Liguriæ. 39, 2
Augurum collegium ampliatur à L. Sulla. *Ep.* 89.
Auguſtus Cæſar. *Ep.* 134.
Aulis, oppidum. 35, 37. ejus portus. 45, 27
Aurelius Scaurus, legatus, à Cimbris capitur. *Ep.* 67.

C. Aurelius Cotta conſul creatur. 31, 4
C. Aurelius Scaurus Prætor. 39, 8
L. Aurelius quæſtor. 33, 42
L. Aurelius Cotta, tribunus militum. 40, 27
M. Aurelius Cotta, Decemvir ſacrorum moritur. 31, 50
M. Aurelius Cotta L. Scipionis legatus Romam venit. 38, 52
Auri & argenti metalla interdicta Macedonibus. 45, 29
Auro militant Galli. 44, 26
in Auro præter manus pretium nihil fit intertrimenti. 34, 7
Aurata ſigna fornicibus impoſita. 33, 27
Auratam ſtatuam primus omnium in Italia poſuit Acilius Glabrio. 40, 34
Aurearum coronarum triumpho Aſiatico prælatarum numerus. 37, 58
L. Auruncuiejus Prætor. 36, 45. legatus. 37, 55
Auſetani deficiunt. 34, 20
Auſpicato omnia gerunt Romani. 38, 48
Auxilium perditis rebus ſerum eſt. 31, 24
Axius fluvius. 39, 57. 44. 26, 43. 45, 29
Axylos terra unde nomen habeat. 38, 18
Azorum, oppidum. 42, 53

B.

Babylonia. 38, 17
Bacchanalium initia ex Hetruria. 39, 9. eorum indicium ad Poſtumium delatum. 10. Bacchanalia diruuntur, eorumque auctores comprehenduntur. 17. reliquiæ vindicatæ. 43
Bacchis initiari. 39. 10, 13
Bachium inſula. 37, 22
A. Bæbius damnatur. 45, 31
Cn. Bæbius Tamphilus Prætor. 31, 49. cum toto exercitu à Gallis circumventus. 32, 7
Cn. Bæbius Tamphilus triumvir. 39, 23. Coſ. creatur. 39, 56
L. Bæbius Dives, Prætor. 37, 47. à Liguribus circumventus, Maſſiliam ſine lictoribus perfugit, & intra triduum exſpirat. 57
L. Bæbius legatus. 44, 18
M. Bæbius Tamphilus triumvir. 34, 45. Prætor. 35, 10. cum Philippo in Daſſaretiis congreſſus. 36, 10
M. Bæbius Tamphilus Coſ. 40, 18. nullo geſto bello primus triumphat. 38
Q. Bæbius trib. pl. antiquam viam criminandi Patres ingreditur. 31, 6
Q. Bæbius Sulca legatus. 42, 6
A. Bæculonius ſignifer. 41, 4
Balanus Gallorum regulus. 44, 14
Balari. 41, 6. fugantur. 12
Balearica funda. 38, 29
Baleus Herculis F. *Ep.* 60.
Balliſta mons. 39, 2. 40, 41. 41, 18
Baphyrus fluvius. 44, 6
Barbam & capillum promittebant ſupplices. 44, 19
Barbana, fluvius. 44, 31
Barboſthenes mons. 35, 30. diſtat x mill. paſſ. ab Lacedæmone. 27
Bardo, oppidum. 33, 21
Bargyliæ, oppidum. 32. 33, 35
Bargyleticus ſinus. 37, 17
Barium, oppidum. 40, 18
Baſilica Porcia. 39, 44. Sempronia. 44, 16
Baſſania urbs à Gentio obſidetur. 44, 30
Baſtarnæ. 40, 5. gens nobilis. 57. tempeſtate opprimuntur. *ibid.*
Baſtia, uxor Metelli. *Ep.* 89.
Bato, Longari filius. 31, 28
Begorrites lacus. 42, 53
Belbinitis ager. 38, 34
ad Bellonæ ædem ſenatus habitus. 31, 47. 33. 22, 24. 36, 39. 42. 9, 36
Bellovaci victi. *Ep.* 108.
Belluarum captarum ferocitas paullatim miteſcit. 37, 17
Belli eventus incertus. 37, 37. Vide *Mars communis.*
Belli gloria in rege uno ſit oportet. 35, 42
Belli impedimentum revocatio ducis, rebus vixdum inchoatis. 32, 28
Belli tempora moras & dilationes Imperatorum non exſpectant. 31, 48
Belli nuntiatio quibus ſit facienda. 33, 46

Bello

Bello à majoribus ſubacta an jure repetant filii. 35, 16
de Bello prius ſenatus conſulebatur, quàm ad populum rogatio ferretur. 45, 21
in Bello vana pro veris maxime valent. 34, 12
Bellum cum Philippo Macedonum rege motum, ejuſque cauſa. 31, 1
Bellum in Hiſpania ulteriore ortum. 33, 21
Belli apparatus adverſus Perſea. 42, 27
Bellum ex momento parvarum rerum plerumque pendet. 32, 17
Bellum in hoſtico potius gerendum, quam ſuis finibus. 31, 7
Bellum ſeipſum alit: dictum Catonis. 34, 9
Bellus, Gentii regis orator. 44, 31
Bendidium templum. 38, 41
Benefacta multa uno delicto perdita. 44, 24
Beneficia populi Romani gratuita. 45, 42
Bergiſtani deficiunt. 34, 16
Berrœa urbs. 45, 29
Beſſi, populi. 39, 53
Beturia. 39, 30
Beudos vetus. 38, 15
Bevus fluvius. 31, 33
Bigatum argentum. 33, 23
Billiſtages Illergetum regulus. 34, 11
Biſaltæ. 45, 29. viri fortiſſimi trans Neſſum amnem incolunt. 30
Bithocus miles Mithridatem regem interficit. *Ep.* 102.
Bitis regis Thracum filius Carſeolos in cuſtodiam mittitur. 45, 42
Bituitus Arvernorum rex. *Ep.* 61.
Bocchus, Maurorum rex, Jugurtham bello juvit, deinde vinctum tradidit. *Ep.* 66
Bœbe palus. 31, 41
Bœotarchæ. 42, 43
Bœoti in latrocinium vertuntur. 33, 14. Romanos milites occidunt ex inſidiis. *ibid.* eorum perfidia. 29. ad Romanos deficiunt. 36, 20
Boji Galli. 32, 29. gens minime ad moræ tædium patiens. 33, 36. Amilcare duce Placentiam invadunt. 31, 10. Cn. Domitio Coſ. ſe dedunt. 35, 40
de Bojis Gallis triumphat Q. Minucius. 33, 18. P. Cornelius Scipio. 36, 40
Bojorix, Bojorum regulus. 34, 46. Cimber. *Ep.* 67.
Bononiam Latina colonia deducta. 37, 57. à Bononia viam perduxit Arretium C. Flaminius. 39, 2
Bora, mons. 45, 29
Bos tergo ſecto quantum complectitur, Carthaginienſibus datum. 34, 62
Boum fimus uritur pro lignis. 38, 18
Brachyllas, Bœotorum prætor. 33, 27. occiditur. 28
Briniates populi. 41, 19
Bruanna. 31, 39
Bruttii Græcos expulerunt. 34, 45
in Bruttios Latina colonia ducta. 34, 53
Bucculæ terſæ. 4, 34
Budares, Imperator Hiſpanus. 33, 44
Bulini populi. 44, 30
Buxentum. 32, 29
Buxentum colonia civium Romanorum deducta. 34, 45
Buxentum colonia deſerta. 39, 23
Bylazora, locus Pæoniæ. 44, 26
Byllinus ager. 36, 7
Byzantii. 39, 35
Byzantium Galli tenent. 38, 16

C.

Cadavera in peſte paſſim jacentia. 41, 21
Caduſii. 35. 48, 49
C. Cæcilius Salvios vicit. *Ep.* 73.
L. Cæcilius Denter Prætor. 39, 56
L. Cæcilius Metellus Dalmatas obſidet. *Ep.* 52. cenſor. *ibid.*
L. Cæcilius Decemvir. 42, 4
Q. Cæcilius Metellus Decemvir creatur. 31, 4
Q. Cæcilius Metellus Pſeudophilippum vincit. *Ep.* 50. proconſul Celtiberos cecidit. *Ep.* 53. univerſam Numidiam vaſtat. *Ep.* 65.
L. Cælius legatus Rom. Illyrico præeſt. 43, 21
Cæni Thracum populi. 38, 40
Q. Cæpio legatus in acie cadit. *Ep.* 73.
Calatiæ aſinus tripes natus. 42, 20
Calathana, vicus. 32, 13

Ca-

Calaurus, fluvius. 38, 15
Calendæ intercalares. 43, 11
Caletranus ager. 39, 55
Calicinus tumulus. 42, 58
Callicrates ad Achæos orationem habet. 41, 23. à Perſeo ſublatus. 42, 13
Calliditas Græca. 42, 47
Callidromus Oetæ montis vertex. 36. 15, 17
Calligenes, Medicus Philippi. 40, 56
Callipeuce, ſaltus. 44, 5
Callipolis. 31, 16
Callippus, præfectus claſſis Perſei. 44, 28
Callithera. 32, 13
Calpurnius Beſtia, Coſ. *Ep.* 64.
C. Calpurnius Piſo prætor. 39, 6. de Luſitanis & Celtiberis triumphat. 42
C. Calpurnius Piſo triumvir. 40, 29. conſul. 37. moritur. 57
L. Calpurnius legatus ad Achæos. 32, 19
Calycadnus, promontorium. 38, 38
Cambunii montes. 42, 53. 44, 2
Cameli dromades. 37, 40
Campi Macri. 41, 18
Campi Theſſaliæ. 31, 41
Campus Martius. 45, 43
Canaſtræum Pallenes. 31, 45
Canaſtræum promontorium. 44, 11
Canæ, oppidum. 36, 45. 37, 8
Caniculæ ortus. 40, 22
C. Caninius Rebilus Prætor. 42, 28
M. Caninius Rebilus legatus in Macedoniam. 43, 11
Canis ſectio in luſtrando exercitu. 40, 6
Cantabri ſubacti à Claudio Marcello. *Ep.* 48.
L. Canuleius Dives Prætor. 42, 28
Capena porta. 33, 26. 38, 55
Capillus in Herculis æde natus. 32, 1
Cappadoces. 38, 26
Capra ſex hædos pariens. 35, 21
Captivæ amore captus victor. 38, 24
Captivorum indulgenter aliquando habendorum aſtus. 36, 14
Captivorum Romanorum & Italici generis magnus numerus per Cretam, quos redimit Fabius Labeo. 37, 60
Caput ſtupratoris ſui præciſum mulier ad virum ſuum adportat. 38, 24
Capitibus raſis erepti ſervitute. 34, 52
Caralitis palus. 38, 15
Caravantius. 44, 30. ante currum ducitur. 45, 43
Cares. 33, 18
Carmelus Hiſtrorum regulus. 41, 1. fugit. 4
Carmen ab ter novenis virginibus per urbem cani juſſum. 31, 12
Carmen precationis ſolenne; quod præfari ſolent magiſtratus, priuſquam alloquantur populum. 39, 15
Carmina piacularia à quibus ſcripta. 31, 12
Carnis in Latinis feriis dandæ mos. 32, 1
Carnis, in nominativo caſu. 37, 3
Carnorum legati. 43, 5
Carpetania Hiſpaniæ. 39, 30. 40, 30
Carthaginienſium legati frumentum Romanis ad bellum Antiochi pollicentur. 36, 4. cum Maſiniſſa rege de agro contendunt. 40, 17. legatos de Maſiniſſa injuriis queſtum Romam mittunt. 42, 23. adverſus fœdus Maſiniſſæ bellum inferunt, & ab eo vincuntur. *Ep.* 48. obſidentur à L. Marcio, M. Manlio Coſſ. *Ep.* 49. Aſdrubalem Maſiniſſæ nepotem in curia interimunt. *Ep.* 50.
C. Carvilius Spoletinus. 43, 18
Caryæ. 34, 26
Caryſtus urbs. 31, 45. 32, 16. ad oppidum pugna. 43, 7
Caryſtii. 31, 45. eorum agri vaſtantur. 32, 16
Caſſander. 39, 34. veneno tollitur. *ibid.*
Caſſandrea, urbs. 31, 45. oppugnatur à Romanis. 44, 11. à Caſſandro rege condita. *ibid.* obſidione liberatur. *ibid.*
Caſſignatus Gallorum regulus in prœlio cadit. 42, 57
C. Caſſius Decemvir. 42, 4
Caſſius Coſ. abſens damnatur. *Ep.* 120.
C. Caſſius Longinus Coſ. 42, 28
L. Caſſius Coſ. à Tigurinis Gallis cum exercitu cæſus. *Ep.* 65.
Q. Caſſius Perſea regem cum Alexandro F. Albam in cuſtodiam ducit. 45, 42
Caſtellani agreſtes Spartanorum. 34, 27

Caſtellani devii. 38, 45
Caſtra, portus exercitus. 44, 39
Caſtra Pyrrhi, locus in Triphylia terræ Meleotidis. 35, 27
Caſtra Salerni. 32, 29
Caſtrametari primum quis docuerit. 35, 14
Caſtrorum portorium Puteolis. 32, 7
Caſtrum novum, colonia. 36, 3
Caſuum humanorum exempla illuſtria in Perſeo triumphato & Paulo triumphante. 45, 40
Caſibus fortunæ omnia ſubjacent. 42, 49
Cataphracti equites. 35, 48. 37, 40
Catellis donantur equites. 39, 31
C. Catinius Prætor. 38, 33. 39, 7
M. & L. Catinii Bacchanalium auctores. 39, 17
Cauci populi à Druſo domiti. *Ep*. 139.
Caviorum gens. 44, 30
Caunii. 33, 20. à Rhodiis deſciſcunt. 45, 25
Caunus, mons. 40, 50
Cea, inſula. 31, 15
Celænæ urbs, quondam caput Phrygiæ. 38, 13
Celanæ veteres. *ibid.*
Celandæ rei paucitas aptior, quam gerendæ. 38, 1
Celelates populi Romanis dediti. 32, 29
Celetrum, oppidum. 31, 40. deditur. *ibid.*
Celoces piraticæ. 37, 27
Celtiberia media eſt inter duo maria. 38, 1
Celtiberis conditiones pacis offeruntur. 34, 19
Celtiberi vincuntur. 39, 21. de ipſis triumphat C. Calpurnius Piſo. 42. eorum aliquot oppida expugnata. 56. magnis copiis adoriuntur Q. Fulvium Flaccum. 40, 30. vincuntur à Q. Fulvio Flacco. 32. Romanos in ſaltu Manliano invadunt. 39. eorum decem millia cæduntur. 40. de eis triumphat Q. Fulvius Flaccus. 43. eorum mira ſimplicitas. 47. fuſi fugatique. 48. rebellant. 41, 26
Cenchreæ, Corinthiorum emporium. 32, 17
Cenchrei capri. 32, 23
Ceneum Eubœæ. 36, 20
Cenomanis arma adimuntur. 39, 3
de Cenomanis triumphat Cn. Cornelius. 33, 23
Cenſa civium capita CXLIII millia, ſeptingenta quatuor. 35, 9. ducenta quinquaginta octo millia, trecenta octo. 38, 36. ducenta ſexaginta novem millia & quindecim. 42, 10. trecenta viginti ſeptem millia viginti duo. *Ep*. 46. trecenta viginti quatuor millia. *Ep*. 48. trecenta viginti octo millia, trecenta quadraginta duo. *Ep*. 54. trecenta viginti tria millia. *Ep*. 56. trecenta tredecim millia, octingenta viginti tria. *Ep*. 59. trecenta nonaginta millia, ſeptingenta triginta ſex. *Ep*. 60. trecenta nonaginta quatuor millia trecenta triginta ſex. *Ep*. 63. quadringenta quinquaginta millia. *Ep*. 98. centum quinquaginta millia. *Ep*. 115.
Cenſores tres creati, quorum nemo ſella curuli uſus. 34, 44
Cenſores duo primum ex plebe facti. *Ep*. 59.
Cenſores qui primi vias ſilice ſternendas marginandaſque locaverint. 41, 27
Cenſorum electorum primus actus. 40, 45
Cenſura inſignis. 41, 27
de Cenſura graviſſima contentio. 39, 40
Cenſui cenſendo legem dicere. 43, 14
à Cenſu maxime & ſenatum & judices legit Quintius. 34, 50
Centurias explere. 37, 47
Centuriata comitia. 42, 30
Cephallenia inſula. 37, 50. ejus civitates ſeſe dedunt Romanis. 38, 28
Cephalleniæ fretum. 37, 13
Cephalus princeps Epirotarum. 43, 18. 45, 26
Cercetius mons. 32, 14
Cercina inſula. 33, 48
Cercinium. 31, 41. incenditur. *ibid.*
Cercurus in claſſe. 33, 19
Cerdiciates populo Rom. ſe dedunt. 32, 29
Cereri Matri jejunium inſtituitur. 36, 37.

36, 37. æreum ſignum ex mulctatitio argento poſitum. 33, 25
Cereris Eleuſinæ templi initia. 31, 47 ejus templum non initiatis ingredi nefas. 31, 14
in Certaminibus etiam ludicris vulgus fere favet parti deteriori. 42, 63
Certima, urbs Celtiberiæ. 40, 47
Cervi objecti viæ intercludendæ. 44, 11
Ceſtrophendonæ quid ſint. 42, 65
Cetrati, peltaſtæ vocati. 31, 36. 35, 27. 44, 32
Chæream perſecutus Apelles. 40, 55
Chæronia. 35, 46
Chalciæcon, Minervæ templum æreum. 35, 36
Chalcis Eubœæ. 32, 37. 33, 31. ejus ſitus. 35, 37. Antiocho deditur. 35, 51. diruitur. *Ep.* 52.
Chalcidenſes de injuriis ſibi illatis queruntur. 43, 7
Chalcidenſis hoſpitis cœna. 35, 49
Chaonum perfidia. 43, 23
Chaonia. 32, 5
Charopus Epirotes. 32. 6, 11
Chaus fluvius. 38, 14
Chelidonium promontorium. 33, 41
Cherſoneſus. 31, 16
Cheruſci domiti à Druſo. *Ep.* 138.
Chii agro donantur. 38, 39
Chimarus, miles apud Perſea. 44, 24
Chiretiæ in Theſſalia à Romanis captæ. 36, 13
Ciani. 31, 31. 33, 30
Cibyra, oppidum. 38. 14, 15
Cicatrices adverſo corpore exceptæ, decori. 45, 39
Q. Cicereius Prætor. 41, 28. 42, 7. in monte Albano triumphat. 21. ædem in monte Albano dedicat. 45, 15
Cicero vir nihil minus quàm ad bella natus. *Ep.* 111. vide *Tullius*.
Cilicia. 35, 13
Cilices maritimi. 38, 19
Cimbri, gens vaga, in Illyricum veniunt. *Ep.* 63. eorum centum quadraginta millia cæduntur, capiuntur ſexaginta millia. *Ep.* 68.
Cincia lex de donis & muneribus. 34, 4
Cincibilis, Gallorum regis legatus. 43, 5
Circenſes ludi. 44, 9
Cirrha. 42, 15
Ciſtophori nummi. 37. 46, 58. 39, 7
Citium, Macedoniæ oppidum. 42, 51
Citius mons. 43, 21
Civitas nulla ſine improbis civibus. 44, 23
Clamoris alacritas ac conformitas in prœlio, index fere exitus felicis aut infelicis. 40, 28
Claſtidium oppidum. 32, 29. incenditur. 31
Claudius hiſtoricus Acilianos Græcos libros ſequitur. 35, 14
App. Claudius Coſ. primus Carthaginienſibus bellum intulit. 31, 1
App. Claudius tribunus militum. 32, 35
App. Claudius Cento ædilis curulis. 40, 59. ovans urbem init. 41, 28
App. Claudius Pulcher, Prætor. 38, 42. conſul. 39, 23
App. Claudius Nero Prætor 33, 42. legatus. 32, 36. 37, 55
C. Claudius Prætor. 40, 37
C. Claudio cenſori dies à P. Rutilio dicitur. 43, 16
C. Claudius legatus. 45, 17
G. Claudius augur moritur. 45, 44
C. Claudius Cento cum viginti longis navibus Athenas mittitur. 31, 14
C. Claudius Nero legatus ad Ptolomæum Ægypti regem. 31, 2
C. Claudius Ap. F. Pulcher, augur in Q. Fabii Maximi locum ſufficitur. 33, 44
C. Claudius Nero prætor. 40, 18
C. Claudius Pulcher Coſ. 41, 8. ab exercitu ſuo contemnitur. 10
M. Claudius Marcellus ædilis curulis. 31, 50. Prætor. 32, 7
M. Claudius Marcellus Coſ. 34. 9
M. Claudius Marcellus de Inſubribus Comenſibuſque triumphat. 33, 37
M. Claudius Marcellus legatus. 32, 33
M. Claudius Marcellus cenſor. 37, 58. 38. 28, 36. M. Claudius Marcellus prætor. 38, 35. 39, 23
M. Claudius Marcellus Pontifex moritur. 41, 13
M. Claudius Marcellus prætor. 43, 11. 44, 3. Decemvir moritur. 18

M. Claudius Marcellus Coſ. 45, 44. Alpinos Gallos ſubegit. *Ep.* 46.
M. Claudius Marcellus tempeſtate coorta fluctibus obrutus eſt. *Ep.* 50.
P. Claudius tribunus mil. 33, 36
P. Claudius Pulcher prætor. 38, 35. Coſ. 39, 32. triumvir. 40, 29
Ti. Claudius Nero prætor. 40, 59. paludatus in provinciam proficiſcitur. 41, 5. legatus. 42, 19
Clauſula fluvius. 44, 31
Clazomeniis immunitas conceſſa. 38, 39
Cleomedon legatus Philippi. 32, 21
Cleomenes fuit primus tyrannus Lacedæmone. 34, 26
Cleon ſervus ad ſeptuaginta millia ſervorum contraxit. *Ep.* 56.
Cleone, oppidum. 34, 25
Cleopatra, Ægypti regina. 37, 3. voluntaria morte occumbit. *Ep.* 133.
Cleoptolemi Chalcidenſis filiæ amore captus rex Antiochus. 36, 11
Clevas, præfectus Perſei. 43. 21, 23
Clitæ. 44, 11
Clitore in Arcadia concilium datum. 39, 36
P. Clodius ad plebem tranſit. *Ep.* 103.
P. Clodii corpus plebs in curia cremat. *Ep.* 107.
P. Clœlius Siculus inauguratur. 40, 42
Clondicus Gallorum dux. 44, 26
C. Cluvius legatus. 44, 40
C. Cluvius Saxula prætor. 41, 28
Sp. Cluvius prætor. 42, 9
Clypea inaurata in faſtigio Jovis ædis poſita. 35, 10
Clypea inaurata duodecim in Capitolio ex ære mulctatitio poſita. 35, 41
Clypea argentea decem tranſvecta in triumpho Quinctii. 34, 52
Clypea ærata duodecim è mulctatitia pecunia in Capitolio poſita. 38, 35
Clytus Acarnanum prætor. 36, 11
Cnidus, oppidum. 37, 16
Cobulatus amnis. 38, 15
Cocus, viliſſimum antiquis mancipium, quando in pretio eſſe cœperit. 39, 6
Codrio, oppidum. 31, 27
Cœla Euboicus ſinus dictus. 31, 47
Cœle. 32, 4
Cœleſyria. 42, 29. 45, 11
Cœletæ populi. 38, 40
Cœlimontana porta fulmine icta. 35, 9
Cœlius auctor. 38, 46
Cœlum mutatum aliquando mores mutat, aliquando non. 37, 54. 38, 17
Cœlo tacta. 32, 9. vide *Prodigia.*
Cœna Chalcidenſis hoſpitis. 35, 49
Cohors regia Nicatores vocata. 43, 19
Colcas regulus duodetriginta oppidorum Hiſpaniæ ulterioris. 33, 21
Colloquium Philippi regis & Quinctii Coſ. Romani. 33, 30
Colloquii hoſtilis ac ſimulati perfidia. 33, 32. 38, 25
Colonia civium Romanorum deducta Puteolos. 34, 45
Coloniæ deductæ. 34, 42. 35, 9. 39, 44
Colonias in ſingulas miſſæ familiæ tricenæ. 32, 29
Colonorum numerus quibuſdam coloniis petentibus auctus, quibuſdam negatus. 32, 2
Colonis equitibus Bononiam deductis ſeptuaginta jugera, cæteris quinquagena data. 37, 57
Colophon oppidum. 37, 26
Colophoniorum ſitus. *ibid.* eis immunitas conceditur. 38, 39
Columna roſtrata in Capitolio poſita, tota ad imum fulmine diſcutitur. 42, 20
Combolomarus Gallorum regulus. 38, 19
Come Macra oppidum. 32, 13
Comenſis ager. 33, 36
de Comenſibus M. Claudius triumphat. 33, 37
Comeſſandi mos à convivio. 40, 9
Comitia vitium de cœlo turbat. 40, 42
Comitia mutata quod Hiſpani rebellarent. *Ep.* 47.
Comitia cenſoribus creandis habita. 32, 7. 40, 45
Comitia auguribus creandis habita. 39, 45
Commentarii Eumenis de apparatibus belli. 42, 6
Commune malum etiam qui inter ſe diſſident, tamen concordes repellunt. 31, 6
Compedes captivorum decem pondo. 32, 26

Compedes Græciæ quæ. 32, 37
Comum capitur. 33, 22
Concilium Ætolorum Panætolium. 31, 29
Concilium ſanctius Apocletorum. 35, 34. 36, 28
Conciliabula Romæ interdicta. 39, 15
in Concordiæ area ſanguinem per biduum pluit. 39, 56. 40, 19
Condylon, caſtellum. 44, 6
Congentiatus filius Bituiti regis. *Ep.* 61.
Congiaria demerendo populo. 38, 55
Conjuratio ſervorum infeſtat Hetruriam. 33, 36
Conjurationum clandeſtinarum in Bacchanalibus detectio. 39, 8
Connocondylum, olim Olympias. 39, 25
Connubia extra fines ſuos Macedonibus interdicta. 45, 29
Conſecrare bona alicujus. 43, 16
Conſilium nemo dare poteſt fidelius, quàm is, qui id alteri ſuadet, quod ipſe, ſi in eodem loco eſſet, facturus foret. 37, 14
Conſilio pravo geſta, quamvis proſpere evenerint, Carthaginienſes cruce mulctant. 38, 48
Conſilia raptim præcipitata neque revocari, neque in integrum reſtitui poſſunt. 31, 32
Conſilia callida & audacia, prima ſpecie læta, tractatu dura, eventu triſtia. 35, 32
Conſules rem divinam facere jubentur. 31, 5
Conſules ante L. Poſtumium Albinum nulla in re ſociis oneri aut ſumptui fuerunt. 42, 1
Conſulatus initus ad Calendas Martias. 38, 42
Contrebia, oppidum, obſidetur. 40, 33. deditur. *ibid.*
Copais palus. 33, 29
Coraceſium Antiochus oppugnat. 33, 20
Corax mons inter Calliopolim & Naupactum. 36, 30. 37, 4
Corbio, oppidum, expugnatur. 39, 42
Corcyra, prima Græciæ civitas. 36, 21, 42
Corinthus in Achaia. 32, 37. ejus ſitus. 45, 28. oppugnatur. 32, 23. Achæis redditur. 33, 20. ob legatos Romanos violatos diruitur. *Ep.* 52.
Corinthiacus ſinus. 36, 21. 43, 58. 49, 1
Corinthius ſinus. 32, 18
Cormaſa, urbs. 38, 15
Cornelia gens. 35, 10. 38, 58. familia 38. 55, 59. tribus. 38, 46
A. Cornelius Mammula proprætor. 35, 24
A. Cornelius Mammula prætor. 35, 24
C. Cornelius Cethegus cenſor. 34, 44
C. Cornelius Dolabella moritur. 40, 42
C. Cornelius Lentulus triumvir creatur. 32, 2
C. Cornelius Mammula prætor. 33, 30
C. Cornelius Scipio prætor. 40, 44
C. Cornelius de Inſubribus Cænomaniſque triumphat. 33, 23
C. Cornelius Blaſio prætor. 34, 42
C. Cornelius Cethegus Coſ. creatur. 32, 27. adverſus Inſubres proſpere pugnat. 30
Cn. Cornelius Lentulus Coſ. ex SC. ovans urbem ingreditur. 33, 12
Cn. Cornelius Merenda prætor. 34, 42
Cn. Cornelius Merula legatus. 37, 55
Cn. Cornelius Scipio prætor. 41, 8
Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus Coſ. 41, 14. ex monte Albano rediens concidit. 16. moritur Cumis. *ibid.*
L. Cornelius Dolabella duumvir navalis. 40, 42
L. Cornelius Merula prætor creatur. 32, 7. triumvir. 34, 44. conſul. 54. ejus literæ de prœlio ad Mutinam facto. 35, 6
L. Cornelius Scipio, frater P. Scipionis, Prætor fit. 34, 54. Coſ. deſignatur. 55. conſul paludatus ab urbe proficiſcitur. 37, 4. triumphat de Aſiaticis. 37, 58. in ipſius triumpho tantum auri argentique latum, quantum non decem aliis triumphis. 38, 55
L. Scipio damnatur peculatus. 38, 55. abſolvitur. 60. ludos facit. 39, 22
L. Scipioni Aſiatico equus ademptus eſt à cenſoribus. 39, 44
Scipionis ſtatua extra portam Capenam. 38, 56
M. Cornelius cenſor. 36, 36

M. Cornelius Cethegus Pontifex moritur. 33,42
M. Cornelius Cethegus legatus. 43,1. triumvir. 17
M. Cornelius Mammula legatus. 42,6
M. Cornelius Scipio prætor. 41,14
P. Cornelius Cethegus prætor. 39. 23, 32. decemvir. 42,4
P. Cornelius Lentulus legatus. 37,55 conſul. 40,18
P. Cornelius Mammula prætor. 40,35
P. Cornelius Scipio divina ſtirpe ſatus. 38,58. ejus laudes. 53
P. Scipio ludos quos Coſ. in Africa voverat, facit. 31,49
P. Cornelius Scipio Africanus cenſor creatur. 32,7. cum T. Sempronio Longo deſignatur II Coſ. 34, 41. eligitur Senatus princeps iterum. 43
P. Scipionis tertium in Senatu lecti Principis, & Annibalis colloquium, 35,14
P. Scipio ſe fratris legatum futurum dicit, ſi ei detur provincia Græcia. 37, 1. filius ejus ab Antiocho capitur. 34. Antiocho gratias agit de filio ſibi remiſſo. 37. literas ad Bithyniæ regem mittit. 37,25
P. Scipioni Africano dies à tribunis plebis dicitur. 38, 50. ipſe de rebus à ſe geſtis dicit, non adverſariorum criminibus reſpondet. *ibid.* librum rationum inſpectante Senatu diſcerpit. 38, 55. ejus oratio inſcripta adverſus M. Nævium. 40,52
P. Scipio Africanus Liternum concedit. 38, 52. Literni moritur ac ſepelitur. 53. funeri ſuo exilium indixit. 40. 52. de ipſius morte variant auctores. 38,56.45,52
P. Scipionis Africani, domitoris Africæ, ſepulcrum Literni oſtenditur. 45, 38. ejus ſtatua Romæ extra portam Capenam. 38,56
Scipionis Africani filiæ cui nuptæ. 57
P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus, L. Pauli F. Africani nepos. 44, 44. tribunus militum occidit Barbarum provocatorem. *Ep.* 48. ad bellum Hiſpanienſe proficiſcitur *ibid*, mortuus in cubiculo inventus. *Ep.* 59.
P. Scipio Cn. F. triumvir. 31, 49. ædilis curulis. 33, 25. prætor. 34, 41. res feliciter in Hiſpania geſſit. 35, 1. conſul creatur. 24. Bojos fundit, & in deditionem accipit. 36, 38. de Bojis triumphat. 40
P. Scipionis Naſicæ pro Africano & Aſiatico Scipionibus oratio. 38,58
P. Scipio Naſica triumvir. 39, 55, 40, 34. nullo bello geſto triumphat. 38. patronus ab Hiſpaniæ populo electus. 43,2
P. Cornelius Siſenna prætor. 39,45
P. Cornelius Sulla prætor creatus. 39,6
Sergius Cornelius Sulla legatus. 45,17
Corolamus Bojorum regulus ad tria millia Romanorum occidit. 33,36
Corona aurea ab Attalo rege in Capitolio poſita CCXLVI pondo. 32,27
Corona C. pondo in Capitolio poſita à legatis Philippi regis. 36,35
Corona urbem oppugnare aut capere. 42, 63. 43,18
Coronæ aureæ centum viginti tres in Fulvii triumpho prælatæ. 40, 43. unde quinquaginta in Æmilii Regilli triumpho. 37,58
Coronati in ſupplicationibus majores annis duodecim. 40,47
Coronæa urbs. 33,29
Coronæi populi. 42,44
Coronenſis ager. 36, 20
Corpus redditum, animus retentus. 40,5
Corragus Macedo. 38, 13. Eumenis præfectus. 42,67
Corrhagon caſtellum captum. 31,27
Corribilo, Hiſpaniæ regulus capitur. 35,22
Corſi populi ſubacti deficiunt à Romanis. 40, 19. dant obſides. 34
Corſis pax datur. 42,7
Corycus portus. 36,43
Corycum Tejorum promontorium. 37. 12,29
Corylenus, oppidum. 37,21
Coſtocus fugit. 44,42
Cotto, nobilis Baſtarna. 40,57
Cotton, urbs, expugnatur. 37,21
Cotys, Seuthæ filius, rex Odryſarum. 42. 29, 51. legatos Romam mittit. 44, 42
Cous. 37,16
Crannon, urbs. 42,64

Crannonius ager. ibid.
Cranon oppidum. 36,14
Crapulæ malum. 41,4
M. Craſſus. *Ep.* 97. occiditur. *Ep.* 106.
Crateri uxor Nicæa. 35,26
Cremaſte, Lariſſa vocata. 31, 46. oppugnatur. 42,55
Cremona oppugnatur à Liguſticis populis. 31, 10
Cremonenſes pileati currum ſequuntur. 33,23
Cremonenſis cohors. 44,40
Cretenſes ſagittarii. 37,41. 38,21
Cretenſium bella inteſtina. 41,25
Creuſa, Theſpienſium emporium. 36,21
Crixo, ſervorum dux. *Ep.* 95.
Crotonem olim Græci habuerunt. 34,45
Crotonem colonia P. R. deducta. *ibid.*
Crudelitas ab epulis abeſſe debet. 39, 43
Cruſtumina tribus. 42,34
Cuballum Gallogræciæ caſtellum. 38,18
Culleo omnium primus inſutus P. Malleolus parricidii cauſa. *Ep.* 68.
Cultus æqualitatis bonum. 34,4
Cultus militaris. 39,19
Cumanis Latine loqui publice permittitur. 40,42
Cumanæ aquæ. 41,16
Cunctationis ſuæ rationem militibus reddit Æmilius. 44,38
Cuneus. 39,31
Cuneus Macedonum. 32,17
Cuniculis deprehenſis quomodo reſiſtatur. 38,7
Cupiditates prius natæ, quam leges 34,4
Cupiditas regnandi furioſa. 40,8
Cupiditas rei gerendæ diſſimulata aliquando plus promovetur. 35,25
Cupiditatis nimiæ cæcitas. 43,10
C. Curio tribunus plebis Cæſari inimicus. *Ep.* 109.
C. Curio procoſ. Dardanos domuit in Thracia. *Ep.* 95.
Cuſibi, oppidum in Oretanis. 35,22
Cyclades inſulæ. 34,26. 44,28
inter Cyclades regio ventoſiſſima. 36, 43
Cycliadas Philippi conſilium arguit. 31, 25. ab Achæis tranſit ad Philippum. 32. 19,32
Cydas Cretenſis, quidam ex intimis Eumenis. 44,24
Cydonia urbs obſidetur. *Ep.* 98.
Cydoniatæ bellum adverſus Cortynios gerunt. 37,60.
Cylabaris gymnaſium. 34,26
Cymæ ad Seleucum deficiunt. 37,11
Cymeis immunitas conceditur. 38,39
Cymenes, oppidum. 32,15
Cyneas legatus Pyrrhi. 34,4
Cynoſarges templum Herculis. 31,24
Cynoſcephalæ. 33,7
ad Cynoſcephalas debellatum. 33,10
Cypæra. 36,10
Cypariſſa. 32,21
Cyphara. 32,13
Cypſela caſtellum. 31,16
Cypſelæ, oppidum. 38,40
Cyrenæ. 34, 62
Cyretiæ. 42,53. captæ & direptæ. 31,41
Cyrtæi funditores. 37,40
Cyſſus, portus Erythræorum. 36,43

D.

DAæ ſagittarii. 37,38
Dædala caſtrum. 37,22
Dahæ milites. 35. 48,49
Dalmatæ Illyricos populos vaſtant. *Ep.* 47. ſubiguntur. *Ep.* 139.
L. Damaſippus prætor nobilitatem trucidat. *Ep.* 86.
Damiurgus ſummus magiſtratus Achæorum. 38,30
Damocles Argivus adoleſcens cum paucis conjurat. 34, 25. interficitur. *ibid.*
Damocritus, prætor Ætolorum. 31,32. ejus ſententia. *ibid.* capitur. 36,25. ejus ſuperbum reſponſum. *ibid.* ad Nabim mittitur. 35, 12. ejus ſuperbum ad T. Quintium reſponſum. 33. gladio ſe transfigit. 37,46
Damoteles legatus Ætolorum. 38,8
Daorſeis immunitas data. 45,26
ad Daphnen ludi celebrati. 33,49
Dardani gens infeſtiſſima Macedoniæ 40, 57. confertim pugnant & cedunt. 31,43
Dardanos delere propoſitum Baſtarnis. 40,57
Dardanorum cum Baſtarnis bellum. 41, 19. vincuntur. *ibid.*

Dardanum, urbs Aſiæ. 38,37. libertate donatur. 39
Darſa urbs. 38,15
Daſſarenſes. 45,26
Daſſaretiorum fines populatur P. Sulpicius. 31,33
Daudracum caſtellum. 43,19
Daulis, urbs. 32,18
Decemviri nocte lactentibus rem divinam faciunt. 37,3
Decimæ duæ frumenti exactæ. 36,2
C. Decimius prætor. 39,39.44,16. legatus. 19
C. Decimius Flavus prætor. 39,32
P. Decius Subulo triumvir. 47,17
Q. Decius tribunus plebis. *Ep.* 61.
Decurſio exercitus. 35,35.40,47
Dedicatio ſacrarum ædium. 34,53
Deditis ultro nihil hoſtile illatum. 37,32
Dedita non diripiebantur. 37,32
Dejotarus Gallogræciæ tetrarches. *Ep.* 94.
Delium Bœotiæ. 31,45
Delium, Apollinis templum mari imminens. 35,51
Delii templi & inſulæ religio. 44,29
Delos inſula. 33,30
Delphi, umbilicus terrarum orbis. 38,48.41,25
Delubra, religione ſola tuta. 31,30
Demetrias urbs Theſſaliæ. 32,37.33,17 Ætolorum fit. 35,34
Demetrium portus. 45,6
Demetrius, Philippi filius. 33,16
Demetrius Syriæ rex. *Ep.* 49.
Dentheletæ populi. 39,53.40,22
Deſperatorum hominum furor. 37,32
Deſperatio ſalutis, animos addit. 44,10
Deſudaba, urbs Mædicæ. 44,26
Detergere pinnas murorum. 38,5
Deterioribus atque inferioribus in omni certamine fere favet vulgus. 42,63
in Deuriopo Pæoniæ Philippus oppidum condere inſtituit. 39,53
Dii antiqui Romanorum fictiles. 34,4
Dii immortales ubique iidem ſunt. 42,3
Dii plus timendi quam homines. 39,37
Deorum ſimulacra ſemiuſta & truncata à Philippo rege. 31,30
Deos tantum mortales timet Philippus rex. 32,32
Dexagoridas imperator à Gordopa interficitur. 34,29
Diæus Achæorum dux à L. Mummio conſule victus. *Ep.* 52.
Dianæ Amarynthidis ſacrum. 35,38
Diana Tauropolos. 44,44
Dianæ templum. 36,22.45,27
Dianæ ædes vovetur. 39,2. dedicatur. 40.52
Dicæarchus. 36,18
Dicæarchus, Thoantis frater, ad Antiochum legatus. 35,12
Dictaturæ honos in perpetuum ſublatus. *Ep.* 116.
Dictu pleraque, quam factu, faciliora. 31,38
Didas Pæoniæ præfectus. 40,24.42,58. Demetrium cum modico præſidio proſequitur. 40,21. ſacrificium inſtruit 24. Demetrium occidit. 42,51
Didius Saxa M. Antonii legatus. *Ep.* 127.
Sex. Digitius prætor. 34,42. in Hiſpania infelix. 35,1. legatus. 37,4
Sex. Digitius tribunus militum ſacrificii cauſa Romam venit. 43,11
Dinarchus præfectus equitum Ætolorum. 43,22
Diniæ, urbs Phrygiæ. 38,15
Dino princeps Rhodiorum. 44,23
Dinocrates, regius præfectus. 33,18. fugit. *ibid.*
Diocles Ætolorum princeps. 35,34
Diodorus Amphipolis præfectus. 44,44
Diodotus Tryphon. *Ep.* 55.
Dionyſidorus, Attali legatus. 32,32
Diophanes, prætor Achæorum. 38,32
Diophanes Megalopolitanus, legatus. 38,32
Dioxippus præfectus cohortis mercede militantium. 31,24
Diræ, parricidii ultrices. 40,56
Diræ populi in regem à Diis exauditæ. 40,5
in Diſcordia inteſtina nihil occulti eſſe poteſt. 40,7
Diti patri ludi fiunt ad Tarentum. *Ep.* 49.
Divitiæ corrupere imperium Romanum. 34,4

Dium,

Dium, oppidum. 42,38.44,2
Dolichæ, oppidum. 42,53.44,2
P. Dolabella, tribunus plebis. *Ep.* 63.
Dolopia. 39,26
Dolopes à Perſeo oppugnantur. 38,5
Dolo minime vincere ſoliti veteres Romani, ſed virtute vera. 42,47
Dominorum nomen invidioſum. 34,7.39,2
C. Domitius Allobroges vicit. *Ep.*41.
Cn. Domitius Pontifex maximus creatur. *Ep.* 67.
Cn. Domitius interimitur. *Ep.* 89.
Cn. Domitius Ahenobarbus Coſ. 35,10. legatus. 44,18.45,17. cenſor. *Ep.* 63.
Donuca, mons Thraciæ acutiſſimus. 40,58
Doriſcon, caſtellum. 31,16
Dorulacus, Bojorum dux. 34,45
Dromos campus. 34,27
Druſus Cæſaris privignus. *Ep.* 136 ejus res geſtæ. *ibid.* moritur. *Ep.* 140.
Ducis ægritudine ſoluta diſciplina militaris. 40,1
Duces clariſſimi indigna & inhonora morte ſublati. 39,52
Durnium, oppidum. 44,30
Duronia, mater Æbutii. 39,9
L. Duronius Prætor. 40,18. ex Illyrico redit. 42
Duumviri navales claſſis reficiendæ cauſa facti. 40,18,26.41,1
Dymæ. 32,22
Dymæus ager vaſtatur. 32,23
Dymenſes funditores. 38,29

E.

Echedemus, Ætolorum legatus. 37,7
Echinus, oppidum. 32,33.33,13
Eclipſis lunæ. 37,4.44,37
Edeſſa. 45,29
L. Egilius triumvir. 41,13
Marius Egnatius occiditur. *Ep.* 75.
Elæuntii. 32,21
Elæus, oppidum. 32,16
Elatia Phocidis, oppidum. 32,19. oppugnatur. 24. capitur. *Ibid.*
Elei legatos ad Antiochum mittunt. 36,5
Eleon, campus. 43,23
Elephanti qua arte per invia traducti. 44,5
Eleuſine, caſtellum. 31,26
Elii. 42,37
Elimea. 31,40.42,53
Elimæi. 35,48
Elimiotis. 45,30
Elis, oppidum. 36,31
Elin concilium indictum. 38,32
Elymæi ſagittarii. 37,40
Emathia, quondam Pæonia appellata. 40,3
Emporia, regio. 34,62
Emporiæ, urbs. 34,9
Emporitani Hiſpani in deditionem accipiuntur. 34,16
Enipeus fluvius. 44,20
Q. Ennii ſtatua extra portam Capenam. 38,56
Eordea urbs. 42,53
Eordei. 45,30
Epheſus, Eumeni attributa. 38,39
Epicadus, peditum præfectus. 44,30
Epidamnum, olim Dyrrachium. 43,21
Epidaurus, nobilis Æſculapii templo. 45,28
Epiri civitates diripiuntur. 45,34
Epiri montes. 32,13. caſtra. 16. fauces. 21
Epirotæ legatos ad Antiochum mittunt. 36,5. legatos Romam mittunt. 35
Epulæ quando Romæ cœperint apparari. 39,6
Epularum & poculorum feſtivitas à crudelitate abeſſe debet. 39,43
Epulones triumviri quando primum facti. 33,42
Epulum Jovis ludorum cauſa. 33,42
Epulum poſt ludos. 39,46
Equites ſeminarium Senatus. 42,61
Equitum Numidarum in ſpeciem deformitas. 35,11
Equitum virtus inſignis, re penè deſperata in pedes ſe dantium. 39,31
Equitibus equi adempti. 34,44
Equus publicus adſignatus à cenſoribus. 39,19
Equis crura Thraces ſuccidunt. 42,59
Erduæa, urbs. 31,39
Eretria, oppidum. 32.13,16.33,17
Eretrienſes. 35,38
Ergavia civitas nobilis & potens. 40,50

Fortunæ Primigeniæ ædes in colle Quirinali dedicatur. 34,53
Forum Piſcatorium. 40, 51. Quæſtorium. 40,2
Frater fratrem regni cauſa tollit. 44,30
Frater minor regnans præ majore. 44,19
Fratrum impiorum eventus infelices. 45,19
Fratrum regni aucupandi aviditas. 42,16
Fraus plerumque ſeipſam, etiamſi initio cautior fuerit, detegit. 44,15
Fregellis in domo L. Atrei haſta interdiu plus duas horas arſit, ita ut nihil ejus ignis ambureret. 43,13
Fregenæ colonia. 36,3
Fricium, oppidum Theſſaliæ. 36,13
Frontalia elephantorum. 37,40
Frumentum duplex militi datum. 37,59
Frumentaria lex. *Ep.* 60.
Fuga militum impedita, dum dux eos à ſuis haberi jubet pro hoſtibus. 37,43
Fulmine multa loca deformata. 40,45
Fulvia M. Antonii uxor. *Ep.* 125.
M. Fulvius tribunus plebis. 32,7
M. Fulvius Flaccus Decemvir. 31,4
M. Fulvius Flaccus triumvir. 39,45
M. Fulvius Nobilior ædilis curulis. 33,42. prætor. 34, 54. ejus res geſtæ in Hiſpania. 35, 7. ovans ex Hiſpania urbem ingreditur. 36. 21, 38. conſul creatur. 37,48. ei triumphus decretus. 39,5. de Ætolis & Cephallenia triumphat. *ibid.* cenſor. 40, 45
M. Fulvius Nobilior, Q. frater, tribunus militum. 40,41
Q. Fulvius, tribunus plebis. 32,28. legatus. 36
Q. Fulvius M. F. triumvir epulo in P. Manlii locum ſufficitur. 40,42
Q. Fulvius Flaccus prætor. 39,56. legatus. 40,27. de Liguribus triumphat. 58. Fortunæ Equeſtri ædem vovet. 40. pontifex creatur. 42. de Celtiberis triumphat. 43. ejus ludi facti. 44
Q. Fulvius Flaccus cenſor. 41, 27. ex æde Junonis Laciniæ tegulas marmoreas detrahit. 42,3
Q. Fulvius Gillo prætor. 31,4
Q. Fulvius Nobilior triumvir. 39,44
Fumi ſignum. 32,11
Fundæ prævalidæ deſcriptio. 38,29
Funditores velut nimbum, glandes & ſagittas, ſimul & jacula ex loco ſuperiore ingerunt. 36,18
Funditorum in bello momentum. 38,29
M. Fundanius tribunus plebis. 34,1
Funus mortui perſecutis mulſum datum. 38,55
Furiæ genti fato quodam data Gallica bella. 31,48
C. Furius duumvir navalis. 41,1
C. Furius Aculeo quæſtor damnatur. 38.55.58
L. Furius ab Arimino Cremonam proficiſcitur. 31, 21. prætor de Gallis triumphat. 49. de ejus triumpho variæ in ſenatu ſententiæ. 48
L. Furius Philus pontifex moritur. 43,11
L. Furius Purpureo prætor ad Panætolium venit. 31, 29. ad Ætolorum legatorum orationem reſpondet. 31. Coſ. creatur. 33, 9. per tribum Sapiniam in Bojos venit. 23. legatus, 37,55
L. Furii oratio qua Cn. Manlium accuſat. 38,45
M. Furius Craſſipes triumvir. 35, 40. prætor. 38, 42. iterum prætor creatur. 41,38
M. Fulvius Flaccus legatus. 43,11
M. Furius Luſcus, ædilis. 39,7
P. Furius Philus Præneſte exulatum abit. 43,2

G.

A. Gabinius legatus cadit in obſidione caſtrorum hoſtilium *Ep.* 76.
Galatim caſtellum Annibal vi capit. 36, 5
Galepſus. 44,45
Gallaci, populi Hiſpaniæ. *Ep.* 56.
Galli feritatem cum cœlo mutarunt. 38,17. fama belli præſtant. *ibid.*
Galli Romanos ad Cremonam bello laceſſunt. 31,21
Galli nobiles in triumpho Cn. Cornelii ante currum ducti. 33,23. Brenno duce in Dardanos pervenerunt. 38, 16. ſpoliantes Delphos tempeſtate perempti. 40,57

Galli

Galli tranſalpini in Venetiam tranſgreſſi. 39,22. in Italiam ingrediuntur. 41. Italia excedunt. 54. L. Porcio Coſ. ſe dedunt. *ibid.* legatos Romam mittunt cum muneribus. 44,14
Gallorum corpora fluida & mollia & minime patientia ſitis. 34,47
Gallorum formæ & mores. 38,17
Gallorum ululatus & cantus diſſoni. *ibid.* tripudia *ibid.*
Gallorum tres gentes vectigalem ſibi Aſiam faciunt. 38, 16
Gallorum equites fugantur. 38, 18
Gallis promiſſæ & rutilatæ comæ. 38,17
de Gallis triumphat L. Furius prætor. 31,49
de Gallis plures triumphi, quam de toto terrarum orbe acti. 38, 17
Gallogræcia. 37, 8
Gallogræci bellicoſi quando fuerint. *ibid.* eorum origo. 38, 17
Gallogræci nudi pugnant. 21. perfidia. 38, 15
Gallogræci oratores de pace ad Coſ. mittunt. 38, 27. eis pacis leges dicuntur. 40
Gallogræcorum reguli. 38, 19
Gallogræcorum corpora candida. 21
de Gallogræcis triumphat Cn. Manlius Vulſo. 39, 7
Ganymedes præfectus Ptolomæi proditur. 31, 16
Garitenes, hoſpes Philippi. 32, 21. contra omne jus & fas occiſus. *ibid.*
Garuli, populi cis Apenninum. 41, 19
Cn. Gavillius. 41, 5
L. Gavillius. *ibid.*
Gaulotus Gallogræcorum regulus. 38, 19
Gaureleos portus Andri inſulæ. 31,45
L. Gellius victus à Spartaco. *Ep.* 46.
Generi occiduntur ſocero jam ante occiſo à Philippo. 40, 4
Generoſius quidque eſt in proprio. 38, 17
Gentis enuptio. 39, 19
Gentem ſimul totam periculo objiciendam non eſſe, ſæva tempeſtate jactatus monet Antigonus rex. 40,21
Gentius Illyricorum rex. 40, 42. ejus genus. 44, 30. ad eum legati mittuntur. 42,26. inducias petit. 44,33. Anicio prætori ſe dedit. 32. cum principibus Illyricorum, conjuge, liberis Romam mittitur. *ibid.* in cuſtodiam abſtruditur. 45, 35. ante currum cum uxore in triumphum ducitur. 43
Gentii varii mores. 44, 23
M. Genucius, tribunus militum, occiditur. 35, 5
Genuſius fluvius. 44, 30
Geræſtus, nobilis Eubœæ portus. 31,45
Geræſticus, portus Tejorum. 37, 27
Gerthunium, caſtellum. 31, 27
Giſgo, Amilcaris F. homo ſeditioſus. *Ep.* 48.
Gitanæ, oppidum Epiri. 42,38
Gladiatorium munus. 40, 27. in foro exhibitum. 39,46
Gladiatorium, ſubſtantive. 44, 31
Gladius Hiſpanienſis. 31,34. 37,21
Gladii tenues, longi quaterna cubita, quibus utuntur Arabes. 37, 40
Glarea marginatæ viæ. 41, 27
Gnoſon urbs expugnatur. *Ep.* 99.
Gomphi. 36, 13. 47, 55
Gomphos petendi Aminander auctor eſt Ætolis. 31, 41
Gomphorum expeditio ingentem terrorem Theſſalis adfert. 32, 14
Gonni, oppidum, viginti millia ab Lariſſa abeſt. 36, 10
Gonnus. 42, 54 & 67. 44, 6
Gordium, celebre emporium. 38,18
Gordiutichos. 38, 13
Gorgopa, imperator. 34, 29
Gortynii populi. 37, 60
C. Gracchus interimitur. *Ep.* 41.
Græca calliditas. 42, 47
Græca gens omnium eruditiſſima. 39, 8
Græcarum urbium à Romanis liberarum eſſe juſſarum catalogus. 33,16
Græcia major, ora Italiæ quæ dicta? 31, 7
Græcia in ſervitutem petita. 45, 22
Græciæ compedes quæ? 32, 37
Græciæ civitates Iſthmiis celebratis voce præconis pronunciantur liberæ. 33, 32
Græcis Cumanis permiſſum, ut publice Latine loquerentur. 40, 42
in Græcis civitatibus principum tria genera. 45, 31

Græcus ignobilis Bacchanalium auctor. 39, 8
Græci auctores ex Annalibus ſuis citati. 32, 6. 40, 50
Græci ſeptem libri de ſapientiæ diſciplina inventi in Numæ ſepulcro. 40, 29
Graviſcæ colonia deducta. 40, 29
Graviſcis porta de cœlo tacta. 41, 16
Guluſſa, filius Maſiniſſæ. 42, 23
Gyrto urbs. 36, 10. 42, 54
Gythium oppidum oppugnatur. 34, 38. traditur. 40

H.

HAliacmon flumen. 42, 53
Haliartii. 42, 44
Haliartum oppugnatur à Lucretio prætore. 42, 63. expugnatur. *ibid.*
Halicarnaſſus. 37, 16
Halicarnaſſenſes. 33, 4
Halope, urbs. 42, 56
Halys, fluvius. 38, 25, 27
Harpalus princeps legationis Perſei. 42, 14
Harpaſus flumen. 38, 13
Haſta ardens & tamen incolumis. 43, 13
Haſtarum abjectarum impedimenta. 35, 30
Haſtarum ſpicula ardentia. 33, 26
ex Haſtis objectis vallum. 36, 18
Hebrus fluvius. 38, 41
Hegeſilochus. 42, 45. ejus prudentia pro patria. *ibid.*
Hegeſianax, legatus Antiochi regis. 34. 57
Helleſponti fauces. 38, 9
C. Helvius prætor creatur. 32, 7. 38, 20. obtinet Hiſpaniam ulteriorem. 33, 6
M. Helvius triumvir. 34, 45
Hemerodromi Græcis, ſpeculatores Latinis. 31, 24
Heniochi populi. *Ep.* 101.
Heptagoniæ, locus prope Spartam. 34, 38
Hepteris navis. 37. 24, 30
Heracleum. 44, 2. ejus ſitus. 8. oppugnatur à Popillio. *ibid.* capitur. 9
Heraclea, Sintice dicta. 45, 29
Heracleenſis ager vaſtatur. 36, 16
Heraclides maritimæ oræ à Philippo præficitur. 31. 16. 33, 46. in vincula à Philippo conjicitur. 32, 5
Heraclides Byzantius, Antiochi legatus. 35, 34
Hercates populi. 41, 19
Herculis fanum. 40, 51. de cœlo Ardeæ tactum. 32, 9
Herculi in monte Oeta ſacrificat M. Acilius. 36, 30
Hercynnæ ſacrificium facit Paulus Æmilius. 45, 27. ejus templum. *ibid.*
Herius Aſinius Marrucinorum prætor occiſus. *Ep.* 73.
Herea, Peloponneſi urbs. 32, 5. 33, 20
Herennius Cerrinius. 39, 13
Hermæum. 35, 50
Herodicus, princeps Theſſalorum. 40, 4
Herodorus Cianus mercator. 35, 37
Herodotus princeps amicorum Demetrii in cuſtodiam conjicitur. 40, 23. moritur in tormentis. *ibid.*
Hetruſci Scipionem in ornanda claſſe juvant. 38, 45
Hexeres naves. 37, 30
Hiempſal, Micipſæ filius, occiditur à Jugurtha. *Ep.* 62.
Hiems bello delecta. 41, 19
Hiems bellis & obſidionibus incommoda. 33, 41. 36, 10. 37, 39
Hiems aſpera rebus gerendis. 44, 26
Hiera come. 38, 13
Hierocles Agrigentinus. 36, 31
Hieroſolymæ fanum Judæorum captum à Cn. Pompejo. *Ep.* 102.
Hilermus rex vivus capitur. 35, 7
Hippagogi naves. 44, 28
Hippias legatus. 42, 39
Hippias Berœæus. 42, 51
Hippias Theſſalorum prætor. 42, 54. adverſus Marcium conſulem copias deducit. 44, 4
Hippo, Hiſpaniæ oppidum. 39, 30
Hippolochus dux. 36, 9
Hirpini populi à L. Sulla prætore domiti. *Ep.* 75.
A. Hirtius in campo Martio ſepelitur. *Ep.* 119.
Hiſpaniæ urbium muros M. Porcius Cato diruit. 34, 17
Hiſpanorum legati de magiſtratuum injuriis in ſenatu queruntur. 43, 3

de Hiſpaniæ exercitu inter tribunos plebis & Conſules contentio. 39,38
Hiſtri populi Romanorum caſtra invadunt. 41, 2. victi obſides dare jubentur. 9
de Hiſtris triumphat C. Claudius Pulcher. 41, 13
Hiſtrorum legati. 43, 5
Holo, oppidum Hiſpaniæ. 35, 22
Homeri carmine Thebes campus nobilitatus. 37, 19
Hominem improbum non accuſari tutius eſt, quam abſolvi. 34, 4
Hominum immolatio in Bacchanalibus. 39, 13
Hominum ſingulorum mores quales fere ſint, enumerantur. 45, 23
Homicidæ cujuſdam impudens fiducia. 33, 28
Homicidii abominatio apud veteres. 45, 5
Homicidii cogitatio animum perturbat. 35, 35
Honunus, princeps Dardanorum. 44, 30
Hoſpitii neceſſitudo Perſei cum Q. Martio. 42, 40
Quarta Hoſtilia veneficii damnata. 40, 37
A. Hoſtilius Decemvir. 27, 36. 31, 4.
A. Hoſtilius Cato legatus damnatur. 38, 55
A. Hoſtilius Mancinus prætor. 40, 35
C. Hoſtilio Mancino Coſ ſacrificante pulli ex cavea evolaverunt. *Ep.* 55. à Numantinis vincitur. *ibid.*
L. Hoſtilius Cato legatus. 38, 55
Hoſtias præbere debent inſtaurando ſacrificio, quorum culpa inſtaurandum eſt. 41, 16
ex Hoſtibus infeſtis plerumque ſocii fidi. 40, 46
Hoſtem in patriam admittas, an in hoſticum legiones inducas, multum intereſt. 31, 7
Hoſtem apud Græcos fallere, quàm vi ſuperare, glorioſius. 42, 47
Hyampolis urbs. 32, 18
Hybriſta Lacedæmonius pirata. 37, 13
Hydrela Cariæ. 37, 56
Hydrelatanus ager. *ibid.*
Hydruntum, oppidum Italiæ. 36, 21
Hypata, urbs. 36, 26
Hypatæi factionis Proxeni. 41, 25
Hypatæorum agri vaſtantur. 36, 14
Hyrcanus campus. 37, 38

I.

JActantiæ regiorum miniſtrorum vanitas. 33. 34, 48
Jacula & ſagittæ parum nocent in tenebris. 44, 35
Iani tres facti à Cenſoribus. 41, 27
Iapides ſubiguntur. *Ep.* 131.
Iapidum legati. 43, 50
Iaſſus, oppidum. 32, 33
Iaſſenſium exules. 37, 17
Idæa mater. 34, 3. 36, 40
Idibus Martiis magiſtratus initus. 31, 5
Jecur ſine capite inventum. 41, 14
Jecur bovis ſeſcenaris defluxit. 41, 15
Igituryium oppidum. 45, 43
Ignes cœleſtes hominum veſtimenta afflantes. 39, 22
Ignium crebrorum per noctem in caſtris accendendorum aſtus. 36, 10
Ilium oppidum. 35, 43. 37, 9
Ilienſes Rhæteo & Gergitho donantur. 38, 39
Ilion, altera urbs quàm quæ in Aſia, capitur. 31, 27
Ilipa, urbs. 35, 1
Ilergetes legatos ad M. Porcium Catonem mittunt. 34, 11
Illyrii legati. 42, 26
in Illyricum quinque legati mittuntur. 45, 17
de Illyriis Senatus decreta. 45, 18
Ilotæ quidam caſtellani, agreſte genus, à Nabide necantur. 34, 27
Iluates Ligurum. 32. 29, 31. Amilcare duce Placentiam invadunt. 31, 10
Ilucia, oppidum Hiſpaniæ in Oretanis, capitur. 35, 7
Imagines triumphali ornatu. 38, 56
Imbrum inſula. 33, 17. 35, 43
Imperia & regna vel maxima ſub multis caſibus. 40, 49
Imperatoris munus. 44, 34
Imperatoris nomen Græci Antiocho regi impoſuunt. 35, 45
Imperatoris veteris auctoritas militi pro ratione. 44, 26

Im-

Imperatores ſeveri & ambitioſi quantum differant. 45, 39
Imperatores Carthaginienſium cruce mulctati, rem gerentes pravo conſilio. 38, 48
Improbum hominem tutius eſt non accuſare, quam abſolvere. 34, 4
Induciarum violatione peccatur in jus gentium. 40, 22
Indus fl. 38, 14
Infirmiores ac deteriores apud vulgus fere inveniunt favorem. 42, 63
Infirmitatis cuſtos diſciplina. 34, 9
Ingauni Ligures. 40, 41
cum Ingaunis Liguribus fœdus ictum. 31, 2. de iis triumphat L. Æmilius Paulus. 40, 34
Ingratis etiam benefacit Quintius. 36, 34
de Inimico crimina vera eſſe cupimus. 41, 13
Inimicorum reconciliationes. 40, 46
Inimicitiæ inter viros illuſtres. 38, 57. 39, 4. 40, 46
Inimicitiæ debent eſſe mortales, at contra amicitiæ immortales. 40, 46
Inimicitiis privatis reſpublica potior habita. 38, 53. 39, 5
Inſubres Amilcare Pœno duce Placentiam invadunt. 31, 10. cæduntur. 32, 29
de Inſubribus triumphat Cn. Cornelius. 33, 23
Inſula nova è mari edita. 39, 56
in Inſula Jovis ædes dedicata. 34, 53
Intemelii Ligures. 40, 41
Interamnæ lac fluit. 34, 45
Intercalares dies. 45, 44
Intercalarius menſis. 37, 59
Intertrimentum argenti. 32, 2. 34, 7
Invidia cæca. 38, 40
Invidia tanquam ignis ſumma petit. 45, 35
Invidiæ proprium detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia eorum. 38, 49
Iocus regi indecorus. 36, 14
Iolcos, oppidum. 44, 13
Ira & avaritia imperio potiora. 37, 32
Iræ impotentia in prœlio. 33, 23
Ireſiæ, oppidum. 32, 13
Iſauri domiti à P. Servilio. *Ep.* 93.
Iſidorus præfectus. 36. 20, 33
Iſmenias princeps Bœotorum. 42, 38
Iſſa, oppidum. 43, 9
Iſſæi, Iſſenſes. 42, 26
Iſſaici lembi. 32, 21
Iſter fluvius. 39, 36. 40, 21
Iſthmus duo maria ab occaſu & ortu ſolis finitima arctis faucibus dividit. 45, 28
Iſthmi fauces. 32, 21
Iſthmia celebrantur. 33, 32
Itineris ardui difficultatem emenſi, miraculi alicujus videndi cauſa, opinionem vulgatam haud fere convellunt, ne ludibrio ipſi ſint. 40, 22
Itineris dux interim victus. 32, 11
Itoniæ Minervæ templum, 36, 20
Judæi ſubacti à Cn. Pompeio. *Ep.* 102. eorum legati ab Antonio interimuntur. *Ep.* 127.
Judicialis lex à M. Livio Druſo lata. *Ep.* 71.
Jugarius vicus. 35, 21
Jugurtha fratris Micipſæ filius. *Ep* 72. Adherbalem in Cirtha oppido obſidet. *Ep.* 64. Roma diſcedens exclamat, ô urbem venalem. *ibid.* in carcere necatur. *Ep.* 67.
Julia Cæſaris filia, Pompeji uxor, moritur. *Ep.* 111. in campo Martio ſepelitur. *ibid.*
C. Julius Cæſar dictator. *Ep.* 111. quatuor triumphos duxit, ex Gallia, Ægypto, Ponto, Africa. *Ep.* 115. in curia Pompeji occiditur. *ibid.* ejus corpus à plebe ante Roſtra crematur. *ibid.*
Cn. Julius ſenator Græce res Romanas ſcripſit. *Ep.* 53.
C. Julius Cæſar, cum annos octodecim haberet, conſul creatur. *Ep.* 119.
C. Cæſari Auguſto ara ad confluentem Araris & Rhodani dedicatur. *Ep.* 137.
L. Julius Prætor. 39, 45
L. Julius Sequeſtris cum equo fulmine exanimatus. 33, 26
Sext. Julius tribunus militum. 40, 27
Jumenta ſingula oppidis per quæ legati Romani repente miſſi tranſibant, imperata. 42, 1
D. Junius Brutus Scæva triumvir. 33, 44. adverſus Gallæcos feliciter

pugnat. *Ep.* 56. à Capeno Sequano interimitur. *Ep.* 120.
L. Junius legatus. 45, 17
L. Junius Annalis prætor. 42, 28
L. Junius Brutus mucrone ſuo ſibi mortem conſciſcit. *Ep.* 89.
M. Junius Brutus prætor. 35, 24. legatus. 37, 55
M. Junius Brutus à Cn. Pompejo occiditur. *Ep.* 90.
M. Junius Brutus abſens damnatur. *Ep.* 120. manus ſibi ipſe infert. *Ep.* 124.
M. Junius Silanus Conſul. *Ep.* 65.
P. Junius Brutus tribunus plebis. 35, 41
Junonis Laciniæ ædes detecta. 42, 3. non ſine manifeſta ultione. 42, 28
Junonis Lucinæ templum de cœlo tactum. 37, 3
Junoni Monetæ ædes vovetur à Cicerejo prætore. 42, 7
Junoni Reginæ ædes vovetur. 39, 2. dedicatur. 40, 52
Junonis Soſpitæ ſimulacrum Lanuvii lacrymat. 40, 19. ei ædes in foro Olitorio dedicata. 34, 25
Junonis promontorium. 37, 23
Jupiter Nicæus. 43, 21. Trophonius. 45, 27
Jovis Olympii templum Athenis. 41, 20
Jovis Pyrrhæi templum. 31, 30
Jovis templum in Capitolio dedicatur. *Ep.* 98.
Jovis ædes Lanuvii de cœlo tacta. 32, 9
Jovis ara in Æmo monte. 40, 22
Jovi in Capitolio duæ ædes dedicatæ. 35, 41
Jovi Opt. Max. ludi per decem dies facti 42, 20
Jurata fœdera. 38, 39
Jurare pro altero nonnunquam permiſſum. 31, 50
Jurare verbis conceptis. 43, 16
Jus gentium fortuna vindicans. 38, 25
Jus gratiæ non dandum. 42, 29
Juvenilis ſimplicitas dolo ac inſidiis obnoxia. 40, 23
Juventatis ædes in circo maximo dedicatur. 36, 36
L. Juvencius Thalna, legatus. 39, 31
M. Juvencius Thalna tribunus plebis. 43, 8
Juvencius Thalna prætor populum adverſus Rhodios incitat. 45, 21. cum exercitu cæditur. *Ep.* 50.
T. Juvencius Thalna prætor. 34, 41

L.

Labeates, populi. 43, 19
Labeatis palus. 44, 31
Labor conſuetudine levior fit. 35, 35
Lacedæmon non operum magnificentia, ſed diſciplina inſtitutiſque memorabilis. 45, 28
Lacedæmon ſerva relinquitur. 34, 40. à T. Quintio oppugnatur. 34, 27. iterum oppugnatur. 37
Lacedæmonii cunctatores natura. 45, 23
à Lacedæmoniis Lycurgi diſciplina ſublata. 38, 34
Lacedæmoniorum legatis quid reſponſum. 41, 48
Lachares filius Mithridatis. *Ep.* 98.
Lacinium. 36, 42
Laconica regio. 41, 2
Laconici ſermonis brevitas. 34, 30
Lacones populi. 35, 12
Laconum ager vaſtatur. 35, 30
Laconum ora maritima oppugnatur. 35, 20
C. Lælius prætor. 33, 24
Lætitia ſine auctore repente enata. 45, 1
Lago urbs. 38, 15
Lamia urbs. 32, 4. 34, 43. oppugnatur à Philippo. 36, 25. iterum oppugnatur. 37, 4. expugnatur. 5
Lampſacus. 35, 42. oppugnanda ab Antiocho ſe dedit. 33, 24
Lampſaceni octoginta pondo coronam in Capitolio Jovi Opt. Max. ponunt. 43, 6. in formulam ſociorum referuntur. *ibid.*
Lampſus, urbs Theſſaliæ. 32, 14
Lampter cur dicta Phocæa urbs. 37, 31
Lana pulla terra edita. 42, 2
Lanuvinus magiſtratus ferias Latinas celebrat. 41, 16
Laodiceni, populi. 33, 18
Lapathus, caſtellum. 44, 2
Lapicini populi. 41, 19
Lapis ſacer. 41, 13
Laqueis arietum ictus excepti. 36, 23
Lares permarini. 40, 52

Larium permarinûm ædes dedicatur. *ibid.*
Larinatis ager. 45, 2
Lariſſa, Theſſaliæ urbs. 32, 15
Lariſſa Nomilla Theſſaliæ, quæ & Cremaſte dicitur, oppugnatur. 42, 56. occupatur ſecundo. 31,46
Lariſſenſes. 31, 31
Lariſſæorum legati. 36, 9
Las, vicus maritimus. 38, 31
Latemnaſtus Cretenſis dux. 35, 29
Latinæ coloniæ deductæ in Bruttios & in Thurinum agrum. 34, 53
Latina colonia in Hiſpania. 43, 3
Latinæ feriæ. 38,44.41,16.44,19.45,3. Pontificum decreto inſtauratæ. 32,1. 37, 3. 40,45
Latine loqui Cumanis & vendendi jus præconibus permiſſum. 40, 42
Latini auctores laudati à Livio. 32, 6
Latinis caro data Ardeatibus in monte Albano. 32, 1. 37, 3
Lautumiæ Romanæ. 32, 26. 37, 3. 39, 44
Latrocinium Bœotorum adverſus Romanos. 33, 15
Latrones Eumeni inſidiantur. 42, 16
Laurea in puppi navis enata. 32, 1
Lauream in manu tenentes ſupplicant majores annis duodecim. 40, 37
Laureatæ literæ & tabellæ relatæ. 45, 1
Lautia legatis præbita. 45, 20
Lebadiæ Jovis Trophonii templum. 45, 27
Lectica in Senatum delatus Chalcidenſium legatus. 43, 7
Lecton, promontorium. 37, 37
Cn. Lectorius legatus. 31, 21
Legati Romani ad Ptolemæum Ægypti regem. 31, 2
Legati in Græciam miſſi, ad viſendum redditæne forent civitates. 39, 33
Legiones tumultuariæ. 40, 26
Legiuncula male plena. 35, 49
Lembi piratici. 37, 27
Lemniſci jactati. 33, 19
L. Lentulo prorogatum imperium. 32, 8
P. Lentulus legatus. 33, 39
Leon accuſator Apollodori auctoris defectionis Athenienſium. 35, 50
Leonis Iceſiæ F. Athenienſis legati eloquentia. 38, 10
Leonatus præfectus agematis Perſei. 42, 51
Leonum venatio Romæ. 39, 22
Leonorius Gallorum regulus. 38, 16. Byzantium repetit. *ibid.*
Leptis civitas. 34, 62
Letus mons. 41, 18
Leucadia inſula. 33, 17
Leucadii. *ibid.*
Leuca, Acarnaniæ caput. 33, 17
Leucas promontorium. 33, 17
Leucas Acarnanum concilio exempta. 45, 31
Leucadis ſitus. 33, 17
Leucaſpis phalanx. 44, 41
Leuſine fluvius. 45, 12
Leuſis Cretenſis. 38, 13
Lex cenſui cenſendo dicta. 43, 14
Lex de ambitu lata. *Ep.* 47.
Lex ſociorum ac Latini nominis, qua cives Romani fierent. 41, 8
Lex lata ne cuiquam regi Romam venire liceret. *Ep.* 47.
Lex lata ab Annibale, ut in ſingulos annos novi judices legerentur. 33, 46
Lex Bæbia. 40, 44
Cincia de donis & muneribus. 34, 4
Licinia de quingentis jugeribus. 36, 4
Oppia de cultu matronarum. 34, 1
Petillia. 39, 6
Legibus obtemperandum etiam eminentiſſimo cuique. 38, 50
Legum mutabiles quædam, quædam immutabiles. 34, 6
Libero Liberæque tria ænea ſigna ex argento mulctatitio poſita. 35, 25
Libera civitas & rex natura inter ſe inimica. 37, 54
Libertas ſervitute potior. 33, 32. 35, 17
Libertatis atrium. 43, 16. refectum. 34, 43
Libertatis cauſa honeſtius prætexitur quàm ſervitutis. 34, 58
Libertini quando primum militare cœperint. *Ep.* 74.
Libertini in quatuor tribus rediguntur. 45, 15
Libertinorum colonia. 43, 3
Libethrus mons. 44, 5

Libi-

Libitina vix ſufficiens funeribus. 40,19. 41,21
Libri fatales inſpecti. 42, 2
Libri Sibyllini per Decemviros inſpecti. 34, 55. 35, 9. 36, 37. 40, 19. 42,20. 43,13
Libri Numæ Pompilii, ſeptem Græci, ſeptem Latini inventi. 40, 29
Librarii mendum. 38, 55
Libyphœnices equites. 31, 22
Licinia, nobilis fœmina, quod virum necaverit, necatur. *Ep.* 48.
Licinia virgo Veſtalis inceſti damnata. *Ep.* 73.
A. Licinius Nerva tribunus plebis. 41, 6. legatus. 44, 18
C. Licinius Craſſus prætor. 42, 9. conſul. 17. legatus. 45, 17
C. Licinius Lucullus triumvir epulo. 33, 42. ædem Juventatis dedicat. 36, 16
C. Licinius Nerva legatus ex Illyrico redit. 45, 3
L. Licinius Lucullus. Coſ. à tribunis plebis in carcerem conjicitur. *Ep.* 48.
L. Licinius Lucullus conſul proſpere adverſus Mithridatem pugnat. *Ep.* 94.
M. Licinius Lucullus prætor. 39. 6, 18. Thraces ſubigit. *Ep.* 97.
inter P. Licinium Pont. max. & Fabium Pictorem flaminem Quirinalem certamen. 37, 51
P. Licinius Pontifex maximus moritur. 39, 46
P. Licinius paludatus ab urbe in bellum proficiſcitur. 42, 49. interimitur. *Ep.* 59.
P. Licinius Tegula carmen condit cantandum à ter novenis virginibus. 31, 12
Lignis carens terra. 38, 18
Ligur hoſtis, ab Aſiatico quid differat quamque Romano utilis. 39, 1
Ligures Lunenſem agrum vaſtant. 34, 56. in deditionem veniunt. 38, 2. ſeſe dedunt & in Tauraſinos publico ſumptu traducuntur. 40, 38
Ligures Montani in deditionem veniunt. 40, 41
Ligures expugnantur. 41, 12. Mutinam capiunt. 14. rurſus rebellant. 17. in captivos ſæviunt. 18. ipſi bonaque ipſorum venduntur. 41, 8
Ligures Gallos domuit C. Sulpicius. *Ep.* 46.
Ligures Ingauni caſtra Romana oppugnant. 40, 25. victi in deditionem veniunt. *ibid.*
Liguribus Apuanus ager datus. 40, 41
de Liguribus triumphat Q. Minutius in monte Albano. 33, 23
de Liguribus triumphat Q. Fulvius Flaccus. 40, 59
de Liguribus in ſedem ſuam reſtituendis S C. 41, 9. de iiſdem plebiſcitum. 10
Liguſtini Ilvates. 31, 10. 32, 31
Liguſtini montes. 34, 8
Liguſtinum bellum. 35, 4
Sp. Liguſtinus centurio. 42, 34. ejus ad populum oratio. 34
Limnæa deditur M. Acilio Coſ. 36, 14
Lingua in altum eminens. 44, 11
Linguæ mille paſſus in altum excurrens. 37, 31
Linguæ nominiſque momentum in defectionibus. 31, 7
Linguæ ſimilitudo homines invicem conciliat. 31, 29
Linguæ Latinæ ſono homines videntur milites Romani, cætera belluæ. 39, 17
Liſſnas. 32, 14
Liſſus oppidum. 43, 30
Litabrum, oppidum Hiſpaniæ, oppugnatur. 35, 22
Litatio ac perlitatio in ſacrificiis. 41, 13
Literarum de rebus arcanis dandarum periculum. 33, 14
Liternum deducitur colonia civium Romanorum. 34, 45
Litubium, oppidum. 32, 29
C. Livius Salinator prætor. 35, 24. conſul. 38, 35. pontifex moritur. 43, 11
L. Livius Prætor. 45, 44
M. Livius Druſus Coſ. adverſus Scordiſcos in Thracia feliciter pugnat. *Ep.* 63. tribunus plebis domi ſuæ occiditur. *Ep.* 71.
M. Livius cenſor creatur. 36, 36
Locris, urbs. 32. 18, 32
Loci gravitas peſti obnoxia. 37, 23.

religio facit, ut hoſtes inter ſe verſentur. 44, 29
Loca mores mutant. 37, 54
Locorum capiendorum in prœliis momentum. 35, 28
Locorum diviſio in ſpectaculis. 34. 54
Locuſtarum vis ingens in Apulia. 42, 10
Longarus bellum gerit cum Philippi patre in Apulia. 31, 28
Loracina fluvius. 43, 4
Loricati milites. 37, 40
Loryma portus adverſus Rhodum. 37, 17. viginti paulo amplius paſſuum à Rhodo abeſt. 45, 10
Luca colonia civium Romanorum deducta. 41, 13
in Lucanis cœlum arſit. 31, 12
Lucretius Aſella interimitur. *Ep.* 89.
C. Lucretius duumvir navalis. 40, 26. à Chalcidenſibus accuſatus à triginta quinque tribubus damnatur. 43, 8
C. Lucretius Gallus prætor. 42, 28
Luctus triginta diebus finitus. 34, 6
Luci ac fana ſacroſancta. 35, 51
Luci ſylvæque cæſa quomodo reſtituantur. 32, 34
Ludi bello voti celebres facti. 40, 45
Ludi per decem dies Jovi Opt Max. facti. 42, 20
Ludi per triduum durantes. 39, 46. per quatriduum in foro. 31, 51
Ludi magni primum de incerta pecunia voti. 31, 9. 36, 2
Ludi Nemei. 38, 32
Ludi plebeji. 39, 7. ter inſtaurati. 31, 4. quinquies. 38, 35. ſepties. 34, 10
Ludi Romani ter toti inſtaurati ab Ædilibus curulibus. 33, 42. 38, 35. quater inſtaurati. 32, 28
Ludi ſcenici. 34, 54. 36, 36. per triduum facti. 40, 52
Ludi Taurilia facti. 39, 22
Ludi votivi Ser. Sulpicii Galbæ. 34, 44. Q Fulvii Conſulis per dies decem facti. 40, 45
Ludis Romanis loca ſenatoria à populo ſecreta. 34, 44, 53
Ludorum Megaleſiorum initium. 36, 36
Ludorum ſumptus graves non modo Italiæ ac ſociis Latini nominis circumſcripti. 40, 45
Luna pernox. 32, 11
Lunæ ædes in Aventino. 40, 2
Lunæ eclipſin militibus prædicit C. Sulpicius. 44, 37
Luna urbs. 41, 19. 43, 9
Lunæ portus. 34, 8. 39, 21
Lunenſes cum Piſanis legatis diſceptant de agris. 45, 13
Lunenſis ager vaſtatur. 34, 55
Lupus interdiu Romæ agitatus. 41, 9
Luſcinus regulus Hiſpaniæ. 33, 6
Luſitani fugantur à L. Æmilio Paulo. 37, 57
de Luſitanis triumphat C. Calpurnius Piſo prætor. 39, 42. de iiſdem triumphat L. Poſtumius. 41, 6
Luſtrati exercitus. 38, 12
Luſtrum conditum. *Ep.* 46. 47. 48. 54. 56. 59. 63.
Lutarius Gallorum regulus. 38, 16
Cn. Lutarius Cerco legatus. 42, 6
Luxuria, peſtis reipublicæ. 34, 3
Luxuriæ peregrinæ origo. 39, 6
Lycaonia 37, 54. 38, 38. Eumeni donatur. 39.
Lyceum Athenis incenſum. 31, 24
Lychnidum oppidum. 44, 21
Lycia. 33, 27. 37, 23
Lycii. 37, 40. de Rhodiis queruntur. 41, 6. fuſi fugatique. 37, 16
Lyciſcus Ætolorum prætor. 45, 28. 42, 38
Lyco Achæus præfectus exulum. 42, 51
Lyco, oppidum Hiſpaniæ. 36, 46
Lycortas, Megalopolitanus dux. 35, 29. legatus. 38, 32. prætor concilium indicit Achæis. 39, 15. ejus ad Appium oratio. *ibid.*
Lycurgus, tyrannus Lacedæmoniorum. 34. 26. apud inferos gaudens ruinis murorum Spartæ. 39, 37. ejus leges abrogatæ. 38, 34. 39. 33, 36
Lycurgi diſciplina, cui per ſeptingentos annos aſſueti erant Lacedæmonii, ſublata. 38, 34
Lycus fluvius. 31, 33. 32, 9. 8, 15
Lydia Eumeni donatur. 38, 39
Lynceſtæ populi. 45, 30
Lyſimachia diruta ab Antiocho reſtituitur. 33, 38

Lyſimachus rex. 40, 8
Lyſinoë urbs. 38, 15

M.

MAcedonum imperium quomodo & per quos creverit. 45, 9
Macedonicarum regionum ſitus. 45, 30
Macedonum regnum poſt mortem Alexandri in multa regna diſtractum. 45, 9
in Macedoniam decem legati mittuntur. 45, 17
Macedones conſpectis ſuorum vulneribus terror cepit. 31, 34. à Rhodiis fugantur. 33, 2
Macedonum oſſa circa Cynoſcephalas interfectorum colliguntur. 36, 8
Macedonum legati extra urbem in villam publicam traducti, & lautia ibi illis præbita. 33, 9
Macedones expelluntur urbibus Athamaniæ. 38, 1. cum Romanis prælium ineunt. 45, 35
inter Macedones & Romanos fortunâ, non juſſu Imperatorum, commiſſum certamen. 44, 40
Macedonum principes in Italiam ire jubentur. 45, 32
de Macedonibus ſenatus decreta. 45, 18
Macedoniæ urbes Paulo Coſ. deduntur. 44, 45
Macedonici belli cauſa cum rege Philippo 31, 1. cum Perſeo. 39, 23. ejuſdem conſultatio ad conſules rejicitur. *ibid.*
ob Macedonicum bellum quid in conſcribendo exercitu novatum ſit. 42, 31
Macedonici belli finis. 45, 9
Macedonicum bellum quindecim diebus confectum 45, 41. pacem Punicam ſecutum eſt. 31, 1
Macra come. 32, 13
Macra, fluvius. 39, 32. 40, 41
Macris inſula. 37. 13, 28, 29
Maduateni populi. 38, 40
Madytos oppidum. 31, 16
Mæander fluvius. 37, 55. 38, 13. arce Celenarum oritur. *ibid.* & 38, 15
Mædica regio. 40, 21
Mænium atrium. 39, 44
C. Mænius prætor. 40, 35
T. Mænius prætor. 39. 6, 8
Magaba mons. 38, 19
Magiſtratus continuati invidia. 38, 42
Magiſtratum geſturi intra quintum diem in leges jurare coacti. 31, 50
Magiſtratuum libri citati. 40, 52
Magnelia, urbs ad Mæandrum. 37, 11. ad Sipylum. 37. 37, 44
Magnetæ, qui & Magnetes. 33, 32. liberi pronuntiantur. 20
Magnetum concilium. 35, 31
Magnetarches, ſummus magiſtratus apud Magnetas. 35, 31
Majeſtatis priſtinæ memoria in afflicta fortuna miſericordiam commovet. 39, 4
Malea. 31. 44, 47. 32, 16
Maleæ promontorium. 34, 32
Maliacus ſinus. 31, 46. 32, 32. 35, 7
Malienſis ager. 42, 40
Mallæa capitur diripiturque. 42, 67
P. Malleolus matre interempta, primus omnium inſutus culeo in mare præcipitatus. *Ep.* 68.
Malleoli in oppugnationibus. 38, 6
Malus in circo inſtabilis in ſignum Pollentiæ procidit. 39, 7
Malum notum & cui jam aſſueveris, maxime tolerabile. 33, 3
Manaſtabiles Maſiniſſæ filius, Græcis literis eruditus. *Ep.* 50.
Mancipiorum pretium intenditur. 39, 44
P. Manilius legatus. 45, 17
Cn. Manlius triumvir. 34, 53
A. Manlius Vulſo Coſ. 40, 59
C. Manlius Vulſo triumvir. 35, 9. Coſ. 37, 47
Cn. Manlius in Gallogræcia bellum gerit. 38, 12. ejus ad milites oratio. 17. ad Olympum caſtra locat. 20. per medios Thracas in Macedoniam pervenit. 41. accuſatur quod injuſſu populi Romani bellum geſſerit. 45. orationem pro ſe habet. 47. ei triumphus decernitur. 50. de Gallogræcis triumphat. 39, 6
L. Manlius, quod legatos Carthaginienſes pulſaverit, per feciales legatis traditus. 38, 42
L. Manlius Acidinus Prætor. 38, 35. ovan

ovans urbem init. 39, 28. triumvir creatur . 55. iterum prætor. 56. triumvir. 40, 34. conſul, 40, 43
L. Manlius Vulſo prætor. 32, 27
P. Manlius prætor. 32, 28. triumvir epulo moritur. 40, 42
T. Manlius Torquatus pontifex creatur. 43, 11
T. Manlius Torquatus, Sullani pater, filium condemnat repetundarum. *Ep*. 54.
Manlianus ſaltus. 40, 39
Manus ferreæ ad naves ſiſtendas aut comprehendendas. 36, 44
Manus inceſtas ſanguine ſacris locis inferre nefas. 45, 5
Manus pretium. 34, 7
Marcus Marcellus Coſ. *Ep*. 108. à P. Magio Chilone occiditur. *Ep*. 115.
Marcia rogatio. 42, 21
Marcia, virgo Veſtalis, inceſti damnata. *Ep*. 63.
C. Marcius Coſ. adverſus Dalmatas parum proſpere pugnat. *Ep*. 47.
C. Marcius Figulus prætor. 43, 11
Cn. Marcius Sarnios gentem Alpinam expugnat. *Ep*. 62.
M. Marcius Sermo tribunus plebis. 42, 21
P. Marcius Rex, legatus. 43, 1
Q. Marcius Philippus prætor. 38, 35. conſul creatur. 39. 6, 8
Q. Marcius legatus in Macedoniam mittitur. 39, 48
Q. Marcii legati Romani ad Perſea oratio. 42, 40. decemvir ſacrorum creatus. 43, 42. iterum conſul. 43, 11
Q. Marcius in Macedoniam cum ſupplemento trajecit. 44, 1. Theſſalonicam oppugnat. 10. ejus literæ ex Macedonia Romam miſſæ. 16
Q. Marcius Ralla duumvir. 34, 53. ædem Jovi dedicat. 35, 41
Q. Marcius Rex. 33, 25
Q. Marcius Scylla tribunus plebis. 42, 21
Marcius ſaltus. 39, 20
Marcolica, urbs nobilis, capitur. 45, 4
Mare rubrum. 36, 17. 42, 52. 45, 9
Marene regio. 40, 67
Maritimæ coloniæ quinque deductæ. 32, 29
Maritus novus nuptialibus epulis ſaginatus. 36, 17
Maritus ab uxore ſublatus veneno. 41, 25
Maritorum miſeria in petacitate uxorum. 34, 4
C. Marius triumphali veſte in ſenatum venit. *Ep*. 67. abſens quinto Coſ. creatur. *Ep*. 68. à Rabirio interficitur. *Ep*. 69.
Maronitæ. 31, 31
Maronitarum vicus Sare appellatus. 38, 41
Marſorum cohors. 33, 36
Marſyas amnis. 38, 13
Martis ædes. 35, 9
Martiis Idibus conſulatus initus. 39, 45
Marrucina cohors. 44, 40
Maſiniſſæ dona miſſa à Romanis. 31, 11
Maſiniſſa legatos Romam mittit. 36, 4. agrum, de quo controverſia erat, obtinet. 40, 34
Maſiniſſæ legatorum munera. 42, 6. poſt ſextum & octogeſimum annum filium genuit. *Ep*. 50.
Maſgaba, Maſiniſſæ filius, Romam venit. 45, 13. Maſgabæ quid ſenatus reſponderit. 14
Maſſilienſes à Phocæa oriundi. 44, 9
C. Matienus duumvir navalis creatur. 40, 26. damnatus ſub furca ſeſtertio nummo venit. *Ep*. 55.
M. Matienus prætor. 41, 28. Tybur exulatum abit. 43, 2
Matris indignatio de filia communi alicui deſponſa, ſeſe inſcia. 38, 57
Matronæ impudenter in publicum ſe proripiunt impediundæ legis Oppiæ. 34, 1
Matuta mater. 33, 12. 41, 28
Medion, oppidum. 36, 11. 44, 23
Medi populi. 35, 48
Medicus vitæ Pyrrhi inſidians, à Romanis illi proditus. 42, 47
Mediterranei rerum navalium imperiti. 35, 26
Megaleſia celebrantur. 34, 54. 36, 36
Megalopolis. 32, 5. 36, 31
Megalopolitani. 32, 22. ab Antigono in patriam reſtituti. *ibid*.
Megiſte, portus. 37, 22. 24, 44

Melas fluvius. 36, 22. 38, 40
Melibœa urbs. 36, 13. oppugnatur à Romanis. 44, 13. ejus ſitus. *ibid.* capitur iterum à Cn. Octavio diripiturque. 49
Melium. 33, 26
Melotidis terra. 32, 13
C. Memmius prætor. 42, 10
C. Memmius interimitur. *Ep.* 69.
Memphis, urbs Ægypti. 45, 11
Mendis, vicus maritimus Caſſandreæ. 31, 45
Menecrates Antiochi dux. 44, 24
Menelais, urbs. 39, 26
Menelaii montis radices. 34, 28
Menetas Epirota, Naupacti præfectus 36, 28
Menippi oratio. 35. 32. in Perræbiam proficiſcitur. 36, 10
Meno Antigonenſis. 42, 50
Menophilus, mercator Perræbius. 44, 35
Mercenariis maxime fiſus Nabis tyrannus. 34, 28
Meſſena urbs oppugnatur. 36, 31
Meſſenii. 31, 31. dedunt ſe Romanis. 36, 31. à concilio Achaico deſciſcunt. 40, 48
Metalla nova inſtituta à Philippo rege. 39, 24
Metalla auri & argenti exerceri vetita Macedonibus. 45, 29
Metalli Macedonici vectigal ſublatum. 45, 18
Metellus ſe transfodit & ſanguine ſuo fores uxoris reſpergit. *Ep.* 89.
Q. Metellus primum ex plebe cenſor. *Ep.* 59.
Q. Metellus Pius. *Ep.* 84.
Methymna. 45, 31
Metia tribus. 39, 17
Metropolis. 32, 13. 36, 10
Metropolitanus campus. 38, 15
Micipſa moritur. *Ep.* 72.
Mictio Chalcidenſis princeps. 35, 38. legatus, pedibus captus, lectica in ſenatum latus. 43, 7. ei publice vehicula locata, quæ eum Brunduſium commode perducerent. 8
Miles vetus animum celeriter colligit. 36, 10
Miles vetus nullus in Hiſpaniam ductus. 37, 8
Milites duces ſuos imitantur, ſi luxuriant. 36, 11
Militum carmina in ducis ſui triumpho. 39, 7
Militum donaria. 33, 23. 34, 51. 40, 43. 41, 58
Militum protervia ex otio. 45, 37
Mileſii. 43, 6
Mileſiis immunitas conceditur. 38, 39. iiſdem ager ſacer reſtituitur. *ibid.*
Miletus civitas. 38, 16, 17
Milo princeps amicorum Perſei ſeſe dedit Romanis. 44, 45
Mindii. 33, 20
Minerva Alcis. 42, 51. Athenienſium præſes. 31, 30
Minervæ Piræei templum. 31, 30
Minervæ Itoniæ templum. 36, 20
Minervæ promontorium. 40, 18. 42, 20
Minervæ ſacrificatur. 37, 9
Minervium oppidum. 45, 16
Minio, Antiochi amicus. 35, 16. ejus oratio. *ibid.*
Minius Cerrinius. 39, 13. Bacchanalium auctor. 17. in vincula conjicitur. 18
L. Minucius Myrtilus Carthaginem avectus. 38, 42
L. Minucius Rufus prætor. 31, 4
M. Minucius triumvir. 35, 40
M. Minucius proconſul. *Ep.* 65.
M. Minucius Rufus prætor creatus. 32, 28
Q. Minucius Rufus legatus. 37, 55. conſul. 32, 27
Q. Minucius in monte Albano triumphat de Liguribus, Bojiſque Gallis. 33. 22, 23
Q. Minucius tribunus militum. 35, 5
Q. Minucius Thermus ædilis curulis. 32, 27. triumvir. 32, 29. 34, 44. prætor. 33, 9. conſul. 34, 53. in Roſtra aſcendit. 55
Q. Minucio prorogatum imperium. 35, 20. ei triumphus negatur. 37, 46
Q. Minucius Thermus legatus. 37, 55
Q. Minucii Thermi mors. 38, 41
T. Minucius Molliculus prætor. 40, 35. moritur. 37
T. Minucius Rufus. 42, 54
Miraculum Thaumacis nomen dedit. 32, 4

Miſagenes F. Maſiniſſæ. 42. 29, 62. 45, 14
Miſſilium proviſio adverſus obſidentes montana, cur fere nulla. 38, 20
Mithridates Antiochi F. 33, 19
Mithridates Ponti Rex Aſiam occupat. *Ep*. 78. à filio Pharnace in regia obſidetur. *Ep*. 102. interficitur. *ibid*.
Mneſilochus, princeps Acarnanum. 36, 11
Moagetes tyrannus Cyburæ. 38, 14
Moneris navis. 38, 38
ad Monetæ duarum haſtarum ſpicula ardent. 33, 26
Monopodia. 39, 6
Mons Formianus. 39, 44
Montis Æmi mirus proſpectus. 40, 21
Mopſius tumulus. 42. 61, 65
Morbus excuſat vocatum in judicium. 38, 52
Morcus legatus. 44, 23
Mortis contemptus in muliere. 40, 4
Mortuorum cremandorum mos Romæ. 34, 7
Morzi populi. 38, 26
Mores quatenus mutentur mutato ſolo. 38, 17
Mores hominum varii. 45, 23
P. Mucius Scævola cenſuram petit. 43, 14
Q. Mucius Scævola prætor. 40, 44
Q. Mucius Scævola in veſtibulo ædis Veſtæ occiditur. *Ep*. 86.
ex Mulctatitio argento ſigna ænea quinque in ærario poſita. 31, 50. ludi facti, & ſigna tria ænea Cereri Liberoque & Liberæ poſita. 33, 25. ædes in inſula Fauni facta. 33, 42
ex Mulctatitia pecunia clypea inaurata in Jovis æde poſita. 35, 10. quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ. 35, 41
Mulier indomitum animal. 34, 2
Mulieres in manu patrum, fratrum, virorum. 34, 2
Mulieres non habendæ ut ſervi & ancillæ. 34, 7
Mulieres puniebantur privatim à cognatis. 39, 18
Mulieres tentatæ donis Pyrrhi regis. 34, 4
Mulieres etiam vel parva movent. 34, 7
Mulieres ſimul pares eſſe cœperint, ſuperiores erunt. 34, 3
Mulieris captivæ facinus memorabile. 38, 24
Mulieris Theoxenæ virtus. 40, 4
Mulieres Argivas Nabidis uxor, auro, veſte, mundoque ſpoliat. 32, 40
Mulieribus purpuræ uſus interdictus. 34, 7
Mulierum ſeceſſio. 34, 2
Muliebris veſtis majores ſumptus, quam quindecim millium æris in cenſum relata. 39, 44
Muliebris ſervitus nunquam ſalvis ſuis exuitur. 34, 7
Multitudo rés novandi avida. 35, 33
Multitudinis inconſtantia. 31, 34
Mulus tripes. 40. 2, 45
Muli, tabernacula, & omnia alia inſtrumenta militaria magiſtratibus in provincias ituris ſubminiſtrata de publico. 42, 1
C. Mummius prætor. 41, 8
L. Mummius 38, 54. ejus conſulatus. *Ep*. 52. Corinthum ex S C. diruit. *ibid*. de Achæis triumphat. *ibid*.
Q. Mummius. 38, 54
C. Munatius decemvir. 42, 4
Mundus muliebris quid? 34, 7
Mundus muliebris ademptus fœminis Argivis ab Nabidis uxore. 32, 40
L. Muræna dux contra Mithridatem. *Ep*. 86.
Murus novus objectus diruto in oppugnationibus. 38, 7
Murus Spartanus dirutus. 38, 34
Muri omnium cis Iberum civitatum dejecti. 34, 17
Mutatio omnis odioſa. 34, 13
Mutationis rerum humanarum inſigne exemplum rex Perſeus. 45, 8
Mutilia, oppidum, capitur. 41, 11
Mutilum caſtrum. 31, 2. 33, 22
ad Mutinam L. Cornelius Merula cum Bojis dimicat. 35, 4
Mutinis filius 38, 41
Mycenia, urbs juxta Argos. 32, 39
Mylæ oppugnantur à Perſeo. 42, 54
Mylaſſenſes Euromenſium oppida occupant. 45, 25
Myndus urbs. 37, 16
Myndii. 33, 20

ad Myonneſum navali prœlio pugnatum. 37, 30
Myrina urbs. 33, 30
Myſi ſagittarii. 37, 40
Myſia Eumeni donata. 38, 39
Mytis fluvius. 44, 7

N.

NAbis Lacedæmoniorum tyrannus. 31, 25. ejus crudelitas in Argivos. *ibid.* cum T. Quintio colloquium. 31, 39. ejuſdem amicitiæ cum Romanis conditiones. 31. 34, 39. in apparando contra Romanos bello diligentia. 34, 27. ejuſdem ad T. Quintium oratio. 30. interficitur. 35
Nabidis uxor Argos ad fœminas ſpoliandas miſſa. 32, 40
Nabidis filius ante currum triumphalem ductus. 34, 52
L. Nævius Balbus triumvir. 45, 13
M. Nævius accuſator Africani. 38, 56
Q. Nævius triumvir. 34, 52. 35, 40
Q. Nævius Matho prætor. 39, 32
Natura rerum potentiſſima. 37, 54
Natura inſita terræ ingenio non vincitur. *ibid.*
Naturæ vis. 38, 17
Navalia, locus prope Tyberim. 40, 51
Navalis pugnæ deſcriptio. 37, 30
Navalis triumphus Octavii de Perſeo. 45, 42
Navalis duumvir. 40, 26
Naves Puteolis fulminis ictu concrematæ. 41, 9
Naupactum Ætoliæ urbs. 35, 12. obſidetur. 36, 10
Nauſtathmos portus. 37, 31
Nemea celebrantur Argis. 34, 41
Neon Bœotius Perſei intimus. 44, 43
Neo Thebanus ſecuri percutitur. 45, 31
Nephelis, promontorium Ciliciæ. 33, 20
Nervii à Cæſare delentur. *Ep.* 109.
Neſiotæ, populi Cephalleniæ inſulæ. 38, 28
Neſſus flumen. 45, 29
Nicæa Crateri uxor. 35, 26
Nicæa, urbs. 32, 32
Nicæus Jupiter. 43, 21
Nicander, prætor Ætolorum. 38. 4, 5
Nicander archipirata. 37, 11
Nicatores, regia Macedonum cohors. 43, 19
Nicephorium, Veneris templum. 32, 33, 34
Nicias, prætor Achæorum. 38, 8
Nicodamus, Ætolorum dux, Ambraciam intrat. 38, 5
Nicomedes, Bithyniæ rex. 38, 16. regno pellitur. *Ep.* 76. moriens populum Romanum inſtituit hæredem. *Ep.* 93.
Nicoſtratus, Achæorum prætor. 32. 39, 40
per Nilum pons tumultuario opere factus. 44, 19
Nimbus cœlo ſereno Nurſiæ ortus. 37, 3
Niſuetæ, populi. 33, 18
Noliba, oppidum in Oretanis. 35, 22
Nominum terribilium vocabulis non affici debet vir fortis. 35, 49
Novendiale ſacrum edictum. 34, 45
Novitas omnis ſermones præbet. 34, 53
Nox ad quietem data. 40, 9
Nox victoriam magis quam prœlium dirimit. 31, 17. 32, 1. 44, 4
Noctu Senatus datus legatis. 41, 22
C. Numiſius prætor. 41, 8
T. Numiſius Tarquinienſis legatus. 45, 17
Nuptiæ inter bella Antiochi regis. 36, 11
Nymphæum. 42. 36, 40

O.

OÆneum, oppidum Peneſtiæ. 43, 19
Oblivio fluvius. *Ep.* 55.
Obrimæ fontes. 38, 15
Obſeſſæ urbis malum. 36, 23
Obſidio in bello miſerrimum. 38, 53
Obſidionis tædium, ſumptus, difficultas. 34, 33
Obſides fidei pignus. 42, 39
Obſides exacti dubio belli tempore à fœderatis. 43, 21
Obſidum loco, etiam milites quos elicimus, è regione aut civitate ſuſpecta. 36, 11
Occaſio eadem nec diu, nec ſemper occurrit. 32, 21
Oceanus terrarum orbem ſuo amplexu finit. 36, 17

Octavia, ſoror Auguſti. *Ep*. 131. repudiata ab Antonio. *ibid.*
C. Octavius occiditur. *Ep*. 80.
Cn. Octavius triumvir. 34,45
Cn. Octavius decemvir in locum M. Claudii Marcelli ſufficitur. 44.18
Cn. Octavius prætor. 44,17. ei triumphus decernitur. 45,55. de Perſeo navalem triumphum agit. 45,42
Octolophum, loci nomen. 31.36,40. 41,3
Odia in pace ſi non finiuntur, intermittuntur. 41,24
Odoris inſoliti malum. 37,23
Odomantica terra. 45,4
Odryſæ, oppidum. 39,53
Odryſarum equitatus. 44,42
Oeniadæ Acarnanibus attribuuntur. 38,11
Oenoanda, urbs. 38,37
Oenus fluvius. 34,28
Oeta mons. 36. 15,22,30.37,5
Oetæi montes. 41,22
M. Ogulnius Gallus prætor. 39,6
Olciniatæ Illyrici populi. 45,26
Oleæ de menſa à muribus prægustatæ. 40,59
Olympia. 45,28
Olympias, olim Gonnocondylum. 39,25
Olympio, legatus Gentii ad Perſea. 44,23
Olympus mons. 38,19
Olympi radices. 44,6
Olzinium oppidum. 45,26
Omolium oppidum. 42,38
Oneſimus, Pythonis Macedonis filius, Romam perfugit. 44.16
Onomaſtus. 40, 8. præſes oræ maritimæ. 39,34
Opera publica, pecunia publica facta. 40,51
L. Opimius Coſ. Tranſalpinos Ligures ſubigit. *Ep*. 47.
L. Opimius prætor Fregellanos in deditionem accipit. *Ep*. 40.
Opinio & ſpes, quanquam vana, ſæpe multum facit. 34,12
Opis ædes in Capitolio de cœlo tacta. 39,22
L. Opiternius Bacchanalium auctor. 39,7
Oppiæ legis contentiones de cultu matronarum. 34. 1,2. *& ſeq.*
C. Oppius tribunus plebis legem fert de cultu matronarum. *ibid.*
L. Oppius trib. pl. 32,17
L. Oppius Salinator ædilis plebis. 35,23. prætor creatur. 24
Opunte ſeditio facta. 32,32
Oraculum Apollinis ad Hieram comen. 38,13
Oratio Rhodiorum ad Patres conſcriptos. 45,22
M. Acilii Glabrionis ad milites. 36,17
L. Æmilii Pauli Coſ. ad populum, antequam in Macedoniam iret. 44, 22. ejuſdem ad milites. 44, 38. de rebus ſuis geſtis ad Quirites. 45,41
Oratio Annibalis ad Antiochum & ſocios. 36,7
Arconis fratris Xenarchi prætoris. 41,24
Ariſtæni prætoris Achæorum. 32. 20,21
Q. Cæcilii Metelli ad Cenſores. 40,46
Demetrii adverſus fratrem Perſea. 40,12
M. Furii, qua Cn. Manlium accuſat. 38,45
C. Manlii pro ſe. 38,47
Oratio Nabidis ad T. Quintium. 34,30
Perſei, qua Demetrium fratrem accuſat. 40, 9. ejuſdem ad milites. 42,61
M. Porcii Catonis pro lege Oppia. 34. 2. *& ſeq.*
P. Poſtumii Albini de Bacchanalibus. 39,15
M. Servilii pro L. Æmilio Paulo. 45,37
P. Sulpitii Coſ. de bello Macedonico. 31,7
L. Valerii tribuni plebis pro abroganda lege Oppia. 34,5
Orbitas parentibus deteſtata. 40,56
Orchomenos 32,5
Ordinum diſcernendorum in ſpectaculis auctor Scipio. 34,54
Oreſtæ, gens Macedonum. 42,38
Oreſtis ſuæ leges redditæ. 33,34
Oreſtis urbs. 31, 40. à Dardanis tenetur. 33,35
Oreum prima urbium Eubœæ. 33,31. 44,13.

44,13. iterum à Romanis & ab Attalo oppugnatur. 31,46. capitur. *ibid.*
Orgeſium, caſtellum. 31,27
Origines M. Porcii Catonis. 34,5.45,25
Originum memoria veteri, urbibus beneſactum. 38,39
Oriundus fluvius. 44, 31. ex Scodro monte oritur. *ibid.*
Oroandes Cretam petit. 45,6
Oropus, urbs Atticæ, ibi pro Deo Amphilochus vates colitur. 45,27
Orthobula, uxor Proxeni, damnatur ob veneficium, quo maritum ſuſtulerat. 41,25
Orthoſia. 45,25
Ortiagon, Gallorum regulus. 38,19. ejus uxoris memorabile facinus. 38,24
Oſcenſe argentum. 34.10,45.40,13
Oſphagus fluvius. 31,39
Oſſa, mons. 42,54
Oſtia colonia expugnatur. *Ep.* 79.
Ova ad notas, curriculis numerandis. 41,27
Ovatio Appii Claudii Centonis. 41,28
Oximi puella cum dentibus nata. 41,21. terra pluit. 42,20

P.

PAchinum promontorium. 36,2
Pacullà Minia Campana, Bacchanalium ſacerdos. 39, 13
Padus fluvius. 32,29. 33,22.34,55
Pæonia regio. 38,17. 31,53. nunc Emathia. 40,3
Palæpharſalus. 44,1
Palæphatus oppidum. 32,13
Palinurus promontorium. 37,11
Pallene urbs. 31,45
Pallenſis ager longe fertiliſſimus. 44,11
Palmata tunica. 31,11
Pamphylia. 37,23
Pamphylii. 37, 40. eorum legati coronam auream centum triginta millibus Philippeorum factam in curiam inferunt. 44,14
Pamphylium mare. 38, 13
Pamphylius ſinus. 37,23
Pamphylidas præfectus claſſis. 37. 22,24
Panætolium, concilium Ætolorum. 31.22,39.35,32
Pannonii ſubacti. *Ep.* 139.
Panopolis. 32,33
Panormus Samiæ. 37. 10,11
L. Panſa in campo Martio ſepelitur. *Ep.* 119.
Pantaleon, Ætoliæ princeps. 42,15
Pantaucus legatus. 42,39.44,23. Romanis ſe dedit. 45
Pantherarum venatio. 39,22
C. Papirius Carbo prætor. 44,17
C. Papirius Turdus tribunus plebis. 41,6
Cn. Papirius Carbo occiditur. *Ep.* 89.
L. Papirius Maſo prætor. 41,14
Par ubi eſſe cœperit mulier viro, ſuperior evadet. 34,3
Parachelois oppidum. 39,26
Parii. 31,31
Parilia. 40,2
Parma tripedalis. 38,21
Parma colonia civium Romanorum. 39, 55
Parmenio legatus. 44,23
Parnaſſus mons. 42,16
Paroreia Thraciæ. 39,27
Parthenius mons. 34,26
Parthi in Syriam erumpunt. *Ep.* 127.
Parthini. 33,34. 43,23
Paſſaro oppidum. 35,26
Paſtor dux viæ. 32,11
Paſtorum conjurationes detectæ. 39,41
Paſtrymonia Thraciæ ſubjecta. 42,51
Patara, caput Lyciæ. 37.15,16
Pater iniquus & crudelis. 40,23
Pater ægrotus filio ex captivitate recepto convaleſcit. 37,37
Pater honoribus filii infenſus. 39,53
Pater dolore filiorum amiſſorum ſe ſuſpendens. 42,28
Patri ignoſcitur propter filium. 39,47
Patrem quem nominare aſſueverat Philippus rex, eum occidit. 32,21
Patriæ ruina quidam opprimi malunt, quam periclitari ſoli. 45,26
Patræ urbs Achaiæ. 36,21
Paupertatis aut parſimoniæ pudor peſſimus. 34,4
Pauſanias princeps Pheræorum. 36,9
Pauſiſtratus prætor Rhodiorum. 33,18. interficitur prœlians. 37,11
Pax ſæpe per mulieres Romæ parta. 34.5
Pacis conditiones inter Romanos

nos & regem Philippum. 33,16. inter Romanos & Ætolos. 33,11
Pacem pretio venditare, infame. 38,42
Pecuarii damnati. 35,10
Pedaſa. 33,30
Pelagonia. 31,39
Pelagones Macedoniæ populi. 45,30
Peligni funduntur. *Ep.* 73.
Pella urbs. 44,46
Pellina. 31,39
Pellinæum occupatur ab Aminandro. 36,10
Peloponneſus peninſula, anguſtis Iſthmi faucibus adhærens. 32,21
Pelops Lacedæmoniorum rex. 34, 32
Peltaſtæ, cetrati vocati. 31,36
Peluſium. 44,19
Peluſiacum Nili oſtium. 45,11
Penatium deorum ædes in Velia de cœlo tacta. 45,16
Peneſtæ. 43,20
Peneus amnis. 32, 15. 42, 38. 55, 60. 44,6. 45,29
Peparethus oppidum. 31,28
Peræa Mitylenæorum colonia. 37,21
Perduellionem judicant decemviri. 43,16
Perduellibus ſuperatis, gratiæ actæ diis. 45,16
Perga, urbs. 38,37
Pergamum. 31,46
Pergami regia Eumenis. 35,13
Periculo tota ſimul gens non objicienda. 40,21
Perinthus. 33,30
M. Perperna à Gentio in carcerem conjicitur. 44,27
Perpetuatio judicum civitati noxia. 33,46
Perranthe. 38,4
Perrœbia. 31,41. 32,15
Perrœbii. 33, 32. liberi pronunciantur 34. à Perſeo recepti. 42,53
Perſæ ab Lacedæmoniis aquam & terram petunt. 35, 17. Lacedæmonios à tergo circumveniunt in Thermopylis. 36,16
Perſeis, urbs à Perſeo Philippi F. dicta. 39, 54
Perſeus Philippi filius admodum puer. 31, 28. triceſimum annum agens contendit cum fratre. 40,6
Perſei mores. 41, 20. inſignis crudelitas. 42,5. avaritia. 44,27
Perſeus pecuniæ prædives. 45,40. urbium donis & Deorum cultu munificus. 41, 20. Dolopes Amphilochoſque oppugnat. 38, 5. Rex à populo Romano appellatus. 4 , 42. à Senatu Rex appellatus. 45, 9. Demetrio fratri iraſcitur. 40. 5. ab Demetrio vocatus ad cœnam venire negat. 7. Demetrium fratrem apud Philippum patrem accuſat parricidii. 8. ejus oratio, qua Demetrium aggreſſus. 9. ejus in Demetrium inſidiæ deteguntur 55. regnum ſcelere partum invadit. 56. Antigonum interficiendum curat. 57. conciliat ſibi Græciæ civitates. *ibid.*
ad Perſea legati mittuntur Roma. 42,6
Perſei legatis ſenatus datus. 42,14
Perſeus ad Eumenis cædem ſceleratos quoſdam ſubornat. 42,15. à ſenatu hoſtis judicatur. 18. legatos Romam mittit. 36. cum Marcio legato Romanorum colloquitur. 38. ad orationem Marcii reſpondet. 41. legatos ad Rhodios mittit. 46. de rerum ſuarum ſumma conſilium habet. 42. 59,62
Perſei exercitus ſumma quadraginta millia 42,51. totius exercitus ſumma triginta novem millia peditum, quatuor equitum. *ibid.*
Perſeus ad bellum milites cohortatur. 42,52. ad Sycurium ſtativa habet. 42. 54, 56. aciem inſtruit. *ibid.* ad milites orationem habet. 61. Romanos aggreditur. 64 Romanos paſſim vagantes opprimit. 65. proximas Illyriorum gentes oppugnat. 43,18. Uſcanam obſidet. *ibid.* legatos ad Gentium Illyriorum regem mittit. *ibid* ejus ignavia notatur. 44, 4. ad Pydnam refugit. 6. Gentium Illyriorum regem ſibi adjungit. 23. ad ſylvam Pieriam fugit. 43. à ſuis contemnitur. *ibid.* oratores cum caduceo ad L. Æmilium Paulum mittit. 44
Perſeus cum filio ſeſe Octavio tradit. 45, 7. documentum humanorum caſuum. 8. in cuſtodiam Albam ducitur. 42

Perſei duo filii. 42,52
L. Petilius ſcriba. 40,29
L. Petilius legatus à Gentio in carcerem conjicitur. 44,27
Q. Petilii, tribuni plebis, diem Africano dicunt. 38,50. ſpolia petunt ex triumpho Africani. 53
Q. Petilius, prætor urbanus, Numæ Pompilii libros legit. 40,29
Q. Petilius Spurinus prætor. 40, 18. Coſ. 41,14 ei ſacrificanti in jecinore caput non eſt inventum. *ibid.*
Q. Petilius Spurinus Coſ. à Liguribus occiditur. 41,18
Petilia rogatio. 38,54
Petitarus fluvius. 43,22
Petra, urbs Pieriæ. 39,26.44,32
Petra Medicæ urbs à Philippo oppugnatur. 40,22
Phacium, Theſſaliæ oppidum. 36, 13. vaſtatur. 32,13
Phæſtum capitur. 36,13
Phalanna, oppidum. 42,54
Phalanneus ager. 42,65
Phalanx cuneus Macedonum. 32, 17. 42,61
Phalangis Macedonum quando uſus eſt. 31,39
Phalangitæ. 37.40,42
Phalera in Maliaco ſinu. 35. 43. 36.29
Phaleris donantur equites. 39,31
Phaleria, prima urbium Theſſaliæ, expugnatur. 32,15
Phanæ, portus Chiorum. 36,43.44,28
Phaneas, princeps Ætolorum. 32, 32. 38, 8. valetudine oculorum laborat. 32,34
Phaneæ & M. Acilii altercatio. 36,28. ejus ferocia fracta. *ibid.*
Phaneas, Himilconis præfectus, ad Romanos tranſit. *Ep.* 50
Phanote, Epiri caſtellum. 43,21.45,26
Pharnaces, Mithridatis F. *Ep.* 102.
Pharſalus 32. 33,35.33.20,35. Romanis deditur. 36,14
Phaſelis urbs. 37,23
Phecadum urbs. 31,41
Pheræ, Theſſaliæ oppidum. 32, 13. 35, 30. Romanis deduntur. 36,14
Pheræi. 36, 9. Antiocho ſe dedunt. *ibid.*
Phila, oppidum. 42,67.44.2
Philetærus frater Eumenis. 42,55
Philippi crudelitas. 40,3
cum Philippo rege bellum initum anno DXLIV ab V. C. P. Sulpicio Galba, & C. Aurelio Coſſ. 31,5
cum Philippo Macedonum rege & Athenienſibus belli cauſæ. 31. 14
Philippus inſuetus audire vera. 31, 18. Athenas oppugnat. 24. Achæos tentat illigare Romano bello. *ibid.* Athenienſium agros populatur, templaque diruit. 26. ejus legati ad Ætolos oratio. 29
Philippus fere capitur. 31, 37. magna cura bellum apparat. 32, 5. cum conſule Romano colloquitur. 10. in T. Quintium indignatur. *ibid.* fugit & Theſſaliam petit. 12. ejus caſtra diripiuntur. 13. Theſſaliæ oppida, qua hoſtis veniret, incendit. *ibid.* intra Tempe ſtativa ponit. 15
Philippi nomen in comitiis Argivorum recitatum poſt Jovem, Apollinem, Herculem. 32,25
Philippus cum T. Quintio colloquitur. 32.32,35. ad pacis leges reſpondet. 34. Argivorum urbem fiduciariam Nabidi tradit. 32, 38. Dardanos opprimit. 33,19. cum Philippo pacis leges. 33, 30
Philippi defenſio qua Romanos ſibi iniquos oſtendit. 39,28
Philippus Maronitas, qui Eumeni faverent, interficiendos curat. 33. 39. Demetrium filium minorem Romam mittit. 35. ad filios ſuos Perſea & Demetrium orationem habet. 40, 8. Antigoni præcepti recordatur. 40,21. Æmum montem conſcendit. 22. duas aras in monte Æmo ponit. *ibid.* Petram Medicæ urbem oppugnat. *ibid.* moritur. 54
Philippus Megalopolitanus. 36, 13. per ludibrium a Philippo rege ſalutatur. 14. inſulæ præficitur. 31
Philippus Pœnus, nobile ſcortum. 39,42
Philippus præfectus. 44,12
Philippei nummi. 34, 52. 38, 58. 39. 5,7
Philippopolis. 34,25. capitur. 53
Philonem Chalcidenſem, poſtulant Roma-

Romani; ut ipſis dedat Antiochus. 38,38
Philocles, unus ex præfectis Philippi. 31, 16. 32. 23, 38. Athenienſium fines depopulatur. 31,26
Philocles, Philippi regis legatus. 40,20. opprimitur. 55
Philocrates, Rhodiorum legatus. 45,25
Philopœmen adverſus Nabin claſſem educit. 35, 25. fugit. *ibid.* Lacedæmonios nocturnis inſidiis opprimit. 27. ejus in ducendo agmine locisque capiendis ſolertia & uſus. 28. Laconicum agrum depopulatur. 30. Lacedæmonios ſocietati Achæorum adjungit. 37. à Meſſeniis capitur. 40, 49. veneno hauſto exſpirat. 50. ab univerſo Achaico concilio ſepelitur. *ibid.*
Philoſtratus, 43,23
Phlius, oppidum. 39,7
Phocææ ſeditio oritur. 37,9
Phocæa oppugnatur à Romanis. 37,32
Phocæenſes. 33,18
Phocæenſibus ager donatus. 38,39
Phœbeum, locus. 34, 38
Phœnicus, primus portus Erythræorum. 36,45. 37,16
Phraates Parthorum rex. *Ep.* 59. *Ep.* 100.
Phrygia duplex. 38, 39. utraque donata a Romanis Eumeni. 37,56
Phrygius amnis. 37. 37,38
Phthiotæ Achæi. 36,15
Phylace, oppidum. 45,26
Piera, Theſſaliæ oppidum. 32,15
Pieria. 39,26. 44,9
Pieria ſylva. 44,34
Pietati ædes in foro Olitorio dedicatur. 40,34
Pilæ pontis Tiberini. 40,51
Pileati provinciales ſequuntur currum triumphantis. 33,23
Pileati capite raſo liberti. 45,45
M. Pinarius Poſca prætor. 40,18
Piræeum Athenarum. 31,26. 41,27
Piruſtæ pop. 45,26
Piſanis gratiæ aguntur. 40,43
Piſaurum colonia deducta. 39,44
Piſidæ. 38. 13, 15. circa Selgam quidam incolunt. 40,13
Piſiſtratidæ. 31,44
Piſiſtratus Bœotiorum princeps è medio tollitur. 33, 28. excruciatus. 14
Piſuetæ. 33,18
Placentia. 40,43
à Placentia uſque Ariminum via perducta à M. Æmilio Coſ. 39,2
Placentini. 33,23
Placentina equitum turma. 44,40
C. Plætorius triumvir. 34,45
Plagulæ Romam quando invectæ. 39,6
Plator à Gentio fratre occiditur. 44,30
C. Plautius prætor. *Ep.* 52.
L. Plautius Hypſæus prætor. 37,47
Plebeii ludi. 31, 50. inſtaurati. 32,7. ſemel inſtaurati ab ædilibus plebis. 38,10
Plebiſcitum de Liguribus. 42,21
ad Pleias caſtra ponit Nabis. 35,27
Q. Pleminius proprætor. 34,43
Pleuratus Illyriorum rex, pater Gentii. 44, 30. maritima Ætoliæ populatur. 38,7
Pleuratus, Scerdileti filius, ad Romanos deficit. 31,28
Plitendum oppidum. 38,18
A. Plotius, legatus, Umbros vincit. *Ep.* 74.
Plumæ accenſæ odor gravis. 38,7
Pluvia terreâ. 34,45
Pœtheum caſtellum. 39,25
Pollentia colonia deducta. 39,44
Pollentiæ Deæ ſignum dejectum. 39,17
Polyaratus princeps Rhodiorum. 44. 23, 29
Polybius laudatur. 34, 50. 36, 19. elevatur. 39, 52
Polyxenidas exul Rhodius præfectus claſſi regis Antiochi. 36,44
inter Polyxenidam & Pauſiſtratum inimicitiæ. 37,10
Cn. Pompejus Veſtinos & Pelignos in deditionem accipit. *Ep.* 76. viginti quatuor annos natus, ex Africa triumphat. *Ep.* 89. conſul creatur. *Ep.* 97. de liberis Mithridatis triumphat. *Ep.* 103. III conſul fit & ſolus. *Ep.* 102. ab Achilla occiditur. *Ep.* 112.
Pompeji liberi devicti ab Divo Cæſare. 34,9
L. Pompejus tribunus militum. 42,65
Q. Pompejus Coſ. Termeſtinos ſubigit. *Ep.* 54.
Numa Pompilius an Pythagoræ audi-

tor fuerit. 40,29. ejus cadaver duæque arcæ inventæ. 40, 29. ejuſdem libri inventi. *ibid.*
M. Pomponius prætor. 31,12
M. Pomponius tribunus pl. rogationi in Rhodios intercedit. 45,21
Pomptinæ paludes à Cornelio Cethego Coſ. ſiccatæ, agerque ex iis factus. *Ep.* 46.
de Pontificio jure ſeptem libri Numæ Pompilii inventi in ſepulcro ejus. 40,29
C. Pontinus prætor. *Ep.* 103.
Pontius in provinciæ formam redigitur. *Ep.* 102.
Ponticum mare. 40,21
C. Popilii equitis, cui Sabello cognomen, virtus. 41,4
C. Popilius Lænas conſul. 42. 9, 10. legatus. 44,19
C. Popilius Antiochum regem circumſcribit. 45,12. ejus in Rhodios crudelitas. 45,10
M. Popilius triumvir. 40, 43. prætor. 41, 14. conſul. 41,28
M. Popilius à Numantinis cum exercitu fuſus fugatuſque. *Ep.* 55.
Populus bellum adverſus Philippum jubet. 31,8
Populi favor comparatus congiariis. 37,57
Populi infirmiores præſentibus ſemper adulantur, ac potentioribus ob metum. 36,7
Porcius Licinius prætor. 34, 53. conſul. 39,32
L. Porcius L. F. Licinius duumvir ædem Veneris Erycinæ dedicat. 40,34
M. Porcius Cato conſul. 33, 42. ejus oratio pro lege Oppia. 34. 1. in Hiſpaniam trajicit. 8. ad tribunos & prætorem orationem habet. 13. ei quanta fuerit in domanda Hiſpania difficultas. 18. ex Hiſpania triumphat. 45. Victoriæ virginis ædem dedicat. 35,9
Porcius Cato Africani inimicus. 38, 54. de pecunia regis Antiochi orationem habet. *ib.* cenſor creatur. 39,41. in cenſura quæ fecerit. 39. 43, 44. Rhodiorum cauſam plurimum adjuvat. 45,25. funus mortuo filio facit. *Ep.* 48.
M. Porcii Catonis laus. 39,42. ejus orationes. *ibid.* Uticæ anno ætatis quadrageſimo nono moritur. *Ep.* 114.
P. Porcius Lecca triumvir epulo. 33,42. prætor. *ibid.*
Porcia baſilica à M. Porcio Catone appellata. 39,44
Porcinæ in eduliis variandis commoditas. 35,49
Porcus cum humano capite. 32,9
Poris Ænianum princeps. 40,4
Porta principalis dextra. 40,27. principalis ſiniſtra. *ibid.*
Porta Quæſtoria. 40,27
Quintana. 41,2
Trigemina. 40,27
Porticus Æmilia reficitur. 41,27
Porticus extra portam Trigeminam. 41,51. poſt navalia. *ibid.*
Porticus ad fanum Herculis. *ibid.*
Portorium caſtrorum, Puteolis fruendum locant cenſores. 32,7
Portoria venalium Capuæ. *ibid.*
Portus Tiberis. 40,51
Poſideum promontorium. 44,11
Poſtremum quod adjicitur, id rem totam videtur trahere. 38,47
A. Poſtumius Albinus prætor. 39,23
A. Poſtumius Albinus Luſcus, Conſul. 40,35
A. Poſtumius Albinus cenſor. 41, 27. Decemvir ſacrorum. 42,10
A. Poſtumius Albinus Coſ. in carcerem conjicitur. *Ep.* 48.
A. Poſtumius Luſcus legatus. 45,17
L. Poſtumius conſularis damnatus, quod opera militum in agro ſuo colendo uſus eſſet. *Ep.* 42.
L. Poſtumius prætor. 40, 35. de Luſitanis triumphat. 41, 6. Coſ. deſignatur. 28. flamen Quirinalis inauguratur. 45,15
L. Poſtumius Tempſanus prætor. 39,23
L. Poſtumius, cui Tympano cognomen, à Gallis occiditur. 34,47
Sp. Poſtumius Albinus prætor. 37,47. 39,45. conſul. 39. 6, 8. ejus oratio, qua exprõmit Bacchanalium furores. 15. augur. 39, 45. moritur. 40,42
Præco Romanus in prõnuntianda Græciæ libertate revocatus. 33,32
Præda iniquiſſima ſorte fit eorum, qui

qui prædæ non interfuerant. 38,23
Prædiorum ruſticorum locationes apud Macedonas ſublatæ. 45,18
Prætextæ honos apud Romanos. 34,7
Prætextæ togæ habendæ jus triumviris datum. 33,42
Prætores quatuor creati lege Bæbia. 40,44
Prætores ſex quando primum creati. 32,27
Prætores Argivorum primo die comitiorum, velut ominis cauſa, Jovem, Apollinem & Herculem, pronuntiabant. 32,25
Prætorum Romanorum impotentia erga provinciales. 43,7
Prætores nonnulli ob crudelitatem & avaritiam damnati. *Ep.* 47.
Praſiæ, continentis Atticæ locus. 31,45
Praxo, Delphica ſacerdos. 42,15
Praxus domus receptaculum latronum. 42, 17
Priaticus campus. 38,41
Priene. 38.13,21
Primigenia Fortuna. 44,13
Priſtis, navis genus. 35,26.44, 28
Proxenus veneno tollitur ab uxore. 41,25

PRODIGIA.

in Adriano agro lapidibus pluit. 34,45
Ædes Sangi de cœlo tacta. 32,1
Agnus cum ſuillo capite natus. 31, 12 Agnus cum duobus capitibus natus. 32,9
Alba ædes Capuæ de cœlo tacta. 32,1
Amiterni terra pluit. 35,21.45,16
Ancilia mota ante bellum Cimbricum. *Ep.* 68.
Anguis quadrupes. 41,9
Anguis jubatus in æde Fortunæ Primigeniæ viſus. 42,13
Apollo Cumis in arce triduum ac tres noctes lacrymat. 43,13
Apollinis ædes Gabiis de cœlo tacta. 41,16. Veliterni. 32,1
Aſinus tripes Calatiæ natus. 42,20
Bos locutus in Campania. 41,13
Bos locutus, Roma cave tibi. 35,21
Calatiæ ſanguine per triduum & duas noctes manavit. 45,16
Capillus in Herculis æde enatus. 33,1
Capra ſex hœdos uno partu edit. 35,21
Cœlum ardere viſum. 32,9.43,13
Equuleus Reate cum quinque pedibus natus. 32, 1. in Lucanis. 31, 2. in Bruttiis. 32,1
Fax in cœlo viſa. 43,13
Fruſinone agnus cum ſuillo capite natus. 31,12
Haſtarum ſpicula ad Monetam arſerunt. 33,26
Haſta interdiu plus duas horas arſit, ita ut nihil ejus ignis ambureret. 43,13
Imbri Reate lapidavit. 43,13
Impluvio T. Marcii Figuli palma enata. *ibid.*
Infans incertus natus, maſculus an fœmina, in Sabinis. 31,12
Lacte Interamnæ pluit. 34,45
Lana capiti Jovis impoſita decidit. 41,58
Lapis in agro Cruſtumino in lacum Martii de cœlo cecidit. 42,9
Lapidibus pluit in Adriano agro. 34,45. Amiterni. 36,37
Laurea in puppi navis longæ enata. 32,1
Littora crebris ignibus fulgent. *ibid.*
in Lucanis equuleus quinque pedibus natus. 33,12.32,1
Lupus in Capitolium intrat. 32,29
Lupus Eſquilina porta ingreſſus. 33,12
Lupus Romæ interdiu agitatus. 41,9
Lupi Formiis oppidum ingreſſi, obvios aliquot laniant. 32,29
Lux inter noctem Fruſinone orta. *ibid.*
Minturnis Jovis ædes de cœlo tacta. 36,37
Mula Reate peperit. 36,23
Mulus tripes Reate natus. 40.2,45
Mures de menſa oleas prægustant. 40,58
Murus Fregellis de cœlo tactus. 32,29
Nimbus cœlo ſereno Nurſiæ ortus. 37,3
Palma in area enata. 43,13

Por-

Porcus humano capite natus, 31, 12. 32, 9
Puella cum dentibus nata. 41, 21
Puer biceps natus. *ibid.*
Pueri ſine oculis & naſo Arimini nati. 34, 45
Puer ſine manibus & pedibus natus. *ibid.*
Puer trunci corporis in agro Romano natus. 41, 9
Puer unimanus natus. 35, 21. 41, 21
Pulli gallinacei tres cum ternis pedibus in Bruttiis. 32, 1
Roma tibi cave, à bove dictum. 35, 21
Sanguine pluit. 40, 19. interdiu. 43, 13. per biduum. 39, 56
Sanguinis guttæ in Capitolio viſæ. 34, 45
Sanguine per biduum in area Vulcani pluit. 39, 46
Sinueſſæ porcus cum capite humano natus. 31, 12
Sol rubere viſus per totum diem Priverni. *ibid.*
Soles tres viſi. 41, 21
Sueſſæ Auruncæ agnus cum duobus capitibus natus. 32, 9
Terra pluit. 34, 4

Proditoribus temere fides habita, exitio fuit militibus Claudii. 44, 10
Proërna, urbs. 36, 14
Promontorium Minervæ. 40, 18
Pyrenes. 36, 19
Toronæ. 31, 45
Propontidis ora. 38, 16
Proſcenium ad Apollinis, ædem Jovis in Capitolio locat M. Æmilius Lepidus. 40, 51

PROVERBIA.

Cæco id quidem apparet. 32, 34
Non omnium dierum ſol occidit. 39, 36
Surdis auribus canere. 40, 8
Veſper quid ferat incertum. 45, 8

Provincialium honores erga conſules bene de ſe meritos. 33, 23
Provincialium magiſtratuum Romanorum impotentia. 38, 23
Provincialibus ſociis quam maximo oneri magiſtratus Romanus. 42, 1. 43, 7
Pruſias, Bithyniæ rex. 37, 25. Annibalem poſt Antiochum recepit. 40, 51. Romam venit. 45, 44. à Nicomede filio occiditur. *Ep.* 50.
Pruſiæ legati de Eumene conqueruntur. 44, 14. *Ep.* 46.
Prytaneum Cyzici. 41, 20
Prytanis magiſtratus apud Rhodios. 42, 45
Pſaltriæ quando primum Romam advectæ. 39, 6
Pſeudophilippus. *Ep.* 49. in Macedonia capitur. *Ep.* 50.
Pſeudophilippus alter in Macedonia cum exercitu cæditur. *Ep.* 53.
Pteleum oppidum. 35, 43. à fundamentis diruitur. 42, 67
ad Ptolemæum regem legati mittuntur. 31, 2. ejus legati ad Romanos. 9
Ptolemæus Philopator. 32, 33
Ptolemæus rex Ægypti Antiochi filiam ducit. 35, 13. ejus legati. 36, 2. 45, 13
Ptolemæus major & Ptolemæus minor. 44, 19
Ptolemæus minor, qui majorem regno expulerat, fratri reconciliatur. 45, 11
Ptolemæus Ægyptiorum rex, à minore fratre regno pellitur. *Ep.* 46.
Ptolemæus, rex Ægypti, graviter vulneratus, inter curationem exſpirat. *Ep.* 52.
Ptolemæus Euergetes in Cyprum profugit. *Ep.* 59.
Ptolemæus, Cyrenarum rex, moriens hæredem populum Romanum relinquit. *Ep.* 70.
Publicanus ubi eſt, ibi aut jus publicum vanum, aut libertas ſociis nulla. 45, 18
Publicani reip. Rom. in extremis conſtitutæ, omnia neceſſaria ultro commodant. 32, 48
Publilia nobilis fœmina necata decreto cognatorum. *Ep.* 48.
Pudere cum cœperit, quod non oportet, quod oportet, non pudebit. 34, 4
Puer trunci corporis. 41, 9. biceps. 41, 21. unimanus. 35, 21. ſine oculis

lis ac naſo. 34, 45. ſine manibus ac pedibus. *ibid.*
Pueri regii apud Macedonas Principum liberi. 45,6
Punicæ verſutiæ. 42,47
Punicum primum bellum diſtat triginta tribus annis à ſecundo. 31,1
Punici belli ſecundi anno primo Coſſ. qui fuerint. 34,42
Punici belli tertii initium ſexcenteſimo ſecundo anno ab V. C. intra quintum annum finitum. *Ep.* 49.
L. Pupius ædilis. 39,39
L. Pupius prætor. 39,45
Purpura viri utuntor. 34, 7
Purpuræ pretium & honos apud Romanos. *ibid.*
Puteolos colonia civium Romanorum deducta. 34,45
Pygela portus. 37,11
Pylæ. 32, 4
Pylaicum concilium. 33.21,32
Pylleon. 42,40
Pyra, locus Herculi ſacer in monte Oeta. 36,30
Pyrgi colonia. 36,3
Pyrrheum, propugnaculum Ambraciæ. 38. 5,6
Pyrrhus, Epirotarum rex. 31, 3. caſtra metari primum docuit. 35,14
Pyrrho nuntiatum, ut ſibi à veneno caveret. 39,51
Pyrrhi caſtra, locus in Triphylia terræ Melotidis. 32,13.35,27
Pyrrhi regia Ambracia. 38,10
Pythagoræ auditor non fuit Numa Pompilius. 40,29
Pythagoras, præfectus præſidio Laconum, gener Nabidis. 34, 25. cauſa fuit ne Sparta caperetur. 38. ſupplex Quintio. 39
Pytho Macedo præfectus. 44,12
Pythium oppidum. 42,53.44,2,32,35

Q.

QUadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ de mulcta damnatorum. 35,41
Quadrigæ falcatæ Antiochi regis. 37,40
cum Quæſtoribus & ſacerdotibus certamen. 33,28
Quæſtoria porta. 34,46.40,27
Quinquaginta annis minores omnes ſacramento rogati. 40,26
Quinquennalia vota. 31,9
Quintana porta. 41,2
P. Quintilius Varus flamen Martialis moritur. 44,18
P. Quintilius Varus prætor. 45,44
T. Quintilius Varus legatus. 39,31
C. Quintius Flaminius prætor. 41,8
L. Quintius Criſpinus triumvir. 39,55
L. Quintius Criſpinus prætor. 39,6. de Luſitanis Celtiberiſque triumphat. 42
L. Quintius Flamininus, prætor. 31,49
L. Quintius frater conſulis. 32,16
L. Quintius Coſ. creatur. 35,10
T. Quintius Flaminius ædilis curulis ludos ſcenicos apparat. 31,4. triumvir creatur. 49. conſul. 32,7. pacis leges dat. 33. Corinthum proficiſcitur. 40. Anticyram trajicit. *ibid.* ejus literæ. 33,9. ei imperium prorogatum. 33. 11,29. ejus ad Græciæ civitatum legatos oratio. 34.22. Argos oppugnat. 25. Lacedæmonem oppugnat. 29. ejus ad Nabidem reſponſio. 31. civitatum Græcarum legatos alloquitur. 47. Menippo reſpondet. 57. in concilio Achæorum orationem habet. 35,40. ſorte quadam nutriendæ Græciæ datus. 55. cenſor creatus. 37, 58. 38,29. augur creatur. 45, 44
T. Quintius Flaminius legatus. 45,4
T. Quintii & Philippi colloquium. 32. 32,35
T. Quintii ingenium. 36,32. ejuſdem & P. Scipionis comparatio. 35,10

R.

L. RAmmius Brundiſinus Perſei veneficia indicat. 42.17,41
Raphia opp. 35,13
Reate mula peperit. 37, 5. mulus tripes natus. 40. 2, 45. imbri lapidavit. 43,13
Regna magna ſubſunt multis caſibus. 42,50
Regnum ſcelere partum Diis inviſum. 44,1
Religio Romanorum in votis ſuſcipiendis. 31,9
Religionis cura Romæ. 33,27

Reli-

Religionis ſolvendæ libri in ignem conjecti. 40,29
Religionis pravæ malum. 39,16
Religionis per imprudentiam violatæ vitia iniquiſſima. 31,14
Remulco trahere naves. 32,16. 37,24
Reipublicæ cauſa abſens, indicta cauſa non damnandus. 43,5
Rerum humanarum mutatio. 45,8
Rebus ſecundis imponere modum, eſt hominis prudentis. 42,62
Rex in ſuum ſanguinem ſæviens. 40,8
Rex ipſe in bello, in prœlio præſens, plurimum promovet. 44,4
Regis exemplum omnes ſequuntur. 36,11
Regis majeſtas difficilius à ſummo faſtigio ad medium detrahitur, quam à mediis præcipitatur ad ima. 37,45
Regem ſe ſcribere, qui regnum bello amiſit, indignum commiſeratione. 45.4
Reges omnia ſerva eſſe & ſubjecta imperio ſuo volunt. 37,54
Reges Barbaris dandi, quibus ſemper pro legibus dominorum imperia. 37,54
Regum ambitio putidiſſima. 35,42
Regum concordiæ bonum. 45,19
Regum fidei parum confiſus Annibal. 39,51
Regum grave imperium omnia explorat. *ibid.*
Reges ſocios omni honore augent Romani. 37,25
Regia jam altera, vivo patre, patri toleratu difficilis. 39,53
Regii nominis honor, pro magnis erga ſe meritis datus regibus. 31,11
Regii pueri apud Macedones, dicti Principum liberi, ad miniſterium regis electi. 45 6
Regiorum miniſtrorum loquacitas. 44,35
Regiorum adſentatorum mutatio. 40,5
Regiorum ſatellitum ingenia, ut ad cæteram fidem, ſic ad ſecreta tegenda vana. 34,36
Regiorum fratrum æmulatio. 40,5
Regiis opibus innutriti vaniloqui. 35,48
Regnandi libido, malum quantum. 39,53. 44,30
Regnum cui legitime competat jam vacuum. 40,11
Rhætia à Ti. Nerone & Druſo Cæſaris privigno domita. *Ep.* 129.
Rhage, urbs. 32,15
Rhegium oppidum. 31.21,39
Rhegini. 36,42
Rhinocolura, urbs. 45,11
Rhiſiaſus Pellenenſis. 32,22. ejus certamen contra filium Memnonem. *ibid.*
Rhizon, urbs Illyriæ. 45,26
Rhizonitæ. *ibid.*
Rhodii Peræam à Philippo armis vindicant. 33,18. fundunt Macedonas. *ibid.* inſequuntur claſſem regiam. 37,24
Rhodiorum erga populum Romanum fides. 33,20
Rhodiorum legatorum in ſenatu oratio contra Eumenem. 37,54
Rhodiis Lycia & Caria datæ. 38,39
Rhodii legatos de pace cum Perſeo & Romanis componenda, Romam mittunt. 44,14
Rhodiorum legati in caſtra ad Paulum Coſ. veniunt. 44, 35. veſtem mutant. 45, 20. ſordida veſte Principum domos circumeunt. *ibid.*
Rhodii linguam habent venalem. 45,10
Rhodiorum ad P. C. oratio. 45,22
cum Rhodiis deprecantibus ſocietas juncta. *Ep.* 46.
Rhodia cohors. 33,2
Rhœteum Aſiæ oppidum. 37,37
Rogatio ad plebem. 33,25
Rogatio lata quot annos nati magiſtratum peterent. 40,43
Rogatio conſulum ad populum de bello Macedonico. 42,30
Rogatio ad populum fertur de bello contra Antiochum ineundo. 36,1
Rogatio de Liguribus deditis. 42,21
Rogatio lata, ut Rhodiis bellum indiceretur. 45,21
Rogationem de bello Macedonico antiquarunt omnes ferme centuriæ. 31,6
Romanorum æquitas. 32, 14. 36, 20.

auctoritas ac terror. 37, 45. 45, 12. avaritia 33, 26. 42, 52. clades. 39, 2. 44, 12. gratitudo. 49, 16. modeſtia. 36. 4, 20
Romanorum bella felicia, quia juſta. 44, 22
Romphææ Thracum. 31, 39
L. Roſcius tribunus plebis. *Ep.* 95.
Roſtra. 34. 56
Rudimentum adoleſcentiæ. 31, 11
Rumores fere augentur ſupra verum. 34, 24
Rutilius auctor hiſtoriæ Romanæ. 39, 52
P. Rutilius tribunus pl. à Cenſoribus tribu motus & ærarius factus. 44, 16. repetundarum ab equeſtri ordine damnatus in exilium mittitur. *Ep.* 70.
P. Rutilius Calvus prætor. 45, 44

S.

SAbinis infans incertus natus. 31, 12
Sacer ager. 38, 39
Sacer lapis. 41, 13
Sacerdotes execrantur Philippum regem & familiam ejus. 31, 44
Sacerdotes ſtipendium dare coacti in bellum. 33, 42
Sacerdotum publicorum mors. 41, 21. 42, 27. 43, 11. 44, 18
Sacra via. 42, 15
Sacrata lex. 36, 38. 39, 5
Sacrum diurnum in nocturnum mutatum. 39, 13
Sacrum anniverſarium Eretriæ Amarinthidis Dianæ. 35, 38
Sacra externa Romæ vetita. 39, 16
in Sacris faciendis prodigia. 41, 15
Sacrificia externa & nova interdicta. 39, 16
Sacrificiorum, quæ Romæ aut in Italia facturi veniſſent longinqui reges, ſumptus ſuppeditatus è publico. 45, 45
Sacrilegii ultio. 42, 28
Sacriportus. *Ep.* 87.
Saga populus Romæ ſumpſit. *Ep.* 72. deponit. *Ep.* 73.
Sagalaſſenus ager. 38, 15
Saguntina rabies. 31, 17
Salis commercium Dardanis permiſſum. 45, 29
Salaſſi, gens Alpina domita ab Appio Claudio Coſ. *Ep.* 53. perdomita à M. Craſſo. *Ep.* 135.
Salernum colonia civium Romanorum deducta. 34, 45
Salganeus oppidum. 35. 37, 38. oppugnatur. 51
Salii Amilcare Pœno duce Placentiam invadunt. 31, 10
Salius P. Scipio. 37, 33
C. Salonius triumvir. 34, 45
C. Salonius Decemvir. 42, 4
Q. Salonius Sarro prætor. 35, 10
Saltus ad Aoum amnem difficultas. 32, 6
Saltus Citheronis. 31, 26
Saltus Manlianus. 40, 39. Martius. 39, 21
Saltus opportunitas hoſtibus coërcendis. 44, 6
Q. Salvidienus mortem ſibi conſciſcit. *Ep.* 127.
Samæi Cephaleniæ populus. 38, 28. ſeſe dedunt. *ibid.*
Sambuciſtriæ. 39, 6
Samii. 31, 31. 33. 4
Samothracum inſulæ religio. 45, 5
Sangi Semonis ſacellum de cœlo tactum. 32, 1
Sangualis avis. 41, 13
Sanguine per triduum pluit. 42, 20. per triduum & duas noctes manavit. 45, 16
Sanguis è foco manans. 45, 16
Sanguine hominis in convivio ludere, immane ſcelus. 39, 43
Sappinia tribus, Umbriæ pars. 31, 2. 33, 23
Sardi populi ſubiguntur. 41, 28, in ditionem populi Romani rediguntur. 41, 17
Sardorum legati. 41, 8
Sare Maronitarum vicus. 38, 41
Sariſſæ, haſtæ prælongæ Macedonum. 37, 42. 38. 7
Sari fluminis capita. 33, 41
Satellitum regiorum vanitas. 34, 55
Saturnia colonia civium Romanorum in agrum Caletanum deducta. 39, 55

Satur-

Saturniæ ſanguine per triduum pluit. 42,20
Saturnalia. 32,1
Satyrus, princeps legationis Rhodiorum. 42,14
Saxum ingens procidens multos opprimit. 35,21
Scæa, Tripolis vocata. 42,55
Sceleris inquirendi formula. 39,11
Scenici ludi. 34,53
Scenici ludi apparati. 31,4
Scerdiletus Gentii regis filius. 44,32
Sciathus, oppidum. 31. 28, 45. 35,43
P. Scipio Africanus legatus. 34,61. vide in *Corneliis*.
Scodra urbs. 43, 20. ejus ſitus. 44, 31. recipitur. 32
Scodrenſes. 45,26
Scopas Ætolorum prætor. 31,43
Scordus mons. 43,20
Scordiſci. 40,57. 41,10. *Ep.* 56.
Scorti amor redimitur homicidio. 39,42
Scortorum duo millia à caſtris rejecta. *Ep.* 57.
Scotuſſa Romanis deditur. 36,14
C. Scribonius, Curio maximus. 33,42. 41,21
C. Scribonius, præfectus ſocium. 40,31
L. Scribonius Libo ædilis curulis. 34, 53. prætor. 35, 10. triumvir. 39,23
Scriptores Latini. 40,50
Scultenna fluvius. 41.12,18
Scuta Gallorum longa, ſed ſtricta. 38,21
Scutum Liguſtinum. 44,35
Scutum vigilibus aufert Paulus. 44,33
Scyllæum. 31,44. 36,42
Scyrus inſula. 31,45. 33,30
Seceſſio muliebris. 34,5
Seceſſioni ignoſcitur ob cauſam. 32,22
Secubitus ſacrorum cauſa. 39,10
Secundani milites. 34.15,45
Secundis rebus non nimis fidendum. 42,62. 45,8
Securitatis ac negligentiæ malum. 41 4
Sedetani ad M. Porcium Catonem deficiunt. 34,20
Seditionis auctores mortem ſibi conſciſcunt. 45,10
Segeſtica, urbs opulenta, pluteis & vineis capitur. 34,17
Seguntia. 34,18
Sejuges aurati in Capitolio poſiti à P. Cornelio. 38,35
Selepitani. 45,26
Seleucus, Antiochi filius, caſtra movet. 37, 18. agros Eumenis depopulatur. 21
Selga. 35,13
Selinus, oppidum. 33,20
Sellaſia, ad Oeunta fluvium. 34,28
Selymbria. 33,39
Semimas duodecim annos natus inventus. 39,22
Semiſſes agri. 41,13
Sempronia, uxor P. Scipionis Africani, ſuſpecta in necem mariti. *Ep.* 59.
A. Sempronius Aſellus prætor in foro occiditur. *Ep.* 74.
C. Sempronius Coſ. contra Iapidas rem male gerit. *Ep.* 59.
C. Sempronius Blæſus ædilis. 39, 7. prætor. 39,32
C. Sempronius Longus Decemvir ſacrorum. 41,21
C. Sempronius Rutilus tribunus plebis. 37,57
C. Sempronius Tuditanus procoſ. in Hiſpania cum exercitu cæditur. 33,25. moritur. *ibid.*
C. Sempronius Tuditanus pontifex moritur. 33,22
M. Sempronius trib. pl. 35,7
M. Sempronius Tuditanus prætor. 37,47. conſul. 39, 23. pontifex. 46. moritur. 41,21
P. Sempronius Blæſus, trib. pl. P. Cornelio triumphum poſtulanti obſiſtit. 36,39
P. Sempronius Gracchus, tribunus plebis. 37,57
P. Sempronius Longus prætor. 39,32. moritur. 41,2
P. Sempronius Tuditanus, legatus ad Ptolomæum Ægypti regem. 31,2
T. Sempronius ædilis curulis. 32,27
T. Sempronius Gracchus juvenum acerrimus, à Philippo rege comiter excipitur. 37,7
T. Sempronio Graccho, trib. pl. gratiæ

ſtæ, quod rempublicam privatis ſimultatibus potiorem habuiſſet. 38,53
T. Sempronii Gracchi, trib. pl. decretum de P. Scipione Africano. 38,53. ejuſdem aliud de L. Scipione. 60. ejuſdem pro M. Fulvio proconſule oratio. 39,5
T. Sempronius Gracchus triumvir. 39,56. prætor. 40, 35. de Celtiberis triumphat. 41, 7. conſul creatur. 8. moritur. 23
T. Sempronius Gracchus trib. pl. legem agrariam promulgat. *Ep.* 58. in Capitolio à primatibus occiditur. *ibid.* inſepultus in flumen projicitur. *ibid.*
T. Sempronius Longus triumvir. 32,20. prætor. 33, 9. Coſ. creatur. 34, 41. ejus literæ de tumultu ob arma Ligurum. 55
S. Sempronius T. F. Longus, decemvir ſacrorum, moritur. 41,21
T. Sempronius Longus triumvir. 34,44
T. Sempronius Muſca triumvir. 42,13
Sempronia baſilica. 44,16
Sempronia lex. *Ep.* 58.
Senatores quinque amplius uno tempore abeſſe ab urbe Roma vetiti. 36,3
Senatoribus quibus in ſenatu ſententiam dicere licitum. 36,3
Senatus à populo ſecretus ludos Romanos primum ſpectat. 34.43 53
Senatus datus in Apollinis æde. 34,43. 41,17
Senatus ad ædem Bellonæ datus. 36,39. 42.9,36
Senatus in Capitolio habitus. 32,8.
Senatuſconſultum factum. 31,8
Senatuſconſultum adverſus magiſtratuum injurias. 43,17
Senatuſconſultum de Bacchica conjuratione. 39. 14, 19. de ſumma rerum Aſiæ. 37, 57. de Liguribus. 42, 9, 22.
Senectius tribunus civitatis Nerviorum. *Ep.* 139.
Senectus Catonem non frangit. 39,40
Senex dominum laturus non videtur, qui ferre noluit juvenis. 35,42
Septem libri Numæ. 40,29
Sepulcrorum dirutorum cura. 31,34
Sepulturæ cura. 31,34. 35,8
Sepulturæ ejuſdem hominis monumenta diverſis locis monſtrata. 38,56
Cn. Sergius Plancus prætor. 31,4
M. Sergius tribunus militum. 39, 6. virgis cæditur. 9
M. Sergius prætor urbanus. 32,27
M. Sergius Silus legatus. 44,40
Sermones omnis novitas præbet. 34,53
Serrheum caſtellum. 31,16
Q. Sertorius in Hiſpania bellum excitat. *Ep.* 90. à M. Antonio perfidioſe interficitur. *Ep.* 96.
C. Servilius legatus. 33,47. duumvir. 34,53
C. Servilius Geminus pontifex maximus. 39, 46. 40, 42. piacula iræ Deûm conquirere jubetur. 40, 37. moritur. 42
Cn. Servilius Cæpio pontifex moritur. 41,21
Cn. Servilius Geminus Decemvir. 31,4
M. Servilius triumvir. 34, 44. trib. mil. 40, 27. pontifex in locum C. Livii Salinatoris ſuffectus. 43,11
M. Servilii pro L. Æmilio Paulo oratio. 45,37
M. Servilius riſum movet tumore inguinum. 45,39
M. Servilius Geminus ædilis curulis quadrigas aureas in Capitolio poſuit. 39, 38. decemvir. 31,4. triumvir colonis deducendis. 32,29
P. Servilius decemvir creatur. 31,4
Servus ob ſcelus domini proditi de Saxo Tarpeio dejicitur. *Ep.* 77.
Servi conjurationis indices munerati. 32,26
Servi in militiam allecti Romæ, ita ut pro iis pretium bello perfecto daretur dominis. 34,6
Servi regii, humiliter quidem regi, at aliis ſuperbe imperare ſoliti, in Italiam traducti. 45,32
Servorum in Etruria conjuratio. 33,36
Servilis tumultus circa Romam. 32,26. detegitur. *ibid.*
Servile bellum in Syria. *Ep.* 56.
Servilis motus in Apulia. 39,29
Servitiis Achæorum fugitivis receptaculum

culum Macedonia. 41.23,24
Servituti nati Syri & Aſiatici Græci. 36, 17
Seſtos, Helleſponti urbs. 32,33
T. Seſtius Caſſianarum partium vincitur. *Ep.* 124.
Setia capitur. 32,26
Setiæ Carthaginienſium, obſides cuſtodiuntur. *ibid.*
Sex legionibus uſa reſpublica Romana. 31,9
Sex menſes nunquam pluit. 40,29
Sexagenario major conſul Romanus, omnia obit munia militaria. 44,4
Sextilis menſis, in honorem C. Cæſaris, Julius appellatur. *Ep.* 134.
C. Sextius proconſul coloniam aquas Sextias condidit. *Ep.* 61.
Sibyllæ carmina de termino fatali imperii Romani. 38,45
Sibyllini libri ex SC. aditi. 39,10. 37, 37. 41,21. *Ep.* 49.
Siccitate & inopia annus inſignis. 40,29
Sicimina mons. 45,12
Cn. Sicinius triumvir. 41, 13. prætor. 42,9. provinciam Macedoniam obtinere jubetur. 42,27
Sicyone concilium datum. 32,19
Sida oppidum. 37,23
Sidetæ. 35,48
Sidonii. 35,48
Signa erepta ſigniferis in medios hoſtes projecta. 34,45
Signa ænea tria ex argento mulctatitio Cereri, Liberoque & Liberæ poſita. 33,10
Signiam coloni miſſi. 32,2
Silentium nimis aut modeſtum aut timidum, jus facit impudentibus velut probato exemplo. 42, 1
Silice Capitolinus clivus ſtratus. 41,27
Silo Popædius, dux Marſorum. *Ep.* 76.
Similæ lucus. 39,12
Similia magis quam paria. 45,43
Similia. 35,49. 36, 32. 37, 29. 38, 10. 41,23
Simulacra Deum ſemiuſta & truncata magna invidia complent Philippum regem. 31,30
de Simultatum alienarum ſtatu, haud judicandum aut cenſendum. 39,5
Sindenſium ager. 38,15
Singula facilius acquiras, quam univerſa retineas. 37,35
Sinope, urbs. 38,18
Sintice, regio. 45,46
Sinueſſa colonia. 36,3
Sinueſſæ infans natus ambiguo ſexu inter marem & fœminam. 33, 13. porcus humano capite natus. 32,9
Sipontum colonia civium Romanorum deducta. 34,45. 39,23
Sipylus. 37,37
Siræ oppidum. 45,4
Sitis ridicula legatorum Certimenſium. 40,47
Smyrna. 35,42. oppugnatur. 33,24
Smyrnæi agro donati. 38,39
Societatis maximum vinculum communis utilitas. 35,7
Sociorum Romanorum impenſæ in magiſtratus Rom. 42,1
Solſtitiale tempus, 35,49
Solis lunæque ortus & occaſus certi. 44,37
Soli ara in Æmo monte à Philippo poſita. 40, 22
Soli, urbs. 37,56
Soliferrea, tela bellica. 34,14
Solovettius, Gallogræcorum regulus, verbis legatorum non movetur 45,34
Sopater vivus capitur. 42,66
Sortis humanæ inſtabilitas. 45,8
Soſilaus Rhodius. 34, 30
Soſpitæ Junoni ædes vota à Cn. Cornelio Cethego conſule. 32,30
Spadones regum. 35,15
Sparta quondam ſine muris per octingentos prope annos. 34, 38. 39, 17. à Romanis obſidetur. 34,37
Spartana dura & horrida diſciplina. 38,17
Sparus percutiendo militi. 34,15
Speculator convivii male exceptus. 40,7
Speculatoris unius induſtria Athenas ſervat. 31,24
Spelæum, urbs. 45,33
Sperchius fluvius. 36,14. 37,4
Spolia Macedonica Romam avecta. 45,33
Spoliis regis Antiochi onuſti exercitus Romani periculum. 38,46
Statiellas ager. 42.7,13
Statiellates Ligures. 42.8,21

Statellatium Ligurum miſeriæ. 42. 7,21
Stationes mutatæ à P. Æmilio. 44,23
Statua Antiochi in templo Minervæ. 36,20
Statuam auratam primum in Italia Glabrioni patri M. Acilius Glabrio duumvir poſuit. 40,34
Statuæ regis Philippi dejectæ truncatæque. 31.23,44
Statuas auratas omnes ab Dio in claſſem congerit Perſeus. 44,6
C. Stertinius prætor. 38,35
L. Stertinius de manubiis duos fornices in foro Boario poſuit ante ædem Fortunæ & Matutæ matris. 33,12
L. Stertinius quæſtor Brundiſium mittitur. 40,14
Sthena Græcis, Latinis fauces. 32,5
Stobi, oppidum. 32,53.40,21
Stobi Pelagoniæ. 33,3
Stragulæ veſtis uſus quando primum Romæ cœperit. 39,6.40,21
Stratagema. 37,28
Stratii medici prudentia. 45,19
Stratonicea, urbs Theſſalorum. 33. 18,30
Stratonicenſis ager. 33,18
Stratonides. 33,28
Stratum, urbs. 36,11.38,4
Strymo fluvius. 44,44
Stubera, urbs. 31,39 43,18
Stupri indignitas libertate promittenda lenita. 38,24
Stuprorum miſcella in Bacchanalibus. 39,8
Stymphalis, Macedoniæ regio. 45,30
Subota, inſula. 44,28
Succeſſori novo inchoati belli victoria ne tradatur, metus. 34,33
Succeſſoris novitate, ſæpe intercidit bene rei gerendæ occaſio. 41,15
Sueſſetani ad Romanos deficiunt. 34,20
Sueſſiones. *Ep.* 104.
Suffetes, 34,60
Suffragii lationem impertiri, populi erat, non ſenatus. 38,36
Suffragia non ſemper eodem modo data Romæ. 40,51
Suffragii latio an per Cenſores adimi queat in juſſu populi. 45,15
Suiſmontium, mons Liguriæ. 39, 2. 40,40
L. Sulla Athenas expugnat. *Ep.* 81, dictator cum faſcibus XXIII procedit. *Ep.* 89.
T. Sullæ crudelitas. *Ep.* 85.
Sulla in Campo Martio ſepelitur. *Ep.* 90.
C. Sulpicius trib. pl. 43,14
C. Sulpicius Galba pontifex. 41, 21. prætor creatur. 28
C. Sulpicius Gallus. 43, 2. tribunus militum defectum lunæ militibus prædicit. 44, 37. conſul creatur. 45,44. Gallos Ligures domat. *Ep.* 46.
L. Sulpicius trib. mil. 40,27
L. Sulpicius Galba pontifex moritur. 32,7
M. Sulpicius Gallus prætor. 42,11
P. Sulpicius æger Pergami ſubſiſtit. 35,11. Minioni reſpondet. 16
P. Sulpicius Galba Coſ. 31, 4. ejus ad populum oratio de bello Macedonico. 7. paludatus cum lictoribus ab urbe proficiſcitur in Macedoniam. 31,14
Servius Sulpicius conſul. *Ep.* 108.
Servius Sulpicius Galba pontifex moritur. 32,8
Servius Sulpicius Galba prætor. 38,42
Servius Sulpicius Galba trib. mil. Pauli inimicus. 45,35
Servius Sulpicius Galba prætor male adverſus Luſitanos pugnat. *Ep.* 48.
Summani ædes de cœlo Romæ tacta. 32,29
Sunium. 31,23. Atticæ terræ promontorium. 32,17
Superbia verborum ut recipienda. 44,44
Supplicatio edicta. 37, 3. 38. 36, 44. 39,22.40.44,48
Supplicatio ob devictum Perſea. 45. 2, 21
Supplicatio diem unum circa omnia pulvinaria. 41,9. diem alterum circa omnia pulvinaria. 45,16
Supplicatio in unum diem decreta. 32, 9. 37,47.40,2.41, 29. ob res feliciter à P. Scipione geſtas. 32,7. ob prodigia. 32,1
Supplicatio per biduum. 36,2. 39,38
Supplicatio in triduum indicta. 31. 8, 22. 34. 40, 54. 35,40. 36,21. 40,9 in dies quinque. 33,24

Supplicum inſignia, infulæ, velamenta, rami oleæ, ſordida veſtis. 35,34. 36,20. 37,28. 45,25
Surenas, Parthorum dux *Ep.* 106.
Sus manſueta, variis condimentis adſimulata venationi ferinæ. 35,49
Suſpicionis avertendæ aſtus. 33,47
Sutrinarum coria in cibos verſa. 33,30
Sycurium oppidum. 42,54. ejus ſitus. *ibid.*
Syleum, urbs. 38,14
Synedri Macedonum Senatores, vocati. 45,32
Synnada, urbs. 45,34
Syri, hominum genus leve. 36,17. Gallis ſtipendia pendunt. 38,16
Syrtis minor. 34,62

T.

Tabæ, urbs. 38,13
Tabellarius ſubornatus. 44,44
Tabernæ circa forum piſcarium in privatum venditæ. 40,51
Tabes longi temporis omnia abſumit. 40,29
Tabula templo affixa voti index. 40,53
Tabula victoriæ index in templo. 41,28
Tabula cum titulo in templo ædium Permarinûm. 40,52
Tabulæ pictæ Ambracia avectæ. 38,9
Tabulæ novæ, fax novantibus res, ad plebem in optimates accendendam. 32,38
Tabularium, locus Romæ. 43,16
Tabutius ager. 31,13
Talenta ducenta, ſemeſtre ſtipendium Cotyi appenſa à Perſeo. 42,67
Talenta quinquaginta in ripa exponit Perſeus, militi diripienda. 44,45
Talentorum Euboicorum quindecim millibus mulctatus Antiochus. 37,45
Tamiani. 33,18
Tanagra urbs. 33,28. 35,51
Tanais amnis. 38,38
Tarracina colonia. 36,3
Tarracinæ lapidibus pluit. 36,37
Taulantii. 45,26
Taurasini. 40,8
Taurilia, ludi. 39,22
Tauropolos Diana. 44,44
Taurus mons. 35,13. 37,8
Taurus flumen. 38,15
Taurus cum quinque vaccis fulmine exanimatus. 42,20
Taurus vaccam æneam init. 41,13
Taygetus. 34,28
Tecmon oppidum. 45,26
Tectoſagi. 38,16. montem Magam petunt. 19
Tectoſagum oratores ad Cn. Manlium veniunt. 38,25
Tegea urbs. 35,27
Tegeæ concilium Achæorum. 38,34
Tegulæ marmoreæ ex æde Junonis Laciniæ detractæ. 42,3
Teum oppidum. 37,27
Teji. *ibid.* oratores cum infulis ad Romanos mittunt. *ibid.*
Telemeſſus recipitur. 38,39
Telorum nubes. 38,27
Temeritatis pro impunitate gratiæ Diis agendæ. 38,45
Tempe Theſſalica. 32,15. 33,21. 36,10. 42.4,67. 44,6
Tempeſtas Prætorum comitia dirimit. 40,58
Tempeſtas belli. 34,27
Tempeſtatis marinæ incommodum. 31,45
Templa quædam Græcis Aſyla vocata. 36,51
Templum Bendidium. 37,41
Templum Cereris. 31,14
Templum Junonis Laciniæ. 35,3
Templi unius defectio, ad alterum legendum, reprobata. 41.1,3
Templa Attica incenſa à Philippo. 31,30
Templa duo in orbe ſanctiſſima, Delphis & Samothracæ. 45,5
Tempſam colonia civium Romanorum deducta. 34,45
Tempſanus ager de Bruttiis captus. *ibid.*
Tempyrorum anguſtiæ. 38,41
Tenedus. 31,16. 44,29
Tentorium ſuum cuique militi domus ac Penates ſunt. 44,39
Tenum urbs. 36,21
A. Terentius Varro prætor. 39,31
A. Terentius Varro legatus. 42,26. 45,17

C. Terentius Iſtra prætor. 39, 56. triumvir. 40, 29
C. Terentius Varro legatus in Africam mittitur. 31, 11. triumvir. 31, 49
L. Terentius legatus. 33, 25
L. Terentius Maſſaliota prætor. 38, 42
L. Terentius Maſſaliota, ædilis plebis. 31, 50
Q. Terentius Culleo legatus. 33, 33. prætor. 38. 42, 54
Termeſſenſes Iſiondenſium arcem oppugnant. 38, 15
Termeſtini in Hiſpania ſubiguntur. *Ep*. 54.
Terminalia feſta. 43, 11. 45, 44
Terra mutata, genus & mores non mutat. 37, 54. 38, 17
Terra Velitris trium jugerum ſpatio deſedit. 32, 2
Terræ motus. 34, 54. 40, 58. 41, 28. per duodequadraginta dies. 35, 41
Teſtudinis uſus in oppugnationibus. 31, 39
Teſtudinis ludicræ faciundæ ratio. 44, 6
Teſtudinis animalis munimentum. 36, 32
Tetradrachmæ valor. 34, 53
Tetraphylia, urbs. 38, 1
Teuticus, Gentii orator. 44, 13
Teutomalus, Salviorum rex. *Ep*. 61.
Teutoni bellicoſi. *Ep*. 67. vincuntur à C. Mario. *ibid.*
Thabuſion, caſtellum. 38, 14
Thapſus. 33, 34
Thaſſus. 33, 16
Thaumaci. 36, 14. ubi ſiti. 32, 4. unde appellati. *ibid.* capiuntur. 36, 14
Thebæ, Bœotiæ caput. 42, 44. dirutæ. *Ep*. 52.
Thebæ Phthiæ. 39, 25
Thebani in latrocinium verſi. 33, 15. ſeditiones excitant, 42, 43. Romanas partes ſequuntur. 44
Theium oppidum. 38, 1
Thelmeſſicus ſinus. 37, 16
Theodorus caput Pompeji & annulum Cæſari offert. *Ep* 112.
Theodotus, princeps Paſſaronis oppidi. 45, 26
Theondas, ſummus magiſtratus Delphis. 45, 5
Theoxena aſpernatur nuptias, 40, 4. ejus virtus. *ibid.* in mare ſe præcipitat. *ibid.*
Theoxenus dux exercitus Achaici, 33, 18
Thermopylarum ſaltus. 33, 21. 36, 42. 45, 22
Thermopylæ unde dictæ. 36, 15. earum deſcriptio. *ibid.*
Theſauri publici ſub terra ſaxo quadrato ſepti. 39, 50
Theſpiæ. 42, 43
Theſproti. 43, 21
Theſſaliæ campi. 31, 41. 32, 15
Theſſali de Philippo queruntur. 39, 25
Theſſalis libertas datur. 33, 20
Theſſali inteſtino bello vexantur, 42, 5
Theſſalica Tempe. 39, 24
Theſſalonice. 39, 27
Theudoria, urbs. 38, 1
Theuma vicus expugnatur. 32, 13
Thimarum. 32, 14
Thoas Ætolorum prætor. 35, 12. 32, 42 inter Thoantem & Phaneam contentio. 35, 45
Thraſippus Eulyeſtas. 42, 51
Thrax hoſtis bello exercitatior quam Aſiaticus. 39, 1
Thraces, gens ferociſſima. 42, 52. latrociniis vitam agunt. 38, 46. Manlii exercitum adoriuntur. 38, 40
Thraces difficiles commercio. 40, 57. in montem Donucam concedunt, *ibid*, rhomphæis longis pugnant. 31, 39
Thracum legati Romam miſſi. 42, 19, Romam veniunt. 45, 42
Thraces equis crura ſuccidunt, ilia ſuffodiunt. 42, 59
Thronium. 32, 36. 35, 57. 36, 20
in Thurinum agrum Latina colonia deducta. 34, 53
Thyatira, oppidum. 37, 44
Thymber fluvius. 38, 18
Thyrſis Stuberæus Demetrio ſpiritum intercludit. 40, 24
Tiberis duodecies campum Martium inundat. 38, 38
Tichius, cacumen montis Oetæ. 36, 16, 19
Tigranes, Armeniorum rex. *Ep*. 100.
Tigurini Galli. *Ep*. 65.
Timanora Dolopem jaculatoribus & fun-

funditoribus præficit Perſeus. 42, 58
Timaſicrates Rhodius. 37, 14
Timocrates Pellenenſis. 34. 29, 30
Timor optime continet diſciplinam. 34, 9
Timor major vincit minorem. 37, 43
Timon, Lydiæ præpoſitus. 37, 44
Timotheus, unus ex Perſei præfectis. 42, 67
Tiſippus. 45, 28
Tiſo, præfectus claſſis Patrenſis. 35, 26
Titium, atrium in lautumiis. 39, 44
C. Titinius trib. pl. 35, 8
M. Titinius trib. pl. *ibid.* prætor. 41, 6
M. Titinius Curvus, prætor. 40, 58
P. Titinius legatus. 31, 21
Toga picta. 30, 15. purpurea. 31, 11
Toletum oppidum. 35, 7. à M. Fulvio capitur. 22
Toliſtobogii. 38, 16. Olympum montem capiunt. 19
Tollenones, 38, 5
Toronæ, oppidum. 44, 12
Toronæ, promontorium. 31, 45
Toronaicum mare. 44, 11
Torques magni ponderis in æde Jovis poſitus à Claudio. 33, 22
Torques aurei mille quadringenti ſeptuaginta de Bojis tranſlati. 36, 40
Torques aurei multi de Gallis capti. 33, 22
Tralles ſagittarii. 37, 40. Romanis deduntur. 37, 44. Eumeni attribuuntur. 38, 39
Tralles Illyriorum genus. 31, 35
Tranſdanubiana regio. 40, 57
Transfugæ & fugitivi beſtiis objiciuntur. *Ep.* 51.
M. Trebellius Fregellanus in Peneſtas mittitur. 43, 21
Cn. Tremellius decemvir. 42, 4
C. Tremellius Flaccus legatus ad Attalum. 39, 11
Cn. Tremellius tribunus pl. 45, 15. ei mulcta dicitur. *Ep.* 47.
Treviri à C. Cæſare victi. *Ep.* 107.
C. Triarius legatus. *Ep.* 123.
Tribunal conſulis Romani Macedonibus terrori. 45, 29
Tribuni militum ne ſuffragiis crearentur Conſules ad populum tulerunt propter bellum Macedonicum. 42, 31
Tribuni duo virgis cæſi. 39, 18
Tribus Sappinia. 33, 23
Tribus ad ſuffragium revocatæ. 45, 39
à Tribu movere quid ſit. 45, 15
Tricca, oppidum. 32, 13. 36, 13. 39, 25
Trigemina porta. 35. 10, 41. 40, 51. 41, 27
Triphylia. 32, 5. Achæis reddita. 34, 20
Tripolis Laconici agri. 35, 27
Tripolis. 42, 53. Scea vocata. 55. recipitur à Romanis. 42, 67
Tripolitanus ager vaſtatus. 32, 10
Tripudia Gallorum prœlium ineuntium. 38, 17
Triumphare quibus non licitum. 31, 20. 39, 29
Triumphatum nullo bello geſto à P. Cornelio Naſica & M. Bæbio. 40, 38
Triumviri coloniæ deducendæ. 32, 2
Triumviri creati ad ſupplendum Venuſinis colonorum numerum. 32, 49
Triumviri epulones quando primum creati. 33, 42
Triumviris togæ prætextæ jus datum. 34, 7
Trocmi. 38, 16
Trophonis ſpecus. 45, 27
M. Tuccius, tribunus plebis. 35, 41. triumvir. 39, 23
M. Tullius Cicero. *Ep.* 103. ab exilio reducitur. *Ep.* 104. ejus caput cum manu dextra in Roſtris ponitur. *Ep.* 120.
Tumultus Ligurum & Bojorum. 34, 55
Tumultuarii milites in Hiſpania colliguntur. 35, 2
Turdetania. 34, 16
in Turdetaniam exercitum ducit M. Porcius Cato, à prætore arceſſitus. 34, 19
Turdulum bellum. 34, 20
Turres in operibus oppugnandarum urbium. 32, 17
Turrus Celtiberorum rex. 40, 49. ejus liberi. *ibid.*
Tuſcus vicus. 33, 2
Tutoris iniqui fraus. 34, 9

Tutoris optio mulieri. 39,19
Tyranni nonnulli, qui imperium depoſuerunt, tuti tamen exinde. 34,32
Tyrannici nominis inventor. 34,30
Tyrannicidæ prædatores facti pro liberatoribus. 40,36
Tyndarium. 36,2
Tyrhium, oppidum. 36,11
Tyrhienſes Antiocho reſiſtunt. 36,12
Tyrii. 35,48
Tyſcos, vicus. 38,18

V.

VAccæi Hiſpaniæ populi. 35, 7. 40. 47, 50. ſubiguntur. *Ep.* 48.
Valerius Lævinus parum proſpere adverſus Pyrrhum pugnat. *Ep.* 42.
C. Valerius Lævini F. 38,9
C. Valerius legatus. 42,6
C. Valerius Flaccus decemvir ſacris faciundis. 32, 7. quia flamen Dialis erat, in leges jurare non poterat. 31,50
C. Valerius Lævinus prœtor. 41,8. cenſor. 43,14
C. Valerius Tappus tribunus plebis. 38,36
L. Valerius pontifex creatus. 33,28
L. Valerius tribunus plebis. 34,1. ejus pro abroganda Oppia lege oratio. 5
L. Valerius Antias. 33,34
L. Valerius Flaccus ædilis curulis ludos ſcenicos inſtaurat. 31, 4. prætor deſignatur. 31,50. cum Bojis ſignis collatis ſecundo prælio confligit. 34,22
C. Valerius P. F. Flaccus triumvir. 37. 46,57
L. Valerius Flaccus cenſor. 39,41
L. Valerius Flaccus pontifex moritur. 40,42
L. Valerius Flaccus occiditur à C. Fimbria. *Ep.* 82.
L. Valerius Lævinus prætor. 40,44
L. Valerius Tappus prætor. 35,10
L. Valerius C. F. Tappus. 37,46. triumvir deſignatur. 57
M. Valerii Lævini cauſa à P. & M. filiis ludi funebres facti. 31,50
M. Valerius Lævinus prætor. 39. 5,16. deſignatur conſul. 41, 17
M. Valerius Meſſala prætor. 34, 53. conſul. 37, 47. 38, 35
M. Valerius Meſſala decemvir ſacrorum. 42, 28
Valetudinis ergo ſupplicatio facta. 40, 37
Vana pro veris in bello ſæpe valent. 34, 12
Vaniloqui plerumque quos alunt opes regiæ. 35, 48
Vardei in Illyrico ſubiguntur. *Ep.* 56.
Vaſa aurea CCCCC pondo Romanis miſſa ab Antiocho. 42, 6
Vaſorum aureorum & argenteorum ingens numerus Aſiatico triumpho traductorum. 37, 58
Vaſcetani, Hiſpaniæ populus. 37, 46
de Vectigalibus Annibalis conſilium. 33, 47
Vectigalia reip. ſæpe prædæ fiunt civitatis principibus. *ibid.*
Vectigalia ex ferrariis & argentariis Hiſpanorum. 34, 21
Vectigalium annuorum dimidium cenſoribus attributum. 44, 16
Vectigalium dimidia pars minuta Macedonibus. 45, 29
Vectones populus. 35, 7
Vectonum exercitus Toletanis ſubſidio venit. 35, 22
Velamenta ſupplicum. vide *Supplicum.*
in Velia ædes deorum Penatium de cœlo tacta. 45, 16
Venalium portoria Capuæ. 32, 7
Venatio omnis generis ex ſue manſueta. 35, 49
Veneficii quæſtio decernitur C. Claudio prætori. 40, 37
Venenum ut caveret, monetur Pyrrhus à Romanis hoſtibus ſui. 39, 51
Veneno ſe tollit Annibal. 39, 51
Veneni poculum Demetrio, Philippi regis filio, datum. 40, 24
Veneno arceſſita mors ſegnior quàm quæ ferro. 40, 4
Veneno graſſari tentat Perſeus, ſed fruſtra. 42, 17
Veneris ædes. 41, 27
Veneris Erycinæ ædes dedicatur. 40,34
Venetia. 39, 22
Veneti vincuntur à C. Cæſare. *Ep.* 104.
Veniæ facilitas animos hominum impoſterum conciliat. 32, 14
Veniam petentium mos. 37, 55
P. Ventidius Antonii legatus Parthos Syria expulit. *Ep.* 137.
Ventorum atrox tempeſtas. 40, 2

Ven-

Ventoſum ingenium. 42, 30
Ver ſacrum quid? 34, 44
Ver ſacrum vovetur. 33, 44
Vera cum celantur, creduntur falſa. 39, 24
Vera audire inſuetus, pro ferociori habet à quo ea ipſa promuntur. 31, 18
Verbi ambiguitas ominoſa. 41, 18
Verborum ceremonialium omiſſio ſacrificia vitiat. 41, 16
Verborum ſuperbiam iracundi oderunt, prudentes irrident. 45, 23
Vergeſtani venditi. 34, 21
Vergium caſtrum, receptaculum prædonum, capitur à M. Catone. 34, 21
Veritas multa ſui præbere adſolet veſtigia. 40, 54
Verminæ, Syphacis filii, legati ad ſenatum. 31, 11. pacis conditiones à Romanis accipiunt. 31, 19
Verſutiæ Punicæ. 42, 47
Vertigo animi & corporis ex alto deſpectu. 44, 6
Veſcelia, oppidum Hiſpaniæ. 35, 22
Veſparum examen in æde Martis conſidet. 35, 9
Veſtimenta militibus data. 32, 27. 44, 6
Veſtina cohors. 44, 40
Veſtini in deditionem accipiuntur. *Ep.* 75.
Vetera ſi mala non ſunt, haud temere mutanda. 34, 53
Vettii, gens bellicoſa. 45, 30
T. Veturius Gracchus Sempronianus augur. 41, 21
Vexillum vexillarii. 35, 5
Via publica Vejis de cœlo tacta. 32, 9
Viæ anguſtæ malum in agmine properante. 40, 37
Viæ continuis imbribus inexpugnabiles. 40, 33
Vias ſternendas marginandaſque qui primi curaverint. 41, 27
Vibonem colonia deducta ex S C. 35, 40
Vicinitas ſæpe fons amoris. 39, 9
Victimarius. 40, 29. 41, 15
Victoria clara fit vincendo oppugnantes, non ſæviendo in afflictos. 42, 8
Victoria prudenter habenda ob ſuperventus ſubitos. 4 ., 4
Victoria vera, cujus confeſſio hoſti ipſi exprimitur. 42, 47
Victoriæ Virginis ædicula dedicata. 35, 9
Victoriati nummi. 41, 13
Q. Victorius primi pili centurio. 34, 46
Vicus Tuſcus. 33, 2
Vigiles. 44, 33
Vigiliarum moleſtia oppugnationis tempore. 36, 23
Vigiliis quatuor diſtincta quælibet nox, hinc vigilia prima. 35, 30. ſecunda. 31, 8. tertia. 34, 60. 35, 1. 36, 19. 40, 4. quarta. 37, 44. 43, 10. 44, 43
Villa publica. 34, 44
L. Villius Tappulus prætor. 33, 49
P. Villius Tappulus conſul creatur. 31, 49. Philippum fundit fugatque. 32, 6
P. Villius Tappulus decemvir. 31, 4
L. Villius tribunus pl. 40, 43
Vindalium, oppidum. *Ep.* 61.
Vinum ſequentes voluptates. 36, 11
Vini largioris uſus excuſatur die feſto. 40, 19
Vino & ſomno ſopiti victores trucidantur à paullo ante victis. 41, 4
Vinolenti non moliuntur inſidias. 40, 14
Vir unus quam formidabilis. 39. 50, 51
Viri illuſtres aſſidue nobis obverſantes, haud perinde verendi. 35, 10
Viri molles. 33, 28. obſcœni. *ibid.*
Viros à mulieribus omnes aliquando ſublatos, an fabula. 34, 2
Virga circumſcribitur Antiochus rex à Popilio legato Rom. 45, 12
Virgine Chalcidenſi medio belli tempore captus Antiochus rex. 36, 11
Virgines & pueri ingenui deni ad ſacrificium adhibiti. 37, 3
Viriatus paſtor, deinde venator, ex venatore latro, Luſitaniam occupat. *Ep.* 52. Servilii Cæpionis conſilio interimitur. *Ep.* 54.
Virtutis antiquæ Romanorum laus. 42, 47
Virtutem & bonum alienum oderunt, qui genus ac fortunam ſuam animis non æquant. 35, 43
Virtute, non dolo hoſtes ſuos ſuperabant Romani veteres. 42, 47

Vitce-

Viſceratio P. Licinii funeris cauſa data. 39, 46
M. Vitellius capitur à Viriato. *Ep.* 52.
Ultrotributa. 39, 44. 43, 16
Umbilicus orbis terrarum Delphi. 38, 48
Umbilicus Græciæ Ætoli. 35, 18
Umbria Sappinia tribus vocata. 31, 2
Unius hominis protervia populum totum perire, injuſtum. 35, 31
Vocanus ager. 33, 48
Voluntaria deditio hoſtium iram minuit. 39, 8
Voluntas an merito punienda. 44, 24
Voluntate multa remittuntur, quæ bello & armis cogi non poſſunt. 35, 45
Voluntate quæ fiunt, cum cogi poſſis, gratiam ineunt. 39, 39
Voluptates vinum ſequentes. 36, 11
Voluptates vini & epularum religioni additæ, plurimum eam promovent. 39, 8
Voluptatum peregrinarum pernicies. 33, 17
Voluſtana, montes. 44, 2
Vortumnus Deus. 44, 16
Votum incertæ pecuniæ an poſſit ſuſcipi. 31, 9
Voti ludi injuſſu Senatus non fiunt de ære publico. 36, 36
Vox ubi libera non eſt, nihil ibi liberum. 39, 25
Urbes captæ diripiendæ, non deditæ. 37, 32
Urbes dirutæ, ne venirent in poteſtatem hoſtium. 31, 28
Urbes orbis terrarum maximæ ingratæ adverſus optimos duces ſuos. 38, 50
Urbium obſidium atque oppugnatio, res lenta. 34, 33
Urbibus captis parcebant veteres Macedones, quo haberent imperium opulentius. 32, 33
in Urbibus magnis flagitia facilius celantur. 39, 9
Urbanæ tribus. 45, 15
Urbicua, oppidum Hiſpaniæ. 40, 16. capitur & diripitur. *ibid.*
Urinatores. 44, 10
Urites populi. 42, 48
Urſorum & elephantorum luſus. 44, 18
Uſcana Peneſtianæ terræ urbs. 43, 18
Uſus unus legum corrector. 45, 32
Uticenſes ſe ſuaque Romanis dedunt. *Ep.* 49.
Utilis quam honeſti cura potior Romanis poſterioribus. 42, 47
Utilitas communis maximum ſocietatis vinculum. 35, 7
Utrarius. 44, 33
Vulcani caput ardet. 34, 44
Vulcani ædes de cœlo tacta. 33, 29
Vulcani area ſanguinem pluit. 39, 46. 40, 19
Vulgi gubernatio difficilis. 31, 34. ſtudia inconſulta. 34, 36
Vulgi impotentia. 34, 36
Vulgi ſermones tempore belli de ducibus res gerentibus quales eſſe deberent. 44, 22
Vulturius. 41, 21
Vulturnus fluvius. 19, 35
Vulturnum colonia civium Romanorum deducta. 34, 44
Uxor maritum veneno tollens. 41, 25
Uxor obſcuri generis dedecori regi. 36, 17
Uxorem ſua manu occidit Perſeus 42, 5

X.

XEnarchus prætor. 41, 23
Xenoclides Chalcidenſis dux. 35. 38, 50
Xenophon Achæus. 32, 32
Xychus, ſcriba falſarius. 40, 55
Xyline come. 38, 15
Xyniæ, oppidum. 32, 13. 39, 26. diripiuntur. 31, 13

Z.

ZAcynthus Philippi Macedonum regis fuit. 36, 31. Romanis traditur. 32
Zama, inſula. 32, 16
Zelaſium promontorium Iſthmiæ ſupra Demetriadem. 31, 46
Zeno, princeps Magnetum magnæ auctoritatis. 35, 31
Zephyrium. 33, 20
Zerinthii Apollinis templum. 38, 41
Zeuxippus Bœotiorum princeps, Romanorum fautor. 33, 27. Tanagram fugit. 28
Zeuxis præfectus Lydiæ. 37, 45. ad Scipiones orationem habet. *ibid.*
Zybœa devictus à Nicomede. 38, 16

F I N I S.

INDEX
AUCTORUM,

Qui in Notis Gronovii emendantur & illuſtrantur.

Prior numerus librum, alter caput, *Ep.* Epitomen, deſignant.

Auctor in Catalectis emendatus. *Ep.* 69.
Apulejus defenſus. 44, 39
Athenæus illuſtratus. 45,32. tentatus. 41, 20
S. Auguſtinus reſtitutus. 42, 25
Cæſar correctus. 35. 7, 21. 38, 35. 44. 2, 39
Callicritus Thebanus. 42, 13
Cicero defenſus & correctus. 32, 4. 33, 4. 34, 11. 21, 26. 35, 33. 36. 11, 28. 38, 33. 41, 6. 44, 14
Columella illuſtratus. 34, 9. tentatus. 34, 16
Dictys Cretenſis illuſtratus. 44, 2
Ennius defenſus. 38, 17
Florus defenſus. 34, 16
A. Gellius correctus. 32, 37. 42, 25
Juſtinus reſtitutus. 31, 22. 34, 2. defenſus *Ep.* 47. 34, 61.
Cornelius Nepos defenſus. 34, 4. tentatus. 34, 29. 36, 14
Ovidius reſtitutus 32, 37. defenſus. 31, 35. 44, 1. illuſtratus. 35, 11
Palladius emendatus. 32, 37
Petronius defenſus. 42, 26
Phædrus tentatus. 31, 45
Plautus defenſus. 34, 11. 40, 26. illuſtratus. 38, 17
Plinius defenſus. 39, 7
Plinius junior reſtitutus. 41, 3
Plutarchus illuſtratus. 45, 39
Polybius adjutus. 33, 6. 38, 38
Salluſtius defenſus. 39, 45
L. Annæus Seneca emendatus. 45, 7. reſtitutus. 34. 3, 4
M. Annæus Seneca tentatus. 37, 3. correctus. 34, 2
Silius Italicus correctus. 31, 5. 35, 21. 42, 26
Statius defenſus. 34, 11
Symmachus defenſus. 39, 52
Tacitus defenſus. *Ep.* 89.
Tertullianus illuſtratus. 33, 4
Tibullus illuſtratus. 38, 43
Valerius Maximus defenſus. 34, 3. emendatus. 35, 7. 45, 7
Vegetius correctus. 36, 14
Ulpianus JC. defenſus. 34, 11. 39, 19

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM ET VERBORUM
MEMORABILIUM,

Quæ in iiſdem Notis GRONOVII occurrunt.

Prior numerus librum, poſterior caput, *Ep.* Epitomen, deſignant.

A.

AB Dipylo acceſſit. 31, 24
Abducere aliquo. 39, 50. 41, 14
Ablatus, qui non eſt ſuæ poteſtatis. 35, 11
Abrogatum imperium Tarquinio. *Ep.* 67.
Abſcidere, *pro* abſcindere. 43, 5
Abſciſus, abſciſſus. 44, 5
Acceſſio Punici belli Syphax. 45, 7
Accipere exercitum. 42, 22
Accommodare conſilia. 40, 57
Accommodata regno. 37, 52
Accumbere lecto. 39, 43
Achæi ſuſtinebimus. 32, 21
Acholla. 33, 48
Acies ad Cynoſcephalas. 33, 9
Acræa Juno. 38, 2
Acræa Fortuna. *ibid.*
Acrocorinthus inter mœnia urbis. 45, 28
Ad aras precari. 38, 43
Ad Chium & Erythras. 37, 27
Ad comparandum tempus. 38, 12
Adigere gladium. *Ep.* 124.
Adimplere. 38, 7
Admittere precationem. 31, 5
Admoſſe. 38, 25
Ad oſtium portus invectus. 35, 39
Ad Prætorem, *pro* apud Prætorem. 38, 56
Ad ſcopulum deferre. 38, 10
Adſueviſſe aliqua re. 31, 35
Advehere aurum. 44, 26
Adventus Oreum. 31, 40
Adverta Gallorum Regulus. 45, 19
Ad ultimum. 45, 19
Ædes liberæ. 42, 6
Ægypti regnare. *Ep.* 47.
Æmilii Paulli ludicrum. 45, 32
Æneates populus. 40, 4
Æquimelium. 38, 28
Ære diruti. 40, 41
Ætolorum animi indomiti ac mutabiles. 38, 9
Affectare regnum. *Ep.* 64.
Agaſſa oppidum. 44, 7
Agema. 37, 40
Agere bellum. *Ep.* 49.
Agere cum populo. 39, 15
Agere dicimur, & quæ cenſemus agenda aut jubemus agi. 44, 35
Ageſipolis Rhodius. 45, 3
Agmen impeditum. 42, 59
Agræi populus. 32, 34
Alabandeni, Alabandei. 45, 25
Alander fluv. 38, 15
Albam datus cuſtodiendus. *Ep.* 61.
Alii ſemel, ubi vulgo bis. 39, 14
Aliphera Megalopolitarum. 32, 5
Aliqua aditum habere. 38, 30
Aliquiſquam, aliquiſpiam. 41, 6
Allegare, allegationes, allegati. 36, 11
Almana, urbs. 44, 26
Ambo ἀντὶ τοῦ ambos. 35, 21

Ambi-

Ambitio, ambitioſe facere, ambitioſa decreta. 45, 36
Amici principum. 33, 21
Ampliare, verbum forenſe in judiciis antiquis. 43, 2
Ampliare regnum. 37, 52
Ancorale tractum. 37, 30
Animo habere. 44, 25
Annariæ leges. 40, 44
Annus laxans laboribus. 32, 5
Ante præcautum. 36, 7
Antigonia in Epiro. 32, 5
Antiochus Epiphanes ſeu Epimanes. 41, 20
Antimachus Macedo. 44, 24
Antiqua fœderum. 36, 27
Aous amnis. 32, 5
Aquilo in ſeptentrionem verſus. 37, 12
Ardentes ſiti fauces. 44, 38
Arrogari non poterant fœminæ. 39, 19
Aſiagenes L. Scipio. 39, 44
Aſſuerat. 39, 9
Aſtræum Pœoniæ. 40, 24
Atamania. 31, 41
Atrax oppidum. 33, 3
Atrox Theſſaliæ. 32, 15. 34, 32
Auctor pacis regi. 44, 16
Audena amnis nunc Ula. 41, 19
Audimus, i. cognovimus. 45, 22
Averſa inſulæ, objecta aquiloni. 37, 27
Averſa pars caſtrorum. 34, 47
Averſos cædi. 33, 8
Auferre dicitur equis, qui regi nequit. 35, 11
Avocari. *Ep.* 69.
Auxiliares agmen præcipue cogebant. 35, 28

B.

Bargylia, orum. 33, 19
Bargylleticus ſinus. 37, 17
Bellaciſſimus Sertorius. *Ep.* 90.
Bos locuta. 41, 13
Brachyllas. 33, 28
Brinia, vel Brinium oppidum. 39, 2
D. Bruti triumphus. *Ep.* 119.
Burnium oppidum. 44, 30
Byllinus ager. 36, 7

C.

Calida conſilia. 35, 32
Calles ignoti. 31, 42
Candelis involuti faſces. 40, 29
Candidatus petitor. *Ep.* 69.
Capto tempore. 35, 19
Caralitis palus. 38, 15
Carcer inferior. 34, 44
Carceres. 41, 27
Carinæ. 39, 44
Carnis etiam in recto Caſu dicitur. 37, 3
Caſtrum Thurinum. 35, 9
Catellus. 39, 32
Cato. 84 an. vixit. 39, 40. octogenarius Galbam accuſavit. *ibid.*
Cauſa vel Gratia intellectum. 31, 12
Cedere cognomini alicujus. 37, 58
Celelates Ligures. 31, 10
Celenæ, urbs. 38, 12
Cenchreæ, emporium Corinthiorum. 32, 17
Cenſeo, arceſſas, eas. 36, 7
Cephalus Epirotarum princeps. 43, 18. 45, 26
Cernere fœnus. 35, 7
Chalcis in Ætolia. 36, 11
Charops Epirotes. 32, 6
Cia Inſula. 31, 15
Circa eſſe. 36, 15
Circumire aciem. 31, 21
Circumſeſſi, expugnati ſunt. 39, 2
Civitas pro regione. 34, 16
Cius Emporium Myſiæ. 32, 34
Claſtidium opp. 32, 29
Clondicus Baſtarnarum dux. 40, 58
Clondicus Gallorum dux. 44, 26
Clunia Hiſpaniæ oppidum. *Ep.* 92.
Cœlenſyriam. 42, 29
Cœnus nomen Macedonicum. 44, 35
Cogere, compellere in aliquid. 35, 20
Cogere numerum. 32, 2
Cognoſſe. 37, 52
Coire ad famam. *Ep.* 49.
Colabatus fl. 38, 15
Colca. 33, 31
Comitiorum centuriatorum, tributorum & concionum deſcriptio. 39, 15
Comitiorum habendorum ſors. 35, 20
Commodius. 32, 32
Communi animo conſilioque. 39, 30

Comparare abſolute. 36,3.38,12.42,4
Comparare inter ſe. 42, 4
Comparare legatos. 42, 43
Comprobaritis. 37, 54
Conceptis verbis jurare. 43, 16
Conceſſum tranſire. 37, 35
Conceſſum velut regnum. 33, 19
Concilium & Conſilium quid differant. 44, 2
Concire tumultum, turbam. 38, 33
Concitor belli. 37, 45. 45, 90
Conditione poſitum bellum. 34, 23
Conjicere aliquo turbam. 35, 28
Conjicere in turbam. 36, 12
Conjuratio genus militiæ. 45, 2
Conſerpere. 39, 16
Conſervare comiter Majeſtatem. 38, 11
Conſiſtere alicubi. *Ep.* 65.
Conſules ordinarii. 41, 18
Contrahere ſibi bellum. 31, 14
Contrebia oppid. Hiſpaniæ. 40, 33
Corinthon, Corinthos. *Ep.* 52.
Corpora ſeminuda & fluida Gallorum. 34, 47
Corruere. *Ep.* 79.
Corruptelæ via. 39, 9
Craterus Demetrii F. 35, 26
Cryphon Macedo. 44, 24
Cum vel Quum pro Quod. 39, 12
Curriculum implere. 44, 9
Cylabaris gymnaſium. 34, 26
Cynoſarges. 31, 24
Cypariſſæ opp. 32, 21
Cypri eſſe, pro in Cypro. *Ep.* 59.
Cypron confugit. *Ep.* 59.

D.

DAæ, populus. 35, 49
Damnati. 39, 43
Datio, deminutio bonorum. 39, 19
Decus æris. *Ep.* 48.
Decreſſe. 36, 3. 38, 32
Deducere de provincia. 35, 8
Deferre, i. venale proponere. 34, 9
Dein, non præcedente τοῦ primum. 34, 19
Defluere. 41, 15
Delapſus equo. 37, 36
Delectus ambitioſis difficilis. 43, 14
Δημαγωγεῖσθαι. 45, 39
Dejicere equo. 45, 29
Denarius, drachma. 34, 50
Denudare conſilium. 44, 38
Deſcribere in legiones. 39, 38
Deſcribere ſociis tot millia peditum. 34, 56
De ſe cogitandum habere. 44, 27
Deſtinatum petere. 38, 27
Dictus colloquio locus. 33, 13
Dictus dies. 35, 3
Dicto audiens alicui. 41, 12
Diem finire. 35, 7
Dies pecuniæ. 34, 6
Diffluere ſudore. 41, 15
Dii urbem colentes. 31, 29
Dijovi ædem ſtatuere. 31, 21
Dimiſſo, i. paſſim miſſo. 38, 13
Dirigere iter. 35, 31
Diſcedere ab officio. 36, 22
Diſceptare. 38, 35
Differenaſſe. 39, 46
Domicilium delegiſſe ſibi oppida. 39, 36
Δρόμος campus. 34, 27
Dubia prœlia. 40, 16
Ducente bello. 35, 19
Duci in carcerem. *Ep.* 55.
Dum ἀντὶ τοῦ Cum. 35, 8
Duo ἀντὶ τοῦ duos. 35, 21. 32, 26
Duo millia relicti. 37, 39

E.

EDiſſerere res geſtas. 41, 6
Editi dii ab decemviris. 42, 2. 43, 13
Educere. 32, 11
Educere in aciem. 40, 25
Effugerent, importarent, i. effugere, importare vellent. 37, 17
Effulſit cœlum. 43, 1
Effuſa fuga. 41, 8
Ejecti naufragi. 44, 19
Elatus inflatuſque. 37, 12
Elimea. 32, 13
Elimiotis. *ibid.*
Emenſi regiones. 38, 17
Emoſtis. 37, 53
Emotus ultra Tauri juga. 42, 50
Enim ab initio periodi. 34, 32
Enimvero. 31, 29
Enubere quæ dicantur. 39, 19
Eordæa. 33, 8
Epicrates Rhodius. 37, 14
Equites dupliciter ſumti. *ibid.*

Equo publico merere. 39, 44
Eretria Phthiotidos. 33, 6
Ergavia urbs. 40, 56
Erumpere coërcitam iram. 36, 7
Eſcendere. 45, 1
Eſcenſus. 34, 28
Eſſe animo. 31, 18
Eſſe eo ſtatu. 35, 8. 37, 53
Eſſe libertatis minuendæ. 34, 54
Exactus mercis, exigere fructus. 34, 9
Excedere curiam. 45, 29. portam. 34, 28
Excetra. 39, 11
Excipere voces. 40, 7
Excire auxilia. 45, 4
Exemptus ſervitute. 33, 23
Ex equite in curiam lecti. *Ep.* 60.
Exhaurire urbium opes. 34, 13
Ex his, ut in his. 39, 51
Ex India Elephanti. 35, 32
Exiſtimatio pro judicio. 34, 2
Experiendo evaneſcere. 44, 41
Explere Centurias. 37, 47
Explicata acies. 44, 38
Explicitus fuga. *Ep.* 48.
Expugnabant, i. expugnaturi erant. *Ep.* 49.
Extraordinarii, militantium genus. 40, 27
Eum finem ſtatuere. 45, 39
Euryphon Mileſius. 44, 24

F.

FAcere arbitrium alicujus. 43, 15
Faciebam, i. facturus eram. *Ep.* 49.
Facile in multitudine. 31, 21
Fama certos nuncios antecedit. 40, 57
Feralia. 35, 7
Ferens aliquo via. 39, 27
Feriæ in monte Albano. 41, 17
Ferox victoria. 39, 31
Ferre conditionem. 34, 59
Fimus pro lignis. 38, 18
Fines ultimi terrarum. 45, 9
Finis Argivus, Megalopolitanus. 35, 27. 38, 15
Finire cultus matronarum. *Ep.* 34.
Finire diem, locum. 35, 7
Firmatum præſidium alicubi. 32, 40
Fœminæ non adoptant neque arrogant. 39, 19
Fœneralia. 35, 7
Forma vitæ. 41, 20
Formula in jure Prætorio & Civili quomodo accipiatur. 38, 9
Forum, emporium pro caſtris. 41, 2
Fremitus equeſtris. 40, 31
Funalia duo. 42, 65
Furculis ſuſpenſus murus. 38, 7

G.

GAlli accolæ Macedoniæ. 33, 12
Gallorum Reguli. 38, 19
Gentis enuptio. 39, 19
Gerere recte pro agere. 39, 54
Gerundia pro præſentibus Infinitivis. 35, 49
Gladiis haſtas petere. 42, 58
Gonnocondylum oppid. 39, 25
Gordiutichos urbs. 38, 13
Gratum fore. 32, 8

H.

HAbere animo. 44, 25
Habiliter ferre, uti. *Ep.* 57.
Haſta velitaris. 38, 19
Heracleum Macedoniæ. 44, 5
Heraclides. 31, 16
Hercyna dea. 45, 27
Herius Aſinius. *Ep.* 73.
Hermione opp. 31, 44
Hibernacula. 35, 7
Hippias amicus Perſei. 44, 6
Hominum ſatietas noſtri. 34, 26
Honorem verborum beneficio addere. 45, 14

I.

JAcere pacis conditiones. 38, 25
Jacere ſignum in hoſtem. 41, 4
Jactæ, aut Jactatæ conditiones pacis. 38, 25
Jaculari probris. 42, 54
Japides pop. 43, 4
Id eſt, eleganter. *Ep.* 87.
Id generis. 32, 37
Id παῤ ἔλκον. 38, 9
Ille, vel Hic, ubi præceſſit Alter. 35, 40
Illigari conditionibus. 33, 12. 35, 46
Immo præeunte alia voce. 35, 49. 38, 43
Imperfectum ſubjunctivi pro pluſquamperfecto & viciſſim. 34, 11

Imperium in Hiſpania, Gallia. non Hiſpaniam Galliam. 40, 36
Impetrare ab animo ſuo. 43, 23
In aliquam rem facere, dare. 44, 25
In aliquo gloria. 35, 10
Inane & verum. 31, 49
In animo habere. 44, 24
Incedere certo gradu. 42, 58
Incerta bellum an pax. 34, 19
Incertæ rei gaudium evaneſcere ſolet. 45, 1
Incidiſſe dicuntur ægroti. 41, 21
In cœpto perſtare. 42, 10
Incumbere mucroni in ſe verſo. *Ep.* 89.
Index quis. 39, 8
Inflatus ſucceſſu. 37, 12
Infra aliquem accubare. 39, 42
Infrenatus. 37, 20
Inhibere imperium. 36, 28
In Hieroſolyma fanum. *Ep.* 102.
Inimici infeſtique. 35, 12
Iniqui præcluſiſſe vocem. 33, 13
Injuncta militia. 32, 3
Injungere impenſam privatam reipublicæ. 40, 51
In præſidium eſſe, pro, eos præſidio eſſe. 31, 8
In quibus, ut, in his. 37, 23
Inquit. 34, 3
Inſpicere nomen, tabulas. 35, 7
Inſtare factum. 32, 11
Inter hoſtium ſtationes. 35, 11
Internoctu, vox nihili. 32, 29
Intra præſidia hoſtium. 35, 11
Intra quintum annum quam erat cœptum. 41, 16
Introire in urbem. 42, 22
Inviſitata magnitudo. 45, 42
Ire populantem. 31, 48
Iſindenſes ab urbe Iſindus. 38, 15
Iſſa oppidum in Inſula Lesbo. 32, 15
Ita omiſſum poſt τὸ ſicut. 39, 40
Ithome. 32, 13
Jubere ſocietatem. 32, 22
Judicium ſub jus judiciumque. 36, 39
Jungere amicitiam. 35, 12
Jus dicere, reddere. 35, 7
Jusjurandum de calumnia. 33, 47
Juſſiſſe cum aliquo bellum. 36, 1
Juventatis ædes. 36, 36

L.

LAmia, opp. 36, 25
Laniſtis Ætolis, Romanos & Antiochum dimicare. 35, 33
Laonicus. 35, 36
Lapis ſacer. 41, 13
Lariſſa Argorum arx. 32, 25
Latæ conditiones. 34, 59
Lautumiæ. 37, 3
Lecti ærati. 39, 6
Lectus & legere, ubi vulgo electus & eligere. 39, 52
Legati non habebant imperium. 35, 8
Legati quinam appellentur. 36, 12
Legem ſcripſit inopia, tulit dictatura. 34, 6
Legere ſpolia. 40, 50
Legiones ex quibus copiis conſtiterunt. 42, 31
Legitimum omen. 32, 25
Leonorius & Lutarius, nomina Gallo-germanica. 38, 16
Letus mons. 41, 18
Levium armorum milites, non leves armati. 43, 18
Lex Voconia celebris. *Ep.* 41.
Libertatis quædam ſpecies rege indigena uti. 38, 1
Libertinæ non nubebant extra gentem. 39, 19
Libitinarii. 40, 19
Libramenta plumbi tollenonibus in arietes jacta. 38, 5
Literæ Macedonia allatæ. 45, 15
T. Livii ſtudium in vertendo Polybio. 32, 33
Locare traducenda in triumpho. 45, 39
Lonorius Gallorum dux. 38, 16
Lua mater. 45, 33
Lucus Semelæ. 39, 12
Ludi Juventatis. 36, 36. Taurii. 39, 22
Luna perſimilis terræ. 45, 33
Lycurgus. 34, 32
Lycus. 31, 33
Lynceſtæ. 42, 52
Lyſimachia alia in Cherſoneſo eſt, alia in Ætolia. 32, 34

M.

MAchina ſuperimponi. 39, 50
Machinationes. 37, 3
Mænalus. 34, 28

Magaba. 38, 19
Magiſtratus non eſt collegium, ſed perſona. 34, 61
Magneſia ſub Sipylo. 37, 44
Magnetarches. 35, 39
Majores natu. 33, 44
Malea Promontorium. 31, 44
Maliacus ſinus. 37, 5
Mandati quicquam, & ſimilia. 32, 37
Marci Genucius & Marcius. 35, 6
Mare ad Helleſpontum. 38, 18
C. Marii, pater & filius. *Ep.* 77.
Marſias flumen. 38, 12
Materfamiliæ. 39, 53. 34, 2
Maturo portare, ſequi. 39, 45
Matuta. 34, 53
Medion opp. 36, 11
Medon Berœus. 42, 58
Μεγαλοεργία. 45, 32
Megalopolis. 32, 5. 42, 28
Megara. 31, 22
Memor ſententia, exemplum. 33, 12
Meram haurire libertatem. 39, 26
Meſſene deſciverat. 39, 48
Meta, Catillus. 39, 50
Metari & metiri differunt. 38, 17
Metuit tentare. 32, 31
Micythio. 37, 8
Millibus viginti peditum, quatuor equitum. 31, 34. 36, 14
Minervium. 45, 16
Miror qui vel quod. 34, 57. 38, 10
Miſeria reorum propria. 40, 14
Mittere, i. ſignificare per literas vel nuntium. 34, 29
Modus amplus agri. *Ep.* 58.
Moneres naves. 36, 43. 38, 38
Montes Cercetii. 32, 14
Morbum cauſam eſſe. 38, 50
Mortem occumbere. 31, 19
Morzes Rex Paphlagoniæ. 38, 26
Mulieres ſemper ſub auctoribus. 39, 19
Multa pars. 31, 1
Mylaſſenſi. 38, 39
Myſi ſagittarii. 37, 40

N.

NAturalis pater. *Ep.* 51.
Ne ipſi quidem, non Nec ipſi. 31, 31
Nemea fluvius 33, 15
Neptuniæ aquæ. 39, 44
Nequicquam, Fruſtra, belle. 42, 64
Nicoſtratus, Achæorum prætor. 33, 14
Nihil aliud quam. 31, 24
Nihil, ne bellum haberet, præmeditatus. 38, 3
Niſi *pro* Non niſi vix videtur admittendum. 34, 16
Niſuetæ Afri. 33, 18
Nobiles inimicitiæ. 39, 4
Non minima opera. 33, 6
Non quo. 39, 13
Numeri excurrentis vis in oratione. 39, 7
Nunciant, ut ajunt. 38, 1. 32, 1
Nuntius, i. nuntius fert. 37, 10. 41, 2

O.

OBirati. 42, 4
Obſepta itinera. 39, 1
Occipere Magiſtratum. 31, 50
Occurrere ſuppetias. 36, 24
Offuſa caligo. 33, 7
Operæ eſt. 44, 36
Oppius nomen gentis. 31, 2
Optare provinciam ſine ſorte. 42, 32
Opulentus prædæ. 35, 1
Ora maris tuenda. 41, 1
Oratio minax in eos qui Alpes tranſcenſuri eſſent. 39, 54
Ordines in legione triginta. 42, 34
Ortiago, Combolomarus & Gaulotus Gallorum reguli. 38, 19
Oſcenſes nummi. 34, 10
Ova ad notas curriculi numerandas. 41, 27

P.

PAlla & pallium ex φάρος. 41, 10
Paludamentum unde. *ibid.*
Paludati imperatores, non lictores. *ibid.*
Parachelois. 39, 25
Paroreia altera Arcadiæ, altera Macedoniæ. 39, 28
Parceſis. 34, 32
Par ſæpe, ut frequentius victor. *Ep.* 96.
Pars ſemel, ubi vulgo bis. 36, 17. 44, 6
Partæ gloriæ, *pro* quæ pareretur. 31, 6
Partes adminiſtrandi regni dividere, *Ep.* 50.

Partes ædium poſticæ. 40, 2
Partes ultimæ Orientis. 37, 58
Particulæ male interjectæ. 37, 20
Patens tot millia paſſuum. *Ep.* 151.
Patentia ad mare. 33, 17
Pedeſtres navaleſque copiæ. 37, 53
Pelinæum opp. 36, 10
Pellam in Regiam. 42, 41
Pellenenſium ager. 33, 15
Pelliti Sardi. *Ep.* 60.
Peragere ſententiam. 34, 41
Perfundere Religione animum. 39, 8
Periclitari aliqua re. 38, 25
Permenſus campum. 38, 17
Perræbi non Perrœbii ſcribendum. 33, 32
Perrogari ſententias. 32, 22
Perſeus, Perſes, Perſa. 42, 25
Perſi, patrio & dandi caſu. 42, 25
Perſtare in ſententia. 37, 52
Pervectus tranquillo. 31, 23
Petere viam. 44, 2
Q. Petillius Spurinus. 38, 50
Petitor candidatus. *Ep.* 69.
Phalanx immobilis. 33, 9
Phalara Theſſaliæ. 32, 15. 36, 29
Phalaſiæ Iſtiææ vel Iſtiotidos. 31, 46
Phanæ Promontorium. 36, 43
Phanote Epiri caſtellum. 43, 21
Pharæ Meſſeniorum. 35, 30
Phricium. 36, 12
Piera Metropolis una in Theſſalia. 32, 15
Piſuetæ Cariæ. 33, 18
Pius Cæcilius. *Ep.* 76.
Planitia. 44, 6
Plebejus homo. 39, 17. de plebe homo. *ibid.*
Pluiſſe terram. 35, 21
Plus ducentos paſſus. 31, 35
Plus ſeptingenti. 41, 12
Pollentia, Dea. 39, 7
Pondo quaternum millium. 33, 29
Ponere in gratia vel in gratiam aliquem. 44, 14
Ponere haſtas. 35, 35
Pontifex inaugurabatur. 40, 42
M. Porcius Læca. 32, 7
Poſſe, eleganter. 32, 13
Poſtica domus. 40, 2
Prædatibus abſtinere. 38, 23
Præfecti Mithridatis. *Ep.* 83.
Præferre triumphi diem. 39, 6
Præflorata gloria. 37, 58
Præmia, præmiari. *Ep.* 89.
Præſtare pacem. 40, 34
Prætor, cujus juriſdictio inter cives. 33, 21
Ad Prætorem, pro *apud*. 38, 56
Prætores duo. 33, 21
Prætores ſex creati. 31, 50
Precatio ſolennis Cenſorum. 40, 46
Precationi annuere. 31, 5
Premere. 34, 31
Principes, optimus quiſque. 35, 34
Privatis locus de lege dicendi. 45, 36
Proconſul cum Imperio ſed ſine Magiſtratu. 31, 19
Proconſule eſſe. 38, 36
Proërna opp. 36, 14
Promontorium Minervæ. 40, 18
Pronomen, *hic*, vel *is*, omiſſum. 34, 56
Pronomen intellectum. 40. 26, 42
Pronuntiare nummos. 45, 40
Prope finem vitæ eſſe. *Ep.* 49.
Propior invidiam. 35, 10
Propter aliquem caſtra habere. *Ep.* 49.
Prorogare imperium. 33, 25
Protrahere indicio. 44, 25
Proviſum & præcautum. 36, 17
Publicata pecunia. 31, 13
Pyrrhi caſtra. 32, 12

Q.

QUæ abrogatur, lex. 34, 1
Quam Cœlen vocant, fauces. 32, 4, 30. 44, 1
Quandoque pro quando. 39, 24
Quanta maxima celeritate. 42, 15
Quaſi tabe. 33, 38
Quieſcere, i. non movere ſeditionem. 45, 37
Quieſſe. 37, 11
Quingeſimus *pro* Quinquageſimus. 31, 4
Quod inculcatum. 35, 1. 38, 52
Quod *pro* quoniam. 42, 26
Quod Senatus cenſuiſſet. 31, 5
Quod ubi, Quod niſi. 38, 9

R.

RAphia in Phœnice. 35, 13
Rebellium. 42, 21

Recen-

Recenſum agere. *Ep.* 115.
Recidere in eam fortunam. 43, 6
Recipere pro capere. 39, 23
Redigere ad certum. 41, 23
Redigere in antiquum jus. 33, 40
Refert. 39, 28
Reficere alicunde pecuniæ tantum. 35, 1
Refici ex morbo. 33, 1
Refovere ægrotum. 33, 1
Reges Ægypti Ptolemæus & Cleopatra. 45, 13
Rejectus ex curſu. 44, 19
Relicta, quorum hæredes ſumus. 34, 58
Relictis rebus. 37, 53
Repetitio cœptorum poſt parentheſin. 44, 39
Repetitio frequens conjunctionis *Ut.* 31, 7
Repulſis dilati. 39, 32
Requietus. 44, 39
Res integræ. 42, 50
Res monet. 35, 35
Reſpublica in poteſtate, in manu. 45, 23
Reſtituere ſe in patrium regnum. 37, 1
T. Romulejus in Mſſ. hujus partis pro tribunus. 33, 42

S.

SAlondici Celtiberi caſus. *Ep.* 43.
Sangualis avis. 41, 12
Satis conſtare. 36, 35
Scarphea oppidum Locrorum. 33, 3
Scena vel Sacena genus cultri. 41, 14
Scerdiletus, nomen regulis Illyricis familiare. 44, 33
Scipio Africanus ter Princeps Senatus. 39, 52
Scribere ſupplementum. 37, 50. 42, 2
Scyllæ Promontorium. 31, 44
Secundum Arauſionem cæſus Cæpio. *Ep.* 67.
Sed, particula intellecta. 36, 19. 39, 8
Senatuſconſultum & literæ magiſtratuum. 40, 41
Senatuſconſultum per infrequentiam. 39, 4
Septentrio ventus. 37, 12
Sequentibus hoſtibus, i. ſi ſequerentur. 31, 42
Servare vigilias. 34, 9
Servi publici. 43, 16
Servis liberandis aucta multitudo. 34, 31
Servitia pro ſervis. *Ep.* 95.
Seſtos oppugnanda. 37, 9
Sida oppidum. 35, 13. 38, 13
Signum tacitum. 39, 30
Simul pacis libertatiſque. 33, 12
Singula his centena. 39, 19
Sinus Maliacus. 37, 6
Sirit, *pro* ſiverit. 34, 24
Siſſe, *pro* ſiviſſe. 35, 5
Sopitus Vulnere. 42, 16
Sors quo ſenatus cenſuit. 42, 28
Sortiri inter ſe. 42, 4
Sortiti prætores. 31, 6
Speciem adjicere. 32, 36
Spectare imperium Romanum. 45, 31
Spem tentare. 44, 45
Sperchiæ urbs circa ſinum Maliacum. 32, 14
Stativum præſidium. 41, 1
Statua aurata primum in Italia poſita. 40, 33
Statuere ſtatuam. 40, 34
Status qui diuturnus eſſe ſine mutatione rerum nequeat. 36, 6
Stimula Dea. 39, 12
Stirpes, ut plebes. 41, 8
Stobi Pæoniæ. 33, 19
Stratus urbs Acarnaniæ. 36, 11
Stuberæ urbs. 31, 39. 40, 25
Studium favendi deteriori. 42, 63
Stymphalia. 32, 13
Sua occaſio. 35, 12
Subſtantivum cum duobus genitivis, altero agentis, altero patientis. 34, 26
Succidere muros. 31, 45
Suffragiorum cuſtodes. 45, 29
Suffragiorum ratio quomodo à cenſoribus habita. 40, 51
Summa res. 38, 50
Summa reſpublica populi Romani. 33, 45. 36, 34. 38, 50
Summotor aditus. 45, 29
Summum bellum. 38, 50
Sunt iſta. 38, 48
Suovetaurilia. 34, 22
Super flumen. 33, 15
Superjeciſſe. 38, 58
Supplementum in exercitum. 37, 50. 42, 1
Suſtinere. 39, 31

Suum facere. 41, 8
Syllepſis generis. 38, 46. numeri. 36, 16. 38, 29. 39, 14

T.

TAbæ urbs. 38, 13
Tabes mali. 39, 8
Tabularii. 43, 16
Tabulius ager. 13
Talentum ſex millia denariorum. 34, 50
Tamen non ante poſito Quamvis aut ſimili. 37, 25
Tamen, particula eleganter. 31, 10
Tantum præferri. 37, 57
Tantum quod. 33, 4
Tarentini equites. 37, 40
Tauraſini qui. 40, 38
Taurobolium. 34, 22
Tectoſages. 38, 16
Telemnaſtus. 35, 29
Tempeſtivi ſermones. 45, 19
Templum Bendidium. 38, 41
Tendeba Cariæ. 33, 18
Tendere *pro* contendere. 32, 32
Tenere aliquem alicubi. 32, 9
Tenere animum alicujus. 35, 23
Termeſus urbs Piſidiæ. 38, 15
Thaumacia opp. 32, 4
Thebe carmine Homeri nobilitata. 37, 19
Thera Peraæ. 33, 18
Thraciæ Ænus & Maronea, non Græciæ. 31, 15
Thrauſi gens. 38, 41
Torrere, urere guttur. 44, 38
Toto exercitu robur. 39, 30
Traditio *pro* deditione. 32, 14
Trahere res ad Pœnos, Macedonas. 38, 9. 43, 17
Trajectus in continentem. 32, 6
Tralli Illyrii. 33, 4. 31, 35. 37, 49
Tranſponere exercitum. *Ep*. 48.
Travectus. 32, 6
Tribuni mil. ſoliti delectum habere. 42, 32
Tribuni pl. ante anni principium Magiſtratum inibant. 39, 52
Trientabulus, vel trientius tabulius ager. 31, 13
Trium conſenſu. 38, 18
Triumphus honor etiam deorum. 45, 39
Tryphilia. 32, 12
Tumentes & querentes. 33, 11
Tumultus & bellum ut differant. 34, 56
Turbæ, ut globi. 39, 49
Turduli. 35, 17

V.

VAdem deſerere. 39, 42
Validum præſidium. 36, 17
Variare aſſenſum, indignationem. 35, 31
Vejos in urbem. 42, 41
Vel maximum. 36, 41
Velites. 33, 7
Vergitanus. 34, 22
Ver præceps. 44, 30
Vere æſtimare. 34, 27
Verſoria. 37, 30
Verſus in ſeptentrionem. 36, 15
Vexatio rerum. 36, 20
Via Appia & In via Appia. *Ep*. 107.
Vicem ſuorum pro Vice. 39, 14
Vim facere aliqua. 32, 9
Vim facere, & viam facere. 37, 11
Vindicare ad ſeſe. 44, 14
Vitio creati Magiſtratus. 40, 42
Vivere moribus feris. 34, 24
Vivere victorem. 34, 24
Ultrotributa. 39, 44
Unica diſciplina. 44, 1
Unum dicere, reſpondere. 41, 4
Vocare ad conſilium. 44, 37. in ſenatum. 36, 21
Voluntas tacita *pro* occulta. 45, 24
Urente labore aſſiduo. 36, 28
Urgere cominus. 32, 10
Urias ſinus. 42, 48
Uſui in aliquid eſſe. 34, 6
Ut inter Ætolos, facundus. 32, 33
Ut *pro* poſtquam. 35, 22
Ut quo. 40, 13
Uti rogas, vox primum, deinde tabella. 31, 8
Utræque manus. 36, 16
Utrobique. 33, 15
Utrumnam. 34, 33

Z.

ZAcynthus. 36, 42
Zamna, Inſula. 32, 16

FINIS.

Errata, quæ operarum incuria irrepſerunt, ſic emendentur.

Pag.	Verſ.	In Textu.
17	2	Armini, *l.* Arimini.
20	7	ſufficeret; neg. *l.* ſufficeret, neg.
	19	populus; pec. *l.* populus, pec.
21	11	obſidebat, eo, *l.* obſidebat. eo.
52	20	habuiſſent, *l.* habuiſſet.
72	3	cum Marcio, *l.* cum L. Marcio
76	3	Arcadum, *l.* Arcadum.
91	22	Perræcia, *l.* Perræbia.
107	12	Græ-29, *l.* Græ-26.
127	28	deſciſſe, phil. *l.* deſciſſe. phil.
135	16	poſſit; adeo, *l.* poſſit; & adeo,
170	13	prius, agris, *l.* prius agris.
186	19	Lucinus, *l.* Luſcinus.
196	2	paſſus: niſi, *l.* paſſus, niſi.
199	3	quod atti- *l.* quid atti-
200	18	moribus, *l.* morbos.
203	20	ego c- *l.* ego e-
204	16	profecto, *l.* perfecto.
206	4	purpurea, *l.* purpura.
211	8	Qua, *l.* Quo.
212	14	ſeparando, *l.* ſperando.
217	15	R. Minucio, *l.* Q. Minucio.
218	6	conciſcerent, *l.* conſciſcerent.
256	17	triumviri, creati, *l.* triumviri creati.
262	25	arcere, *l.* arceri.
267	27	poſſe: non, *l.* poſſe, non.
317	5	pulſum, opibus, *l.* pulſum opibus.
ibid.		eorum qui, *l.* eorum, qui.
333	1	quibus, *l.* in quibus.
345	29	ultro, *l.* ultra.
371	26	oratores, ad, *l.* oratores ad.
378	16	quanti, *l.* quanta.
390	4	agmini, *l.* agmine.
395	18	M'. Tuccio, *l.* M. Tuccio.
407	7	navis, *l.* naves.
460	3	qnam, *l.* quam.
	9	vohis, *l.* vobis.
493	5	fama, *l.* fame.
515	3	lit ora, *l.* litora.
572	21	ſit; nihil, *l.* ſit, nihil.
577	3	ſons, *l.* fons.
580	5	faſſique, de, *l.* faſſique de.
591	11	diſceptationes, *l.* diſceptationis.
658	9	transmaritima-*l.* transmarina-
686	1	eptem, *l.* ſeptem.
801	4	fenatus feciſſe, *l.* ſenatus feciſſe.
847	24	abeſſent, *l.* abeſſet.
849	27	ſit animus, *l.* fit animus.
860	16	exponeret, *l.* exponerent.
832	fin.	ſi Sp. *l.* ſi Ap.
960	10	fore ne, *l.* fore. Ne.
971	26	arrexit, levatum, *l.* arrexit, & levatum.

In Notis.

Pag.	col.	verſ.	
10	2	11	Gollico, *l.* Gallico.
26	1	13	arctato, *l.* arctata.
30	2	16	alteram, conſul ded. *l.* alteram conſul. ded.
77	2	1	trabeatas, *l.* trabeatus.
		14	in Pado, *l.* inde Pado.
116	2	4	*δεῖν*, *l.* *δεῖν*.
117	2	21	Multa, *l.* Multæ.
119	1	21	*Κιανεῖς*, *l.* *Κιανοῖς*.
	2	9	*ἡμετέραν*, *l.* *ὑμετέραν*.
171	1	19	Λυσιμαχέων, *l.* Λυσιμαχέων.
173	1	12	*ἀφρυείτυς*, *l.* *ἀφρυρήτυς*.
181	2	4	à po- *l.* è po-
183	1	3	*διεξάξειν*, *l.* *διεξάγειν*.
185	1	3	*ποπαμὸν*, *l.* *ποταμὸν*.
199	2	19	lib. 4, 3. *l.* lib. 5, 3.
		27	ullus, *l.* nullus.
200	1	3	e*dit*. *l.* edit.
	2	13	noluerit, *l.* voluerit.
202	2	4	pronomen, *l.* prænomen.
204	2	14	ſicut diebus, *l.* ſicut in diebus.
211	2	4	ſc. 2. *l.* ſc. 1.
	1	7	Statius de equo, *l.* Statius equo.
218	1	4	L. Manlio, *l.* P. Manlio.
		12	Livii, *l.* Livio.
224	1	3	emanendi, *l.* remanendi.
257	2	17	Licinus] Licinius, *l.* Licinius] Licinus.
261	2	5	Et ut, *l.* Et uti.
277	2	3	dilectu, *l.* delectu.
304	2	2	Et, *l.* Ex.
335	2	13	tranſlatione, *l.* tranſlaticio.
336	1	15	pacando, *l.* parando.
351	1	11	Gron. *l.* Perizonius.
365	2	9	luce ſenatum, *l.* luce in ſenatum.
382	2	20	jeuſmodi, *l.* ejuſmodi.
393	1	17	Voluit, *l.* Noluit.
399	1	3	Et mox, *l.* At mox.

Pag.

Pag.	col.	verſ.	
416	1	1	Qua ad, *l.* Quæ ad.
421	2	2	*jam*, &, *l. jam*, ut.
432	2	1	reſerendam, *l.* referendam.
438	2	3	*προσδέξαι*, *l. προσδέδεξαι*.
443	2	10	*σωυτάξεως*, *l. συντάξεως*.
468	1	ult.	laboret, *l.* labaret.
473	1	11	adiſſe, *l.* adeſſe.
484	2	5	*adjuvit. Itaque*, l. *adjuvit.* Itaque.
		17	expreſſiſſe, *l.* eum expreſſiſſe.
511	2	6	Καςόρυς, *l.* Κάςορος.
515	1	13	Sane, *l.* Saine.
519	2	7	Ruantam, *l.* Quantam.
528	2	4	Miloſenis, *l.* Mileſenis.
544	1	12	Ne quum, *l.* An quum.
568	2	1	obſervatur, l. obverſatur.
593	1	14	*δεμοκρατ*, *l. δημοκρατ*.
607	1	2	Mogont. *l.* Mogunt.
617	2	21	attulerit, *l.* errorem attulerit.
619	1	2	conduxiſſent] *l.* conduxiſſent.
620	2	36	peregre, *l.* pergere.
621	1	14	erat, *l.* erant.
624	1	4	Αχεῶν, *l.* Αχαιῶν.
629	1	9	Lib. 39. *l.* Lib. 29.
642	1	5	recentiorem, *l.* recentiorum.
655	1	12	adimit, *l.* adimi.
665	1	8	in Pæoniam, *l.* per Pœoniam.
		21	eam, *l.* eum.
682	1	4	inſcriptionem ita, *lege:* C. CALPURNIUS.C.F.CN. N.PISO IN M.M.I.E.L.F. Q. FULVIUS. CN. F. M. N. FLACCUS L. MANLIUS. L. F. L N. ACIDINUS FULVIAN.
	1	ult.	niſi, *l.* non niſi.
	2	12	popularis, *l.* inter populares.
687	2	12	F. Fulvii, *l.* L. Fulvii.
690	1	14	Hæc, *l.* Hic.
690	1	3	implicabiles, *l.* implacabiles.
702	1	5	adfuiſſe, *l.* adſuiſſe.
704	1	5	praſectos, *l.* præfectos.
	2	28	antea ſit, *l.* antea ſic.
709	2	16	alteriut, *l.* alterius.
710	1	25	ne tum: adeſſet, *l.* ne tum adeſſet.
		31	Baſtarnanum, *l.* Baſtarnarum.
723	2	3	effuſaſque, *l.* effuſoſque.
727	2	fin.	tegulæ, *l.* togulæ.
738	2	1	ſtæ turbandæi, *l.* iſtæ turbandæ.
745	2	1	T. F. *l.* Ti. F.
747	1	1	conciliara, *l.* conciliare.
748	1	4	in decretum, *l.* id decretum.
758	1	4	orat, *l.* erat.
771	1	5	*δῆμος. ὁ*, *l. δῆμος ὁ*.
783	2	4	lib. 35. *l.* lib. 25.
784	1	9	eſſc, *l.* eſſe.
791	2	fin.	48. *l.* 40.
796	2	3	ſit, *l.* fit.
801	2	17	*Ἀγατὼν*, *l. ἀγαγὼν*.
803	2	fin.	*ἰδὲ*, *l. ἠδὲ*.
824	1	fin.	59. *l.* 58.
851	1	12	invenies ullum, *l.* invenies in Livio ullum.
874	2	20	ponar, *l.* ponat.
884	1	5	Orcum, *l.* Oreum.
887	2	4	alte, *l.* alto.
		6	navcis, *l.* naveis.
895	1	3	habent, *l.* habeo.
898	2	17	fide, *l.* fidem.
906	2	1	nunitm, *l.* nunium.
919	1	5	defint, *l.* deſint.
		fin.	ramen, *l.* tamen.
940	1	fin.	amictus, *l.* amictu.
	2	12	Ullo, *l.* Nullo.
953	1	15	Flaminino, *l.* Flaminio.
983	1	2	qui, *l.* quo.
965	2	21	*Τέμων*, *l. Τέκμων*.
969	1	10	*δοκεῖ. φειδίας*, *l. δοκεῖ φειδίας*.
972	2	fin.	Idem, *l.* J. F. Gron.
975	1	17	lib. 31. *l.* lib. 51.
977	2	1	*πίλεις*, *l. πόλεις*.
985	1	fin.	quinto Quod, *l.* quinto. Quod.
1000	1	1	legætis, *l.* legatis.
1004	2	25	Barbet. *l.* Barber.